





MAXIMÆ
BIBLIOTHECÆ
VETERVM PATRVM,
ET ANTIQVORVM SCRIPTORVM
ECCLESIASTICORVM
SVPPLEMENTVM
BIPARTITVM,
SEV
TOMVS VIGESIMVSSEPTIMVS,

CVIVS

PRIMA PARS continet authores, qui post editos præcedentes tomos detecti sunt, & ad sæcula quibus vixerunt, revocantur,

SECVNDA, eos repræsentat quorum ætas ignoratur, additis quibusdam Anonymorum opusculis.

Accedunt INDICES QVATVOR *præclari, in hac tàm multiplicium Scriptorum vastissimâ collectione verè faces, & vt quis ad ipsorum lectionem introducatur, vtilissimi, imò omninò necessarij.*

I. AVTHORVM ALPHABETICVS, ipsorum ætates, & scripta indicans.
II. CLASSICVS, Authores per materias de quibus egerunt exactè distribuens.
III SYNOPSIS appellatus, operum omnium Authorum analysim continens, & argumenta exhibens.
IV GENERALIS materiarum, amplissimus.

Consule quæ de his indicibus in ipsorum frontispicio, circa eorum vtilitatem, & vsum prænotata sunt.



LVGDVNI,
Apud ANISSONIOS.

M. DC. LXXVII.

CVM APPROBATIONIBVS, ET SVPERIORVM PERMISSV.

SERIES AVTHORVM ET OPVSCVLORVM

QVÆ SVPPLEMENTO seu TOMO XXVII. BIBLIOTHECÆ MAXIMÆ VETERVM PATRVM comprehenduntur.

IN PRIMA PARTE SVPPLEMENTI.



IPPOLYTVS *Portuensis in Italia prope Romam Episcopus*, de quo multa t.3. hujus Bibliothecæ in capite operum ejus prænotantur, scripsit præter ibidem edita demonstrationem de Christo & Antichristo, quam germanam esse ipsius lucubrationem, aliam vero quæ sub titulo Orationis de consummatione mundi hactenus vulgata est, spuriam volunt. Extat Interprete P.Combefis O. P. pag.1. Ejusdem explicatio historiæ Susannæ & annotum captivitatis Babylonicæ pag.5.

COMMODIANVS, qui in suo opere GASÆVM se dicit, & MENDICI CHRISTI cognomentum assumit, vixit temporibus S.Sylvestri P.R. factus ex lectione authorum fidei nostræ Christianus, ut inquit Gennadius. Scripsit instructiones adversus Gentium Deos quæ extant pag.52. ex schedis Jacobi Sirmundi S.I. edente Nicolao Rigaltio.

EVSTATHIVS *Antiochenæ Ecclesiæ Antistes*, qui tempore Constantini Magni Imperatoris vixit, ut ex annorum supputatione apparet, quam in suo opere instituit, plurima scripsit testibus S.Hieronymo, Socrate, Sozomeno & aliis, ex quibus hic extant in Hexameròn Commentarius, & de Engastrimito dissertatio adversus Origenem cum ipsius Origenis de eadem materia tractatu pag.28. utrumque opus edidit & latinè reddidit Leo Allatius.

S.DAMASVS *Romanus Pontifex* ab anno 367 ad annum usque 384 quo obiit, de quo plurimam fecere mentionem antiqui omnes, ut ex præfixis initio operum ejus testimoniis apparet, scripsit Epistolas & varia Carmina, quæ hîc extant cum notis Martij Milesij Sarazanij I. C. Romani pag.55.

EVAGRIVS non ille Antiochenus Episcopus, de quo Hieronymus in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, sed Ponticus ille, qui ex Diacono Constantinopolitano factus est Monachus; de quo idem Hieronymus in Epistola ad Ctesiphontem, scripsit multa Monachis, ut ait Gennadius, necessaria, quæ recenset partim ipse in Catalogo, partim Socrates lib.4 historiæ. Sed ex his nunc solum extat liber, seu potius Epitome libri de octo vitiosis cogitationibus pag.97. Ab aliquibus etiam huic Evagrio tribui solet liber, qui inscribitur Apophtegmata Anachoretarum, quem librum, quia à P.Rosveido S. I. inter vitas Patrum editus est, hîc omisimus.

SEVERIANVS *Gabalorum Episcopus*, S.Joanni Chrysostomo coætaneus, cuique ipse suam Ecclesiam, dum in exilium mitteretur, commendavit, plurima scripsit teste Gennadio, ex quibus præter tractatum in vivificam crucem qui editus est tom.5. hujus Bibliothecæ pag.1129, hîc extant sex orationes de mundi creatione cum aliquot symbolis Interprete P.Combefis O.P. pag.99. Quædam etiam ejus fragmenta reperiuntur sæculo 5 parte 3. pag.706. hujus Bibliothecæ.

MARIVS MERCATOR, de cujus patria & rebus vix quidquam apud veteres reperitur, excepto S.Augustino, qui ad ipsum se scripsisse Epistolam commemorat, floruit circa annum 430, scripsitque Commonitorium historicum, quod in novissima Conciliorum editione tom.2. pag.1512 extat. Item aliud Commonitorium, quod hîc ex M. S. Codicibus Vaticanæ Bibliothecæ editum est cum refutatione sermonis seu Symboli Theodori Mopuesteni & duabus Epistolis pag. 129. Adjectæ sunt in totum opus Rigberij notæ, quas ad ampliorem notitiam hujus authoris consule pag.144.

THEODOTVS *Ancyranus Episcopus*, doctrinæ ac virtutum fama celeberrimus circa annum Christi 440. multa scripsit, ex quibus supersunt homiliæ tres in Actis Concilij Ephesini relatæ. Hîc habetur ejus expositio in Symbolum Nicænum, seu adversus Nestorium liber, ex Schedis & ex Interpretatione Lucæ Holstenij editus pag.173. vide quæ initio prænotata sunt de aliis ejusdem operibus.

S.ARSENIVS *Romanæ Ecclesiæ Diaconus*, ut inquit Martyrologium Romanum, qui tempore Theodosij Magni in solitudinem secessit, & cujus plures sententiæ passim reperiuntur in vitis Patrum Orientis à Rosveido S.I. editis, exhortationem scripsit, quam hîc damus pag.180. Interprete P.Combefis O. P.

S.EVCHERIVS, de quo plura tom.6. pag.822 hujus Bibliothecæ, scripsit præter ibidem edita exhortationem ad Monachos & sententiam ad eosdem, quæ hîc extant pag.180, ex codice Regularum à Luca Holstenio edito, desumptæ.

S.NILVS *Monachus & Abbas*, de quo Consule quæ dicta sunt tom.7. pag.1147 hujus Bibliothecæ, multa scripsit præter ibid. edita, quæ hîc habentur, nempe Peristeria seu de virtutibus excolendis pag.183. Tractatus de voluntaria paupertate pag.212. spirituales admonitiones pag.230. Epicteti Manuale concisum & interpolatum pag.231. Epistola dogmatica de S. Trinitate pag.236. de Monachorum præstantia pag.240. Tractatus ad Eulogium Monachum pag.246. Item alius Tractatus de vitiis quæ sunt opposita virtutibus pag.255. Capitula plurima & spirituales sententiæ pag.262. Sermo in illud Evangelij, qui habet sacculum, &c. pag.266. Et Epistolæ 657 de novo detectæ pag.269. Hæc autem omnia primùm hîc exhibêtur partim ex Josephi Suaresij Episcopi olim Vasionẽsis, partim ex Leonis Allatij Interpretatione.

S.CÆSARIVS *Episcopus Arelatensis*, cujus opera supra tom.8. pag.819. hujus Bibliothecæ exhibentur, scripsit insuper homilias 18, quæ hîc extant pag.324, cum aliquot aliis opusculis. Consule quæ hoc tomo 8. de eo prænotantur.

S.FVLGENTIVS *Episcopus Ruspensis*, præter opera tom.9. fol.1. edita, scripsit librum sive responsionem ad interrogationes Scarilæ de Mysterio Incarnationis & de vilium animalculorum authore. Extat pag.352 ex editione P. Guilielmi Camerarij Congregationis Oratorij Domini JESV Presbyteri.

EVSTRATIVS *Presbyter Constantinopolitanus*, qui vixit septimo sæculo & cujus meminit Photius Bibliothecæ suæ codice 171, scripsit tractatum adversus eos qui dicunt animas statim atque è corpore solutæ sunt, non operari; neque oblatis pro iis Deo precibus sacrificiis & aliis bonis operibus juvari, extat pag.362. erutus è tenebris & latinè redditus à Leone Allatio, cujus ad initium operis appositæ observationes prælegendæ.

NICETAS DAVID, natione *Paphlago*, vixit post annum 873. quo obiit S.Ignatius C.P. cujus & ipse vitam scripsit, quæ apud Surium reperitur. Hîc ejus extant Orationes 17 laudatoriæ summorum primique ordinis Apostolorum, aliæque quædam festivæ, pag.384. Interprete P. Combefis O. P.

S.ANSELMVS *Episcopus Lucensis*, qui floruit sæculo 11. & cujus quædam opera hoc eodem sæculo, seu tom.18. in hac Bibliotheca reperiuntur pag.601. præter quæ hîc extant pag.436. Meditationes in orationem Dominicam, in salutationem Angelicam, super Salve Regina & de gestis Domini nostri Jesu Christi. Hæc opuscula primus è tenebris eruit P.Lucas Vvadingus O.M. qui & præmonitionem initio adhibuit de aliis ejusdem operibus nondum editis, & quæ prælo parata habet.

SERIES AVTHORVM QVORVM ÆTAS IGNORATVR, ET ANONYMORVM,
quorum Tractatus in secunda Parte Supplementi hujus BIBLIOTHECÆ editi sunt.

ALEXANDER LICO *Thebaidis civitate ortus*, & inde dictus LICOPOLITA, qui ex Gentibus ad Manichæorum errores conversus fuerat, scripsit tractatum contra eosdem qui extat fol.459 Interprete P.Combefis O. P.

HIPERECHIVS *Presbyter*, author antiquus, adhortationem sententiis 160 comprehensam scripsit ad [illegible] Palestram exercentes, quæ extat fol.465. eodem Interprete.

EVAGRIVS *Monachus* incertæ ætatis, sententias scripsit ad eos qui in Cœnobiis habitant, & alias ad quandam Virginem. Extant hic à Luca Holstenio primùm editæ fol.469.

JOANNES GEOMETRA *Poeta Græcus* hymnos 4 composuit in Virginem Deiparam, & Paradisum Tetrasticorum moralium & piorum. Extant fol.471 Interprete Frederico Morello Professore Regio, cum alio Hymno cujusdam Anonymi.

SEVERINVS *incerti loci Episcopus*, scripsit Doctrinam quæ extat fol.478.

EVSEBIVS *incerti loci Episcopus*, scripsit orationem de Commemoratione Sanctorum. Extat ex editione Thomæ Galleti fol.479

EVTROPIVS *Abbas*, scripsit ad Petrum Papam remedia contra vitia principalia quæ humanum genus infestant, item Epistolam ad eundem. Extant fol.480.

PORCARIVS *Abbas*, scripsit Epistolam quæ extat fol.483.

PAVLVS *Diaconus*, scripsit homiliam in illud Evangelij, *simile est Regnum Cælorum homini Regi qui voluit rationem poscere de servis suis.* Extat fol.484 licet hic author ponatur incertæ ætatis, tamen Joannes Bapt. Marius in notis ad Petrum Diaconum Cassinensem dicit hanc homiliam pertinere ad Paulum Aquileiensem Diaconum, qui scripsit historiam Longobardorum, & qui editus est sæculo 8 seu tom. 13. hujus Bibliothecæ vide eundem Marium sæculo 12. seu tom.20. fol.254.

MAXIMVS PLANVDES *Constantinopolitanus Monachus*, de quo consule Possevinum in apparatu sacro, qui multa ejus opera enumerat, scripsit orationem quæ hic extat pag.486 in Corporis Jesu Christi Sepulturam & Sacrosanctæ Dei Matris lamentationem.

MARTINVS de LAVDVNO *Prior Carthusiæ Vallis S. Petri in Diœcesi Laudunensi*, scripsit Epistolam Paræneticam ex meris sacræ Scripturæ sententiis contextam, quæ hic extat fol.491.

S. GALLI *Monasterij* illustrium Virorum & antiquorum Patrum Epigrammata, seu hymni, hic extant fol.507, ex editione Henrici Canisij.

MEROBAVDIS *Hispanus Scholasticus*, Carmen scripsit de Christo, quod hic habetur fol.526.

INCERTVS quidam Carmen scripsit de Bebiani baptismo, & vxoris Apræ obitu. Extat fol.526.

INCERTVS alter scripsit Carmen de laudibus Domini. Extat fol.527.

INCERTVS alter de Cantico Moysis fol.528.

INCERTVS alter de die Paschatis fol.528.

INCERTVS alter de die Ascensionis fol.528.

ANONYMVS quidam, qui sub nomine Ruffini Presbyteri Provinciæ Palestinæ à Jacobo Sirmundo S. I. editus est, scripsit librum de Fide. qui extat fol.528.

ANONYMVS quidam Prædestinati titulo à Jacobo Sirmundo S. I. primùm editus, & ab Hincmaro Hyginus vocatus, scripsit de hæresibus cum refutatione cujusdam operis falsò, sub Augustini nomine conficti, libros tres, qui extant fol.543.

ANONYMI, *Monachi*, ut videtur *Ratisbonensis*, Benedictio Dei seu Commentariolus quomodo Deus præcipuè per Psalmos benedicendus, atque laudandus sit. Extat fol.575. hic liber dicatus est Batherico Episcopo Ratisbonensi, qui sedem illam obtinuit anno 814, unde ipsius antiquitas deprehenditur.

ANONYMI oppositio ex parte Severianorum contra fidem Orthodoxam cum responsione incerti quoque authoris. Extat fol.589.

ANONYMVS, (qui à quibusdam creditur esse Manuel Caleeas, ab aliis, Pantaleo, qua de re vide supra sæculo 14 seu tomo 26. hujus Bibliothecæ pag.321, & P.Labbe tom.2 in Bellarminum verbo Manuel Calecas) scripsit tractatum contra Græcorum errores, qui extat fol.589.

INCERTVS AVTHOR scripsit Collectanea contra Judæos, quæ extant fol.619.

ANONYMVS alter scripsit Collectanea de quibusdam hæresibus earumque authoribus. Extant fol.623, à Petro Struvartio primum edita.

INCERTI cujusdam narratio extat fol.655, Interprete P. Combefis O. P.

MISSA qua Æthiopes communiter utuntur, quæ etiam Canon vniversalis appellatur; item ordo benedictionis Puerperæ, secundum usum Æthiopum, ordo Baptismi & Confirmationis fol.626.

MISSA MOZARABVM S. Leandro Hispalensi Episcopo peculiariter in Hispaniis usitata, fol.644, quæ etiam amplior infra exhibetur fol.657.& 666.

MISSA seu LITVRGIA GRÆCORVM, Et officium eorum de mysteriis ante consecratis sanctæ Quadragesimæ tempore, Interprete Gilberto Genebrardo Theologo Parisiensi fol.645.

MISSA & ordo divini Officij Gothici Mustarabum, excerptus & in latinum Sermonem conversus ex Hispanico libro de vita & rebus gestis Francisci Ximenij S.R.E. Cardinalis & Archiepiscopi Toletani; ad cujus calcem Officium & Missa particularis diei festi S. Jacobi repræsentatur fol.657.

MISSA qua utuntur antiqui Christiani Episcopatus Angamallensis in Montanis Mallabarici Regni apud Indos Orientales, ex Syriaco in Latinum conversa ab Alexio Menesio Archiepiscopo Goano Indiarum Primate, fol.670

MISSALES ORATIONES ex vetustissimo Manuscripto Gothico Missali, fol.679.

BIBLIO



BIBLIOTHECÆ ..TERVM PATRVM, SCRIPTORVM .CCLESIASTICORVM SVPPLEMENTVM.

AD SECVLVM TERTIVM.

HIPPOLYTI EPISCOPI ET MART. DEMONSTRATIO, De Christo & Anti-Christo;

INTERPRETE P. FRANCISCO Combefis O. P.

NOTA.

HAnc vetustissimi Theologi lucubrationem iuris publici facimus; Quod enim Hippolyti nomine opus de Antichristo hactenus plureôs oneraverat, sequioris Græciæ monumentum est, ac plane Stramineum nihil ævi illius sinceritatem redolens, aut venam magni cum simplicitate Theologi, satisque in scripturis versati; Cuius parens ea ipsa persuasio fuerit, quod scripsisse Hippolytum de Anti christo apud antiquus pervulgatum sit.

Vide Photium in Bibliotheca Cod.202.



QVOD ita desiderio fatigabas, Frater mi charissime Theophile, vt à me tibi propositis capita diligenter perdisceres, operæpretium putaui, velut ex sacro fonte, ex sacris ipsis affatim Scripturis hauriendo, ob oculos quasi præsentia ea ponere, de quibus vertitur quæstio: vt nedum humanis hæc auribus consignando lætetia, sed & res ipsas virtute lustrando, per omnia Deum laudare possis. Hoc enim præsenti, quam agimus vita, tutum à nobis tibi esto viæ præsidium, quòd pataris inferena rationibus ac sermonibus, velut terra munda, in cordis tui latifundio semines. Sed & his, adversantes saiu ari doctrinæ ac contradicentea in sententiam coges. At vide ne ad incredulas ac maledicas hæc linguas traducas (nec enim hoc leue periculum est) sed vt viris religiosis ac fidelibus, qui sanctè ac iustè in Dei timore vivere velint, impertias. Non enim frustra beatus Apostolus monendo Timotheum, ait, *O Timothee depositum custodi, deuitans profanas vocum vanitates, & oppositiones falsi nominis scientia, quam quidam profitentes, circa fidem errauerunt.* Et rursus, *Tu autem, fili mi, confortare in gratia, qua est in Christo: & qua audisti a me per multas exhortationes, hac commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt vt & alios doceant.* Cùm igitur beatus Apostolus hæc cautè ac metu traderet, quæ ab omnibus facilè cognosci possunt, videns scilicet spiritu; Non esse omnium fidem; quantò res nobis maioris periculi fiet, si temerè nullaque ratione profanis hominibus atque indignis tradiderimus divina eloquia?

1. Tim.6. 20.

2. Tim.2. 1.

2. Thess.3. 2.

Nam quia beati Prophetæ oculi nobis fuerunt, ipsi per fidē, Verbi mysteria præviderunt, & quæ aliis postmodum ætatibus ministrarunt, nedum quæ præterita essent loquentes, sed & præsentia atque futura nuntiantes, ne solùm Propheta temporaneus esse monstraretur, sed & cunctis ætatibus futura prædiceret, vt Propheta esse existimaretur. Hi namque Patres spiritu prophetiæ aptati, digneq, ab ipso Verbo honorati, quò nimirum velut organa in seipsis semper vnitum Verbum tanquam plectrum haberent; cuius nutu atque afflatu, quæ Deus vellet hæc Prophetæ annuntiabant. Non enim ex sua facultate loquebantur (verùm dico) nec quæ ex animo essent, hæc prædicabant: sed primùm quidem Verbi nomine ritè sapientiâ imbuti, exinde per visa, quæ essent futura probè prædocebantur, ac demum certa jam rerum fide, ea dicebant ac prædicabant, quæ illis divino Numine duntaxat manifestata forent, reliquis verò abscondita. Nam qua ratione Propheta, propheta vocaretur, nisi quæ sunt futura spiritu prævideret? Nam si Propheta de casu aliquo loqueretur, ea loquendo non esset Propheta, quæ ob oculos cunctis posita essent: Sed qui futura narret, is meritò Propheta existimatus est. Vnde convenienter Prophetæ à principio *Videntes* vocabantur. Vnde & nos eorum probè docti vaticinia, non ex nostro sensu loquimur. Non enim alij aliis, quæ pridem prædicta sunt verba, novis mutare tentamus, quorum scripturas in lucem edentes, his qui rectè credere valeant, legimus, quod hinc vtrisque commodum veniat;

Prophetæ Fidelium oculi.

Prophetia futurorū ea Dei nutu.

2. Petr.1. 21.

Prophetæ Vidētes. 1.Reg.9. 9.

A

nempe ei qui loquitur, quod memoria tenendn rectè exponat quæ prædicta sunt; auditori verò, quod his quæ dicuntur adhibeat animum. Quod igitur communis vtrisque labor propositus est; loquenti nimirum, vt omni tutus periculo eloquatur; auditori vero, vt fide andiens suscipiat ea quæ dicuntur, obsecro vt orando Deum mihi præsto sitis.

Isai 41.1. Matt. 12.1

Humanæ salutis iugi Verbi operâ negotiũ.

Quonam modo olim beatis Prophetis Dei Verbum manifestauerit ipse rursus Dei Seruus, qui olim Verbũ erat, scire quæris? Nimirum quia Verbum suam misericordiam, & quod minimè acceptor est personarum, per omnes Sanctos ostendit, illuminans illos atque componens, velut peritus Medicus, ad ea quæ ad nostram conducant salutem, quippe cùm non nesciat humanam infirmitatem. Ac quidem ignoranter studet educere: errantes verò ad veram viam conuertit. Atque his quidẽ qui fide quærunt, facile invenitur; his autem qui mundis oculis & casto corde ostiũ pulsare desiderant, confestim apetit. Nullum enim suorum seruorum reiicit, quasi divinorum mysteriorum indignum. Non divitẽ paupere pluris facit, neque pauperem pro eius tenuitate spernit. Non Barbaro exprobrat, nec Eunuchum, quasi non virum ablegat. Non odit fœminam ob primæ originis inobedientiam, nec virum ob transgressionis reatum derorpat: sed omnes vult omnesque saluare desiderat. Omnes Dei filios præstare vult, Sanctosque omnes in vnum hominem perfectum vocat. Nam vnus Dei Filius est, cuius etiam nos munere per Spiritum sanctum adepti regenerationem, in vnum perfectum ac cœlestem hominem omnes occurrere optamus.

B

Christi in Cruce contexta estis: eorus structoria fissa & subiecta.

Quod enim Dei Verbum, cùm esset carnis expers, sanctam carnem ex sancta Virgine induit, tanquam sponsus sibi ipsam in Crucis patibulo vestẽ contexens; quò nimirum mortale corpus nostrum suæ admiscendo virtuti, & quod obnoxium corruptioni, & quod ab omni immune est corruptione, quod infirmum & quod forte est, homini qui perierat salutẽ præstare. Est igitur textorius malus, quæ in Cruce peracta Domini passio est. Stamen in eo, sancti Spiritus virtus: trama, sanctificato Spiritu contexta: liciũ, quæ per Christi charitatẽ gratia vtraque adstringit & in vnum nectit: radij, Verbum: textores denique artifices, Patriarchæ & Prophetæ, pulchrum Christi contexentes poderem ac perfectam tunicam: per quas Verbum peruadens, radiorum more, illarum operâ contexit ea, quæ Patri libent.

C

Argumenti instituendi. 2. Thess. 2. 8.

Verùm quoniam iam tempus vrget ad ea, quæ nobis argumento proposita sunt, cùm sufficiant quæ in exordio ad Dei gloriam perorauimus, æquum sit vt aggredientes ipsas Scripturas, ex illis videamus, quis & qualis Antichristi adventus; qua ætate ac tempore reuelabitur iniquus ille. Vndenam & ex qua tribu, quodve illi nomen, quod per numerum in Scriptura significatur. Quomodo populum in errorem inducet, congregans eos à finibus terræ? Quam item Sanctis tribulationem inferet & persecutionem; & quomodo ipse se vt Deum clarificabit? Quis eius interitus? Quomodo revelanda de cœlis Domini apparitio, ac quæ universi orbis conflagratio? Quod Sanctorum gloriosum ac cœleste regnum cum Christo regnantium, ac quod iniquorum per ignem supplicium?

Apoc. 5. 5. 1 Petr. 5. 8.

D

Antichristus Christi in omnibus æmulus. Ioan. 18. 37. & 1. 29

Ioan 11. 52.

Ioan. 2. 19

Nam cùm Dominus noster Iesus Christus ac Deus, regia celsitate atque gloriæ claritate, vt leo prædicatus sit: eodem modo & Antichristum pariter leonem Scripturæ vocitarunt, pro eius tyrannide violentiaque. Seductor enim per omnia similis videri vult Dei Filio. Leo quidem Christus, & leo Antichristus: Rex Christus, ac rex Antichristus. Exhibitus est Saluator vt Agnus; ipse quoq; pariter vt agnus apparebit, cùm interius sit lupus. Venit Saluator in circũcisione in mũdũ veniet & ille similiter. Misit Dominus Apostolos in omnes gentes, mittet & ipse perinde pseudoapostolos. Congregauit Saluator oves, quæ dispersæ erant; ipse quoque pariter populum congregabit, qui dispersus est. Dedit Dominus fidelibus suis signaculum ipse quoque similiter dabit. Apparuit Saluator in hominis

E

habitu, ipse quoque in hominis habitu veniet. Excitauit Saluator, ac sanctã carnẽ suã vt templũ fecit, ipse itidẽ templũ lapidibus constructũ Ierosolymis excitabit. Ac quidẽ eius seducendi artificia sequẽtibus declarabimus; nunc ad subiectum argumentum vertamur.

Dicit itaque beatus Iacob in benedictionibus, prænuntians quæ ad Dominum ac Saluatorem nostrũ spectant, ita loquens. *Iuda, laudent te fratres tui. Manus tua in dorso inimicorum: adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda: ex germine, fili mi, ascendisti. Recumbẽs dormisti vt leo, & vt catulus leonis: quis suscitabit eum? Nõ deficiet Princeps ex Iuda & Dux ex femoribus eius, donec veniat cui repositum est: & ipse erit expectatio Gentium. Alligans ad vitem asinam suam, & ad helicem pullum asinæ suæ. Lauabit in vino stolã [illegible], & in sanguine vuæ pallium suum. Hilares oculi eius à vino, & dentes eius lacte candidiores.* Gen. 49. 8

Interpretatio.

F

Hæc cùm pluribus ac circuitu eloqui nouerim, ipsũ modo textũ apponere libuit. Quia tamen ipsa divina verba suadent loqui, ne id quidẽ omittam. Planè enim divina sunt & illustria ac sanè animo conducere possunt. Catulum leonis vocauit Propheta, qui ex Iuda & Davide secundùm carnem factus est, non quidem ex Davidis factum semine, sed qui de Spiritu sancto concipiatur & ex sancto germine è terra procedat. Quod ita Esaias effert. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos ex ipsa ascendet.* Quod Isaiæ flos dictum est, id Iacob appellauit germen. Primùm namq; germinauit, deinde floruit in mundo. Dicendo autem, *Recumbens dormisti vt leo, & vt catulus leonis*, triduanam Christi dormitionem significauit, vti etiam Esaias ait, *Quomodo facta est meretrix fidelis Sion, plena iudicij? ex qua dormiuit iustitia; nunc autem homicida* Item etiam David, *Ego dormiui & soporatus sum: exurrexi quia Dominus auxiliabitur mihi*: Vt ea sententia, & dormisse eum & suscitatum esse ostendat. Iacob autem, dicit, *Quis suscitabit eum?* Id ipsum est quod David, vti & Paulus, ait, *Et Deum Patrem, qui suscitauit eum à mortuis.* Isai. 11. 1. Isai. 1. 21. Psal. 3. 6. Gal. 1. 1.

G

Dicendo autem, *Non deficiet Princeps ex Iuda, & Dux ex femoribus eius, donec veniet, cui repositum est: Et ipse erit expectatio Gentiũ*, ostendit impletũ esse vaticiniũ. Ipse enim est nostra expectatio. Expectamus enim eum, & venientem è cœlo virtute per fidem cernimus.

Alligans ad vitem asinam suam: Hoc est, populum suum ex circuncisione, ad vocationem suam Nam ipse vitis erat. *Et ad helicem pullum asinæ suæ*; populum ex Gentibus, quasi novum pullum adducens, quasi qui circuncisionem & præputium vocet in vnam fidem. Ioan. 15. 1.

Lauabit in vino stolam suam iuxta paternam per Spiritum sanctum, quæ in Iordane descendit, vocem. *Et in sanguine vuæ pallium suum.* Cuius, rogo, sanguine vuæ, nisi carnis suæ, quæ botri instar in lignum missa est? Ex cuius latere, duo scaturierũt fontes, sanguinis & aquæ, quibus Gentes lotæ emundantur, quas pallij in morem censetur habere.

Hilares oculi eius à vino. Quinam Christi oculi, nisi beati Prophetæ? qui nimirum, quæ illi eventuræ erant passiones, spiritu prævidentes ac prædicantes, gaudebant, spiritalibus oculis cum virtute cernentes, ipsius Verbi numine eiusque gratiâ perfecti.

Dicendo autem, *Et dentes eius lacte candidiores*, mandata significauit, ex sancto ore Christi procedentia, lactis instar munda.

H

Hunc igitur leonem & catulum leonis prænunciauerũt Scripturæ: similiter & de Antichristo dictũ est. Ait enim Moyses ita, *Catulus leonis Dan, & prosiliet à Basan.* Verùm ne quis errore decipiatur, existimans hanc sententiam ad Saluatorem spectare, animum advertat. *Dan*, inquit, *catulus leonis.* Illa voce tribum Dan declarauit, ea qua Antichristus nasciturus est. Quemadmodum enim Christus ex tribu Iuda nascitur, ita ex tribu Dã nascetur Antichristus Quod verò ita se res habeat, ait Iacob: *Fiat Dan serpens, sedens in terra, mordens calcaneum equi.* Quisnam igitur serpẽs, nisi Antichristus seductor ille qui dictus in Genesi est, qui seduxit Evã, Deut. 33. 22. *Antichristus ex tribu Dan.* Gen. 49. 17. Gen. 3. 1.

&

A & Adamũ supplantauit. Quia tamẽ necesse est pluribus testimoniis, hæc sic dicta comprobare, non grauabor.

Quod enim ex tribu Dã nasciturus sit ac surrecturus Tyrannus & Rex, Iudex dirus, filius diaboli, ait Proph.
Gen.49.16. *Dan iudicabit populũ suũ, tãquã & vna tribus in Israel.*
Sed dicet aliquis, dictũ id esse de Sampsone, qui ortus ex tribu Dan, iudicauit populũ viginti annis. Nempe, partim res in Sampsone particulariter contigit, partim vniversaliter in Antichristo fiet. Nã & Ieremias sic ait,
Ier.8.15. *E Dan audiemus vocem celeritatis equorum eius. à voce hinnitus equitatus equorũ eius commota est universa terra.*
Fortè ex Apocrypho. Ait verò, & alius Proph. *Congregabit omnẽ virtutẽ suã à Solis ortu vsque ad occasum. Quos vocauerit, & quos non vocauerit, cum illo ibunt. Candescere mare faciet præ multitudine velorum nauium, & nigrescere campum, præ multitudine scutorum. Ac si quis ei in prælio occurrerit, gladio corruet.* Quod enim hæc, non de vllo alio dicta sint, quàm de Tyranno illo tum impudente
B tum Dei adversario, in sequentibus ostendemus.

Esai.10.12 Sed & Esaias sic ait: *Et erit cùm consummauerit Dominus omnia faciens in monte Sion & Ierusalem, inducet super Mentẽ magnã, super Principẽ Assyriorũ, & super altitudinem gloriæ oculorum eius. Dixit enim. In fortitudine faciã, & sapientiã intellectus auferam terminos gentiũ & fortitudinẽ eorũ deprædabor: & concutiã ciuitates habitatas, & orbem totum comprehendã manu mea quasi nidũ, & quasi oua derelicta tollam: & non est qui effugiat aut cõtradicat mihi, & qui aperiat os & ganniat. Nũquid glorificabitur securis sine eo qui cadit in ipsa? Aũt exaltabitur serra sine eo qui illã trahit? Similiter si quis sustulerit virgã aut lignũ, exaltabitur lignum. Et non sic. Sed mittet Adonai Dominus Sabaoth in honorẽ tuũ ignominiam: & in gloriam tuam ignis ardens exardescet. Et erit lumen Israel in igne: & sanctificabit eum in flamma, & comedet sicut fœnum, syluam.*

Esai.14.4 Item alio quoq; loco. *Quomodo cessauit exactor? quave ratione cessauit sollicitator? Cõtriuit Deus iugũ Principũ peccatorum, percutiens gentem furore & plaga insanabili: percutiens gentẽ plaga insanabilẽ, qua non pepercit. Requieuit confidenter: omnis terra clamat cum lætitia. Ligna Libani læta sunt super te: & cedrus Libani. Ex quo tu*
C *obdormiisti, non ascendit, qui nos cædat. Infernus subter exacerbatus est, occurrens tibi. Consurrexerunt omnes gigantes Iudices terræ; Principes ex soliis suis. Omnes Reges gentium, omnes simul respondebunt, & dicẽt; Et tu captus es sicut & nos; inter nos reputatus es. Descendit in terram gloria tua. multa lætitia tua: subter te sternent saniem, & operimẽtũ tuũ vermis. Quomodo cecidit de cœlo Lucifer: qui manè oriebatur? Contritus est ad terram, qui mittebat ad omnes gentes. Tu autem dixeras in mente tua. In cœlũ conscendam: Supra stellas cœli ponam thronũ meũ; sedebo in montibus excelsis qui sunt ad Aquilonẽ: ascendã super nubes: ero similis Altissimo. Nunc autem in Infernũ descendes, & ad fundamenta terræ. Qui viderint te mirabuntur super te, & dicent, Hic homo qui irritabat terram: qui concupiebat Reges, qui desolauit totum orbem, eiusque vrbes destruxit, vinctos carcere non soluit. Omnes Reges terræ dormierunt in honore, homo in domo sua: tu verò proiectus eris in montibus velut cadauer abominabile, cum multis mortuis confossis gladio, descenden-*
D *tibus in infernum. Quemadmodũ vestimentum in sanguine conspersum non est mundũ sic neque tu eris mundus. Quoniam terrã meã perdidisti, & populum meum interfecisti, non manebis in æternum longæuus. Semen nequã, præpara filios tuos vt iugulentur pro peccatis patris tui, ne consurgant, & terram meam hæreditate accipiant.*

Ezec.28.2. Ezechiel quoque similiter loquitur in hunc modum *Hæc dicit Dominus Deus. Pro eo quod exaltatũ est cor tuum, & dixisti. Deus ego sum habitationẽ Dei habitaui in corde maris; (tu autem homo, & non Deus) dedisti cor tuum quasi cor Dei. Nunquid sapientior es tu Daniele? Sapientes non erudierunt te disciplinã sua? Nunquid in eruditione tua, aut in prudentia fecisti tibi fortitudinẽ & aurũ & argentũ in thesauris tuis? Nunquid in multa eruditione tua & in negotiatione tua multiplicasti fortitudinẽ tuã? Elatũ est cor tuũ in fortitudine tua. Propterea hæc* E
dicit Dominus Deus. Quia dedisti cor tuũ quasi cor Dei; ecce egò adduco super te alienos pestilentes, & euaginabunt gladios suos super te, & super pulchritudinẽ doctrinæ tuæ: & sternent pulchritudinem tuã in perditionem & descendere facient te, & morieris morte vulneratorum in corde maris. Nunquid loquens dicturus es, Deus sũ ego in conspectu interficientiũ te? Tu autẽ homo es, & non Deus, in manu vulnerãtiũ te. Mortibus incircumcisorũ interiis in manibus alienorũ: quia ego locutus sum, dicit Dominus.

Hisce ita ostẽsis verbis, videamus subtilius quid dicat Daniel in Visionib. Hic enim futura deinceps regna distinguẽs, ostẽdit extremis tẽporibus etiã Antichristi futurũ aduentũ, & mundi vniversi consummationẽ. Ait
Dan.2.13 itaq; dũ soluit Nabuchodonosoris Visũ. *Tu Rex videbas, & ecce simulacrũ magnũ stãs ante faciẽ tuã: Cuius caput ex auro optimo: brachia eius & humeri, argentea: venter & femora ærea: & tibiæ ferreæ: pedes pars quidem ferrea,*
F *& pars testea. Videbat igitur donec abscissus est lapis de monte sine manibus: & percussit simulacrum super pedes ferreos & testeos, & comminuit eos in finẽ. Tunc penitus comminuta sunt testa, ferrũ æs, argentum, aurum, & facta sunt quasi puluis de area æstiua: & sustulit ea copiosus ventus. & locus non est inventus eis; Et lapis, qui percussit simulacrum, factus est in montem magnum, & impleuit vniversam terram.*

Ad hæc igitur nectẽtes ipsas Danielis Visiones, vnã
Dan.7.2. vtrisq; expositionẽ adhibebimus, monstrantes quàm sibi consentiãt veraq; existant. Nã sic ait, *Ego Daniel aspiciebã: & ecce quatuor venti cœli irruebant in mare magnũ: & quatuor bestiæ grandes ascẽdebãt de mari diversæ inter se. Prima quasi leæna, & alæ eius sicut aquilæ. Aspiciebã donec euulsæ sunt alæ eius: & sublata est de terra: & super pedes hominis stetit, & cor hominis datum est ei. Et ecce secunda bestia similis vrso, & in parte vna stetit, & tres costæ in ore eius inter dẽtes eius: & sic dicebãt ei, Surge, comede carnes multas. Aspiciebã, & ecce bestia tertia quasi pardus; & huic alæ quatuor volucris super eã. & quatuor capita bestiæ. Post hanc aspiciebã, & ecce bestia quarta terribilis ac stupenda, & fortis nimis: dentes eius ferrei, & vngues eius ænei, comedens & comminuens, &*
G *reliqua pedibus suis conculcabat: & ipsa diversa nimis præ omnibus bestiis, quæ ante eã: & eius cornua decẽ. Considerabã cornua eius: & ecce cornu aliud paruũ ascendit in medio eorum: & tria cornua ex superioribus euulsa sũt è facie eius. Et ecce oculi, quasi oculi hominis in cornu illo, & os loquens grandia.*

Dan 7.13 *Aspiciebã in visione noctis: & ecce cum nubibus cœli quasi Filius hominis: & vsq; ad Antiquũ dierũ peruenit: & oblatus est ei; & datũ est ei imperiũ & honor & regnũ; & omnes populi, trib. & linguæ seruiẽt ei. Potestas eius, potestas æterna, quæ nõ pertrãsibit, & regnũ eius nõ interibit.*

Quia igitur quæ sic arcano sensu dicta sunt, nonnullis videntur captu difficilia, eorũ nihil abscõdemus, vt intelligant qui sana mente præditi sunt. Leænã enim dicendo ascẽdentẽ è mari Babyloniorũ regnũ in mũdo significauit, quod huius simulacri erat caput aureũ. Quod autem dicit, *Alæ eius quasi aquilæ*, quia exaltatus est Rex Nabuchodonosor & adversus Deũ elatus. Tũ ait, *Euulsæ sunt alæ eius*; quia eius ablata gloria est: fuit
H enim eiectus è regno suo. Dicendo autem, *Cor hominis datum est ei, & super pedes hominis stetit*; quia ductus pœnitentiã est, ipse seipsum agnoscens, quod homo esset, & dedit gloriã Deo. Post leænam ergo, secundũ animal videt vrso simile, quod sũt Persæ. Post Babylonios enim Persæ rerum potiti sunt. Dicendo autem,
Alexand. Imperiũ eius occasu divisum. *Tres costæ* (siue ordines) *in ore eius*, tres gẽtes significauit, Persas, Medos & Babylonios: idq; ostendit argentũ adiunctũ auro in simulacro. Sequitur tertia bestia, Pardus; nempe Græci. Post Persas enim Alexand. Macedo rerũ potitus est, debellato Dario, qui in simulacro æris specie ostensus est. Dicendo autem, *Quatuor alas volucris*, apertissimè docuit quomodo Alexandri Imperium divisũ fuit. Dicendo enim quatuor capita, quatuor qui ex illo surrexerunt, Reges memorauit. Alexander enim

A

moriens, Imperium solidum in quatuor partes divisit.

Deinde ait, *Bestia quarta terribilis ac stupenda: dentes eius ferrei, & vngues eius anei.* Quinam ista nisi Romani; quod est ferrũ quod nunc stat manetq; Imperiũ. Crura enim eius ferrea. Post hæc enim, quid aliud superat, charissime, præter vestigia pedum simulacri, in quibus pars quædã ferrea. para verò testea est, commixtis inter se speciebus. Per vngues pedum arcano sensu Reges ex illo ortum habituros designauit, vti Daniel ait, *Cogitabam bestiam, & ecce decem cornua retro eum: inter quæ surget minusculum stelo alium, & tria quæ ante ipsũ erãt, cornua euellet.* Quo nõ aliud quàm Antichristus monstratus est, qui & ipse Iudæorũ regnũ suscitaturus est. Tria cornua per eũ euulsa, tres Reges vocat, Ægypti, Lybiæ & Æthiopiæ, quos interficiet in belli acie. Hic nimirum omnium grauj imperio potitus, qui sæuus Tyrannus sit, tribulationem ac persecutionẽ in homines mouebit, aduersus quos efferetur. Ait enim Daniel, *Attentiusque considerabam cornu; & ecce cornu illud faciebat bellum cum Sanctis, & praualebat aduersus eos, donec interfecta est bestia & interiit, & corpus eius datum est in combustionem ignis.*

Isto omnio pia tunc cõiectura dicta, euenta non probata quomodo Deus nouit impleda. Dan. 7. 21. & 11.

B

Breui post venit de cœlo lapis qui percussit simulacrũ & illud contriuit, atq; regna transtulit, & Sanctis Altissimis regnum dedit. Hic est qui factus est in montem magnum & impleuit vniuersam terrã, de quo Daniel ait. *Aspiciebam in visione noctis: & ecce cum nubibus cœli quasi Filius hominis veniens: & vsq; ad antiquũ dierum peruenit, & oblatus est ei. Et datum est ei imperium & honor & regnum; & omnes populi, tribus & linguæ seruient illi. Potestas eius, potestas æterna quæ non pertransibit: & regnum eius non interibit.* Omnẽ potestatẽ ostendit, quæ a Patre data Filio est, qui cœlestium, terrestriũ & infernorũ Rex, omniumq; iudex creatus est. Cœlestiũ quidẽ, quod Verbum Patris ante sæcula extitit. Terrestriũ verò, quod homo inter homines natus est, vt à se ipse Adamum reformaret. Infernorum autem, quod inter mortuos reputatus, Sanctorũ Animabus prædicans, morte victor mortis extitit. Cùm hæc itaq; futura sint, decemq; digiti simulacri & statuæ seu Imaginis, in democratias cessuri: decem verò capita quartæ bestiæ in decem regna diuisa sint, videamus clarius quæ argumento proposita sunt, eaque quasi ob oculos posita sic coram consideremus.

Dan. 2. 34. & 45. Dan. 7. 13.

Matt. 28. 18. Phil. 2. 10. 1. Petr. 3. 19.

C

Aureum caput simulacri, Leæna, Babylonij erant: Humeri & brachia argentea, Vrsus, Persæ & Medi; Venter femurq; æneũ, Pardus, qui ab Alexandro Græci rerum potiti sunt. Crura ferrea, stupenda Bestia ac terribilis, Romani, qui nunc rerum potiuntur. Vestigia pedũ, testa ferreumq; ac decem cornua quæ futura sunt regna & imperia. Cornu aliud paruũ succrescens, qui inter illa numeratur, Antichristus; Lapis percutiens cõterensq; simulacrum, qui terram adimpleuit & iudiciũ mundo infert, Christus. Hæc tibi, charissime, timore communico, propensâ tamen voluntate, ob excellentẽ charitatẽ Christi: Nã si decessores nostri beati Prophetæ, qui hæc explorata haberent, noluerunt palam prædicare, ne hominũ animos turbarẽt, sed arcanâ ratione parabolarum tecto inuolucris, & perplexis obscurisq; sermonibus enarrarunt, dicentes: *Præsto sit animus sapientia præditus*; quanto nobis potius nõ vacabit periculo, qui ab illis occultè dicta atq; obtecta, in apertũ dicamus? Videamus igitur quæ in extrema euentura sunt super immunda hac meretrice, qualisq; ac quãtus cruciatus Dei indignatione ante diem iudicij prærogata in antecessũ pœnarũ parte, illi superuenturus.

D

Ades igitur ô beate Isaia. Eamge, dic palã quæ vaticinatus es de ciuitate magna Babylone. Nã etiã de Ierusale locutus es sicq; factũ est. Tu enim apertè dixisti, *Terra vestra deserta; ciuitates vestræ igne succẽsa. Regionẽ vestrã alieni deuorant in conspectu vestro, & desolata est, subuersa à populis alienis. Derelinquetur filia Sion quasi tabernaculum in vinea, & sicut pomorum custodia in cucumerario, sicut ciuitatas expugnata.* Quid igitur? Nũ hæc iam non extiterunt? Nonne impleta sunt, quæ à te dicta sunt? Nonne eorum terra Iudæa desolata est? Nonne succensum sanctuarium? Nonne eorum euersi muri? Nonne ciuitates destructæ? Nonne regionẽ alieni deuorãt? Nonne eos ditionis Romani potiũtur? Nã quo odio in te exarserant, serra disciderunt, ac Christum in crucem egerunt. In mundo mortuus es, sed viuis in Christo.

Isai 1. 7. Isaiæ impleta prophetia.

E

Isaias serra dissectus

Quem vestrùm magis diligam, téne, an Ieremiam? Sed & Ieremias lapidatur. Magis verò Ieremias, sed & Daniel testatur. Daniel præ omnibus in tuas laudes effundor. Quin Ioannes quoque nihil falsi loquitur. Quantis vos labiis linguisque glorificabo, quinimmo quod in vobis Verbum loquitur? Mortui estis cum Christo, sed viuetis cum Christo. Audite & lætamini. Ecce enim quæ locuti estis, per tempus impleta sunt. Vidistis enim ea primùm, sicque deinde cunctis ætatibus prædicastis. Vocati estis Prophetæ, vt salutẽ omnibus possetis præstare. Tunc enim verè Propheta est cùm prænuntians quæ futura sunt, ea postea euenisse ostenderit. Boni Magistri discipuli fuistis. Hæc vobis meritò quasi viuentibus acclamo. Habetis enim vobis iam in cœlis repositam vitæ ac incorruptionis coronã.

Ieremias lapidatus.

Propheta veras rerũ euentu probatur.

F

2. Tim. 4. 8.

Dic quæso beate Daniel. Certam mihi facito fidẽ, obsecro. Vaticinatus de Leæna Babylone: Ibi enim captiuus versabaris: Narrasti quæ erant futura de Vrso: Adhuc enim vitæ superstes eras, eaquæ facta vidisti. Deinde Pardum mihi loqueris? vndenam verò vt hæc scieris? Iam enim defunctus eras. Quis hæc loqui docuit, nisi qui ex vtero matris te formauit? Deus, ais: Dixisti enim, nec falsum locutus es. Surrexit Pardus: venit Hœdus caprarum; percussit Arietem: contriuit cornua eius, conculcauit eum pedibus; illius potitus est. Exaltatus est in ruina eius; surrexerunt sub illo quatuor cornua. Lætare beate Daniel: non es deceptus; cuncta hæc euenere.

Ier. 1. 5

Post hæc mihi rursus enarra quartam Bestiam, tremendam illam atque stupendam. *Dentes eius ferrei, & vngues eius anei, comedens & comminuens, ac residua pedibus suis conculcabat.* Iã nunc ferrũ dominatur: iã edomat & comminuit omnia: iã inuitos omnes sub iugũ mittit. Hæc nos iam videmus. Iã à te docti Deũ glorificamus.

Imperiũ Romanum.

Quoniam verò propositum nobis fuerat vt de meretrice loqueremur adesto beate Esaia: Videamus quid dicas de Babylone. *Descende, sede in terra filia Chaldæorum: non amplius adiicietur tibi vt voceris mollis & delicata. Tolle molam, mole farinam, reuela operimentum tuum, rade canos, discooperi tibias, transi flumina: Reuelabitur turpitudo tua: apparebunt opprobria tua; vltionem ex te sumam: nequaquã vltra te hominibus tradam. Qui eruit te Dominus Sabaoth, nomen ei Sanctus Israel. Sede compuncta; ingredere in tenebras filia Chaldæorum: nequaquam vltra vocaberis fortitudo regni.*

Isai. 47. 1.

G

Iratus sum super populum meum: contaminaui hæreditatem meam: Ego dedi eos in manu tua, tu verò non dedisti eis misericordiam: tu verò super seniores aggrauasti iugum, & dixisti: In æternum ero Domina. Non cogitasti hæc in corde tuo, nec nouissimorum recordata es. Nunc autem audi hæc, delicata, quæ sedes, quæ confidis, quæ dicis in corde tuo, Ego sum, & non est altera; & non sedebo vidua, neque sciam orbitatem. Nunc autem venient super te hæc duo in vna die, quod vidua sis ac orba liberis. Venient repente in veneficio tuo, in fortitudine incantationum tuarum valdè, spe fornicationis tuæ. Tu enim dixisti: Ego sum & non est altera. Et erit fornicatio tua tibi confusio, quod dixisti in corde tuo, Ego sum. Et veniet super te perditio & nescies: & fouea, & incides in eam. Et veniet super te miseria, & non poteris munda fieri. Et veniet super te repente interitus, & non intelliges. Sta nunc in incantationibus tuis, & in multis veneficiis tuis: quæ discebas à iuuentute tua, si poteris adiuuari. Laborasti in consiliis tuis: stent & saluã te faciãt Astrologi cœli: qui cõtemplãtur stellas: nunciẽt tibi quid futurũ sit super te. Ecce õnes tãquã stipula ignis sic cõburẽtur, & nõ eruẽt animã suã de flãma. Quoniã quidẽ habes carbones ignis sede super eos, si inde iuuaberis. Laborasti in mutatione tua à iuuentute.

H

Heme

A *Homo in semetipso erravit: tibi autem non erit salus.* Hæc quidem tibi Esaiae vaticinatur: videamus num & Ioannes similia locutus sit.

Roma scilicet Gentilis, nō Christiana. Apoc. 17. 1.

Hic enim cùm in Patmo insula versaretur, videt Apocalypsim quâ detecta horrenda mysteria, eaq; narrane, etiam alios affatim docet. Dic quæso, beate Ioannes Apostole & Domini Discipule, quidnam audisti & vidisti de Babylone. Expergiscere & loquere: nam & hæc te in exilium relegavit. *Et venit vnus de septem Angelis qui habebant septem phialas, & locutus est mihi, dicens. Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magna, qua sedet super aquas multas, cum qua fornicati sunt Reges terra, & inebriati sunt qui inhabitant terram, de vino prostitutionis eius. Et abstulit me in spiritu in desertum. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam plenam nominibus blasphemia, habentem capita septem & cornua decem. Et mulier erat amicta purpura & coccino, & inaurata auro & lapide pretioso & margaritis, habens poculum aureum in manu sua plenum abominationibus, immunditiis fornicationis terra. In fronte & eius nomen scriptum, Mysterium: Babylon magna, mater* B *scortationum & abominationum terra.*

Et vidi Mulierem ebriam de sanguine Sanctorum, & de sanguine Martyrū Iesu. Et miratus sum videns illā, admiratione magna. Et dixit mihi Angelus, Cur miraris? Ego dicam tibi sacramentum mulieris, & bestia, qua illā portat, qua habet capita septem & cornua decem. Bestia, quam vidisti, erat, & non est. Futurumq; est vt ascendat de abysso, & in interitum eat. Et mirabuntur inhabitantes terram (quorū non scriptum est nomen in libro vita à constitutione mundi) videntes bestiam, qua erat, & non est, & qua ventura est.

Hic sensus qui habet sapientiam. Septem capita, septē montes sunt, super quos Mulier sedet, & Reges septē sūt: Quinque ceciderunt: vnus autem est, alter nondum venit: & cùm venerit, oportet illum breve tempus manere. Et bestia, qua erat & non est, & ipse octauus est, & de septem est, & in interitum vadit. Et decem cornua, qua vidisti, decem Reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam Reges vna hora accipient cum bestia. Hi vnam voluntatem habent, & virtutem & potestatem suam bestia tradent. Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus C *vincet illos: quoniam Dominus dominorum est & Rex regum, & qui cum illo vocati, electi & fideles sunt.*

Et dixit mihi, Aqua quas vidisti, vbi meretrix sedet, populi sunt & turba & gentes & lingua. Et decē cornua, qua vidisti, & bestia; hi odient meretricem, & desolatam eam facient & nudam, & carnes eius comedent, & ipsam igni concremabunt. Deus enim dedit in cor eorum vt faciant quod illi placuerit, & faciant vnam voluntatem, & dedit regnum suum bestia, donec consummētur verba Dei. Et mulier, quam vidisti, est Civitas magna, qua habet regnum super Reges terra.

Apoc. 18. 1.

Post hac vidi alterum Angelum descendentem de cælo, habentem potestatem magnam: & terra illuminata est à claritate eius. Et clamavit in fortitudine voce magna, dicens: Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta est habitatio dæmoniorum: & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immunda & exosa: quia de vino ira scortationis eius biberunt omnes gentes. Et Reges terra cum illa fornicati sunt, & mercatores terra, de virtute deliciarum eius divites facti sunt. Et audivi aliam vocem de cælo dicentem. Exite de illa populus meus, ne D *participes sitis delictorum eius, & de plagis eius ne accipiatis. Quoniam adhaserunt peccata eius vsque ad cælum, & recordatus est Dominus iniquitatum eius.*

Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia secundùm opera eius. In poculo, quo miscuit, miscete illi duplum. Quantum glorificavit se & in deliciis fuit, tantum illi tormentum & luctum; quia in corde suo dicit. Sedeo regina, & vidua non sum: & luctum non videbo. Ideo in vna die venient plaga eius, mors & luctus & fames, & igni comburetur; quia fortis est Deus, qui iudicavit eā. Et lugebunt & plangent super eā Reges terra, qui cū illa fornicati sunt, & in deliciis vixerūt, cùm viderint fumum incendij eius; longè stantes propter metū tor- E *mentorum eius, dicentes, Va, va, civitas illa magna, Babylon, civitas illa fortis, quoniam vna hora venit iudicium tuum. Et negotiatores terra flebunt & lugebunt super eā, quoniam merces eorum nemo emet amplius: Merces auri & argenti & lapidis pretiosi, & margarita & byssi & purpura & serici & coccini; & omne lignum thyinum, & omnia vasa eboris, & omne vas ex ligno pretiosissimo, & aramento & ferro & marmore, & cinamomum: & amomū & odoramentum & vnguentū & thus & vinum & oleum & similā & triticū & pecora & oves & hædos & equorum & rhedarū & mancipiorū, & animas hominū. Et poma desiderij anima tua recesserunt à te, & omnia pinguia & clara perierunt à te & amplius illa iā nō invenies. Mercatores horū, qui divites facti erant, à longè stabunt propter metū tormentorū eius flentes & lugentes, atq; dicētes, Va, va, civitas illa magna, qua amicta erat bysso & purpura & coccino, & deaurata erat auro & lapide pretioso & margaritis, quod vna hora destituta sūt tāta divitia. Et omnis gubernator, & omnis in navibus versantiū turba & nauta, & qui mare exercēt omnes à longè steterūt & clamaverunt videntes fumum incendij eius, dicentes, Qua similis* F *civitati huic magna? Et miserunt pulverem super capita sua, & clamaverunt flentes & lugentes, dicentes, Va, va civitas illa magna, in qua divites facti sunt omnes qui habebant naves in mari, de pinguedine eius.*

Latare super eam cælum, & Angeli & Apostoli & Propheta, quoniam iudicavit Deus iudicium vestrum de illa. Et sustulit vnus Angelus fortis lapidem, quasi molarem magnum, & misit in mare, dicēs, Sic impetu mittetur Babylon civitas illa magna, & vltra iam non invenietur. Et vox citharœdorum & musicorum & tibiā canentium & tubā, non audietur in te amplius: & omnis artifex omnis artis non invenietur in te amplius: & vox mola non audietur in te amplius: & lux lucerna non lucebit in te amplius: & vox sponsi & sponsa nō audietur adhuc in te, quia mercatores tui erant principes terra; quia in veneficiis tuis erraverunt omnes gentes: & in ea sanguis Prophetarum & Sanctorum inventus est, & omnium qui interfecti sunt in terra.

Apertissimè in his testimoniis sigillatim declaratū est, de tormentorum iudicio, quæ extremis temporibus, G per tyrannorum, qui tunc erunt, iniuriam, illam incessura sunt: operæpretium verò est, vt & tempus diligenti examine exponamus, quando scilicet futurum sit vt hæc eveniant, & cornu illud parvū inter eos emergat. Nempe quando crura ferrea, quæ etiamnum rerum potiuntur, ad vestigia pedum digitosque evaserint, iuxta simulacri seu imaginis & statuæ manifestationem, bestiæque formidabilis speciem, vti in superioribus designatum est; quando futurum est, vt ferrum & testa in vnum misceantur. Ostendet verò nobis Daniel hæc ita proposita. Ait enim, *Et disponet testamentum multis hebdomada vna. Et erit in dimidio hebdomada auferetur sacrificium meum & libatio.* Vnam ergo annorū hebdomadam extremā significavit, quæ in fine totius mundi futura sit; cuius hebdomadæ dimidiū sument duo Prophetæ, Enoch & Elias. Hi enim prædicabunt dies mille ducentos sexaginta, amicti saccis; qui nimirum populo cunctisque Gentibus pœnitentiam indicant.

Dan. 9. 28.


Atqui hæc potius ad Christi tempus.

Apoc. 11. 3.

Quemadmodum enim duplex nobis Domini ac Salvatoris adventus Scripturarum testimonio proditus est; vnus quidem ac primus in carne, nullâ honorum pompâ ac claritate, vt despicabilis foret, vt olim vaticinatus fuerat Esaiae, dicens, *Vidimus eum, & non habebat speciem neque decorem: sed species eius contempta* H *& deficiens supra omnes homines. Homo in plaga positus, & sciens ferre infirmitatem: quia aversa est facies eius; despecta, nulliusque rationis habita.* Alter verò eius adventus in maiestate futurus prædicatus est, quādo de cœlis veniet Angelorū stipante militia, & in Paterna claritate; quomodo ait Propheta *Videbimus Regē in decore & maiestate. Et aspiciebā cū nubibus cœli tāquā Filiū hominis venientē, & vsq; ad Antiquū dierū pervenit. Et oblatus est ei, & datū est ei imperiū & honor &*

Isa. 53. 2.

Luc. 0 26
Isa. 33. 17
Dan. 7. 13



MAXIMÆ
BIBLIOTHECÆ
VETERVM PATRVM,
ET ANTIQVORVM SCRIPTORVM
ECCLESIASTICORVM
SVPPLEMENTVM
BIPARTITVM,
SEV
TOMVS VIGESIMVSSEPTIMVS,

CVIVS

PRIMA PARS continet authores, qui post editos præcedentes tomos detecti sunt, & ad sæcula quibus vixerunt, revocantur,

SECVNDA, eos repræsentat quorum ætas ignoratur, additis quibusdam Anonymorum opusculis.

Accedunt INDICES QVATVOR *præclari, in hac tàm multiplicium Scriptorum vastissimâ collectione verè faces, & vt quis ad ipsorum lectionem introducatur, vtilissimi, imò omninò necessarij.*

I. AVTHORVM ALPHABETICVS. ipsorum ætates, & scripta indicans.
II. CLASSICVS, Authores per materias de quibus egerunt exactè distribuens.
III. SYNOPSIS, appellatus, operum omnium Authorum analysim continens, & argumenta exhibens.
IV GENERALIS materiarum, amplissimus.

Consule quæ de his indicibus in ipsorum frontispicio, circa eorum vtilitatem, & vsum prænotata sunt.





LVGDVNI,
Apud ANISSONIOS.
M. DC. LXXVII.
CVM APPROBATIONIBVS, ET SVPERIORVM PERMISSV.

SERIES AVTHORVM ET OPVSCVLORVM

QVÆ SVPPLEMENTO seu TOMO XXVII. BIBLIOTHECÆ MAXIMÆ VETERVM PATRVM comprehenduntur.

IN PRIMA PARTE SVPPLEMENTI.



IPPOLYTVS *Portuensis in Italia prope Romam Episcopus*, de quo multa t. 3. hujus Bibliothecæ in capite operum ejus prænotantur, scripsit præter ibidem edita demonstrationem de Christo & Antichristo, quam germanam esse ipsius lucubrationem, aliam vero quæ sub titulo Orationis de consummatione mundi hactenus vulgata est, spuriam volunt. Extat Interprete P. Combefis O. P. pag. 1. Ejusdem explicatio historiæ Susannæ & annorum captivitatis Babylonicæ pag. 9.

COMMODIANVS, qui in suo opere GASÆVM se dicit, & MENDICI CHRISTI cognomentum assumit, vixit temporibus S. Sylvestri P. R. factus ex lectione authorum fidei nostræ Christianus, ut inquit Gennadius, scripsit instructiones adversus Gentium Deos quæ extant pag. 12. ex schedis Jacobi Sirmundi S. I. edente Nicolao Rigaltio.

EVSTATHIVS *Antiochenæ Ecclesiæ Antistes*, qui tempore Constantini Magni Imperatoris vixit, ut ex annorum supputatione apparet, quam in suo opere instituit, plurima scripsit testibus S. Hieronymo, Socrate, Sozomeno & aliis, ex quibus hic extant in Hexamerôn Commentarius, & de Engastrimito dissertatio adversus Origenem cum ipsius Origenis de eadem materia tractatu pag. 28. vtrumque opus edidit & latinè reddidit Leo Allatius.

S. DAMASVS *Romanus Pontifex* ab anno 367 ad annum usque 384 quo obiit, de quo plurimam fecere mentionem antiqui omnes, ut ex præfixis initio operum ejus testimoniis apparet, scripsit Epistolas & varia Carmina, quæ hîc extant cum notis Martij Milesij Sarazanij I. C. Romani pag. 55.

EVAGRIVS non ille Antiochenus Episcopus, de quo Hieronymus in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, sed Ponticus ille, qui ex Diacono Constantinopolitano factus est Monachus; de quo idem Hieronymus in Epistola ad Ctesiphontem, scripsit multa Monachis, ut ait Gennadius, necessaria, quæ recenset partim ipse in Catalogo, partim Socrates lib. 4 historiæ. Sed ex his nunc solum extat liber, seu potius Epitome libri de octo vitiosis cogitationibus pag. 97. Ab aliquibus etiam huic Evagrio tribui solet liber, qui inscribitur Apophtegmata Anachoretarum, quem librum, quia à P. Rosveido S. I. inter vitas Patrum editus est, hîc omisimus.

SEVERIANVS *Gabalorum Episcopus*, S. Joanni Chrysostomo coætaneus, cuique ipse suam Ecclesiam, dum in exilium mitteretur, commendavit, plurima scripsit teste Gennadio, ex quibus præter tractatum in vivificam crucem qui editus est tom. 5. hujus Bibliothecæ pag. 1229, hîc extant sex orationes de mundi creatione cum aliquot symbolis Interprete P. Combefis O. P. pag. 99. Quædam etiam ejus fragmenta reperiuntur sæculo 5 parte 3. pag. 706. hujus Bibliothecæ.

MARIVS MERCATOR, de cujus patria & rebus vix quidquam apud veteres reperitur, excepto S. Augustino, qui ad ipsum se scripsisse Epistolam commemorat, floruit circa annum 430, scripsitque Commonitorium historicum, quod in novissima Conciliorum editione tom. 2. pag. 1512 extat. Item aliud Commonitorium, quod hîc ex M. S. Codicibus Vaticanæ Bibliothecæ editum est cum refutatione sermonis seu Symboli Theodori Mopuesteni & duabus Epistolis pag. 119. Adjectæ sunt in totum opus Rigberij notæ, quas ad ampliorem notitiam hujus authoris consule pag. 144.

THEODOTVS *Ancyranus Episcopus*, doctrinæ ac virtutum fama celeberrimus circa annum Christi 440, multa scripsit, ex quibus supersunt homiliæ tres in Actis Concilij Ephesini relatæ. Hîc habetur ejus expositio in Symbolum Nicænum, seu adversus Nestorium liber, ex Schedis & ex Interpretatione Lucæ Holstenij editus pag. 173. vide quæ initio prænotata sunt de aliis ejusdem operibus.

S. ARSENIVS *Romanæ Ecclesiæ Diaconus*, ut inquit Martyrologium Romanum, qui tempore Theodosij Magni in solitudinem secessit, & cujus plures sententiæ passim reperiuntur in vitis Patrum Orientis a Rosveido S. I. editis, exhortationem scripsit, quam hîc damus pag. 180. Interprete P. Combefis O. P.

S. EVCHERIVS, de quo plura tom. 6. pag. 825 hujus Bibliothecæ, scripsit præter ibidem edita exhortationem ad Monachos & sententiam ad eosdem, quæ hîc extant pag. 180, ex codice Regularum à Luca Holstenio edito, desumptæ.

S. NILVS *Monachus & Abbas*, de quo Consule quæ dicta sunt tom. 7. pag. 1147 hujus Bibliothecæ, multa scripsit præter ibid. edita, quæ hîc habentur, nempe Peristeria seu de virtutibus excolendis pag. 183. Tractatus de voluntaria paupertate pag. 512. spirituales admonitiones pag. 530. Epicteti Manuale concisum & interpolatum pag. 531. Epistola dogmatica de S. Trinitate pag. 236. de Monachorum præstantia pag. 540. Tractatus ad Eulogium Monachum pag. 246. Item alius Tractatus de vitiis quæ sunt opposita virtutibus pag. 555. Capitula plurima & spirituales sententiæ pag. 265. Sermo in illud Evangelij, qui habet sacculum, &c. pag. 266. Et Epistolæ 657 de novo detectæ pag. 269. Hæc autem omnia primũ hîc exhibẽtur partim ex Josephi Suaresij Episcopi olim Vasionẽsis, partim ex Leonis Allatij Interpretatione.

S. CÆSARIVS *Episcopus Arelatensis*, cujus opera supra tom. 8. pag. 819. hujus Bibliothecæ exhibentur, scripsit insuper homilias 18, quæ hîc extant pag. 324, cum aliquot aliis opusculis. Consule quæ hoc tomo 8. de eo prænotantur.

S. FVLGENTIVS *Episcopus Ruspensis*, præter opera tom. 9. fol. 1. edita, scripsit librum sive responsionem ad interrogationes Scarilæ de Mysterio Incarnationis & de vilium animalculorum authore. Extat pag. 352 ex editione P. Guilielmi Camerarij Congregationis Oratorij Domini JESV Presbyteri.

EVSTATIVS *Presbyter Constantinopolitanus*, qui vixit septimo sæculo & cujus meminit Photius Bibliothecæ suæ codice 171, scripsit tractatum adversus eos qui dicunt animas statim atque è corpore solutæ sunt, non operari; neque oblatis pro iis Deo precibus sacrificiis & aliis bonis operibus juvari, extat pag. 362. erutus è tenebris & latinè redditus à Leone Allatio, cujus ad initium operis appositæ observationes prælegendæ.

NICETAS DAVID, natione *Paphlago*, vixit post annum 873. quo obiit S. Ignatius C. P. cujus & ipse vitam scripsit, quæ apud Surium reperitur. Hîc ejus extant Orationes 17 laudatoriæ summorum primique ordinis Apostolorum, aliæque quædam festivæ, pag. 384. Interprete P. Combefis O. P.

S. ANSELMVS *Episcopus Lucensis*, qui floruit sæculo 11. & cujus quædam opera hoc eodem sæculo, seu tom. 18. in hac Bibliotheca reperiuntur pag. 602. præter quæ hîc extant pag. 436. Meditationes in orationem Dominicam, in salutationem Angelicam, super Salve Regina & de gestis Domini nostri Jesu Christi. Hæc opuscula primus è tenebris eruit P. Lucas Vvadingus O. M. qui & præmonitionem initio adhibuit de aliis ejusdem operibus nondum editis, & quæ prælo parata habet.

SERIES AVTHORVM QVORVM ÆTAS IGNORATVR, ET ANONYMORVM, quorum Tractatus in secunda Parte Supplementi hujus BIBLIOTHECÆ editi sunt.

ALEXANDER LICO *Thebaidis civitate ortus*, & inde dictus LICOPOLITA, qui ex Gentibus ad Manichæorum errores conversus fuerat, scripsit tractatum contra eosdem qui extat fol.459 Interprete P.Cumbefis O. P.

HIPERECHIVS *Presbyter*, author antiquus, adhortationem sententiis 160 comprehensam scripsit ad Religiosam Palestram exercentes, quæ extat fol.465, eodem Interprete.

EVAGRIVS *Monachus* incertæ ætatis, sententias scripsit ad eos qui in Cœnobiis habitant, & alias ad quandam Virginem. Extant hic à Luca Holstenio primùm editæ fol.469.

JOANNES GEOMETRA *Poëta Græcus* hymnos 4 composuit in Virginem Deiparam, & Paradisum Tetrasticorum moralium & piorum. Extant fol.471 Interprete Frederico Morello Professore Regio, cum alio Hymno cujusdam Anonymi.

SEVERINVS *incerti loci Episcopus*, scripsit Doctrinam quæ extat fol.478.

EVSEBIVS *incerti loci Episcopus*, scripsit orationem de Commemoratione Sanctorum. Extat ex editione Thomæ Galleti fol.479

EVTROPIVS *Abbas*, scripsit ad Petrum Papam remedia contra vitia principalia quæ humanum genus infestant, item Epistolam ad eundem. Extant fol.480.

PORCARIVS *Abbas*, scripsit Epistolam quæ extat fol.483.

PAVLVS *Diaconus*, scripsit homiliam in illud Evangelij, *simile est Regnum Cælorum homini Regi qui voluit rationem poscere de servis suis*. Extat fol.484. licet hic author ponatur incertæ ætatis, tamen Joannes Bapt. Marius in notis ad Petrum Diaconum Cassinensem dicit hanc homiliam pertinere ad Paulum Aquileiensem Diaconum, qui scripsit historiam Longobardorum, & qui editus est sæculo 8 seu tom.13. hujus Bibliothecæ vide eundem Marium sæculo 12. seu tom.20. fol.254.

MAXIMVS PLANVDES *Constantinopolitanus Monachus*, de quo consule Possevinum in apparatu sacro, qui multa ejus opera enumerat, scripsit orationem quæ hic extat pag.486 in Corporis Jesu Christi Sepulturam & Sacrosanctæ Dei Matris lamentationem.

MARTINVS de LAVDVNO *Prior Carthusiæ Vallis S. Petri in Diœcesi Laudunensi*, scripsit Epistolam Paræneticam ex meris sacræ Scripturæ sententiis contextam, quæ hic extat fol.491.

S. GALLI *Monasterij* illustrium Virorum & antiquorum Patrum Epigrammata, seu hymni, hic extant fol.507, ex editione Henrici Canisij.

MEROBAVDES *Hispanus Scholasticus*, Carmen scripsit de Christo, quod hic habetur fol.526.

INCERTVS quidam Carmen scripsit de Bebiani baptismo, & vxoris Apræ obitu. Extat fol.526.

INCERTVS alter scripsit Carmen de laudibus Domini. Extat fol.527.

INCERTVS alter de Cantico Moysis fol.528.

INCERTVS alter de die Paschatis fol.528.

INCERTVS alter de die Ascensionis fol.528.

ANONYMVS quidam, qui sub nomine Ruffini Presbyteri Provinciæ Palestinæ à Jacobo Sirmundo S. I. editus est, scripsit librum de Fide, qui extat fol.528.

ANONYMVS quidam Prædestinati titulo à Jacobo Sirmundo S. I. primùm editus, & ab Hincmaro Hyginus vocatus, scripsit de hæresibus cum refutatione cujusdam operis falsò, sub Augustini nomine conficti, libros tres, qui extant fol.543.

ANONYMI, *Monachi*, ut videtur *Ratisbonensis*, Benedictio Dei seu Commentariolus quomodo Deus præcipuè per Psalmos benedicendus, atque laudandus sit. Extat fol.575. hic liber dicatus est Batherico Episcopo Ratisbonensi, qui sedem illam obtinuit anno 814, unde ipsius antiquitas deprehenditur.

ANONYMI oppositio ex parte Severianorum contra fidem Orthodoxam cum responsione incerti quoque authoris. Extat fol.589.

ANONYMVS, (qui à quibusdam creditur esse Manuel Caleeas, ab aliis, Pantaleo, qua de re vide supra sæculo 14 seu tomo 26. hujus Bibliothecæ pag.321, & P.Labbe tom.2 in Bellarminum verbo Manuel Caleeas) scripsit tractatum contra Græcorum errores, qui extat fol.589.

INCERTVS AVTHOR scripsit Collectanea contra Judæos, quæ extant fol.619.

ANONYMVS alter scripsit Collectanea de quibusdam hæresibus earumque authoribus. Extant fol.623, à Petro Stevartio primum edita.

INCERTI cujusdam narratio extat fol.625, Interprete P.Combefis O. P.

MISSA qua Æthiopes communiter utuntur, quæ etiam Canon vniversalis appellatur; item ordo benedictionis Puerperæ, secundum usum Æthiopum, ordo Baptismi & Confirmationis fol.626.

MISSA MOZARABVM S. Leandro Hispalensi Episcopo peculiariter in Hispaniis usitata, fol.644, quæ etiam amplior infra exhibetur fol.657.& 666.

MISSA seu LITVRGIA GRÆCORVM, Et officium eorum de mysteriis ante consecratis sanctæ Quadragesimæ tempore, Interprete Gilberto Genebrardo Theologo Parisiensi fol.645.

MISSA & ordo divini Officij Gothici Mustarabum, excerptus & in latinum Sermonem conversus ex Hispanico libro de vita & rebus gestis Francisci Xumenij S.R.E. Cardinalis & Archiepiscopi Toletani; ad cujus calcem Officium & Missa particularis diei festi S. Jacobi repræsentatur fol.657.

MISSA qua utuntur antiqui Christiani Episcopatus Angamallensis in Montanis Mallabarici Regni apud Indos Orientales, ex Syriaco in Latinum conversa ab Alesio Menesio Archiepiscopo Goano Indiarum Primate, fol.670

MISSALES ORATIONES ex vetustissimo Manuscripto Guthico Missali, fol.679.

A E



BIBLIOTHECÆ VETERVM PATRVM, ET SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM SVPPLEMENTVM.

B F

AD SECVLVM TERTIVM.

HIPPOLYTI EPISCOPI ET MART. DEMONSTRATIO, De Christo & Anti-Christo;

INTERPRETE P. FRANCISCO Combefis O. P.

C

N O T A.

HAnc vetustissimi Theologi lucubrationem Iuris publici facimus; Quod enim Hippolyti nomine opus de Antichristo hactenus pluteos onerabat, sequioris Græciæ monumentum est, ac plane Stramineum nihil ævi illius sinceritatem redolens, aut venam magni cum simplicitate Theologi, satisque in scripturis versati; Cuius parens ea ipsa persuasio fuerit, quod scripsisse Hippolytum de Anti christo apud antiquos peruulgatum sit.

*Vide Photium in Bibliotheca Cod.*202.

D



QVOD ita desiderio fatigabas, Frater mi charissime Theophile, vt à me tibi proposita capita diligenter perdisceres, operæpretium putaui, velut ex sacro fonte, ex sacris ipsis affatim Scripturis hauriendo, ob oculos quasi præsentia ea ponere, de quibus vertitur quæstio: vt nedum humanis hæc auribus consignando læteris, sed & res ipsas virtute lustrando, per omnia Deum laudare possis. Hoc enim præsenti, quam agimus vita, totum à nobis tibi esto viæ præsidium, quòd paratis inferens rationibus ac sermonibus, velut terra munda, in cordis tui latifundio semines. Sed & his, adversantes salutari doctrinæ ac contradicentes in sententiam coges. At vide ne ad incredulas ac maledicas hæc linguas traducas (nec enim hoc leue periculum est) sed vt viris religiosis ac fidelibus, qui sanctè ac iustè in Dei timore viuere velint, impertias. Non enim frustra beatus Apostolus monendo Timotheum, ait, *O Timothee depositum custodi, deuitans profanas vocum vanitates, & oppositiones falsi nominis scientia, quam quidam profitentes, circa fidem errauerunt.* 1. Tim. 6. 20. Et rursus, *Tu autem, fili mi, confortare in gratia, qua est in Christo: & qua audisti a me per multas exhortationes, hac commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt vt & alios doceant.* 2. Tim. 2. 1. Cùm igitur beatus Apostolus hæc cautè ac metu traderet, quæ ab omnibus facilè cognosci possunt, videns scilicet spiritu; Non esse omnium fidem; 2. Thess. 3. 2. quantò res nobis maioris periculi fiet, si temerè nullaque ratione profanis hominibus atque indignis tradiderimus diuina eloquia?

G

Nam quia beati Prophetæ oculi nobis fuerunt, ipsi per fidẽ, Verbi mysteria præviderunt, & quæ aliis postmodum ætatibus ministrarunt, nedum quæ præterita essent loquentes, sed & præsentia atque futura nuntiantes, ne solùm Propheta temporaneus esse monstraretur, sed & cunctis ætatibus futura prædiceret, vt Propheta esse existimaretur. *Prophetæ Fideliũ oculi.* Hi namque Patres spiritu prophetiæ aptati, digneq; ab ipso Verbo honorati, quò nimirum velut organa in seipsis semper vnitum Verbum tanquam plectrum haberent; cuius motu atque afflatu, quæ Deus vellet hæc Prophetæ annuntiabant. *Prophetia futurorũ ex Dei nutu.* Non enim ex sua facultate loquebantur (verùm dico) nec quæ ex animo essent, hæc prædicabant: sed primùm quidem Verbi nomine ritè sapientiâ imbuti, exinde per visa, quæ essent futura probè prædocebantur, ac demum certa jam rerum fide, ea dicebant ac prædicabant, quæ illis diuino Numine duntaxat manifestata forent, reliquis verò abscondita. 2. Petr. 1. 21. Nam qua ratione Propheta, propheta vocaretur, nisi quæ sunt futura spiritu præuideret? Nam si Propheta de casu aliquo loqueretur, ea loquendo non esset Propheta, quæ ob oculos cunctis posita essent. Sed qui futura narret, is meritò Propheta existimatus est. Vnde conuenienter Prophetæ à principio *Videntes* vocabantur. *Prophetæ, Vidẽtes.* 1. Reg 9. 9. Vnde & nos eorum probè docti vaticinia, non ex nostro sensu loquimur. Non enim alij alia, quæ pridem prædicta sunt verba, novis mutare tentamus; quorum scripturas in lucem edentes, his qui rectè credere valeant, legimus, quod hinc vtrisque commodum veniat;

H

A nempe ei qui loquitur, quod memoria tenendo recte exponat quæ prædicta sunt; auditori verò, quod his quæ dicuntur adhibeat animum. Quod igitur communis vtrisque labor propositus est; loquenti nimirum, vt omni metus periculo eloquatur; auditori vero, vt fide audiens suscipiat ea quæ dicuntur, obsecro vt orando Deum mihi præsto sitis.

Isai 41.1. Mat 12.8

Humanæ salutis fugi Verbi operâ negotiũ.

Quonam modo olim beatis Prophetis Dei Verbum manifestauerit ipse rursus Dei Seruus, qui olim Verbũ erat, scire quæris? Nimirum quia Verbum suam misericordiam, & quod minimè acceptor est personarum, per omnes Sanctos ostendit, illuminans illos atque componens, velut peritus Medicus, ad ea quæ ad nostram conducant salutem, quippe cùm non nesciat humanam infirmitatem. Ac quidem ignorantes studet edocere: errantes verò ad veram viam conuertit. Atque his quidẽ qui fide quærunt, facile inuenitur; his autem qui mundis oculis & casto corde ostiũ pulsare desiderant, B confestim aperit. Nullum enim suorum seruorum reiicit, quasi diuinorum mysteriorum indignum. Non diuitẽ paupere pluris facit, neque pauperem pro eius tenuitate spernit. Non Barbaro exprobrat, nec Eunuchum, quasi non virum ablegat. Non odit fœminam ob primæ originis inobedientiam, nec virum ob transgressionis reatum despicit: sed omnes vult omnesque saluare desiderat. Omnes Dei filios præstare vult, Sanctosque omnes in vnum hominem perfectum vocat. Nam vnus Dei Filius est, cuius etiam nos munere per Spiritum sanctum adepti regenerationem, in vnum perfectum ac cœlestem hominem omnes occurrere optamus.

Christi in Cruce contexta eius: opus structoris scissa & subi caeta.

Quod enim Dei Verbum, cùm esset carnis expers, sanctam carnem ex sancta Virgine induit, tanquam sponsus sibi ipsam in Crucis patibulo vestẽ contexens; quò nimirum mortale corpus nostrum suæ admiscendo virtuti, & quod obnoxium corruptioni, & quod ab omni immune est corruptione, quod infirmum & quod forte est, homini qui perierat salutẽ præstare. Est igitur textorius malus, quæ in Cruce peracta Domini passio est. Stamen in eo, sancti Spiritus virtus: trama, sancta C caro Spiritu contexta: liciũ, quæ per Christi charitatẽ gratia vtraque adstringat & in vnum nectit: radij, Verbum: textores denique artifices, Patriarchæ & Prophetæ, pulchrum Christi contexentes poderem ac perfectam tunicam: per quas Verbum peruadens, radiorum more, illarum operâ contexit ea, quæ Patri libent.

Argumẽtu insinuatio. 2. Thess. 2. 8.

Verùm quoniam iam tempus vrget ad ea, quæ nobis argumento proposita sunt, cùm sufficiant quæ in exordio ad Dei gloriam perorauimus, æquum sit vt aggredientes ipsas Scripturas, ex illis videamus, quis & qualis Antichristi aduentus, qua ætate ac tempore reuelabitur iniquus ille, Vndenam & ex qua tribu, quodve illi nomen, quod per numerum in Scriptura significatur. Quomodo populum in errorem inducet, congregans eos à finibus terræ? Quam item Sanctis tribulationem inferet & persecutionem; & quomodo ipse se vt Deum clarificabit? Quis eius interitus? Quomodo reuelanda de cœlis Domini apparitio, ac quæ vniuersi orbis conflagratio? Quod Sanctorum gloriosum ac cœleste regnum cum Christo regnantium, ac quod iniquorum per ignem supplicium?

Apoc. 5. 1 Petr 5. 8.

Nam cùm Dominus noster Iesus Christus ac Deus, regia celsitate atque gloriæ claritate, vt leo prædicatus sit: eodem modo & Antichristum pariter leonem D Scripturæ vocitarunt, pro eius tyrannide violentiaque. Seductor enim per omnia similis videri vult Dei Filio. Leo quidem Christus, & leo Antichristus: Rex Christus, ac rex Antichristus. Exhibitus est Saluator vt Agnus; ipse quoq. pariter vt agnus apparebit, cùm internus sit lupus. Venit Saluator in circũcisione in mũdũ veniet & ille similiter. Misit Dominus Apostolos in omnes gentes, mittet & ipse perinde pseudoapostolos. Congregauit Saluator oues, quæ dispersæ erant, ipse quoque pariter populum congregabit, qui dispersus est. Dedit Dominus fidelibus suis signaculum ipse quoque similiter dabit. Apparuit Saluator in hominis

Antichristus Christi in omnibus æmulus. Ioan. 18. 7. 8. 1. 29. Ioan 11. 52. Ioan. 1. 19

E habitu, ipse quoque in hominis habitu veniet. Excitauit Saluator, ac sanctã carnẽ suã vt templũ fecit, ipse itidẽ templũ lapidibus constructũ Ierosolymis excitabit. Ac quidẽ eius seducendi artificia sequẽtibus declarabimus; nunc ad subiectum argumentum vertamur.

Dicit itaque beatus Iacob in benedictionibus, prænuntians quæ ad Dominum ac Saluatorem nostrũ spectant, ita loquens. *Iuda, laudent te fratres tui. Manus tua in dorso inimicorum: adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda: ex germine, fili mi, ascendisti. Recumbẽs dormisti vt leo, & vt catulus leonis: quis suscitabit eum? Nõ deficiet Princeps ex Iuda & Dux ex femoribus eius, donec veniat cui repositum est: & ipse erit expectatio Gentium. Alligans ad vitem asinam suam, & ad helicem pullum asinæ suæ. Lauabit in vino stolã [illegible], & in sanguine vuæ pallium suum. Hilares oculi eius à vino, & dentes eius lacte candidiores.* Gen 49. 8

Interpretatio

Hæc cùm pluribus ac circuitu eloqui nouerim, ipsũ modo textũ apponere libuit. Quia tamen ipsa diuina F verba suadent loqui, ne id quidẽ omittam. Planè enim diuina sunt & illustria ac sanè animo conducere possunt. Catulum leonis vocauit Propheta, qui ex Iuda & Dauide secundùm carnem factus est, non quidem ex Dauidis factum semine, sed qui de Spiritu sancto conciptatur & ex sancto germine è terra procedat. Quod ita Esaias effert. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos ex ipsa ascendet.* Quod Isaiæ flos dictum est, id Iacob appellauit germen. Primùm namq; germinauit, deinde floruit in mundo. Dicendo autem, *Recumbens dormisti vt leo, & vt catulus leonis*, triduanam Christi dormitionem significauit, vti etiam Esaias ait, *Quomodo facta est meretrix fidelis Sion, plena iudicij? ex quo dormiuit iustitia; nunc autem homicida.* Item etiam David, *Ego dormiui & soporatus sum: exurrexi quia Dominus auxiliabitur mihi*: Vt ea sententia, & dormisse eum & suscitatum esse ostendat. Iacob autem, dicit, *Quis suscitabit eum?* Id ipsum est quod David, vti & Paulus, ait, *Et Deum Patrem, qui suscitauit eum à mortuis.* Isai. 11. 1. Isai. 1. 21. Psal. 3. 6. Gal. 1. 1.

Dicendo autem, *Non deficiet Princeps ex Iuda, & G Dux ex femoribus eius, donec veniet, cui repositum est: Et ipse erit expectatio Gentiũ*; ostendit impleũ esse vaticiniũ. Ipse enim est nostra expectatio. Expectamus enim eum, & venientem è cœlo virtute per fidem cernimus.

Alligans ad vitem asinam suam: Hoc est, populum suum ex circuncisione, ad vocationem suam Nam ipse vitis erat. *Et ad helicem pullum asinæ suæ*; populum ex Gentibus, quasi nouum pullum adducens, quasi qui circuncisionem & præputium vocet in vnam fidem. Ioan. 15. 1.

Lauabit in vino stolam suam iuxta paternam per Spiritum sanctum, quæ in Iordane descendit, vocem. *Et in sanguine vuæ pallium suum.* Cuius, rogo, sanguine vuæ, nisi carnis suæ, quæ botri instar in lignum missa est? Ex cuius latere, duo scaturierũt fontes, sanguinis & aquæ, quibus Gentes lutæ emundantur, quas pallij in morem censetur habere.

Hilares oculi eius à vino. Quinam Christi oculi, nisi beati Prophetæ? qui nimirum, quæ illi euenturæ erant passiones, spiritu prævidentes ac prædicantes, gaudebant, spiritalibus oculis cum virtute cernentes, ipsius Verbi nomine eiusque gratiâ perfecti.

Dicendo autem, *Et dentes eius lacte candidiores*, mandata significauit, ex sancto ore Christi procedentia, lactis instar munda. H

Hunc igitur leonem & catulum leonis prænunciauerũt Scripturæ: similiter & de Antichristo dictũ est. Ait enim Moyses ita, *Catulus leonis Dan, & prosiliet à Basan.* Verùm ne quis errore decipiatur, existimans hanc sententiam ad Saluatorem spectare, animum aduertat. *Dan*, inquit, *catulus leonis.* Illa voce tribum Dan declarauit, ex qua Antichristus nasciturus est. Quemadmodum enim Christus ex tribu Iuda nascitur, ita ex tribu Dã nascetur Antichristus Quod verò ita se res habeat, ait Iacob: *Fiat Dan serpens, sedens in terra, mordens calcaneum equi.* Quisnam igitur serpẽs, nisi Antichristus seductor ille qui dictus in Genesi est, qui seduxit Evã,

Deut. 33. 22 Antichristus ex tribu Dan. Gen 49. 9. Gen 3 1.

A & Adamũ supplantauit. Quia tamẽ necesse est pluribus testimoniis, hæc sic dicta comprobare, non grauabor.

Quod enim ex tribu Dã nasciturus sit ac surrecturus Tyrannus & Rex, Iudex dirus, filius diaboli, ait Proph.

Gen.49.16. *Dan iudicabit populũ suũ, tãquã & vna tribus in Israel.* Sed dicet aliquis, dictũ id esse de Sampsone, qui ortus ex tribu Dan, iudicauit populũ viginti annis. Nempe, partim res in Sampsone particulariter contigit, partim vniuersaliter in Antichristo fiet. Nã & Ieremias sic ait,

Ier.8.16. *E Dan audiemus vocem celeritatis equorum eius: à voce hinnitus equitatus equorũ eius commota est vniuersa terra.*

Forte ex Apocrypho. Ait verò, & alius Proph. *Congregabit omnẽ virtutẽ suã à Solis ortu vsque ad occasum. Quos vocauerit, & quos non vocauerit, cum illo ibunt. Candescere mare faciet præ multitudine velorum nauium, & nigrescere campum, præ multitudine scutorum. Ac si quis ei in prælio occurrerit, gladio corruet.* Quod enim hæc, non de vllo alio dicta sint, quàm de Tyranno illo tum impudente tum Dei aduersario, in sequentibus ostendemus.

B Isai.10.12 Sed & Esaias sic ait: *Et erit cùm consummauerit Dominus omnia faciens in monte Sion & Ierusalem, inducet super Mentẽ magnã, super Principẽ Assyriorũ, & super altitudinem gloriæ oculorum eius. Dixit enim, In fortitudine faciã, & sapientiâ intellectus auferam terminos gentiũ & fortitudinẽ eorũ deprædabor: & concutiã ciuitates habitatas, & orbem totum comprehendã manu mea quasi nidũ, & quasi oua derelicta tollam: & non est qui effugiat aut cõtradicat mihi, & qui aperiat os & ganniat. Nũquid glorificabitur securis sine eo qui cadit in ipsa? aut exaltabitur serra sine eo qui illã trahit? Similiter si quis sustulerit virgã aut lignũ, exaltabitur lignum. Et non sic. Sed mittet Adonai Dominus Sabaoth in honorẽ tuũ ignominiam: & in gloriam tuam ignis ardens exardescet. Et erit lumen Israel in igne: & sanctificabit eum in flamma, & comedet sicut fœnum, syluam.*

Isai.14.4 Item alio quoq; loco. *Quomodo cessauit exactor: quaue ratione cessauit sollicitator? Cõtriuit Deus iugũ Principũ peccatorum, percutiens gentem furore & plaga insanabili: percutiens gentẽ plaga insanabilẽ, qua non pepercit. Requieuit confidenter: omnis terra clamat cum lætitia: Ligna Libani lætata sunt super te: & cedrus Libani. Ex quo tu*

C *obdormiisti, non ascendit, qui nos cædat. Infernus subter exacerbatus est, occurrens tibi. Consurrexerunt omnes gigantes Iudices terræ; Principes ex soliis suis. Omnes Reges gentium, omnes simul respondebunt, & dicẽt, Et tu captus es sicut & nos: inter nos reputatus es. Descendit in terram gloria tua: multa lætitia tua: subter te sternent saniem, & operimẽtũ tuũ vermis. Quomodo cecidit de cœlo Lucifer: qui manè oriebatur? Contritus est ad terram, qui mittebas ad omnes gentes. Tu autem dixeras in mente tua, In cœlũ conscendam: Supra stellas cœli ponam thronũ meũ; sedebo in montibus excelsis qui sunt ad Aquilonẽ: ascendã super nubes: ero similis Altissimo. Nunc autem in Infernũ descendes, & ad fundamenta terræ. Qui viderint te mirabuntur super te, & dicent, Hic homo qui irritabat terram: qui concutiebat Reges, qui desolauit totum orbem, eiusque vrbes destruxit, vinctos carcere non soluit. Omnes Reges terræ dormierunt in honore, homo in domo sua: tu verò proiectus eris in montibus velut cadauer abominabile, cum multis mortuis confossis gladio, descen-*

D *dentibus in infernum. Quemadmodũ vestimentum in sanguine conspersum non est mundũ sic neque tu eris mundus. Quoniam terrã meã perdidisti, & populum meum interfecisti, non manebis in æternum longæuus. Semen æquã, præpara filios tuos vt iugulentur pro peccatis patris tui, ne consurgant, & terram meam hæreditate accipiant.*

Ezec.28.2. Ezechiel quoque similiter loquitur in hunc modum *Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quod exaltatũ est cor tuum, & dixisti. Deus ego sum: habitationẽ Dei habitaui in corde maris; (tu autem homo, & non Deus) dedisti cor tuum quasi cor Dei. Nunquid sapientior es tu Daniele? Sapientes non erudierunt te disciplinâ sua? Nunquid in eruditione tua, aut in prudentia fecisti tibi fortitudinẽ & aurũ & argentũ in thesauris tuis? Nunquid in multa eruditione tua & in negotiatione tua multiplicasti fortitudi-*

E *nẽ tuã? Elatũ est cor tuũ in fortitudine tua. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Quia dedisti cor tuũ quasi cor Dei; ecce ego adduco super te alienos pestilentes, & euaginabunt gladios suos super te, & super pulchritudinẽ doctrinæ tuæ: & sternent pulchritudinem tuã in perditionem & descendere facient te, & morieris morte vulneratorum in corde maris. Nunquid loquens dicturus es, Deus sũ ego in conspectu interficientiũ te? Tu autẽ homo es, & non Deus, in manu vulnerãtiũ te. Mortibus incircumcisorũ interibis in manibus alienorũ: quia ego locutus sum, dicit Dominus.*

Hisce ita ostẽsis verbis, videamus subtilius quid dicat Daniel in Visionib. Hic enim futura deinceps regna distinguẽs, ostẽdit extremis tẽporibus etiã Antichristi futurũ aduentũ, & mundi vniuersi consummationẽ. Ait

Dan.2.31 itaq; dũ soluit Nabuchodonoris Visũ. *Tu Rex videbas, & ecce simulacrũ magnũ stãs ante faciẽ tuã: Cuius caput ex auro optimo: brachia eius & humeri, argentea: venter & femora ærea: & tibiæ ferreæ: pedes pars quidem ferrea,*

F *& pars testea. Videbas igitur donec abscissus est lapis de monte sine manibus: & percussit simulacrum super pedes ferreos & testeos, & comminuit eos in finẽ. Tunc penitus comminuta sunt testa, ferrũ, æs, argentum, aurum, & facta sunt quasi puluis de area æstiua: & sustulit ea copiosus ventus. & locus non est inventus eis. Et lapis, qui percussit simulacrum, factus est in montem magnum, & impleuit vniuersam terram.*

Dan.7.2. Ad hæc igitur nectẽtes ipsas Danielis Visiones, vnã vtrisq; expositionẽ adhibebimus, monstrantes quàm sibi consentiãt veraq; existant. Nã sic ait, *Ego Daniel aspiciebã: & ecce quatuor venti cœli irruebant in mare magnũ: & quatuor bestiæ grandes ascẽdebãt de mari diuersæ inter se. Prima quasi leæna, & alæ eius sicut aquilæ. Aspiciebã donec euulsæ sunt alæ eius: & sublata est de terra: & super pedes hominis stetit, & cor hominis datum est ei. Et ecce secunda bestia similis vrso, & in parte vna stetit; & tres costæ in ore eius inter dẽtes eius: & sic dicebãt ei, Surge, comede carnes multas. Aspiciebã, & ecce bestia tertia quasi pardus: & huic alæ quatuor volucris super eã. & quatuor capita bestiæ. Post hanc aspiciebã, & ecce bestia quarta terribilis ac stupenda, & fortis nimis: dentes eius ferrei, & vngues eius ænei, comedens & comminuens, &*

G *reliqua pedibus suis conculcabat: & ipsa diuersa nimis præ omnibus bestiis, quæ ante eã: & eius cornua decẽ. Considerabã cornua eius: & ecce cornu aliud paruũ ascendit in medio eorum: & tria cornua ex superioribus euulsa sũt è facie eius. Et ecce oculi, quasi oculi hominis in cornu illo, & os loquens grandia.*

Dan.7.1 *Aspiciebã in visione noctis: & ecce cum nubibus cœli quasi Filius hominis: & vsq; ad Antiquũ dierũ peruenit: & oblatus est ei: & datũ est ei imperiũ & honor & regnũ; & omnes populi, trib. & linguæ seruiẽt ei. Potestas eius, potestas æterna, quæ nõ peritrãsibit, & regnũ eius nõ interibit.*

Quia igitur quæ sic arcano sensu dicta sunt, nonnullis videntur captu difficilia, eorũ nihil abscõdemus, vt intelligant qui sana mente præditi sunt. Leænã enim dicendo ascẽdentẽ è mari Babyloniorũ regnũ in mũdo significauit, quod huius simulacri erat caput aureũ. Quod autem dicit, *Alæ eius quasi aquilæ*, quia exaltatus est Rex Nabuchodonosor & aduersus Deũ elatus. Tũ

H ait, *Euulsæ sunt alæ eius*; quia eius ablata gloria est: fuit enim eiectus è regno suo. Dicendo autem, *Cor hominis datum est ei, & super pedes hominis stetit*; quia ductus pœnitentiâ est, ipse seipsum agnoscens, quod homo esset, & dedit gloriã Deo. Post leænam ergo, secundũ animal videt vrso simile, quod sũt Persæ. Post Babylonios enim Persæ rerum potiti sunt. Dicendo autem,

Alexan. Imperii eius c… *Tres costæ* (siue ordines) *in ore eius*, tres gẽtes significauit, Persas, Medos & Babylonios: idq; ostendit argentũ adiunctũ auro in simulacro. Sequitur tertia bestia, Pardus; nempe Græci. Post Persas enim Alexand. Macedo rerũ potitus est, debellato Dario, qui in simulacro æris specie ostensus est. Dicendo autem, *Quatuor alas volucris*, apertissimè docuit quomodo Alexandri Imperium diuisũ fuit. Dicendo enim quatuor capita, quatuor qui ex illo surrexerunt, Reges memorauit. Alexander enim

[A] motiens, Impetium solidum in quatuor partes divisu.

Deinde ait, *Bestia quarta terribilis ac stupenda: dentes eius ferrei, & vngues eius anei.* Quinam ista nisi Romani; quod est ferrū quod nunc stat manetq; Imperiū. Crura enim eius ferrea. Post hæc enim, quid aliud superat, charissime, præter vestigia pedum simulacri, in quibus pars quædā ferrea, pars verò testea est, cōmixtis inter se speciebus. Per vngues pedum arcano sensu Reges ex illo ortum habituros designauit, vti Daniel ait, *Cogitabam bestiam, & ecce decem cornua retro eam: inter qua surget minusculum stolo aliud, & tria qua ante ipsū erāt, cornua euellet.* Quo nō aliud quàm Antichristus monstratus est, qui & ipse Iudæorū regnū suscitaturus est. Tria cornua per eū euulsa, tres Reges vocat, Ægypti, Lybiæ & Æthiopiæ, quos interficiet in belli acie. Hic nimirum omnium gravi imperio potitus, qui sæuus Tyrannus sit, tribulationem ac persecutionē in homines mouebit, adversus quos efferetur. Ait enim Daniel, *Attentiusque considerabam cornu; & ecce cornu illud faciebat bellum cum Sanctis, & praualebat adversus eos, donec interfecta est bestia & interiit, & corpus eius datum est in combustionem ignis.* [Ista omnia pia nunc cōiectata dicta, euenta non probata quomodo Deus nouit impleuit. Dan. 7. 21. & 11.] [B]

Breui post venit de cœlis lapis qui percussit simulacrū & illud contriuit, atq; regna transtulit, & Sanctis Altissimis regnum dedit. Hic est qui factus est in montem magnum & impleuit vniversum terrā, de quo Daniel ait. *Aspiciebam in visione noctis: & ecce cum nubibus cœli quasi Filius hominis veniens: & vsq; ad Antiquū dierum peruenit, & oblatus est ei. Et datum est ei imperium & honor & regnum; & omnes populi, tribus & lingua seruient illi. Potestas eius, potestas aterna qua non pertransibit: & regnum eius non interibit.* Omnē potestatē ostendit, quæ a Patre data Filio est, qui cœlestium, terrestriū & infernorū Rex, omniumq; index creatus est. Cœlestiū quidē, quod Verbum Patris ante sæcula extiterit. Terrestriū verò, quod homo inter homines natus est, vt à se ipse Adamum reformaret. Infernorum autem, quod inter mortuos reputatus, Sanctorū Animabus prædicans, morte victor mortis extitit. Cùm hæc itaq; futura sint, decemq; digiti simulacri & statuæ seu Imaginis, in democratias cesserint: decem verò capita quartæ bestiæ in decem regna diuisa sint, videamus clarius quæ argumento proposita sunt, eaque quasi ob oculos posita sic coram consideremus. [Dan. 2. 14. & 45. Dan. 7. 13.] [Matt. 28. 18. Phil. 2. 10. 1. Petr. 3. 19.]

[C] Aureum caput simulacri, Leæna, Babylonij erant: Humeri & brachia argentea, Vrsus, Persæ & Medi; Venter femurq; æneū, Pardus, qui ab Alexandro Græci rerum potiti sunt. Crura ferrea, stupenda Bestia ac terribilis, Romani, qui nunc rerum potiuntur. Vestigia pedū, testa ferreumq; ac decem cornua quæ futura sunt regna & imperia. Cornu aliud parvū succrescens, qui inter illa numeratur, Antichristus; Lapis percutiens cōterensq; simulacrum, qui terram adimpleuit & iudiciū mundo infert, Christus. Hæc tibi, charissime, timore communico, propensâ tamen voluntate, ob excellentē charitatē Christi: Nā si decessores nostri beati Prophetæ, qui hæc explorata haberent, noluerunt palam prædicare, ne hominū animus turbarēt, sed arcanâ ratione parabolarum tectis inuolucris, & perplexis obscurisq; sermonibus enarrarunt, dicentes: *Præsta sit animus sapientia praditus;* quanto nobis potius nō vacabit periculo, qui ab illis occultè dicta atq; obtecta, in apertū dicamus? Videamus igitur quæ in extremis euentura sunt super immunda hac meretrice, qualisq; ac quātus cruciatus Dei indignatione ante diem iudicij prærogata in antecessū pœnarū parte, illi superuenturus. [D]

Ades igitur ô beate Isaia. Exurge, dic palā quæ vaticinatus es de civitate magna Babylone. Nā etiā de Ierusale locutus es sicq; factū est. Tu enim apertè dixisti, *Terra vestra deserta; ciuitates vestra igne succēsa. Regionē vestrā alieni deuorant in conspectu vestro, & desolata est, subuersa à populis alienis. Derelinquetur filia Sion quasi tabernaculum in vinea, & sicut pomorum custodia in cucumerario, sicut ciuitates expugnata.* Quid igitur? Nū hæc iam non extiterunt? Nonne impleta sunt, quæ à te dicta sunt? Nonne eorum terra Iudæa desolata est? Nonne succensum sanctuarium? Nonne eorum euersi muri? Nonne ciuitates destructæ? Nonne regionē alieni deuorāt? Nonne eius ditionis Romani potiūtur? Nā quo odio in te exarserant, serra desciderunt, ac Christum in crucem egerunt. In mundo mortuus es, sed viuis in Christo. [Isai. 1. 7. Isa. 1. impleta prophetia.] [E] [Isaias serra dissectus.]

Quem vestrûm magis diligam, téne, an Ieremiam? Sed & Ieremias lapidatur. Magis verò Ieremiam, sed & Daniel testatur. Daniel præ omnibus in tuas laudes effundor. Quin Ioannes quoque nihil falsi loquitur. Quantis vos labiis linguisque glorificabo, quinimmo quod in vobis Verbum loquitur? Mortui estis cum Christo, sed viuetis cum Christo. Audite & lætamini. Ecce enim quæ locuti estis, per tempus impleta sunt. Vidistis enim ea primùm, sicque deinde cunctis ætatibus prædicastis. Vocati estis Prophetæ, vt salutē omnibus possetis præstare. Tunc enim verè Propheta est cùm prænuntiatis quæ futura sunt, ea postea euenisse ostenderit. Boni Magistri discipuli fuistis. Hæc vobis meritò quasi viuentibus acclamo. Habetis enim vobis iam in cœlis repositam vitæ ac incorruptionis coronā. [Ieremias lapidatus.] [Propheta veras seriū euentu probatus.] [F] [2. Tim. 4. 8.]

Dic quæso beate Daniel. Certam mihi facito fidē, obsecro. Vaticinatus de Leæna Babylone: Ibi enim captiuus versabaris: Narrasti quæ erant futura de Vrso: Adhuc enim vitæ superstes eras, eaquæ facta vidisti. Deinde Pardum mihi loqueris? vndenam verò vt hæc scineris? Iam enim defunctus eras. Quis hæc loqui docuit, nisi qui ex vtero matris te formauit? Deus, ais: Dixisti enim, nec falsum locutus es. Surrexit Pardus: venit Hœdus caprarum; percussit Arietem; contriuit cornua eius, conculcauit eum pedibus; illius potitus est. Exaltatus est in ruina eius, surrexerunt sub illo quatuor cornua. Lætare beate Daniel: non es deceptus: cuncta hæc euenere. [Ier. 1. 5.]

Post hæc mihi rursus enarra quartam Bestiam, tremendam illam atque stupendam. *Dentes eius ferrei, & vngues eius anei, comedens & comminuens, ac residua pedibus suis conculcabat.* Iā nunc ferrū dominatur: iā edomat & comminuit omnia: iā inuitos omnes sub iugū mittit. Hæc nos iam videmus. Iā à te docti Deū glorificamus. [Imperiū Romanum.]

Quoniam verò propositum nobis fuerat vt de meretrice loqueremur adesto beate Esaia: Videamus quid dicas de Babylone. *Descende, sede in terra filia Chaldaorum: non amplius adiicietur tibi vt voceris mollis & delicata. Tolle molam, mole farinam, reuela operimentum tuum, vade canos, discooperi tibias, transi flumina: Reuelabitur turpitudo tua: apparebunt opprobria tua; vltionem ex te sumam: nequaquā vltra te hominibus tradam. Qui eruit te Dominus Sabaoth, nomen ei Sanctus Israel. Sede compuncta; ingredere in tenebras, filia Chaldaorum: nequaquam vltra vocaberis fortitudo regni.* [Isai. 47. 1.] [G]

Iratus sum super populum meum: contaminaui hareditatem meam: Ego dedi eos in manu tua; tu verò non dedisti eis misericordiam: tu verò super seniores aggrauasti iugum, & dixisti: In aternum ero Domina. Non cogitasti hac in corde tuo, nec nouissimorum recordata es. Nunc autem audi hac, delicata, qua sedes, qua confidis, qua dicis in corde tuo, Ego sum, & non est altera, & non sedebo vidua, neque sciam orbitatem. Nunc autem venient super te hac duo in vna die, quod vidua sis ac orba liberis. Venient repente in veneficio tuo, in fortitudine incantationum tuarum valde, spe fornicationis tua. Tu enim dixisti: Ego sum & non est altera. Et erit fornicatio tua tibi confusio, quod dixisti in corde tuo. Ego sum. Et veniet super te perditio. & nescies: & fouea, & incides in eam. Et veniet super te miseria, & non poteris munda fieri. Et veniet super te repente interitus, & non intelliges. Sta nunc in incantationibus tuis, & in multis veneficiis tuis: qua discebas à iuuentute tua, si poteris adiuuari Laborasti in consiliis tuis: stent & saluā te faciāt Astrologi cœli: qui contēplantur stellas: annūtiēt tibi quid futurū sit super te. Ecce omnes tāquā stipula ignis sic cōburētur, & nō eruēt animā suā de flāma. Quādoquidē habes carbones ignis sede super eos, si inde iuuaberis. Laborasti in mutatione tua à iuuentute. [H]

A *Homo in semetipso erravit: tibi autem non erit salus.* Hæc quidem tibi Esaias vaticinatur: videamus num & Ioannes similia locutus sit.

Roma scilicet Gentilis, nō Christiana. *Apoc. 17. 1.*

Hic enim cùm in Patmo insula versaretur, videt Apocalypsim quâ detecta horrenda mysteria, eaq; narrans, etiam alios affatim docet. Dic quæso, beate Ioannes Apostole & Domini Discipule, quidnam audisti & vidisti de Babylone. Expergiscere & loquere: nam & hæc te in exilium relegavit. *Et venit vnus de septem Angelis qui habebant septem phialas, & locutus est mihi, dicens, Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, cum qua fornicati sunt Reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitant terram, de vino prostitutionis eius. Et abstulit me in spiritu in desertum. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiæ, habentem capita septem & cornua decem. Et mulier erat amicta purpura & coccino, & inaurata auro & lapide pretioso & margaritis, habens poculum aureum in manu sua plenum abominationibus, immunditiis fornicationis terræ. In fronte & eius nomen scriptum, Mysterium: Babylon magna, mater scortationum & abominationum terræ.*

B *Et vidi Mulierem ebriam de sanguine Sanctorum, & de sanguine Martyrū Iesu. Et miratus sum videns illā, admiratione magna. Et dixit mihi Angelus, Cur miraris? Ego dicam tibi sacramentum mulieris, & bestiæ, quæ illā portat, quæ habet capita septem & cornua decem. Bestia, quam vidisti, erat, & non est. Futurumq; est vt ascendat de abysso, & in interitum eat. Et mirabuntur inhabitantes terram (quorū non scriptum est nomen in libro vitæ à constitutione mundi) videntes bestiam, quæ erat, & non est, & quæ ventura est.*

Hic sensus qui habet sapientiam. Septem capita, septē montes sunt, super quos Mulier sedet; & Reges septē sūt: Quinque ceciderunt: vnus autem est, alter nondum venit: & cùm venerit, oportet illum breve tempus manere. Et bestia, quæ erat & non est, & ipse octauus est, & de septem est, & in interitum vadit. Et decem cornua, quæ vidisti, decem Reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam Reges vna hora accipient cum bestia. Hi vnam voluntatem habent, & virtutem & potestatem suam bestiæ tradent. Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus

C *vincet illos: quoniam Dominus dominorum est & Rex regum; & qui cum illo vocati, electi & fideles sunt.*

Et dixit mihi, Aquæ quas vidisti, vbi meretrix sedet, populi sunt & turbæ & gentes & linguæ. Et decē cornua, quæ vidisti, & bestia; hi odient meretricem, & desolatam eam facient & nudam, & carnes eius comedent, & ipsam igni concremabunt. Deus enim dedit in cor eorum vt faciant quod illi placuerit, & faciant vnam voluntatem, & dedit regnum suum bestiæ, donec consummētur verba Dei. Et mulier, quam vidisti, est Civitas magna, quæ habet regnum super Reges terræ.

Apoc. 18. 1. *Post hæc vidi alterum Angelum descendentem de cælo, habentem potestatem magnam: & terra illuminata est à claritate eius. Et clamavit in fortitudine voce magna, dicens: Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta est habitatio dæmoniorum: & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ & exosæ: quia de vino iræ scortationis eius biberunt omnes gentes. Et Reges terræ cum illa fornicati sunt, & mercatores terræ, de virtute deliciarum eius divites facti sunt. Et audivi aliam*

D *vocem de cælo dicentem. Exite de illa populus meus, ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius ne accipiatis. Quoniam adhæserunt peccata eius vsque ad cælum, & recordatus est Dominus iniquitatum eius.*

Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia secundùm opera eius. In poculo, quo miscuit, miscete illi duplum. Quantum glorificavit se & in deliciis fuit, tantum illi tormentum & luctum; quia in corde suo dicit, Sedeo regina, & vidua non sum: & luctum non videbo. Ideo in vna die venient plagæ eius, mors & luctum & fames, & igni comburetur; quia fortis est Deus, qui iudicavit eā. Et lugebunt & plangent super eā Reges terræ, qui cū illa fornicati sunt, & in deliciis vixerūt, cùm viderint fumum incendii eius; longè stantes propter metū tormentorum eius, dicentes, Væ, væ, civitas illa magna, Babylon, civitas illa fortis, quoniam vna hora venit iudicium

E *tuum. Et negotiatores terræ flebunt & lugebunt super eā, quoniam merces eorum nemo emet amplius: Merces auri & argenti & lapidis pretiosi, & margaritæ & byssi & purpuræ & serici & cocci; & omne lignum thyinum, & omnia vasa eboris, & omne vas ex ligno pretiosissimo, & æramento & ferro & marmore, & cinnamomum: & amomū & odoramentum & vnguentū & thus & vinum & oleum & similā & triticū & pecora & oves & hædos & equorū & rhedarū & mancipiorū, & animas hominū. Et poma desiderii animæ tuæ recesserunt à te, & omnia pinguia & clara perierunt à te & amplius illa iā nō invenies. Mercatores horū, qui divites facti erant, à longè stabunt propter metū tormentorū eius flentes & lugentes, atq; dicētes, Væ, væ, civitas illa magna, quæ amicta erat bysso & purpura & coccino, & deaurata erat auro & lapide pretioso & margaritis, quod vna hora destituta sūt tāta divitiæ. Et omnis gubernator, & omnis in navibus versantiū turba & nautæ, & qui mare exercēt omnes à longè steterūt & clamaverunt videntes fumum incendii eius, dicentes, Quæ*

F *similis civitati huic magnæ? Et miserunt pulverem super capita sua, & clamaverunt flentes & lugentes, dicentes, Væ, væ civitas illa magna, in qua divites facti sunt omnes qui habebant naves in mari, de pinguedine eius.*

Lætare super eam cælum, & Angeli & Apostoli & Prophetæ, quoniam iudicavit Deus iudicium vestrum de illa. Et sustulit vnus Angelus fortis lapidem, quasi molarem magnum, & misit in mare, dicēs, Sic impetu mittetur Babylon civitas illa magna, & vltra iam non invenietur. Et vox citharœdorum & musicorum & tibiâ canentium & tubâ, non audietur in te amplius: & omnis artifex omnis artis non invenietur in te amplius: & vox molæ non audietur in te amplius: & lux lucernæ non lucebit in te amplius: & vox sponsi & sponsæ nō audietur adhuc in te, quia mercatores tui erant principes terræ; quia in veneficiis tuis erraverunt omnes gentes: & in ea sanguis Prophetarum & Sanctorum inventus est, & omnium qui interfecti sunt in terra.

Apertissimè in his testimoniis sigillatim declaratū est, de tormentorum iudicio, quæ extremis temporibus, per tyrannorum, qui tunc erunt, iniustitiam, illam incessura sunt: operæpretium verò est, vt & tempus diligenti

G examine exponamus, quando scilicet futurum sit vt hæc eveniant, & cornu illud parvū inter eos emergat. Nempe quando crura ferrea, quæ etiamnum rerum potiuntur, ad vestigia pedum digitosque evaserint, iuxta simulacri seu imaginis & statuæ manifestationem, bestiæque formidabilis speciem, vti in superioribus designatum est; quando futurum est, vt ferrum & testa in vnum misceantur. Ostendet verò nobis Daniel hæc ita proposita. Ait enim, *Et disponet testamentum multis hebdomada vna. Et erit in dimidio hebdomadæ auferetur sacrificium meum & libatio.* Vnam ergo annorū hebdomadam extremā significavit, quæ in fine totius mundi futura sit; cuius hebdomadæ dimidiū sument duo Prophetæ, Enoch & Elias. Hi enim prædicabunt dies mille ducentos sexaginta, amicti saccis; qui nimirum populo cunctisque Gentibus pœnitentiam indicant.

Dan. 9. 28. Atqui hæc pertinet ad Christi tempus. *Apoc. 11. 3.*

Quemadmodum enim duplex nobis Domini ac Salvatoris adventus Scripturarum testimonio proditus est; vnus quidem ac primus in carne, nullâ honorum pompâ ac claritate, vt despicabilis foret, vt olim vaticinatus fuerat Esaias, dicens, *Vidimus eum, & non habebat speciem neque decorem: sed species eius contempta & deficiens supra omnes homines. Homo in plaga positus, & sciens ferre infirmitatem: quia aversa est facies eius; despecta, nulliusque rationis habita.* Alter verò eius adventus in maiestate futurus prædicatus est, quādo de cœlis veniet Angelorū stipante militia, & in Paterna claritate; quomodo ait Propheta *Videbimus Regē in decore & maiestate. Et aspiciebā cū nubibus cœli tāquā Filiū hominis venientē, & vsq; ad Antiquū dierū pervenit. Et oblatus est ei, & datū est ei imperiū & honor &*

Isa. 53. 2. H

Luc. 9. 26 *Isa. 33. 17* *Dan 7. 13*

A *Ioannes primi adventus Præcursor.*

gloria & regnum. Omnes tribus & lingua servient ei. Regnum eius æternum, quod non interibit: Sic & duo Præcursores monstrati sunt. Primus fuit Ioannes Zachariæ filius, qui in omnibus Præcursor ac præco Saluatoris extitit; cælesteque Lumen, quod mundo illuxerat, annuntians, ex matris vtero Præcursoris partes impleuit, primus ab Elizabeth cóceptus, vt & his qui ex matris vulua parvuli erant, novam ex Spiritu sancto & Virgine, qua donandi essent, nativitatem ostenderet.

Luc. 1. 41.

Hic auditá matris salutatione, exiliit gaudés in vtero, in Virginis pariter vtero conceptú Deum Verbú intuens. Deinde prædicaturus in desertum venit, annuntians populo Baptismú pœnitentiæ; nempe Gentilibus in mundi deserto viventibus, salutē prænuntians. Tú in Iordane ipsum coram Saluatorem ostendit, dicens, *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi.* Hic iis etiam qui erant in inferno prior Evangelizauit, sublatus Herodis gladio, illic factus Præcursor, Nempe ibi quoque indicaturus expectandum Saluatoris descensum, qui Sanctorum animas de manu mortis esset liberaturus.

Ioan 1. 29.

Etiam in inferno Præcursor.

B

Quod enim vero Saluator cunctorum hominum resurrectionis, principium auctorq; futurus erat, par erat vt vnus ipse à mortuis suscitaretur, par qué iudiciú in omnem mundum intrare deberet, vt qui dignè functi certamine essent, dignè quoque ab eo coronarentur; præclaro scilicet agonis positore, & qui primus stadiú confecisset: Qui in cœlum receptus; in Dei ac Patris dextera sedet, ac rursus in mundi consummatione, Iudex manifestandus est; necesse est vt eius Præcursores antè manifestentur, quemadmodum per Malachiam & Angelum dicit, *Mittam vobis Eliam Thesbitem, antequam veniat dies Domini magnus & manifestus. Et reducet corda patrum ad filios, & inobedientes ad prudentiam iustorum; ne forte veniam, & percutiam terram penitus.* Hi itaque venientes prædicabunt futuram Christi è cœlis apparitionem, facientque signa & prodigia, vt vel sic inflectant atque convertant hominum animas ad pœnitentiam, ob nimiam improbitatem ac impietatem, qua laborant.

Præcursores adventus gloriosi.

Malach. 4. 5.
Luc 1, 17.

Ait enim Ioannes, *Et dabo duobus testibus, & prophetabunt dies mille ducentos sexaginta, amicti saccis.* Dimidium istud hebdomadæ, de qua Daniel locutus est. *Isti sunt duæ olivæ & duo candelabra in conspectu Dei terræ stantia. Et si quis voluerit eis nocere, ignis exiet de ore eorum & devorabit inimicos eorum. Et si quis voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi, cælú ne pluat diebus prophetiæ ipsorú: & potestatē habent super aquas, vertendi eas in sanguinem & vt terrā percutiant omni plaga quotiescunque voluerint.* Vbi autē cursum suum perfecerint, suumque testimoniú quid rā dicit Propheta: *Bestia quæ ascēdit de abysso faciet adversus eos bellum, & vincet illos, & occidet illos,* quod nimirú noluerunt dare gloriā Antichristo. Hoc enim est cornu illud parvum succrescens. Is namque iam elatus corde, seipsum exaltare incipiet & vt Deum glorificare, persequens Sanctos ac Christum blasphemans, quemadmodum ait Daniel. *Et considerabam cornu, & ecce oculi tanquā hominis in cornu, & os loquē grandia. Et aperuit os suum in blasphemiam adversus Deum. Et cornu illud faciebat bellum adversus Sanctos & prævaluit adversus eos, quousque interfecta est bestia, & periit, & corpus eius traditum est in combustionem ignis.*

Apoc. 11. 3.
Dan 9.
C
27.
Apoc. 11. 4.

Apoc. 11. 7.

Dan. 7. 8.

Sed quia necesse est subtilius de eo disputare, & quomodo Spiritus sanctus ex numero etiam eius nomen significauerit, quæ ad ipsum attinent, clarius edisseremus. Sic enim ait Ioannes. *Et vidi aliam bestiam ascendentem de terram, & habebat cornua duo similia Agni: & loquebatur sicut draco, Et potestatem prioris bestiæ omnem faciebat in conspectu eius: & faciebat terram & habitantes in ea adorare primam bestiam, cuius curata est plaga mortis eius. Et faciebat signa magna, vt etiam ignem faceret de cœlo descendere in terram in conspectu hominum. Et seducit habitantes in terra, propter signa, quæ data sunt illi facere in cōspectu bestiæ, quæ habet plagam gladij, & vixit. Et datú est illi vt daret spiritú imagini bestiæ, vt & loquatur imago bestiæ, & faciat, vt quicunq; non adorauerint imaginem bestiæ, occidantur. Et faciet omnes, pusillos & magnos, divites & pauperes, liberos & servos, vt det eis characterem eius in manu eorum dextera, aut in fronte eorum: & ne quis possit emere aut vendere, nisi qui habet characterem; nomen scilicet bestiæ, sive numerum nominis eius. Hic sapientia est. Qui habet intellectum computet numerum bestiæ. Numerus enim nominis est, & numerus eius sexcenti sexaginta sex.*

D

Apoc. 13. 11.

E

Bestiam igitur ascendentem de terra, futurum vocat Antichristi regnum. Duo autem cornua, ipsum, ac qui illi comes, pseudoprophetam. Quod autem eius cornua Agni similia dicit, hoc significat, fore vt ille se similem Dei Filio præferat, seque Regē exhibeat. Quod sicut draco loquitur, hoc est quod seductor est & non verax. Quod autē *potestatē prioris bestiæ faciebat, faciteq; vt terra, & qui in ea habitāt, adorent primā bestiā, cuius plaga mortis curata est*, hoc significat, ex Aug. legum lationibus, per qué Romanú conditú Imperiú est, ipsú quoq, Imperaturum esse legesque sanciturum; qua solertia confirmet omnia, maioremque sibi claritatem asciscat Hæc enim quarta bestia est, cuius capiti illatum vulnus, & rursus curatum est, quod scilicet prope conciderit Imperium hoc, sive etiam in contemptum abierit, & in decem diademata resolutú sit: tunc verò Antichristus sagacis homo ingenij ac versutus, velut ipsú curaturus ac renouaturus sit. Hoc enim est quod dictum est à Propheta, *Daturum* scilicet *eum spiritum flatumque imagini, ac locuturam esse bestiæ imaginem.* Vigebit enim & invalescet rursus, ob sancitas ab eo leges: facietque, vt omnes qui non adorauerint imaginem bestiæ occidantur. Hic fides ac patientia Sanctorú clarescet. Ait enim, *Et faciet vt omnes, pusilli & maiores, divites & pauperes, liberi & servi bestiæ characterem in manu sua dextera, aut in fronte accipiant, vt nemo possit emere aut vendere, nisi qui bestiæ signaculum habeat, eius scilicet nom[...] seu numerum nominis illius.* Cùm enim dolis cons[...]it, & adversus Dei servos superbiâ elatus, eos e[...]e velit exque mundo fugare; ob negatam illi glo[ri]am iubebit omnes vbique rogos ponere ac thuribula, ne quis Sanctorum emere possit aut vendere, quin prius immolauerit. Hoc enim illud signaculú est, quod datur in manu dextera. Quod verò in fronte dicit, hoc est, vt omnes coronati sint, igneumque, non vitæ, sed mortis, secum inferant serium. Sic namque etiam adversus Iudæos molitus est Antiochus Illustris, Syriæ Rex, Alexandri Macedonis nepos. Nam & ille per hæc tempora eorde elatus, decretum tulit, *Aris pro foribus positis*, cunctos immolaturos, atque hederâ coronatos, *Baccho circuituros. Qui nolint parere hos cruciatibus atq; tormentis examinatos, neci tradendos esse.* Verùm is quoque, condigna à Domino, iustoque iudice ac omnium inspectore Deo recepit præmia. Exesus enim vermibus, vitæ exemptus est. Ac si quis hæc sigillatim legere velit singulaque lustrare, in libris Machabæorum perscripta inveniet.

Interpretatio. Antichristi simulata probitas.

F

Antichristus instauratione Imperij Romani.

Martyriú sub Antichristo inclyta gloria.

G

1. Mach. 1. & 2. 9. Antiochi Illustris persecutio & pœna.

Nunc verò ad propositum quod attinet dicemus. Hoc enim ipse quoque molietur, modis omnibus Sanctos affligere volens. Ait enim Propheta & Apostolus. *Hic intellectus est. Qui habet sapientiam computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est, & numerus eius sexcenti sexaginta sex.* Sanè ad eius nomen quod attinet, non in nobis tanta sapientiæ vis, vt enarrare possimus, quemadmodum de illo intellexit didicitque beatus Ioannes, ac vel solùm coniectura tradere, Illo enim apparente, docebit vir beatus quo de quærimus. Cæterum quantum hæsitantes animoque dubij cæpimus, dicimus. Multa nomina invenimus pari numero atque computo comprehensa, vt, verbi gratia, est nomen Titan, quod nomen antiquum ac illustre est, vel Evanthus; nam hoc quoque pari comprehenditur computo, aliaque non pauca quæ licet invenire. Quia tamen iam diximus, prioris bestiæ plagam curatam esse, ac loqui imaginem fecisse, quod est robur illi viresque tribuisse, palamq; omnibus est, qui etiamnum rerum potiantur

Apoc. 13. 18.

H

Antichristi nomen occultú, etsi Ioanni insinuatú.

tiantur

A Hyppoliti conjectura. Ioannis scopus in his ænigmatis.

tiantur Latinos esse. Si igitur vt vnius hominis nomen transferatur, Latinus efficietur. Quare nec prædicandum, quasi hoc sit illius nomen, nec rursus nesciendum posse eum aliter nuncupari: sed cùm Dei mysterium in corde habeamus cũ timore & fide servanda, quæ à beatis Prophetis prædicta sunt, vt cùm illa fient, prospiciẽdo solerter non decipiamur: supervenientia enim tempora, etiam hunc, de quo hæc dicta sunt, manifestabũt.

Dan 11. 41. Gen. 19 32. Isa. 11. 14

Sed ne his duntaxat sententiis dictisque illos inducamus, qui divinorum eloquiorum cultu delectantur, aliis pluribus demonstrationibus ostendemus. Ait enim Daniel, *Et isti salvabuntur de manu eius, Ammon & Moab, & principium filiorum Ammon.* Ammon, & Moab, filij Lot ex filiabus primogeniti quorum etiamnum genus perseverat. Ait enim Esaïas, *Et volabunt in navibus alienigenarum: mare simul prædabuntur & eos qui a Solis ortu: Et in Moab primùm manus inycient. Fily autem Ammon primi obedient.*

Hic igitur illis temporibus emergẽs occurret: triúmque cornuum ex decem pugnæ acie potitus, illisq; radicitus evulsis, Ægypto scilicet, Libya & Æthiopia, acceptis eorum spoliis ac manubiis, reliquis etiam cornibus, quæ nec ipsa immunia existãt oblæsisque finibus, se illi subijcientibus, exaltari animo incipiet, & adversus Deum efferri, qui totius orbis terrarum potiatur. Ejus prima aggressio erit adversus Tyrum & Berytum, ac circumvicinam regionem. His enim vrbibus primùm expugnatis, aliis terrorem inijciet, quemadmodum Esaïas ait, *Erubesce Sidon, dixit mare. Fortitudo verò maris dixit, Non parturivi, neque peperi, nec educavi iuvenes, nec exaltavi virgines. Quando autem auditum fuerit in Ægypto, capiet eos dolor pro Tyro.*

B

Isa. 23. 4

Exec. 28 6. Isa. 14. 14

His ita futuris, dilectissime, ac tribus cornibus ab eo excisis, post hæc se vt Deum exhibere incipiet, quemadmodum prædixit Exechiel *Pro eo quod exaltatum est cor tuum, & dixisti, Deus sum ego.* Similiter quoque Esaïas, *Tu autem dixisti in corde tuo, Ascendam in cælum, supra stellas cæli ponam solium meum ero similis Altissimo. Nunc autem in infernum descendes, ad fundamenta terræ.* Simili quoque ratione Ezechiel, *Dicens loqueris interficientibus te, Deus sum ego. Tu verò homo, & non Deus.*

Exec. 28 9.

C

Eiũ superius hæc citata, vt prophetica. Ier. 17. 11. Perdicis figura.

Cùm his locis, Antichristi tum Tribus probata sit, tum ejus exhibitio ac interitus; nomen quoque obscurè designatum sit ac suo ænigmate, videamus & quid acturus sit. Ipse enim congregabit ad se omnem populũ ex omni regione qua dispersi sunt, velut suos ipsius filios asciscens propriósque adhibens, restituturum se regionem pollicitus, regnúmque illorum ac populum suscitaturum, vt ab eis tanquam Deus adoretur, sicut ait Propheta *Congregabit omne regnum suum à Solis ortu vsque ad occasum. Quos vocaverit, & quos non vocaverit, cum eo venient.* Ieremias quoqe sic de illo loquitur sub avis metaphora: *Perdix clamavit: congregavit quæ non peperit, faciens divitias suas non cum iudicio. In dimidio dierum derelinquent eum; & erit in novissimis diebus suis insipiens.*

D Hippolyti de illa sententia.

Nihil ergo officiet, præsentis argumẽti gratiâ, quominus etiam animalis artem astúmque enarremus, ac ostendamus, non frustra Prophetam hæc locutum esse, ejus animalis vsum similitudine. Nam cùm perdix superbum animal sit, vbi prope alterius perdicis nidum, in quo sint pulli, viderit, quorum parens ad pastum avolarit, æmulâ alieni voce, ad se pullos vocat. Pulli verò suum ipsum parentem eum existimantes, ad illum accurrunt. Gloriaturque ille ac sibi placet in alienis pullis, quasi in suis. Reverso autem vero parente suáq; ipsius voce inclamante, eâ pulli agnitâ, relictoque seductore, ad verum se parentem conferunt. Eodem similiter tropo vsus Propheta, translata in Antichristum fabulâ. Is namque ad se ipse humanum vocabit genus, eos sibi addicere studẽs: nempe abs se omnes liberatum iri pollicitus, qui sibi ipse salutem præstare non potest.

Is igitur congregatis ad se, qui vbique gentium de populo existent incredudi, illorum rogatu ac suasione veniet, vt Sanctos, eorũ inimicos ac adversarios vlciscatur, quemadmodum ait Apostolus & Evangelista. *Iudex erat in civitate, qui Deũ non timebat nec hominem reverebatur. Vidua autem quædam erat in illa civitate, quæ interpellabat eum, dicens: Vindica me de adversario meo. At ille nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se: Etsi Deum non timeo, nec hominem revereor, tamen quia molesta est mihi hæc vidua vindicabo illam.*

E Luc. 18. 2.

Interpretatio.

Iudicem iniquitatis, qui nec Deum timeat, neque hominem revereatur, citra vllam dubitationem Antichristum vocat, vt qui filius diaboli sit & vas Satanæ. Regnum enim adeptus, adversus Deum efferri incipiet, qui nec verè Deum timeat, neque Filium Dei omnium verè Iudicem, revereatur. Dicendo autem esse viduam in civitate, ipsam Ierusalem designat, quæ planè vidua est, à perfecto ac cœlesti Sponso Deo derelicta. Hæc vindicem suum ac servatorem vocat, non intelligens quod dictum est à Ieremia Propheta: *Pro eo quod non crediderunt veritati, tunc loquetur populo huic & Ierusalem spiritum erroris.* Sed & Esaïas similiter: *Eo quod noluerit populus iste bibere aquam Siloe quæ vadit cum silentio, sed vult habere Rasim & filium Romeliæ Regem super vos: propterea ecce Dominus adducet super vos aquam fluminis, fortem & multam Regem Assyriorum.* Regis symbolo Antichristum significat, quemadmodum etiam alius Propheta dicit: *Et erit hæc à me pax, quando Assyrius supervenerit in terram vestram, & quando ascenderit super montes vestros.*

Ier. 4. 12.

Isa. 8 6.

F

Mich. 5. 5

Deut. 32 34. Iudæi auctores Antichristo persecutionis in Christianos.

Quin & Moyses similiter, cùm præsciret fore vt populus verum mũdi Salvatorẽ repelleret ac abijceret, errori verò consentiret, terrenum deligens Regem ac cœlestem spernens, *Nonne hæc*, inquit, *condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? In die vltionis retribuam, & in tempore cùm labetur pes eorum.* Per omnia itaque lapsi sunt & erraverunt, qui in nullo veritati concordes extiterunt; nec Legi, quod eam transgressi sunt, nec in Prophetis, quod Prophetas quoque occiderunt: nec in Evangeliorum voce, quod & Salvatorem ipsum crucifixerunt: nec Apostolis credentes, quod & illos persecuti sunt: vbique veritati insidias nectentes ejusque proditores Dei magis odio ducti, quàm ejus vllo amore devoti, qui & ipsi tunc erunt, nacti occasionem, mortalem hominem sui vltorem fore rogabunt, adversus Dei servos animis incitati. Quibus ille fastu tumens, libellos in omnes partes adversus Sanctos destinare incipiet, vt qui eum colere, & quasi Deum venerari noluerint, omnes vbique interficiantur; quemadmodum ait Esaïas, *Væ terræ navium alæ, trans flumina Æthiopiæ. Qui mittit in mare obsides, & epistolas biblinas super aquam. Ibunt enim nuntij leves ad gentem erectam suspensique animi. & peregrinum populum seuumq in eos gentem insperatam & conculcatam.*

G

Isai. 18. 1.

Ecclesiæ persecutio & victoria

Verùm nos qui in Filium Dei speramus, ab infidelibus, à quibus conculcamur, persecutionẽ patimur. Alæ enim navium Ecclesiæ sunt: Mare verò mundus, in quo Ecclesia, velut pelagi salo, fluctibus jactatur, nec tamen naufragio perit: quippe cum solertem gubernatorem Christum secum habeat. Fert verò etiam in medio erectum adversus mortem tropæum, quæ videlicet Crucem Domini secum portet. Est enim ejus prora, Oriens, puppis verò, Occidens: cavitas mediaque capacitas, Meridies: clavi, duo testamenta: circumextenti funes, Christi charitas quæ Ecclesiam adstringit. Linum quod secum fert lavacrum est regenerationis, quæ Fideles renovat, vnde sunt illa præclara. Venti loco adest Spiritus ille è cœlis, quo fideles cõsignantur Deo. Habet pariter illa comites & ferreas anchoras, sancta nimirum Christi mandata, quæ ferri robur ipsum præferant. Quin & nautas à dextris atque sinistris habet, sanctorum Angelorum more assistentes, quorum ope continetur atque munitur Ecclesia. In ea, scala, quæ in altum ad antennam subvehit, imago est salutaris Christi passionis, Fideles trahens vt in cœlos conscendant. Signa super antennam in altum sublata, Prophetarum,

H

A Martyrum & Apostolorum in Christi regno quiescentium stipatus ordo.

De persecutionis verò ærumna, quam Adversarius Ecclesiæ inducet, etiam Ioannes loquitur. Apoc. 12. 1. *Et vidi signum magnum & mirabile, Mulierem amictam Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarũ duodecim. Et in vtero habens clamat parturiẽs, & cruciabatur, vt pareret. Et draco stetit ante mulierem, quæ erat paritura vt cùm peperisset, filium eius devoraret. Et peperit filium masculum, qui erat recturus omnes gentes Et raptus est filius eius ad Deum & ad thronũ eius. Et mulier fugit in solitudinem, vbi habebat locum paratum à Deo, vt ibi eam pascant diebus mille ducentis sexaginta.* Apoc. 12. 13. *Et tunc videns draco, persecutus est mulierem quæ peperit masculum. Et data sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum, vbi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis, à facie serpentis. Et misit serpens ex ore suo post mulierem, aquam tanquam flumen vt eam faceret rapi à flumine. Et adiuvit terra mulierem, & aperuit os suum, & absorbuit* B *flumen, quod miserat serpens ex ore suo. Et iratus est draco in mulierem, & abiit vt faceret bellum cum Sanctis de eius semine, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium* IESV.

Interpretatio. Mulierem amictam Sole clarissimè Ecclesiam significavit, Paterno indutam Verbo, quod Sole micantius splendet. Dicendo verò, Lunam sub pedibus ejus cœlesti claritate Lunæ in morem ornatam ostendit. Quod autem ait, *In capite eius corona stellarum duodecim*, duodecim Apostolos designat per quos fundata est Ecclesia. *Et habens in vtero clamat parturiens, & cruciabatur vt pareret*; quia non cessat Ecclesia ex corde Verbum gignere, quod in mundo ab infidelibus persecutionem patitur. *Et peperit*, inquit, *filium masculum, qui erat recturus omnes gentes*; Nimirum Ecclesia, dum Christum Dei masculum ac perfectam Prolem, qui Deus & homo prædicetur, semper parit, docet omnes gentes. Porro dicendo, *Raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius*, cœlestem Regem, non terrenum esse significat, qui ex illa semper nascitur, vti Psal. 109. 1. etiam David pronuntiavit, dicens: *Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis: donec ponam inimicos* C *tuos scabellum pedum tuorum. Et vidit*, inquit, *draco & persecutus est mulierem, quæ pepererat masculum. Et data sunt mulieri duæ alæ aquilæ magnæ, vt volaret in* Ap. 12. 13. Dan. 9. 27. *desertum, vbi alitur per tempus & tempora & dimidium temporis a facie serpentis.* Hi sunt dies mille ducenti sexaginta (dimidium scilicet hebdomadæ) quibus Tyrannus rerum potietur, persequens Ecclesiam fugientem de civitate in civitatem, & in solitudine in montibus latitantem, nullo alio tutam præsidio, quam duarum alarum aquilæ magnæ; fidei scilicet IESV-CHRISTI, qui extensis in cruce sanctis manibus suis duas extendit alas, dexteram atq; sinistram, vocans ad se omnes fideles, ac velut gallina eos protegens. Nam & ait per Mal. 4. 2. Malachiam: *Vobis qui timetis nomen meum, orietur Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius.*

Mat. 24. 15. Mar. 13. 14. Luc. 21. 20. Ait vero etiam Dominus, *Cùm videritis abominationem desolationis, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in tecto, non descendat tollere vestem suam: & qui in agro, non revertatur vt tollat aliquid de domo* D *sua. Væ autem prægnantibus & lactantibus in diebus illis. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non salua fieret omnis caro.* Daniel autem ait: Dan. 12. 11. 12. *Et dabunt abominationem desolationis dies mille ducentos nonaginta. Beatus qui expectauit, & peruenit ad dies mille ducentos nonaginta quinque.*

1 Thess. 2. 1. Beatus item Paulus Apostolus scribens ad Thessalonicenses, ait: *Rogamus autem vos, Fratres, per aduentum Domini nostri* IESV CHRISTI, *& nostri aggregationem in ipso, vt non citò moueamini à sensu, neque turbemini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolas, tanquam nobis auctoribus, quasi instet dies Domini: ne quis vos decipiat vllo modo; quoniam nisi venerit discessio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui est Aduersarius, & extollitur super omnem qui dicitur Deus aut Numen, ita vt in templo Dei sedeat, ostentans se esse Deum. Non meministis, quod cùm adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis? Et nunc obstaculum scitis, vt ille reueletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis; tantum qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat: & tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus* IESVS *interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui: Cuius aduentus secundùm operationem Satanæ, in omni virtute & signis & prodigiis mendacibus, & in omni deceptione iniustitiæ, in iis qui pereunt, eo quod charitatem veritatis non receperunt. Et propter hoc mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacium, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed iniustitiæ sponte adhæserunt.* Ait verò Esaïas: Isa. 26. 10. *Tollatur impius, ne videat gloriam Domini.*

F His itaque, Charissime, futuris, vnaque in duas divisa septimanas, at tunc apparente abominatione desolationis, duùmque Domini Prophetarum ac Præcursorum cursu consummato, ac jam mundi vniversi appetente consummatione, quid reliquum est, quàm vt Dominus & Salvator noster IESVS-CHRISTVS Deus in cœlis appareat, in quem speravimus? qui conflagrationem justumque judicium cunctis inducturus sit, qui in eum non crediderunt. Ait enim Dominus: Luc. 21. 28. *His iam fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra quoniam appropinquauit redemptio vestra. Et capillus de capite vestro non peribit. Sicut fulgur* * *exit ab* Mat. 24. 26. * fulgit. *Oriente, & fulget vsque ad Occidentem, sic erit aduentus Filij hominis. Vbicunque fuerit cadauer, illic congregabuntur & aquilæ.* Fuit autem cadaver in paradiso: ibi enim Adamus cecidit. Aitque rursus, Mat. 24. 31. *Tunc mittet Filius hominis Angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor ventis cœli.* David quoque prænuntians judicium Dominique apparitionem, Psal. 18. 7. *A summo cœlo egressio eius*, inquit, *& occursus eius vsque ad summum cœli, & non est qui se abscondat à calore eius.* Calorem verò, conflagrationem vocat. Sic autem Esaïas: Isa. 26. 20. *Vade populus meus, intra in cubiculum tuum: claude ostium tuum, abscondere modicum aliquantulum, donec pertranseat* G *ira Domini.* Paulus item, Rom. 1. 17. *Reuelatur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem & iniustitiam hominum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent.*

Cæterum de resurrectione & regno cœlorum, ait Daniel: Dan. 12. 2. *Multi de his, qui dormiunt in terræ pulvere, resurgent alij in vitam æternam, alij in opprobrium & probrum sempiternum.* Esaïas quoque dicit, Isa. 26. 19. *Resurgent mortui, & euigilabunt qui in monumentis sunt: quia ros lucis, qui à te est, sanitas illis est.* Ait Dominus, Ioan. 5. 25. *Multi in illa die audient vocem Filij Dei, & qui audient, viuent.* Propterea quoque, Eph. 5. 14. *Excitare qui dormis, & expergiscere à mortuis, & illucebit tibi Christus.* Ioannes item, Apoc. 20. 6. & 14. *Beatus & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima: in hunc secunda mors non habet potestatem.* Nam secunda mors, stagnum est ignis vrentis. Rursusque Dominus ait, Mat. 13. 43. *Tunc Iusti fulgebunt, sicut Sol lucet in claritate sua.* Et dicet Sanctis, Mat. 25. 34. *Venite benedicti Patris mei: possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.* Ad improbos verò quid dicit? H *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius*, quem paravit Pater meus. Ioannes verò dicit, Apoc. 22. 15. & 21. 7. *Foris canes & venefici, & scortatores & homicidæ, & idolis servientes, & omnis qui facit & amat mendacium*, quia pars vestra est in gehenna ignis. Similiter autem & Esaïas ait. Isa. 66. 24. *Et egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui præuaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt in visionem omni carni.*

Paulus autem Apostolus de resurrectione Iustorum ad Thessalonicenses scribens ait; 1. Thess. 4. 12. *Nolumus vos ignorare de dormientibus vt non contristemini, sicut & cæteri,*

qui

A *qui spem non habent. Si enim credimus quod* IESVS *mortuus est, & resurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt per* IESVM, *adducet cum eo. Hæc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos, qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in jussu, & in voce & tuba Dei descendet de cœlo, & mortui in Christo resurgent primum. Deinde nos qui vivimus, qui residui sumus, simul cum eis rapiemur in occursum Domini in aera, & sic semper cum Domino erimus.*

Hæc tibi paucis exposui, ô Theophile, ex divinis Scripturis hausta, vt servandn fide quæ scripta sunt, prospiciénsque futura, inoffensum te Deo ac hominibus serves, expectans beatam spem, & illustrationem Dei, & Salvatoris nostri, in qua suscitatis sanctis nostris, cum eis lætabitur glorificans Patrem. Ipsi gloria in sempiterna sæcula sæculorum. Amen. *Tit 2. 13*

HIPPOLYTI ROMÆ EPISCOPI in Susannam.

B *Editionis vulg. 13*

QVod hîc narratur, posterius gestum est, etsi ante primum librum scriptum est. Sic enim scriptorum motibus comparatum est, vt non pauca inverso ordine, litterarum monumentis consignata tradant. Nam etiam in Prophetis quasdam visiones offendimus prius conscriptas, quas tamen postremò tandem adimpletas constat. Id verò peculiari Spiritus numine ac consilio fiebat, ne diabolus intelligeret quæ Prophetis in parabolis dicta erant, ac denuo ad perdendum rursus hominem laqueos tenderet.

Susannæ genus & cognatio. 4. Reg. 22. 8. Ier. 43. 8

Et nomen eius Ioacim. Hic Ioacim advena Babylone factus, Susannam vxorem ducit. Porro Susanna filia erat Helciæ Sacerdotis, ejus qui librum Legis in domo Domini invenit, quando Rex Iosias mundari Sancta sanctorum præcepit. Ejus frater est Ieremias Propheta, qui vnà cum residuis, post transmigrationem populi Babylonem, ductus est in Ægyptum, & habitavit in Taphnis, vbi prophetans lapidibus obrutus sublatus est.

C *Pulchra valde & timens Dominum.* Ex fructu enim, illorum germinis, facilè quoque arbor cognoscitur. Viri enim religiosi Legisque æmulatores facti, dignos Deo liberos in mundo produxerunt: alterum Christi Prophetam atque Martyrem; alterum castam integræque fidei Babylone repertam: cujus pudicitia atque castitas, ratio fuit vt innotesceret Daniel Propheta.

Iudæi Babylone suis legibus viventes.

Et erat Ioacim dives valde. Quærenda causa est: Quomodo enim qui captivi essent & Babyloniis mancipati, in vnum convenire poterant, quasi sui juris essent atque liberi? Qua in re considerandum est, Nabuchodonosorem, qui eos transtulerat, mitius illis visum esse, ac permisisse, vt liberis coventibus, cuncta ex Legis rationibus agerent.

D *Susanna figura Ecclesiæ*

Et meridie ingrediebatur Susanna. Susanna Ecclesiæ gerebat figuram. Ioacim verò vir ejus, Christi. Hortus seu pomarium, vocatio Sanctorum, qui tanquam fructiferæ arbores in Ecclesia plantati sunt. Babylon, mundus est, Duo Seniores, duos populos figurare noscuntur, qui Ecclesiæ insidias struunt: alterum qui ex Circumcisione, alterum qui ex Gentibus. Nam quod ait, *Fuisse constitutos populi principes atque iudices*; ideo est, quod hoc ævo potestatem exercent præsidéntque, injustè judicando justos.

Historia Iudæis invidiosa hinc foris illis è Canone erasa.

Et videbant eam duo Seniores. Hæc enimverò Iudæorum principes nunc è libro volunt amputare, dicentes ea non gesta esse Babylone: quos nempe pudeat, tanti illius per id tempus Seniorum facinoris.

Et everterunt sensum suum. Qui enim Ecclesiæ insidias struxerunt ejúsque corruptores fuerunt, quonam modo justa judicare possint, aut mundo corde in cœlum suspicere, qui principi huius sæculi sunt mancipati?

E *Malorū̄ dissensus adversus Ecclesiā.*

Erantque ambo erga eam stimulis agitati. Verè enim accipi potest quod ita dictum est; semper enim duo populi, Satanæ, cujus afflatu aguntur, stimulis incitati, persecutionum procellas ærumnasq; adversus Ecclesiam suscitare student; quærentes qua demum ratione eam corrumpant, cum secum ipsi non cōsentiant.

Et observabant sollicitè. Id verò animadvertamus operæpretium est: Hactenus scilicet observare ac curiosius inquirere quæ in Ecclesia fiant, tum Gentiles, tum ex Circuncisione Iudæos; qui videlicet falsos testes adversum nos velint subornare, quemadmodum ait Apostolus, *Propter autem subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo.* *Gal. 2. 4.*

Peccati genus est, quærere vt fœminis attendas animum.

F *Et egressi recesserunt à se mutuò.* Quod ergo à se mutuò recesserunt hora prandij, hoc significat, in terrenis quidem cibis non consentire Iudæos cum Gentibus; in sensu verò cunctisque rebus ad sæculi vsum spectantibus, convenire ac communicare.

Et sciscitantes ad invicem causam, confessi sunt suam concupiscentiam. Ipsi sibi vaticinantur, sciscitantibus cogitationibus reddituros esse Deo rationem, pro omnibus quæ peccaverint, quemadmodum Salomon ait, *Sciscitatio* (seu examen) *perdet impios.* Capiuntur enim hi sciscitatione. *Rom. 2. 15* *Salom. 6.*

Per festū Paschæ infidelium insidiæ.

Dum observarent diem aptum. Quem porro nisi diem Paschæ, per quem lavacrum in pomario æstuantibus paratur, & Susanna lavans, munda Deo sponsa sistitur.

Baptismi comites, Fides & Charitas: Oleum atq; vnctio in baptismo

Cum duabus solis puellis. Quando enim Ecclesia ex more cupit lavacrum suscipere, duas necessariò ancillas comites habet. Etenim Ecclesia per Fidem in Christū & per Charitatē in Deum confessa recipit lavacrū.

Dixitque puellis, Afferte mihi oleum Proinde fides & charitas, oleum & smigmata lavantibus parant. Quænam verò smigmata, nisi Verbi mandata? quodnam autem oleum, nisi virtus Spiritus sancti; quibus post lavacrum tanquam vnguento Fideles perunguntur. Cuncta hæc per beatam Susannam nostri causa figurabantur: ne modò scilicet, qui Deo credimus, ea quæ impræsentiarum in Ecclesia fiunt, tanquam nova ac peregrina existimemus, sed cuncta hæc olim per Patriarchas figurata credamus, quemadmodum etiam Apostolus ait, *Hæc contingebant illis in figuris. Scripta autem sunt ad nostram exhortationem, in quos fines sæculi devenerunt.* G *1. Cor. 10. 11.*

Et exierunt per posticum. Nempe præsignantes, qui velit in pomario aqua intingi, debere nuntium remittere portæ latæ, & per arctam & coangustatam ingredi. *Mat. 7. 13. 14.*

Et non viderunt Seniores. Quemadmodum enim tunc in pomario delituit diabolus in serpente, sic nunc quoque in Senioribus latitans, suâ illos concupiscentiâ accendit, vt rursus denuò corrumperet Evam. *Gen. 3.*

H *Rom. 2*

Ecce ostia pomarij clausa sunt. O sceleratos Iudices plenósque diabolico afflatu! Num hæc vobis tradidit Moyses? Sicne legentes Legem alios docetis? *Qui dicis non mœchandum, mœcharis?* Qui prædicas non faciendum homicidium, homicidium facis? Qui dicis non concupiscendum, ipse vxorem proximi corrumpere cupis?

Et in concupiscentia tui sumus. Vt quid, scelesti, castā animam atque simplicem verbis mendacibus à mentis sententia avocatis, vt libidinem vestram statuatis?

Quod si nolueris, dicemus contra te testimonium. Hæc vestra ab initio proiectæ mentis causa improba, Seductoris gratia qui in vobis ab initio latitaret. Erat namque verè cum ea vestes è cœlis inventus, non qui cum illa commisceretur, sed qui testis foret veritati.

Is est Daniel, spiritu propheticus præditus

Et ingemuit Susanna. His itaque verbis auditis, beata Susanna, doloris aculeum animo sensit, atque

obtura

A

obturavit, quæ nollet sceleſtiſſimorum Seniorum injuriâ conſtuprari. Licet verò etiam verè intelligere, quod in Suſanna contigit. Hue enim nunc quoque in Eccleſia impleri invenias.

Christianorum à Iudæis Gentibuſque inſidiæ.

Cùm enim duo populi conſenſerint, vt quoſdam de Eccleſia perdant, diem aptum obſervant; ingreſſique in domum Dei, cunctis ibi orantibus Deúmque laudantibus, apprehenſos quoſdam trahunt, tenéntque dicentes: *Venite, idémque ipſi ac nos ſentite, ac diis cultum adhibete. Quod ſi nolueritis, teſtimonium adverſum vos dicemus.* Eos autem qui noluerint, ad tribunalia adducunt, & accuſant velut qui agant contra decretum Cæſaris, ac morte eos damnant.

Eccleſiæ anguſtiæ.

Anguſtiæ ſunt mihi vndique. Videte verba caſtæ mulieris, ac cujus Deo cura eſt. *Anguſtiæ*, inquit, *ſunt mihi vndique.* Eccleſia enim nedum à Iudæis affligitur ac anguſtias patitur, verùm etiam à Gentibus; nec non ab iis qui Chriſtiani dicuntur, nec tamen ſunt. Ejus enim pudicitiam ac felicitatem velut contuentes, corrumpere eam nituntur.

Sive enim hoc egero, mors mihi eſt. Deo enim inobedientem eſſe, ac hominibus obedire, æternam mortem ac ſupplicium parit.

B

Si autem non egero, non effugiam manus veſtras. Hoc quoque verè dixit. Qui enim adducuntur propter nomen Dei, ſiquidem fecerint quod jubentur ab hominibus, Deo moriuntur, ac in mundo vivunt. Si autem non egerint quod illi imperant, non effugiunt, Iudicum manus, à quibus ipſis morte damnantur.

Melius eſt mihi ſine opere. Hoc namque præſtantius; ab iniquis hominibus mori, vt cum Deo vivant; quàm illis conſentiendo, & ab eis ſolutos, incidere in manus Dei.

Iſa. 58. 9

Et clamavit voce magna. Ad quem rogo clamavit Suſanna, niſi ad Deum, quemadmodum ait Eſaïas, *Tunc clamabis, & Deus exaudiet te: Adhuc loquente e dicet, Ecce adſum.*

Malorum votũ in Chriſtianos.

Clamaverunt & duo Seniores contra eam. Iniqui enim & improbi non ceſſant clamare adverſus nos, & dicere, *Tolle è terra, qui tales ſunt: non enim decet eos vivere.*

C

Mat. 10. 28.

Evangelico ſenſu, Suſanna contempſit eos, qui occidunt corpus, vt ſalvaret animam ſuam à morte. Nam peccatum, mors animæ eſt: præſertim autem mœchia.

Mœchia animæ mors ſpiritalis & corporalis.

Quia enim anima Chriſto copulata, diſceſſione à fide in perennem traditur mortem (pœnam ſcilicet æternam) ad ejus rei fidem, violato quoque corporalium nuptiarum fœdere perverſiſque thalamis, Lex pœnam mortis indixit.

Et cucurrit vnus, & aperuit oſtia. Nempe latam & ſpatioſam oſtendens viam, quam incedendo, qui illis morem gerunt, pereunt.

Suſannæ pulchritudo.

Porro Suſanna erat delicata valde. Non quod meretricios fucos corpori aſperſos haberet, vti habebat Iezabel, aut vt oculos variis pigmentis ceruſaque ac minio oblitos; ſed fidei & caſtitatis ac ſanctimoniæ decore pollebat.

Et poſuerunt manus ſuper caput eius. Vt vel ejus contactu, libidinem ſuam exſatiarent.

Ioan. 11. 35

At illa flebat. Lacrymis enim & fletu è cœlis Verbum excibat, quod lacrymis ſuſcitaturum erat mortuum Lazarum.

D

Et credidit eis multitudo. Operæpretium igitur eſt, vt in omni firmi negotio, mendacibus animum non attendamus; nec facilè Iudicum perſonis, vt obſequamur adduci nos ſinamus, qui nos Deo rationem reddituros eſſe non neſciamus: ſed ſectando veritatem, accuratam fidei rationem inquirendo, Deo accepti erimus.

Et exaudivit Deus vocem eius. Quicunque enim invocant eum ex corde puro, hos exaudit Deus: quicunque verò in dolo & hypocriſi, ab eis Deus faciem ſuam avertit.

Inveterate dierum malorum. Quis jam initio ipſoque exordio expoſuimus, duos Seniores aſſumi in typum duorum populorum, ejus ſcilicet qui ex Circunciſione & qui ex Gentibus, qui ſemper Eccleſiæ inſidias ſtruunt, videamus ipſas Danielis voces, ac intelligamus, nulla re nos Scripturam fallere. Nam primum Seniorem alloquens, vt Legiſperitum eum increpat: alteri verò vt Gentili loquitur, *Semen Chanaan* ipſum vocans: tametſi in Circunciſione & Iudæus erat.

E

Tob. 3. 24

Iam enim Angelus Dei. Porro oſtendit, quo tempore Suſanna ad Deum oravit, fuitque exaudita, miſſum ei fuiſſe Angelum, qui eam adjuvaret, haud ſecus ac ſe res in Tobia & Sara habuit: Ambobus enim eadem die eodémque hora orantibus, exaudita eſt amborum oratio, miſſuſque eſt Angelus Raphaël, qui eos ſanaret.

Pro. 26. 27.

Et conſurrexerunt adverſus duos Seniores. Vt impleretur quod dictum eſt, *Qui fodit foveam proximo ſuo, incidet in eam.*

F

In omnibus itaque attendere debemus, Chariſſimi, timentes ne quis in aliquo delicto deprehenſus, ſuæ ipſius animæ obnoxius fiat, ſcientes quia vindex eſt Deus de omnibus: cùm Verbum ipſum ſit oculus, quem nihil latet eorum quæ in mundo fiunt. Idcirco ſemper pervigiles animo ac caſtè viventes, Suſannam imitemur.

SANCTISSIMI HIPPOLTTI
Romæ Epiſcopi.

CVm conſtitutum ſit, vt diligenter oſtendam tempora captivitatis Babylonicæ filiorum Iſraël, ac beati Danielis Viſionum oracula (cujus ſcilicet à puero Babylone vitam ac converſationem) venio & ipſe vt Viro ſancto & juſto Prophetæ Chriſtique Martyri teſtimonium perhibeam. Is namque nedum Regis Nabuchodonoſoris viſa per hæc tempora declaravit, verùm etiam ei ſimiles Pueros edocens, fideles in mundo Teſtes produxit.

G

Natus itaque Daniel eſt, quo tempore beatus Ieremias Propheta claruit, & quo Ioacim filius Eliacim Rex fuit. Is vnà cum reliquis captivis ac manubiis captus, pari ſorte Babylonem ducitur. Sunt enim hi quoque beati Ioſiæ filij, Ioachas, Eliacim & Ioannam; Sedecias (qui & Iechonias) & Sedum.

4 Reg. 23. 30.

Et quidem Ioachas poſt mortem patris à populo in Regem vngitur, cùm eſſet annorum trium ſupra viginti. Adverſus hunc aſcendit Pharao Nechao menſe tertio regni ejus; vinctúmque captum ducit in Ægyptum, ac multam terræ impoſuit, centum talentis argenti, & decem auri. Conſtituitque pro eo Regem ſuper terram fratrem ejus Eliacim, cui nomen vertit Ioacim, annis vndecim.

4. Reg. 24. 10.

Adverſus hunc aſcendit Nabuchodonoſor Rex Babylonis, vinctumque captum Babylonem ducit, partémque vaſorum domus, quæ erant Ieroſolymis.

H

4. Reg. 25. 27.

Hic, cùm in carcerem conjectus eſſet eóque teneretur, vt qui Pharaonis amicus extitiſſet, & ob eo Rex conſtitutus fuiſſet, anno ſeptimo ſupra triceſimum educitur ab Evilat Marodach Rege Babylonis; detonditque illius caput, & erat ei à conſiliis, & comedebat in menſa ejus, ad eum vſque diem, quo mortuus eſt. Cùm hic igitur abductus fuiſſet, regnat filius ejus Ioacim annis tribus. Aſcenditque in eum Nabuchodonoſor, ejuſque ac reliquæ plebis decem millia virorum Babylonem traducit; atque ejus patruum Regem pro eo conſtituit, quem mutato nomine Sedeciam vocavit: pactiſque cum eo juramentis ictoque fœdere, Babylonem redit. Hic, cùm regnaſſet annos vndecim, ab eo deficiens, in Pharaonis Regis Ægypti partes tranſivit. Anno itaque decimo, venit in eum ex Chaldæa Nabuchodonoſor, vrbémque vallo cinxit atque obſedit, omnique ex parte arctavit. Quamobrem magna eorum pars fame interierunt: alij gladio cæſi;

nonnulli

A nonnulli inter spolia ac manubias capti: Vrbs igne succensa, templum murique destructi. Omnes thesauros inventos in domo Domini abstulit exercitus Chaldæorum, cunctáque vasa aurea & argentea: omnéque æs contrivit Nabuzardam princeps coquorum, & tulit ea in Babylonem. Ipsum verò Sedeciam per noctis silentia fugientem cum septingentis viris, persecutus exercitus Chaldæorum, inque Iericho eum assecutus, adduxit ad Regem Babylonis in Reblatha: qui judicio de illo in ita furoris instituto, ob violatum Domini jusiurandum, & fœdus, quod cum illo pepigerat; ejus filios coram ipso jugulavit, ac Sedeciæ oculos cæcavit, ipsúmque ferreo vinxit pondere, ac Babylonem duxit, vbi erat molens in molendino, donec diem obiit. Defunctique arreptum cadaver, retro muros projecerunt. In eo completum Ieremiæ oraculum dicentis: (Ier. 22. 24) *Viuo ego, dicit Dominus; Quia si fuerit Iechonias filius Ioacim Rex Iuda annulus in manu dextera mea, inde euellam te. Et dabo te in manu quærentium animam tuam, in manu à quorum facie tu formidas, in manu Chaldæorum. Et proyciam te, & matrem quæ peperit te, in terram alienam, & moriemini ibi. In terram autem quam votis expetunt animabus suis, non reducam te. Inhonoratus est Iechonias, vt vas inutile, cuius nullus est vsus; idcirco proiectus est atque eiectus in terram, quam non noverat. Audi terra sermonem Domini Scribe virum istum abdicatum, quia ex semine eius non adolescet Princeps qui sedeat in sede Dauid in Iuda.* Contigit ergo captivos transferri Babylonem, postquam exierant ex Ægypto. Cùm igitur populus omnis translatus fuisset, civitas quoque desolata ac destructa sanctificatio est, vt impleretur sermo Domini, quem locutus erat per os Ieremiæ Prophetæ, dicentis, *Quia desolata erit sanctificatio annis septuaginta*; invenimus beatum Danielem Babylone vaticinatum esse ac Susannæ vindicem extitisse. E

AD SÆCVLVM QVARTVM.

COMMODIANI INSTRVCTIONES ADVERSVS GENTIVM DEOS, Pro Christiana Disciplina.

Tempore Silvestri P. R. sub Constantino Cæs. composita.

Nunc primum typis mandatæ, cura & studio Nicol. Rigaltii, cum Notis nonnullis ejusdem ad marginem.

DE COMMODIANO eiusque Opusculis.

NOTA.

Bens à Gennadio Commodianus, libello de viris illustribus, describitur. Vir bonus, verè Christianus & simplex, ab omni gloriæ sæcularis ambitione alienus; charitatis, quæ propriè Christianum demonstrat, cultor egregius: perfectissimus asceres futurus, incipiente jam tempore sapientiæ Monachalis. Gazeum se dicit. An à Gaza Phœnices sive Palestinæ an à gaza sive gazophylacio, nondũ comperi. Ipse sibi cognomentum indidit, Mendico Christi: & gazum dixit, ærarium pauperum necessitatibus paratum, cui semper augendo, munificas opes potentiorum crebris obtestationibus ac prope cõvitiis implorat & flagitat. Hunc ecce igitur Commodianum ævo Silvestri I. Ecclesiæ Romanæ Pontificis, vixisse, satis ipse Commodianus significat, opusculo, quo Gentiles invitat sive compellit ad istius Pastoris præsepe: adeoque verisimile videatur, ipsum opusculum Romæ, aut certè in Italia, fuisse compositum. Stilus, Africanæ ferociæ rusticitatem sapit, quæ tamen ad acumina Tertulliani, Cypriani, Minutij non infrequenter alludit; quædam etiã interserit Græcæ & Latinæ antiquitatis scita non vulgaria. Libelli vetus exemplar haud vidi, apographum habui tantum, ab eximio viro Iacobo Sirmondo; sed fœdis vbiq. ferè mendis corruptum. Veterem scripturam, vel ipse Sirmondus habet, vel vnde haberi queat scire non diffitetur. Ego quidem valdè assentior existimantibus, futile esse atque fallacem; imò plerumque in hac litteratũ parte perniciosam, conjectandi licentiam: Sed ex istius libelli apographis constat, manum illam antiquam fuisse jampridẽ depravatissimã. Itaque, quod fieri solet in desperatis, libuit in isto misello Commodiano, non tanquam in Care; nam esse pretij duco non minimi Christianum, quẽ inter illustres censuit Gennadius, periculũ facere, si quã posset industriã libellus scriptoris antiquissimi editione nostrã reformari ac restaurari. Latebat inter apocrypha Gelasij, Millenariæ fabulæ felicitatem expectans. Fabulam dico illam quæ priscis Christianis tantopere placuit, vt sequestres & fideicõmissarios interpretes habuerit Iustinos, Papias, Irenæos, Tertullianos, Lactantios, quorum certè virorum, in quibus & martyres quidam præclari, tanta fuit auctoritas, vt ipsum etiã Augustinum habuerint sectatorem, spe felicitatis illius tẽporariæ aliquatenus & aliquãdiu captum: Hieronymum quoque addubitatorem, certè non condemnatorem, sed judicio Domini reservantem. Libello suo Commodianus titulũ fecit *Instructiones* scilicet ad Paganos, vt ab Idolorũ cultu ad veram Christianæ legis philosophiam convertãtur, quin etiam ad Christianos ipsos, ne obliti Christianorũ ad secularia redeãt. Scripsit mediocri sermone, quasi versu. Etenim versibus faciendis nec leges nec modulos servat, major vbiq; acrostichidis ratio, quàm metri. Acrostichides verò sunt, ex cujusque poëmatij titulis constructæ, sic adsignata cuiq; versui litera, vt à primo cujusque poematij versu totus deinceps poëmatij titulus per litteras versuum primas decurrat; quemadmodũ fabulæ nomen in Plautinis quibusdam comœdiarum argumentis, qui modus acrostichidũ vulgaris apertus & innocens; nõ absimilis illi versutiæ, quã Tullius in carminibus ævo jam suo Sibyllinis observavit. Cæterùm, qualiscumque iste Cõmodianus esse videbitur, ab Gennadio primùm, inde ab Gelasio citatus, hunc tandẽ sæculo suo Sirmondi manibus apparuit squalidus, tanquã ex vinculis ac diutino apud Barbaros situ, vindicias poscẽs. Nec vindicẽ sanè alium optare potuit præstantiorem Sirmondo. Nam exinde ostensus & cõmunicatus amicis, benignè excipi ac foveri cœpit. Neque ipsum hac editione sperare aliud velim, quàm vt oblatus iterum Sirmõdo, plena demũ ac justa apud eum manumissione prodeat, liberali schemate tersus ac nitidus. Interea verò dũ id properatur, magnæ auctoritatis manumissorẽ exoratum cupio, ac pro viri benignitate, confido fore, bonas vt in partes accipiat, horas aliquot à me impensas homini Christianæ pietatis ac disciplinæ fauendæ studiosissimo. Sæculum iste suum malis moribus

A ribus inquinatissimum castigat; acer vbique & horridus monitor, quasi prophetico furore carminum sonos fundit, negligens ordinis, negligens elegantiarum; asyndeta vel anacolutha passim, vt tamen existat in ipso neglectu cura, & facultas, & vis aliqua dicendi, carpendique ipsos tunc temporis Christianorum proceres. Observationibus meis hoc præsertim studui, descriptoribus ævu Commodiani proximis apponere, quod obscuris daret lucem. Coniecturas proposui, quales absque exemplaribus antiquis præstare nemo debeat; quibus tamen vti minimè pudeat, quamdiu non contradicent exemplaria. Denique, vsus & efficacia libelli huiusce fuerit, constans & perpetuus amor Christi, animus ad martyrium fortis; pietas erga pauperes maxima. Hoc præterea scire, vitia, quæ etiamnum Ecclesiam dehonestant, esse vetustissima. Infinitam semper fuisse de rebus divinis disputantium multitudinem, paucissimos verò Christianos. B

GENNADIVS

MASSILIENSIS EPISC.

Lib. de viris illustribus.

COMMODIANVS, *dum inter sæculares litteras etiam nostras legit, occasionem accepit Fidei. Factus itaque Christianus, & volens aliquid studiorum muneris offerre Christo suæ salutis Auctori, scripsit mediocri sermone quasi versu, adversus Paganos. Et quia parum nostrorum attigerat litteras, magis illorum dogmata destruere potuit quàm nostra firmare. Vnde & de divinis repromissionibus adversus illos vili satis & crasso, vt ita dixerim, sensu disseruit: stuporem illis, nobis desperationem incutiens, Tertullianum & Lactantium & Papiam auctores secutus. Moralem sanè doctrinam, & maximè voluntariæ paupertatis amorem optimè prosecutus, studentibus inculcavit.* C

COMMODIANI

INSTRVCTIONES,

PER LITTERAS VERSVVM

Primas.

1. *PRÆFATIO.*

PRÆFATIO nostra viam erranti demonstrat,
Respectumque * bonum; cùm venerit sæculi meta;
Æternum fieri, quod discredunt inscia corda.
Ego similiter erravi tempore multo,
Fana prosequendo, parentibus insciis ipsis.
D Abstuli me tandem inde, legendo de Lege.
Testificor Dominum, doleo: proh civica turba!
Inscia quod perdit, pergens deos quærere vanus.
Ob ea perdoctus ignaros instruo verum.

* i. visitationem

2. *Indignatio Dei.*

In Lege præcepit Dominus cæli, terræ marisque.
Nolite, inquit, adorare deos inanes,
De manibus vestris factos ex ligno vel auro;
Indignatio mea ne vos disperdat ob ista.
Gens ante Mosen rudis, sine lege morata,
Nesciensque Deum, morientes deos orabant,
Ad quorum effigies faciebant idola vana,
Translatis Iudæis Dominus de Ægypti, E
Imposuit legem postmodum, & ista præcepit
Omnipotens, Sibi soli deseruite, non illis.
De resurrectione quoque docetur in ipsa,
Et spe, fortunatum rursum in ævu vivendi,
Idola si vana relinquantur, neque colantur.

3 *Cultura dæmonum.*

Cùm Deus omnipotens exornaret mundi naturam,
* Visitari voluit terram ab Angelis istam,
Legitima cuius spreuerunt illi dimissi:
Tanta fuit forma fœminarum quæ flecteret illos,
Vt coinquinati non possent cælo redire.
Rebelles ex illo contra Deum verba misere.
Altissimus inde sententiam misit in illos;
De semine quorum Gigantes nati feruntur,
Ab ipsis in terra artes prolatæ fuerunt; F
Et tingere lanas docuerunt, & quæcunque geruntur.
Mortales & illis mortuis simulacra ponebant.
Omnipotens autem, quòd essent de semine pravo,
Non censuit illos recipi defunctos è morte.
Vnde modu vagi subuertunt corpora multa:
Maximè quos hodie colitis deos & oratis.

* ista sunt ex libro Enoch apocrypho

4. *Saturnus.*

Saturnusque senex, si Deus, quando senescit?
Aut si Deus erat, cur natos ille vorabat
Terroribus actus? Sed quia Deus non erat ille,
Viscera natorum tabie monstrosè sumebat.
Rex fuit in terris, in monte natus Olympo;
Nec divinus erat, sed Deum sese dicebat.
Venit inops animi, lapidem pro filio sorpsit.
Sic Deus euasit, dicitur modu Iupiter ille.

5. *Iupiter.*

Iupiter hîc natus in insula Creta Saturno, G
Vt fuit adultus, patrem de regno priuavit.
Proinde nobilium vxores sororesque delusit.
Præterea sceptra fecerat faber illi Pyracmon.
Initio cælum terram Deus & mare fecit,
Terribilis autem iste, medio tempore natus,
Ex antro processit iuvenis, furtimque nutritus.
Respice quod rerum auctor est Deus, non Iouis * ille.

* nominatiuus vt Iupiter sicut & infrà

6. *De fulmine ipsius Iouis.* *

Dicitis, ô stulti, Iouis * tonat: fulminat ipse,
Et si parvulitas sic sensit, cur annis ducentis
Fuistis infantes; numquid & semper eritis?
Versa in maturum infantia non capit ævum
Lusus; puerilis ætas cessit, sic & corda recedant.
Moribus virilibus consilia vestra debentur.
Insipiens ergo Iouem tonitruare tu credis;
Natus hic in terris lacte caprino nutritur.
Ergo si illum devorasset Saturnus,
In istis temporibus quis pluebat illo defuncto?
Præsertim si mortali patre Deos nasci credatur.
Saturnus in terris senuit, & defecit in ipsis.
Illum non aliquis prophetauit prænosci:
Vel si tonat ipse, lex ab ipso lata fuisset. H
Seducunt historiæ per vates confictæ.
Ille autem in Creta regnauit, & ibi defecit.
Omnipotens vobis factus Alcmenes amator;
Vivus ipse modo similiter amaret si viveret ille;
Impuros oratis & dicitis esse cælestes.
Semine mortali natus de Gigantibus illis.
Auditis, & legitis natum in terra fuisse;
Vnde benè meruit corruptor ascendere cælum?
Dicitur & fulmen Cyclopas illi fecisse,
Immortalia enim habuit à mortalibus arma.
Tot rerum criminibus, parricidam quoque suorum,
Ex auctoritate vestra contulistis in altum.

* Additū est in Acrostic. Audite suppl. videndo.

A

* in cœlo septem Planetarum.

7 *De Septizonio * & Stellis.*

De circulo Zonæ fallit vos imperitia vestra,
Ex eoque forte Iovem experitis orandum.
Saturnus fertur ibi, sed stella ; nam ille
Expulsus à Iove, aut Iovis in stella credatur :
Poli qui sidera tractavit, solique sator,
Trojanis qui bellum fecit, Venerem almam amavit,
Ipsis syderibus aut Mars eum ipsa deprehensus
Zelo maritali ; Deus nominatur adulticens.
O nimium stulti, qui putatis Maïos* ab astris,
Nascentes regere, aut totam mundi naturam.
In vulnera positi, & ipsi sub fata viventes,
Obscent. curiosi. bellatores, impiæ vitæ ;
Et filios totidem mortales illi fecêre ;
Terribiles omnes, stulti, septizonio fortes.
Si stellas colitis colite & bis sena sigilla ;
Tum Arietem, Taurum, Geminos, ferúmq; Leonem.
Et denique vadunt *in piscibus, coque, probabis*.
Lex sine lege fuga vestra, quod vult esse valebit.
Lasciva vult esse, sine freno vivere quærit.
Ipsi quod vultis eritis, & deos & deas oratis.
Sic ego colui dum erravi, quod modo culpo.

* Maia genitrix. In apographo legitur narbos.

* Desinunt in meridie.
* Probabis quando

B

8 *De Sole & Luna.*

De Sole & Luna licet sint præsentanea nobis,
Erratis, quod ego prius, putatis oranda.
Sunt quidem in astris, sed non sua sponte currunt.
Omnipotens illos cum conderet omnia primum
Locavit ibidem cum stellis quarta dierum.
Errorem antiquus quin cum * * *
Et quidem in Lege jussit ne quis illos adoret.
Tot deos oratis, qui nihil de vita promittunt.
Lex quorum in terra non est, nec ipsi prædicti.
Vos autem seducunt Sacerdotes pauci,
Nu minis quid dicant aliquid motituri prodesse.
Accedite, legite, & discite verum.

9 *Mercurius.*

Mercurius vester fiat cum saraballo * depictus,
Et galeam aut pileum pinnatus, & cætera nudus.
Rem video miram, deum cum saccello volare.
Currite pauperculi cum gremio quo volat ille ;
Vt sacculum effundat, vos extunc estote parati,
Respicite pictum, quoniam vobis sic ab alto
Iactabit nummos, vos tunc saltate securi.
Vane non insanis ? colere deos pictos in axe* ?
Si vivere nescis, cum bestiis * perge morari.

* Braccis

C

* Cælo.
* In Zodiaco picta.

10 *Neptunus.*

Neptunum facitis deum ex Saturno pronatum :
Et tridentem gerit, vt pisces suffigere possit,
Patet esse deum cumarilem illo paratu.
Troianis non ipse cum Apolline muros eduxit ?
Vnde deus factus inops cæmentarius ille ?
Non Cyclopem genuit monstrum, non Maius & ipse
Vivere non poterat de suo ? quod structura gerebat.
Sic genuit generatus, qui fuit jam mortuus olim.

D

11 *Apollo fortilegus falsus.*

Apollinem facitis citharœdum atque divinum,
Primum de Maia natus in insula Delo,
Oblata mercede postmodum structor, obsecutus
Laomedonti regi Troianorum muros eduxit.
Locavitq; sese, quem deum seducti putatis :
Ossibus cujus amor Cassandræ flagravit,
Subdole quem lusit virgo, fallitúrq; divinus,
Officio vervecis * potuit scire bicordem.
Repudiatus enim discessit inde divinus.
Terruit * hunc virgo specte, quam ille deberet.
Illa prior debuerat Deum amavisse.

* haruspicina.
* terruit

Lascivieus qui Daphnem sic cœpit amare :
Et tamen insequitur, dum vult violare puellam,
Gratis amat stultus, nec potuit consequi cursu.
Vel, si deus erat, occurreret illi per auras.
Sub tectis illis prior venit, remansitq, divinus.
Fallit vos genus hominum, nam victu * tristi fuerunt.
Admeti quoque pavisse refertur.
Lusibus impositis dum mitteret discum in altum,
Sub lapsum non potuit retinere, prostravit amicum ;
Vltimus ille dies fecit Hyacinthi sodalis,
Si divinus erat, mortem præscisset amici.

E

* in apographo leg. buco corrupte

12 *Liber Pater, Bacchus.*

Liberum patrem certè bis genitum dicitis ipsi.
In India natus ex Iove, Proserpina primum.
Belligerans contra Titanas profuso cruore,
Expiravit enim sicut ex mortalibus vnus.
Rursus fatu suo redditus in altero ventre.
Percipit hoc Semele iterùm Iovis altera Mala,
Abscisso cujus vtero, prope partum defunctæ,
Tollitur, & datur Nisu nutriendus alumnus.
Ex eo bis natus Dionysius ille vocatur,
Religio cujus in vacuo salsa curatur.
Bacchantur & illi, qualia nunc ipsi videntur
Aut periculones Mimnermonisq; sutores,
Conspirant in malo, proludunt ficto furore,
Cæteros vt fallant, dicturos nomen adesse.
Hinc manifestè vides homines simile viventes,
Vino permotati primus quod expresserat ille,
Sub ludicro suo honorem illi dedère.

F

13 *Invictus.*

Invictus de petris natus, si Deus habetur,
Nunc ergo retrò vos de istis date priorem.
Vicit petra Deum, quærendus est petræ creator.
Insuper & furem adhuc depingitis esse ;
Cùm si Deus esset vnquam, non furto vivebat.
Terrenus vtique fuit, & monstrivora natura.
Vertebátque boves alienos semper in antris,
Sicut & Cacus, Vulcani filius ille.

G

14 *Silvanus.*

Silvanus vnde Deus iterùm apparuit esse ?
Inde fortè placet, eo quòd bene fistula cantat,
Largitur quoniam lignum, nam fortè non esset.
Venale emisti dominum cùm emperis illi.
Aspice, deficit lignum, quid illi debetur ?
Non te pudet stulte tales adorare tabellas ?
Vnum quære Deum qui post mortem vivere * diat.
Secede ab istis qui sunt biothanati facti.

* Dast

15 *Hercules.*

Hercules quod monstrum Aventini montis elisit,
Evandri qui solitus erat armenta furari,
Rustica * mens hominum indocilis quoque pro laude
Cùm gratias agere vellent, absenti Tonanti
Voverunt hostias inepti, vt Deo orando,
Lactentes aras, in memoriam sibi fecerunt.
Ex eo provenit de vetusta more colatur.
Sed Deus hic non est, licet fuit fortis in armis.

H

16 *De Diis Deabúsque.*

Dicitis esse deos qui sunt manifestè cruenti :
Et dicitis fata genesis adscribere vobis.
Dicite nunc ergo quibus primùm sacra ferantur.

A Inter vtrimque viaa, mors immatura vagatur.
Si tribuunt fata genesis cur deum oratis?
Decipeiis, vane, qui manes quæris orare,
Et qui fabricantur dominos tibi nuncupas esse,
Aut fœminas quoque nescio quas Deas oratis,
Bellonam & Nemesin deas, Fatiam vnà Cœlestem,
Virgines, & Venerem cui conjuges vestræ delūbant.
Sunt alia prætereà dæmonia fanis,
Quæ nec numerantur adhuc, & in collo feruntur,
Vt nec ipsi sibi possint rationem reddere. Pestes
Exportari magis in vltimas terras deberent.

17 *De simulacris eorum.*

Deludunt vos pauci scelerati vatea inanes,
Extricare suam dum quærunt vitam;
Subornant aliis esse sub mysteria falsum.
Inde simulantes concuti numine quodam
Majestatémq; canunt, & sub figura fatigant.
Vidistis sæpe Dindymarios, quali fragore
B Luxurias ineunt, dum furias fingere quærunt,
Aut cum dorsa sua allidunt spuica bipenne*.
Cum doctrina sua servant quod cruore sanant.
Respicite quo non illos nomine cognut,
Ipsis qui se primum componunt integra mente.
Sed stipem vt tollant ingenia talia quærunt.
Ex eo videte quoniam sunt omnia ficta.
Obumbiant populum simplicem, perituri ni credant.
Res semel in vano de vetustate processit,
Et vaticinanti credatur prodenti falsa.
Majestas autem illorum nulla locuta est.

*Gladio ancipiti.

18 *De Ammudate & deo magno.*

Diximus jam multa de superstitione nefanda,
Et tamen exsequimur, ne quid præterisse dicamur.
Ammudatémque suum cultores more colebant,
Magnus erat illis quando fuit aurum in æde,
Mittebant capita sub numine quasi præsenti.
C Ventum est ad summum, vt Cæsar tolleret aurum,
Defecit numen, aut fugit, aut transit in ignem.
Auctor hujus sceleris constat qui formabat eumdem.
Tot viros & magnos seducit falsè prophetans;
Et modò reticuit qui solebat esse diuinus.
Erumpebant enim voces, quasi mente mutata,
Tamquam illi deus ligni loqueretur in aurem.
Dicite nunc ipsi si non sint numina falsa?
Ex eo prodigio quot perdidit ille propheta?
Oblitus est iste prophetare qui ante solebat.
Monstra adeò ista ficta sunt per vinivoraces;
Audacia quorum damnabilis numina fingit.
Gestabant enim, & atuit tale sigillum:
Nam & ipse silet, nec vllus de illo prophetat
Omninò, sed vos ipsos perdere vultis.

19 *Nemesiacis vanis.*

Non ignominiosum est virum seduci prudentem,
Et colere talem, aut Dianam dicere lignum?
D Mane ebrio crudo, perituro creditis viro,
Ex arte qui fictè loquitur quid illi videtur;
Severè dum agit, sibi viscera pascit.
Ineoptat * cives vnus detestabilis omnes.
Adplicuitq; sibi simili collegio facto
Cum quibus historiam fingit vt deum adornet.
Ipse sibi nescit divinare, cæteris audet.
Succollat quando libet eum, & quando deponit.
Vertitur à se rotans cum ligno hisutei.
Ac si putes, illum afflatum numine ligni.
Non deos vos colitis quos ipsi falsè prophetant;
Ipsos Sacerdotes colitis, in vano timentes.
Sed si corde viget, fuge jam sacraria mortis.

*Id est convivatur.

20 *Titanes.*

Titanas vobis Tutanos dicitis esse,
Immites tacitos sub culmine vestro rogatis.
Tot lares, ædiculas, simulacra ficta Titano.
Adoratis enim stulti malo leto defunctos.
Non legem ipsorum legentes, non ipsi loquuntur. E
Et deos audetis æramine dicere fusos.
Solveritis eos magis in vascula vobis.

21 *Montesianis.*

Montes & * deos dicitis, dominentur in auro,
Obscurati malo, aliena mente juvantes.
Nam, si purus animus & mens serena maneret,
Tu tibi de illis ipsi disputare deberes.
Excordaris homo, si putas vt ipsi te salvent.
Seu regant seu minuant, si quid tu sani requiris,
Iustitiam Legis quære magis: illa salutis
Auxilium portat, & fieri dicit æternum.
Nam quod in vanis sequeris, per tempora gaudes.
In brevi lætaris, & postmodum plangis in imis.
Subtrahe te illis, si vis resurgere cum Christo.

*Montesei quasi Montenses.

22 *Hebetudo sæculi.*

Heu doleo, cives, sic vos hebetari de mondo!
Excurrit alius ad sortes, aves aspicit alter
Balanium cruore fuso, manus inspicit alter,
Et cupit audire responsa vana credulus,
Tot duces, & reges, vbi sunt consulti de vita,
Vel portenta sua scisse quid profuit illis? F
Discite quæso bonum, cives simulacra cavete,
Omnipotentis enim in Lege quærite cuncti;
Sic ipsi complacuit Domino dominorum in altis,
Ad probationem nostram dæmonas in mundo vagari.
Et tamen ex alia parte mandata præmisit,
Cœlestes fieri qui relinquunt aras eorum.
Vnde non hoc curo disputare parvo libello,
Lex docet, in medio ciet, Consolite pro vobis.
In duas intrastis vias, condiscite rectam.

23 *De vbique paratu.*

Dum ventri servis innocentem esse te dicis,
Et quasi communis * facis te vbique paratum.
Væ tibi stulte homo, mortem circumspicis ipse.
Barbaro de more sine lege vivere quæris,
Ipse tibi hymnificas etiam Ineinere de verbo,
Qui simplicem fingis: Simpliciter vivo cum isto.
Vivere te credis dum ventrem cupis implere.
Exiguus tua in domo residere prave. G
Paratus ad epulas & refugiscere præcepta.
Aut quia discredis Deum judicare defunctos
Rectorem cœli facis te inepte pro illo.
Adspicis ad ventrem quasi tu sis providus illi.
Tu modò profanus, modò sanctus esse videris.
In supplicem prodis Dei, sub aspectu tyranni.
Senties in fatis cujus modo lege juvaris.

*Fortè Comis.

24 *Inter vtrumque viventibus.*

Inter vtrumq; putans dubiè vivendo cavere,
Nudatus à lege, decrepitus luxu præcedis.
Tot vane prospicis, quid quæris iniqua?
Et quicquid egisti istine remanere defuncto
Respice tu stulte: non etas, & ecce videris.
Vnde processisti nescis, nec vnde nutriris: H
Tu Deum excelsum fugis tuæ vitæ benignum,
Rectoremq; tuum, qui te magis vivere vellet,
Vertis te in faciem & dorsum Deo remittis,
Mergis te in tenebras dum putas te in luce morari.
Quid in Synagoga decurris ad Pharisæos,
Vt tibi misericors fiat, quem denegas vltrò?
Exis inde foris, iterùm tu fana requiris.
Vis inter vtrumq; vivere, sed inde peribis,
Insuper & dicis, Quis est qui à morte redemit?
Vt credamus ei, quoniam ibi pœnæ aguntur,
Eia, non sic, vt putas esse, maligne.
Nam illi prodest post funera, rectè qui vixit.
Tu tamen mox moriens ducêris in loco maligno:
In Christo credentes autem in loco benigno.
Blanditúrq; quibus hæret amœnitas illa.
Vobis autem dubiis, in vos sine corpore pœna,
Suscitat in fratrem tortoris ordo clamare.

A

25 *Qui timent, & non credent.*

Quamdiu stolte homo Christum agnoscere non vis?
Vitas agrum pinguem, & sterili semina jactas.
In sylva manere quæris, vbi latro moratur.
Tu dicis, Et ego Dei sum, & foras oberras.
Ingredere jam nunc toties invitatus in aulam.
* Etiam. Matura jam messis, tempus totidémq; * paratum.
Ecce modo mete, quid? te pœnitet? inde
Nunc, si non habes, collige: vindemia vina.
Tempus adest vitæ credendi tempore mortis.
Est Dei lex prima fundamentum posteræ legis.
Te quidem signabat crediturum in lege secunda,
Nec minus ex ipso, sed ex ipsa tibi potentes:
* Metathesis pro jam obstupe factus. Obstupe jam factus*, jura te credere Christo.
Nam testamentum vetus de illo proclamat.
Credere enim opus est tantùm in ipsu defuncto
Resurgere posse, vivere tempore toto.
Ergo si quis ea discredis, ille futura,
Dummodo vincetur reus in morte secunda,
B Eventur etiam paucis in isto libello.
Nam cognosci potest vbi sit spes anteponenda.
Tamen vos adhortor quantocius credere Christo.

26 *Repugnantibus adversus legem Christi Dei vivi.*

Respuis infelix bonum disciplinæ cœlestis.
Et tuis in mortem dum vis sine fræno vagari.
Perdunt te luxuria & brevia gaudia mundi:
Vnde sub inferno cruciaberis tempore toto.
Gaudia sunt vana quibus oblectaris ineptè.
Non illa te reddunt hominem fuisse defunctum?
Anni te non possunt jam triginta reddere doctum?
Nescius si primum errasti, respice cantum.
Tu putas nunc vitam istic perfrui lætam.
Injurias inter? ibi sunt damna tuorum,
Bella, vel infandæ fraudes, cum sanguine furta,
Vlceribus corpus vexatur, gemitúsque, ploratus,
Seu lues invadit; aut longo morbo teneris,
C Aut natis orbaris, aut perdita conjuge defles.
Describitur totum, heu ruunt dignitatea ab alto,
Viuis, pauperie, dupliciter certè si langues;
Et dicis vitam vbi vitrea vita mortalis.
Respice jam tandem hoc tempus inritum esse:
Sed in futuro tibi spes est sine dolo vivendi.
Vivere volebant vtique parvuli rapti,
Sed vita privati juvenes senescere forte,
* lætitiæ aut lætificos. Lætitius * dies, perfruique ipsi parabant;
Et tamen inviti reponimus omnia mundo.
Gens & ego fui perversa mente moratus,
Et vitam illius sæculi veram esse putabam;
Mortémq; similiter sicut vos judicabam adesse;
Cùm semel exisset animum periisse defunctum.
Hæc autem sic non sunt, sed conditor orbis & auctor.
Requisivit enim fratrem à fratre peremptum.
Impie dic, inquit, vbinam frater? ille negavit.
D Sanguis enim fratris ad me proclamavit in altum.
Torqueris videu vbi nil sentire putabas,
Ille autem vivit & loca dextera tenet;
Delicias fruitur, quas tu perdidisti, nefaude.
Et cùm revocasti sæculum; & ille prægressus,
Immortalis erit, nam tu sub tartara planges.
Vivit certè Deus, qui defunctos vivere fecit.
Innocuisque bonis vt reddat præmia digna:
Vesanis autem & impiis tartara sæva,
Incipe sentire judicis Dei, seducte.

27 *Stulte, non permoreris Deo.*

Stulte, non permoreris, nec mortuus effugis Altum.
Tu licet disponas nihil te sentire defunctum,
Vinceris insipiens, vivit Deus conditor orbis,
Legitimáque cujus clamant valere defunctos.
Tu autem dum præceps sine Deo vivere quæris, E
Extinctum in fatis judicas & fatale credis.
Non ita disposuit vt tu putas Deus æternus,
Oblivitos esse mortuos de gesto priore.
Nunc nobis impetitans fecit receptacula mortis,
Post cineres autem nostros videbimus illa:
Eancte stulte qui putas per funera vt non sis;
Rectorem dominúmq; tuum nil posse fecisti.
Mors autèm in vacuum non est, si corde retractes.
Optandum noscas, nam sero senties illum.
Rector erat carnis, non te certè caro regebat.
Exemptus ab illa, recondimur illa, tu borsum:
Rectè mortalis homo separatur à carne.
Idcircò non poterunt oculi mortales æquari.
Sic habet abyssus noster de Dei secreto.
Da nunc ergo Deo fragilis dum moreris honorem:
Et crede quod Christus vivum te de mortuo reddet.
Omnipotenti laudes in Ecclesia reddere debes.

28 *Iusti resurgunt.* F

Iustitia & bonitas, pax & patientia vera
Vivere post fata faciunt, & cura de actu.
Subdola mens autem noxia, perfida, prava,
Tollit se in partes, & fera morte muratur.
Impie nunc audi, per malefacta lucrarit,
Respice terrenos judices, in corpore qui nunc
Excruciant pœnis diros, aut ferro parantur
Supplicia meritis, aut longo carcere flere.
Vltime tu speras Deum irridere cœlestem,
Rectorémq; poli, per quem sunt omnia facta?
Grassaris, insanis, detrectas nunc & Dei nomen;
Vnde non effugies, pœnas per factaque ponet.
Nunc volo sis cautus, nec venias ignis in æstum.
Trade te jam Christo, vt te benefacta sequantur.

29 *Diviti incredulo malo.*

Differes dives nimium tua cuncta videndo G
Insatiabiliter, quibus adhuc adhærere quæris.
Vivere post ista, dicis, non spero defunctus.
Ingrate summo Deo, qui sic Deum judicas esse.
Te qui nescientem protulit, deinde nutrivit;
Ipse prata tua gubernat, vineas ipse,
Ipse gregem pecorum, & quicquid possides ipse.
Nec istis attendis, aut tu tegis omnia forte.
Cœlum hoc & terram & maria salsa qui fecit,
Reddere decrevit nos ipsus in aureo sæclo;
Et modo si credis vivitur in Dei secreto.
Disce Deum, stulte, qui vult te immortalem adesse,
Vt gratias illi referas in agone perennes.
Lex docet ipsius, sed quia vagari tu quæris,
Omnia discredis, & inde in tartaros ibis:
Mox animam reddis, duceris quò te pœnitet esse.
Adiuitur ibi pœna spiritalis æterna;
Lugia sunt semper, nec permoreris in illa,
Omnipotentem Deum jam nunc ibi sero proclamans. H

30 *Divites humiles estote.*

Disce moriture bonum te ostendere cunctis.
In medio populi quid te facis alterum esse?
Vadis vbi nescis, & inscius inde recedis.
Impie tractas, cum ipso corpore sitia
Tu semper divitias, nimium te tollis in altum;
Et typhum ducis, nec respicis pauperes vltro,
Subditos nunc vobis, nec parentes pascitis ipsos.
Heu miseri! fugiant longiùs mediocrea à vobis.
Vixit, &, Extinat. Pauper E V P H K A clamat.
Mox furtis ageris, cùm pereas ipse, Charybdis,
Indisciplinati sic vos divites estis,
Legem datis istis, non vobis paratis ipsis.
Exue te dives tantis malis, Deo perversus,

Subveniat vtique tibi quod nunc operasti, si forte.
Estote comes minimis, dum tempus habetis,
Sicut vlmus amat vitem, sic ipsi pusillos.
Terribilem legem malis, bonis æquè benignam
Observa nunc sterilis, subtutus in prosperis esto:
Tollite corda fraudis divites & sumite pacis.
Et spectate malum vestrum. Benefacitis? Adsum.

31 *Iudicibus.*

Intuite dicta Salomonis, judices omnes,
Vno verbo suo qualiter vos ille detractat.
Dona quàm & xenia corrumpunt judices: inde
Inde jus sequitur, datores semper amatis.
Cúmque erit causa, victoriam tollit iniqua.
Innocens sic ego sum, nec vos inenso pusillus,
Blasphemiam tollit Salomon quia aperte.
Vobis autem deus est venter & præmia juta.
Suggerit hoc Paulus Apostolus, non ego duplex.

32 *Sibi placentibus.*

Si locus aut tempus favet, aut persona provexit,
Iudex esto novus. quid nunc extolleris inde?
Blasphemas indoctis. de cujus præstantia vivis
In fragilitate tanta non respicis vnquam.
Per gradus & lucra avidus fortunæ præsumis:
Lex tibi non vlla est, nec te in prosperitate dignoscis.
Anno licet censeantur, bacchentur aulica semper;
Cruciarium Domini si non adorasti, peristi.
Et locus & tempus & persona tibi donatur
Nunc, si tamen credis: sin autem, pro eo timebis.
Tempera te Christo; & cervicem illi depone.
Illi honor remanet & tota fiducia rerum.
Blanditur quando tibi tempus, cautior esto.
Vltima fatorum non providens quæ te oportet,
Sine Christo reviviscere non potes vnquam.

33 *Gentilibus.*

Gens sine pastore ferox, jam noli vagare.
Et ego qui moneo idem fui, nesciens, errans.
Nunc ideò Domini figuram sumite vestri:
Tollite corda fera & exasperata sursum:
intrate stabiles*, Silvestri ad præsepe pastoris,
Latronibus tuti sub regia tecta manentes.
In sylva lupi sunt, ideò refugite sub antro,
Bellatis, insanis, nec respicis vbi moraris.
Vni crede Deo, vti mortuus vivere possis;
Surgas & in regno cùm fiet resurrectio justis.

34 *Item Gentilibus ignaris.*

Indomita cervix respuit jugum ferre laboris;
Tunc juvat in campis crassis satiari siliquis,
Et tamen invita domatur vtilis equa,
Minuitúrque ferox esse, primum dedomata.
Gens, homo, tu frater, noli pecus esse ferinum,
Erue te tandem, & tecum ipsa retracta;
Non vtique pecus nec bestia es, sed homo natus;
Tu te ipse doma sapiens, & intra sub arma,
Idola qui sequeris, nihil nisi vanitas ævi,
Levia vos corda perdunt penè liberatos.
Ibi aurum vestes argentum vinis referiur,
Bellatur ibi, dein cantatur pro psalmis Amor.
Vitam esse putas vbi ludis, aut prospicis ista?
Sortiris ignare extincta, aurea quæris,
Inde non effugies pestem, licet ipse divinus.
Gratiam quam misit Dominus in terra legendam,
Non requiris eam, sed sic quasi bestius errans.
Aurea præfata venient tibi secla si credis,
Rursus & incipies immortale vivere semper.
Illud quoque datur scire quod antè fuisti,
Subjectum te præbe Deo, qui cuncta gubernat.

E

35 *De ligno vitæ & mortis.*

Adam protolapsus *, vt Dei præcepta vitaret,
Belias tentator fuit de invidia palmæ,
Consulit & nobis seu boni seu mali quod egit,
Dux nati nativitatis morimur indéque per illum;
Ex divino ipse vt recedens exul à verbo.
Finitis sex millibus annis immortales erimus.
Gustato pomi ligno mors intravit in orbem:
Hoc ligno mortis generamur vitæ futuræ.
In ligno pendet vita ferens poma, præcepta.
Cavere nunc vitalia poma credentes.
Lex à ligno data est homini primitivo timenda,
Mors vnde provenit neglecta lege primordi:
Nunc extende manum & sume de ligno vitali.
Optima lex Domini sequens de ligno processit
Perdita lex prima, gustat vnde licet illi
Qui deos adorat vetitos, mala gaudia vitæ.
Respuite gustum, sufficiet scire quod esset.
Si vivere vultis, reddite vos legi secundæ.
Templorum culturas, dæmonum fata vitate.
Vertite vos Christo, & eritis Deo sodales.
Xancta * Dei lex est quæ mortuos vivere docet.
Ymnum sibi solus Dominus proferre præcepit,
Zabolicam legem omnes omninò vitate.

* Allusio ad protoplastum.

* Pro Sancta.

F

36 *De Crucis stultitia.*

De duplici ligno dixi, mors vnde processit,
Et iterùm inde procedere vitam frequenter,
Crux autem stultitia facta est adulteræ genti:
Rex æternitatis per crucem ditus adumbrat,
Vt sibi nunc credant, ô stulti morte viventes!
Caïn juniorem occidit nequam sepertus:
Inde Enoch soboles Caïnæa nati feruntur;
Sic gens iniqua increvit mundo. quæ nunquam
Transmittit animos in Deum: Credere crucem
Venit in horrorem & dicunt se vivere rectè.
Lex in ligno fuit prima, & inde secunda.
Terribilem legem primo, cum pace revenit.
In prævaricationes vanas elati fuerunt:
Trajectum clavis Dominum cognoscere nolunt:
Iudicium cujus cùm venerit, ibi dignoscent.
Abel * genus autem credit modo Christo benigno.

G

* Pro quo suscitatus est Sethus.

37 *Qui judaïdiant * fanatici.*

* Antiquitùs pro judaïzant.

Quid? medius judæus, medius vis esse profanus?
Vnde non effugies judicium Christi defunctus.
Ipse cæcus eras, & ad cæcos intras, inepte:
Ideircò cæcum cæcus in fossam deducit;
Vadis vbi nescis, & insciens inde recedis.
Discentes ad doctos eant, doctiq; recedant.
At tu ad eos vadis, vnde nihil discere possis.
Exis pro foribus, inde & ad idola vadis.
Interroga primum quid sit in Lege præceptum;
Dicant illi tibi si jussum est deos adorare.
Ignorantur enim propter quod maximè possunt.
At illi quoniam rei sunt, ex ipso delicto
Nihil de præceptis Dei nisi mirabile narrant.
Tunc tamen in fossam secum vos cæci deducunt.
Funera sunt, nimium de illis nota referre.
Aut quia concludit agrum congestus aratri.
Noluit omnipotens illos intelligere Regem;
A scelere tanto refugit ipse cruentus.
Tradidit sese nobis superaddita Lege,
Inde modo lattant nobiscum lege deserti.
Cæterùm in illis si spem esse putatis,
In totum erratis si Deum & fana colatis.

H

38 *Iudæis.*

Improbi semper & dura cervice recalces,
Vinci vos non vultis, sic exhæredes eritis.

A Dixit Esaïas incrassato corde vos esse,
Aspicitis Legem quam Moses allisit iratus
Et idem Dominus dedit illi Legem secundam,
In illa spem posuit, quod vos subsannati reiicitis,
Sed ideò digni non eritis regno cœlesti.

39 *Item Iudæis.*

Inspice Liam typum Synagogæ fuisse:
Tam infirmis oculis, quam Iacob in signu * recepit;
Et tamen servivit rursum pro minore dilecta.
Mysterium verum & typum Ecclesiæ nostræ.
Intuite plenè dictum Rebeccæ de cœlo:
Vnde similantes alienæ, Christo credatis:
Deinde Thamar partum geminorum adite:
Ad Caïn intendite, primum terræ cultorem,
Et Abel pastorem qui fuit immaculatus
In fratris exitiu offertor mactatus à fratre.
Sic ergo percipite, juniores Christo probatos.

*Id est, in mysterio & figura.

B 40 *Iterum ipsis.*

Incredulus populus, non est nisi vester, iniqui,
Tot locis & totiens reprobatus lege clamantum,
Et sabbata vestra spernit, & tricesimas Altus
Respuit omninò vniversas vestras de Lege,
Vt ne sacrificia faceretis illi præcepta;
Mittere qui dixit lapidem in scandalo vestro.
Iniqua si qui non crediderint morte periisse;
Perque alias leges salvari dilectos: inde
Suspensam in ligno vitam, nec illi creditis,
Ipse Deus vita est, pependit ipse pro nobis.
Sed vos indurato corde subsannaris eumdem.

41 *De Antichristi tempore.*

Dixit Esaïas: Hic homo qui commovet orbem,
Et reges totidem, sub quo fiet terra deserta:
Audite quoniam Propheta de illo prædixit:
Nihil egu compositè dixi, sed negligendo.
Tum scilicet mundus finitur, cùm ille parebit,
C In tres imperantes ipse diviserit orbem,
Cùm fuerit autem Nero de inferno levatus,
Helias veniet priùs signare dilectos.
Res quas Africæ regio & Arctoa natio tota
In septem annis tremebit vndique terra.
Sed medium tempus Helias, medium Nero tenebit.
Tunc Babylon meretrix incinefacta favilla,
Inde ad Ierusalem perget, victórque Latinus,
Tunc dicet, Ego sum Christi, quem semper oratis.
Et quidem conlaudant illum primitivi decepti,
Multa signa facit quoniam ejus pseudopropheta.
Præsertim vt credant illi loquetur imago,
Omnipotens tribuit vt talis evadat,
Recapitulantes scripturas ex eo Iudæi
Exclamant pariter ad excelsum sese deceptos.

42 *De populo absconso sancto omnipotentis Christi Dei vivi.*

D Desideretur absconsus vltimus sanctus,
Et quidem ignotus à nobis vbi moretur.
Per novem tribum agens & dimidiam nobis
O........................
Præcepitque per Legem vivere priscam:
Vivamus nunc omnes novella traditio legis,
Lex vt ipsa docet aptius judico vobis.
Obrelictæ sunt tribuum & dimidia, quare
Ab istis dimidia tribuum? vt martyres essent
Bellum cùm inferret electis suis in orbem.
Sed certè sanctorum chorus Prophetarum
Consurgeret ad plebem, qui frænum imponeret illis,
Obsceni quos equi * trucidarunt calce remissa.

* Novatianos intelligit

Nec rueret temerè ad pacem manus aliquando.
E Semotæ sunt istæ tribuum & mysteria Christi
Omnia per istas complentur sæculo toto.
Sunt autem de scelere duorum fratrum enatæ,
Auspicio quorum facinus secutæ fuère.
Non immeritò talea dispersi sunt: ipsi cruenti
Convenient iterùm propter mysteria Christi.
Tunc autem properant compleri Legis narrata.
Omnipotens descendit Christus ad suos electos,
Obscurati nobis qui fuerunt tempore tanto:
Millia tot facti, illa est gens vera cœlestis.
Non natos ante patrem moritur ibi, neque dolores
In suis corporibus sentiunt, aut tubera naso.
Pausantes in lecto suo maturè recedunt,
Omnia complentes Legis, ideóque tuentur.
Transire jubentur ad Dominum partibus dextris,
Exsiccat fluvium quibus sicut ante trajectis;
Nec minus & dominus ipse procedit cum illis,
Transit ad nostra, veniunt cum rege cœlesti.
In quorum itinere quid dicam quod Deus educet?
Subsidunt montes ante illos & fontes erumpunt, F
Cœlestem populum gaudet creatura videre.
Hic tamen festinant matrem defendere captam.
Rex autem iniquus qui obtinet illam, vt audit,
In partem boreæ fugit & colligit omnes.
Sed cùm se inlidet exercitu Dei tyrannus
Terrore cœlesti prosternuntur milite cœli;
Ipse cum infandu comprehenditur pseudopropheta.
Decretu Domini traduntur vivi gehennæ.
Ex eo primores & duces servire jubentur.
Intrabunt tunc sancti ad antiquæ vbera matris.
Vt autem & illi refrigerent quos malè ille suasit,
In variis pœnis cruciabit sibi credentes.
Ventum est ad finem quo tolluntur scandala mundo.
Incipiet Dominus judicium dare per ignem.

43 *De sæculi istius fine.*

Dat tuba cœlo signum sublato leone.*
Et fiunt subitò tenebræ cum cœli fragore;
Summittit oculos Dominus vt terra tremiscat;
Adclamat vt & audiant omnes in orbem
Ecce diu tacui sufferens tanto tempore vestra:
Conclamant pariter plangentes serò gementes; G
Vlulatur, ploratur, nec spatium datur iniquis:
Lactanti quid faciet mater? cùm ipsa crematur.
In flamma ignis dominus judicabit iniquos:
Iustos autem non tanget ignis, sed imò delinget.
Sub vno morantur, sed pars in sententia flevit.
Tantus erit ardor vt lapides ipsi liquescant;
In fulmina coeunt venti, furit ira cœlestis,
Vt quacumque fugit impius occupetur ab igne;
Suppetium nullum erit, nec nautica puppis:
Flammat Amen * gentes, & Medi Parthique fervent;
In annis mille, vt ferunt operta Ioannis.
Nam inde post annos mille gehennæ traduntur,
Et fabrica cujus erant cum ipsa cremantur.

* Id est Antichristo.

*Verbum Dei in Apoc. sic dictum.

44 *De resurrectione prima.* H

De cœlo descendet civitas in anastasi prima:
Est quod referamus de fabrica tanta cœlesti.
Resurgemus illi qui fuimus illi devoti,
Et incorrupti erunt, jam tunc sine morte viventes:
Sed nec dolor vllus, nec gemitus erit in illa.
Ventori sunt illi quoque sub Antichristo qui vincunt
Robusta martyria: & ipsi toto tempore vivunt,
Recipiúntq; bona quoniam mala passi fuère,
Et generant ipsi per annos mille nubentes*:
Comparantur ibi tota vectigalia terræ,
Terra quia nimium fundit sine fine novata.
Inibi non pluvia, non frigus in aurea castra,
Obsidiæ nullæ, sicut nunc, neque rapinæ.

* Millenariorum hæc est fabula.

A Nec lucernæ lumen desiderat civitas jlla :
Ex auctore suo lucet, nec non Ibi paret
Per duodecim millia stadia lata longa sic alta,
Radicem in terra, sed caput cum cœlo peræquat ;
In vrbe pro foribus autem Sol & Luna lucebit.
Malus * in angore septus propter multos alendos.
Ab annis autem mille Deus omnia perdet.

* Id est Draco, sive Diabolus.

45 *De die iudicij.*

De die judicij propter Incredulos addo.
Emissus iterum Dei donabitur ignis :
Dat gemitum terra verum, tunc in vltima fine
Iter agentes, * & tunc incredoli cuncti.
Evitante tamen sanctorum castra suorum
In vna flamma convertitur tota natura :
Vritur ab imis terra, montésque liquescunt :
De mare nil remanet, vincitur ab igne potente.
Interit hoc cœlum & astra, & ista mutantur.
Componitur alia novitas cœli terræque perennis.
Inde qui merentur mittuntur in morte secunda.
B Interioribus autem habitaculis justi locantur.

* Id est, peregrini in hac vita.

46 *Catecuminis.*

Credentes in Christo derelictis Idolis omnes
Admoneo paucis propter salutaria vestra.
Temporibus primis per errorem si qua gerebas,
Erogatur enim Christo tu cuncta relinque.
Cumque Deum nostr esto bonus tyro : probatus,
Virgineúsque pudor tecum versetur in agnu,
Mens bonis invigilet : cave vt non delinquas inante.
In baptismo tibi genitale solox lavatur.
Nam si quis peccans catecumenus pœna notatur
In signis ille vivat, sed non sine damno.
Summa tibi, gravia peccata devita tu semper.

47 *Fidelibus.*

Fideles admoneo fratres de odio tollant :
Impia martyribus odia reputantur in ignem;
C Distruitur martyr cujus est confessio talis :
Expiari malum nec sanguine fuso docetur.
Lex iniquo datur, vt possit sese frenare.
Inde debet carere dolis ; similiter & tu.
Bis Deo peccas qui lites fratri protendis :
Vnde non effugies peccatum prisca sectans,
Semel es lotus, numquid poteris denuò mergi ?

48 *Fideles cavete malum.*

Falluntur volucres & silvarum bestiæ silvis,
Ipsis incanta,* jactura quibus est tradita, mentis *
Decipiuntque quæstuosa, vt esca, sequentes,
Et vitare malum nesciunt, nec lege tenentur,
Lex homini data est & doctrina vitæ legenda,
Ex qua recordatur, vt possit vivere cautè,
Suique locum ; mortis & deroget ea quæ sunt.
Condemnat se ipsum graviter qui Regi delinquit :
Aut ferro ligatus, aut de suo gradu dejectus,
D Vel vita privatus perdit quod frui deberet.
Exemplo moniti, graviter peccare nolite.
Translati lavacro magis charitatem habete.
Escam muscipuli, vbi mors est, longè vitate.
Multæ sunt martyria quæ fiunt sine sanguine fuso.
Alienum non cupere, velle martyrium habere,
Linguam refrænare, humilem te reddere debes,
Vim vltrò non facere, nec factam reddere contrà.
Mons patiens fueris, intellige te martyrem esse.

* Tmesis, pro incantamentis.

49 *Pœnitentibus.*

Pœnitens es factus, noctibus diebusq; precare:
Attamen à matre noli discedere longè,
E Et tibi misericors poterit Altissimus esse.
Non fiet in vacuum confessio culpæ ; perinde
In reatu tuo disce manifeste deflere.
Tu si vulnus habes herbam medicumque require.
Et tamen in pœnis poteris tua damna lenire.
Namque, fatebor enim, vnum ex vobis adesse,
Terrorémque linquendum, sensi ipse ruinam.
Ideircò commoneo vulneratos cautiùs ire.
Barbam comámque fœdare in pulvere terræ,
Volutarique saccis, & petere summo de Rege :
Subveniet tibi, ne pereas forte de plebe.

50 *Qui apostataverunt Deo.*

Quando bellum autem, geritur, aut ingruit hostis,
Vincere qui poterit aut latere magna trophæa,
Infelix autem erit qui fuerit captus ab illis.
Amittit patriam & Regem, qui dignè pro veritate
Pugnare pro patria qui noluit, neque pro vita :
Obiisse debuerat, quàm ire sub barbaro rege,
Servitiumque petat quis hostibus sine lege deferre.
Tu si prœliando moreris pro Rege, vicisti. F
At si manus dederis, incolumis Legè petisti.
Transfluviat hostis, tu sub latebra conde :
Aut si intrare potest : si neçue, ne cessa,
Vndique te redde tutum, tuos quoque vicisti.
Et vigilanter age, ne quis incutiat in illa.
Res infamis erit si quis se propalat hosti.
Vincere qui nescit & occurrit tradere sese,
Nec sibi nec patriæ laudem remisit ineptus.
Tunc vivere noluit, cum ipsa vita peribit.
Domini si quis inupt, aut profanus ab hoste
Eramen * sonans facti, velot aspides surdi
Orate satis debent, aut se eundere tales.

* Id est, Æs.

51 *De infantibus.*

Duellum hostis subitò venit inundans,
Et priùs quàm fugerent, parvulos occupavit inertes.
Improperandum eis non est, licet capti videntur :
Nec quidem excuso : ob delicta fortè parentum
Fuêre promeriti, ideò Deus tradidit illos. G
Attamen adultos hortor in arma recurrant,
Nascanturque quasi denuo suæ matri de ventre.
Terribilem legem fugiant, sempérque cruentam ;
Impiam, indocilem, ferina vita viventem.
Bellum enim aliud cùm fuerit fortè gerendum,
Vincere qui poterit, aut certè jam scire cavere.
S . . . .

52 *Deserteres.*

Desertores enim genere non vno dicuntur.
Est alius nequam, alius in parte recedit;
Sed tamen vtrique judicia vera decernuntur.
Ecce militatur Christo, sicut Cæsari paretur.
Refugium Regis pete si delictor fuisti;
Tu illum implora, prostratus illi fatêre :
Omnia concedet, cujus sunt & omnia nostra.
Repositus castris vlterius cave delinquas. H
Errare noli diu miles per spelæa ferarum.
Sit tibi peccare desistere gestum immensum.

53 *Militibus Christi.*

Militiæ nomen cùm dederis, freno teneris;
Incipe tunc ergo dimittere pristina gesta :
Luxurias vita, quoniam labor imminet armis.
Imperio Regis omni virtute parendum,
Tempora postrema si vis pertingere læta. *
Ille bonus miles, semper expecta fruenda;
Blandire noli tibi, desidias omninò mitte,
Vt tuo præposito cottidie præsto sis, antè
Sollicitus esto, matutinus signa revise.
Cùm videris bellum, agonia sume * propinqua.

* Id est, præmia.

A Hæc gloria regis militem videre paratum.
Rex adest, optato propter spem dimicaturum.
Ille parat dona, ille pro victoria lætus
Suscipit, & proprium satellem * dedicat esse. (* pro satellitem.)
Tu tibi præterea in Belian parcere noli.
Impiger esto magis, vt reddat famam pro morte.

54. *De refugis.*

Damnatorum animæ meritò se ipsæ secernunt.
Ex hoc progeniti iterùm ad sua recurrunt.
Radix Cainæa, maledictum semen erumpit,
Et in seruili gente sub barbaro rege refugit.
Flamma quos æterna torquebit die decreto.
Volt vagus errare sine disciplina profugus,
Grassari per fauces viarum lege solutus.
Isti ergo tales, quos nulla pœna coëgit,
Si viuere nolunt, ab idolis respici debent.

B

55. *De lolij semine.*

De semine lolij; qui stant in Ecclesia mixti,
Expleti temporibus messis separatur à fructu
Lolium enatum, quod non miserat Dominus.
Omne lolium agricola collectum separat illud.
Lex ager nobis est, qui fecerit bonum in illa,
Ipsa vtique nobis præstat requiem veram,
Ipse dominator: nam lolium igne crematur.
Si ergo putatis quoniam sub vno morantur.
Erratis, steriles Christianos vos esse designo.
Maledicta fuit arbor sine fructu ficulna
In verbo Domini; & statim exaruit illa.
Non operas facitis, non donum gazo paratis.
Et sic promereri Dominum putatis inanes?

56. * *Dissimulatori.*

Dissimulas legem tanto præconio latam,
In tot prophetarum cælesti voce clamantem.
C Si propheta tantùm declamasset in nubem,
Sufficeret vtique Domini vox missa per illum.
In tot prophetarum volumina lex Domini proclamat.
Malitias nullus dimittit, ita æquè de corde
Vir bons videre, & fraudibus viuere quæris.
Lex ipsa cur ergo processit tanto labore?
Abuteris Domini mandata, & te filium inquis.
Tu si talis eris, sine causa, videris inquam.
Omnipotens mites quærit sibi filios esse,
Rectos corde bono, deuotos legi diuinæ,
Immiter autem iam scitis vbi demersit.

57. *Secularia in totum fugienda.*

Si quidam doctores, dum expectant munera vestra,
Aut timent personas, laxant singula vobis?
Et ego non doleo, sed cogor dicere verum.
Cùm caterva mali pergis ad spectacula vana,
Vbi Satanas fragoribus Circo operatur.
Licere persuades tibi quodcumque placebit.
D Altissimi proles, cum filiis Zabuli mixta.
Respicere num vis, queis renunciasti, priora?
In ipsis versaris iterùm, quid proderit Vnus *? (* Id est Christus.)
Aut si pro languore datum quod stulte profanus
I.......... ....
Nolite diligere mundum neque ambitum eius,
Tanta Dei vox est, & tibi proba videtur.
Obseruas mandatum hominis, & Dei deuitas;
Tu fidis muneri, quo doctores ora procludunt,
Vt taceant, neque dicant tibi iussa diuina.
Me vera dicentem, sicut teneris, prospice summum:
Filius cuius eras, illi te adsigna clientem,
Viuere si quæris genuiliter homo fidelis;
Gaudia te mundi remouent à gratia Christi:
Indisciplinatè quod leue licere præsumis,
Et caros histriones & cantica musica quæris,
Nec tali subolem garrire amentia curas,
E Dum vita fruniscì * putas? improuidus erras. (* Id est fruisci.)
Altissimus iubet, & iusta præcepta deuitas.

58. *Christianum talem esse.*

Cùm Dominus dicat, in gemitu edere panem:
Hic vt quid nunc agis, qui cupis viuere lætus?
Rescindere quæris sententiam summi Dei missam
In protoplastum vis frænum prodere Legis.
Si Deus omnipotens cum sudore viuere iussit,
Tu qui iocundaris, eris iam exterus illi.
Indignatum ait Dominum scriptura Iudæis:
Ab esca refecti surrexerunt ludere filii.
Nunc ergo cur illos prosequimur sponte profectos *? (* id est Iudaos.)
Vnde perierunt illi nos cauere debemus.
F Maxima pars vestrûm luxuria dedita paret.
Transgrederis legem cùm te fucis inficis, in te
Apostolus clamat, immò Deus per illum:
Licentia vestra vos, inquit, in ipsa deperdunt.
Esto ergo talis, qualem vult esse te Christus.
Mitis & in illo hilaris, nam sæculo tristis
Excurre, labora, suda, cum tristitia pugna.
Spes cum labore venit, & victoriæ palma donatur.
Si refrigerare cupis, admartytiza *. (* id est martyres adiuua.)
Exspecta requiem futuram in transitu mortis.

59. *Matronis Ecclesiæ Dei vivi.*

Matronas, vis esse Christiana, vt sæculi domnas,
Auro te circumdas, aut serica veste, pudica;
Terrorem Legis ex auribus vento remittis:
Res vanas adfectas, cuncta de Zabuli pompa:
Ornaris ad speculum, cincinnos fronte reflexos;
Necnon & inducis malis medicamina falsa:
In oculis puris stibium peruerso decore,
Seu crines tingis, vt sint toto tempore nigri.
G Est Deus inspector, penetrat qui singula corda,
Cæterùm pudicis ista necessaria non sunt.
Casto atque pudico sensu pertundite pectus.
Lex Dei testatur tales abscedere leges.
Ex corde qui credit feminæ marito probatæ
Sufficiat esse non cultibus sed bona mente.
Induere vestes quas optat frigus & æstus
Aut nimium Solis; tantum vt pudica proberis:
Et in plebe Dei facultatis dona demonstra.
Das tibi mortuum * Clarissima quondam (* id est turpem vestem.)
Exanimata iacens precibus viduarum erecta,
In dando promeruit, non comtibus inde lunari.
Vos matronæ bonæ vanitatis fugire decorem.
In feminas congruit cultura lupanas *. (* id est lupas.)
Vincite malignum, pudicæ feminæ Christi.
In dando, diuitias vestras ostendite totas.

60. *Item ipsis.*

Audi vocem quæ via Christiana manere,
Beatus Paulus qualiter te ornati præcepit.
H Cæliloquus item Esaias doctor & auctor.
Detestatur enim prauitatem mundi sequentes.
Exaltatæ, inquit, incedunt filiæ Sion.
Fas in Deo non est Christianam coli fidelem.
Gentili more quæris procedere, Dei sancta,
Has Dei præcones damnant in Lege, clamantes;
Iniustas esse fœminas quæ se taliter ornant.
Capillos inficitis, oculos fuligine relinitis,
Leuatis cumulas granulatim, fronte depicta,
Malis medicastis quodam superducto rubore,
Nec non & inaures grauissimo pondere pendent;
Obruitis collum monilibus, gemmis & auro;
Palmas Deo dignas præsagio malo ligatis.
Quid memorem vestes, vel totam Zabuli pompam?
Respuitis Legem cùm vultis mundo placere.

A Saltatis in domibus, pro psalmis cantatis amores.
Tu licet sis casta, non te purgas sinistra sequendo:
Vos ideò tales Christus cum Gentibus æquat.
Ymnificato choro placitoque Christo placete;
Zelantes fervore Christo offerte odorem.

61. *In Ecclesia, omni populo Dei.*

Iustus ego non sum, fratres, de cloaca levatus:
Nec me supertollo, sed doleo vestri, qui cerno
Ex tanto populo nullum in agone coronari.
Certè si non ipse pugnat, vel suggerat illis.
Cladem obiurgatis: ô venter effercite luxu.
Laborat frater adversante mundo sub armis.
Et fartus opibus nec pugnas, nec pugnanti te sistis?
Stulte, non intendis vnum bellare pro multis?
In talem pendet Ecclesia tota, si vincat.
Abstineri vides fratrem, & pugnare cum hoste.
B Optas tu in castris, pacem foras ille repugnat.
Misericors esto, vt sis ante omnia sanus.
Nec metuis Dominum præconio tanto clamantem:
Inimicis etiam qui iubet alimenta præbere,
Prandia ab eo prospice Tobia, qui semper
Omnibus omninò diebus cum paupere sumpsit.
Pascere tu quæris, stulte, qui te denuò pascat.
Vis ille mihi paret, qui componi * proponit? * id est more.
Laute cibatu io distento ventre declamat.
Oppressus inopia frater iuxta tabescens,
De die Dominica quid dicis? si non ante locavit,
Excita de turba pauperem, quem ad prandium ducas.
In talibus spes est vestra de Christo refecto.

62. *Martyrium volenti.*

Martyrium, fili, quoniam desideras, audi.
Abel qualis erat esto, aut qualis Isaac ipse, aut
Rectam qui diligit Stephanus sibi vitam in iter.
Tu quidem quod optas, res est felicibus apta.
Vince prius Malum benefactis, recte vivendo.
Rex ille tuus cum videris, esto securus.
Ipsius est tempus, & nos in vtrumque gerentes.
C Vt si bellum abest, in pace martyres ibunt.
Multi quidem errant dicentes, Sanguine nostro
Vicimus Iniquum, quo manente vincere nolunt.
Obsidiando perit, & ideo sentit Iniquus.
Legitimus autem non sentit pœnas adactas.
Eiulatuque zelando pectus pugnis pertunde.
Nunc si benefactis viceris, martyr in illo.
Tu ergo qui quæris martyrium tollere verbo,
In pace te vesti bonis, & esto securus.

63. *Bellum cottidianum.*

Belligerare quæris, stulte, quasi bella quiescant.
Ex protoplasto die pugnatur in fine vobis.
Libido præcipitat, bellum est, pugna cum illo.
Luxuria suadet, abutere *, bellum vicisti, * id est ne vtaris
Vino copioso parce, ne per illud aberres.
Maledicti retine linguam vnde Dominum adoras.
Compesce furorem; pacificum redde te cunctis.
Oppressos miseriis deprimere caue minores.
Tutorem adcommoda tantum, & noli nocere.
Tramite vos recto ducite sincero præ zelo.
D In tuis divitiis comem te redde pusillis,
De labore tuo dona, nudum vesti, sic vinces.
Insidias nulli facias qui Deo deservis.
Aspice principium, vnde periit invidus hostis.
Non sum ego doctor, sed lex docet ipsa clamando.
Verba geris tanta vanè, qui sub vno momento.
Martyrium quæris otiosus tollere Christo.

64. *De zelo concupiscentiæ.*

E Dum cupis, inde peris; dum ardes proximi zelo,
Extinguis te ipsum quando te incendis abintus.
Zelaris alium, invide, de malo laborantem,
Et te parem concupis fieri pecuniæ tantæ.
Lex sic non aspicit, dum illum incumbere quæris
Omnia suspensus, vivis in ardore lucrorum.
Cúmque reus tibi sis, ipsum te iudice damnas,
Oculorum acies numquam satiatur avara.
Nunc ergo si redeas & cogites, vana cupido est.
C...
Vnde Deus clamat, Stulte hac nocte vocaris,
Post te mors ruit: Cuius erunt ista talenta?
In suprema ædis iniusta lucra condendo.
Suggeret cum Domino vnicuique vita diurna.
Congestet alius: tu benè vivere quære.
Et Dei cor conicius, ages super omnia victor.
Nec enim dico vt te in trinio tinnites *, F * id est collaudes
Cùm pro die tuo vigilas, sine fraude vivendo.
In esca perit avis, aut hæret improvida visco.
Arbitrare tibi simpliciter valdè cavendum.
Excedant alij finem, tu prospice semper.

65. *Qui de malo donant.*

Qui te bonum fingis alieno vulnere, vecors.
Vnde tu largiris alter cottidie plorat.
Ista tu discredis Dominum videre de cælis?
Dona iniquorum non probat Altissimus, inquit.
Erumpes miseris, dum fueris locum adeptus.
Munera dat alter, vt alterum reddat inanem.
Aut si fœnerasti, duplicem centesima nummum,
Largiri vis, vt te, quasi malum malo depurges.
Omnipotens tales operas omninò recusat.
Donasti de lacrymis, candidatus * ille ingratis * id est petitor mendicus
Oppressus vsuris deplorat factus egenus.
Nactus prætetea tempus captatoribus, hostis
Ad præsens populus, pretio tu factus iniquus.
Nec non & de lucro mercis vis te piare?
Te ipsum inludis, non alium, inique.

66. *De pace subdola.*

G Dispositum tempus venit nostris, pax est in orbe;
Et ruina simul blandiente seculo premit
Præcipitis populi, quem in schisma misistis.
Aut facite legem civitatis, aut exite de illa.
Conspicitis stipulam cohærentem in oculis nostris,
Et vestris in oculis non vultis cernere trabem.
Subdola pax vobis venit, persecutio flagrat.
Vulnera non parent, & sic sine cæde ruitis.
Bellum in absconso geritur, sub pace quod ipsa
De vobis vix vnus cautè se gessit.
O malè muniti, & in occisione prædicti!
Laudatis pacem subdolam, & vobis iniquam.
Alterius facti milites, non Christi, peristis.

67. *Lectoribus.*

Lectores moneo quosdam, cognoscere tantùm,
Et dare materiam cæteris exemplo vivendi.
H Certamen fugere, lites totidemque vitare,
Terrorem premere *, nec vnquam esse superbus, * id est non minari.
Obsequia iusta malorum quoque deferre.
Reddite vos Christo similes, filioli magistro.
Inter agrestina benefactis lilia sitis.
Beati facti estis cum feretis edicta.
Vos flores in plebe, vos estis Christi lucernæ.
Seruate quod estis & memorare potestis.

68. *Ministris.*

Mysterium Christi Zacones * exercite castè, * id est Diacones

Idcirco

A Ideireo ministri facite præcepta magistri.
Nolite ludere personam iudicis æqui,
Integrate locum vestrum per omnia docti,
Sursum intendentes, semper Deo summo devoti.
Tota Deo reddite sacra ministeria aræ;
Rebus in diversis exemplum dare parati.
Inclinate caput vestrum pastoribus ipsi.
Sic fiet vt Christo possitis esse probati.

69. *Pastoribus Dei.*

Pastor, si confessus fuerit, geminauit agonem.
Apostolus autem tales iubet esse magistros:
Sit patiens rector, sciat vbi frena remittat.
Terreat in primis, & posteà melle perungat.
Obseruetque priùs vt faciat ipse quæ dicit.
Redditur in culpa pastor secularia servans,
B In faciem cuius sis ausus dicere quicquam.
Bullit in inferno rumoribus ipsa gehenna.
Væ miseræ plebi, dubia quæ fronte vacillat.
Si talis aderit pastor, penè perdita stat;
Devotus autem continet, rectè gubernans.
Exhilarantur examina regibus apeis.
In talibus spes est, & viuit Ecclesia tota.

70. *Maioribus natu dico.*

Me solum exposcit tempus vobis dicere verum.
Ab vno sæpè monetur, quod multi detrectant.
In me solùm volo odia conuertere vestra,
Omnium vt paueant præcordia temptatorem.
Respicite dictum, quod veritas odia tollat.
Iam prædixi quidem de pace subdola quanta.
Blandiens dum vobis subrepsit, eheu, seductor.
Vos quia nescistis laqueos instare, ruistis.
Sorbetis omninò amara, sed est sæculi ipsum.
Non gratis agit, pro quo intercediti, vllus.
Ab igne qui refugit, agit in voragine, vestro:
Tunc petit suppetium miser denudatus à vobis.
Ipsi iam horrescunt iudicea peculantia vestra.
S..
C De breuiori titulo non tot insrarem,
Inspicitis docentes quibus vos redditis vltrò.
Cum ipsis & epulas capitis, & pascitis ipsos.
Ob ea iam terræ pœnè fundamenta intratis.

71. *Infirmum sic visita.*

Infirmus si fuerit frater, de paupere dico,
Nolite vacui talem visitare iacentem.
Fac sub Deo bonum, obsequia redde per nummum.
Inde revalescit, vel si conciderit ille,
Refoueatur homo pauper, qui non habet vnde
Mercedem tibi, pro illo sed conditor orbis & auctor.
Vel si pigeret ire ad pauperem, semper abosum,
Mitte nummos, & vnde se resumere possit.
Similiterque soror si paupera lecto decumbit,
Incipiant vestræ matronæ victualia ferre.
Clamat ipse Deus frange tuum panem egeno.
Verbis opus non est visitate sed benefactis.
Iniquum est, frater inopia victus ægrotet.
Satis est, non verbis, esum potumque requirit.
D Inspicite tales, sed certè debilitatos,
Transfigere sese qui non possunt, date subinde,
A Domino vobis spondeo dari quadruplum.

72. *Pauperibus sanis.*

Pauperies sana quid, nisi diuitiæ adsint?
Ars certè si fuerit, iam & tu communica fratri.
Vnum præsta tibi, ne superbus esse dicaris.
Polliceor quoniam securior divite viuis.
Excipe dictum magni Salomonis in aures.
Responsorem in alto * odit Deus pauperem esse, * id est superbè loquentē

Ideircò te subde, & honorem redde potenti.
E Blandus enim sermo, proverbium nosti, deriget *. * Id est argorem tollit seu mitigat
Vincitur officio etsi fuerit ira vetusta.
Si lingua taceat, nil melius invenisti.
Sanè si non fuerit ars vnde vita regatur,
Aut operam præbe, aut cursum, iusso potentis.
Non pudeat neque pigeat procurrere sanum.
In gazo præterea de labore mittere debes;
Sicut singularis illa *, quam prætulit Vnctus. † * vidua Evangelic. † Christus.

73. *Filios non lugendos.*

Filiorum casus licet & dolium cordis * relinquat, * Id est cordolium
In nigris exire tamen nec plangere fas est.
Lex prudenter ait, animo, nec pompa, dolete,
In Salomoniaco libro septimana finita.
Oblita Dominum de resurrectione promissa,
Si martyras feceris filios, sic voce deflebis?
F Non pudet infrenem gentiliter plangere natus.
Os laceras, tundis pectus, vestimenta deducis.
Nec metuis Dominum cuius optas regnum videre?
Luge quod fas est, noli tamen errare pro illis.
Vos ideò tales, quod minus quàm gentes estis.
Germine zabolico facitis vt turbæ pronatæ;
Extinctos clamatis, qua gratia? falsè, peristi?
Nec dolore duxit pater * filium mactandum ad aram * Abrahamus.
Dolore nec vates * filium luxit defunctum? * Dauid
Omnipotentis enim nec flens deducebat alumnum,
Sed Deo devotus festinanter funus agebat.

74. *De pompa funeris.*

De funeris pompa sollicitus esse qui quæris,
Erras, Dei seruus, adhuc in morte placere,
Pro! exanimum corpus ornari funestum.
O vanitas vera, cupere defunctis honorem.
Mens mundo detenta, nec in morte Christo deuota.
Proverbia nosti, per forum efferri volebat.
Adeo illi similes & fera mente viventes,
Faustum felicemque diem in exitu vultis habere,
Vt cocat populus laudem cum luctu videre,
G Non provides quonam merearis ire defunctus.
Ecce prosequuntur illi, tu iam forte cremaris
Redactus in pœnam, quid proderit pompa defuncto?
Incusatus eris qui ob ista collegia quæris.
Sub Vejoue * cupis viuere, te decipis ipsum. * idolis.

75. *Clericis.*

Còngruit in Pascha, die felicissimo nostro,
Lætentur & illi qui postulant sub secta divina,
Erogetur eis quod sufficit, vinum & esca.
Respicite fonte quo memorentur ista pro vobis.
In modico sumptu deficitis Christo donare.
Cùm ipsi non facitis, quo modo suadere potestis.
Iustitiam Legis talibus? vel semel in anno.
Sic multos vrget blasphemia sæpè de vobis.

76. *De fabulosis & silentio.*

Dum leve viderur cuicumque neque vltatur,
Et quasi facile ruit, dum abuteris illud.
Fabulæ subueniunt quo venisti fundere preces,
Aut pulsate domum stomachi pro delicto diurno.
H Buccina præconum clamat, lectore legente,
Vt pateant aures, & tu magis obstruis illas;
Luxaris labia, quibus ingemiscere debes.
Obsera malis pectus, vel in pectore solue.
Sed quia divitibus faciunt pecuniæ frontem,
Inde perit omnis, quando sibi maximè fidunt.
Sic feminæ quoque coeunt quasi inicient balneo,
Et de domo Dei facitis ceu nundinas, artent.
Terruit sanè Dominus domum orationis,
Sacerdos Domini cùm *Sursum corda* præcepit;
In prece fienda, vt fiant silentia vestra;

Limpida

A Limpide respondes, nec temperas quoque promissis.
Exorat ille Altissimum pro plebe deuota,
Ne pereat aliquis, & tu te in fabulas vertis;
Tu subrides ibi, aut detrahis proximi famæ;
Indisciplinatè loqueris quasi sit Deus absens,
Omnia qui fecit, nec audiat neque cernat.

77. *Ebriosis.*

Ebrioso modum non pono, sed bellnam malo.
Bibendo superbis, interior à mente recedis,
Regentis imperium tenens apud, stulte, Cyclopas;
Inde in historiis, dum mortuos non bibo, dicis,
Optima mihi bibere, & corda sapere.
Subministra magis, quid amplius quæris abuti,
Infimo pauperclo, & eritis ambo refecti.
Si facias ista, extinguis tibi gehennam.

B

78. *Pastori.*

P scere qui quæris & quod potuisti parasti,
Assiduè pascendo rectè fecisti.
Sed tamen invise pauperem qui te non repascat.
Tunc erit mensa tua per vnum Deum probata.
Omnipotens tales vel maximè pasci præcepit.
Respice eûm pascis infirmos, & senesas Alto.
In illo vos Dominus voluit probatos adesse.

79. *Oranti.*

Orantem si cupias exandiri de cælo,
Rumpe de latibulis nequitiæ vincla.
Aut si benefactis ores misertus egenis,
Ne dubites quin quod petieris detur oranti.
Tu sanè si nudis b...r. fictis Deum adores,
In totum ne facias sic orationes inepte.

80. *Nomen Gazai.*

Acrosti[chis] à ca[pite] inci[pi]t.

Incolæ cælorum futuri cum Deo Christo
Tenente principium, vidente cuncta de cælo.
Simplicitas, bonitas, habitet in corpore vestro.
Irasci nolite sine causa fratri deuoto,
C Recipietis enim quicquid feceritis ab illo.
Huc placuit Christo, resurgere mortuos imo,
Cum suis corporibus, & quos ignis vsit in ævo
Sex millibus annis completis mundo finito.
Vertitur intereà cælum tenore mutato;
Comburuntur enim impij tunc igne divino.
Ira Dei summi ardet creatura gemendo.
Dignitates, stemmate & generati præclaro,
Nobilesque viri sub Antichristo deuicto,
Ex præcepto Dei rursum viventes in ævo,
Mille quidem annis vt seruiant sanctis & Alto,
Sub iugo seruili, vt portent victualia collo,
Vt iterum autem iudicentur regno finito.
Nullificantes Deum, completo millesimo anno.
Ab igne peribunt, cum montibus ipsi loquendo.
In bustis & tumulis omnis caro redditur acto,
Demerguntur inferno, trahunt pœnas in ævo.
Ostenduntur illis & legunt gesta de cælo.
Memoria prisca debito & merita digno,
D Merces in perpetuo secundùm facta, Tyranno.
Omnia non possum comprehendere paruo libello.
Curiositas docti inveniet nomen in isto.

S. P. N.

EVSTATHII ARCHIEP. ANTIOCH. ET MART. IN HEXAEMERON Commentarius:

Ac de ENGASTRIMYTHO dissertatio adversus Origenem.

ITEM

Origenis de eadem ENGASTRIMYTHO.

An, videlicet, Anima ipsa SAMVELIS fuerit verè evocata incantationibus Pythonissa, de qua 1. Reg. cap. 28.

LEO ALLATIVS primus in lucem protulit & Latinè vertit:

LECTORI.

EVSTATHIVS Antiochenæ Ecclesiæ summus Antistes, cuius apud Veteres copiosa & honorifica mentio, eandem cum aliis magni nominis scriptoribus, iniquam, adversamque fortunam expertus est. Quæ enim ipse maximis vigiliis, magnáque diligentia in Catholicæ veritatis oppugnatores monumenta reliquerat, vel bonorum incuriâ; vtinam non malorum, inimicorúmque hominum studio, fraudéque interiêre, vel tractu ipso temporis, & rerum humanarum ingenio sunt absumpta. Sæpiùs legeram in antiquorum Commentariis Eustathium hunc, divite verborum, ac sententiarum copiâ, elegantique eruditionis varietate ad amussim perfecta, atque ad summum absoluta, eáque in magno numero scripta elucubrasse. Quærio auidiùs si quid reliqui est: nam omnia expectare desipientis esse iudicabam. Refertur à prudentissimis viris, nomen tantùm superesse, monumenta excidisse omnia. Indolui. Quid enim facerem? Magnorum Auctorum ruinas non sine dolore miseratus sum. At præsagus animus magis, magisque inopiâ, ceu quodam incitamento accensus sagaci quadam curiositate omnia perlustrabat, si quid tanti Viri offenderet. Quare impensiùs manuscriptos Codices, cùm liceret evoluebam, agitabámque intentiùs. Nec spes ad irritum cecidit. Fortè enim dum Romæ Bibliothecam quandam librorum, & typis editorum, & manuscriptorum omni genere refertissimam amici cuiusdam beneficio videndi gratiâ adeo, in ipso ingressu, dolet námque dum tempus abit iners, libro obuio non grandi volumine manus iniicio, aperio, lego; quæ primò occurrêre non displicent. Prosequor; diffunditur mens, animus erigitur, & aures dictionis sono, quasi voluptate titillantes, oblectantur. Nihil in eo tritum, nihil vulgare, rerum etiam ipsarum materies ciebat admirationem. Recurro ad frontem libri, Auctorem perquiro; &, ô lætum nuncium. ô fortunatum diem, ô insperatum gaudium! Titulus hic erat, Εὐσταθίου ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας εἰς τὸ τῆς ἐγγαστριμύθου θεώρημα κατὰ Ὠριγένους. Diu hærens substiti, inopinato eventu perculsus, tandem ad finem libri propero, si fortè omnia essent Eustathij. Præter hunc tractatum, cætera aliorum esse comperi, quæ in eo volumine continebantur. Exiguus potus sitim valdè sitientis, non extinxit, sed auxit. Sic si

paululum

A paulolum aquæ magno igni infundas, accendes eum potiùs quàm extingues. Quamvis itaque meum desiderium non expleuit, leniuit tamen, & dum meta in mora celerrimè nec invito custode, exscribo; déque illius in linguam Latinam versione cogito. Interea in aliis etiam Bibliothecis perquirens idem opus eidem Auctori adscriptum inveni, & in totius Orbis terrarum instructissima, ac celeberrima Bibliotheca Vaticana, necnon nobilissima Vallicellana Romæ; & cùm Bibliothecam Palatinam Romam aduehi erem, Monachij in Illustrissima Bauarica. Quare & promptior laborem amplexus, conatus sum de Republica Literaria benè mereri.

Institutum meum fuit, mentem, ac sententiam Authoris, simpliciter, fideliter, ac perspicuè transferre, quod primum, præcipuúmque munus esse interpretis semper existimaui: ita tamen, quòd nullum sit verbum, quod non explicarim, nullúmque addiderim à sententia alienum. Vbi rerum ordo, vel obscuritas dictionis id B poscebat blandienti, luxurianti que orationi aliquid concessi. Quapropter nec verbis me astrinxi, nec periodis colligaui, dummodo sententiam explicarem: quã Antiquorum vt potui, & Plinij præsertim verbis expressi. Ad rerum enim naturas, ingeniáque exponenda Pliniano stylo nullus mihi videtur aptior, nullus accommodatior, opportunior nullus. Quòd an sim assecutus æquus iudicet Lector.

Argumentum huius operis est, Divini Numinis in humanam naturam beneficia collata palam omnibus facere, eiúsque bonitatem, potentiam, sapientiam, clementiam, tolerantiam ostendere; quod ex ipsa rerum creatione, elementorum scilicet productione, ornatu mundi, motus æquabilitate, Solis, Lunæ, siderúmque omnium pulchritudine, ac vi, maris, atque terrarum magnitudine, animalium proprietatibus, hominis structura, propagatione, multiplicatione, ac tandem via ad gratiam, quæ per Christum illuxit, confirmat, & comprobat. Quæ omnia ita acerrimo ingenio Eustath. adinuenit, disponit, & prosequitur, vt ab ipso Deo rerũ, naturæque opifice ea didicisse videatur. Multa in aliis, & elegantissimè scripta, & prudentissimè dictata invenies, at dictis Eustathij, absit verbo iniuria, nihil est præstabiliùs, nihil pulchriùs, sed nec cogitari quidem C meliùs potest. Vnde non immeritò tractatus hic inter alios aliorum de eadem materia solus ὑπόμνημα τῶν θαυμασῶν vocari meruit: quod in omnibus Codd. præfixum post titulum legitur. Non deerunt, qui id fieri potest? qui ne operam perdant, aliquid Eustathio obiicient, & cùm non possint nec orationis structuram, nec ordinem rerum reprehendere, notabunt rerum, quas tractat, incertitudinem, contendéntque vulgaria esse, & anilia, quæ hic continentur, viro Ecclesiastico, & tanto Patri indigna. Hoc item Epiphanio in Physiologo obiectum est à quibusdam, actiúsque in illum animadversum. Inter eos Conradus Gesnerus, & non infimi nominis Auctor Pererius, qui in Genes. cap. 10. disp. 1 scribit: *Nec admodum quempiam moueat Epiphanij auctoritas id tradentis in Physiologo. Nimirum is non tam in eo libro diligens, & curiosus fuit veritatis historiæ earum rerum, quas ibi memorat, quàm eas res interpretandi appositè, piéque secundùm intelligentiam allegoricam, & Tropologicam. Quare proprietates animalium, & plantarum vulgò creditas, & confictas, &* D *proposito suo accommodatas libenter assumpsit.* Sed pro Epiphanio satis, superque respondet Consalnus Pontius Præfatione ad Lectorem, in eiusdem Epiphanij Physiologo. Ego pro Eustathio nonnulla addam.

Varia est, multiplexque animalium historia, nec eadem ingenia, & proprietates propter cœli plerorum naturam, vel rariorem in quibusdam regionibus, quod & humano generi evenire contingit. vnum, & idem animal hebetius actiúsque videmus: & diversæ Vrbes diversos etiam producunt animalium effectus. Hinc aër purus, & tenuis agiliora, crassus, concretúsque segniora generat. Leones Armeniaci Parthicique non adeò robusti, Libycis robur est in membris immane. Duplex iecur est Leporibus Bisaltinis; Meleagridas in Lero nullum rapax lædit: apud Neuros Boues cornua in humeris habent: Æthiopicæ Sues gestant cornua: in Cyllene Merulæ omnes sunt albæ: in Ponto, absynthio Oues pinguescunt: Capræ in Mimante natæ sex mensibus non bibunt: Pisces in terra Babylonica fluuiis egredientes in sicco pabulantur. Quis ea, si cum nostris comparet, non esse diversa contendet? & mentiri eos, qui hæc proferunt; Dicet enim pisces extra aquam extingui: Capras sine potu non posse diu vivere: Ouibus absynthium cibum ingratum, Merulas esse nigras: Suibus nulla cornua: illa Bouibus in fronte: Meleagridas rapacium edulium: vnique animali vnum iecur. Sic & quæ noxia sunt in vna regione, maximè in alia vtilia. Quis illos falsi argueret, eo solo nomine, quòd quæ nos videmus, sensibúsque F nostris obnoxia sunt, aliam præ se ferre naturam, & proprietates comperit? Mutat itaque mores cœli temperies, & terræ, cibúsque. Præterea pluribus nominibus vnum quandoque animans appellatur, quandoque plura animantia vno nomine, itavt ad illa dignoscenda, corporis delineamentis, externisque proprietatibus opus sit. Hinc multi arguunt, & arguuntur, & dum veritatem sectantur, ab illa recedunt, & cùm se sapientissimos esse existiment, stultissimi fiunt. Necesse est harum rerum Censorem, omnia quæ de animalibus alij vbicumque locorum tradiderunt, habere comperta. Quis autem hic erit tam perspectæ eruditionis profundæque doctrinæ, cùm quotidie semper animalium novæ formæ, & ingenia nobis nondum nota, sicut & cæterarum rerum emergant?

Sunt itaque plura in sanctis Patribus, quæ falsa nobis esse videntur, cùm animalia, de quibus est sermo, non innotescant, sed loco illorum alia substituamus, velimúsque essent; quæ tamen re vera falsa non sunt. Commune item fuit Patribus, & omnibus aliis Scriptoribus, quis enim inficiabitur? multa ab aliis relata, communique vsu recepta, tritáque hominum linguis, in sua transferre monumenta; G quæ si rectè considerentur, veritatis absona, rerúmque naturis dissona comperiuntur: quod illis vitio verti minimè posse autumo. Liberum enim est cuicumque aliorum dicta, opinionésque referre absque culpa, & periculo. Ideóque multa sunt in Aristotele, Theophrasto, Plinio, Dioscoride, sexcentisque aliis, quæ rursus examinata, deprehenduntur que ab omni veritate exorbitantia; qui cum aliorum sententia loquantur nec redargui possunt, nec refelli. Hoc & in Eustathio contigit, hoc in Epiphanio, hoc in Basilio, hoc in aliis.

Quod etsi non negarim in Patribus, nusquam tamen in sacris litteris vsu venisse concedam. Etenim cum divinæ literæ Spiritu Sancto magistro, vero Deo dictatæ sint, nec humanis fulciantur subsidiis, nec pareant obsequiis, nihil quod non sit firmum, quod non sit Veritate ipsa verius, vt ita dicam, ennunciatur, ad mores hominum componendos, animos erigendos, sedanda vitia. Dicat modò Vallesius, eas confictas esse fabulas, aliud quidem allegoricè significantes, quem De Sacr. Phil. c. 3 modum tenuerunt Æsopus, & alij multi Philolophi inter antiquos, & recentiores. Verum est in Sacris H Literis Parabolas, & Apologos reperiri, quæ rebus applicata quasi aliud agentia, mores hominum informant. Sed quisnam piorum hominum vnquam somniauit easdem literas rerum naturas invertisse? quæ erat hæc necessitas? quis vsus? vndénam habuit Vallesius? quis illi hoc revelauit? Aliud est, arbores loquentes homines liberos aliquid machinantes introducere, Parabolis, & Apologis vti, & aliud animalibus nouas, fictásque indere proprietates, & illis veluti exemplo homines ad aliquid agendum compellere.

Fictis

A Limpide respondes, nec temperas quoque promissis.
Exorat ille Altissimum pro plebe deuota,
Ne pereat aliquis, & tu te in fabulas vertis;
Tu subrides ibi, aut detrahis proximi famæ;
Indisciplinatè loqueris quasi sit Deus absens,
Omnia qui fecit, nec audiat neque cernat.

77. *Ebriosis.*

Ebrioso modum non pono, sed belluam malo.
Bibendo superbis, interior à mente recedis,
Regentis imperium tenent apud, stulte, Cyclopas;
Inde in historiis, dum mortuus non bibo, dicis,
Optima mihi bibere, & corda sapere.
Subministra magis, quid amplius quæris abuti,
Infimo pauperculo, & eritis ambo refecti.
Si facias ista, extinguis tibi gehennam.

B

78. *Pastori.*

Pascere qui quæris & quod potuisti parasti,
Assiduè pascendo rectè fecisti.
Sed tamen inuise pauperem qui te non repascat.
Tunc erit mensa tua per vnum Deum probata.
Omnipotens tales vel maximè pasci præcepit.
Respice cùm pascis infirmos, & feneras Alto,
In illo vos Dominus voluit probatos adesse.

79. *Oranti.*

Orantem si cupias exaudiri de cælo,
Rumpe de latibulis nequitiæ vincla.
Aut si benefactis ores miseratus egenis,
Ne dubites quin quod petieris detur oranti.
Tu sanè si nudus benefactis Deum adores,
In totum ne facias sic orationes ineptè.

80. • *Nomen Gazai.*

Acrostichon hic incipit

Incolæ cælorum futuri cum Deo Christo
Tenente principium, vidente cuncta de cælo,
Simplicitas, bonitas, habitet in corpore vestro.
C Irasci nolite sine causa fratri deuoto.
Recipietis enim quicquid feceritis ab illo.
Hoc placuit Christo, resurgere mortuos imo,
Cum suis corporibus, & quos ignis vssit in æuo
Sex millibus annis completis mondo finito.
Vertitur intereà cælum tenore mutato;
Comburuntur enim impij tunc igne diuino.
Ira Dei summi ardet creatura gemendo.
Digniores, stemmate & generari præclaro,
Nobilesque viri sub Antichristo deuicto,
Ex præcepto Dei rursum viuentes in æuo,
Mille quidem annis vt seruiant sanctis & Alto,
Sub iugo seruili, vt portent victualia collo;
Vt iterum autem iudicentur regno finito.
Nullificantes Deum, completo millesimo anno,
Ab igne peribunt, cum montibus ipsi loquendo.
In bustis & tumulis omnis caro redditur acto,
Demerguntur inferno, trahunt pœnas in æuo.
Ostenduntur illis & legunt gesta de cælo.
Memoria prisca debito & merita digno,
D Merces in perpetuo secundùm facta Tyranno.
Omnia non possum comprehendere paruo libello.
Curiositas docti inueniet nomen in isto.

E

S. P. N.

EVSTATHII ARCHIEP. ANTIOCH. ET MART. IN HEXAEMERON Commentarius:

Ac de ENGASTRIMYTHO dissertatio adversus Origenem.

ITEM

Origenis de eadem ENGASTRIMYTHO.

An, videlicet, Anima ipsa SAMVELIS fuerit verè euocata incantationibus Pythonissæ, de qua 1. Reg. cap. 28.

LEO ALLATIVS primus in lucem protulit & Latinè vertit:

F

LECTORI.

EVSTATHIVS Antiochenæ Ecclesiæ summus Antistes, cuius apud Veteres copiosa & honorifica mentio, eandem cum aliis magni nominis scriptoribus, iniquam, adversámque fortunam expertus est. Quæ enim ipse maximis vigiliis, magnáque diligentia in Catholicæ veritatis oppugnatores monumenta reliquerat, vel bonorum incuriâ; vtinam non malorum, inimicorúmque hominum studio, fraudéque interiêre, vel tractu ipso temporis, & rerum humanarum ingenio sunt absumpta. Sæpiùs legeram in antiquorum Commentariis Eustathium hunc, diuite verborum, ac sententiarum copiâ, elegantique eruditionis varietate ad amussim perfecta, atque ad summum absoluta, eáque in magno numero scripta elucubrasse. Quærere G auidiùs si quid reliqui est: nam omnia expectare desipientis esse iudicabam. Refertur à prudentissimis viris, nomen tantùm superesse, monumenta excidisse omnia. Indolui. Quid enim facerem? Magnorum Auctorum ruinas non sine dolore miseratus sum. At præsagos animus magis, magisque inopiâ, ceu quodam incitamento accensus sagaci quadam curiositate omnia perlustrabat, si quid tanti Viri offenderet. Quare impensiùs manuscriptos Codices, cùm liceret euoluebam, agitabámque intentiùs. Nec spes ad irritum cecidit. Forte enim dum Romæ Bibliothecam quandam librorum, & typis editorum, & manuscriptorum omni genere refertissimam amici cuiusdam beneficio videndi gratiâ adeo, in ipso ingressu, dolet námque dum tempus abit iners, libro obuio non grandi volumine manus iniicio, aperio, lego; quæ primò occurrere H non displicent. Prosequor; diffunditur mens, animus erigitur, & aures dictionis sono, quasi voluptate titillantes, oblectantur. Nihil in eo tritum, nihil vulgare, rerum etiam ipsarum materies erebat admirationem. Recurro ad frontem libri, Auctorem perquiro; &, ô lætum nuncium, ô fortunatum diem, ô insperatum gaudium! Titulus hic erat, Εὐσταθίου ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας εἰς τὴν ἐγγαστρίμυθον θεώρημα κατὰ Ὠριγένους. Diu hærens substiti, inopinato euentu perculsus, tandem ad finem libri propero, si forte omnia essent Eustathij. Præter hunc tractatum, cætera aliorum esse comperi, quæ in eo volumine continebantur. Exiguus potus sitim valdè sitientis, non extinxit, sed auxit. Sic si

paulolum

A paululum aquæ magno igni infundas, accendes eum potiùsquàm extingues. Quamvis itaque meum desiderium non expleuit, leniuit tamen, & dum metuò moras celerrimè nec invito custode, exscribo, déque illius in linguam Latinam versione cogito. Interea in aliis etiam Bibliothecis perquirens idem opus eidem Auctori adscriptum inveni, & in totius Orbis terrarum instructissima, ac celeberrima Bibliotheca Vaticana, necnon nobilissima Vallicellana Romæ; & cùm Bibliothecam Palatinam Romam adueherem, Monachij in Illustrissima Bauarica. Quare & promptior laborem amplexus, conatus sum de Republica Literaria benè mereri.

Institutum meum fuit, mentem, ac sententiam Authoris, simpliciter, fideliter, ac perspicuè transferre, quod primum, præcipuúmque munus esse interpretis semper existimaui: ita tamen, quòd nullum sit verbum, quod non explicarim, nullúmque addiderim à sententia alienum. Vbi rerum ordo, vel obscuritas dictionis id B poscebat blandienti, luxurianti que orationi aliquid concessi. Quapropter nec verbis me astrinxi, nec periodis colligaui, dummodo sententiam explicarem: quā Antiquorum vt potui, & Plinij præsertim verbis expressi. Ad rerum enim naturas, ingeniáque exponenda Pliniano stylo nullus mihi videtur aptior, nullus accommodatior, opportunior nullus. Quòd an sim assecutus æquus iudicet Lector.

Argumentum huius operis est, Divini Numinis in humanam naturam beneficia collata palam omnibus facere, eiúsque bonitatem, potentiam, sapientiam, clementiam, tolerantiam ostendere; quod ex ipsa rerum creatione, elementorum scilicet productione, ornatu mundi, motus æquabilitate, Solis, Lunæ, siderúmque omnium pulchritudine, ac vi, maris, atque terrarum magnitudine, animalium proprietatibus, hominis structura, propagatione, multiplicatione, ac tandem via ad gratiam, quæ per Christum illuxit, confirmat, & comprobat. Quæ omnia ita acerrimo ingenio Eustath. adinuenit, disponit, & prosequitur, vt ab ipso Deo rerū, naturæque opifice ea didicisse videatur. Multa in aliis, & elegantissimè scripta, & prudentissimè dictata inuenies, at dictis Eustathij, absit verbo inuidia, nihil est præstabiliùs, nihil pulchriùs, sed nec cogitari quidem C meliùs potest. Vnde non immeritò tractatus hic inter alios aliorum de eadem materia solus ὑπόμνημα τῶν θαυμασίων vocari meruit: quod in omnibus Codd. præfixum post titulum legitur. Non deerunt, qui id fieri potest? qui ne morem perdant, aliquid Eustathio obiicient, & cùm non possint nec orationis structuram, nec ordinem rerum reprehendere, notabunt rerum, quas tractat, incertitudinem, contendéntque vulgaria esse, & anilia, quæ hic continentur, viro Ecclesiastico, & tanto Patri indigna. Hoc item Epiphanio in Physiologo obiectum est à quibusdam, acriúsque in illum animadversum. Inter eos Conradus Gesnerus, & non infimi nominis Auctor Pererius, qui in Genes. cap. 20. disp. 1 scribit: *Nec admodum quempiam moueat Epiphanij auctoritas id tradentis in Physiologo. Nimirum is non tam in eo libro diligens, & curiosus fuit veritatis historiæ earum rerum, quas ibi memorat, quàm eas res interpretandi appositè, piéque secundùm intelligentiam allegoricam, & Tropologicam. Quare proprietates animalium, & plantarum vulgò creditas, & consilio, & D proposito suo accommodatas libenter assumpsit.* Sed pro Epiphanio satis, supérque respondet Consalous Pontius Præfatione ad Lectorem, in eiusdem Epiphanij Physiologo. Ego pro Eustathio nonnulla addam.

Varia est, multiplexque animalium historia, nec eadem ingenia, & proprietates propter cœli plenorem naturam, vel tetriorem in quibusdam regionibus, quod & humano generi euenire contingit vnum, & idem animal hebetius sceuúsque videmus: & diversæ Vrbes diversos etiam producunt animalium effectus. Hinc aer purus, & tenuis agiliora, crassus, concretúsque segniora generat. Leones Armenici Parthicique non adeò robusti, Libycis robur est in membris immane. Duplex iecur est Leporibus Bisaltinis, Meleagridas in Lero nullum rapax lædit: apud Neusos Boues cornua in humeris habent: Æthiopicæ Sues E gestant cornua: in Cyllene Merulæ omnes sunt albæ: in Ponto, absynthio Oues pinguescunt: Capræ in Mimante natæ sex mensibus non bibunt: Pisces in terra Babylonica fluuiis egredientes in sicco pabulantur. Quis ea, si cum nostris comparet, non esse diversa contendet? & mentiri eos, qui hæc proferunt; Dices enim pisces extra squam extingui: Capras sine potu non posse diu vivere: Ouibus absynthium cibum ingratum, Merulas esse nigras: Suibus nulla cornua: illa Bouibus in fronte: Meleagridas rapacium edulium: vnique animali vnum iecur. Sic & quæ noxia sunt in vna regione, maximè in alia vtilia. Quis illos falsi argueret, eo solo nomine, quòd quæ nos videmus, sensibúsque F nostris obnoxia sunt, aliam præ se ferre naturam, & proprietates comperit? Mutat itaque mores cœli temperies, & terræ, cibúsque. Præterea pluribus nominibus vnum quandoque animans appellatur, quandoque plura animantia vno nomine, ita vt ad illa dignoscenda, corporis delineamentis, externisque proprietatibus opus sit. Hinc multi arguunt, & arguuntur, & dum veritatem sectantur, ab illa recedunt, & cùm se sapientissimos esse existiment, stultissimi fiunt. Necesse est harum rerum Censorem, omnia quæ de animalibus alij vbicunque locorum tradiderunt, habere comperta. Quis autem hic erit tam perspectæ eruditionis profundæque doctrinæ, cùm quotidie semper animalium novæ formæ, & ingenia nobis nondum nota, sicut & cæterarum rerum emergant?

Sunt itaque plura in sanctis Patribus, quæ falsa nobis esse videntur, cùm animalia, de quibus est sermo, non innotescant, sed loco illorum alia substituamus, velimúsque essent, quæ tamen re vera falsa non sunt. Commune item fuit Patribus, & omnibus aliis Scriptoribus, quis enim inficiabitur? multa ab aliis relata, communique vsu recepta, tritáque hominum linguis, in sua transferre monumenta; G quæ si rectè considerentur, veritati absona, rerúmque naturis dissona comperiuntur; quod illis vitio verti minimè posse autumo. Liberum enim est cuicumque aliorum dicta, opiniónésque referre absque culpa, & periculo. Ideóque multa sunt in Aristotele, Theophrasto, Plinio, Dioscoride, sexcentisque aliis, quæ rutnt examinata, deprehendunturque ab omni veritate exorbitantia; qui cum aliorum sententia loquantur nec redargui possunt, nec refelli. Hoc & in Eustathio contigit, hoc in Epiphanio, hoc in Basilio, hoc in aliis.

Quod etsi non negarim in Patribus, nusquam tamen in sacris litteris vsu venisse concedam. Etenim cum diuinæ litteræ Spiritu Sancto magistro, vero Deo dictatæ sint, nec humanis fulciantur subsidiis, nec pareant obsequiis, nihil quod non sit firmum, quod non sit Veritate ipsa verius, vt ita dicam, enunciatur, ad mores hominum componendos, animos erigendos, sedanda vitia. Dicat modò Vallesius, eas confictas esse fabulas, aliud quidem allegoricè significantes, quemadmodum tenuerunt Æsopus, & alij multi Philosophi inter antiquos, & recentiores. Verum est in Sacris H Literis Parabolas, & Apologos reperiri quæ rebus applicata quasi aliud agentia, mores hominum informant. Sed quisnam piorum hominum vnquam somniauit easdem literas rerum naturas inuertisse? quæ erat hæc necessitas? quis vsus? vndénam habuit Vallesius? quis illi hoc reuelauit? Aliud est, arbores loquentes homines liberos aliquid machinantes introducere, Parabolis, & Apologis vti, & aliud animalibus nouas, fictásque indere proprietates, & illis veluti exemplo homines ad aliquid agendum compellere. De Sa lib c

Fictis

Fictis rerũ ingeniis nõ ſuadeor. Falſa exẽpla ſtomachũ, riſũ mouẽt, non docent. Vera itaq; eſt calliditas ſerpẽtis obturantis aures ſuas, ne audiat vocẽ incantatoris. Sed ntoris aodaa eſt in interpretãdis ſacris Literis Valleſius.

Verùm vnde egreſſa eſt, reuertatur Oratio. Quæ de proprietatibus animalium, & Iudæorum antiquitate, aliiſque nonnullis edisserit, ea ſunt multorum Auctorum firmata conſenſu. Mirum autem eſt in omnibus acre tanti Patris iudicium: eligit meliora, tutáque, velnti Margaritas è luto, in ſuáque ſcripta transfert, cætera vt abiecta, vilia, nulliuſque momenti deſpicit, negligitque; accuratæ eius in omnibus diligentiæ, exquiſit que ſtudij argomentum. Plura de eius libris, rebus geſtis, ac moribus, in teſtimoniis Patr, aliorúmque ſoppeditaotur. Nonoulla mihi reſeruaui. Alias enim, annuente Deo, & benignitate, ac humanitate Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi FRANCISCI Cardinalis BARBARINI S. R. E. Bibliothecarij, cuius nunc ſecuro, fœlieiſſimis ſtudiis, auſpieiiſque munificis res Literariæ reparatæ fundantur, & confirmantur, fauente nonnulla alia eiuſdem, & præſertim quæ adverſus Origenem de Engaſtrimytho diſertiſſimè, piiſſiméque compoſuit, dabo: quibus & hæc mea addam, & meliora, & emendatiora. Hæc Lector volebam neſcius ne eſſes. Vale.



VETERVM SCRIPTORVM DE S. EVSTATHIO eiuſque ſcriptis TESTIMONIA

S. Hieronymus Epiſtola CXXVI. ad Evagrium.

VERTI me ad Hippolytum, Arreneum, Euſebium Cæſarienſem, & Emiſenum, Apollinarium quoque noſtrum, & Euſtachium, qui primus Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus contra Arium clariſſima tuba bellicum cecinit, & deprehendi horum omnium opiniones diverſis argumentationibus ac diverticulis ad vnum compitum perveniſſe, vt dicerent Melchiſedech hominem fuiſſe Chananæum, regem vrbis, &c.

Idem in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum.

Euſtathius genere Pampylius Sidites, primum Berææ Syriæ, deinde Antiochiæ rexit Eccleſiam, & adverſus Arianorum dogma compoſuit multa, ſub Conſtantio Principe pulſus eſt in exilium Traianopolim Thraciarum, vbi vſque hodie conditus eſt. Extant eius volumina de anima, de Engaſtrimytho adverſus Origenem, & infinitæ Epiſtolæ quas enumerare longum eſt.

Socrates hiſtor. Eccleſ. lib. 1. cap. 13.

Verum arbitror operæ pretium, non ſolum nomina Epiſcoporum Nicææ congregatorum, qui præter cæteros excellebant, ea dico quæ inveſtigando reperire poteramus, ſed etiam cuius quiſque provinciæ, & civitatis fuerit, tempus quóque in quo convenerant, hoc loco commemorare. Aderat in hoc Concilio Hoſius Epiſcopus Cordubæ, Vito, & Vincentius preſbyter; Alexander Epiſcopus Ægypti; Euſtathius magnæ Antiochiæ, Hieroſolimorum Macarius, Harpocration, Cynoo & alij; quorum nomina libello Athanaſij Epiſcopi Alexandriæ, qui Synodicus inſcribitur, ſigillatim & accuratè citantur.

Sozomenus Eccleſ. hiſtor. lib. 1. cap. 2.

Criſpo & Conſtantino Cæſaribus Coſſ. Romanæ Eccleſiæ Antiſtes fuit Syluester, Alexandrinæ autem Alexander, Macarius verò Hieroſolymitanæ. Epiſcopatum Eccleſiæ vrbis Antiochiæ ad Orontem fluuium ſitæ, Romano iam mortuo nemo adhuc obtinuerat, propterea quod perſecutio, vt eſt veriſimile, fuerat electioni Epiſcopi impedimento. Verùm non ita multò pòſt Epiſcopi Nicææ coacti, Euſtathium propter eum vitæ tum doctrinæ præſtantiam admirati, dignum iudicarunt, qui ſedem Apoſtolicam capeſſeret, & ob eam cauſam cùm eſſet Epiſcopus Beræææ vrbis finitimæ, illum inde Antiochiam tranſtulerunt.

Idem Libro 2. cap. 17.

Itaque Concilio Antiochiæ convocato Euſtathius Epiſcopatu Eccleſiæ Antiochiæ abdicatur, cuius rei veram cauſam fuiſſe crebro hominum ſermone celebratur, quòd fidem Concilij Nicæni approbabat, quodque Euſebium cum ſuis, Paulinum Tyri, & Patrophilum Scythopolis Epiſcopum, quorum ſententiam Orientis ſequebantur ſacerdotes, vti ſectæ Arianæ addictos deteſtatus eſt, eóſque palam incuſauit: ſimulatam autem quod ſacerdotij dignitati impuris factis dedecori fuiſſe deprehenſus eſt, propter cuius abdicationem maxima Antiochiæ ſeditio conflata eſt: adeo vt parum abeſſet, quin multitudo gladios ſtrinxiſſet, & tota civitas in graue periculum deveniſſet. Quæ res vna eius cauſæ apud Imperatorem non mediocriter obfuit. Nam primùm nunciatum eſt Imperatori has res accidiſſe, & populum in duas partes diviſum eſſe acerbè tulit, & Euſtathium velut authorem ſeditionis ſuſpectum habere cœpit. [*& paucis interiectis.*] Euſtathius autem vti accepi, falſam ſibi obiectam criminationem animo quieto, & tranquillo ideo tulit, quod illud ſibi commodius fore putauit. Vir quidem cùm in aliis rebus præſtabilis, & ſpectatus, tum in eloquentia iure admirandus, quemadmodum ex libris eius, qui extant, cognoſci poteſt, in quibus, & vetus loquendi ratio, ſapientes ſententiæ, verborum elegantia, & lepos in rebus explicandis non ſine magna omnium commendatione elucet.

Menologium Græcorum ex interpretatione Gulielmi Sirleti Cardinalis. XXI. menſis Februarij.

Sancti Patris noſtri Euſtathij Epiſcopi Antiochenæ Vrbis. XV. Iunij.

Eodem die Sancti Patris noſtri Euſtathij Archiepiſcopi Antiocheni, qui cùm eſſet ſub Conſtantino magno Imperatore, orthodoxæ fidei ſplendore, & ſapientia illuſtris in Nicæna prima Synodo impium Arij hæreticum dogma redarguit, eúmque doctrina & ſanctitate clarus, ad centeſimum annum perueniſſet quievit in Domino, cuius ſanctæ reliquiæ Antiochiam tranſlatæ ſub Zenone Imperatore, Extat B. Ioannis Chryſoſtomi in hunc virum ſanctum nobilis laudatio, quem & B. Hieronymus ſuo teſtimonio inſigni commendauit.

Martyrologium Romanum XVII. *Kal. Augusti.*

Antiochiæ in Syria natalis Beati Eustathij Episcopi, & Confessoris, doctrina & sanctitate celebris, qui sub Constantino Imperatore Ariano ob Catholicæ fidei defensionem Traianopolim Thraciæ pulsus exilio ibidem in Domino requieuit.

Eadem habet Beda, Vsuardus, NotKerus in Martyrologio.

De eo plura Baronius in Martyrologio Romano & Annalibus, Nicephorus Callistus in histor. Eccles. & præcipuè lib. 8. cap. 45. lib. 9. cap. 16. lib. 11. cap. 15. lib. 14. cap. 19 Sixtus Senensis in Biblioth. sacra, & alij recentiores.

De eodem Leonis Allatij

N O T A.

DE Eustathio Antiocheno, & eius scriptis, plura, in præfatione mea ad lectorem. Hic duo tantùm, quæ ibi consultò silentio prætermisi, tractanda suscipio. Et primum erit discrimen inter hunc nostrum Eustathium, & alium Eustathium, qui Basilij magni Hexaemeron in linguam Latinam conuertit. Secundum, ostendemus auctorem hunc nostrum, quisquis ille fuerit, fuisse antiquissimum ipsi Eustathio Antiocheno coævum. Et sanè dum animo ea quæ in libello continentur, agitarem, inueniremque Basilij Magni sententia, verbisque super eadem materia simillima quæ hic habentur, diu me torsit quomodo id fieri potuit, vt vel Basilius ab Eustathio, vel Eustathius à Basilio, vterque & in dicendo peritissimus, nec alienæ elocutionis subsidio indigena, easdem sententias, & verba, luminaque orationis fuerit mutuatus. Sigebertus lib. de Illustribus scriptoribus Ecclesiasticis *ca.* 21. in hac re magis animum dubium faciebat, dum scriberet, *Eustathius transtulit de Græco in Latinum Hexaemeron Basilij Cæsariensis.* Quibus Posseuinus in Apparatu hæret. *Quod verò Sigebertus, inquit in Catalogo, Eustathium in latinum transtulisse Hexaemeron Basilij Cæsariensis, nescio de quonam dicat.* Existimabam Sigebertum allucinatum, & Eustathium potius compilatorem, siue epitomatorem operis Basiliani fuisse, non interpretem. Verùm à sententia deturbere Cassiodorus lib. de institutione diuinarum scripturarum, *Geneseos,* inquit, *principia Sanctus Basilius Attico sermone lucidauit, quem Eustathius vir disertissimus ita transtulit in Latinum, vt ingenium doctissimi viri facundiæ suæ viribus æquiparasse videatur: qui vsque ad hominis conditionem nouem libros tetendit.* Et Iunilius Episcopus Africanus, siue potius Beda, nam Iunilius Afer Eustathio antiquior fuisse quibusdam visus est, in præfatione Commentarij in Genes. *De principio libri Genesis, in quo mundi huius creatio descripta est, multi multa dixere, & multa posteris ingenij sui monumenta reliquere. Sed præcipuè quantum nostra pusillanimitas ediscere potuit, Basilius Cæsariensis, quem Eustathius interpres de Græco fecit esse Latinum.* Manifestum itaque Eustathium hunc, qui in vertendo Basilio laborem insumpsit, alium esse ab Eustathio hoc nostro, cùm & illius versio edita sit, & ipsemet in præfatione suæ versionis scopum suū, intentionem exponat, vbi hanc curam sibi fuisse demandatam asserit, vt opus scilicet sancti Basilij Episcopi Græco sermone conscriptum monumentis linguæ Latialis insereret à Syncletica Diaconissa, cui & paruit, & operam suam fideliter exhibuit.

Quidam affirmarunt huius Syncleticæ Diaconissæ, ad quam Eustathius suum opus dirigit, meminisse Sedulium, multisque eam prosecutum laudibus in præfatione operis Paschalis. Quæ si vera sunt, Eustathium interpretem Sedulio coæuum tempore Theodosij floruisse necessariò fatendum est, maximéque eos decipi qui Iunilium eo antiquiorem constituunt, cùm Iunilij & Sedulij tempora non multùm distent.

Sed de Antiocheno auctore huius tractatus, quo scilicet tempore vixerit, sermonem instituere, cùm compertum sit in historia, operæ pretium non est. Argumentum tamen euidentissimum illius ætatis in hoc ipso opere habemus vbi eùm de fine, & consummatione huius mundi disputationem instituisset, quem tantùm ad annorum sex millia duraturum contendebat, & accuratam annorum enumerationem prosequeretur, vt quid præterierat, quid adhuc futurum posset expectari legenti significaret, suum computum ad trigesimum annum Constantini Imp. perductum finit, alios annos prætermittens. Signum ergo dum hæc hic auctor scriberet, annos tantum numeratos nec plures fuisse elapsus, quos vtique non tacuisset, id enim erat illius institutum. Quod mihi satis superque est, si viuente Constantino hæc scribebantur, quamuis auctor diu vitam trahens tempus illud excesserit.



S. P. N.

EVSTATHII PATRIARC. ANTIOCH. ET MARTYRIS,

In HEXAEMERON Commentarius.

LEONE ALLATIO INTERPRETE.

CLEMENS, & Aphricanus, & præter hos Tatianus, & ex Iudæis Iosephus, & Iustus, proprio quisque modo, ab antiquis historiis ad id probandum præbitis argumentis, diuinum Moysem temporibus Inachi, qui septingentis annis bellum Troianum antecessetat, floruisse, literis prodidere. Quidam etiam sanctitate illustris, exquisitissimè temporum ratione cōtracta, sanctissimum Iacobum ætate Inachi compertis claruisse. Sed hoc de Moyse Iosephus affirmat. Ipse enim cùm annorum ordinem ratione, & indicio, quasi regulam quandam, è regione disposuisset, omnium Gentium dominos inter se collatos enumerauit. Collegit autem annos Regni Chaldæorum, Assyriorum, Medorum, Persarum, Lydorum, Hebræorum, Ægyptiorum, Athenienfium, Argiuorum, Sicyoniorum, Lacedæmoniorum, Corinthiorum, Thessalorum, Macedonum, Latinorum, qui postea Romani nuncupati sunt. Horum temporibus in eadem serie notatis, cuiusque nationis principum annos congessit. In his annos dominij Assyriorum, Reginæ Semiramidis nempe, annis Abraami opponit. Semiramidis namque temporibus, beatus Abraamus clarus habebatur, Iosephus tempore Inachi, Moyses Cecropis, quem ante Troiana tempora annis CCCXXX primū Atticæ regnum occupasse historiis Græcorū traditū est; Ita vt sapientibus antiquis, qui id nominis apud Græcos cōsecuti sunt, Moyses sit antiquior Homero, Hesiodo, Troianis tēporibus, Hercule-Musæo, Lino, nec non Chirone Orpheo, Dioscuris, Æsculapio, Libero patre, Mercurio, Apolline Mysteriis, Initiisq, Græcorū, & ipsis rebus à Ioue gestis,

A Præterea Deucalioneo diluuio, tertatũ tempore Phaëtontis deflagratione, Erichthonij ortu ex Vulcano & terra, atque raptu Proserpinæ. Hi enim omnes post Ceeropem fuere, quo Homerus & Hesiodus longè ætate posteriores. Qui si annis horum sunt inferiores, næ ab ætate Moysis longè dissitos esse comperimus. Hic itaque ex omnibus sapientibus divinissimus veritatis præceptor habitus est. Etenim Ægyptia, quam dicunt, sapientia delibata, omnium optimè de mundi huius constructione, ipsius scilicet Dei, rerum & vniversi huius Opificis afflatu concitatus ad veritatem disseruit. Dicit enim, *In principio creauit Deus cælum, & terram.* Nonnulli Græcorum in contrariam partem permulta disputare conati, in profundum ignorantiæ præcipites acti sunt. Dogmata namq; humana ratione, iudicióque prodita, multis obscuritatis latebris involuta latent, nec vllo firmitatis fulcro constabilita
B vacillant. Nulla quippe sententia apud eos immota manet, semper primum oppugnante secundo: ita vt eos refellere nihil sit negotij, cùm illi proprijs dogmatibus evertendis sufficiant. Qualis porrò figuræ naturæque cœlum sit, nobis Esaias, verbis illis significauit: *Qui stare fecisti cælum quasi fornicem*, quibus etiam tenuem illius, & non solidam, neque crassam naturam esse innuit, sicuti & alibi dicit: *qui firmasti cælum quasi fumum.* Terram verò Psalmodus ait super aquas sustẽtari. *Ipse super maria fundauit eam, & super flumina præparauit eam.* Sed enim modum non debemus curiosè inquirere, verum credere. Simplicitas enim nostræ fidei demonstrationibus dialecticis, longè validior est, cùm iudicia Dei, nec comprehendi possint, nec ea capiat humanæ coniectura mentis. *Primo itaque, die creauit Deus cælum & terram, & lucẽ*, & omnibus velocissimo puncto temporis, lumen quod corruptioni obnoxium est, communicauit. Ante enim illud vmbra quædam obscura cœlo extenso deiecta velabat omnia, lumènque à locis illis arcebat. Verum extra cœlum, lumen quod obscurari non potest omni corruptione, omni ætate superius, in quo Angeli degunt, extenditur, de quo Salomon ait, *lumen iustis in perpetuum*, in quod, qui bene vixerint, delati quiescunt. Dispositionem hanc, dilucidam reddet clarum & apertum exemplum, lumen scili-
C cet inextinctum, locum omnem cœli exterum illuminare, quem verò complexu suo cœlum tenet, antequam lumen fieret, caligine, ac tenebris tectum non apparuisse. Quemadmodum enim si quis meridie feruentissimo ex densa materia tabernaculum confecerit, obscuritatem, & tenebras tempore paratas afferret, neque locus ille, qui istius circumflexu tegeretur potest illuminari, ni luminis radio fuerit perfusus, sic similes tenebræ quæ non subsistebant, mundum quem cœlum complectitur, adumbrabant, eas Deus producto lumine seiunxit, lumen diem, tenebras noctem nuncupauit. Etenim du lumẽ diffunditur, gignitur dies, dum contrahitur, nox aduenit, quare, & dum tempora commetimur, dies, non autem noctes annumeramus. Secundo die creauit Deus firmamentum naturæ diversæ. Aliud autẽ id est, & aliud cœlum à principio productum, quamvis quibusdam vnum quid, & idem esse
D placuerit; aiunt namque hoc secundi perfectionem fuisse; ibi enim quasi confusè, & permixtè terræ, & cœli creationem hic discretiùs, & exactiùs modum, quo Deus ea produxit, sacræ literæ tradunt. Nos verò fatemur aliud, & aliud, cùm & nomen aliud, & proprium vsum secondo cœlo suppeditatũ cognoscamus. Diversũ itaque est solidiore natura præditũ, ab eo quod initio fuit creatum. *Et divisit Deus in medio aquarum*, quæ sub firmamento sunt. Infinitam enim atque immensam aquarum vim seiunxit, ita vt & super, & infra firmamentum abundarent. Æther igneus est, & incensus, totúmque terrarum orbem vtique consumpsisset, ni sui creatoris præscriptis imperatisque compesceretur. Propterea & aquæ surgunt aëreæ, ex vaporum expiratione per nubes delatæ, quos vapores, & flumina, & fontes, & stagna, & maria emittunt, ne Æther omnia per-

E dat inflamata imbres ita generantur; exhalationes sursum per aëra feruntur, ventorúmque compressionibus condensantur, & vapores in nube concreti alij ab alijs segregati, guttæ fiunt, hinc pondere coagmentatorum defluunt. Nix ex aquis sic coalescit, vi ventorum humidum discerptum in spumam redigitur, totúmque per quamque sui partem divisum frigefactum congelantur, & nebula disrupta, nix cadit. Tonitrua conflictu flatus existunt, qui in cauis nubium actus vique erumpens, tonitrus fragorem edit. Die tertio Dei mandato *convenerant aquæ in congregationes suas, & apparuit arida, & vocauit aridam terram, & congregationes aquarum vocauit maria.* Propterea congregatæ sunt in locum vnum, ne è locis, in quibus manent, recedentes, sublatæ, atque redundantes effusæ, terram inundarent. Ideo sæpissime mare vi ventorum agitatum, atque turbatum, quasi furent vndis, se in immensam altitudinem
F attollit; sed vbi tantùm in litus peruenerit, alliso impetu, facta spuma, & dealbatum regreditur, imbecillima omnium arena, quasi fræno iniecta. Quid enim mare rubrum repressit, atque alligauit, ne universa Ægypto, cùm ea excelsius sit, immersa, proximo se mari applicaret, ni solum sui Opificis mandatum? Hoc autem verũ esse, opere nobis Sesostris Ægypti rex, mox Darius Medus testatum reliquere. Ægyptium enim ac Indicum mare simul coniungere aggressi, non potuerunt. Ita mari rubro Ægyptus depressior est. Mandauit itaque vt convenirent in congregationem vnam, & ne ex hac aliud fieret mare, sed in vna manerent collectione. Multæ etenim erant per varia loca aquæ dispersæ, quippe, & montium cauitates, vallésque, aquas in se congregatas continebant. Illud verò, & *congregationes aquarum vocauit maria*, sinus maris significans, quósque ad sui figuram terra ambiens complectitur; tales sunt mare Aquilonare, mare Australe, Orientale, Occidentale, & horũ propria nomina Pontus Ægæus, Ionius, Sardonius, Siculus, Tyrrhenus. Cæterum non quoscunque aquarum conventus in vnum mare congessit, vel cœtum, sed maximos atque ingentiores; nam neque palustres, neq; stagnantes hic intelligendi sunt. Veluti enim ignis & in minutas partes redigitur, &
G totus simul aërem circundat: sic & in aquis, etsi paruæ quædam, ac inter se dissitæ collectiones existant, vna tamen est congregatio; quæ totum elementum hoc à cæteris seiungit. Totius enim humiditatis, quæ in terra latet fons est, & origo maris aqua, quæ cùm universa terra cuniculosa sit, per meatus minimè oculis obuios effunditur, vt ex locis quibusdam terræ cauernosis manifestum apparet. Fluidum namque mare per angusta loca excurrens, vbi obliquis, & rectis exitibus cursum inflexerit, vi flaminéque ventorum terræ superficiem disrumpit, egressúmque vsu est efficaci ad potum, percolatum enim cribratúmque dulcescit. Rursus si locis feruidis relinquatur, eadem ratione à vento in exitum ductum feruescit. Fons item est aquarum, quæ aërem occupant; illius enim aquæ per nubes attractæ, nec non à solis radijs calefactæ; mox nubis vmbra frigefactæ, tandem ipsa altitudine cœlo expositæ dulcescunt, terrámque guttis aspergunt. Hinc eodem die iussit Deus vt *terra germinaret herbam virentem, & facientem semen suum, lignúmque fructiferum faciens fructum, cuius semen in semetipso*, & ad hæc tempora eorum quæ
H gignuntur è terra series, quænam fuerit prima rerum distinctio descripta, declarat. Germinatio namque quælibet herba, plantáque prior est. Semen enim, vbi terra illud gremio moderatè humido, calidóque sparsum ac subactum excepit, mollitur, fitque ad res abundè gignendas idoneum: hinc primum è terra quæ ambit, magis sibi natura cognatum, atque affine attrahit, quo pinguefactum latiùs extenditur, ita vt ima sede radicibus defigatur, erumpat superiori, edátque radicibus parem numero stipulas. Germine in dies calescente, humor per radices adductus, vnà secum medio calore è terra defert alimentum, quod in stipulam, corticem frumenti, thecã, ipsum frumentũ, atque aristas partitur.

Frumenti

A Frumenti stipula nodis cingitur, vt veluti compages, spicarum pondus sustineant. Præterea & ipsa stipula vacua est, vt granum receptaculum habeat, ne frugilegorum prædæ facilè sit expositum, & contra minorum animalium morsus munitur pro spiculis, vallo aristarum. Verùm auena tota inanis cernitur, cùm capite non grauescat. Et si cum esculentis simul venena nata conspicimus, quale est Veratrum, Aconitum, Mandragoras, & succus Papaueris, nullum tamen horum supernacaneum est, sed suum vsum habet: Cicuta namque pascuntur Sturni propter corporis constitutionem; etenim cùm sint poria circa cor angustis, hac ratione rem absorptam excernunt. Veratro coturnices vescuntur, propriáq; corporis temperatione, nullo afficiuntur incommodo. Medici Mandragora somnum conciliant, Opio summos dolores sopiunt, Cicuta immanes sedant appetitus, & tamen Veratro inueteratos affectus miti-
B gant. *Et lignum fructiferum faciens fructum*, & vno temporis puncto, quæ priùs minimè erant, è terra nata sunt, suis quæque proprietatibus, & formis, quibus quasi naturalibus notis à rebus reliquis secreta dignoscũtur. Oliua, & Palma, & Cupressus, in altũ proueluntur, & harum hæ quidem nec multis ramis nec nodis, vt Abies, Cupressus, & quandoque Palma constipantur; illæ semper virescunt, Oliua, Palma, Laurus, Myrtus, Picea, Cupressus, Abies, Iuniperus, Thya, & quam Arcades Phillodrin appellant. His adde Oleastrum, Cedrum, Pinum, Buxum, Ilicem, Aracem, Cicerculam. Rosa sine spinis tunc orta est, quæ tandem floris pulchritudini sunt adiectæ, vt iucundis propè situm mœrorẽ esse cernentes, peccati non obliuisceremur, cuius causa spinas, & tribulos nobis terram efferre indicatum est. Floret prima omnium Amygdala, postremáque pomum maturat, sicque dulcis ex amara, ima parte stipite circumforato, cuneóque ex picea arbore idoneo in internas partes adacto vsque ad medullam, ita enim succos minimè amabiles in dulces, cibóque idoneos commutat. Hoc idem salutare est, & malo punico acris
C succi, vbi namq; excepit cuneum, dulce euadit. Palma fœmina nutat in marem prona, quasi illius complexus desiderio teneretur, & agricolæ maris fructus ramis illius inserunt, sicque pristinam illi rectámque formam restituunt. Mori tardè germinant, tamen in fructu ferendo non sunt aliis posteriores. Oliua, Tilia, Populus, Vlmus post æstiuum solstitium folia supina deflectunt, suntque omnibus argumento solstitium æstiuum præteriisse. Ficus domestici fructus ne decidant, hoc præstant agricolæ, grossos ex caprifico decerptos, & inter se colligatos fico iniiciunt. Animal enim quod in grosso est minutissimum fundo fici domestici insidens, auram quæ circumfusa spirat, impedit, ne fructui molestiæ sit, ficúsque antequam maturescat, cadat, & cum hic fructus mollis sit, crassitudine foliorum operitur; vbi nucis solidus, leui foliorum tegmine velatur. Nec alia causa folium vitis scissum est, nisi vt ab aëris incommodis vua se defendat, solisque radios raritate excipiat. Sic nihil est in rebus inane, sed omnia Deus sapientia, quam effari non possumus, exornauit. Vna quippe aqua, quæ per radices delata attrahitur, alio modo truncum alit, alio medullam, alio corticem, alio lignum alio radices ipsas, & ex eodem humore in vite
D quidem vinum, conficitur, in oliua oleum, & in alio aliud, & in ipsis dulcibus fructibus, mira est pinguedinis varietas, aliud namque dulce est quod in vite gustaris, aliud in pomo, aliud in ficu, aliud in palma. Item variæ sunt & arborum lacrymæ, etenim aliud est lentisci lacryma, aliud balsami succus, qui omnium vnguentorũ præstantissimus est, ciúsq; apud Hiericho largissima copia. Indigenis illud acuto lapide ex surculis cedentibus, succus effluit. Tradunt quidã & succinum plantarũ esse succũ, qui in naturã lapidis concrescat.

Quarto die Deus *duo luminaria magna creauit; solem & lunam in firmamento cæli, vt lucerent super terram ad diuidendum diem, & noctem.* Hoc solis lumen vt primo illi nato lumini quasi vehiculum deseruiret, ordinatũ

E est: Etenim veluti aliud est ignis, & lucerna aliud; hic enim vim habet illuminandi, illa egẽtibus lumen præferendi & quemadmodũ aliud est candor, & aliud corpus candidũ, sic & hæc quamuis diuersæ naturæ creatoris facultas in vnũ copulata coniunxit, & caue putes idem esse diem, & solem Primum enim opifex simplex lumen condidit, quod & diem vocauit, deinceps solem ex lumine igneque conflauit. Quemadmodù enim terram ipsam in suo gremio ignem factum fouentem cernimus; ita & solem lumen gestantem. Cùm enim lumen & ignis simul in vnum conuenissent splendidissimus sol productus est. Sed fortasse aliquis cõtradicet; Vndenam hoc manifestum est, cùm nulla videatur diuisio; neq; enim lumen ab igne separatim perscriptum, neque ignem à lumine seiunctum conspicimus. Verùm is sciat quænam ignis in semetipso contineat, splendidũ scilicet, calidum, flauum, quæ sapientissimè, artifex
F secernendo, eorum compositionem manifestat. Cùm enim animals calorẽ indere cupit, ignis calorẽ sumit, & calorẽ illius, non tamen lumẽ possidet. Sed in animali calor à lumine seiungitur, rursus flauũ suscipit, & flauũ quidẽ, nõ autẽ calidũ splendidúmq; videmus. Iterũ calore segregato, splendorẽ tãtùm exhibet, vt videre est in fulmine, quod vbi scintillãdo erumperit, tãtùm lumen, nõ autẽ calorẽ progignit. Eodẽ exẽplo & in luna demõstratur id, quod dicimus eiusmodi esse. Hæc quippe solis lumine collustrata clarior fit, quemadmodũ & lumine diei sol. Aspectus enim lunæ similis est carbuni, vt in eius defectu videre est: nam sol vbi ab ea propriũ lumẽ subtraxerit, eã obscurat, vbi illustrarit totũ orbẽ implẽdo, accẽdit. Inductus nãq; quodãmodo solis lumẽ, splendidior fit, non alia ratione, & sol lumen diei circũseptus clarior est, & illustrior, die illa neq; vrẽte, neq; calefaciente, sed tãtùm illuminante. Solem autẽ ex igne cõstitui, illud argomento est quòd incendat, & torreat.

Ad diuidendũ diẽ & noctẽ, quasi diceret, solẽ diei terminis, lunã noctis inclusit; neq; aliud est nox quàm terræ vmbra, solis radios terrã interposita suo auferente. Vt enim in die, si quis lumẽ intercludat, vmbra effunditur, luménq; euanescit, sic & nox aëre circa terram tenebris obuoluto, cõstituitur, & sol quod à primo suæ
G creationis exordio lumen à Creatore accepit, in semetipso continuò cõseruat abditum, quod lunæ denegatum est, quæ illud sæpe crescendo, & decrescendo amittit.

Et sint in signa & tẽpora, & in dies, & in annos. Tẽporis Sol, & Luna origo est. Etenim dũ cursus ordinatè feruntur, certos temporum exitus efficiunt, vocatúrque tempus quando veluti quodam in circulo alterna, benéque constituta successionibus voluitur primum ad secundum & tertium ad id quod sequitur.

Illud, *sint in signa*, quoniam ineuntem tempestatem semper significant, caligo namq; aëris offusa Solis radios circumcludens minus luminis relinquit, veluti qui carbonibus similis cruore perfusus rubescit, cùm aërem vaporibus terræ condensatum discutere, dissoluereque nequeat. Inde tẽpestas ostenditur futura; & cùm quas dicunt areas (sunt verò circumscriptiones quædam rotundo ambitu, areis similes, & ex hoc nomen adeptæ sunt (solem cinxerint, ventos nobis innuunt sæuos, ac vehementes, nec non & Anthelij vocati, si cursu solis vnà ferantur, aërem nobis futurum maleficum
H pronunciant, & rursus si virgæ colore Iridis circa aurorã inter nubes cõspicuæ cernantur, vel imbres, vel tẽpestatem, vel vt plurimũ aëris mutationem præsignant.

Luna si tertio die tenuis cornibus, puróque nitore fulserit, stabilem ac firmam tranquillitatem promittit, sin verò cornua crassiora, subrufáq; visa fuerint, aquarum repentinum impetum, horridamque tempestatem portendit. Súntque instrumenta temporum Sol, & Luna; tempus dierum, mensium, annorum, sidera, mensium, seminum, messium.

Vergiliarum exortum, messis vindemiæque tempus occasu seminis denunciari scimus. Nauigantibus plaustrũ sidus viã aperit. Locos enim sidera significant, & ostendunt. Vrsa enim septentrionem plagam insinuat.

A Vergiliarum pars acuminata ad orientem spectans, hoc idem enunciat. Ipsius item visæ flexæ cornu, & lunæ pars quæ illustratur, orientē præmonet. Antequā verò hæc fierent, tempus non erat, sed spatiū ætásq; omniùm ea longa extraq; omne tēpus. Et hoc de signis dictū sit.

Tempora porrò horarum, sive temporis ipsius mutationes, ac vices, hyemis scilicet, veris æstatis, autumni, intelligendas esse censemus. Hyems tunc irruit, cùm Sol in partibus australibus commoratur, noctísque vmbrā apud nos satis diu productam longiorē omnino facit, ita vt aër circa terrā frigescat, vaporésq; humidi excitati, pluvias, glacies nivésq; producāt. Sed vbi rursum à meridiana plaga remigrando medium cæli permeat, æquinoctium fit, frigorisque, & caloris modum temperāt modici illius accessus, vel recessus, hinc ver esse incipit, quo herbæ germinant, arborésq; reviviscunt. Inde iam æstiuis temporibus ineuntibus ad ipsam Vrsam, sol cursāt magnos nobis efficit dies, & cùm diutius in aere versetur, ipsum torret, & terra vniversa exsiccata, fructus maturos reddit summo calore; vmbræque curtæ fiunt, cum sol illi locu supra verticem sit, lumenq; demittat. In breuissimis enim diebus vmbræ longissimæ cadunt. Iterum à meridianis in australes partes illo remeante, autumnus gignitur, multo calore sensim evanescente, hyeméque sine vllo incommodo accedente.

B Sol diei causa nusquam est, nemo id ita se habere opinetur; hūc etenim dies præcedit, & nox, sed est dux & princeps, & moderator illius, quēmadmodū & Psalmodus nobis insinuat. *Posuit* dicens *solem in dominium diei, lunam & stellas in dominium noctis.* Illius autem obtinet principatū, lumen in semet deportans, qui cùm in nostrū finitorem pervenerit, tenebris fugans, diē affert.

Luna, vbi duodecies iterum suum confecit, & peragrauit iter, anni spatium terminat, mensis tamen opus est intercalaris, ad horarum consensus exactam rationem perspiciendam. Annus enim solaris ab eodē signo, ad idem secundùm proprium solis motum reversio est.

Lunā decrescente animalium corpora rarescunt extenuata, & exinaniuntur: crescente augentur expleta. C Clam enim humiditatem calori commixtam indit, hinc fit sub lunā dormientium multā humiditate capita oppleri, & recenter iugulatorū carnes, & quidquid aliud hia nō absimile, lunæ aspectu subitò immutari, & ipsas aeris affectiones illius causā contingere. Nam Lunā nascente, si tranquillitas plenissima fuerit ventorum, repentini turbines, nubibus pulsis, & inter se conflictantibus, eriont; fientque in euripis reciprocationes aquarum, regressúsque maris in Oceanu; quòd si lunā nouissima primave, solis defectus fiet, hæc omnia vehementiora contingunt; interventu quippe lunæ solis radij occultati hebetantur.

Immensum quid est & ipsa luna; nugæ meræ illæ sunt, planéque liri, nobis à temulentis aniculis traditi, lunam veneficiis quibusdam propria sede moveri, & in terram delabi; & quisnam illam locua delapsam exceperit? neq; per errorem in fraudem inciderit, neq; quòd visioni paruum externæ videtur, parvum id esse iudicatu. Nostra enim visio, cùm ipsa parua sit, parua etiam, & ea quæ cernuntur, vt opinemur esse, efficit, proprium morbum rebus visis communicans, namq; etiam si quis è summitate montium, campos patentes, & in illis simul boves pascentes despexerit, formicas sibi videre videbitur. D Visio enim per aërē extenuata, & quasi evanescens, res sibi obiectas percipere non valet. Verùm lunæ corpus maximum esse, illa argumento sunt. Civitates enim in terrarum orbe, multum inter se distantes, longéque seiunctæ situ, quæ Orientem respiciunt, æquè omnes lunæ lumen excipiunt & similiter occasus, & meridianarum, & australium partium incolæ spectant.

Quinto autem die, *Deus aquis vt animarum viventium reptilia secundùm genus producerent iussit;* statimq; mare varia animantium genera peperit. Horum quædā non minus humo, quàm stagno consuescunt, veluti Vituli marini, quos vocāt Phocas, Crocodili, Equi fluviatiles, nec non, & Ranæ, & Cancri, quibus natandi non

E inest facultas, cùm enim natura id habeant, vt repant, ductu aquarum trahuntur.

Quædam animalia pariunt, veluti Vituli marini, Delphini, Torpedines, & his similia. Tantùm Deus iussit, & pisces omnes, sive illi in alto mari, sive in littore, sive in imis partibus, sive in saxis gregatim, vel sparsim vivunt, sive immensæ magnitudinis cete, sive minutissimi prodibant; naturali quadam cū aquis affinitate coniuncti. Paulisper enim si ab aquis separētur, spirandi facultate destituti, intereunt; nā branchiarū dilatatione, & contractione recipiunt aquā, & emittunt, vitalémque hunc halitum reddunt; nullus inter eos dimidiatos habet dentes, sed omnes illis acuminatis muniuntur, ne diu in mandendo impediti, cibum diffluentem amittant. Sanè enim tunc cibus malè perderetur, solus piscium Scarus dicitur ruminare, alimentisque aliis, alij sibi consentaneis vtuntur. Quidam enim luto vescuntur, alij alga, alij herbis quæ in aqua crescunt, quidam etiam se se mutuò devorant. F

Habent item & suas proprietates. Serra piscis alas habet oblongas, si nanc secundis ventis cursum tenentē suum viderit, alis in altum extensis, navis varios ingrediendo motus atq; figuras imitatur, & cum ipsis navigantibus de cursu certat, qui vbi quadraginta stadiorum spatium expleuerit, labore fatigatus, alis dimissis, summa aqua natās in propriū locū retro actus appellit.

Balæna quam Aspidochelonam quidam dicunt, in immensam magnitudinē adolescit, ita vt navigantibus specie ingentis insulæ repræsentet. Ea profundo namq; emergens eminet dorso multū supra aquas, quod duris asperisq; saxis vestitum videtur, & in eo fixi, palis naves alligant, quæ statim in aquam emergunt, cùm Balæna apricatione incaluerit, séq; in profundum immerserit; habet & vocem gravem, & fame os aperit, suauissimumque odorem emittit; ita vt pisciculi, illius odore ducti, omnes simul in eius ore constipentur, & propter immensam molem Atlanticum mare incolit.

Cancri ostrearum aluntur carnibus, qui cùm earum testas firmè contractas aperire non valeant, in earum plicas in locis placidis, & solis radiis patentes, calculum asperum clàm imponunt, easque frustra se contrahere tentantes commedunt. G

Echini sævitiam maria præsagiunt, lapillósque subeunt affixi, ne aquarum volutatione mobiles hinc inde trahantur.

Polypus ad similitudinem loci quem attingit, colorē mutat, adnatantésque pisciculos ad petram venatur.

Est paruus admodum piscis Echeneis appellatus, ingentes naues plenas ventis adhærens moratur, ita vt immobiles stare videantur.

Hydrus in fluminibus vivit, canino capite, Crocodilo infēsa, quē & somno sopitū interimit. Crocodilus enim dormit hianti ore, & Hydrus luto, cœnóque obvoluta, in os insilit, & interioribus omnibus exesis occidit.

Cæterùm Crocodilus est bellua simul, & piscis; longum inter caput & caudam, spatiū intercedit; Sed longitudini latitudo proportione haudquaquam respondet, cutis squamis asperis obducitur; color dorsi petræ nigræ similis est, aluus alba, pedes quatuor, in obliquū sensim curvati, qualis terrestris testudinis, cauda oblonga, & crassa, spinæ enim vnius ossis est terminus, cuius superior pars serratas habet cristas illisq; veluti serrarum acuminibus, quo cum certat, percutit. H Caput illius humeris adiungitur, & ad amussim dissectum est, nullo apparente discrimine, & quamdiu non hiat, belluæ caput est, vbi hiasit, totum os fit, vtpote qui ad humeros vsque hiatum protendit.

Hippopotamus equinis pedibus, & ventre, nisi quòd vngulis bifidis, quales bubus; cauda ei brevis est, & pilorum asperitate, quemadmodum etiam corpus reliquū carens, caput rotundum, paruum, ab equinis maxillis diversum, nares perquam parulæ, ac igninum fumum, tamquam ignis scaturigines quædam, spirantes, mentū latum, etenim ad tempora vsque hiatum protendit, & trina dentium serie constipatur. Præter hos, & gemini

prodeunt

A prodeunt corni aprugni, quos caninos vocant, nullis bestiarum voracitate inferior, ita vt segete plenum campum absumat, capitúrque hoc dolo. Observatis enim locis in quibus degit, venatores fossam excauant, arundinibúsque quasi tectum contignant, arenáq; cooperiunt, in eáque arcam ligneam subiiciunt, cuius fores in superiore parte ad fossæ altitudinem adapertæ sunt; & bellua eam superascendendo inconsideratè decidit, & in arcam delata, includitur. Venatoréſque celeriter accurrentes concludunt; secundum enim ab elephante ludo roboris locum obtinet; magnitudinéque corporis maximum quemque bouem æquiparat.

Pisces continent in se magnam vim caloris, & acutam, quare & citissimè quæ deuorant, puncto temporis esculentis in ventre putrescentibus digerunt.

Vulpes marinæ vbi piscatoris insidias declinare non
B valent, hamo devorato, exilientes, & excurrentes, funem prorodunt, & abeunt.

Crocodilus bellua est hominum vorax, tempore coitus, emersus è flumine, fœminam prope ripas adversam proiicit, hic namque solus supinus complexu venereo iungitur, deinceps manibus eam sustentatam rursus convertit; si eum alio eam concubuisse comperetit, auidum se esse Veneris simulans, quemadmodum priùs adversam odore deprehendit (est enim circa hoc acerrimi sensus) incesto flagitio, & stupro pollutam; hinc vnguibus aluo dissecta viscera illius deuorat. In ventre etenim mollis est, tenuisque cutis Crocodilo: dorsum eius maxima squamarum firmitate armatum est, ita vt & acutissimum ferrum adactum hebescens, cute intacta repercutiat.

Producant aquæ volatilia animarum viventium, & sine vlla mora volucrum omnis generis aer plenissimus. Illæ ex aquis ortum habent, sunt enim cum piscibus cognatione quadam, & affinitate coniunctæ. Pisces quippe alarum meatu aquas dividendo transnant, sic & volucres pennis per aërem transuehuntur; harum quædam carniuoræ suo aptam ingenio, moribúsque accommodatam corporis constitutionem nactæ sunt, vnguium tenacitatem, rostrorum aduncitatem, alarum pernicitatem, vt facillimo negotio, tenaciter arripere,
C atque discerpere possint, & lacerare; quædã frugilegæ, aliæ his omnibus aluntur, & sustentantur, & constructione inter se differunt omnes. Præterea harum quædam principatu non tenentur, sed sui iuris sunt; quædam dominationem alterius ferunt, & hæ quidem inuectitiæ, & peregrinantes, aliæ indigenæ.

Superbum quid est Gallus, at Accipiter singulari benevolentia homines prosequitur; Tradunt enim, Accipitres qui in Thracia sũt, æquè hominea societate quadam aucupari, in syluis namque densissimis immorantur, quia volatilium omne genus colit, & habitat frequentissimè, & vnà cum aucupantibus exercentur, ad similitudinem bellicæ disciplinæ, vt venatus aliquam partem accipiãt, homines quatiunt arbores, hinc volucres excitatæ abiguntur, & evolant, Accipitres superuolantes deprimunt, quas rostro perforato capite in terram proiiciunt, sicque illis hominibus felix & faustum aucupium comparant, illi captas aues diuisasque statim æqualiter cum Accipitribus partiuntur.

D Pelicanus filiorum amantissimus est hic enim dum pullos alit, ab illis alis in faciem percutitur, qui rostro eos repercussos interimit, & misericordia permotus, eosdem à se occisos luget per triduum. Postremò mater adveniens latus grauiter vulneratum effodit, & sanguinem suum super paruulos fundit, quo illi perfusi, reuiviscunt. Hi conchis hac ratione vescuntur, cùm illas validè constrictas perimere non possint, priùs eas deglutiunt, vt faucium calore, quasi glutino ferruminatas aperiant, quæ laxatæ, claustra resoluunt: deinde eas evomunt, & ex his quæ sunt esculenta, sine vlla difficultate eligunt, & edunt.

Palumbes non vbi pariunt pullationem faciunt, sed multitudine venatorum, locis mutatis, alibi paruulos nutriunt, vbi venatores fuerint odoratæ, ante pullos ex currentes euolant, & in semet venatorũ impetũ, & studium convertunt, interim filios, fuga parata tutantur, E
quibus in fugam datis, audacter volatus eorum matres prosequutæ, sublimi aëri se committunt.

Sua forma gloriosum Pauonem Indi ferunt; hic ornatum pandens, & pennarum speciosum theatrũ ostentans, dilectam à se femellam allicit; pulchritudinẽ hanc veluti pennatum pratum spectandã proponens, sanèq; Pauonis pratum quovis alio prato longe floridius est; in eius enim pennis aurũ seminatur, & omni ex parte purpura æqualiter convestitur, & vestit, inèstque illis quasi oculorum species.

Phœnix Pauonis narratur magnitudine, sed à Pauone pulchritudine, & colore secundus. Pennas enim auro, & purpura interpictas habet, caput concinno apice vndequaque & corona cohonestatur; circulus colore ceruleo est, & rosis similis; sic aspectu iucundo, & radios proiiciens veluti Sol in summo se collocat; F
ita vt & alij formam corporis illius tradiderint, quam hisce verbis descripsere.

Dupla quippe est ferè aquila magnitudine.
Alis autem variis, atque coloribus,
Corpus illius interscribitur.
Pectus verò illius purpureum nitet.
Crura signata exmilte, & circa collum
Croceo pinna vellere decoratur.
Caput eius diei cubili non dissimile,
Et melineis papillis contuebatur.
Et circa eas vndequaque quasi coccus diffundebatur.
Nullisque animalium erat pulchra voce inferior.
Rex igitur omnium auium esse videbatur.
Vt cõiectura indicari potest, omnia enim volatilia simul
Post eum contento cursu irruebant.
At ipse ante omnes tanquam taurus superbiens
Pergebat, celerem gressum voluens pedes.

Hunc dicunt vnigenum nulla successione generari, sed esse vnicum, & solum, & quingentis eum durare annis. Morti proximus, obitum enim suum ipse præsentit, in sublime delatus, solem orientem intuens, surculis odoriferis cõstruit nidũ, deinde à solis radiis totus crematur, & in puluerẽ omnino resoluitur, ex puluere deinde vermiculus nascitur, inde pullus, postmúsq; Phœnix. G

Aquila in educandis liberis iniustissima est, binos pullos excludit, quorum alterum sibi conciliat alterum alarum ictibus fugat, & expellit, labore, & tædio, vt aiunt, nutriendi; sed quam vocant Ossifraga, vt ferunt eiectum, abdicatúmque excipit, & educat cum suis. Verùm vbi pullũ Aquila enutriuit, apprehensũ volatu in sublimem aërem defert, & si eum adversus Solis radios firma acie intuentem conspexerit, & aëra pennis audacter secantẽ, vti genuinum alit fovendo; si conniuentem humectantémque animaduerterit, vti adulterinum, atque degenerem expellit.

Ferunt Aquilam senio confectam oculorum acie obtundi, alásque eius ingrauescere, hinc eam fontes investigare, delatásque in aërem alas à sole incensas exuit, & visum recuperare; deinde subitò petito fonte, tertiùm mergi, & renouari, quare & Psalmum dixisse tradunt, *Renouabitur sicut Aquila iuventus tua.*

Vultur vento concipit, neq; cum mari corpus commiscet, vivitq, annis centum; in excelsis atq; altis rupibus pernoctat, & nemo vbinã habitet, cõperit, vbi co- H
ceperit in Indiã proficiscitur, & lapidẽ quẽ vocãt Eutocium suscipit, super quem dum doloribus partus cruciatur sedet, & parit. Est autem lapis hic rotundus veluti nux & cùm quatitur veluti tintinnabulum sonum edit, alio in vtero lapide sonante. Aiunt Vulturem rosea vnguenta odoratũ interimi, neque semini, neq; viventi esse perniciosum, sed & mortuum omne volatile propter affinitatem abhorrere. Quum verò homines in aciem instruuntur, sequitur, nec ab illis carnium edax, cùm sit, disiungitur.

Ciconiæ cõsensu vno, & veniunt, & discedũt, has cõcomitãtur Coturnices, & vt par est, cũ illis auibus infẽsis simul bella gerũt, sociæ etenim reuertũtur. Ciconiæ

A in senecta pennæ excidunt, & filij suimet alis circumdatam fouent, & cibum abundè, lautéque subministrant, in ipso item volatu sensim vtrinque eam subleuantes alis, subsidium illi præstant.

Grues simul omnes æqua ratione volant; agminis dux, & præfectus, vna earum est, quæ vbi præfectpro tempore duxit, in extremum agminis abiens, primæ post se ducendum agmen committit. Dum dormiunt, vna omnes defendendo circumit, vbi mensuram spatij datam expleuerit, acclamat, & somnum capit, & alia rursus intermissam prouinciam administrat.

Est & Anseri vigil cura, & velox audiendi sensus, ita vt vel solùm adeuntes ipsos etiã insidiatores inuenientes, deprehendant; hac igitur ratione hostibus per cuniculos ingressis, & Romam magnam Vrbem vastare tentantibus, hi sensus naturali acie incolumem B seruarunt, repentina voce insidiatores custodibus prodentes.

Halcyon marina auis media hyeme circa maris oram fœtificat; cùm itaque oua incubat, venti comprimuntur, mare sine vlla perturbatione per dies septem tranquillatur, cùm antea validissimis ventis concussum intumesceret. Postquam eduxit pullos per alios septem dies, Dei munere, nulla ne minima quidem aura fluctus commouet, quamdiu pullus alit.

Perdix dolo, obtrectationi, & malitiæ seruit; cùm ipsis venantibus auxilio sit, aliena oua clam erepta educit; vbi verò pulli adoleuerint, ad suos secundùm genus parentes aduolant, eámque nudam & vacuam destituunt.

Libidinosæ Columbæ. Arbor est in Indiea regione, quam vocant Peridexion, dulces ferens fructus, hac columbæ gaudent, & in ea commorantur. Cæterùm Draco columbis infensus, metu declinat arborem; semper enim timore ab ea parte Draco expellitur, quam arbor patulis diffusa ramis opacat. Sed Columbæ eam vmbræ partem sectantur; si enim ab ea separentur, à Dracone interimuntur. Digna sanè est qua commoueamur columbæ natura; collum Solis radiis illustratum crebris colorum, purpurei, cyanei, ignei, ve- C luti carbonis rutilantis, lutei, rubei, & reliquorum omnium mixtionibus, ac speciebus figuratum spectandum proponit.

Cornix liberos humanissimè amat, & vno viro contenta est, pullos enim iam enutritos perpetuò pascit, eorum curam gerens, & vnà volans.

Nycticorax magis noctis, quàm diei amicus est.

Vpupa auis humanissima est; parentes enim senescentes primùm alis operit, deinde lingua eorum oculos leniter demulcet; tandem fouens eos pristinæ iuuentuti restituit.

Hirundo semel anno parit, dum nidum confingit, ore stramenta, lutum pennis prehendit, extremis enim aqua madefactis subtilissimo pulueri inuoluitur, sicque luti vsum sibi excogitat, & paulatim, stramenta luto veluti glutino consolidans, nidum construit, & pullos alit.

Turtur vnius tantùm concubitu contenta est, etenim siue mas, siue fœmina occiderit, nunquam fides coniugij violatur.

D Aves domesticæ omni tempore concubitus appetunt. Aquaticæ veluti Anates & Cygni & his similes diuisos pedes non habent, sed latos, & membrana coniunctos, vt faciliùs in aquis natare possint, membranis pedum quasi remis aquarum vim pellentes.

Cygnus collum pedibus longiùs protendit, quo pisces è fundo arripit plures.

Auium multæ tempore anni mutant, & colorem, & vocem. Merula namque ex nigra rufescit, & ex canora balbutit. L. scimiæ item vox, & color Solstitio mutatur, & in somnis modulatum edit sonum.

Quædam etiam aues bruma non esuriunt, aëre solo, & eo rore qui herbas rigat, illis famem pellente, sed & ventris voluptatibus dominantur. Quibusdam enim vere, & autumno æquinoctio ipso, quibusdam semel E per tempora anni stati concubitus. Aues fœminæ quousque conceperint, marem admittunt, postquam conceperint, auersantur.

Scarabæi rosaceo illiti repentè exanimantur. Apes, & Vespæ oleo madefactæ, meatibus occlusis consumuntur, quæ si aceto aspergantur, vitam recuperant, & respirandi facultate priuatæ aëre nutriuntur. Apes regẽ habent, & communem volatum, communémq; seruant domum; neque vlla exitum tentat, antequam rex ipse volatum inceperit, qui non ab illis eligitur, sed natura omnium tenet principatum, cæteris maior, forma motúmque lenitate illas vincens; habet enim aculeum, quo tamen ad vlciscendum non vtitur. Ceras ex arborum, satorúmq; floribus confingunt, & aquam guttasq; instar roris floribus diffusam, ore conuehentes, cerarum alueolis exonerant; hinc principio humidum est, sed tempore hominibus vsu efficaci, maturatum dulcescit. F Mellis item summa prudentia, studióq receptacula condunt, ceram in subtilissimam membranam extendentes, crebras, & continuas fauorum structuras conficiunt, vt simul latebus affixæ hæreant.

Locustæ vno consensu sublatæ, terras per latitudinẽ infestant, procedentes campos alios fructibus onustos conspiciunt, nec tangunt exitiosæ, sed ad præscripta illis loca, summo nisu contendunt, quasi diuinis iussibus pulsæ, neq; antequam illis detur facultas, messes, fructúsque erodentes vastant. Eas Seleucis auis insatiabili voracitate insecuta omnes absumit.

Noctuæ, vt ferunt, oculis interdiu caligo offunditur, noctu eam visu valere.

Quum Vespertiliones cubitum eunt, mutuo complexu suspenduntur, & si quem ab eo ordine diuelli contigerit, reliqui clamitant, eadem sola volucrum quadrupes est, & dentibus fulcitur.

Cicadæ imbre generantur, & obmutescunt quando rore concrescunt; earum alam & cantum, & strepitum edere asseuerant.

Sexto die iussit Deus *producere terram quadrupedes secundum genus, & reptilia, & bestias terræ, & iumenta, & omnia serpentia super terram secundum genus*, & statim omnia producta sunt, vt essent, quæ communẽ cũ G homine naturæ sensum habent, etsi non similem animã possideant, quamvis viuant, & motu, quem prima sanguinis natura, cùm ambientis aëris spiritu misceatur, elargitur, moueantur, diuersissimisq; sint inter se moribus, diuinam prouidentiam insinuantibus; nam & hæc ad eam commendandam, maximè conducunt. Quemadmodum enim germinum sapiens, & varius fructus, & rectus astrorum ordo, & Solis, Lunæque cursus inculpatus, marisque terminorum lex inuiolata, prouidentiã non repugnanter testificantur. Sic & animalium proprietas, ordinisq; perpetua, & nunquã immutata series, satis clarè prouidentiã demonstrans, quasi præco pronunciat, tanquam animus omnem hanc mundi mouẽat structuram. Et sanè ridiculus esset, qui eam denegaret, elementis omnibus confirmantibus, terra quidem ad fructus ferendos obtemperat, Sol, & Luna, & reliqua sydera à cursu sibi conueniente nunquã desistunt, mare legẽ sibi præscriptã incorruptã custodit, animalia omnia, siue aquis natent, siue aere volent, siue terra ferantur, nusquã in vsib. vitæ necessariis destituuntur. Quo- H modo igitur non erit, & à iustitia, & ab omni consilio alienus, qui penitus de medio prouidẽtiã tollit? Quænã ratio id docebit artificiosũ opus temere, fortuitóq; produci? vbi prudentiã perfectũ & elaboratum opus conspexerimus, eius artificẽ mente reuoluimus, imaginẽ pulcherrimè pictã intuiti eius pictorẽ admiramur nauem artificiosè, prudentérq; cõpactã videntes, naupegũ cõmendamus; Si igitur nos ipsi opera arte confecta cernentes in cognitionem prudentis artificis deuenimus, quanã ratione sapientẽ rerum omniũ prouidentiã partibus mundi elementorum ope conflatis, rectéq; dispositis, mentis oculis non cõprehendemus? Satis enim sunt & species, & formæ, cæteráq; ex elementis composita,

etsi

A etsi silentio indulgent ad eorum nobis artificem manifestandum. Solent etenim res ab aliquo confictæ parentem, & formatorem effari.

Cæterùm quemadmodũ elementorũ constitutio, providentiam perspicuam facit, sic & animalium varia natura, ejus nobis cognitionem ingerit. Generositas enim & iracundia vnà cum Leone nascuntur, illique solitudo, & recessus amica sunt, séque ex animalium frequentia tollit, cibos hesterna die acceptos respuit; recentiores capessit sensu acerrimo est, celerrimóque odore quodam venatores sentit, cursúque fertur in speluncam, vestigiis recenter impressis caudâ deturpatis, vt illis pulvere obvolutis, venatores consequentes effugiat. Cœcus illius catulus generatur, & tribus primis diebus custodiâ Leænæ asservatur, donec ille à venatione regressus in faciem efflans, videndi vim illi communicat. Quando verò hominem, vel aliud animal aggreditur, semet priùs caudâ, ceu quodam incitamento flagellat, vt P eta cecinit, *Il. V. v* 170.

B *Cauda verò lateráque, & lumbos vtrinque*
Verberat, séque ipsum excitat ad pugnandum.

In senecta quoniam ad persequendas feras, vires non soperant, vrbes obsidet, hominibus ad vitam conservandam inhians, sempérque illius os gravissimum omnium reddit & odorem, & halitum, oculos cùm dormit, patentes habet. Leæna vix, difficiléque vnius catuli partum sustinet; in ipso enim enixu vnguium acie, fœtus illius dilacerat vterum.

Pardalis vehemens est & repentino impetu præceps, cætera animalia tremenda vincit velocitate, & ante venatorum oculos ita pedum valet pernicitate, vt volare quisque diceret.

Vrsæ natura segnis, & peculiaris, mores malitiâ solertes, corpus grave. Sæpe itaque gravissimis vulneribus confecta, sibi parat medicamenta, siccissimo verbasco vulneribus obturatis; dum congreditur, & luctatur, artificiosè pedes complicat, & eum qui eum certat, supplantat, & medium validè correptum impetit.

C Taurus cornibus, quibus hostes vlciscitur, armatur, pedibúsque athletarum more pulverem in altum spargit, despicatus torvis oculis ardescens, cornibus inclinatis, & ira gliscente, toto corpore dimicationem poscit.

Aper si locatos insidiis venatores fuerit odoratus, viribus excitatis, nullus init contentionem, priusquam ad vicinas arbores dentes exacuerit.

Antholops bellua est vehementissima, venatu difficilis, oblongis cornibus, serrarum instar, quibus altas ingentésque circumsecat arbores, sitiens Eufratem fluvium petit, indéque poto hausto inter ericulas, quæ circa fluminis ripas virescunt, ludit, iisque colligatur. Etenim cùm sint tenuibus, & lentis surculis, inter se cornibus illius implicantur, illa gemens clamorem edit, quod cùm venatores persenserint, illico eam comprehensam interimunt.

D Est & apud Scythas, quos Loos vocant, fera, Tarandus nomine, cui magnitudo quæ bovi, aspectus, qui cervo; fitque assimilis cuicumque rei proximè venerit, colorémque omnium reddit, sive illa arbor, sive terra, sive quid aliud sit; hinc evenit vt difficulter capi possit, multorúmq; notitiam fugiat.

Eâdem ratione, & Chamæleon mutat colorem, redditque quemcumque proximè attingit, sive per pratorum viriditatem, sive per Soli siccitatem serpat.

Cervo inest sua timiditas, quamquam sit acerrimi visus, pugnámque cum animalibus, quæ humi repunt, committat, si quando enim serpens in saxorum rimam ingressus, fugiendo declinarit, siti ardens, ad fontes se confert, graviter namque siti inflammatur, ita vt exerta lingua æstuet, vt aëris frigiditate recreetur. Depulsa itaque potu siti, ad serpentis latebras, recessúsque accedit, inde extractum, pedibúsque conculcatum interficit. Et si vel cornuum frustum, vel pilorum in

E domo vratur, ejus nidore, animalia si quæ latitant, fugantur. Cornibus amissis, solitudinem quærit, prærupta saxa, inaccessaque convenit, deserti ssimasque incolit solitudines, quasi eo, quo se ab aliarum ferarum injuriâ arcere possit, deperdito; & cùm in amissorum cornuum radicibus vlcera gignantur, lucum multis arboribus consitum habitat, ne à muscis vulnera exugantur, noctúque pascitur parcissima; at verò cùm cornua eruperint, audacter, & liberè, meridiéque ipso procedit ad pabula, experiens si enata cornua sua firmiter sunt: (dum enim mollia increscunt, à Solis calore exusta franguntur) ad arbores collatum caput comprobat, advertumque affricat, repercutiendo, tentans periclitari si firmiter adhæreant. Phalangiorum morsibus, cancro vorato medetur.

Capra sylvestria in Creta, telis icta, herba quam Dictamum vocamus, pasta, nullo labore excutit accepta tela.

F Pardalis perfacilè capit animalia. Etenim cum sat noverit cunctas quadrupedes ejus odore mirè sollicitari, in profundis cavernis insudat, hæ verò quasi nidore quodam invitatæ, sagaciter persequuntur, vbi properatò in loca vicina convenerint, subitò correptas mandit.

Panthera cum cæteris animantibus, vno excepto Dracone, amicitias, & consuetudines jungit, minutis maculatum oculis, quasi stellis superpicta, valdéque cicur, & quamdiu cibo non eget, in latebris dormit; Sed post tres dies, fame dominante, egreditur, maximéque clamat, indéque ex ore suavitas quædam, odoris instar aromatum efflatur, quo animalia pellecta capiantur, & tum vicina, tum longinquiora proximè accedunt, sequuntúrque corporis varietate delectata. Verùm Panthera via non longa procedens revertitur, attentéque considerat, & ex animalibus quod illi collibitum est, impetu facto comprehendit.

G Diu gravescit vtero Elephas, decem enim annis gestat, seménq; concoquit, & senescentem fœtũ parturit, cum in foveam decurrando ceciderit, si alius Elephas inspexerit, via arrepta multos in vnum Elephantes cogit qui cum qui ciciderit, leniter, & quietè sustollentes extrahunt.

Draco apud Indos in Elephantis terga salit, totúmque ventrem circumflexu facilè ambit, & ex vena quam inciderit, avidissime, absque satietate sanguinem captat violento spiritu hauriens, ingentique strepitu. At Elephas exilit, proboscidéque latera verberat, quasi Draconem prostraturus, sed sanguine deficiente, cum saltare non possit, toto corpore tremit, nec multo post ruit, viribus debilitatis, vnáque secum obiuit Draconem. Et Draco vinculis quibus eum præstrinxerat, solvendis impar, Elephantis pondere pressus, suffocatus eliditur.

Ardenti equus in fœminam incitatur libidine. Tardus Asinus, auditu acer, & rerum recordans. Injuriarum memor Camelus. Immansuetus Lupus.

H Bos firmus, & constans; gratus est, dominorúmq; amicissimus canis, sæpe enim in itinere cum domini occiderentur, & ipse vnà consumptus est, alij & eorum percussores fassi sunt, & vt justas pœnas pro tanto scelere persolverent coëgerunt.

Hyænam alternis annis marem, alternis fœminam fieri, nonnulli crediderunt, quod falsum est: nam animal hoc cùm perditæ flagitiosæque sit libidinis, præter foramen quod sub cauda est, tumorem pudendo mulieris non dissimilem continet, in quo foramen non est, sed tantùm cavum, quod nullum vulvæ vsum exhibere valet, sed duntaxat inanis libidinis receptaculum extuberat, propter igitur immensam muliebria patiendi appetentiam, mari & fœminæ, singularis hæc proprietas dicitur inesse: dum enim plena foramina in conceptu salvando occupantur, inter se flagitiosissimè contra naturam, mixturam faciunt.

Lepus est in coïtu intemperantior, fœmina quolibet mense parit, quæ cùm peperit, rursus a lepore

A quemcumque sors tulerit, initur, & adhuc lactans concipit, nec vno contenta est.

Gryphem magnitudinis immensæ ferunt, ita vt vmbra illius prædium opacet, & veluti apud nos Aquila Leporem, sic ille Leonem facillimo negotio raptum prædatur.

Charadrius cujus Moyses meminit, *Leuit.* 11. 19. *Deut.* 14. 18. toto corpore splendidissimo nitet candore alterius coloris maculis nusquam aspersus; hujus effluvia obtusæ oculorum aciei mederi tradunt, immortarique tegiis, vitæ, & mortis hominibus ægræ, infirmæque valetudinis praenuncios. Cùm enim affectis viribus homo fuerit, Charadrium ita accommodat, vt eum adversis oculis intueri possit, qui si ad ægrotum attenderit, ægrotúsque ad ipsum, hausta infirmitate Charadrius per aërem, Solem versus volitat, ibique morbum hominis dissipatum disperdit, si non inspexerit, de laborantis interitu conjecturam faciunt.

Vnicornis animal est, & illud parvum hœdi magnitudine, eximia pernicitate, & vehementia, cornu in B summitate capitis vnico, hac porrò ratione capitur. Virginem incorruptam ante eum conjiciunt, cujus ipse in sinum insilit, ea complexu fovendo in regias defert.

Castorem animal facillimis moribus, & mansuetis, quies delectat, mirus testium ejus in medicinis vsus: persequentium venatorum, vrgente periculo, eos amputat, currentésque à progressu arcet. Si alij hoc idem petant, testes adéptos ostendit, eorúmq; cursus moratur.

Myrmecoleoni pater est, cui aspectus est Leonis, mater cui formicæ. Pater carnium, leguminum mater vorax, ambóque generant Myrmecoleonem, facie Leonis, posterioribus partibus formicæ, qui cùm neque carnibus, neque leguminibus vesci possit, jejunio vitam finit.

Onager gregibus imperitat armentorum, & editos mares truncatos mordicus privat testibus, ne qua facultas maneat generandi.

Echinus quasi pila corpore tegitur per omnes partes spinis hirsuto, quæ spinis Echini marini consimi-C les sunt; ad racemos vitis proficiscitur, hinc acinos divulsos, spinísque suo volutatu perforatos deportat.

Fallax, & improba Vulpes, quæ tali machinatione aves venatur. In lutum sordésque quæ occurrerint immergitur, aspergitur inde minutissimo pulvere aut paleis, solóque se prosternit patentibus oculis, vel spiritu in se contracto vt volucres eam tumefactam, mortuam esse ducant, dum ad eam convolarint, statim correptas devorat.

Lacertus exacta ætate, cœcus efficitur, in rimam muri, ad ortus Solis vergentem, accuratè ingreditur, & dum Sol oritur, oculos aperit, luménque illud, radiósque excipiens, illustratus redit ad sanitatem. Pari ratione, & tu, ô homo, dum peccando consenueris, mentéque fueris obcœcatus, justitiæ quærito Solem, vt in justitia renoveris, in eum aspiciens, oculísque animi videas illustratus.

Feras omnes spiritu, & calore Draco superat, va-D riásque figurarum formas exprimit obliquus, & tortuosus, & dum iter ingreditur, citissimè metam quam sibi proposuit attingit; & satis diu vivit, non tantùm enim senectam exuit, sed & in dies singulos magnitudine corporis crescit, ætate verò confectus per sui resolutionem deficit, nunquam enim antequam statutum vitæ terminum impleverit, morte propria afficitur, ne ab alio violenter necetur. Cum hoc Ichneumo habet internecinum bellum, vbi se in limo merserit, narésque cauda obturarit. Verùm & cum Ægyptia Aspide præliis hac ratione decertat, illa namque ingenti strepitu, tractibus circularis, caudam attrahens, è pectore vsque ad caput, saliens alta, excelsaque, amplo pectore, latis cervicibus intumescens, ira cumulata, sibilóque concitato, linguam vibrans impetum facit; at Ichneumo caudam tollens ictus irritos aversus excipit, nec non anterioribus pedibus flexis, totúsque prostratus, oculos tantùm conjicit, sibi cavens E ne vulnere gravi excepto exanimetur, sed vbi Aspidem cum cauda quasi cum fera decertantem inspexerit, promptè & præter expectationem irruens invadit in fauces, quibus obstrictis suffocat.

Lacertus quem dicimus Salamandram, sive in fornacem, sive in balneum ingressus fuerit, ignem tactum, non alio modo, quàm glacies extinguit.

Aiunt Viperam per os maris semen excipere, membróque exciso, illum occidere, quæ vbi conceperit, à filiis interimitur, namque exclusi in vtero, abrosa vulva, effractóque ventre, per disrupta latera erumpunt.

Serpens obcæcatur, ætate ingravescente, qui quadraginta dies jejuniis corpore laxato, saxi rimam intrat angustam, vtque se contrahens pellem senectámque exuit, & renovatur, dum sitit, priùs veneno deposito, fontanis aquis sitim depellit. Captis musculis, oculos eruit, nutritque, & iis cibo vtitur maturis, & pinguefactis; hominem nudum, si aspexerit, F non adit, vestitum aggreditur.

Basiliscus venenum pestiferum oculis jacit, ita vt hominem vel solo aspectu statim interimat. Spiritus ejus igneus, terram exurit, & herbas, & arbores, & hoc modo gigni, historiis proditum est, cùm plures angues in vnum conclusi, faméque vexati fuerint; est enim animal scelestissimum, alius alium sibi viciniorem comedit, fortiórque imbecilliore vorato, omnium anguium, quos loco cibi adbibuit, venenis plenus, ac refectus, fit Basiliscus, venenum habens perniciosissimum, ita vt vel solo necet aspectu.

Scarabeus ex bovino stercore, rotundæ figuræ, pilulas voluit adversus; ferunt hunc sex mensibus super terra immorari, seménque in stercoream pilam emittere, indéque oritur mas Scarabeus, nusquam enim Scarabeum fœminam invenire est. Propter hanc ejus naturam Ægyptij Scarabeum inter numina colunt, soli similem asseverantes, quod sphæram volvat, & sydera serpentium figuris assimilant, quòd tortuosum, & obliquum sit eorum iter. G

Formicæ dum frumentum congregant, annosum semen dividunt, ne rursus madefactum in fruges exeat è terra; hyeme non egrediuntur, quòd æstate sibi cibum satis commodum compararint.

Hirudo ex genere vermium animal in dulcibus aquis degit, si quis sitiendo avidè biberit, vnà & ipsam combibit, quæ propter nimiam levitatem cum aqua pota illabitur, inde maxima incommoda molestiæque accedunt corpori, illa sanguinem exsugente, & augescente, insatiabili namque sanguinis hauriendi cupiditate tenetur, & multoties affixa, nec evellitur, nec detrahitur, etsi Medici nitantur, donec pondere ipso sanguinis disrumpatur.

Inter Aspidem, cæteráque, quorum morsus vlcerat, & felem jugis discordia. A serpentibus, locustis, erucísque diffidet Ibis. Cerastis, scorpionibus, aliísque minutis reptilibus, Accipiter exitiosus est; hic hominis commiseratione flectitur, si enim in eum H mortuum insepultúmque inciderit, lacrymis decoctato, pulverem injicit.

Post mundi hujus fabricam expletam, vltimum hominem Deus procreavit, *Gen.* 1. 27. vbi calido frigiditate fracta, humiditatéque sicco constricta, nec non siccitate humido dissoluto, illum efficit omnibus vniversi partibus absolutum. Quemadmodum enim terra firma stabilísque cùm sit, aëre circumfuso circundatur, & vestitur extrinsecus, aër ordinem sequens, igne in semet sustentato, & rursus aqua irrequieto illius constricta circuitu; sic & homo veluti terra ex ossium solida natura, carnéque quæ eum complectitur, compositus, per nares flabilem respirationem, veluti aërem, quæ innatam illius caliditatem restinguat, & refrigeret, sortitus est. Aer enim nobis super caput effusus igneam aëris naturam, sua frigiditate inhibendo animalium vitæ vniversæ, temperatam reddit.

A Calidum quod in humano corpore est, immodicam pituitæ abundantiam dissipat, vti aquæ spissamentum conglaciatum. Venæ & sanguis in illis fluviorum instar se habent. Hoc pacto Deus hominem è terra perfectum, animâque rationis compote insignitum, deliciarum horto vt frueretur destinavit, *Genes.* 2. 8. Verùm vbi imperio non paruit, in terram hanc vti colonum eum ablegavit, vitâ illi in ea calamitosissimâ constitutâ, *Genes.* 3. 24.

Re itaque cum vxore Eva habita, duos suscepit liberos, Caïn, & Abel. *Genes.* 4. 1. Caïn agriculturæ, Abel pecuariæ studebat, *Genes.* 4. 2. nec vlla cum Caïn familiaritate jungebatur. Abel primitias Deo obtulit, quæ ab illo gratiosè acceptæ sunt, *Genes.* 4. 3. Caïn primum se rebus editis abundè exsaturatus, hostias præbuit ad sacrificium, quæ minimè jucundæ fuere, *Genes.* 4. 5. propter hoc graviter exardens, invidentia fratrem necavit, *Genes.* 4. 11. & Deus execrandum, & detestabilem omnibus declaratum, ex illa terra ejecit, qui multis magnisque itineribus peregrinatus in locum quendam Caïnam nuncupatum appulit, in quo omne nefas scelúsque admittebat, viatores prætereuntes insidiis aggrediebatur, eosque occidendo ipse latrociniis intentus prædas agebat, & ex spoliis innumeram sibi pecuniæ multitudinem, quæ verbis nequit explicari, paravit.

B Primus Caïn, mensuras, & pondera, terræque limites invenit; civitatúmque structuras, omnibus tunc temporis simplicem, miniméque curiosam vitam amplectentibus, *Genes.* 4. 17. Adam verò iisdem locis immoratus, plures filios filiásque habuit, in quibus præcipuus erat Seth, *Genes.* 4. 25. qui ætate ineunte, multas reperit virtutes, quarum imitatores posteros reliquit. Hic enim primus astrorum scientiam, totámque rerum cœlestium descriptam distinctionem excogitavit, quam, ne extremis temporibus evanesceret, tali meditatione, curáque servavit. Adam enim morti vicinus, Deum, vniversam hanc mundi naturam, & igne, & aqua exterminaturum, filiis suis vaticinatur, quo audito qui vnà cum Seth erant, duas erexerunt columnas, vnam quidem ex lapide, alteram cæsilibus latereulis extructam, & in his omnes cœli motus inscripserunt, ne eorum in astrorum scientia observationes, inventáque aliqua obscuraret oblivio. Si enim aqua, omnia consumi contigisset, lapidea illa columna C conservaretur, si igne testacea; cum itaque aquæ pluviæ terram inundassent, lapidea permansit, quæ ad hæc vsque tempora in terra Seiriad erecta conspicitur.

Genuit Porrò Caïn Enoch, *Genes. c.* 4. *vers.* 7 & Enoch Gaidad, & Gaidad Maleleel, & Maleleel Mathusala, & hic Lamech, qui duas duxit vxores Adan, & Selan, *Genes.* 4. 19. ex quibus tres habuit filios, ex Adan Iobel, qui jumenta suo studio educabat, *Genes.* 4. 20 & Iubal qui psalterium citharámque invenit, *Genes.* 4. 21. ex Selan Thobel, qui malleolis æs ferrúmque excudit, *Genes* 4. 22. Adam autem cùm vixisset annis decem, & nongentis, vita functus est, *Genes.* 5. 5.

D Enus filius Seth, nomen Domini speravit invocare, *Genes.* 4. 26. qui cùm vixisset annis ccc IↃx. mortuus est, *Genes.* 5. 11. & filius ipsius Caïnam vixit annis cc IↃx. & mortuus est, *Genes.* 5. 14. Maleleel filius annis IↃcc xcv. & mortuus est, *Genes.* 5. 17. Hujus filius Iared vixit annis cc IↃlx. & mortuus est, *Genes.* 5. 20. Filius Iared Enoch, cùm apud Deum plurimum gratiâ potuisset, translatus est, *Genes.* 5. 24. cujus filius Mathusala vixit annis IↃcc lxix. & mortuus est *Genes.* 5. 27. & Lamech filius Mathusalæ, cùm annis IↃcc lxxiii. vixisset obiit, *Gen.* 5. 31.

Lamech filius Noé, qui rebus administrandis, regendisve summa virtute, & vt par erat, cum gaudio, omnibus omnium generum mortalibus, vt à vitiis abhorrerent, virtutem amplecterentur, suadebat; ad septimam enim ætatem vsque homines Deum rerum omnium Dominum esse, sibi ipsis, statuebant, justitiámque expetebant. E

Tandem longinquo temporis vsu, omnibus se vitiis inquinarunt, à quibus eos cùm Noë, vt abstinerent, non posset indocere, eorum societatem stomachatus, in alios se terrarum situs contulit. Huic Deus mandavit, vt arcam ædificaret, *Genes.* 6. 14. tectorum quatuor, longitudine trecentorum cubitorum, latitudine quinquaginta, altitudine triginta, vt in ea simul cum cognatione, occlusus periculum, quod ex inundatione imminebat, subterfugeret; hoc enim supplicio Deus homines, qui id temporis vivebant, punire, deleréque cupiebat. Verùm cùm terram inundassent aquæ summitates montium, earum fluxu abditæ, occultæque sunt, *Genes.* 7. 19. Nam & nostris hisce temporibus in vertice Libani, lapides quidam ad ædificandum excidentes marinorum piscium varia genera inveniunt, quos tunc in cavis illis montium luto defixos concrescere contigit.

Sed arca aquis altiùs sustentata in summitate montis cujusdam, qui in Armenia est, stetit, *Genes.* 8. 4. & aqua cum cessasset, qui in ea erant, omnes egressi sunt, *Genes.* 8. 17. & locum illum in præsens Apobaterium incolæ nuncupant, arcæque reliquias monstrant, & ejus bitumine, ad averruncanda mala vtuntur. F

Noé verò è vita migravit nongentis, & quinquaginta annis exactis, *Genes.* 9. & 29. & filij ejus alios omnes timidos, atque ignavos, aliam enim futuram terrarum inundationem suspicabantur, vt è monte discederent, planissimáque colerent loca, persuadent. Deus ad sedandas seditiones, quæ propter eorum multitudinem conflari possent, in alias regiones, colonias deducere jubebat; at hi non audierunt præcepta, cùm optimam terram colerent, & vberes, maximósque perciperent fructus; novis itaque eos calamitatibus vexat, vt coloniam mitterent, qui nec sic divinæ voluntati obediunt, & eam terræ vbertatem, fertilitatémque non divinis placitis, sed suismet viribus, industriáque parari opinabantur, in eámque eos sententiam perducebat Nebroth gigas temerarius, & audax, maximisque viribus valens, qui eos vt cultum sibi offerrent, à Deo aversos coëgit, *Genes.* 10. 8. Quin & turrim illis exædificandam committit, quæ summitate cœlum attingeret, jactans Deum vlturum, si iterum mundo inundationem tentasset, *Genes.* 11. 3. G

Multitudine igitur summo studio, ac contentione illius insaniæ opem ferente, & dicto citiùs turrim extruente, Deus linguæ eorum proprietatem repentè confudit, quare ob linguarum varietatem dispersi sunt, *Genes.* 11. 7. Indéque locus nomen Babylonis adeptus est, *Genes.* 11. 9. Babylonem enim confusionem Hebræi nominant.

Vnusquisque itaque terram, sibi obviam occupabat, sicque continentia loca, atque maritima, nec non & insulas implebant; navibus enim per mare trajecti in eas advehebantur.

Gentium autem quædam conditorum nomina servant, quædam illa commutarunt, Græcorum imperio subsecuto, qui suis nominibus gentibus ornamentum addiderunt, legésque illis proprias communicarunt, vt gloriam conditorum sibi tribuendo captarent nec vllam posteris de majoribus suspicionis ansam relinquerent. H

Noe liberos procreavit tres Sem, Cham, Iapheth, *Genes.* 10. 1. qui à Tauro, & Amano montibus initio ducto habitarunt. & in Asiam progressi sunt vsque ad Tanaim flumen, & in Europa vsque ad Gadira.

Fuerunt autem hi, *Genes.* 10. 2. Gamer, qui Gamerenses, quos nunc Galatas vocamus constituit. Agod Magodenses, quos nunc Scythas. Adai Madæos, quos nunc Medos. Vuan Ioniam, & Græcos. Obel Theobelos, quos nunc Iberos. Otoch Meschenæos, quos nunc Cappadocas. Theiras Theirenses, quos nunc Thraces.

Gomer

A Gomer autem filij fuerunt tres, *Genes.* 10.3. Schanax, ex quo Aschanaxæi, qui nunc Rhegini, Riphath, ex quo Riphatæi, qui nunc Paphlagones. Thygrammais, ex quo Thygramenses, qui nunc Phryges.

Filij Iova tres, *Genes* 10.4. Elisasa, ex quo Alisæi, qui nunc Æolenses. Tharses, ex quo Tharsenses, qui nunc Cylices, ita enim antiquitas Ciliciam appellavit, quando & adhuc Metropolis eorum Tharsus nomen conservat. Cethim, ex quo Cethima Insola, quam nunc Cyprum nominant, & illius causa omnes insulas terrásque maritimas Hebræi Eththo appellant.

Filij Cham, *Genes* 10.6. quæ à Syria, Ammano, Libanóque montibus incipit, terram occuparunt, omnésque illius partes, quæ mare respiciunt, invadunt regionibus, vsque ad Oceanum, vendicans; & horum quorundam appellationes omnino mutatæ sunt, aliorum in alias difficiliores; paucorum verò nomina
B integra vsque ad hanc diem servantur. Fuerunt autem hi filij Cham, Chus, ex quo Chusæi, qui nunc Æthiopes. Mestrem, ex quo Mestræi, qui nunc Ægyptij. Phut, ex quo Phuti, qui nunc Libyes, & adhuc fluvius apud Mauros, totaque illa vicina regio Phuti appellantur, natio verò illa Libyæ nomen traxit, ex Liby Filio Mestron qui Provinciæ præfuit.

Chus fuerunt filij septem, Sabat, ex quo Sabaeij, qui etiam hoc tempore nomen simul cum regione obtinent. Evilat, ex quo Evilæi, qui nunc Tulr. Sabath, ex quo Sabatheni, qui nunc Astabari. Regmara, ex quo Allæi, qui adhuc eodem nomine compellantur. Iudadan, ex quo Iudadæi, Æthiopum natio quædam, adhuc ejusdem cum conditore nominis. Sebecatha, ex quo Sabacthenr, qui adhuc nomen retinent. Nẽbrod, qui primus dominatu Babylonem pressit, *Gen.* 10.10.

Mestrem filij octo, qui à Gaza vsque ad Ægyptum terram possederunt. At terra Philistiim per aliquod tempus nomen retinuit, tandem Palæstina vocata est.

C Chanan liberi vndecim, *Genes.* 10.15. Sidon primus genitus, qui sui nominis vrbem in Phœnicia extruxit. Amathius Amathinem, quæ nunc Epiphania dicitur, ædificavit, ídque illi nomen dedit Macedo quidam clarus ac celebris, qui in ea regnaverat. Aruccæus terram quæ in Libano est obtinuit. Arodius Aradum insulam habitavit. Alenassus, ex quo Asannæi. Samarius Samariam, Chettæus Chettæos, Iebusæus Iebusæos constituit. Amorsæus Amorræos, qui Bethel incolebant; Gersæus, Gergessæos, qui terram trans Iordanem tenebant, vsq; ad Philadelphiã. Evæos, Evæos; & Cinei circa Libanũ habitabant & Amaron. Eniaeim verò Gigantes Chebron, & circa eam Chettæi, & Pherezæi, permixtè cum Chananæis Palæstinam tenebant, & alij Raphiam, quæ Philadelphia est; sic & Gergesæi Gadaram Gergisamque vrbem, lacúmque Tiberiadis obtinebant, & Iebusæi, quæ nunc Hierusalem est.

D Sem quinque filij fuerunt, qui Asiam vsque ad Oceanum habitarunt, vel ab Euphrate principium sumentes. Sunt autem hi, Ælam, ex quo Ælamæi, qui nunc Persæ. Asur, ex quo Assyrij. Arphaxad, ex quo Arphaxæi, qui nunc Chaldæi. Aram, ex quo Aramæi, qui nunc Syri. Hi verò occuparunt à Mesopotamia vsque ad montes Ararat, qui sunt in Armenia. Lud, ex quo Lydæi, qui nunc Lydi. Cainan ex quo Canatæ.

Aram filij quatuor nati sunt, Vx, qui condidit Damascum, & Traconitidem, quæ inter Palæstinam, & Cœlesyriam media est. Vl, ex quo Lazonenses. Garher, ex quo Staphent. Mesoch, ex quo Massenij.

Filij Arphaxad, Cainam, *Genes.* 10. 24. ex Sogdiani; hic sydera observavit, & anguria excogitavit.

Cainan filius fuit Salæ, ex quo Susiani.

Filius Salæ Heber, *Genes* 10. 24. ex quo Hebræi, qui veterem retinuerunt linguæ proprietatem, cùm

E Heber in structuram turris minimè cum aliis convenerit, ideóque nec linguam mutaverit.

Filij Heber, Phalec, *Genes.* 10. 25. ex quo Adiabeni. Iectan, ex quo Hedramæi. Ideóque Phalec dictus est, cùm natus sit quando coloniæ mittebantur. Phalec enim Hebræorũ lingua divisio significatur, & tempore illius divisi sunt. Et qui jam hujus mundi durationis numerot esse existimatur, in duas partes pares, æqualésq; divisus est, anni quippe ex quo mundus hic conditus est, elapsi sunt tres mille. Etenim mundum hunc ad sextam chiliadem duraturum opinamur, quando & sex diebus Deus, vniversum hoc perfectum, omnibúsque suis partibus edidit absolutum; & apud Deum vnam diem pro mille annis computari opinor, ait quippe, *Domini dies quasi mille anni, Psalm.* 89.4.

Ab Adam itaque vsque ad obitum Phalec anni tres mille annumerantur, & ad Domini adventum, & resurrectionem, anni quinque mille quingenti triginta & vnus, ita vt ad sextam chiliadem absolven-
F dam tantum quadringenti * quinquaginta novem desiderentur. Signum verò huius mundi consumptionis Sabbatum est, ideóque non abs re diebus novissimis Dominus in mundum adveniens, die Veneris dolores sustinuit, quæ est dies sexta, ejúsque diei hora erat quasi sexta, *Ioan.* 19.14. dum cruci affixus est, quo nobis sextæ chiliados dimidium significatur, ideoque definitè non dixit hora sexta, parum à numero aberrare, sermone hoc nobis innuens. A Christo ad trigesimum annum Constantini numerantur anni * CCLXIX. & quemadmodum Ionas tribus diebus, & tribus noctibus in ventre Ceti commoratus, salvus restitutus est: sic & nos omnes tribus temporis intervallis in terra consumptis, resurgemus, quorum symbola Salvator noster expressit tribus diebus, & tribus noctibus peractis sub terra, satis dilucidè erudiens prædictis intervallis temporis completis, resurrectionem nostram affuturam, sæculi consequentis principium.

* Sexaginta novem.

* Ista supputatio repugnat Chronologiæ cõmuni.

G Iectan, *Genes* 10. 26. liberos habuit Salmodad, ex quo Iudi. Saleph, ex quo Bactri. Asarmoth, ex quo Arabes. Iarach, ex quo Carmani. Odorra, ex quo Mardi. Iezil, ex quo Arriani. Decla, ex quo Cedrusij. Gebal, ex quo Scythæ. Abimeel, ex quo Hyrcani. Sabeu, ex quo Arabes felices. Vphir, ex quo Armenij. Evilat, ex quo Gymnosophistæ; hi omnes filij Sem.

Sala gennit Ragau. Ragau, Seruch. Seruch, Nachor, *Genes.* 11. 22. qui Chaldæorum vaticinandi artem, & syderum vias tradidit.

Hujus temporibus filij Noë Idolorum cultibus se dedere, vitiáque omnia exercere, vrbes extruere, reges creare, obsidione cingere, prædari, captivare. Nachor genuit Tharra, *Genes.* 11. 24. Tharra Abraam, & Nachor, & Aram. Aram, Lot, & Sarram, & Melchan, *Genes.* 11. 22. Aram in Vrbe Chaldæorum, quæ Vrel dicebatur, vita privatus est, *Genes.* 11. 28. cujus & in hæc tempora sepulchrum ab omnibus visitur, decessítque in incendio, quo Ha-
H bsam idola patris sui conflagravit, dum illis vt subveniret, domum esset ingressus: Vxorésque ducunt sorores, Melchan Nachor, Sarram Abraam, *Genes.* 11.29. Neque id præter jus agunt, cùm nulla antea lata esset lex, quæ hoc vetaret. Etenim si ab omnium communi parente Adam, ejúsque vxore editos, tum mares, tum fœminas, quamvis essent & fratres, & sorores ad procreandos liberos natura ipsa fratres sororibus, vt conjungerentur, collocaréque in matrimonio, necessitate quadam compulit, sic & qui eos sequuti sunt, dum adhuc in prima illa successione legis viverent, majorum mores aptè, congruentérque amplectebantur.

Porrò Tharra Chaldæam odio habens propter acerbum filij luctum, in Mesopotamiam se contulit, ibique cùm annis ducentis & quinque vixisset, diem suum obiit, *Genes.* 11.32.

A Es eo enim tempore vita hominum contrahebatur, angustioribúsque concludebatur finibus, vsque ad Moysis ortum. Etenim post Moysem vitæ humanæ terminus constitutus est annorum centum & viginti, quos cùm & ipse Moyses peregisset, vitam cum morte commutavit.

Verùm Abraam térque quatérque beatus, in Astrorum scientia erat excellens, & singularis, majoribúsque quàm alij cogitationibus virtuti operam dabat: Cùm omnes filij Noë in superstitiosum Dæmonum cultum corruissent, solus hic, Deum rerum omnium esse Creatorem definiit à Solis, Lunæque commutationibus, reliquísque quæ in terra, aere, maríque contingunt, conjectans. Quidnam, ait, si facultas, robúrque in illis est, nullam sui ordinis conservandi curam gerunt, sed illa frustrantur? Ex his itaque fatendum est, ea non innata vi, etsi de genere humano quàm maximè bene mereri videntur, sed Creatoris voluntate perficere.

B Contra hanc sententiam Chaldæi, & Mesopotamiæ incolæ plura disputabant, & ab eo discrepabant, qui mandato Dei inde egressus, *Genes.* 12. 5. terram Chananæorum habitavit, deinde cùm fames ingens eam regionem vexaret, Ægyptum advenit, *Genes.* 12. 10 atque Ægyptios qui varia sentientes, legésque proprias persuadantes, evertebant, instruxit, nihil eos vel momenti, vel ponderis cogitare, neque decernere; quare propter prudentiam, sapientiámque summa cum admiratione laudatus, Arithmeticæ illis, Astronomiæque artem tradit; ante eum illius accessum, harum scientiarum Ægyptij rudes erant, quibus imbuti, eas postea cum Græcis communicarunt; reversóque Abraam ex Ægypto, *Genes.* 16. 4. filius Ismaël nascitur ex ancilla Agar, quæ Agarenis, Saracenísque, quemadmodum Ismaelitis Ismael, origo fuit.

Lot sejunctus ab Abraam, *Genes.* 13. 10. regionem Sodomenam domicilium habuit, quæ propter nefarium scelus, cœlesti incendio conflagravit, *Genes.* 19. 24. & nostris temporibus ejus incendij reliquiæ cernuntur. C Videntur namque civitatum quinque vestigia, in quibus fructus assurgit, qui exteriùs esculentis similis apparet, tactu pressus fumum exhalat, & fatiscit in vagum pulverem. Huic regioni proximus est Asphaltites lacus, qui priùs erat vallis, puteis bituminе plenis; mersa regione, lacus crevit, qui & mare mortuum vocatur, dirus natura, sterilísque, & vndis levibus, ita vt sive lapides, sive ferrum, sive aliquid aliud grave in illum projiciantur, non ima petere, sed rursus tanquam à vento efflatur, in summoque fluitat, in eamque vivi homines injecti egeruntur, mortui merguntur, lucernæque accensæ supernatant, extinctæ obruuntur. Sal amarum, & alumen bituminisque globos nigricantes tauris sine capite similes magnitudine gignit, & nautæ globos hosce arreptos, navibus onustis in litus trahentes deferunt. Naviculæ verò lignis bitumen compactum adhæret, & veluti lignum obdurescit, ita vt evelli, discindíque nequeat, præterquam lotiis, menstruísque mulierum aspersum. D Sola enim hac vi superari potest. Tradunt aquam quotidie tribus vicibus mutare colores, crebraque illorum mutatione ad Solis radios illustratam mirè videntium oculos afficere.

Verùm Abraam ætatis suæ anno centesimo, *Genes.* 17. 17. legitimum filium ex Sarra suscepit, *Genes.* 21. 2. & post octavum diem circumcidit, *Genes.* 21. 4 indéque mos hic circumcidendi pueros apud Hebræos invaluit. Nam Arabes qui & Ismaëlitæ, decimo tertio circumciduntur, cùm eorum primus parens Ismaël eo tempore fuerit circumcisus, *Gen.* 17. 25.

Abraham ita succedente Sarra. Ismaëlem abo transtolit, *Genes.* 21. 10. ne eo vita functo ipse quasi primus genitus de primogeniis contendens, Isaac detrimentum importaret. Ismaëlis itaque successores, terram quæ ab Euphrate in mare rubrum diffunditur, occuparunt.

Nec multo post, *Genes.* 22. 1. Deus vt sibi ad mortem Isaac offerretur, præcepit, & Abraam summam, E hoc esse notam pietatis, existimans, maximis conatibus, ad summitatem quandam pergit, rebúsque omnibus ad sacrificium aptè accommodatis, ita filium alloquitur.

Longis infinitísque precibus, vt mihi nascereris, ô fili, à Deo impetravi, in lucem edito omnia quæ ad tuam educationem disciplinámque conducere videbantur, ambitiosus insumpsi; in eoque solo summam mihi rebar felicitatem positam, si te adultum in extremo vitæ meæ die, rerum meárum, statúsque hæredem successorémque relinquerem. Sed cùm Dei beneficio atque munere pater tuus sim, rursum illi postulanti te offero. Sustine igitur generosè viriliterque hanc consecrationem: cedo enim te Deo, qui honore hoc à nobis vult decorari, propter ea quæ mihi benignus custosque præstitit. Abi igitur non communi omnium more mortem obiens, sed à patre proprio, rerum omnium parenti Deo, vice sacrificij præmissus, qui F tuum, ea est illius majestas, neque morbo, neque bello, neque vllo alio, quibus genus humanum conficinatum est, sed precibus, & sacrificio animum excipit. Tum Deum mihi tutorem, senectæque meæ moderatorem, vice tua præstabis.

Quibus auditis ita effatus est Isaac. Sanè quidem neque initio dignus judicarer, qui nascerer, si Dei patrísque judicium probaturus non essem, néque promptissimè vtriusque voluntati commissurus. Sed si vel pater solus hoc tentasset, impium esset non obedire.

Dum hoc loquitur, ad Aram, cædémque paratus progressus est. Sed Deus vtrius prompto alacríque animo perspecto, patri filium donavit, *Genes.* 21. 13. arieti loco sacrificij filij commonstrato, quem statim pro Isaac filio suo obtulit.

Primo omnium Abraæ, *Genes.* 21. 16. Dei verbum, in figura humana apparens, Gentium vocationem vaticinatum est, quam nostris temporibus in mundum adveniens, opere complevit, per evangelicam illius G in omnes Gentes doctrinam.

Isaac quadragesimo ætatis anno, *Gen.* 25. 20. Rebeccam sibi matrimonio conjunxit, *Genes.* 24. 67. ex qua duos suscepit filios, Esau, & Iacob, *Genes.* 25. 25.

Et Abraam, mortua Sarra, Chetturam ducit vxorem, *Ibid.* 25. 1. & ex ea sex habuit liberos, Zembran, Isczan, Maden, Madianen, Lusubacum, Suum, natos.

Et ex his filij Suo Sabacanes, & Dadanes, & ex hoc Latusimus, & Asurus, & Luobus, Madamo, Hecha, Tophres, Amochus, Ebidus, Eldus, quibus omnibus, Abraam, antequam nascerentur, providit, quique Troglodytem, partésque felicis Arabiæ, omnéque quod vsq; ad mare rubrum protenditur, tenuerunt, & ex Assur Assyriæ nomen est. Sophren in Libyam, copiis ductis, eam occupavit, & posteri illius nepotes scilicet illius habitatores, ea ejus nomine Provinciam, Aphricam vocavere. Hi Herculi Terrigeno Antæo bellum inferenti auxilio succurrere. Vaphræ filiam sibi matrimonio copulat Hercules, ex qua Bodo- H rum filium suscepit. qui filium genuit Sophonam, ex quo barbarus Sophonas vocant.

Abraam c L x x v annis peractis, *Genes.* 25. 7. è vita decessit, *ibid.* 8. Iacob Esaii benedictione prærepta, *Genes.* 27. 27. in Mesopotamiam migravit ad Laban matris suæ fratrem, *Genes.* 28. 5. cui cùm quatuordecim annis ministrasset, duas illius filias duxit, Liam, *Genes.* 29. 31. & Rachel, *ibid.* 28. quàm, & ardentiori amore prosequutus est. Illius autem desiderio exarsit, non pulchritudini succumbens, etsi litteris proditum sit, Rachelem pulchram specie, & decoram facie fuisse, sed quòd simul, atque illam inspexit, veluti divina dispositione sibi obviam prodeuntem benignè salutaverit, *Genes.* 29. 9. impensiúsque dilexerit; mirum hoc, & Rebeccæ matri vsu venisse comperiens, *Genes.* 24. 14. cùm servus Abraæ, precibus effusis,

in

A matre, fratres filios habuerunt; quia duplici genere Iacob, & Heli oriundos comperimus. Heli porrò vxore ductâ, sine filiis obiit, & frater ejus Iacob eam sibi conjunxit, vt secundùm legem filios fratri excitaret, nascitúrque ex ea Iosephus. Ita vt natura quidem Iosephus filius sit Iacobi, lege Heli.

Digna certè est quæ percurratur historia, quam Iacobus quidam recenset de Beata Virgine, hisce verbis enarrans; ait namque in Tribubus Israël virum fuisse opulentum nomine Ioachim, qui diebus festis munera Deo duplo majora aliis offerebat, vt sic populo omni, sibique divinum numen placando propitium redderet. Iam celeberrimo die festo appropinquante, omnibúsque, vt moris erat, munerum magnificentia donantibus, primus hic vt primus deferret, accurrit, sed Ruben quidam eum remoratus est, non licere ipsi primum offerre affirmans, qui in Israël adhuc sine prole degebat. B Hinc mœrore obrutus, deserta petit, ibique tabernaculo extructo supplicibus votis Deum orabat, vt & sibi, quemadmodum Abrahæ, legitimæ prolis concederet fœcunditatem; solum enim hoc se dono in Israël carere cognoscebat, & sic in quadraginta dierum jejunio Deum deprecabatur. Similiter & ejus vxor, vestitu inculto, & horrido tecta, prolem à Deo precibus poscebat. Sed cùm magna dies Domini venisset, veste se pretiosa ornavit; nefas enim erat illo die, luctuoso habitu vestiri.

Circa igitur horam diei nonam sub arbore in viridario suo sedens, his verbis Deum obsecrabat, Deus patrum nostrorum, benedic mihi, & exaudi orationem meam, sicut benedixisti vulvæ Sarræ, & dedisti filium illi Isaac. Hæc quum diceret, in propinquam arborem aspectum referendo, aspexit C passerem pullis suis incubantem; hinc amarè repetito suspirio, ejuláósque dixit: Heu Domine, quando nec hisce volucribus fœcundis assimilor! & talia dicenti, Angelus Domini apparens, liberorum prænunciat susceptionem, quibus auditis gignendum illico Deo offerendum promisit.

Hæc eadem in monte Ioachim, Angelus manifestavit; quare rediens è monte decem agnas præbet ad sacrificium, & Sacerdotibus duodecim vitulos, & Senatoribus, & populo vniverso centum hircos. His sacrificiis in templo Domini factis, domum suam revertitur, & re cum vxore habitâ, suscipit ex ea filiam, vocátque Mariam, quam jam trimulam in templo Deo consecrarunt.

Verùm illâ duodecim annos natâ, Sacerdotes consilium capiunt, cuinam eam conjungerent in matrimonium. Zachariæque primario Sacerdoti demandant, vt in Sancta Sanctorum ingressus, Deum precaretur, vt sibi revelaret, cuinam esset collocanda, & Zachariæ oranti, Angelus apparens exponit, omnes populi viduos in vnum congregandos, quorum quisque virgam manu teneret, illique virgo D nuberet quam Deus signo manifestasset.

Egressus Zacharias Angeli mandata executus est, omniúmque virgis acceptis, Templum ingressus, oravit, rediénsque vnicuique virgam propriam reddidit; tandémque vbi virgam Iosepho consignasset, mirum quid accidit. Simul enim atque à Sacerdote virgam accepit, ex ea columba volans capiti Ioseph insedit; quare princeps Sacerdotum, Sacerdotésque omnes qui convenerant, rem admirati, pari voto puellam desponderunt, quam Ioseph acceptam custodiebat, & ea domi relicta, ad extruenda ædificia abit; erat quippe exercitio faber.

Per illos dies Sacerdotibus immaculatarum virginum ministerio, velum Templi Dei accommodandum esse visum est, & lectæ sunt in Tribu Iuda virgines septem. Sed cùm Mariæ Zacharias meminisset, vnà cum illis annumerari ipsam jussit, quibus domum Dei introductis, sortes jacere mandat, quænam scilicet aurum, & amiantum, & byssum, & sericum, & veram purpuram, & hyacinthum, & coccum præparatura esset, & sorti Mariæ purpuræ, & cocci opus obvenit. Idque cùm domi his rebus agendis operam daret, apparet Angelus, admirabilem illi partum, vt in Evangeliis, *Luc.* 1. 26. habetur, prænunciat.

Itaque opus sibi impositum expletum, Sacerdotum principi exhibet, & benedictione accepta abiit, & paulo pòst Christum secundùm carnem enititur *Luc.* 2. 7. Enim cùm Magi ab Oriente vt Regem cum muneribus adorassent, *Matth.* 2. 1. Herodes turbatus est, sicùmque ipse cogitabat, illico illum perimere, qui à Iosepho, & Maria in Ægyptum delatus, *Matth.* 2. 14. mortem sibi ab Herode imminentem depulit. Verùm Herodes, *ibid.* 16. ignorata fuga, pueros omnes qui erant in Bethleem, morte affici jubet, inter quos, & Ioannem adhuc infantem de medio tollere nitebatur. Sed Elizabet, eo arrepto in solitudinem aufugit, & precibus fusis, mons in duas partes divisus, eam vna cum puero excepit, & eos Angelus defendendo protegebat.

Mittit itaque ad Zachariam Herodes: Tradite mihi filium tuum, vbi occultus latet, nunciato mihi. Zacharias sic percunctanti respondet: Ego ad altare continuò assistens, quid actum sit de filio meo, non novi; his ingentem iram concepit Herodes, rursúmque ad eum scribit. Exhibe mihi filium tuum, nonne compertum tibi est, apud me tui sanguinis effundendi esse potestatem? Zacharias rescripsit: Testis sum Dei, Tu meum sanguinem, at spiritum meum Deus possideat, fac vt lubet. Illudque te non fugiat, sanguinem innocentem in vestibulo templi Domini te effusurum. Herodes his magis ac magis exasperatus, vt inter altare vocaretur antequam dies illucesceret, mandat, ne populus obstando, impediret, quominus occideretur.

Primo autem diluculo Sacerdotes in templum venientes obstupescebant, quòd illis, vt moris erat, non obviam prodiret primus Sacerdos, & foris expectabant. Itaque horâ dilabente, vnus ex his ingredi ausus est, qui ad altare concretum sanguinem conspicit, auditque vocem dicentem, Zacharias occisus est; nec ejus sanguis delebitur, donec veniat vltor: his vocibus animo fractus, egressúsque Sacerdotibus nunciat, qui introeuntes corpus non vident, sed solum sanguinem, scissisque vestimentis, mortem illius lugebant, populóque nunciarunt, & tribus diebus, & tribus noctibus in luctu fuerunt. Deinde Simeonem sorte, in ejus locum posuerunt, qui à Spirito sancto admonitus acceperat, se non priùs visurum mortem, quàm Christum Domini fuisset intuitus, *Luc.* 2. 26.

Narratur & alia quædam de Zacharia historia; fuisse in templo locum, in quem tantùm virginibus ingressis, Deum adorare non autem nuptis, lege sancitum, ac concessum erat. Maria igitur post Salvatorem genitum stetit, in loco hoc, quàm cùm impedirent, qui eam jam peperisse noverant, Zacharias fatebatur, eam dignam esse, quæ vnà cum virginibus commoraretur. Itaque eum veluti juris violatorem, & in locum virginum intrusum inter altare trucidavere. Et hæc per transennam, obitérque dicta sunt.

Porrò Ioseph à fratribus in Ægypto traditus, divino afflatus numine, Pharaonis somniis interpretatione explicatis, *Genes* 41. 25. totius Ægypti princeps nominatus est, *ibid.* 41. 39. & fame totum terrarum orbem affligente, fratres in Ægyptum se conferunt, frumentum, & ipsi vt fame indeterentur empturi, *Genes.* 42. 4. & à fratribus recognitus, *Genes.* 45. 3. simul cum patre, eos & vniversis eorum familiis in Ægyptum commutat, *ibid.* 14. Ruben etenim quatuor filij erant nati. Enoch, Phales, Asrom, Charmi, *Genes.* 46. 9. Simeoni sex, Iebuël, Iabein, Aod, Achic, Saul, *ibid.* 10. Levi tres. Gedson, Boach, & Menari, *ibid.* 46. 11.

A Iudæ quinque. Her, Aunon, qui vt superiùs scriptum est, decesserunt, Sebun, Phares, Zara *ibid.* 12. Pharea duo, Arron, & Iemoël. Issachar quatuor, Thala, Phona, Iasuph, Zabran, *ibid.* 13. Zabulon tres, Serder, Aldon, Aël, *ibid.* 14. qui omnes triginta tres ex Lia originem trahunt, & filia Dina. Nati sunt & Gad septem, Saphon, Angis, Saunis, Thasubath, Aëdis, Anoëdis, Ariles, *ibid* 16. Asser quatuor, Iemna, Ieul, Meria, & Syra filia, *ibid* 46. 17. Beriæ, Chebor, & Melehiel. Hi omnes sexdecim filij, Zelphas, *ibid.* 18. ancillæ Liæ, quæ nomine Liæ eos Iacubo generaverat. Sic & in Ægypto Iosepho nati sunt filij duo, Manasses, & Ephraïm, quos peperit illi Asineth, filia Petephræ, filij Heliæ, *ibid.* 20. & ex Manasse ortus est Machir è pellice Syra genere. Machir genuit Galad. Ex Ephraïm nati sunt filij Sutalan, Bad, Lan, ex Sutalan, Eden Benjamin item duo filij, Ballachobor & Asser, *Genes.* 46. 21. Ex Ballachobor, Geran, & Noëmin, & Laches & Esrun, & Mamphi. Mamphi genuit Arad; hi omnes Rachel filij numero decem, & octo, *ib.* 22. David filius fuit Nephtalim, Nephtalim Asiel, & Guymin, & Isaar, & B Sylem, *ibid.* 46. 24. hi filij Ballas ancillæ Rachel numero septem, *ibid.* 25. Sed beatus Iacob annis centum quadraginta septem peractis è vita migravit: primúmque vnumquemque filiu prospera ominando, varia diversáque benedictione benedixit, & Primogeniti benedictionem elargitus est Iosepho, *Genes* 49. 21. & non Rubin; quòd Ioseph Ægyptia voluptate minime delinitus, justus habitus est. Rubin ab ea superatus peccavit, *ibid* 4. præsertim cum ex Rachel primogenitus esset. Tribui Iudæ, *ibid* 3. & non Ruben principatum attribuit, quòd Iudæ pro muliere probrum objectum est; hic autem justus habitus, cùm candidè fassus esset se, non mulierem peccato obnoxium. Quin & hoc minimè illi regnandi provincia delata est, eùm reliquis tribubus, sola hæc constanter magis, magisque severè vt Deo injurias illatas vlcisceretur, laborabat; quapropter & Christum secundùm carnem, ex ea oriundum vaticinatur, & per eum vocationem Gentium C futuram. Levi summum sacerdotium dedit, quòd Amram ex eo ortus, Pharaonis dogma refellendo coarguit, filiúmque suum Moysem vitæ servavit. Tantùm Ruben frequentem vberémque numero declaravit, quòd ad Iosephum perdendum non consensit. Itaque mortuo Iacob in Ægypto, in Chananæorum regionem translati funeris exequias prosequuti sunt, *Genes.* 50. 7. similiter & filium ejus omnium. Tandem & Ioseph ex Ægypto secedentes, *Exod.* 13. 19. sepeliunt, *Ios.* 24. 32. vbi eorum generis author Abraam priùs humatus fuerat; eo in loco Terebinthus inerat, sub qua Iacob, Laban Idola abscondit, *Genes.* 35. 4. quam ad hæc tempora in majorem honorem, vicini ejus incolæ summa religione venerantur; ara quippe etiam nunc ex ejus stipite constructa cernitur, super quam holocausta, hecatombásque offerunt; traduntque eam baculum D fuisse vnius Angeli, qui ab Abraam hospitio excepti fuerunt, quem illò præteriens plantavit; ex hac multæ admirationis Terebinthus manat, igne enim admoto, tota in ignem accenditur, omnibúsque ex flamma in pulverem dissolvi videtur, verum vbi extincta fuerit, incolumis tota, omnibúsque suis partibus constans deprehenditur.

Post obitum Ioseph, Ægyptij beneficiorum immemores, & invidia æmulatione que accensi, variis calamitatum generibus, Israëlitas affligebant, *Exod* 1. 10. Etenim Israëlitæ ad labores suscipiendos integri robustíque virtutibus, & divitiis Ægyptios superarunt, vino obrutos, & otio & ignaviâ continuâ effeminatos. Verum vnus ex sacris Ægyptiorum scribis, Pharaoni quendam apud Israëlitas futurum prædicit, qui vniversa Ægypto mirum in modum depressa, nationi propriæ, maximis progressibus potentiam addet, gloria sibi, quam nulla delebit oblivio, comparata. Quapropter Pharao Hebræos modis omnibus perdere appetens, annóque versans laboriosas operas delegat, vt omnes Ægypti civitates mœnibus ejectis cingerent, vt fluminis impetum variis alveis effossis arcerent, aggeréśque extruerent, vt ejusdem, vbi evagari inceperit, aditus, incommodáque prohiberent; ad hæc ad Pyramidas erigendas, puerósque, qui apud eos nascerentur, in flumen præcipitandos decreto interposito compulerit, *Exod* 1. 22. existimans eum quem vates ad Ægyptum abolendam futurum dixerat, simul cum aliis in flumine mergendum.

E Erat itaque quidam ex Tribu Levi, *Exod.* 2. 1. nomine Amram, qui Iochabeth ducta, ex ea divinum Moysem susceperat, & ad tempus eum studiosius abscondebat: Sed vbi regiam legem nimis acerbè, duréque impleri vidit, metu ne deprehenderetur, cista puerulum accommodatum ad ripas fluminis exposuit, & filia Pharaonis lavandi se causa veniens, conspectam cistam aperit, puerique pulchritudine delectata, cùm careret filiis, eum F sibi adoptavit, & plurimis Ægyptiorum nutricibus convocatis, ad alendum puerum perdebat operam, earum quippe vbera abhorrebat, tandem mater clam admissa, Reginæ jussu lactabat, tantùm enim illius vbera sugebat, ab ipsis, (vt opinor) incunabulis proprium genus admittebat, externúmque aversabatur.

Itaque hunc adultum Thermuthis; sic enim Regina appellabatur; Moysem, quòd ex aquis servatus erat, nominavit, *Exod* 2. 10. Ægyptij namque aquam Moy, & servari Ses appellant, sed illum primum parentes Melchis nuncupabant. Erat autem aspectu festivus nimis, ita vt quicumque illi in via occurreret, obstupefactus discederet, maximéque eam pulchritudinem admiraretur.

Igitur hunc ætate auctum Thermuthis defert ad patrem, vt illum regni sui scriberet successorem exoG tans, infantémque in Patris manus imposuit, qui vbi eum accepit vlnis, pectori astrictum osculabatur, & pueri suavitate hilaratus Diadema capiti suo demptum, illius capiti imponit, sed Moyses illud in terram projectum, pedibus calcabat, quo viso scriba, qui ejus ortum prædixerat, eum esse, qui, vt oraculis acceperat, Ægyptiorum regna tanquam hostis esset invasurus cognoscens; ad eum occidendum aggressus est, sed viribus fessis abstinuit, & clamore edito dixit Regi.

Hic ipse est, ô Rex, quem nobis ex Hebræis oriundum divinum numen prædixerat regni Ægyptiorum insidiatorem, qui & nunc rerum futurarum non leve præbuit argumentum, quando ipsum regni insigne in terram dejectum conculcavit. Hunc si neci tradideris, Ægyptios ab imminentibus periculis liberabis, Hebræisque spem, & fiduciam, quam in eo posuerant, adimes.

H Hæc cùm ille diceret, Rex, ita providente Deo, remissior in eo occidendo fuit. Et Thermutis, è Regis manibus Moysem sublatum, secutè eum studiebat.

Porrò Æthiopes Ægyptiis finitimi, improviso impetu facto, obsidebant Ægyptum, Ægyptiósque ex adverso instructos, in fugam vertentes vsque ad Memphim & mare progressi sunt; ita vt Ægyptij oraculi monitu Hebræorum auxiliariis copiis in eos irruerent. Et Pharao tempus id opportunum esse, quo Moyses morte occumberet, opinatus, Thermutin rogavit, vt sibi Moysem exhiberet, sic enim eum Ducem Hebræorum eligeret, & jurejurando comprobavit, se illi malum nullum illaturum, sed tantùm copiarum Hebraïcarum ductorem constituturum; meditatus eum facillimo negotio, quasi militiæ rudem ab hostibus trucidatum iri.

A Thermutis patri, scribisque exprobrans, quòd quem veluti hostem interficere satagebant, nunc veluti adjutorem desiderarent confingant illis Moysem, qui propriæ nationis dux electus, Æthiopibus insciis, copias ducis per aliam viam, inaccessam scilicet, bestiisque infamem; alit enim bestiarum omne genus, ita vt quædam ex his etiam volent; ne quia autem à bestiis cæderetur, capsulas plicatas Ibibus plenas, vt quisque secum adferat jubet. Est enim hoc animal Aspidi infensum. Quando igitur per loca illa proficiscebantur, Ibes in bestias dimiserunt, quæ cum eorum impetum ferre non possent, consummabantur; & hac ratione præterpressus inexpectatus Æthiopes adoritur, illisque magnâ clade illatâ, reliquos aversos fugavit.

Æthiopes fugâ, vix morte repulsâ in civitatem Saba confugiunt, hæc enim erat eorum regia mœnibus validissimis aggeribusque septa, & propter Nilum inaccessa, quando eam vndequaque circumfluens, B æquè ac murus concludit, quare & Ægyptiis obsessu, difficilis erat. Moyses rerum consiliisque inops, in hujus provinciæ difficultate, exercitum ad Vrbem conduxit, variáque Ægyptiis meditantibus cum nihil eis succederet, filia Regia Tharmis nomine, vt per turres Moysem vidit, illius eximiâ formâ delectata, nec non & in rebus, magnis cogitationibus pervestigandis consilium admirata, ejus amore saucia, servo fidissimo misso, de nuptiis cum eo sermonem confert. Moyses id se facturum pollicetur, si illi civitatem tradidisset; illa repentè fœdus fecit, & vrbem dedit. Itaque bello sublato, & Ægyptiis in propria loca reversis, eam in matrimonium ducit, & Civitatem ædificat, & Hermupolin nominat; ita enim ab Ægyptiis Moyses nuncupatur, propter sacrarum literarum, quam habuit, interpretationem.

Erat & apud Æthiopas propter admirabilem sapiẽtiam in summo honore. Vsum enim navium, machinas ad lapidea excidendos, armaturas Ægyptias, instrumenta ad hauriendas aquas, ac bellica, primus omnium illis excogitavit. Etiam vniversam Ægy- C ptum in triginta præfecturas divisit, ad regnum Chenaphræ stabiliendum, cùm absque ordine à Regibus regerentur pro animi libidine Regem appellantes, & item repudiantes quem magis vellent. Propter hæc à Sacerdotibus vt Deus observabatur, ab Æthiopibus vt Rex: etenim, & circumcisionem ab eo acceptam ad hunc diem conservant. Primus namque vt historiis tradidit Eupolemus, sapiens fuit, & primus literas Hebræos erudiit, quæ beatus Abraam è Chaldæis detulerat. Harum enim primi inventores Chaldæi. Ea Hebræis Phœnices habuere, Cadmúsque has ad Græcos transtulit. Pòst adversus Æthiopas exercitum ductum in Ægyptum appellit, & Chenephras verbis eum laudibus plenis excipit, et tamen in eum mortem machinabatur; eum enim hominibus ejusdem generis spoliatum in Memphim secum ducit, interrogátque: Quid humanis vsibus esset accommodatum; & ipse respondit: Bovium genus D ipsi enim terram arant, & colunt. Igitur Chenephres Tauri Aspidis fanum vt exædificaret, multitudinem cum mandasset, Moysis res memoriâ dignas (erant autem hæc ære conflata Ibum excogitationem, & historiam rerum fortiter adversus Æthiopas gestarum narrantia) sub pavimento templi abdidit, vt ejus res gestæ, oblivione obscurarentur, & Hebræorum multitudinem, quæ eum tuebatur, in duas Provincias partitus est, partim enim in Æthiopiæ custodiam misit; partim in Iovis vrbe ad structuram templi, quod monti vicino, in lapides exciso, erat extruendum, olim enim ex coctis laterculis erat compactum: Item eum Ægyptiis nudatum amicis, interficere jubebat jusjurando fidem astringens, ne illi insidias has Moysi revelarent. Omnibus itaque consilium hoc recusantibus Chanenothes quidam sententiæ regiæ operam daturum se promisit, dolóque Moysi mortem illaturum; tunc temporis & Meroë; sic enim Thermu- E thia vocabatur; defuncta ingens oblatum se nactum Pharao existimans tempus Moysi & Chanenothæ jubet extra fines Ægypti filiæ justa facere, vbi cùm pervenissent, vnus ex consciis mentem Pharaonis illi communicat. Moyses sibi vndequaque cavens Meroem sepelit, & locum, & fluvium Meroëm ex ea nominavit. Ipséque ex Memphi Nilo trajecto, nomine Aaronis fratris in Arabiam fugit, quod vbi præsensit Chanenothes, stricto gladio adversus impetit. Verùm Moyses deprehensa manu, enséque illius arrepto, ejúsmet illius gladio jugulat, & in Arabiam ad Raguelem regionis principem migrat, *Exod.* 2. 21. & ex ejus filia Sephorâ sibi in matrimonium collocatâ, duos suscepit filios.

Pharao vbi Moysis factum audit, iram in Iudæorum multitudinem effudit, cósque internecioni tradi prorsus mandavit; tantùm enim eos cum lineo vestimẽto indui, vt faciliùs cognoscerentur, bene occidendos F Ægyptiis tradit, pro quo Deus maximo supplicio eum punivit; omnium enim hominum primus Pharao, elephantiasi fœdissimo fine, vitam amisit. Hujus, *ibid.* 23. in dominatu successor, simul & illius vitiorum hæres fuit. Iisdem quippe malis Iudæos conficiebat.

Inde maximo planctu interpellante, Deus eorum miseratus, *Exod.* 3. 14. Moysem in Ægyptum misit Pharaoni præcipiens Iudæorum nationem liberam dimittere in desertum, vt illi deserviret.

Hoc Moysis dictum ægrè ferens Pharao, comprehensum illico in custodiam tradidit includendum, & per noctem terræ motibus vniversus terrarum orbis conquassatus est, ita vt multi ex custodibus timore perculsi animam efflarint, multi etiam gravi somno correpti, membris fuerint dissoluti, ipsæ custodiæ fores patentes apertæ sint, Moyséque erepius ad regiam pervenerit, cujus portæ, dum terra contremisceret, divisæ sunt; & omnibus custodibus corporis somno correptis, Moyses excitavit Pharaonem, dicens: Deus misit me, vt Iudæorum populum dimittas, tibi mandans; ille perterrefactus quærebat, quis hic esset, G & quod nomen Dei, qui illum miserat. Moyses se ad aurem illius admovens, nomen Dei manifestavit; Pharao tanti nominis audiendi impar, voce amissâ in terram decidit, & accedens Moyses, eum erexit, noménque sanctissimum chartæ inscriptum, sigillo obsignavit, & vnus ex Sacerdotibus Ægyptiis, nomen hoc parvi facere ausus, statim spasmo vitam abjecit.

Pharao signum à Moyse poscebat. & Moyses baculum, quem præ manibus habebat, in terram conjectum, in serpentem commutavit, *Exod.* 7. 10. quem iterum cùm tetigisset, pristinam illi formam restituit.

Porrò cùm neque hoc cederet ad populum dimittendum, orante Moyse Deum, magnus terræmotus vnà cũ grandine factus est, vt qui terræmotum evitando è domibus egressus sit, à grandine perderetur, qui rursus grandinem declinando, in domos aufugeret, terræmotu corrueret.

Quando autem neque hoc flecti potuit, baculo Nili aquâ cæsâ totam ferè Ægyptum inundans fluvius pa- H rum abfuit quin immerserit, ita vt ab eo tẽpore ad hoc vsque ipse suos descensus iteret. Itaque Pharao Sacerdotibus omnibus, qui Memphim incolebant, convocatis, ni eadem quæ & Moyses miracula efficerent, mortẽ illis, Deorúmque fanis ruinam minatus est, *Exod.* 7. 12. qui carminibus magicis, vt solebant, Dracones vt serperent, fecerunt, fluminísque colorem mutarunt, ita vt his inflatus Pharao, maximis suppliciis Iudæos affecerit, & Moyses baculo pulsata terra, alatum animal produxit, quod Ægyptiorũ insidens corporibus operosis, molestísque vlceribus defatigabat, ita vt medicamenta nullam possent afferre vtilitatem.

Vt & in hac plaga Pharao induratus est, *Exod.* 12. 29. Tandẽ primogenitos totius Ægypti, morte delevit, quare ingenti luctu Ægypto occupata ẽ terra omnes

A Pharao Iudæos emisit, qui multam viam progressi, fluminibúsque Arabiæ trajectis, tertia die in mare rubrum conveniunt. Sed *Exod.* 14. 5. Deo eor Pharaonis indurante, rursus Ægyptij præteritorum malorum obliti cum Pharaone Israelitas sequebantur.

Cæterum nemo Pharaonem in rerum agendarum stuporem à Deo vi coactum impelli existimet; etenim Deum is injustitiæ accusat, dum dicit: Si ipse est qui cor indurat, vt quid indurato succenset? Verùm sciat, has plagarum inducias stuporis illi causam fuisse; cùm enim in eum plagas inferebat, populum dimittere promittebat; verùm vbi à suppliciis abstinebat, ille indurabatur, hoc enim, & verbis ipsis Scriptura nobis insinuat, cùm ait, *Exod.* 8. 15. *Videns autem Pharao, quòd facta esset respiratio, aggravavit cor suum, & non audivit eos sicut locutus est Dominus.* Et *Exod.* 9. 16. *In hoc ipsum excitavi te, vt ostendam in te totum robur meum.*

B Quæ dum audis, cave id malo sensu percipias, dicens: Quas ob causas punit priùs illos, vt sibi obstent, præparans? quare vapulant, si ab injustitia Deus abhorret? Sed scito primùm, quæ apud Scripturam adversari sibi videntur, non discursibus, sed exemplis dissolvenda esse.

Quemadmodum enim Medicorum optimi, qui humano generi, commodo, vtilitatique esse student, decreto vltimo morti subactos expostulantes, eos in membra incidunt, vt per morti obnoxios, homines fructum aliquem consequantur: Sic Deus omnem humanam sapientiam superans, per eum qui sine spe vlla medicinæ peccavit Pharaonem signa magna ostendit, eum qui supplicio dignus est, castigans, & eos qui illi succedent fovens, & sanans, salutis punitionem illius exhibens argumentum.

C Itaque Pharao, *Exod.* 14. 6. vniverso exercitu convocato, curribus ducentis, equitatu ad triginta millia, superveniens Israelitas sequebatur, qui, *Exod.* 14. 21. mare rubro, ita jubente Deo, in duas partes diviso per Moysem, iter habebant; & *Exod.* 14. 23. Ægyptij aversos eos invadentes, immersi sunt, baculo Moyse percutiente, & aquas in vnum congregante, *Exod.* 14. 31.

Postero die Ægyptiorum arma multitudine Iudæorum aquam vento pellente, delata sunt. Et Moyses hoc quoque divinâ providentiâ contigisse ratus illis ea sibi comparare mandavit, ne sine armis forent, *Exod.* 18. 1. Deveniunt tandem in desertum.

Et Raguelus, sive Iothor, vtraque enim appellatione nuncupabatur, venit ad Moysem, illi vxorem filiósque adferens, qui cùm totum Dei adversus Ægyptios opus admirabile audisset, obstupefactus, gloriam dedit Deo. Erat verò hic, vt ferunt, ex Abraam oriundus ex vno filiorum, quos ille ex Chetthura habuit, natus, ex Iezan enim natus est Dadan, Raguel, Iothor, & Obab; hunc Moyses, vti par erat, perhumanè acceptum in propria loca dimisit.

D Verùm Moyses, *Deuteron.* 34. 5. multis legibus maximo cum emolumento Iudæis latis mortuus est, ætatis annorum cxx. & Iesus filius Nave copiarum ductor succedit, *Deuteron.* 34. 9. & populum in solitudinem annos quadraginta commoratum eduxit, in qua adhuc Iudæorum habitationis vestigia integra cernuntur. Qui enim visendi causa ad illa loca profecti sunt, adhuc formas tentoriorum infinitæ multitudinis conspici asseverant, & Sinaium montem adhuc stare, in quo leges Moyses accepit, & quæcumque sigillatim scriptis prodita sunt.

Quærendum tamen est, Hebræi in Ægypto habitarunt annis cccc & xxx & non quindecim, & cc. nam temporum continuata descriptio, ccxv. innuit, sed Scriptura ccccxxx. ait namque, *Genes* 15. 13. peregrinum erit semen Abrahæ in terra aliena annos ccccxxx.

E *Primùm itaque observandum, non dixisse in Ægypto, sed in terra aliena peregrinum erit semen Abrahæ.* Aliena autem erat, & terra Chanaam, quam habitavit Isaac, qui præ omnibus ipse semen Abrahæ erat eximium. Erat quippe filius. Manifestum itaque est, eos antequam externorum terræ hæredes facti fuissent, peregrinos palasse annos ccccxxx. quemadmodum & Apostolus ait, *Gal.* 3. 17. *Testamentum prædeterminatum à Deo post annos ccccxxx. vt fructificaret promissio*: Et subdit, *Galat.* 3. 18. *Abrahaam autem per promissionem dedit Deus.* Consentaneum itaque est, eos in Chananæa habitasse annos ccxv. & in Ægypto itidem ccxv. qui simul sunt ccccxxx.

Cæterum ducente Iesu, *Ios.* 3. 15. populum, & Arcam testamenti per Iordanem, aquæ divisæ sunt in vnam concretionem, maximis spatiis dissitam, pars verò altera, quæ in mare Salium effunditur, in mare Arabum lapsa est, donec omnino defecit, F & omnes sicco pede prætergressi circa Hiericho castrametati sunt, *Ios.* 6. 1. Hæc maximis septa mœnibus muniebatur. Dei jussu, per eam dies sex obsidione cinctam, septima antequam dies illucesceret, vndique invasam tubis clangentibus, vniversóque populo vnanimi consensu ad clamandum à Sacerdotibus excitato, & opem ferente diripuerunt, repentè mœnibus collapsis, totámque Domino sacrarunt.

Pòst *Ios.* 8. 1. Hiericho, Civitati Hai insidiantur, eámque captam igne absumpsere, & Regem illius ligno appensum, ita Iesv præcipiente, cruci affixerunt, & occidente Sole, in vallem corpus illius projectum acervo lapidum obruerunt.

Gabaonitæ, *Ios.* 9. 3. vbi ad eos Iudaïcarum obsidionum fama delata est. (Erant enim eorum finitimi & propinqui;) malitiosè Israëlitas hoc pacto G eluserunt. Ne enim approximantes circa eorum civitatem castrametarentur, occurrunt illis veste, & calceis discissis induti, panis sicci, cariéque obesi, saccos, vtrésque vetustos portantes dixerunt: Nostra Civitas longè dissita est, panes enim hos recentes nobis paravimus, vestimentúmque quo volvimur, novum erat, cùm induimus, calceique novi, cùm eos pedibus adaptavimus, sed hæc omnia longum productúmque iter confecit inveterata. Inite igitur nobiscum pacem, & in amicitiam fœdúsq; vestrum nos admittite. Et beatus Iesus jurejurando amicitiam cum illis habitam stabilit. Deinceps eorum dolo comperto ab eis, ne jusjurandum violaret, abstinuit, sed ligna, & aquam Israelitarum populo advehere, pro fraude jussit.

Sed *Ios.* 10. 1. Adonibezec Rex Hierusalem, Gabaonitis tanquam illis qui ad Israëlitas hostes defecissent iratus, omnes finitimos Reges sibi auxilio jungens Ælam Regem Chebron, & Phidom Regem Ierimuth, & Sipha Regem Lachis, nec non & Dad Regem Sadollam castrametatus, obsidione premebat Gaboan. Gabaonitæ malis oppressi, le- H gatos mittunt ad Iesum, qui in Galgalis cùm esset, acie ex adverso instructâ, congressúsque alienigenæ fugati sunt, & partim gladio occubuêre partim grandine. Fugientibus enim Deus grandinem immittit, quæ plures inimicorum, quàm bellum interemit, *Ios.* 10. 12. vt autem omnino eos deleret Iesus, Deum oravit, vt diem præter naturæ ordinem protraheret versus Gabaon, Solis cursu impedito, & versus vallem Arnon Lunæ, & Deus Solem à cursu arcuit, & Lunam quousque in die integro, hostes prædatos est. Quinque autem gentium Reges, *Ios.* 10. 17. Iesus Nave cum abditos invenisset in speluncа, supinos humi projectos, & à populo super collo conculcatos interemit, & eorum corpora lignis appensa, tandem in spelunca sepelit, & omnibus eorum civitatibus expilatis montanam, campestrémque regionem subegit.

Porrò

Porrò *Ios.* 11. 1. Rex Iabin, omnes Reges vicinos in auxilium vocatos immensam copiarum multitudinem coëgit, ita vt innumerabili arenæ maris similis videretur quibus se Iesus opposuit. At hic improviso irrumpens, ipsum, omnésque ejus auxiliares copias internecione delevit, artúsque equorum abscidit, & eorum terram vniversam Israëlitis partitus est. Et tribui Ruben, *Ios.* 13. 1. sortibus conjectis dedit terram Amorrhæorum, & Raphasen, & Gad ipsam terram Amorrhæorum, & dimidium Tribui Manassæ, & Tribui Iudæ Hebræorum & Chetræorum, & Enacim. Sed Iudæ Tribus, *Iud.* 1. Tribu Simeon in auxilium advocata, Chananæos, & Pherezæos prædata est, eúmque cœpissent fugientem Adonibezec, extrema pedum, ac manuum obtruncarunt, qui semetipsum deplorans, dixit: Quemadmodum feci, ita mihi Deus retribuit. Septuaginta enim Reges extrema pedibus, ac manibus mutili sub mensa mea, ea quæ cadebant, colligebant, hic in Hierusalem delatus subitò periit. Tribui Ephraïm Amorrhæorum & Pherezæorum, & Samartæorum, & dimidiæ parti Tribus Manassæ Gersæorum, & Amorrhæorum tribui Iesus: Hebræorum verò & Amorrhæorum, & Iebussæorum Tribui Benjamin: Tribui Simeon Hebræorum, & Pherezæorum, & Tribui Zabulon Pherezæorum, & Tribui Nephtalim Cinæorum, & Tribui Dan Amorrhæorum, & Tribui Issachar, Tribui Aser Pheresæorum. Hanc vniversam terram, *Ios.* 24. 29. cùm divisisset Iesus ætatis annorum centum & decem è vita decessit. Et *ibid.* 24. 33. Eleazaro filio Aaron mortuo in summo Sacerdotio Phinees ejus filius successit. Cæterum, *Iud.* 3. 7. post Iesu Nave obitum Israëlitæ, cùm defecissent à Deo, Astartam coluere, & dedit illos Deus captivos Chusartban Syrorum Regi, qui eos variis modis, multísque affligebat, ita vt magnopere calamitatibus defatigati clamarint ad Deum, datique sint illis Iudices.

EIVSDEM S. P. N.

EVSTATHII ARCHIEPISCOPI ANTIOCH. ET MARTYRIS,

De ENGASTRIMYTHO dissertatio adversus Origenem.

ITEM

ORIGENIS de eadem ENGASTRIMYTHO.

An, videlicet, Anima ipsa SAMVELIS *verè fuerit evocata incantationibus Pythonissa, de qua* 1. Reg. cap 28.

LEO ALLATIVS primus in lucem protulit, & Latinè vertit.

Regum lib. 1. cap. 28. *vulgata Editio.*



FACTVM est autem in diebus illis, congregaverunt Philisthiim agmina sua, vt præpararentur ad bellum contra Israel; dixitque Achis ad David: Sciens nunc scito, quoniam mecum egredieris in castris tu, & viri tui. Dixitque David ad Achis: Nunc scies quæ facturus est servus tuus. Et ait Achis ad David: Et ego custodem capitis mei ponam te cunctis diebus. Samuël autem mortuus est, planxitque eum omnis Israel, & sepelierunt eum in Ramatha vrbe sua. Et Saül abstulit magos, & hariolos de terra. Congregatique sunt Philisthiim, & venerunt, & castrametati sunt in Sunam: Congregavit autem & Saül vniversum Israël, & venit in Gelboë. Et vidit Saül castra Philisthiim & timuit, & expavit cor ejus nimis. Consuluitque Dominum, & non respondit ei, neque per somnia, neque per Sacerdotes, neque per Prophetas. Dixitque Saül servis suis: Quærite mihi mulierem habentē pythonem, & vadam ad eam & sciscitabor per illam. Et dixerunt servi ejus ad eum: Est mulier pythonem habens in Endor. Mutavit ergo habitum suum: vestitúsque est aliis vestimentis, & abiit ipse, & duo viri cum eo, veneruntque ad mulierem nocte, & ait illi: Divina mihi in pythone, & suscita mihi quem dixero tibi. Et ait mulier ad eum: Ecce tu nosti, quanta fecerit Saül, & quomodo eraserit magos, & hariolos de terra: quare ergo insidiaris animæ meæ vt occidar? Et juravit Saül in Domino, dicens: Vivit Dominus, quia non eveniet tibi quidquam mali propter hanc rem. Dixitque ei mulier: Quem suscitabo tibi? Qui ait: Samuëlem mihi suscita. Cùm autem vidisset mulier Samuëlem, exclamavit voce magna, & dixit ad Saül: Quare imposuisti mihi? Tu es enim Saül. Dixitque ei Rex: Noli timere, quid vidisti? Et ait mulier ad Saül: Deos vidi ascendentes de terra. Dixitque ei: Qualis est forma ejus? Quæ ait: Vir senex ascendit, & amictus est pallio. Et intellexit Saül quòd Samuël esset, & inclinavit se super faciem suam in terra, & adoravit. Dixit autem Samuël ad Saül: Quare inquietasti me vt suscitarer? & ait Saül: Coarctor nimis siquidem Philisthiim pugnant adversum me; & Deus recessit à me, & exaudire me noluit, neque in manu Prophetarum, neque per somnia: vocavi ergo te, vt ostenderes mihi quid faciam. Et ait Samuël: Quid interrogas me, cùm Dominus recesserit à te, & transierit ad æmulum tuum? Faciet enim tibi Dominus sicut locutus est in manu mea, & scindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo David: quia non obedisti voci Domini, neque fecisti iram furoris ejus in Amalec: idcirco quod pateris, fecit tibi Dominus hodie. Et dabit Dominus etiam Israël tecum in manus Philisthiim: eras autem tu, & filij tui mecum eritis: sed & castra Israël tradet Dominus in manus Philisthiim. Statimque Saül cecidit porrectus in terra: extimuerat enim verba Samuëlis, & robur non erat in eo, quia non comederat panem tota die illa. Ingressa est itaque mulier illa ad Saül (conturbatus enim erat valdè) dixitque ad eum: Ecce obedivit ancilla tua voci tuæ, & posui animam meam in manu mea: & audivi sermones tuos, quos locutus es ad me. Nunc igitur audi & tu vocem ancillæ tuæ, & ponam coram te buccellam panis, vt comedens convalescas, & possis iter agere. Qui renuit, & ait: Non comedam. Coëgerunt autem eum servi sui, & mulier, & tandem audita voce eorum surrexit de terra, sedit super lectum. Mulier autem illa habebat vitulum pascualem in domo, & festinavit, & occidit eum, tollénsque farinam, miscuit eam, & coxit azima, & posuit ante Saül, & ante servos ejus. Qui cùm comedissent, surrexerunt, & ambulaverunt per totam noctem illam.

A

ORIGENIS

IN PRIMI LIBRI Regum, cap. 28. de Engastrimytho; Commentarius.

LEONE ALLATIO *interprete.*

QVæ lecta audivimus plura sunt, de iis in duas partes divisis sermo nobis habendus erit. Quæ de *a* Nabale Carmelo Scriptura narrat, legimus. [a 1 Reg. 25.] *b* Post hæc occultationis Davidis apud Ziphæos historiam, illum ab eis accusatum, advenisse Saulem eo animo, vt Davidem caperet, & [b 1. Reg. 26.] B cùm advenisset tempus, expectasse: supervenisse Saüli Davidem, *c* illóque, illiúsque custodibus dormientibus lanceam, & aquæ lenticulam rapuisse, posteà illis qui illius custodes erant, sed qui dormierant, revelasse. [c 1 Reg. 26. 12.] Sequitur tertia narratio, *d* Davidem ad Achar Regem Geth, aufugisse, & *e* quam invenit gratiam David post res præclarè gestas, ad quem, *corporis mei custodem constituam te*, inquit. [d 1. Reg. 27.] [e 1. Reg 28. 2.] Vltima omnium est *f* celebris de ventriloqua, & Samuële. [f Reg. 1. 28 8.] Visa namque est ventriloqua Samuëlem evocasse, Samuël Sauli vaticinatur. Qualibet harum partium, quæ quatuor sunt, rerum copia, etiam his qui hisce rebus examinandis sunt, non vnius sed plurium horarum congressum, occupando, negotium facesset. Arbitratu suo partem, quam vult, proponat Episcopus, vt in id studium nostrum conferamus, quæ de ventriloqua narrantur, ait, examinentur. Nonnullæ historiæ nostra non intersunt. Ita verò locutus sum: Cùm altiores rerum sensus, sublimioréſque non capimus, neq; ab aliis expositos audivimus, quæ omnibus maximè necessaria sunt. Exemplum est historia *g* de Lot, & ejus filiabus. [g Genes 19 31] C Si sensu mystico, ac recondito, aliquam præ se fert vtilitatem, Deus novit, & is, cui Deus gratiam contulit sermones illos examinandi: Si verò secundùm historiæ seriem perquires, cuinam historia Lot, illiusque filiarum, vtilitati mihi est? Similiter, quodnam mihi jam dicta de ventriloqua, & Saüle historia affert emolumentum? Omnia veritas, quæ in sermone est, necessariò superat. Quis enim præsenti vita deserta, sub potestate Dæmonis esse velit? Vt ventriloqua evocet non è fidelibus vnum, Samuëlem Prophetam; de quo Deus per Ieremiam dixerat: *h Neque si steterit Moyses, & Samuël ante faciem meam, eos exaudiam.* [h Ierem. 15 1.] De quo item Propheta fatetur in hymnis: *i Moyses, & Aaron in Sacerdotibus eius, & Samuel in invocantibus nomen eius, invocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos, in columna nubis loquebatur ad eos.* [i Psal. 98 6.] D Et alio loco: *Si steterint Moyses, & Samuel, & deprecati fuerint*, &c. Itane si talis ac tantus sub terra erat, & evocavit illum ventriloqua, in animam propheticam Dæmon potestatem habet? Quid dicemus? scriptáne hæc sunt? veráne ea sunt? an non sunt vera? certè asserere ea vera non esse, in infidelitatem inducit, cadétque super dicentium capita. Vera esse, disquisitionem, dubitationémque nobis exhibet. Scimus ex nostris fratribus nonnullos adversator Scripturæ dixisse, ventriloquæ non credo. Ventriloqua narrat se Samuëlem vidisse, mentitur. Samuël non est evocatus: Samuël non loquitur. Sed quemadmodum Pseudoprophetarum aliqui fatentur; *Hæc dicit Dominus, & Dominus locutus est*: sic & Dæmonium hoc mentitur, dum ad Saulis voluntatem pollicetur vnum educere: *k Quem enim*, ait, *educam?* Samuël mihi evocetur. [k 1. Reg. 28. 11.] Hæc qui hanc historiam veluti falsam oppugnant producunt. Samuël apud inferos? Samuël à ventriloqua educitur, Prophetarum eximius, *l* ab ipsa nativitate Deo consecratus, ante nativitatem in templo futurus denunciatus, antequam à matre ablactaretur. E [l 1. Reg. 1.] *m* Ephod indutus, & diploïde amictus, & Domini Sacerdos effectus, quem *n* cùm adhuc in pueris esset Deus est allocutus? [m 1. Reg. 2. 18.] [n 1. Reg. 3. 4.] Samuël apud inferos? Samuël in subterraneis, *o* qui Heli propter filiorum scelera, & impietates à providentia condemnato successit. [o 1. Reg. 7. 6.] Samuël apud inferos? *p* quem tempore messis tritici Deus exaudivit, elargitúsque est, vt imber de cœlo caderet? [p 1 Reg. 12. 17.] Samuël apud inferos, qui hæc omnia liberè atque ingenuè dixit, *q Si desiderabile alicuius accepi, non accepi vitulum, non accepi bovem, indicavit, condemnavitque populum, & pauper mansit*: nunquam aliquid à tali tantóque populo desideravit accipere. [q 1. Reg. 12. 3.] Vt quid Samuël apud inferos videtur? quis apud inferos Samuëlem sequitur? Samuël apud inferos? quare non & Abraham, & Isaac, & Iacob apud inferos sunt? Samuël apud inferos; quare non & Moyses, qui vnà cum Samuele, vt dictum est, conjungitur? F *r Neque si steterit Moyses, & Samuel, eos exaudiam.* [r Ieremi. 15. 1.] Samuël apud inferos? quare non & Hieremias apud inferos, ad quem dictum est: *Antequam formarem te in vtero cognovi te, &, antequam exires de vulva sanctificavi te?* [s Ierem. 1 5.] apud inferos & Esaïas, apud inferos, & Ieremias, apud inferos denique omnes Prophetæ. Hæc qui certamen minimè inire cupit asserer, Samuëlem scilicet verè esse eductum. Cùm autem oporteat bene *s* esse affectum qui Scripturas intelligit, probabilitérque satis oratio nos deduxerit, vt verè nos, & commovere, & concutere valeat, videamus vtrùm rectè Scripturas perceperit, qui id non admittit, vel argumentetur ab illustribus, pugnantiáque dicat illis, quæ scripta sunt. Nam quæ sunt scripta? *t Et dixit mulier, quem evocabo tibi?* [t 1. Reg. 28. 11.] cujusnam est persona illa, quæ dicit, *Dixit mulier*. An non persona Spiritus sancti, à quo divinas literas scriptas esse credimus, vel alterius cujuspiam? Quippe persona narrans vbique quemadmodum qui per omnes orationis modos versati sunt, optimè callent, Auctoris persona est. At sermonum horum auctor non homo, sed Spiritus sanctus, qui movit homines, esse credimus. G Dicit igitur Spiritus sanctus, *& dixit mulier, quem educam tibi? & dixit, Samuelem educ mihi.* Quid dicit: *Et vidit mulier Samuelem? & clamavit mulier voce magna dicens*: Dicimus ad illum, qui nostras antea implevit rumoribus, immodicáque verborum copia Samuëlem apud inferos non fuisse contendit. *u Vidit mulier Samuelem*, [u 1. Reg 28. 12.] narrans vox dixit, *Et clamavit mulier voce magna, & dixit ad Saulem: Vt quid decepisti me, & tu es Saul. Et dixit ei Rex. Quid id est: Ne timeas. Quid vidisti? Et dixit mulier ad Saul, Deos vidi ascendentes è terra, & dixit ad eam: Quæ est forma illorum: & dixit illi: Vir senior ascendens, & hic senior Diploide Ephod indutus.* Fatetur eam vidisse, & vestem Sacerdotalem. Novi oppositum dicere quod mirum non est. H *x* Ipse quippe Satanas transformat se in Angelum lucis. [x 2. Cor. 11. 14.] Quare magnum non est, si & illius ministri in ministros justitiæ commutantur. Sed quid est, quòd Samuëlis esse mulier cognovit? Sed scriptum est, *Saülem cognovisse, illum fuisse Samuëlem*, *y Et procubuit in faciem suam super terram, & adoravit.* [y 1. Reg. 28. 14.] Rursus item Scripturæ Auctor. *Et dixit Samuel ad Saulem: Vt quid perturbasti me faciendo ascendere? Dixit*, inquit Scriptura, jam credere opus est. *Dixit Samuel, vt quid in iram excitasti me, faciendo me ascendere?* Respondet deinde Saül: *Valde alienigena pugnant in me. Et Deus discessit à me, & non respondit mihi vltrà, licèt ipsum in manibus Prophetarum, & in somniis invocaverim, ad notificandum mihi quod faciam.* Iterum Scriptura, nec alius dixit, ipsum Samuëlem dixisse: *z Vt quid interrogas me, & Dominus discessit à te, & factus est contra te, & fecit alium sibi, sicut locutus est in manu mea. Et abscidet* [z 1. Reg. 28. 16.]

A *Regnum de manu tua.* Dæmonium de Israëlitico regno vaticinatur? Quid ad hæc, qui contrarium asserunt? Videtis quodnam certamen fit in verbis Domini, quæ auditoribus indigent, qui magna, & ineffabilia possint intelligere de exitu ex hac vita, cùm prima in dubium controuertantur, & secunda manifesta non sint. Sed sermo adhuc in examine est. Dico verò necessariam esse, & historiã, & illius examen, vt quid nos post vitæ huius exitum expectat, videamus. *Locutus est in manu mea, & abscidet Dominus Regnum de manu tua, & dabit illud proximo tuo David.* Dæmonium verò Regnum David nequit habere compertum, quod à Deo decretum erat. Quidni? Nónne vocem Domini intellexisti a 1. Reg. 28.18. *a Non fecit indignationem iræ suæ in Amalec.* Nónne hæc sunt verba Domini? Nónne vera sunt? Verè quidem voluntatem Domini Saul executus non est. B Sed Regem Amalec viuum conseruabat b 1. Reg. 15.28. *b.* propter quem & antequam quiesceret, & in exitu ipso Samuel Sauli exprobrauit. *Et propter hoc verbum hoc fecit Dominus in die hac. Et tradet Dominus ipsũ Israel in manu alienigenarum.* De vniversa Dei populo Dæmonium potest vaticinari? Dominum traditurum Israël. *Et tabernaculum ipsum Israel tradet Dominus in manu alienigenarum.* Et tu Saul cras accelera: *Tu, & filius tuus mecum.* Et illud Dæmonium scire potest, Regem scilicet chrismate prophetico declaratum Saulem cras è vita migraturum, & filios illius vnà cum eo, c 1. Reg 28.19. *c Cras tu, & filij tui mecum.* His superiùs scripta confirmantur vera esse, & in vitam evocatum fuisse Samuelem. Quid igitur hic ventriloqua operatur? Quid in eductione animæ iusti ventriloqua agit? Qui primæ sententiæ est, enitatur, ne præ tot aliis, & nouum certamen inire cogeretur, circa quæstionem huius loci, respondet. Non est Samuel, Dæmon mentitur, cùm ipsa Scriptura mentiri non possit. Verba verò Scripturæ sunt. Non à Dæmone, sed ab illius auctore sunt prolata. *Et vidit mulier Samuelem.* Dixit C Saul, quæ locutus fuerat Samuel. Quanam igitur ratione, quæ in hoc loco de ventriloqua dubitantur, soluentur? Iam audio quæ à primæ illius sententiæ auctore priùs dicta sunt, Samuel apud inferos? &c. Vtrũ respondeat ad interrogata. Quis maior, Samuel, an Iesus Christus? Quis maior, Prophetæ, an Iesus Christus? Quis maior, Abraham, an Iesus Christus? Sanè hic nemo eorum, qui vel vna vice tantum scire potuit, Iesum Christum esse, qui à Prophetis prænunciatus est, audebit dicere, Christum non esse maiorem Prophetis. Cùm itaque Christum maiorem fateberis, Christúsne apud inferos? nónne illuc peruenit? Nónne verum est quod in Psalmis dicitur, d Act. 2. 31. *d* & ab Apostolis in Actibus interpretatur, Saluatorem ad inferos descendisse? Quod in Psalmo decimo quinto legitur ad e Psal. 15.10. ipsum referri scriptum est *e. Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis iustum tuum videre corruptionem.* Si deinceps respondebit, Christum ad inferos descendisse. Quid acturus? Victorúsne, an à morte vincendus? Descendit ad illa loca, non tanquam seruus eorum, qui ibi erant, sed tanquam Dominus decertaturus, vt priùs dicebamus, dum Psalmum vigesimum f Psal. 21.13. primum explicaremus. *f. Circumdederunt me vituli mul-* D *ti, tauri pingues obsederunt me aperuerunt super me os suum sicut leo rapiens, & rugiens. Dispersa sunt omnia ossa mea.* Sanè recordamur divinarum literarum, namque hæc in Psalmo vigesimo primo scripta esse meminimus. Igitur Saluator descendit, vt liberaret; descendítne illuc prænunciatus à Prophetis, an non? At hic quidem à Prophetis prænunciatus est, aliò verò descendit, non per Prophetas? Moyses item ipsum prænunciat pro genere humano adventurum, ita vt rectè à Domi- g Ioan. 5. 45. no & Saluatore nostro dicatur. *g Si crederetis Moysi, crederetis & mihi. De me enim ille scripsit, si scriptis illius non creditis, quomodo verbis meis credetis?* Et venis in hanc vitam Christus, & prænunciatur Christus in hanc vitam adveniens. Si Moyses de illo hic prænunciat, non vis & ipsum illuc descendisse, vt

E Christum prædiceret eò migraturum? Quid porrò. Moyses id egit, reliqui Prophetæ non item? Nónne Samuel? Quidnam absurdi est, medicos ad malè se habentes descendere? Quid absurdi est, Principem medicorum ad ægrotantes descendere? Illi medici quidem erant, & sanè multi. At Dominus meus & Saluator princeps eorum est. Etenim internum desiderium, quod non potest ab aliis curari, curat ipse, quod à nemine potuit medicorum sanari, sanatur à Christo Iesu. Ne timeas. Ne mireris. Christus in infernum descendit, & ante eum Prophetæ, qui eius adventum prædicebãt. Addam præterea & aliud nescio quid ex ipsa Scriptura: Samuel ascendit. Et ecce Saül dicit, se vidisse animam: non dicit, hominem se vidisse. Timuit quem vidit. *b* At quem vidit? *Deos,* inquit, *ego vidi,* h 1. Reg. 28.13. *Deos ascendentes, è terra.* Et fortasse tunc non solus ascendit Samuel, Sauli vaticinaturus. Sed consentaneum est quemadmodum hic, *i Cum Sancto sanctus eris,* F i Psal. 17.26. *& cum homine innocente innocens eris, & cum electo electus eris.* Súntque hic Sanctorum cum Sanctis consuetudines, at non sanctorum cum prævaricatoribus. Et si quandoque fieri possit, vt Sanctorum vnà cum peccatoribus consuetudo sit, vt peccatores saluentur. Fortasse hac ratione vnà cum Samuele ascendente ascenderunt etiam aliorum Prophetarum animæ sanctæ. Forsan quæres, an fuerint Angeli super spiritibus eorum. Propheta dicit, *k Angelus qui loquitur in me.* Vel An- k Zach. 2.3. geli erant, qui vnà cũ spiritibus ascenderunt, omniáq; ad egentiũ salutem complentes. *l Et omnes sunt spiritus* l Heb. 1. 14. *ministrãtes mihi in ministeriũ propter futuros hæredes salutis mittũtur.* Quid times dicere, omnẽ locũ Iesu Christo indigere? Neq; verò, qui Christo indiget, Prophetis, iisque qui Christi præsentiam, & adventum præparant, non indiget. Et Ioannes sanè, quo maior inter natos mulierum, Christo ipso teste, nemo fuit. *m Maior* m Matt. 11.11. *inter natos mulierum Ioanne Baptista nullus fuit:* Neque timeas id affirmare, descendit ad inferos prænuncians G Dominum, vt illum descensurum prædiceret. Propterea dum in custodia esset, ac sibi exitum interitúmque imminere conspiceret, missis duobus discipulis, quærebat, *n Tu es qui venturus es?* sciebat enim *Sed tu es qui* n Matt. 1.5. *venturus es, an alium expectamus?* Gloriam illius compertam habuit, de mira eius vi plurima locutus fuit. Primúsque illi testimonium exhibuit. *o Qui post me* o Ioan. 1. 15. *venit, ante me factus est.* Vidit illius gloriam. *p gloriam* p Ioan. 1. 14. *quasi vnigeniti à Patre, pleni gratia & veritatis.* Hæc cùm de Christo vidisset, piget credere, dubitare, nec fatetur, dicite ipsi, tu es Christus? quæ cùm non intellexissent nonnulli asseverarunt, Ioannem tantum ac talem, Christum non nouisse, sed ab eo discessisse Spiritum sanctum. Sed sciebat illum, cui antequam nasceretur testimonium perhibuit, & pro quo saltauit, dum ad ipsum Maria accederet, vt de illo testimonium fecit mater eius illis verbis. *q. Ecce enim vt facta est* q Luc. 1. 44. *vox salutationis in auribus meis, exiliuit in gaudio infans in vtero meo.* Hic itaque Ioannes, qui ante natiuitatem exiliuit, qui dicit, *r Hic est de quo ego dixi, Qui* r Ioan. 1. 30. *post me venit ante me factus est. s* Et, *qui misit me dixit* s Ioan. 1. 33. *mihi, super quem videris Spiritum descendentem, & manentem, ipse est filius Dei.* Hic, inquiunt, nondum H nouerat Christum in ventre. Nouerat quippe illum. Simile quid Petrus passus est propter gloriæ exuperantiam. Quodnam illud est? Hic magnum quid de Christo sciebat. Quis sum? *t Quem me dicunt filij hominum* t Matt. 16.13. *esse?* Hic ait, dicit hoc. Tu verò quid? *Tu es Christus filius Dei vivi.* Propterea *beatus* enunciatur. Quoniam *caro, & sanguis non reuelauit illi, sed Pater qui in cœlis est.* Cùm igitur grandia de Christo audisset, & grandia concepisset, auxilium in semet non admisit. *u Ecce as-* u Luc. 18. 31. *cendimus in Hierusalem, & perficientur. x* Et, *oportet* x Luc. 9. 22. *filium hominis multa pati, & reprobari à Principibus Sacerdotum, & Sacerdotibus, & occidi, & tertio die resurgere. y Propitius,* inquit, *sit tibi Dominus.* Maxima de y Matt. 16.22. Christo nouerat, quòd humilius erat de eo noluit admittere. Similem mihi animo pinge Ioannem, dum in

A custodia erat, grandia de Christo apprehenderat. Vidit cœlos apertos. Vidit Spiritum sanctum super Saluatorem descendentem, manentémque super eum. Similem gloriam dum videt, hæret dubius, fortasse etiam non credebat, An sic glorificatus vsque ad inferos, & abyssum ipsum descenderet, quapropter dicebat:
z Matt. 11.3. z Tu es qui venturus es, an alium expectamus Non egressus sum à proposito, neque materiæ, quæ mihi præ manibus est, oblitus sum. Illud probare nobis in animo est, si omnes qui ante Christum in infernum descenderunt, Præcursores Christi, atque Prophetæ fuêre pari ratione, & Samuelem eò descendisse, non simpliciter, sed vt sanctum, vbi est sanctos, sanctus nimirum est. Nónne id etiam de Christo affirmamus? Annon Christus erat, licèt aliqdando apud inferos fuerit? Annon fuit filius Dei, licèt in subterraneis
a Philip. 2.10. degeret locis? a Et omne genu flecteretur in nomine Iesu, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Non aliter Christus erat, licèt inferius esset, vt sic dicam, & si in in-
B feriori loco ageret, voluntate superiùs erat. Eodem pacto & Prophetæ, & Samual quamvis eò descendant, vbi sunt animæ quæ in infernis, loco quidem inferiùs sunt, at non inferiùs sunt voluntate. Et certò persuasum habeo, illos super cœlestia prophetasse. At ego nusquam dæmoni similem potentiam concedam. Nam Samuel de Saule & populo Dei, & regno David, David scilicet regnaturum vaticinatur. Qui contrarium sentiunt, veritatem, quæ in eo loco est, confirmare se non posse animaduertent. Sed quanam ratione Sanctus pro salute malè se habentium, in locum vbi permanent deveniet? In loca militum ægrotantium medici gressum dirigant, introeant vbi fœtor vlcerum eorum malè olet. Hoc suggerit medicorum in homines amor. Sic & Propheticus sermo Salvatori suasit, vt eò veniret, descenderétque in infernum. Illud item orationi addendum. Samuel Propheta fuit, eóque mortuo prophetia ab illo discessit. Annon vera dicit Aposto-
a 1. Cor. 13.9. lus? a Iam propheta ex parte, & ex parte cognosco: cùm verò consummatio venerit, tunc quod ex parte est etiam euacuabitur. Consummatio itaque post huius vitæ fi-
C nem est. Et quicquid Isaias prophetauit, ex parte cum omni libertate vaticinatus est, testatúsque est hæc omnia de prophetiæ consummatione David: non recepit
b 1. Cor. 14.14 igitur gratiam propheticam Samuel, b. At intellectus meus sine fructu est: c & quòd Ecclesiam ædificat,
c 1 Cor. 14.4. qui lingua loquitur. Et Paulus ipse affirmat, prophetantem Ecclesiam ædificare his iisdem verbis. Porrò si prophetans Ecclesiam ædificat, vtique gratiam propheticam habet, neque enim ipsam amisit. Solus quippe gratiam propheticam amittit, qui postquam prophetauit indigna Spiritu sancto operatur, ita vt ipsum Spiritus deserat, fugiátque ab eius principe animæ fa-
d. Psal. 50.13. cultate. Quod timebat tunc post peccatum David, dicebátque d & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Itaque si Spiritus sanctus prophetat. Cur nâ? Angelus
e Marc. 9. At e Non opus est medico bene, sed malè habētibus. Quinam eius prophetiam excipiunt; Neque enim frustrà est gratia prophetica. Neque vllum charisma eorum, quæ in Sancto sunt, frustrà est. Gratia itaque prophetica mortuorum animæ, audacter dicam, indige-
D bant. Sed hic quidem necessarius est Propheta Israël, & qui dormit discessitque ex hac vita indigebat Prophetis, vt alia ratione ipsi Christi adventum vaticinarentur. Ante Domini mei Iesu Christi adventum nemini datum erat vbi lignum vitæ erat prætergredi,
f Gen. 3. 24. præscriptáque transgredi cùm f illa via custodiretur. Quis viam ad lignum vitæ tenere poterat? Quis alicui auctor esse poterat flammeum gladium pertranseundi? Quemadmodum g nec mare transiri poterat
g Exod. 14.24. sine ope divina, columnáque divina, columna
h. Matt. 3.48. luminis; quæ erat ab ipso Deo. Sicut Iordanem h pedibus calcare nemini, præterquàm Iesu Christo verò Deo concessum erat. Cuius alius ille Iesus typus erat. Sic per flammeum gladium à mundo transire non po-
Luc. 16. 5. terat. Non Abraam. Ideò & Abraam ab eo qui torquebatur, conspicitur. Et cùm in tormentis diues
E esset, eleuatis oculis Abraam conspicit, licèt à longè videat, videt tamen & Lazarum in sinu ipsius. Expectabant igitur Domini mei Iesu Christi adventum, & Patriarchæ, & Prophetæ, & omnes, vt sic viam aperi-
k Ioan. 14.6. ret. k Ego sum via. l Ego sum porta. Via est ad lignum
l Ioan. 10.9. vitæ, vt si per ignem transire tibi contingat, flamma te non comburat, qualis ignis, posuit Cherubim, flammeúmque gladium, qui volvebatur, vt viam ad lignum vitæ custodirent. Ideò beati illic permanebant se præparantes, & cùm non possent eò accedere, vbi erat lignum vitæ, Paradisus Dei, & Deus agricola, vbi beati, & electi, & sancti Dei. Nullum ergo in hoc loco offendiculum est. Sed omnia mira quadam vi scripta sunt, intelliguntúrque ab illis, quibus Deus reuelat. Nos porrò, qui in sæculorum consummatione advenimus, habemus quid eximium vltra cæteros. Quid illud est? si ex hac vita excesserimus boni, & probi, non vnà nobis cum peccatorum sarcinis conductis,
F pertransibimus flammeum gladium, nec in locum illum, in quo, qui ante eius adventum quieuerant, Christum expectantes, deueniemus. Pertransibimus
m 1. Cor. 3.13. nullo nobis à flammeo illo gladio damno illato. m Vniuscuiusque verò quale opus sit, ignis ipse probabit. n
n 1. Cor. 3.15. Si alicuius opus combustum fuerit, damnum contrahet, ipse verò saluabitur sic quasi per ignem. Pertransibimus ergo. Habemus item vltrà & aliud eximium, non possumus, si rectè vixerimus, malè discedere. Hoc non dicebant Antiqui, non Patriarchæ, non Prophetæ. Nonne id nos effari possumus; si bene vixerimus, meliùs & dissoluemur, erimúsque cum Christo? Propterea cùm vltra cæteros id habeamus, nec leve sit emolumentum, cùm in fine sæculorum deuenerimus, primi
o Matt. 20.8. denarium accipiemus. Nam, audi parabolam, o Incipiens dabat denarium ab vltimis. At primi existimabant se maius quippiam habituros. Tu ergo primus, qui vltimus venisti, mercedem à Patrefamilias accipis in Christo Iesu Domino nostro. Cui gloria, & robur in sæcula sæculorum, Amen.

G

SANCTI EVSTATHII ARCHIEPISC. ANTIOCH.

Contra Origenem,

De ENGASTRIMYTHO Dissertatio.

SEMPER equidem, diuinæ vivendi rationis tuæ zelum, dignum qui & aliis innotescat, ô rectæ fidei celeberrime, & sacer prædicator Eutropi, commendo: aetùm tuæ insignis pietatis sæpiùs admira-
H tione commotus; non minùs atque illi præcipuè eam laudaui. Vis quippe, vt sententiam meam de Engastrimytho, cuius primo Regum historia legitur, declarem, dilucidéque aperiam. Etenim quæ de hac materia vulgauit Origenes, tibi neque grata, neque accepta sunt. Noui equidem alios, eósque non paucos questos de iis, quæ temerè ab illo prolata sunt, plurimósque fuisse, qui propterea animo vehementissimè excruciantur. Nonnulli item illius commentationibus acquiescunt, nouúmque dogma malè intrusum facilè amplectuntur, & nominibus potiùs, quàm rebus, quòd facto opus esset, animum advertunt. Ne igitur sponte furense, vt concertatorum iudiciale genus subiisse videar, operæpretium fecerim, si omnem illius expositionem vnà cum hac mea scriptione coniungam, & vtrúmque

verum

A verum aperiam, ne vlli opinandi sit locus, nos apertè calumniari, quasi homini parùm ingenuè imposuerimus, ideóque vtriusque sententias dubias esse. Opinantur enim vtriusque comparatione vtriusque partis sententiam meliùs discerni, deinceps philologos ad meliorem sese applicare. Non itaque ille equus concertator esse aliorum iudicio comprobatur, qui festinanter citato gradu properat, licèt incredibili celeritate, quasi alis niteretur, miráque incitatione confestim aduolet. Neque Athletarum ille optimus est, qui inter certandum neqns pedem conferre potest, nec quisquam alius, sive lucta tenerè contendat, sive durissimo pancratio vulnera patiatur, sive cæsto pugnam committat, vel aërem inani brachiorum iactatione enerbetet. Eos námque qui certamen ineunt, cominus cum hostibus pugnare contiáque obstare decet, vt quis melior sit dignosci facilè possit. Quare in primis quidem ante alia Origenis dicta proponemus, deinde

B contrariam illis sententiam subnectemus, quam ingenij industria, atque diligentia, discutere operæpretium erit. Age igitur historiæ seriem, quoad eius fieri poterit, nobisque facultas dabitur speculemur, inde sumpto initio *a* Cùm Saul optimè populi præesset multitudini, *omnes*, inquit, *Engastrimythos eiecit, omnésque reliquos gnostas dictos*, veluti perniciosissimas pestes, qui ita vocabantur, ariolos depulit: verùm vbi rebus pessimis animum advertit, à nequissimo dæmone malè vexatus iursum, effata fatidicorum, ac vatum ambitiorè nimis amplectitur, paulò antè dissoluta componens, proptereáque semetipsum violati mandati reum atguens. *b* Quippe cùm vicini alienigenæ vnanimi consensu bellum indicerent, & collatis signis, numerosa phalangum copia manus *arma* consererent, exertísque gladiis summa animi contentione pugnam deposcerent, misellus Saul tabernaculi propugnaculum, & reliqua omnia, vt ita dicam, neulata fide hostium ar-

C mis occlusa contuitus, à se ipse discessit attonitus, vt divinæ testantur literæ. Deinceps, addunt, consulebat Dominum, appetens videlicet scire, quid opus factu esset, & omnino non respondit ei Dominus in somniis, in manifestationibus, & in Prophetis. Scelesto námque, impiéque agenti Sauli numen responsa non dat. Quid verò divino destitutus auxilio posthac machinatur? Non placat Deum precibus iteratis, assiduóque animi cultu, *c* quin contrariis, ac pugnantibus studiis resiliens, magis, ac magia iura violat. Pueris suis imperat, mulierem engastrimythum quærere, vt ad eam accedens, veluti ex oraculo sciscitaretur. Ministris autem pessimis illicò fanatica prodita, Saul promptè habitu suo mutato, indutúsque aliis vestimentis, velociùs exercitu dimisso pervolauit. Vbi ad ipsam accessit cum duobus viris nocte, tunc supplex illam alloquebatur. Vaticinare mihi, dicens, in engastrimytho, & fac mihi ascendere quem dixero tibi. Igitur, si Saul per engastrimythum, vt sibi divinaretur, exorabat, veras quispiam fuisse eius voces asseuerabit? Verùm quis illum in deploratas conversum divinationes, & diabolicas fabularum operationes immani furore à dæmone

D vexatum fuisse ignorat? Nonne Deus, qui in os Balaami sermones imposuit, Moysique vt expressè in Numeris scriberet imperauit, fide dignior est? *d Non enim est auguratio in Iacob, neque divinatio in Israel.* Itaque si hæc veluti execranda, detestandáque scelesta, hostilísque idolorum cultus causæ prohibita sunt, quomodo ad ferendum testimonium is, qui impiissimè illis vti conatus est, idoneus erit? Sed hæc paulò inferiùs iterùm attepto sermone, perfectiùs tractabimus. Quare ad historiæ seriem revertamur. *e* Mulier amentem Saulem intuita, simulans se minimè principem cognoscere, respondit, illum meliùs scisse quæ adversus talium rerum peritos Saul patrauerat. Quomodo exterminauit engastrimythos, & manifestantes de terra, Ideò laqueum vitæ illius intendere dicebat, vt necideret. Vbi verò Saul iureiurando fidem alligasset suam, nullum ipsam subituram malum, mulier firmatis nequi-

a 1. Reg. 28.3. — *b 1 Reg. 28.4.* — *c 1. Reg. 28.7.* — *d Num. 23.23.* — *e 1. Reg. 28.9.*

tiâ visibus, liberiùs vtique reddit responsa. Quem, ait, evocabo tibi? Quæ qualisque erat hæc furiis agitata anus, vt Samuelé a mortuis evocaturá promitteret? Et sanè dignitatis insignibus omissis, fatendū est eam non potuisse propheticam animam evocare sed nec alterius vllius omnino, nec formicæ quidem, nec pulicis. Quippe in potestate dæmonum non sunt, sive spiritus, sive animæ, sed in solius Dei manu, qui omnium rector omnibus imperat. Quare ab inferis animas revocandi, accersendique facultas soli divinæ naturæ tribuenda est. Sed industrius sanè Origenes idololatriæ instrumenta, vaticiniorumque, eorum præcipuè, quæ fiunt mortuis evocatis, artes, in Ecclesiasticum chorum cùm haberet in animo obtrudere, in sacram mentitur Scripturam. Quippe Scripturâ apertè palámque dicente, Mulierem dixisse, *f Quem evocabo tibi?* consilium Scripturæ in contrariam partem afferens: Personam, ait, hæc dixisse Spiritus sancti. Deinceps raptim vsque eò à veritate deflexit, vt fanaticæ mulieris verba, Spiritui sancto non vereatur impingere. Hæc cùm disertissimis verbis impiè effutiat, totum refert in Spiritum sanctum, auditores nomine fide digno persuadere conatus. Quæ fuit itaque, vt iam dixi, mulier, & quasi mortuos evocandi facultatem baberet, *Quem*, ait, *evocabo tibi?* Verum qui oracula consulebat, vt Samuel educeretur, petente: subdit, *Et vidit mulier Samuelem*. & sublata voce clamauit, dixitque Principi, *Cur fefellisti me, & tu es Saul.* Postquam Rex dixisset, *Ne timeas*, & *Quid vidisti?* rursum pythonem habens mulier, infert: *Deos vidi ascendentes de terra.* Cùm verò tandem Princeps interrogasset, Qualis est forma eius. Ad verbum ita affata est, *Hominis recti ascendentis de terra, & ipse amictus est diploide.* Quid præterea sacra Scriptura tradit? *Et novit Saul quòd Samuel esset hic, & inclinauit se super faciem suam in terra, & adorauit eum.* Manifestum itaque est, nullibi omnino sacrarum literarum seriem affirmasse, per mulierem illam engastrimythum Samuelem evocatum fuisse. Sed illa quidem in primis per incitantem ipsam dæmonem, dicit, illum evocandum, deinde & deos ascendentes videre gloriata, fraudulenter signa homini tradebat, vt ex insidiis occuparet. Et demens Saul, ex his quæ audierat intellexit, quòd ille ipse esset Samuel. An ergo fides adhibenda sit, vel à dæmone vexato Sauli, quasi veram, exactámque cogitionem haberet, vel dæmoni de semet gloriosè loquenti, promittentique ab inferis iustorum animas educturum, inter nos ipsos diiudicemus, discernamúsque hæc, & similia hoc modo intelligere, quàm vanum, impiumque sit, ô optime hominum Eutropi. Mirum enim, quantum à veritate, vt videtur, Origenes aberrauerit, & si Dominus noster Iesus Christus apertè de diabolo dicat, *g Ipse homicida erat ab initio, & in veritate non stetit; quoniam veritas in ipso non erat, cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quoniam mendax est, & pater ipsius.* Quid hic ais Origenes? Priùs enim interrogandus es, hæc quæ Saluator dixit, vera sunt, an respondens contrarium dices? Itaque si verba Domini de more vera sunt, ergo dæmon audacter insolescens mentitus est. Verùm si dæmonis sermones veritati non absonos definis, mendacem Dominum vtique audes demonstrare. Videsne, quem inculcas sententiam, quæ absurda, ineptáque contineat? Quandoque enim dæmonea ad veritatem dicendam vi compelluntur doctoribus torti. Veruntamen nihil vsquam voluntariè sine mendacio dixerint. Tamen si quis dæmonem iustos ab inferis evocare affirmabit, quomodo manifestum non erit, fraude mendacium obtrudere illo animo, vt aliquem præcipitem actum consternat? Ita est, ait: At illa dæmon nullus effatus est, sed narrans scriptoris vox, sermonum verò scriptorem esse Spiritum sanctum, & non hominem credimus. Fortè seriei narrationis pugnantia in medium afferem non planè intelligis? Rectiùs itaque, qui paulatim ad omnifarius sermones animum intendere noluerunt, tradidisse narratiuam scriptoris locutionem,

E (beside the first line of this column) · F · G · H

f 1. Reg. 28.11. — *g Ioan. 8.44.*

quæ videbatur facere, vel dicere oracula, petenti Sauli engastrimythus, de ea videlicet auctor narrans eiúsque ad verbum sermonem inquit: *h Et dixit mulier, quem evocabo tibi?* Quis ita vecors, & stolidus erit, vt simulet se minimè capere, voces has scriptoris minimè esse, sed mulieris à dæmone vexatæ. Certè si quid in hac re verum, sincerúmque sit, perspicere debemus, narratio illud tantùm habuit. *i Vidit mulier Samuelem.* Hæc porrò ita prosequutus est scriptione, quasi ad minimè ignaros de dæmoniaca loqueretur. Neque enim dubium esse debet, dæmonem, qui piorum hominum imperio subest, eiicitur, igne crematur, flagris cæditur, & fugit habitatione neglecta, vllius animam evocare. Sed vidit vesana, vt aptiori figura rem, quam imaginatione sibi confictam conceperat, repræsentaret. Bellua námque se in multas variásque formas mutare consueuit, vt cum diuino Paulo dicam, *k Ipse enim Satanas transmutatur in Angelum lucis.* Nihil mirum itaque si is inter differendum, locum hunc Scripturæ apposuit ratus exquisitè describere eos qui veritatem assererent, cui id addidit, vt propriam confirmaret sententiam, etsi nulla arte. Et quare, inquit, non dictum est. *Vidit mulier dæmonium, quod fingebat se esse Samuelem*, sed scriptum est. Deinde dicit, *l Intellexit Saul quod Samuel esset*, quibus paucis interiectis subdit. Si Samuel non erat, scribendum omnino erat. *Et putabat Saul, illum esse Samuelem.* Nunc verò scriptum est, *Cognouit Saul.* Nemo autem cognouit id quod non est. *Intellexit itaque Saul, quòd Samuel esset. Et cecidit pronus in terram, & adorauit illum.* Non aliunde petitis exemplis, sed ab iis ipsis, quæ scriptis mandauit, hoc in loco, interrogatione instabo. Tandem & reliquis vtar exemplis. Effare ergo mihi per Deum. Quid hic ais Origenes? Mulier evocauitne Samuelem vnà cum corpore an figura vmbræ tantùm imagine obuolutum? Si incorporeum illum evocauit, non ergo Samuelem, sed spiritus formam suscitauit: ex anima enim, & corpore compositus ipse est Samuel, homo ex vtrisque proportione quadam constat. Si verò vnà cum toto corpore virum evocauit, quomodo non vidit illum Saul? quippe si oculatus testis ipse vidisset, non interrogasset mulierē, ac si non videret, illa ipsa verba enuncians; *m Quid vidisti*: Itaq; si oculorū effugit obtutus, absq; dubio & corporis expers erat. Si corporis expers figura apparebat, vt quid pythonissa oppositum dicebat: *n Vidisse quidē hominem rectum, è terra salientem pallio*, vti priùs ab eo fieri consueuerat, *amictum*. Res itaque ipsæ, Origenes cum tuis sermonibus pugnant. Et Saul ipso cùm nihil omnino aspexisset, tamquam de phantasmate invisibili sermonem habens, interrogabat, inquiens: *Quid vidisti?* Illa porrò ac si hominem intuita fuisset, clamauit, *Virum stantem ascendentem de terra*: vt autem illi suaderet, hominem esse, notas illius enarrat, subdens. *Et hic pallio amictus.* Quare igitur, ô sacrilegæ vaticinationis præceptor, si vir erat, non aspexit illum Saul, nisi illi etiam oculos, qui sensui subsunt, cæcutire velis affirmare, quemadmodum duntaxat & intellectus ea pars quæ intelligibile. Sed cùm facili negotio refellaris, fortasse dicas, tunc organum animæ in speciem humanam efformatum fuisse, vt apparens prophetico vaticinio futura prædiceret; quemadmodum in somniis quandoque & spiritus, & animæ omnibus suis membris absolutæ, humanásque formas præ se ferentes, adveniunt; in quibus non vna, sed varia indumenta conspicies, nec non cicatricum, typorum, vibicúmque, quin & plagarum, & vulnerationum notas impressas. Si igitur animam tantùm evocatam, non ipso corpore hominem decernis, quod etiam si volueris, Scripturæ series non concedet, tibimet ipsi pugnantia, contrariáque loqui non percipis? Hócque tibi aliquis opponeret. Quare non dixit mulier. *Propheticam animam vidi*, sed oppositum, *virum erectum?* & eandem, quam nouis rationem, quare Scriptura non ita effata est, *Vidit mulier dæmonium, quod fingebat se esse Samuelem.*

Hac vtique ratione ego tibi opponens obiicerem, Quare evocata anima non dixit, animam se vidisse, si res ita se haberet, quin contrarium, *Hominem*, & hunc *erectum*, quod habitudinis corporeæ, illiúsque certæ signum est. Quippe mænas illa minimè se vidisse affirmabat senem gibbosum, incuruum sed stantem, intensum, directum, iuuenili ardore bellum ambientem, ad nequitias promptum, vesano Sauli fraudem faciens, atque illud suadebat argumento, quòd homo esset, qui ascendebat è terra, eúmque diploide amictum fatebatur. Quid igitur quispiam hic dicere posset? si vir ille prodiens, ipso emergeret corpore, nonne eum Saul vidisset, neque ab alio quis is esset, quasi cæcitate perculsus, conaretur perdiscere? Igitur res ipsa clamat, eum hominem non fuisse, sed vmbram, vt videtur, obscuram, & fallacem, neque enim oculos fugisset. Et si opinaris Origenes, animam Samuelis illic fuisse, quare vmbra illa obuoluta diploide apparebat? manifestum equidem est, vestes, indumenta, nec non involuta corporibus potiùs, quam animabus convenire. Etenim non existimo te vrbanè, facetéque respondentem etiam per simulationem dictorum, diploidem illam tot annis in sepulcro ad illam diem conseruatam, vt Prophetæ anima vestiretur, ne nuda hinc inde aberrans degeret. Et sanè diceret quispiam nullum ignorare, Sanctis è cœlo indumenta parari, nulli corruptioni obnoxia, claris luminibus latè splendentia, non malè textoris pectine percussa. Verùm si Samuelis animam spectrum illud fuisse statuis, assérisque vestem tantum intellectu deprehensam fuisse, vt illius ceremoniæ ratio manifestaretur, vtráque verò hæc intelligibilium rerum propria sunt, conuincitur, nihil sanum, verúmque mænadem illam effutiisse. Res enim aliter ac se habebant enunciabat, eorum nomina, quæ sub sensu cadunt inuertens, & intellectualia manifestans. Virum itaque erectum appellans, & textile involucri indumentum manufactum, quod non videbatur, ex contrariis spirituum imaginatione tantùm perceptum inferebat. Eia dic ergo, ô optime Dogmatista: Quomodo cognouit Saul, illum fuisse Samuelem, quando nec vmbræ quidem minimam partem, tantum abest, vt formam hominis aspexerit. Nec erubescis, cùm dicis, scribendum fuisse, *& putabat Saul illum esse Samuelem*, cùm scriptum sit, *Cognouit Saul*, Sub hæc quòd à dæmone vexatur, à dæmoniaca audiens cognouerit, vbique decantas: quòd verò nihil omnino vspiam viderit, silentio prætereis, neque reprehensionem vllam in medium affers; id in animo habens, vt simplices homines fallas, omnibúsque novam impiámque divinationem inculces. Dæmoniaci quippe cognitio illius, quæ & verba ipsi subministrabat, præconio digna erat. Dices, illum scientia quadam, prudentiáque quod non viderat cognouisse, sed non fuisse opinatum. Namque quilibet homo, qui auditu potiùs quàm oculis rem aliquam acceperit, cùm verum non cognoscat, opinatur & credit, atque præcipuè si à dæmoniaca persona illam hauserit. Sola etenim diuina verba ad exquisitam comprehensionem, & fidei munimentum firmitatem habent. Nam si de hominibus carminum scriptor scripsit, *o Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax*, de muliere demente sane multò aptiùs dici poterit. Dicis præterea, neminem nosse quod non est, quasi cum puerulis sermonem conferreter. Dic igitur, quomodo cognouit id quod erat, si ipse iam interrogans non viderat, neque hominem erectum, neque Ephod quod continebat, non summorum Sacerdotum vestem, sed nihil vsquam conspiciens vanis sermonibus iactabatur, quemadmodum & tu non minori orationis vanitate parùm firmos commones. Sed historiæ quidem scriptor, Engastrimythi nomine apposito, primùm personam qualis esset, furiis videlicet agitatam significauit, Deinceps ipsi spectrum quod videat exposuit, ea ratione, qua mentis compotes de excordibus debent iudicare. Similiter & dementem Saulem, dum vaticinium peteret, dixerat cognouisse; quemadmodum de eo qui tot annorum

conuersionibus

[A] conversionibus à pessimo dæmone correptus agitabatur, æquum erat discernere. Et hæc ita se habere res ipsæ clamant clarissima voce. Verùm vt & alio exemplo rem mihi propositam confirmem, age Heliæ Prophetæ historiam in medium afferamus, [p. 3 Reg. 18.23.] *p* cùm vellent numero in sacrificio partis vtriusque præstantiam diiudicare, nullúmque audere ignem inicere, sed precibus illum in cœlo conceptum subiicere, vt inde demisso cœlitus signo, quo liceret gloriari, pateret omnibus Deus, qui posset & exaudire & ignes suscitatos depellere ex quo potioris dignitas elucesceret, & quod melius erat appareret. Vbi verò primùm illis, vt opus perficerent imperauit, illi selecta bucula, more suo discerpebant in partes, & invocato non indiligenter, quod deforme Baalis nomen, nihil minus operabantur, nihil omninò. [q 3 Reg. 18.28.] Addit, *q Et incidebant se ex more gladiis & siromastibus ad effusionem vsque sanguinis.* [B] [r 3 Reg. 18.29.] Subdit his auctor illius narrationis *r Et prophetabāt quousq. præterit vespera.* Cùm itaque scriptura non exposuerit veràne an mendacia prophetaret, ideò ne illos Prophetas fuisse veraces aliquis contenderet? scilicet dicendum erat, vt Origenes ipse determinat, prophetabant vt ipsi opinabantur, non nisi mendacia conflantes. Neque enim fas erat in ipsis incidere præsagitionem, & tamen extrieato, claróque scribit sermone, *& prophetabant quousque præterit.* Nonne ipsa rerum eventorúmque consequentia hæc illis similia comprobantur? Etenim si amborum idem est auctor, vnum etiam ex vtrisque sensum elicere consequens est. Sed quemadmodum hic idololatrans præfixo nomine, id nobis innuit, de illis ita sentiendum esse, scilicet Pseudoprophetas fuisse omni prænotione destitutos. Sic & ibi personis dæmone agitatis præpositis, sacrilegique vaticinij facinoribus per reticentiam quid de amentibus illis sentire deberem manifestauit. Sanè si vellem rerum similium testimonia afferre, deficiet fortasse tempus dicentibus, satis erit, si alterum huius rei exemplum adducam. In Exodi ergo historia habetur [C] [s Exod. 7.10.] *s* Moysi Aaronique Dominum ipsum præcepisse, vt ante Pharaonem in terram baculum deiicerent, qui commutatâ formâ, in eorum conspectu prodigio horribili Ægyptios deterreret. Quod vbi maxima omnium admiratione factum esset, Princeps sine consilio amentiâ delusus vocauit vnà simul omnes, & sapientes, & incantatores Ægypti. [t Exod. 7.11.] *Et fecerunt etiam incantatores Ægyptiorum*, dixit, *per incantationes similiter, t proiecerúntque singulò virgas suas & facta sunt dracones, & devorauit baculus Aaronis virgas illarum.* [u Exod. 7.22.] [x Exod. 8.7.] Retulit præterea Ægyptiorum incantatores similiter *u* sanguinem *x* & ranas fecisse. Cùm igitur narratio neque hic singulorum actus subdiuidat, sed similiter incantatores fecisse fateatur, ideóne dices quæ à Magis confecta sunt, illis quæ à Moyse similia esse, nequaquam dicet quis, cùm nec fas sit dicere curiosa isthæc, & superstitiosa à Deo factis rebus assimilari. Quæcumque Moyses exequebatur veritatem præ se ferebant, At quæ incantatores ordiebantur, imaginatione tantum visum fallebant; Quippe rerum imbecillitate satis abundè mendacium eludebatur; Quandoquidem, qua ratione vna virga derepentè omnes illas & multas devorauit? neque fas est animo concipere, [D] quomodo illi ex rebus inanimatis possent facere vno impetu vt essent animatæ. Tunc enim nobis essent fortasse potiores, qui lignis emortuis animam indere haberent in facultate. Nec Moyses ipse quippiam quod esset admiratione dignum præstabat, si illis similia perpetrabat. Quare æquum est hæc nullius esse momenti ostendere ipsius scripturæ verbis. Nam si Deus vt Ægyptiorum iniurias propulsaret, eósque puniret, omnes aquarum fluctus, vt in sanguinem commutarentur imperabat, si similes plagas accipientes, ductus aquarum in sanguinem vertunt ea cura, & studio, vt calamitatem adaugeant, quanam de causa supplices exorant siti pressi, vniversâ Ægypto sanguinolentas aquas expurgari? vel rursum infinitis ex improviso

[E] ranis conspectis, vt quid cùm illarum multitudine molestarentur, alias effingebant, nisi quòd de illis, quæ in vmbra, & spectri tantùm forma apparebant, non curabant, verùm ab aliis quæ re ipsa erant, & videbantur, mirum in modum læsi perdebantur. Nemo enim multitudini hostium multitudinem aliam inimicorum innumeram addit, cùm bonos ministros, ac satellites ad sui tutelam deberet conducere. Neque febrim qua liberari auet, febri excitare maiori. Neque qui plagis intolerandis vi patitur, alias sibimet ipsi infligit, dum puro cordis affectu, & precibus & oratione orat vt liberetur. Sic etiam his, qui domi exuruntur, pro machinis ad ignem extinguendum adaptandis, oleum & picem si quis superinfundet, in immensum flammas excitabit quæ vbi invaluere, malum maius exoritur, ignisque ineptè contra ignem accenditur. Sic igitur Magi per ea, quæ ambitiosè tentabant, manifestè deprehendebantur, tantùm animi conceptu, atque opinione, vt sibi videbantur, animum oblectasse. [F] Indéque ad hæc tempora, quod non est difficile cognitu, illis multò maiora, maioraque in copia in theatris sæculari de more ludunt. Qui tamen facultate è re nata vani, irritique planè deprehensi ceciderunt, & nihilominus scriptura narrat, *Et fecerunt Ægyptiorum incantatores per incantationes eorum similiter.* Dicendum itaque erat, vt dogmatum lator Origenes quasi lege sanciuit. *Fecerunt autem similia apparitione incantatores Ægyptiorum*, & non *similiter*, ne quis suspicaretur, ex eadem potestate produci; Nam si similia Mosaicis illis conficiendi facultas fuisset, fuisset vtique eadem ratione hostes vlciscendi, ita vt vtrinque æquo Marte certandum foret. Si verò nullus, per quæ efformabant, lædebatur, abutitur ergo sermone, manifestæque fiunt inanimatæ imaginationis species. Quemadmodum & hic incantatorum nomine, & Magiæ studiis ac artibus præpositis demonstrauit, omnino dubitandum non esse, omnia illa à Magis superstitiosâ curiositate perfecta fuisse similia, & huiusce historiæ gesta repræsentantur. [G] Nam Engastrimythus inducta, deinceps Magiæ artibus impiis deprehensis, & persona, quæ vaticinia petebat, dæmoniaca demonstrata, perfectè demonstrauit, imaginationibus, iisque commentitiis omnia fuisse peracta. Sed hæc ita nobis intelligenda sunt. Porrò iterum si quæ sunt verborum indicia consideremus. Quid igitur? vt Engastrimythum Saul interrogauit, *y Quid vidisti?* inquiens, primùm demens illa mulier respondens clamat. [y 1 Reg. 28.13.] *Et deos vidi ascendentes è terra.* Cùm enim modis omnibus virum præcipitem agere in animo haberet diabolus, arripiens palàm conabatur ostendere, dæmonium arbitrato suo ac potestate posse non tantùm vnam animam iusti evocare, sed omnes simul Sanctorum virorum, ibique dæmonum hostili exercitu instructo, illúque oculi omnibus in vnum collatis, cæteris per id conabatur persuadere, semet, qui & alios congregarat, Deum esse. Cùm verò propria quadam stoliditate sese Deum facere consuesse Isaias adversa facie eum reprehendens, propheticis, sacrisque vocibus prædicat? *z Tu verò dixisti in corde tuo in cœlum ascendam, super astra ponam solium meum, sedebo in monte excelso, super montes excelsos qui respiciunt aquilonem, ascendam super nubes & ero similis Altissimo.* [z Isai. 14.13.] [H] His non dissimilia per Ezechielem Prophetam ipse Dominus apertè testimonium exhibet *a Propterea quòd elatum est cor tuum, & dixisti, Deus sum ego, habitabo in corde maris. Tu verò homo es & non Deus.* [a Ezech. 28.2.] Quas autem propter id pœnas illi minetur, ex his quæ infrà dicuntur facilè erit videre; At divino sanè oraculo manifestum est, eum quotidie superbè iactando similibus spectris inniti. Itaque si dæmon qui Deorum nomine insigniuntur posset educere, non necesse est credere, evocatis evocantem ipsum potiorem esse, & si sanctis is præest, asserendum est etiam dæmoniorum principem illi præesse. Quæ si quis concesserit, argumentis, quibus minimè responderi potest, demonstrat, ipsum Deum deorum

esse,

A esse, qui ministros suos ea donat potestate, vt spiritus, & animas iustorum, ab inferis possint educere. Hæc nemo, dummodò sanæ mentis sit, affirmabit omnino, ne contra diuina testimonia calculum attuo demittere videatur. Cùm enim amens quæsisset, addens: b Et dixit mulieri, quid vidisti? statim mulier ad interrogata respondens, dixit. *Vidi hominem rectum ascendentem è terra, & hic amictus est diploide*, & cùm neminem omnino vidisset, vbi verba percepit, cognouit, vt ipse sibi imaginabatur, illum esse Samuelem. Quippe qui intus à dæmone oppugnaretur. Verùm vt figurorum nomine fuit abreptus, tunc facie in terram inclinata, illum adorauit. Primò quidem rectissimè id actum esset, si Samuel ille fuisset, & non transformatus vafer serpens, dixisset, pia quidem mente, c *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli cultum præstabis*. Secundò rursus addam, cùm Samuel vniuerso populo imperaret, primasque inter Prophetas obtineret, d Saul inter priuatos adhuc parietes delitescebat, & dum patria asinas requireret, accedens ad ipsum veluti Prophe-
B tam interrogaturus de iumentis deperditis, illum adorasse nusquam compertus est, etsi illius ope indigeret apertéque illi vt populi ductori subderetur. Quomodo igitur, qui tunc non adorauit primarium Principe, nunc ex opposito Rex priuatum adorat? His tertiò subnectans, vt quid *Deos ascendentes* cùm audisset, horum neminem adorat, cum verò *virum rectum* intelligit *ascendentem*, tunc eo adorato, humi se strauit? & tamen vt Origenes nimis audacter determinauit; si Angeli illi, vel chori Prophetarum fuissent, ipsi tanquam præstantiores erant adorandi. Igitur his rebus omnibus simul consideratis, facile est intelligere, Saulis à dæmone vexati principem animæ partem cæcutisse: diabolum verò in varias formas mutatum, dum à Rege adorari ambit vt quamplurimos falleret, adorationem sibi adsciscere voluisse. Hoc sanè minimè mirum est, nec præter expectationem: Nam cùm Christi persona conspecta, quem intus re, & operatione Deum, naturáque Dei legitimum filium videbat, homine puro, incorrupto, nullis sordibus commaculato circumdatum, extra verò, templum pulcherrimum, consecratum, inuiolatum, nihilominus ad illum accedens perperam tentabat, suo modo & more pugnam Deo in-
C tendens. Vbi verò iterum atque iterum contra se ad pugnam prouocans, deuictus est miserè disruptus, noua sibi specie adscita, vniuersum terrarum ambitum, & regna ostentare ausus, amentia, mendaciisque superbiens iactabat, e *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me*. Similes hic impius voces emisit, eo animo, vt in illam clementiam ipsam prouocaret, quò videretur aggredi imparatum. Verùm tolerantia malefico dæmoni, vt Deo conueniebat, silentium imposuit. Solius quippe Dei est toleranter omnia ferre. Si igitur ipsi Domino talia effari, parùm illi curæ fuit, quomodo manifestum non erit non minus ipso Deo adorationem ambientem illa tentasse? Hoc qui sanæ mentis sunt omnes facilè intelligunt, à dæmone per furiosam illam mulierem dementem Regem deceptum præter ius sese inclinasse. Examinanda item sunt quæ dictis ordine continuato subduntur. Vt Saul humi procubuit adoratn specto. denuò dolosus ille, Samuelis forma assumpta, vim perpeti fingit, posteà per dissimu-
D lationem, vultúque mœstiori respondet: f *Vt quid perturbasti me*, dicens, *faciendo me ascendere*? Hæc dum simulat, innuere voluit indefinitè, dæmonem posse Prophetam licèt inuitum euocare, potestatémque in eum habere. Et modò ita nonnulli cæcutiunt, vt intelligere nequeant, omnes qui animo puro sinceróque ea quæ Christi sunt profitentur, in diuino nomine dæmonia eiicere: at non ex contrario ab illis inuitos missos ascendere ab inferis, ac si eis subiecti essent. Verùm si quis existimat, dæmonium Engastrimythi, cùm cæteris aliis superius sit, non posse verti in fugam, recurrat ad Actus Apostolorum, & vbi ad loca peruenerit examinet, vt facet præco Paulus errabundus Philip-

b 1. Reg. 28.14.
c Matt. 4.10.
d 1. Reg. 9. 4.
Phil. 2. 7.
e Matt. 4. 9.
f 1. Reg. 28.15.

E pos deuenit. Vt verò mulierem nomine Lydiam pietatis cognitione illuminauit, aliis vt preces Deo effunderet. g *Accidit*, autem, *vt puella quadam*, ait, *habens spiritum Pythonis occurreret, qua quæstum magnum præstabat dominis suis diuinando. Igitur hæc subsecuta Paulum, & nos, clamabat, dicens, Isti homines serui Dei excelsissimi sunt, qui annunciant nobis viam salutis. Et hoc faciebat per multos dies.* Sed dæmon inuisibilibus flagris cæsus, nolens vi pellebatur, vt illas ederet voces. Paulus illius testimonio fidem non esse adhibendam existimans, idque rectissimè, ægrè ferens dixit spiritui, h *Præcipio tibi in nomine Iesu Christi, vt exeas ab ea*. Rem gestam auctos narrans subdit, *& exiit eadem hora. Cùm vidissent ergo Domini ancillæ, quòd spes quæstus illorum funditus euanuisset, apprehensum Paulum, & Silam traxerunt in forum ad Principes*, qui illorum calumniis seditione orta iniuriis malè habiti, plagisque cæsi sunt. Igitur si Paulus spiritum increpans, illicò Pythonem depulit, ipso ictu
F oculi, & spiritus potestate verbi aufugit, cùm linguæ sonum non potuisset sustinere, dicas in apertum veniens, qui illam sententiam probat, qua potestatis vi vna cum Paulo sentientem Samuelem inuitum dæmon euocans ab inferis eduxit? sed nihil horum, quod verum sit poterit demonstrare. Ita vt his quoque facili negotio intelligere possimus, fraudulentum illum, dum diceret i *Vt quid perturbasti me?* Saulem mutata forma allocutum fuisse. Innuebat quippe se non sua voluntate, sed inuitum ascendisse, nolentem, necessitate, & vi veluti præstantioris imperio coactum missum fuisse. Rex verò illi respondit, k *Tribulor valdè, & alienigenæ bellant in me, & Deus, ait, discessit à me, & non exaudiuit me vltra, etiam in manu Prophetarum, & in somniis, & nunc vocaui te ad notificandum mihi, quid faciam*. Iterùm igitur respondendũ est. Nonne si spectabilis ille Samuel Propheta fuisset, virum in meliorem frugem suis monitis reduxisset? Nonne illi primùm dixisset? Dic mihi omnium hominum miserrime, si alienigenæ instructa acie comminus obuallant pugna decertaturi, si Deus discessit à te, & penitus non exaudit, neque
G Prophetæ, dum pro te legationem subeunt, quidquam percipiunt, neque inter dormiendum, neque inter vigilandum quid facto opus sit admoneris. Nonne ibi potiùs terræ procumbens Deum tibi propitium reddere debueras, & eleemosynis in pauperes erogatis peccatorum causas abluere, & non ad vatem Engastrimythum confugere, & pro furiosa diuinatione pietatis insignia commutare, neque non semel calamitate auctiori opprimere? An te fugit, execranda hæc Deum expressis verbis per Moysen in Leuitico prohibuisse? l m *Non sequimini Engastrimythos, & incantatoribus non adhærebitis, vt inquinemini in eis. Ego sum Dominus Deus vester*. Nunne scelera hæc impia putas Deo aduersari, & similem fabulam agere audes? Audi quæ sequuntur, Deo ipso oraculi ritu super hoc facinore enunciante. *Et anima*, inquit, *quæ subsecuta fuerit Engastrimythos & incantatores, vt fornicetur post eos*. Quæ & qualia sunt illa quæ patietur, paucis annexis exponit. *Constituam faciem meam in animam illam, & perdam illam de populo illius*. Itaque cùm primùm Deus leges ferens, seuerius præceptis, ab incantatio-
H nibus, & diuinationibus inhibuit, miseranda verò obscuráque tormentorum loca, contra eos, qui talium rerum conuicti fuerint, terribilis minatur; Nõne qui à teneris, vt aiunt, vnguiculis erat Deo consecratus, constans legum obseruator hæc in primis debuerat accusare? Sed & qui iam à puero legibus erat instructus, quive legales libros exactissimè cognoscere poterat, nunquam errorem requisisset, ne miserè fraude decepti, in furiosas nonnulli diuinationes raperentur. Sed horum nihil vel dixit, vel efflagitauit. Neque enim Samuel erat, sed qui hæc omnia à prima sui origine machinabatur, sub hæc Prophetæ speciem præ se ferens respondit n *Vt quid*, dicens, *interrogas me? & Dominus discessit à te, & factus est tum proximo tuo. Et*

g Act. 16.16.
h Act. 16.18.
i 1. Reg. 28.16.
k 1. Reg. 28.15.
l Leuit. 20.27.
m Deut. 18.11.
n 1. Reg. 28.16.

feeis

A *fecit tibi Dominus sicut locutus est in manu mea.* Hæc igitur velut hostis, simul & descensum simulans affert, libellos accusationis prosequitur. Considerandum vtique est, quanam ratione causis in se errores cohibentibus omissis, fingit se simulatione magis petentre dicere, cùm nihil quod prænotione dignum sit, afferat; illa ex arte iterat, quæ Samuel, dum adhuc in vivis esset, prædicebat Sauli contigisse, illa ac si facta essent vaticinando prænunciabat. Sed certè qui ipsi dixerat, *vt quid me interrogas?* satis apertè quæ & priùs dixerat, fatetur. Prima verò illa per ea quæ postea contigere, ac si vaticinaretur, iterùm recitat. Origenes è contrario, Prophetæ verba, quæ iam olim prædixerat ad verbum exposita, veluti perfecta, & noua vaticinationis oracula discernit. Proptereáque Samuelem evocatum fuisse, vult. Etsi illum Scriptura palàm reprehendat, vt ipse
B etiam fatetur nonnullis in locis. Porrò quid postea
p 1. Reg. 28.17. cùm regem alloqueretur, Phasma addebat. *p Abscindet Dominus regnum de manu tua, & dabit illud proximo tuo David, quòd non audieris vocem Domini, & non impleſti indignationem iræ suæ in Amalec. Propter hoc verbum fecit Dominus tibi in die hac; & tradet Dominus Israel tecum in manus alienigenarum.* Si quis huius veritatem expiscari cupit, ipsius Scripturæ historiam non multò antea pertractatam adeat, tibi enucleatè considerato, vbi devicto Amalec spoliorum potissima vsurpauerat, indéque tamquam primitias holocausta offerenda esse existimabat, & exquisitiori diligentiâ scienter & peritè re examinatâ, hæc omnia verba tunc temporis ad verbum
q 1. Reg. 15.28. Samuelem prænunciasse comperiet. Dixit enim q, *Et abscidit Dominus de manu eius regnum*; tunc cùm à Rege apprehensam pallij laciniam scidit. Ad hæc vlterius prædicebat, regnum illius scindendum fore, dandum proximo suo, qui eo melior erat. Prophetauit præterea, qua ratione Israël propter hoc scindendus erat, nec ampliùs reversuros. His enunciatis, verba opere ipso confirmabat. Non diu enim pòst
r 1. Reg. 16.13. divino iudicio vnxit r regem David. Itaque qui per Engastrimythum dicitur evocatus, nihil de novo attolit, sed quæ Samuel priùs dixerat veluti propria affectabat, fraude ac dolo personam assumens, & ar-
C tificio probabili iterùm repetens, Prophetarum more, vaticinari simolabat, sed vt præstigiatores divitum ædes pulsantes, vniuscuiusque res olim gestas sedulâ inquisitione clanculùm odorantur, móxque easdem quasi ex improviso canentes, confestim auditores in stuporem rapiunt, iisque in futilem opinionem inductis, de futuris pro libidine mentiuntur. Sic & Engastrimythi spectrum noua forma inductum, Prophetica Samuelis enunciat oracula, opinione vero vaticinari cùm nihil pro comperto haberet, videbatur, alienis veluti propriis præpositis exitiosum illum perterrebat, illis facillimo negotio eius mentem arreptam deprædabatur. Quid igitur aliud his annexum est? *Et*
s 1 Reg. 28.19. *s tu*, inquit, *cras, & filius tuus Ionathan mecum Et castra Israel dabit Dominus in manu alienigenarum.* Sed hæc porrò dæmon, ac si propria essent asserebat. Priùs autem illud discutiendum: Verane, vti ipse existimabat, prædicebat, & vtrum consultè, an verò casu, & fortuitò enunciabat? præterea an præsagire aliqua possit. Primùm quidem, Saulem die sequenti
D peremptum fuisse, vt spectrum affirmabat, non appa-ret. Quippe si sermone excepto, mœrore inualescente non comedit panem toto die, & tota nocte illa, vt divinæ testantur literæ. Post hæc iterùm mulier adhortatur, admonétque vt cibum prægustaret, cùm iter aggredi deberet, manifestum est, altera scilicet die post diurnum illud, nocturnúmque perpetuum ieiunium, ipsi humi prostrato persuasisse vt expeditè assurgeret, decentiúsque sederet in scamno: vitulum verò quem habebat subrumum promptè arreptum occidit, obsonia item instruens, & azymos subigens edulia præparauit, quæ vbi illa optimè condita in-

E structáque Regi, & eius ministris obtulisset, Rex admonitionibus delinitus cibum sumpsit, necesse est, illum, si nocte illinc se foras proripuit, aliis nocturnis horis in suam se stationem recepisse, ita vt iam manifesto modo mendacij modo dæmon deprehendatur. Neque enim, vt ille dixerat. *Cras eris tu mecum*, evenit cùm ibi die sequenti ieiunus commoratus fuerit. Deinceps altera cibo degustato exercitum repetierit. Neque tantùm hoc illum ementitum fuisse, ac aliter quàm evenerit pronunciasse convincitur, sed Ionathan solum vnà cum patre ad ipsum diversurum dixit: verùm narrationis series, Saulem cum tribus filiis, & non vno solo, vt ille dixerat, mactatum fuisse asserunt. Igitur prænotionis defectu nihil veri dæmon retulit: neque enim factis ipsis pugnantia enunciasset, sed à Samuele priùs memoratis surreptis, paucis nonnullis, iisque verisimilibus annexis, mortem Regi
F prænunciat, illius vocibus abusus. Quinimò cum Propheta satis apertè scindendum populum dixisset, ipse castra Israëi tradenda pollicebatur. Itaque cùm conspiceret paratas belli machinas, ducem populi timore perterritum contremiscentem, ad hæc ab ipso Deo derelictum. Quibus Princeps coniectura non leui assecutus prophetici oraculi iam finem esse commemorabat, ad præsentes motus orationem convertere simulauit. Quæcumque itaque de suo addidit illis apertè mentitus est. Quippe neque mortis diem, neque filiorum, quorum Scriptura nomina dixit, potuit præsagire. His facilè possumus agnoscere, nihil proprium, nihil verum spiritum prænunciasse, sed Samuelis verba subfuratum, & vt propria venditantem existimasse se prophetare & quod præcipuum est, neque ea absque mendacio divinasse. Si ergo, & bellorum æstus, effusionúmque sanguinis fluenta crudelissima præcineret; quis omnium est origo bellorum? Nonne ipse diabolus? Nonne Iobum ipse deposcit? Nonne ipsi bellum inexorabile excitauit? Nonne sæpiùs in varias formas mutatus ipse nuncius simul, & testis, & tribunus militum, in hominum viscera pentrans extitit? Sed hæc forma, atque figura quampluribus obscura videtur. Itaque, ordine non inverso ipsa Regnorum historia libri tertij investiganda. est. Ibi
G quippe, vt apparet, Michæas Propheta ab Achab interrogatur; sed cùm vera fateri cogeretur, palàm se
t 3. Reg. 22.19. t Dominum vidisse, sedentem super solium suum, deinceps exercitus assistere ei cœlestes, tum à dextris tum à sinistris: cum hac visione, & vocem audisse tradidit huiuscemodi, *Quis decipiet Achab, & ascendet in Remmoth Galaad, & cadet ibi*; tunc subdit, vt mediis silentio obuolutis, quæstionem extricem. *Egressus est spiritus, & stetit coram Domino, & ait: Ego decipiam illum*: à quo cùm peteret Dominus In quo? rursum respondet, *Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum illius.* His potior dixit, *Decipies & prævalebis. Et nunc iam ait, egredere, & fac ita* Quæ cùm Propheta Regi narrasset, illicò subdit. *Dedit Dominus spiritum mendacij in ore omnium Prophetarum tuorum, qui hic sunt, & Dominus locutus est contra te mala.* Ergo si spiritum hunc, qui mendacij fuit auctor, minimè bonum, sed prauum fuisse intelligere necesse sit, sequitur, hunc item credendum eum fuisse diaboli instrumentum. Cùm autem re ipsa illi contigisse pateat, ergo priùs audierat, quo pacto scele-
H stissimus Achab ad bellum procedēs occubiturus esset. Nam ille mendacium pro veritate obtrudere voluit, vt belli causam moliretur, impiúmque perderet turpiùs. Ita vt hisce rebus, mala quæ scelestis inferuntur, diabolum præsciuisse, manifestum sit: cùm pessimorum omnium ipse sit opifex. In Saule verò quidquid è re propria Samuelis oraculis addens immiscuit, non tantùm probabiliter mentitus, sed impiè, irreligiosèque locutus est. Ad primum illius impium dictum vel inde deprehenditur. Primùm quidem, quòd quemadmodum Dominus latroni, qui regni eius potentiam con-

A fessus fuerat, dixit u *Hodie mecum eris in Paradiso*, ita, & hic, illorum imitator, Sauli magicis vaticiniis expletis, dolosus artifex enunciauit, x *Cras eris tu mecum, & Ionathan filius tuus.* Secundò iustum ab iniusto nihil abesse conatur probare, vt callidè piorum conatus, atque impetus comprimat. Nemo, vt videtur, planè non nouit, nullam inter fidelem, & infidelem communionem intercedere. Necnon rursus, quo pacto, y qui divitiarum copia profusis maceneat epulis, longè à Lazari contubernio seiunctus, secretúsque fuerit, quamvis nihil in illum ausus. Sanè nihil vspiam reliquiarum aut micarum in pauimentum cadentium exhibuit, sed nec plagis virum afflixerat, nec flagris cæsum aliò longiùs amandarat. Verùm cùm ambo hinc migrantes, vitam commutassent cum morte, hic quidem in sinu Abrahæ generis auctoris quieuit, ille perennibus flammis, atque inextinguibilibus correptus est. z Hic dum in inferis torrus cremaretur, videt à longè, progenitorem, necnon & Lazarum in sinu eius, at igne cùm arderet, ex animo
B Abraham rogabat, vt ad se mendicum mitteret. Quippe obniaè precabatur, vt Lazarus ad eum veniens extremum digiti sui in aquam intingeret, sicque linguam suam roris humiditate contrectata refrigeraret: itaque igniis cruciatibus malè vexatus supplex hæc miser exorabat. Cùm porrò progenitor ad postulata respondisset, quemlibet in qualibet parte iustas recepisse mercedes, præmij loco tunc temporis subdidit, a *Et in his omnibus inter nos, & vos chaos magnum firmatum est, vt hi qui volunt hinc transire ad vos non possint, neque inde ad nos transmeare.* Si itaque magnum chaos est, quod iustos ab iniustis seiungit, itavt qui illic sunt, non possint huc transuehi, neque qui hic commorantur illuc adduci, patet manifestè, Saulem, qui iniustus erat, vnà cum Propheta Samuele non degere. Nam si dives, & pauper non possunt simul esse, nulla licèt pauperem iniuris affecerit, neque abegerit, tantùm non illi promptè quæ ipse habebat, ex parte distribuens, quantò magis sceleftus, ac contumax homo indignus
C est, qui Sanctorum communionem participet. Sed minimè cogitandum id est, infamis certè b lucri causa præceptum violauit divinum, c à dæmone verò insanabili furore percitus. invidia sanctissimum, nullo decoris atque honesti respectu habito, persecutus est David, qui propheticis Psalmorum concentibus, ferocitatem in illo debacchantis dæmonis demulcebat, d Sacerdotes Domini trecentos, & quinquaginta numero occisione occidit, defecit à Deo, vaticinationes ac vatum præsagia impiè exposcens. Hæc & his similia si confecit, qua ratione credere possumus, eum quieuisse vnà cum miraculorum effectore Samuele, e qui maximo in æstu nubem impetrauit, adeò vt immensa aquarum copia circa ipsum exundarit: Verùm si asserendum non est, Saulem cum Samuele degere, omnino mentitus est qui illi dixit: f *Cras eris tu mecum.* Igitur, si qui hæc effatur mendax est, manifestum, hunc Samuelem non esse. Neque enim sic circa tempora Propheta Domini mentitus fuisset. Ita vt ex his sic expositis, multiformis intus ipsum degens bellua appareat. Hic ergo est, qui & furiosum Saulem in tartari fauces detrusit. Quare non incon-
D gruè illo sibi mancipato fatetur, *Cras eris mecum, tu & Ionathan*, duplici persona commemorata confirmare nititur, nunquam iustum ab iniusto differre, Ionatham cum patre vnum & eundem finem, & sortem habiturum, licèt illius crudelitati minimè consenserit, fatebatur. Quis verò mortalium se non excipere simulabit, eum qui optimè vixerit, Prophetæ David amatorem. & qui nequaquam iustum iniustè persequi ausus fuisset, eandem cum persecutore mercedem accipere? Nunquam enim, vt verbo explicem, pro iniusto patre mortem obibit filius. Ideóque hoc etiam indicio mendaciorum opifex deprehenditur. Rerum porrò gestarum seriis non interrupta Auctor subdit, g *Et festinauit Saul & cecidit porrectus super terram, & timuit valde a sermonibus Samuelis.* Eos
E enim sermones Samuelis esse agnouerat. quos cùm adhuc esset in vivis, & corpore & lingua prophetauerat. Hæc à spectro delecta quasi propria proferebantur. Quorum cùm meminisset Rex, & conspexisset satis apertè belli signa erecta, finem imminentem animadvertens metu fractus, ac debilitatus est.

At Origenes sibimet ipsi dogmata effingens, sciens plurimos esse qui hæc determinant, ad sua dicta oppugnantes oratione conversa minimè id curæ habuit, vt debito respectu, id quod æquum erat, conquireret; sed priùs engastrimythi fabulam ad omnes pertinere fassus, veritate ad necessariam examinationem invocata, veritatem ipsam palàm oppugnat. Deinceps Samuelis laudibus ex divinis literis hinc inde deductis, & recensitis, tunc iterùm sub potestate dæmonis illum ponens, hisce verbis,
F syllabisque rem agit. Fortasse tantus vir sub terra erat? & eduxit illum engastrimythus. Habétne facultatem dæmon in animam propheticam? Sed hæc quasi hæsitans, vel fortasse etiam interrogans videtur sibi apud nonnullos aliquando dicere. Verum vt per subsequentes perorationes hæc ita se habere confirmaret, clariore, nescio quo clamore obstrepens, & elocutione subiungit: Scripta sunt hæc, ait. Veráne sunt hæc, an non? Illa non esse vera affirmare, in infidelitatem ducit, quæ in dicentium capita, vt ipse dicit, venient Si vera sunt, quæstionem, & dubitationem nobis exhibent. Ad hæc rursus parùm cautè quæ fert stabiliens, & contrarium sententium opinionibus expositis, subdit. Et tamen scimus, nonnullos ex nostris fratribus adverso animo Scripturam contuitos dicere. Non credo engastrimytho. Engastrimythus dicit, Samuelem vidisse, mentitur. Plura alis præterea interserit, quibus apertè increpat omnes, qui vaticinationes engastrimythi falsas esse pronunciant, & maledicta in capita non credentium illi
G congerit: & nullo negotio facilè animis mobilibus se persuasurum ratus, ipsi Scripturæ narrationem impingit. Scripta hæc sunt, dicens, an non scripta sunt? Et ratiocinationis vi hæc eadem repetens infert, Veráne sunt hæc, an non vera? Tamen Prophetæ animam nequaquam fuisse evocatam dubitationem nobis, & scrupulum inicit. At similis dæmoni concedere, quod erit illud scelus? quæ impietas? Nondum hæsitat, neque puta, ac mera dementia depravatus animam advertit. Quippe huiuscemodi facultatem præter Deum, animas ab inferis revocandi, educendique nemo alius habet.

Itaque denuò hic respondendum est. Hæc quidem in sacris Scripturis contineri, at non ea persona propria id actum fuisse, Auctorem prædicere. Neque enim liber propheticis sermonibus pugnantia multa simul in vnum congereret, vt & priùs ostendimus, & paulò infrà dicemus. Qui engastrimythi verba, & furiosam Regis cognitionem operibus ignorantiæ plenam deprehensam designabat. Nam neque aptum, neque congruum erit, ita divinas literas pertractare. Quippe cùm ipsæ fateantur, diabolum semetipsum Deum apertè pronunciasse; Ideóne sola narra-
H tionis illius serie illi credendum erit, ac omnia illi deferens, vt ipse Origines asserit? Id enim in sacris literis scriptum habetur. Vel rursum, cùm immodica h elatus superbia omnem simul mundi huius machinam, vel regna illius sua esse dicat, ideóne diceret quispiam credendum esse, illum rerum omnium opificem esse? At nemo sanè id dixerit. Quippe si narrationis ordo futilis illius iactationis verba expressit, ut non vera illa fuisse determinat. Neque id vllus vspiam probare poterit. Sed similia his infinita sunt in promptu, quæ in medium afferre minimè libet: ne verborum longo circuitu, quæstionis nodum effugere videamur. Verùm postquam rectis-

simè

u Luc. 23.43.
x 1 Reg. 28.19
y Luc. 16.19
z Luc. 16.23
a Luc. 16. 26.
b 1. Reg. 15.9
c 1. Reg. 19.9.
d 1. Reg. 22.18.
e 1. Reg. 12.17.
f 1. Reg. 28.19.
g 1 Reg. 28.20.
h Matt. 4.

A simè sentientibus non mediocriter insultasse visus est, iteràm non obscurè dissimulans, in aliam transilit sententiam, orationémque oratoriè augens, inter alia quæ dicunt, horrendum sanè id esse intellectu, inductum Samuelem præcipua vaticinij dignitate illustratum fuisse apud inferos. Hoc itaque satis aniliter sæpiùs iterat repetendo, ex aliis in alia auditores impellens, quòd fraude deceptos adversos agere conatur. Sed nos de his, quæ vno animo omnes recipiunt, non diffidemus; verùm de his, quæ propiè in dubium verti posse cognoscimus. Nam minimè disputandum, an Samuel fuerit, sed an dæmon talem habeat potestatem, iustorum scilicet animas ab inferis evocandi, rursúsque transmittendi.

Itaque re manifesta deprehensus blasphemias fundit ac, audientium aures subdula arte declinat,
B & ad Christi dumtaxat personam confugit, vt ea cum sanctis viris collata, vnà cum aliis omnibus Christum ipsum ad inferos descendisse demonstret. Sed vbi illud probauit, ad hominem hortes, inquiens, decere, omnem locum ipsius Christi, & Prophetarum indigere, & paucis interiectis novum horrendum dictu connectit, declarans, licèt Christus inferiùs esset, vt ita dicam, & in inferiori loco, electione tamen, & voluntate in superiori erat. De quo, quasi de solo homine loqueretur, nulla illum divinæ naturæ ratione habita, in infima illum dixit devenisse, & si voluntate suprà ascendisset, eo ipso modo scilicet, quo & cæteri homines. Sic enim, inquit, & Prophetæ & Samuel, tametsi eò descendant, vbi degunt animæ, quæ inferiùs sunt, possunt quidem in illo inferiori loco permanere, at inferiùs voluntate non sunt. Is inani verborum copia profusa, quorum nec modus vllus, nec finis inveniri potest, haud intellexit, omnem hominem, licèt in miseria alios excedat, vbi ad inferos migrauit, superiùs degere voluntate.
C Itaque nullus, sive iustus, sive iniustus, vspiam est, qui non continuo semper teneatur desiderio, à subterraneis liberatus ad suprema loca affectanti. Itaque si omnes simul ad inferna devecti, licèt vitam rectam, ac integram minimè secuti sint, supernas semper appetunt stationes voluntate, quam ipse prophetici chori prærogatiuam agnoscit? quam Domini eminentiam manifestat, cùm omnibus similem illum enunciat? Sic imperitè vocem emisit, non intelligens, Verbum esse & Deum, qui non tam voluntate, quàm divinitatis vi omnia simul penetrat. Et si ante omnia spectabile suum templum, vt dissolueretur permisit, post tertium diem noua quadam ratione statim, ac excitauit, anima verò illius humanæ habitationis in infimas terræ partes perveniens, portas, quæ ibi erant, impetu facto, aperuit, animásque ibi detentas extraxit; sic autem divina corroborata fuit virtute, propter Dei, & Verbi communionem, vt omnem in se omnino potestatem haberet. Ego verò credo huius coniecturam esse minimè leuem. Cùm enim in subterraneos locus pervenit, inde latronis animam eodem die in Paradisum introduxit.
D Nam si per vnum hominem vniversis mortalibus salus advenit, manifestum fit, animam animas, quæ eiusdem sunt generis redemptas liberasse, tum in subterranearum partium chaos accessu, tum in antiquissimam Paradisi stationem restitutione, regni insuperabilis potestate.

i Ioan. 3. 13. His consona Dei Filius, antequàm hæc essent, prædicebat, *i Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, Filius hominis, qui in cœlis est.* Itaque si fatebatur, cum qui ex humano genere ortum duceret, solum ex omnibus in cœlum ascendisse, indéque rursum huc descendisse, hicque commoratum in cœlum tendere patet, animæ vi, ac quadam excellentia illa absoluisse. Sancta enim Christi anima cum Deo, & Verbo conueniens omnia quidem simul lustrat, in ipsum supremum cœlum ascendit, E
quò nemo hominum pervenit.

Quippe ad hæc eleuata est & humana forma, quam Deus & verbum sustentauit. Verùm Dei filium vbique & repentè adesse ipse etiam Ioannes testatus est, qui Christum ipsum audiuit, ingentique voce elamat ad Verbum, *k Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus Filius qui est in sinu Patris, ille exposuit.* Et k Ioan. 1. 18.
tamen, cùm hic degeret, corpore ambulabat, dum hos sermones Ioannes efferebat, qui, illius verbis exceptis, prædicabat, illum quidem in sinu Patris esse, qui super terra vnà cum ipso corpore conviuebat: quomodo non intelligendum est, tunc etiam cœlos ascendere, & dum in sinu Patris degeret, in terra quemadmodum Deum decebat deambulasse, & omnibus simul veluti Deum adfuisse? Si quis Iudaica laborans cæcitate Evangelicas voces non recipit, ipsi Salomonis oracula adducemus, & sic orationem formabimus. *l Quippe cùm* F
quietum silentium continerent omnia, & nox in suo cursu l Sap. 18. 14.
medium iter haberet, omnipotens tuum Verbum è cœlo à Regalibus Thronis, ensem acutum, syncerum scilicet mandatum tuum ferens, *stans mortis omnia repleuit, & cœlum quidem tangebat, pedibus verò calcabat terram.* Si itaque vnigenitus Filius Dei coæquale ipsius Verbum, per quod Angeli facti sunt, & cœli, & terra, & mare, & profunditates, & luminaria per cœlum errantia, & vt vno verbo dicam, rerum omnium creatarum constitutio, Deus denunciant. Hic iusto iudicio cœlitus omnibus mentem dans meliorem Thronum perpetui Regni obtinet, & celeri sententia punit iniustos. Quin opere, & actione cùm sit omnipotens vt Deus, & Dei Verbum, cœlum tangebat, eodémque tempore ambulabat in terris, Divinitatis scilicet potentia omnia replens. Ergo si talem retinet naturam, impij quidem sunt, qui inconsideratè existimant, loco, locique aliqua parte determinata divinitatem circumscribi.

G Et ignorantia potiùs, quàm mente moderata inconsideratè Origenes loquitur, dicens, Christum, dum ad infimas terræ partes pervenisset, voluntate superiùs commoratum fuisse. Non enim intellexit quòd cùm is esset Deus, sic voluntatis affectu, vt videbatur, & desiderio fuerit superiùs, qui Divinitatis operatione omnibus omnia, vbique quantum fieri potest compleret. Sed concedamus hæc de Christo illum sentire, qui Prophetarum animas à dæmone evocari decernit. Pythomantis vt sibi similes venire dæmones intuita est, veluti quosdam ex eodem ventre fratres extollens, qui ab eadem sunt nati matre, clamat, *m Deos* conspexisse m 1. Reg. 28. 13.
ascendentes è terra. At grandiloquus ipse Origenes non dubitauit dicere, dæmonium non tantùm Prophetæ animam eduxit, sed, num & aliæ vnà simul ascenderunt animæ sanctæ Prophetarum? Porrò cùm illi tanta dementia non esset satis, Angelos item definit simul ascendisse cum illorum spiritibus. Dixit quippe egentium salutis causa illuc advenisse. Itaque, vt apparet, maxima spe Angelos, & Prophetas, totum denique Sanctorum simul chorum excitat. H

Primò illud decernens, eos sub potestate dæmonis esse; secundò exponens Mænadis mulieris opera illuc eductus, veluti captiuos conductos, vt laborantibus mederentur. Quare non minùs quàm illa mente læsus enunciare videtur. Sic enim se habet: miserè sanctis hominibus insultauit, Angelorum item ordinem, qui per cœlum volant, malè tractare non est veritus. Vel saltem apertè dicat, qui sententiam hanc defendit, vndenam habuit, è terra Angelos, in cœlis commorantes, ascendere. Neque enim hi descenderunt in infernum secum liberatrices ferentes captiuis emissiones. Sed Christus, qui ex hoste raptum victor sibi erexit tropheum, & captiuorum

A præda parta, corpore ipso ad cœlos sublimis ascendit. Verùm Angeli Deo iugiter præsentes, cultus debitos persoluere conantur, nec inferos habitant. Sed Origenes, vt videtur, hæc se non percipere simulat, vt superstitiosas inculcet præstigias. Præterea, qui omnia Scripturæ verba allegoriis exponere ausus est, hoc solùm ad litteram tradere non erubescit, per simulationem, & veluti ex oraculo determinans: nec etiam de ipso corpore rectè iudicans.

n Gen. 2. Quinimò de Paradiso, *n* quem Deus in Edem plantauerat, verba faciens, necnon qua ratione ligna fructifera germinarunt enarrare tentans inter alia subdidit, Cùm legentes à fabulis, inquit, seriéque quæ secundùm literam est, gradu facto ascendimus; quænam illa ligna sint, quæ Deus colit, quærimus; dicimus; in eo loco ligna, quæ sensu accipi possunt non reperiri. Hæc cùm per translationem exponat, non horret fabulas appellare, quæ Deus creata perfecisse traditur, fidissimusq; eius seruus Moyses scriptis consignauit. Et ex opposito, ea quæ fabula in vétre effingit, & obscurè insonat, ac si dogmata essent programmate stabilit, vera esse demonstrans. Et verba engastrimythi à Spiritu sancto dictata contédens, ea, vt sibi videtur, adscribē vult immota permanere, diuinis verò oracolis à Moyse traditis fabularum nomine insignitis sensum inuertit, literæque traditioni non vult, vt quis animū intendat.

o Gen. 21. 25. Nonne item *o* ab Abraam puteos effossos, aliáque ad eos pertinentia, allegoriis exponit, tantáque sermonum copia in immensum protracta, omne de illis negotium disterminat in aliam sententiam translatum, licet ad hæc vsque tempora in regione illa oculis conspiciātur? Nonne *p* Isaac, & Rebeccæ res gestas immutans, inaures, & armillas, sermones esse aureos dicés, & vniversum denique argumentū per vim distortū, ad ea

p Gen. 24. 22. quæ animo cernuntur, & ratione intelligūtur traductū, cauillationibus deturpauit? Porrò de Iob, qui multa passus est, cōmentarios edens, nō admiratur tolerantiā, non extollit labores, non commendat virtutem, non

C probat fidem, non fortitudinis animi exempla describit, non tyrunes milites magnitudine animi, vigoréque prudentiæ ad virtutem hortatur, non armat certatores, vt fortiter pro pietate pugnent, sed hæc omnia prætergressus, sublimi dicendi *q* modu filiarum nominibus exponendis aniliter multa sanè consumpsit. Verùm quæ de Diei nomine, & Cassiæ siue

q Iob. 42. 14. Cornucopiæ nugatus est, hic commemorare difficile est, multiplici namque scatent futilitate. *r* Ad Lazarum accedo, cùm debuisset Christi ingens opus magnifacere, illóque palam demonstrare Deum esse, qui

r Ioan. 11. 41. mortuum iam fœtentem è monumento authoritate euocauerat, & verbi emissione corpora tumefacta animauerat, his omnibus silentio involutis, Lazarum amicum Domini, quem non abs re propter virtutem diligebat, in peccatis laborantem, & mortuum transtulit: Quæ nemo de iusto aut dixit, aut dicta scriptis mandauit. Neque enim eum tam valido amore Dominus prosecutus fuisset, nisi vitæ ratio quam profitebatur, diuina fuisset. Neque minùs his dum lapida-

D tionis factum speculatur, illud etiam ac si per tropos factum in aliam sententiam educere obnitens, in Euangelicis verbis mirè mentitur. Licèt, inquit, multum perscrutati fuerimus, nondum inuenimus in his quæ scripta sunt, Iudæos arripuisse lapides, vt in illum iniicerent, & paucis additis. Nam si iterùm assumpserunt, prius assumpserunt: vult autem tum in superioribus, tum in inferioribus, nil tale præcessisse, vt probet, verba, sed non lapides assumpsisse perperam in illum. Et tamen Euangelista priùs dixit: *s Tulerunt igitur lapides vt iacerent in illum* Quæ vbi scripsisset, eciam triginta quinque versiculis interiectis, subdit: *t Sustulerunt*

s Ioan. 8. 59. *itaque Iudæi lapides, vt lapidarent ipsum.* Hæc quidem

t Ioan. 10. 31. duplici loco descripta sunt, diuersisque téporibus gesta apparent. quòd non habeant eosdem verborum nexus, vel coniunctiones Sed Origenes ipse, qui se scripturas omnes tenere existimat, hæc scribens, non cognouit

E textum id Euangelij totū scriptum ad litteram. Porrò si quis hæc nos effingere existimat, sentētiis Euangelicis perlectis, illisque in eas cōmentariis, ab omni nos abstinuisse mendacio comperiet. Quid inde opus est vltrà progredi? Omnia vt verbo expediā allegoriis ex nominibus desumptis exponit, rerum argumenta de medio tollit: neque illud percipiens, multas esse iustorum, & iniustorum easdem denominationes, neque fieri posse, vt diuersæ vitæ rationes ab vno nomine similiter dijudicentur. Est itaque Iudas proditor, & alter Iudas Apostolus: vel rursum Zacharias rex iniustissimus, & Zacharias alter Propheta. Et qui in fornace ignis iniectus est, Ananias vocabatur, alter est præter hunc Ananias, qui Ecclesiam persequebatur, cum ipse potiùs persecutionem pati debuisset, *u* imperabátque vt flagris cæde- u Act. 23. 2.
retur Apostolos, cui in faciem ad verbū Paulus sic respondit: *Percussurus est te Deus murę dealbate, & tu sedes, & iudicas me secūdum legē, & contra leges me iubes*

F *percuti.* Igitur si nomine res ipsæ discernūtur qui similibus tropologiis incumbūt, dicāt qua methodo diuersas scientias, aut vitæ rationes ex eodē nomine explicant. Multi scilicet in hūc diē progenitorum, aut Prophetarum nominibus insigniti Iudæi ius violāt, & impiè viuunt. Multi item & apud gentes Petri, & Pauli nuncupati nefariè rem suam gerunt. Itaq; futilitas leuitásq; sermonum Origenis, non minùs per hanc vaniloquentiā deprehenditur. Quæ porrò resurrectionis causa malè sentiens intrudit, publicare non est præsentis negotij. Methodius enim sanctæ memoriæ in illud quæsitum satis abundè scripsit, apertéque ostendit, hæresim affectātibus ansam præbuisse malè sentiendi, in specie, non ipso corpore resurrectionē fieri determinans. Ipsū verò allegoriis omnia inuertisse, prauæq; opinionis vbique semina ingessisse facile cognitu est: sæpiúsq; hinc inde eadem reuoluentem, ac repetentem, totum orbem immodica, vanáq; loquentia implesse. Hac dūtaxat methodo ex more omnia vbiq; allegoriis infarciens, tātùm engastrimythi verba figuratè extricare nō potuit, neq;

G ipsa rerū gestarū cōsequentia in lucē veritatis proferre. Quid præterea attulit religione sibi subterfugia fingēs? Cùm spectrum Sauli dixisse videretur, *x Abscindet* x 1 Reg. 28. 17.
Dominus regnum de manu tua. His probabiliter dicens subintulit. Non opus esse intelligere, dæmoniū de regno Israelitarum, vaticinatū fuisse. Iam superiùs dicebamus, verba ad Samuelem prolata, dæmonem suffuratū fuisse, vt amente Saulē decepto ex propriis sermonem texere videretur. At hic simulat similes diaboli conatus nō habere cōpertos. Vt ergo vaticinari videbatur dementis regnum abscindendum, tunc adiunxit, *Et dabit illud proximo tuo David.* At polyhistor Origenes hic motus dixit, dæmonium non potest agnoscere, regnum David diuino suffragio destinatū. Mihi hic subest admiratio, quonam pacto apud plures sani consilij gloriam, ac si prudens simul, & in sententiis ferendis optimus esset, assecutus sit Igitur si regnū esset obscurum, forsan non incongruè, se illud aliquo modo nescire dissimulasset. Cùm verò de illo testatus sit Deus, Dauidq; à Samuele

H vnctus, & semper in bello primas ferēs, regis gener sit effectus, ita vt huic quidē tripudiantes myriadas, Sauli chiliadas decātarint, si hæc & his similia manifestarāt, quid mirum, aut præter expectationē erit, si diuino suffragio per Prophetam munitū dæmon agnosceret? Nā si verum dicere velimus, nō intelligendū, illū solū corporea cognoscere, quemadmodū olei vsus, cuius effusio tactos sensu percipitur. Sed nullus ambiget, hæc omnibus manifestè innotescere. Addā verò quod excedit cætera, si hæc manifesta non essent, quodnā maius est, vt simul cōferamus, regnū David per olei vnctionē agnoscere, an Prophetarū animas ab inferis eduxisse? Et tamen illud de potiori persona commonstratū est Nam à Christo dæmones torti inuiti clamāt his verbis: *y Quid* y Matt. 8. 29.
nobis & tibi Fili Dei? Venisti ante tempus delere nos. At animas ab inferis euocādi, & cœlos Angelorū, qui per cœlū volāt, eundē in locū conuocādi, re ipsa tātū Deus, & diuinissimus eius Filius potestatem habet, prætérque

eos

A eos nullus omnino. Si itaque invisibile Dei regnum, ac sancto Spiritu vnctum agnouerunt, nónne multò magis scire poterant regnum David per visibilem vnctionem, visibilémque commorationem? Verùm res gestas, & in Scripturis descriptas de Davide perditissimus non vidit, qui Dominum corpore circundatum aggressus audacter dixit, z *Si Filius Dei es, mitte te deorsum, scriptum est enim, Angelis suis mandauit de te, & in manibus attollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.* Igitur si ex divinis literis colloquia nectere fingit, scit quæ scripta sunt, tametsi prauè, quæ si cognouit, profectò regnum David non ignorabat, quod divinis literis erat scriptum, ita vt ea quæ scripta sunt, dæmon pronuncians, nihil omnino vaticinatus sit. Sed multi nominis Origenes, quum non haberet quid diceret, ad hoc artificiosè confugit, aliunde argumentis excogitatis.

z Matth. 4.6.

B Ego sanè, inquit, talea dæmoni vires concedere nequeo, vt de Saule, & populo Domini vaticinia edat, item de regno David, illum scilicet regno potiturum. Sed dicet quispiam: O omnium stolidissime, illi vaticinia negas, & Prophetas ab inferis educere, cætúsque derepentè Angelorum, quod maius est, diviniorisque potentiæ argumentum, concedis? quis ita infirmè, aut exiliter rem intellexit? Næ ego potissimùm responderem, dæmonem, vt & anteà demonstrauimus, nihil vaticinatum fuisse, qui licèt prophetis non indigna collocutus fuisset, non ideò tamen existimandum erat, spiritus, & iustorum animas ab inferis evocasse. Etenim & Caiphas cùm de Christo prophetasset, dixit, a *Expedit vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Hæc autem non dixit ex semetipso*, vt certissimus tradidit Ioannes, *Sed cùm esset Pontifex anni illius, prophetauit.* Si hic, qui contrà Dominum sententiam iniustam tulit, tamen non à semetipso vaticinatur, sed motus dumtaxat ab alio coarguitur:

a Ioan. 11.50.

C neque ego si quis alius idem effecerit, ideò propterea diviniorisesse naturæ, censendum. Neque sustinendum est si dicant, præstigiis diabolicis animas ab inferis, exercitúsque Angelorum, vt videtur, veluti Deum, eduxisse. Attendenda quippe sunt, quæ his Prophetis præcipiens Moyses in Deuteronomio effatus, b *Si surrexerit in medio tui Propheta, sin somnium somnians, & dederit tibi signum, vel prodigium, & evenerit signum, sive prodigium quod locutus, est ad te, dicens, eamus, & colamus Deos alienos, quos ignoratis, non audietis verba Prophetæ illius*, ait, *aut somniantis somnium illud, quia tentat vos Dominus Deus, vt palàm fiat, vtrum diligatis Dominum Deum vestrum.* Verùm hic dualitatem Patris, & eius vnigeniti Filij repræsentans, alterum quidem Dominum tentantem appellat, alterum esse Dominum item & Deum dilectum, vt hoc numero binario vnam Deitatem probaret, verámque Dei generationem. Si Propheta ille qui signum, aut portentum ostendere promiserat, omnibus modis abiiciendus est, ideò quòd nefarium idolorum cultum introduceret, licèt signi potentia præcesserit, quantò magis dæmoni, qui ab inferis spiritus iustorum evocare pollicetur,

b Deut. 13.1.

D nulla fides est adhibenda? Nemo præterea quamvis impius diceret, illis oracula consulentibus, Deum tentantem impium suscitasse Samuelem, vt factum posteà subsecutum dæmonis promissioni adscriberetur, eóque nomine per fraudem deleret aliquos. Nam omnino cavendum erat, vt legum lator mandauerat, à vaticinij scelere. Annon auguria, eorúmque causas execrandas putas? Nónne vaticinationes engastrimythi, & sortium symbola? Audi quæ paulò priùs iterùm præceperat, c *Si introiens in terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi, non disces facere secundùm abominationes illarum gentium, non inveniatur in te qui lustret filium suum vel filiam suam in igne, & vaticinans vaticinia & mittens sortes, & augurans incantationibus incantationem ventriloquus & portentorum inspector, & interrogans mortuos: est enim abominatio Domino omnis qui facit hæc.*

c Deut. 18.9.

E Post hæc innuens etiam alienigenis propterea mortem & internecionem minari, statim subdidit: *Propter enim tales abominationes Dominus exterminabit illos à te.* Manifestum itaque est, engastrimythi vaticinationem, cum cæteris idololatriæ causis coniunctam esse. Ita enim in febribus internæ sordes morbum incendunt, vitiosósque humores exacuunt adeò, vt ex tumore, & corruptione plerúmque pestem inferant. Et dum portentorum inspectiones tristes visiones vocauit, quæ per engastrimythos factæ historia traduntur, probauit in illis nihil veri contineri. Ideò, vt existimo, rursus in Leuitico atrociorem contra eos sententiam dixit, his ipsis verbis peractam: d *Et vir, aut mulier, si facti fuerint ventriloqui, vel incantatores apud vos, morte moriantur, lapidibus illos obruite, rei sunt.*

d Leuit. 20.27.

F Quid hic igitur dicent, qui nouas Origenis sententias amplectendas esse contendunt? Vtrum veluti pessimorum artium operatores engastrimythos iubet occidi, vel è contrario bonorum operum præceptores? Nam si impiorum sunt authores facinorum, iure legum lator detestandos, qui nihil veri pronunciant eliminat: sin optimarum actionum magistri sunt, frustrà in eos lex animadvertit. Quippe si ab inferis animas educunt, quæ cùm huc advenerint, futura prædicant, necessaria indigentibus vtiliter suggerunt, iniustè ergo lapidibus obrui benefactores legum lator præcepit, ita vt vnum ex duobus necesse factu sit, aut has voces tamquam inutiles abiicere, vel engastrimythi verba tamquam falsa, atque vana criminari. Sed quid dicemus? Pugnántne inter se sacræ literæ? an vna sententia multis adversatur? Siquæ tamen inter eas controversia est, potiori eorum parti palma danda est. Et tamen contrariæ omnibus sententiis in engastrimythorum condemnatione, tamquam eorum, qui impiè agunt, concurrunt.

G Nec minùs præterea in quatro Regum relatum est, e Manassem impietatis excessu, præter iustorum neces, omnibus rebus, quæ idola præ se ferebant seruivisse, *Fecit sibi ipsi*, ait, *engastrimythos, & gnostes*, ex altera verò parte, qui iustitiæ laude illuxit Iosias f Rex, omnes simul manufactas statuas deiectas, igne consumptas deleuit, inter cætera & id memoratu dignum egit, *substulit*, inquit, *Ventriloquos, & Gnostes, & Theraphim, & Idola, & Carasim*, & paucis interiectis, ea combussit, veluti nefaria. Itaque si vtriusque scriptionis vnus est auctor, in quibus duorum Regum vitas scripsit, horum alterum iniustum fuisse, ait, quòd præter alia ventriloquos induxerit, alterum laudibus extollit, quòd divino zelo excitatus ventriloquos præ omnibus inimicis deleuerit: Hæc si ita se habent, patet, non sibi adversantes voces emisisse. Neque Spiritus sanctus dixisset, Samuelem ascendisse, sed engastrimythi referebat sermones, illam vti sibi videbatur, atque opinabatur magnificè se iactasse, spectris, quæ tantùm imaginatione obscurè deprehendebantur, Regem spe bona extollendi.

e 4. Reg. 21.6.

f 4. Reg. 23.24.

H Neque enim sibimetipsi aliisque Scripturis omnibus adversaretur. Neque tantùm hæ auctoritates ista damnant, sed præter has alius item testis fide dignus Esaias Propheta calculum addit, hic quidem similes abominationes execratus, hæc subdit, vt ita sentiant, rectissimè adhortatus: g *Et si dixerint vobis, quærite ventriloquos, & eos qui à terra clamant, qui vanè loquuntur, vel è ventre dicunt, non est gens ad Deum*, ita paucis additis, *Quid quærunt de vivis mortuos? legem quippe in auxilium dedit, vt dicant, non sic vt verbum hoc, pro quo non est dare munera pro eo.* Clara, sanctáque voce genus omne ventriloquorum explosit. Et si vaniloquum similem concessum declarauit, sine dubio demonstrauit, horum neminem vllam vnquam omnino proferre veritatem, sed mendaciis, iisque inanibus ingestis fraudes componere, leuique ac friuo-

g Isai. 8. 19.

A lo sermone indoctis imponere. Quare non incongruè illis exprobrabat, qui de viuis mortuos interrogant. Ipsi enim vaniloqui cùm mortui sint, & cæci, mortuorum voces deferre se simulant, contra quos testimonium dicebat Propheta, clamant, legem iam de his fuisse latam, ne inani sermonia dicacitate subducantur, quemadmodum & hi, qui talium rerum sunt auctores. Est enim firmissima legis custodia, cœleste auxilium implorare, & non è rebus terrenis in ipsis subterraneis animum figentes, opem emendicare. Sed qui omnes iam Scripturas interpretatum se esse existimat Origenes, hæc testimonia ignorare simulat, neque vti decet, vsurpat, sed quæ ad propositum minimè faciunt, infarcit, iis prætermissis, quæ natura sua congruebant. Quòd si ignorantia, stolidè quidem, vt videtur, effecit, si malignitate negotium audacter obiuit. Quin cùm ambiguus, & ancepa dixisset. Quid igitur facit B ventriloqua? Hîc, quid igitur facit ventriloqua circa animæ iussit eductionem? sermonis dubietate sublimiter effugit, quod ipse fecerat aliis donans, totum verò Scripturæ attribuens Samuelem eductum fuisse confidenter asseuerat, at non secundò audet repetere, Quia ipsum eduxit. Ego porrò existimo pro prima interpretatione, à rectissimè semper sentientibus reprehensum, secunda expositione eùm responderet, dixisse obseruatum, engastrimythorum. Deinceps sub dit scriptum, engastrimythum aliquem eduxisse, itémque Saulem Samueli dixisse litteris proditum esse, his similia complura inani verborum ambitu iterùm, atque iterùm repetitum denuò infit Non autem enunciauit, si volens ascendit, Non enim habes, inquit, textum, si eduxit illum engastrimythus. Si minùs, Scripturam percutiens, aliquis me reprehendat. Igitur ea adversa reprehensua apertè negauit, quæ prius sensit inconsideratè. Ibi enim determinauit, Scripturam potiùs dixisse, non mulierem, *Quem evocabo tibi?* Hic manifestè conuictus, oblitione accusationem vitare studuit. Sic vbique sibi aduersantes opiniones exponit, quemadmodum & hic perperam inter opinionum pugnas, ac turbas, criminis actionem coactus fuit effugere. Quando igitur vt quadam ad- C ductus, mulierem Prophetæ animam non evocasse falsus est, dicat, quis eam eduxit. Ipse enim in eo firmiter stetit, evocatam tantùm eam tradens. Ipsa itaque sola pythomantis erat, & Saul exorator illius, vt Prophetam educeret. At hic nequaquam erit auctor fabulæ; neque enim noctu ad illam deveniens engastrimythum precaretur. Si verò factum subsecutum est, nulli alij quàm engastrimytho opus adscribi debet. Ita vt ex his duobus, vnum, affirmare necesse sit, vel hoc numquam omnino opere præstitum fuisse, vel ab engastrimytho, & dæmone hominem rectum eductum fuisse. Nónne qui religione voces proprias dum negare videtur, diversa methodo eandem opinionem fraudulenter obtrudit? Sed perorationem, qua se defendere videtur, mendacium, ac si veritas esset, inculcat. Neque illi pudorem incutiunt, tot, tantaque legum-latorum decreta, consona Prophetarum testimonia, reliquusque seriei historicæ vnus, ac idem consensus. Quin sanctissimis oraculis prana ratione perversis, liberè engastrimythi verba confirmat, recentiora idolorum cultus instru- D menta deterneos, quæ plagiaria dæmonum vaticinatione obtrudunt. Ipsum nomen compositum persuadet, quanam in parte versatur. Engastrimythus enim interpretatur à ventre & fabula quasi, fabulam in ventre confictam demonstrans. Compositio fabulæ intra ventrem probabiliter, quemadmodum & tentoria efformata, non veritatem, sed mendacium apertè pronunciat. Multò meliùs itaque qui varia periti sunt lectione noverunt, quodnam illius genus: qui non modò ille superstitiosis præstigiis apprimè deditus, gentium superstitiones clanculùm introducit. Nihilominùs inde etiam pauca eius stoliditatem, vti par est, reprehendere, omittendum non est. Etenim

E rhetoricæ artis traditiones satis commodè exponunt, Fabulam esse fictionem quandam cum delectatione, ad aliquem vitæ vsum necessariam. Fictio verò dicta est, quòd, vt omnes æquè fatentur, conficta sit. Neque enim fabula diceretur, si re ipsa gesta fuisset. Quare si fabula rei fictæ ex improviso compositio est, re quidem ipsa longè abest à veritate, at rerum ratione materias suppeditando repræsentat actione destituta. Quippe quæ non sunt, verisimilitudine, quasi essent, proponit, narrationeque imitationem confictam introducit. Res itaque quæ non subsistunt, formis atque figuris ornatas, nulla suffultas firmitate, quoad fieri potest, stabilit. Mihi verò videtur fabulæ confictio nihil ab inanimatæ vmbræ delineatione differre. Ad similitudinem quippe tabulæ lineis ipsis designatæ, & pari æqualitate argumento, in vnam partem F respiciens personam confingit, imitationéque res ipsas lineis inductis figurat & in omnibus in æqualitate numerum obseruat potissimum; sicque ortus, & fines bellorum non dissona basibus pingit, labia loquacia, vocum proprietates, planctus, aut conciones Principum, conuiuia, saltationes, sorores bacchicos, mysteria, ebrietates turpissimas, petulantias amatorias, prædonum direptiones, deploratas cædes, clades enormes, paupertatis simulationes, diuitiarum affluentias. Decenti igitur oratione notas apponit, & personarum fictione ad actiones similes, quæ viros decent, designat. Fabulatores quippe floridis vocibus selectis varias colorum species adhibent, complicántque personarum fictioni. Deinceps orationis suavitate adumbrantes, omnem quidem fabulæ narrationem capedinunt. Et veluti signorum pictores aspectus pulchritudinem, rubeis, floridisque coloribus, ac si cera pingerent, distinguunt; verbis item, figurisque dum nomenum accommodare coguntur characteribus pinguibus, veritatis causa quasi compedibus vinciunt. At hi quidem hac ratione fabularum imagines exornant. Hinc Musica quædam harmonia constituitur, at poeticæ imaginationis inventio. Itaque Plato interrogatus, Musicæ quidem *orationem esse determinat*, G dicens: *Orationis autem duas esse species, vnam veram, alteram falsam, in vtrisque verò instituendum* [civitatis custodem] *sed primum quidem in mendaciis.* Priùs quippe dixerat, pueros fabularum cantu delinitos. Itaque, *in vnaquaque re maximum est, atque præstantissimum principium, potissimùm verò inveni & tenero cuilibet, tunc enim maximè formatur & inducitur figura eius rei, quam quis vnicuique imprimere, atque obsignare velit.* Quibus dictis illud conatur ostendere, minimè esse necessarium immodicia prauisque mendacia iuvenum animos occupare. Cùm, quæ puerulis recentioribus pravæ opinionis notæ imprimuntur, vix divelli, aut aboleri possint. Quapropter ratione non interrupta, subdit: *Adeóne facilè permittemus, quaslibet fabulas, a quibuslibet pro arbitratu inventas audire pueros, eásque animo suscipere opiniones, quæ vt plurimum sunt iis contraria, quas vbi ad constantem ætatem pervenerint, habere illos debere arbitramur? Nullo id quidem modo,* dixit, *permittemus. Primùm quidem constituendi sunt fabulatoribus illis censores, qui, siquam illi bonam fabulam fecerint, excernant, atque seligant, malas autem repudient eodem illo iudicio, at-* H *que examine. Quas verò fabulas è cæterarum numero excreverimus, dabimus operam, vt & nutrices, & matres pueris eas commemorent: vt illis fabulis potiùs informentur, atque instituantur eorum animi, quàm corpora manibus curentur. At ex iis quas nunc commemorant, multa erunt repudianda.* Deinde cùm de earum pro ratione differentia interrogaretur: *In maioribus,* dicebat, *fabulis, & minores videbimus.* Cùm rursùs Adimantus eas se non intelligere innuens, quæreret, subintulit: *Quas & Hesiodus, & Homerus nobis commemorarunt. Hi enim falsas quasdam fabulas effinxerunt, quas hominibus proponerent, & quæ iam olim invaluerunt, atque etiam nunc obtinent.* Itaque si Home-

ris

A ri carmina, atque Hesiodi fabulas, easque falsas fatetur, quæ potissimum eruditionis causa auditores delectant, quin & dictionis ornatu mentem ad perfectam eloquentiam excitant: quantò magis sermones illos, quos sanicata mulier effotiit, malas fabulas esse, easq; fallaces fatebitur? Quando & engastrimythi nomen ipsum hoc prædicat. Græci enim, & qui nominum cujusque rei impositionem, accurata exquisitaque diligentia examinant, in ea lingua fictiones falsas, μύθους, id est, fabulas appellant. Sequitur ergo rem ipsam, ex nomine, quo propriè nominatur, conspicere. Æsopi quidem ludicra similes præ se ferunt fabularum fictiones, quas pueri in ludis facetè, vrbanéque jocando recitant: Et anus Corybanthum more insanientes garrulo sermone decantant. Quandoque etiam dum hæc agunt, larga vina gutturi fundunt, calicique & potioni intentæ mirum quantùm blaterant. Qui verò Philosophiæ mores apprimè profitentur, & veras Musarum cantiones, veluti falsorum fabulamentorum species, vti par est, accusabant. Si no-
B men itaque ipsum rectè de re ipsa positum est, engastrimythum, vtique hæc engastrimythus efformare videtur. Neque enim à naturali, sanáque mente loquitur, sed in intimis visceribus dæmon diversans, mentem ipsam depascitur, & lædit, & ex ventre fabulosas fictiones componens strepitum edit, nec non in varias commutatus formas variis spectris seducit animam. Quando verò multis formis, ipse multiformis cum sit, varietur, non minùs, & nunc è terra ascendere se simulat, & clamat. Et administerij bina membra figuris commutatis, alium quidem ascendentem, ab eo qui in vocante est, videtur ob oculos exhibere. Idem verò huc, illucque discurrens species mutat, vt factis, sermonibúsque ostendat, se esse mendacem. Simulat itaque personas ipsas mortuorum educere, vt ex rei gestæ serie videre est. Et cum tetrico vultu tristia spectra ficte inducat, vniversáque mœsta, mortuorúmque putore plena ostendens, quasi ab inferis evocata horridè repræsentat, & veluti à carcere vinculisq;
C soluta, non diu pòst rursùm ex hoc loco illuc transmeare. Quinimò & visis ipsis terrore percutit animum, pallidas formas fingens, & oculos horrendos, atque demissos, quales mortuorum esse solent, qui jamjam animam efflare videntur. Nam similium rerum fictor per simulationem terribilibus omnibus sese accommodat. Quandoq; etiam non dissimilibus sui dæmonibus adopus adscitis, sed neque Prophetarum animas, neque justorum spiritus, neque dignitates Angelicas ab inferis educit, quin ex adverso ab Angelis deprimitur, datúsque est optimis viris, vt ab illis conculcaretur humi effusus disruptúsque. Sed hic à supremis illis raptu violento deletus, terga illisit. Solius verò Dei omnipotentis est, cjúsque divinissimi Filij animas ab inferis educere, cœtúsque Angelorum ordine adstantes habere, quod divinæ naturæ proprium eximium, ac singulare est.

D *FINIS.*

E

S. DAMASI PAPÆ OPERA QVÆ EXTANT ET vita ex Codicibus Mss. cum Notis Martij Milesij Sarazanij I. C. Romani.

VRBANO VIII. PONT. MAX.

Federicus Vbaldinus, S.

F *INter alia literarum monimenta, quæ præclara ac prope infinita habet Barberina Bibliotheca; servabantur Damasi Papæ opera, studio Martij Milesij Sarazanij collecta, notisque item illustrata. Ea Franciscus Barberinus Cardinalis; pro sua pietate adversus Sanctissimum Pontificem, sicut erga Milesium benevolentia, ad publicum commodum in vulgus exire jam olim volebat. Vbi vero demum istam mihi demandavit provinciam: continuo hunc librum ex Eminentissimi Principis auctoritate tibi dedicandum esse existimavi quod videlicet ad te præter cæteros præcipue pertinere videretur. Quandoquidem tu, Pater Sanctissime, nunc æque atque olim Sanctus ille Damasus tam rem Romanam sapientia, atque opera tua assidue amplificas, quam religionem divinis tuis carminibus ornas. Quare id opus a te libenter acceptum iri spero, ac vehementer cupio; majora, vel saltem meam erga te observatiam clarius significatura prope diem daturus. Interea immortali tuo no-*
G *mine, ac* ÆTERNITATIS *Barberinæ insigni decoratum, & veluti consecratum hoc prodeat in lucem, nec vnquam interiturum maneat monumentum studij, amoris & munificentiæ, quibus vestra familia à multis retro sæculis omni genere laudis maxime excellens, literas, hominésque literatos fovet, atque amplexatur. Vale Idibus Octobris An. Christi nati* CIↃ.IↃC.XXXVIII.

VARIA ILLVSTR. VIRORVM DE S. DAMASO ET OPERIBVS EIVS TESTIMONIA, juxta temporum seriem collecta.

S. Athanasius in Epist. ad Africanos Episcopos, Anno 367.

H SVFSCIVNT quidem scripta Damasi comministri nostri dilecti, ac magnæ Romæ Episcopi, cæterorúmque tot numero inibi congregatorum.

Imp. Valentinianus Prætextato.

Ex cod. Vaticano apud Baronium, An. 368.

DIssensionis auctore sublato, omnis causa discordiæ sopienda est, ne aliqua remanēte materia nihil prosit è medio sustulisse fomitem jurgiorum, Prætextate parens Charissime. Quamobrem præcelsa sublimitas tua, Defensoris Ecclesiæ Vrbis Romæ, sive Dalmasi sacræ legis Antistitis petitione perspecta: qua vna tantum Ecclesia ex Catholicæ Religionis obsequio à diffidentibus adhuc dicitur retentari.

Quoniam pro publica securitate metuendum est, ne

A aliquis hinc iterum tumultus oriatur (quandoquidem non parum sit separationis effigies, vt tale aliquid putetur occlusum Damaso) eam jubebit aperiri, &c.

Impp. Valentinianus, Valens, & Gratianus A. A. A. ad Damasum Episc. Vrbis Romæ, ex l. 20. Cod. Theodos. de Episcopis Ecclesf. & Clericis, Anno 369.

Ecclesiastici, aut ex Ecclesiasticis, vel qui continentium se volunt nomine nuncupari, viduarum, ac pupillarum domos non adeant, sed publicis exterminentur iudiciis, si posthac eos ad fines earum, vel propinqui putaverint deferendos. Censemus etiam, vt memorati, nihil de eius mulieris, cui se privatim sub prætextu religionis adiunxerint, liberalitate
B quamcumque vel extremo iudicio possint adipisci. Et omne in tantum inefficax sit, quod alicui horum ab his fuerit derelictum, vt nec per subiectam personam valeant aliquid, vel donatione, vel testamento percipere. Quin etiam, si forte post admonitionem legis, nostræ, aliquid ex eiusdem fœminæ, vel donatione, vel extremo iudicio putaverint relinquendum, id fiscus usurpet. Cæterum si earum, qui voluntate percipiunt, vel quarum successionem, vel bona Iure Civili, vel edicti beneficiis adiuvantur capiant, vt propinqui. Lecta in Ecclesiis Rom. iij. Kal. Augusti. Valentin. & Valente iij. AA. Coss.

S. Ambrosius Epist. 30. ad Valentinianum Aug. Anno 374.

C Misit ad me S. Damasus Romanæ Ecclesiæ Sacerdos Iudicio Dei electus libellum, quem Christiani Senatores dederunt. &c.

Concilium Romanum ad Gratianum, & Valentinianum Impp. Inter Epistolas Conciliorum à R. P. Iacobo Sirmondo cum appendice Cod. Theod. editas. Anno 376.

Sic denique factio profecit Vrsini, vt Isaac Iudæo subornato Sancti fratris nostri Damasi, peteretur caput, sanguis innocentium funderetur, componerentur doli.

Idem paulo post.

Quia igitur vestra judicio tranquillitatis probata est innocentia, memorati fratris nostri Damasi, integritas prædicata est, quæsumus Clementiam vestram, &c.

D *Ex rescripto Gratiani Aug. juxta superioris Epistolæ relationem dato ad Aquilinam Vic. Vrb.*

Ex Cod. Vat. apud Baron. Tom. 4. & Sirmond. vbi suprà, Anno. 381.

Hinc illi insectatores Sanctissimæ Sedis, non solum Dei numine, quod satis erat, sed etiam Iudiciorum examine exploratum, mentis sanctissimæ virum, vt etiam divo Patri Valentiniano est comprobatum, turpissimis calumniis Episcopum Damasum inquietare non veriti, postquam desperaverunt posse percelli, populum, pro quo ille divinitati obses est, inquietant.

Impp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius in l. 1. Cod. de summa Trinitate, & Fide Catholica, Et Cod. Theodosiano l. 16. tit. 2. Quæ & apud Cassiodorum lib. 9. c. 7. Tripartita, Anno 381. E

Cunctos populos, quos clementiæ nostræ regit Imperium, in tali volumus religione versari, quam Divinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis, religio vsque adhuc ab ipso insinuata declarat, quamque Pontificem Damasum sequi claret, &c.

Symmachus lib. 10. Epist. 34. Theodosio, & Arcadio Augg. An. 384.

Respondeat literis Episcopi Damasi, quibus assectatores ejusdem religionis negavit, vllam contumeliam pertulisse, &c. Credatur ejus legis Antistiti, quæ læsa simulatur, &c. sane laudabili viro Episcopo denegante, vllum è suis, aut carcere, aut vinculis attineri, &c. F

S. Optatus Melivitanus lib. 2. An. 386.

Ergo cathedra vnica, quæ est prima de dotibus, sedit prior Petrus, cui successit Linus, Lino successit Clemens, &c. Iulio Liberius, Liberio Damasus, Damaso Siricius, hodie qui noster est socius.

Ammianus Marcellinus lib. 17. An. 390.

Damasus, & Vrsicinus scissis studiis asperrime conflictabant, adusque mortis vulnerúmque discrimina, adjumentis vtriusque progressis. Quæ nec G corrigere sufficiens Iuventius (*erat hic Vrbis Præfectus*) nec mollire, vi magna coactus secessit in suburbanum. Et in concertatione superaverat Damasus parte, quæ ei favebat, instante.

Ruffinus lib. 2. cap. 10. Histor. Ecclesf. An. 392.

Damasus post Liberium per successionem, Sacerdotium in Vrbe Roma susceperat. Quem prælatum sibi non ferens, Vrsicinus quidem ejusdem Diaconus, &c.

S. Hieronymus de viris Illustribus, cap. 103. Anno 408.

Damasus, Romanæ Vrbis Episcopus, elegans in versibus componendis ingenium habuit, multáque, & brevia opuscula heroïco metro edidit; & prope octogenarius sub Theodosio Principe mortuus est.

Idem in Apologia ad Pammachium.

Dum adhuc viveret Sanctæ memoriæ Damasus, librum contra Helvidium de beatæ Mariæ Virginitate perpetua scripsimus, in quo necesse fuit nobis ad Virginitatis beatitudinem prædicandam multa de molestiis dicere nuptiarum. Num vir egregius, & eruditus in scripturis, & Virgo Ecclesiæ Virginis Doctor aliquid in illo sermone reprehendit? H

Idem ad Eustochium de custodia Virginitatis.

Legas Tertullianum ad amicum Philosophum scribentem, & de Virginitate alios libellos, & beati Cypriani volumen egregium, & Papæ Damasi super hac re versu, prosáque composita; & Ambrosij nostri, quæ nuper scripsit ad sororem opuscula, in quibus, &c.

A

Idem ad Ageruchiam de Monogamia.

ANte annos plurimos, cum in chartis Eccleſiaſticis juvarem Damaſum, Romanæ Vrbis Epiſcopum, & Orientis, atque Occidentis Synodicis conſultationibus reſponderem.

Et in Chronico Olymp.286.An.Domini 369.

DAmaſus xxxv. Romanæ Eccleſiæ ordinatur Epiſcopus.

Ibidem Olymp.289.An.Domini 379.

APollinaris Laodicenſis jactatione ingenij quoſdam errores pertinaciter aſſeverans, hæreſim ſui nominis ſuſcitavit, quam Damaſus habito Romæ Concilio damnavit.

B

S. Auguſtinus Epiſt. 164. ad Generoſum, Anno 420.

SI enim ordo Epiſcoporum ſibi ſuccedentium conſiderandus eſt, quanto certius, & vere ſalubriter ab ipſo Petro numeramus, cui totius Eccleſiæ figuram gerendi Dominus ait, ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ Inferorum non vincent eam. Petro enim ſucceſſit Linus, Lino Clemens, &c. Iulio Liberius, Liberio Damaſus, Damaſo Siricius, Siricio Anaſtaſius, in hoc ordine ſucceſſionis, &c.

Ibidem lib.6.contra Iulianum.

C

SEd quando ante annos plurimos tale ibi quiddam ſub Beato Damaſo, & Vrſicino contigit, nondum Pelagianos Eccleſia Romana damnaverat, &c.

Marcellinus Comes in Chronico Indict.ix.Eucherio, & Syagrio (aliàs) Evagrio Coſſ. Anno 420.

SAnctis CL. Patribus Vrbe Auguſta congregatis, adverſus Macedonium in Spiritum S. naufragantem, ab iiſdem Epiſcopis ſancta Synodus confirmata eſt, Damaſo ſcilicet ſedem B. Petri tenente, &c.

Indict.x. Antonio, & Syagrio Coſſ.

DIvi Valentiniani Magni cadaver Theodoſius princeps, &c. menſe Octobri Damaſus Romanæ Eccleſiæ (exceptis Liberio, & Felice) xxxv. Epiſcopus anno Pontif.ſui xviij.in Domino requievit.

B.Sulpitius Severus ſacra Hiſtor.lib.2. Anno 424.

D

AT tum Inſtantius, Salvianus, & Priſcillianus Romam profecti, vt apud Damaſum Vrbis ea tempeſtate Epiſcopum objecta purgarent,&c. Hi, vbi Romam pervenere, Damaſo ſe purgare cupientes, ne in conſpectum quidem ejus admiſſi ſunt.

Theodoretus lib.2.cap.22.Hiſt.Eccl. An 432.

INter eos vero, qui iſtarum litterarum auctores erant, principem locum obtinuit Damaſus in Eccleſia Romana primatu ſucceſſor Liberij, vir plurimis virtutis inſignibus eximie ornatus.

Idem lib.5.cap.2.

HIc Damaſus Epiſcopus Romanus fuit, & in illius Eccleſiæ adminiſtratione ſucceſſor Liberij, vir ſane propter vitæ præſtabilis ornamenta inſignis, qui quoad fieri poterat, doctrinam Apoſtolicam aſſidue tutatus eſt.

E

Et cap.10.lib eodem.

DAmaſus item vir in omni genere laudis florentiſſimus.

Sozomenus lib. 6. c.23. Hiſt.Eccleſ.An.440.

PEr idem fere tempus mortuo Liberio Damaſus Eccleſiæ Romanæ ſedem capeſſit. In qua electione Vrſicinus Diaconus competitor ejus fuit,qui ſuffragiis prætetitus iniquo animo tulit, &c.

Socrates lib.4.cap.24.Hiſtor.Eccleſ. An 440.

F

DAmaſus Liberio in Epiſcopatus Romani adminiſtratione ſucceſſit,&c.

Et lib.5 cap.3.

EOdem tempore Eccleſiæ Romanæ Damaſus, qui Liberio ſuccedebat,præfuit,&c.

S.Proſper Aquitanicus in Chronico, An.460.

ROmanæ Eccleſiæ poſt Damaſum Vrſicinus, Siricius xxxvj.præfuit an. 16.

Caſſiodorus Hiſtor.Tripart. lib.5.c.29.ex Theodoreto,An.540.

QVarum litterarum auctor fuit Epiſcopus Eccleſiæ Romanæ tunc Damaſus, qui poſt Liberium Pontificatus jura ſuſceperat, multis virtutum ornatus inſignibus.

G

Idem lib.8.cap.10.ex eodem.

TVnc itaque apud Heſperiam Damaſus Romanus, & Ambroſius Mediolanenſis ſpiritualibus jaculis feriebant hoſtes.

Et lib.9.cap.1.ex eodem.

IS enim Damaſus Romanæ Vrbis Epiſcopus laude dignus vir mirabilis ſemper ornatus dicere,faceréque pro Apoſtolicis dogmatibus cuncta feſtinus, poſt Liberium gubernacula ſuſceperat Eccleſiæ.

S. Gregorius Papa Epiſt. lib. 7.64. Quæ & apud Io.Diaconum lib.2.cap.21.vita S.Gregorij, Anno 593.

NAm, vt Alleluia hic diceretur, de Hieroſolymorum Eccleſia ex beati Hieronymi traditione tempore beatæ memoriæ Damaſi Papæ traditur tractum.

Et Dialogorum lib.4.cap.31.

H

CItius ad Eccleſiam S.Laurentij Martyris, quæ ex nomine conditoris Damaſi vocatur puerum mittere, &c.

S.Gregorius Taronenſis cap.38.de Miraculis Martyrum loquitur de SS. Chryſantis & Daria Baſilica, An.596.

DAmaſus Antiſtes ſanctæ ſedis Apoſtolicæ juſſit diligentius operire feneſtram; vbi & verſibus decoravit locum.

Beda de temporibus, An.731.

DAmaſus Romæ Epiſcopus fecit Baſilicam juxta Theatrum, S.Laurentio,& aliam in Catacumbis, vbi jacuerunt corpora ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli; in quo loco Platoniam ipſam,vbi jacuerunt corpora ſancta, verſibus adornavit.

Idem

A *Idem in Martyrologio.*

ROmæ Damasij Papæ, qui rexit Ecclesiam annos decem & octo, menses tres, dies duos. Hic constituit vt Psalmi diu noctúque canerentur per omnes Ecclesias. Hic multa corpora Sanctorum exquisivit, & invenit, quorum memoriam versibus decoravit.

Vetus Romanum Martyrol. ÿ. Decembris.

ROmæ Damasij Papæ.

Martyrologium Roman. 3. Idus Decembris.

ROmæ sancti Damasij Papæ, & Confessoris, qui Apollinarem hæreticum damnavit, & Petrum Episcopum Alexandrinum fugatum restituit: multa etiam sanctorum Martyrum corpora invenit, eorúmque memorias versibus exornavit.

B *Breviarium Romanum dicta die lect. 4.*

DAmasus Platonniam etiam, vbi corpora sanctorum Petri, & Pauli aliquando jacuerunt, dedicavit, & exornavit elegantibus versibus. Idémque prosa & versu scripsit librum de virginitate, multáque alia metro edidit.

Hadrianus I. Papa ad Carolum Magnum Imp. pro Concilio 2. Nicæno, Anno 787.

SAnctus Damasus elegantissimus Papa propriam suam fecit Ecclesiam, cujus S. Gregorius Papa meminit in Dialogis, qui ex nomine conditoris Damasi vocatur, quam similiter à tunc vsque hactenus victoriis sanctis, & Imaginibus pictam habemus.

Vsuardus in Martyrol. ÿ. Decembr. An. 812.

C ROmæ Natalis beati Damasi Papæ.

Theophanes in Chronographia.

Ex Cod. M. S. Bibliotheca Barberina, An. 814.

Io. Iac. Buccardo Interprete.

Divina Incarnationis, An. 365.

PEtrus autem (Alexandriæ Episcopus) Romam fugiens, ad Damasum, vtpote qui secum de fide recte sentiret, se contulit, qui demum omnia quæ ab Arrianis atrociter Alexandriæ commissa fuerant, in epistolam retulit.

Idem paulo post.

D *Divina Incarnationis, An. 367.*

EX quibus Sabbatiani à quodam Sabbatio originem duxere. Tum demum etiam Apollinarius Syrus ab Ecclesia palam defecit. Damasus vero Romæ & Petrus Alexandriæ Episcopi, eos primi condemnaverunt.

Idem paulo post.

Divina Incarnationis, Ann. 371.

GRatianus autem, atque Valentinianus exulantes Episcopos lege revocarunt, & Arrianos, Damaso Papa Romæ maxime adnitente, expulerunt. Tum etiam Petrus Alexandriæ Episcopus, ab exilio reversus, &c.

Rabanus in Martyrol. ead. die, An. 835. E

ROmæ Damasi Papæ, & Confessoris: Hic constituit, vt Psalmi die, noctúque canerentur in Ecclesia Christi.

Anastasius Bibliothecarius in Damasi vita, Anno 850.

ET ædificavit Platoniam, vbi corpora Apostolorum jacuerunt, id est Petri, & Pauli, quam & versibus ornavit. Hic multa corpora sanctorum Martyrum requisivit, quorum etiam conchylia versibus decoravit.

Idem in Chronographia Tripertita nondum edita.

Anno Divinæ Incarnationis, 361.

ATHanasio successit Petrus, qui Arrianis in multorum hominum cædes grassantibus pulsus, Romam fugiens ad Damasum properavit, cujus & erat consors, quando & hortenda, quæ gesta sunt ab Arrianis apud Alexandriam, per epistolam conscripsere. F

Anno Divinæ Incarnationis, 366.

DAmasus autem Romanus, & Petrus Alexandrinus primi Sabbatianos condemnavere.

Anno Divinæ Incarnationis, 368.

POst Gratianus, & Valentinianus lege data Episcopos exilio revocavere: Arrianos autem persecuti sunt, Damaso cooperante Papa Romano.

Ado Archiepiscopus Viennensis in Chronicis, Anno 879.

DAmasus Romæ Episcopus fecit Basilicam juxta atrium S. Laurentio, & aliam in Catacumbis, vbi jacuerunt corpora sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli: in quo loco Platoniam ipsam, vbi jacuerunt sancta corpora, versibus adornavit. G

Idem in Martyrologio.

ROmæ sancti Damasi Papæ, qui rexit Ecclesiam annos 18. menses 3. dies 2.

Luitprandus de Vitis Pontificum, Ann. 946.

DAmasus natione Hispanus, ex patre Antonio, fedit annos 18. menses 3. dies 2. &c. *ad finem.* Hic sententiam Hieronymi Presbyteri de celebratione Missæ confirmavit; videlicet, vt die Dominico nullus post tertiam horam diei Missarum solemnia celebrare præsumat. Hic præcepit, vt Psalmi diu, noctúque in Ecclesia canerentur. H

Suidas, Anno 980.

DAmasus Romæ Episcopus, versificator ingeniosus, multa breviter heroïco carmine comprehensa edidit: & octogenarius sub Theodosio Imp. decessit, scripsit & alia multa.

Marianus Scotus in Chronico lib. 2. pag. 6. Valentiniano Imp. An. 1083.

LIberius Papa obiit. 8. Calend. Maij. Huic autem successit Damasus Papa 38. post Petrum, qui constituit vt diu, noctúque canerentur Psalmi, per omnes Ecclesias.

Gottefridus

A *Gottofridus Viterbiensis part.16. Chron.Vrb.III. Pontifice scripta, An.1186.*

Post annos binos Iuliani vita recedit
Damasus Hispanus tunc Romæ Papa recedit,
Annos bis septem qui sibi fine dedit,
Hisque duos menses superadde, diesque decenos,
In quibus hæreticos detestatur Manichæos.
Postquam Siricius Papa, &c.

Ex parte 20.

Damasus Papa sedit annos octodecim, mensibus quatuor, die vno. Cessavit sedes Papalis post eum diebus viginti.

B *Albo Florintensis de Vitis Pontificum.*

Damasus &c. Quæsivitque multa corpora Sanctorum, & invenit, ac eorum memorias versibus decoravit.

Honorius Augustodunensis de luminaribus Ecclesiæ, n.103. An.1120.

Damasus Romanæ Vrbis Episcopus sub Theodosio multa, & brevia volumina heroico metro edidit.

Vincentius Bellnacens. in speculo historiali, lib.14. cap.49. An.1250.

C Hic Damasus multa corpora Sanctorum invenit, quorum tumbas etiam versibus decoravit.

Martinus Polonus in Chronicis, An.1252.

Damasus, &c. Hic elegans in versibus componendis ingenium habuit, multaque, & brevia opuscula heroico metro edidit.

Paulo post.

Hic multa Sanctorum corpora requirens invenit, quorum tumbas versibus decoravit.

Ptolomæus Lucensis Ord. Prædic. principio lib.6. historiæ Ecclesiasticæ.

Ex M.S. Barberino, Anno 1296.

Et attende, quod vsque ad Damasum Chronica Summorum Pontificum vigorem recipiunt Damaso scribente. Aliorum Scriptorum, qui fuerunt multi, vt Riccardus Episcopus Cremonensis, Archiepiscopus Cusentinus, cujus nomen ignotum: Bonizo Episcopus Sutrinus, Fr. Martinus Polonus, Fr. Vincentius Bellovacensis, Cassiensis, & Gottifredus Viterbiensis. D

Nicephorus Callistus Histor. Ecclesiast. lib.11. cap.13. An.1305.

Cæterum, Liberio ad quietem illam meliorem translato, in thronum ejus Damasus substitutus est, neque vita, neque eruditione, & doctrina sanctitate illi inferior.

Et cap.44. eod. lib.11.

In occidente Damasus Romanæ Ecclesiæ præfectus multa veritatis luce coruscavit.

Damasus vir ille divinus Deum verbum nostram naturam integram & perfectam suscepisse pleno ore palam docet. E

Franciscus Petrarcha in Chronicis vulgari sermone scriptis, An.1350.

Damasus in Hispania natus, filius Antonij, tenuit Pontificatum annos xviij. mens.iij. dies aj. vacavit Ecclesia dies xxij fuit vir optimi ingenij, & composuit multa carmina, multaq; alia opera edidit, &c.

S. Antoninus Hist. par.2. tit.9. cap.2. Anno 1445.

Defuncto Liberio, Ecclesiam Dei suscepit Damasus, natione Hispanus, sanctus homo, & multum eruditus in scripturis, &c.

F *Nicolaus Mantuccius in versib. de Rom. Pontificibus, An.1470.*

Et Damasus Cleri speculumque decusque,

Petrus de Natalibus in Catalogo Sanctorum, Anno 1470.

Damasus, &c. Hic elegans in metro componendo ingenium habuit, fecitque Basilicas duas, vnam juxta theatrum S. Laurentij, & alteram in Catacumbis: vbi jacuerunt corpora Apostolorum Petri, & Pauli; in quo loco Platoniam ipsam versibus adornavit, multaque corpora Sanctorum invenit, quorum etiam tumbas versibus adornavit, &c.

Et ad finem. G

Multa opuscula brevia heroico carmine composuisse fertur.

Iacobus Zenus Episcopus Patavinus de Vitis Pontif. m.s. An.1470.

Damasus, &c. Platoniam, vbi Apostolorum Petri, & Pauli corpora jacuisse dicuntur, pulchro dicavit opere, ornavitque Epigrammate metrico; multa martyrum corpora plurimo studio, ac labore quæsita sepulchris condecentibus condidit. Nec cujusquam Martyris reliquias comperit, cujus etiam vitam martyriumque metro non scripsit.

Platina in Vitis Pontificum, Ann.1472.

Damasus, &c. duas Basilicas ædificavit vnam juxta theatrum, alteram via Ardeatina ad Catacumbas. Dedicavit & Platoniam, vbi corpora Petri, & Pauli aliquando jacuerunt. Versibus quoque elegantibus Sanctorum corpora eo loci sepulta exornavit, ad memoriam posteritatis. H

Iacobus Philippus Bergomas in supplemento Chronicorum, An.1494.

Damasus Papa, natione Hispanus, patre Antonio, post Liberium Pont. sedit annis 18. mensibus 2. & diebus 10. Vir sane bonus & optimus Pontifex, &c. Hic constitutionibus promulgatis, & Ecclesia optime parata, Damasus otio delectans, vitas Pontificum præcedentium diligenti cura conscripsit, & opuscula heroicis versibus composuit, &c.

Sabellicus Æneid.7. lib.8. An.1494.

Subjicitur in defuncti locum Damasus, patria Hispanus, cujus pia administratio incidit in Iuliani Imperium, &c.

Et libro 9.

DAmasus Historiarum cupidus, omnium, qui ante se fuerunt, Pontificum vitas monumentis tradidit litterarum, deditq; id opus Hieronymo recognoscendum. Templa, & Divorum auxit cultum. Duas Basilicas struxit, propinquam theatro vnam, alteram Ardeatina via. Dedicavit & Platoniam, verus Principis Apostolorum conditorium. Primus omnium instituit, vt Chorus alternis Psalmos caneret; carménque illud in fine adjiceretur, quod hodie tribus Divini, personis redditur.

Petrus Crinitus de Poëtis, An. 1500.

DAmasus natione Hispanus, nobili, atque clara familia ortus est, vt veteres scribunt, &c. Laudant ingenium Damasi, vt eruditum in faciendis carminibus, cum ab aliis multis, tum præcipuè ab Hieronymo, qui complura opera à se composita huic Damaso dicavit. Adeo modestus fuit, tamque excellenti virtute ornatus, vt ingenti studio creatus Romæ fuerit Pontifex Maximus, &c. Plura de Poëta Damaso relata sunt apud illos auctores, qui de gestis Pontificum scribunt. Poëmata edidit non vulgari elegantia, & Hymnos complures, vt Prudentius, Ambrosius, & alij ejusdem ordinis auctores. Item librum de Romanis Pontificibus soluta oratione, quem ad Hieronymum misit, &c.

Volaterranus lib. 22. An. 1502.

DAmasus Hispanus sedit Annos xviij. menses duos, dies a. &c. Damasus Basilicam D. Laurentio prope theatrum Pompeij ædificavit, muneribúsque ornavit. Instituit in fine Psalmorum, Gloria Patri. Floruere sub eo præclara religionis lumina Hieronymus, Ambrosius, Augustinus. Sub hoc item secundum Concilium Constantinopoli celebratum contra Macedonium, Episcoporum C L.

Trithemius de Scriptoribus Ecclesiasticis, Anno 1504.

DAmasus Papa, natione Hispanus, sedit post Liberium in Cathedra Petri annis decem, & octo, vir in Divinis eruditissimus, & in sæcularibus literis egregie doctus, Rhetor, & Poëta celeberrimus, & in componendis versibus peritissimus, ingenio subtilis, vita devotus atque sanctissimus, Divi Hieronymi Presbyteri amantissimus, scripsit vtroque genere opuscula, de quibus extant subjecta.

Gesta summorum Pontificum lib. vnus.
De fide contra Hæreticos lib. vnus.
Epistolarum ad diversos lib. vnus.

Vvernerius Vvestphalus in fasciculo temporum, Anno 1504.

ISte Damasus gloriosus Confessor multa laude digna patravit, adjutus floridissimorum virorum studiis, quorum grandis numerus tempore suo claruit. Choros cantantium adornavit in Ecclesia. Gloria Patri, &c. post singulos Psalmos dici jussit, rogatu beati Hieronymi. In versibus dictandis excellentissimus fuit: plurima scripta reliquit, & præcipue historiam Paparum, & Martyrum. Concilium etiam secundum vniversale, id est Constantinopolitanum celebrare fecit. Ejus festum agitur xj. Decembris.

Iacobus Florus in factis ad Clementem VII. manuscrip. lib. 12. An. 1525.

HVnc sequitur Damasus, læti quem stemmate summo
Ornatum colimus, genuit quem Hispania, quemque, &c.
——Huic carminibus non publica vena,
Testantur monumenta suis ornata per Vrbem
Versibus almificam, passim quæ condidit ipse, &c.

Ambrosius Novidius in sacr. fast. An. 1538.

Quarta dies oritur, Damasus sua templa recludit
Hic, vbi celsa suo nomine tecta tenet.
Pieridum vt taceam studiis quod doctus adegit
Magnáque facundæ fama potatur aquæ.

Lilius Gregorius Gyraldus de Poëtarum histor. dialog. 5. An. 1550.

SEquebatur in tabula Damasus, Vrbis Romæ Pontifex Maximus qui (vt Hieronimus, & Suidas aiunt) elegans habuit ingenium in componendis versibus; multáque volumina heroïco Carmine composuit; Divorum Petri, & Pauli mensam, & altare, quod ille Platoniam vocabat, versibus ornavit, sed multorum Martyrum sepulchra, quæ ille Conchylia vocitare solitus erat. Circumferuntur ejus nomine pleraque in Psalterium carmina, item in Paulum Apostolum alia quæpiam quæ parum mihi probantur, cum adeo ipse in Poëtica laudetur. Fuit vero Hispanus natione, nec ignobili genere natus, illum post Theodosij obitum vixisse in historia scribit Socrates.

Maurolycus in Martyrologio, An. 1564.

ROmæ Sancti Damasi Papæ, qui scripta D. Hieronymi probavit, ad quem Pontificum gesta scripsit, & Psalmodias, & Gloria Patri primus edidit.

Ioannetus in libro Pontif. Romanorum ex Germanorum Auctoribus, An. 1570.

LIberio subrogatur in magna controversia Damasus, genere Hispanus, vir quippe bonus, & Pontifex Optimus, &c. Duas Basilicas exornavit, vnam prope theatrum, alteram in via Ardeatina ad Catacumbas. Carminibus quoque doctis Sanctorum corpora inibi sepulta posteritati commendavit. Ad hæc Basilicam, in honorem D. Laurentij ab se conditam, magnis muneribus donavit, &c.

Ant. Augustinus in Præfatione Antiquarum Collectionum Decretalium, An. 1576.

APud nostros Hilarius, Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, & qui eodem tempore clavum istum tenuerunt, & Claves Romanæ atque vniversalis Ecclesiæ Damasus, Cælestinus, Innocentius, & Leo Magnus. In his enim summa sapientia, & Divinarum, humanarúmque rerum cognitio cum singulari pietate, atque eloquentia magnopere contendere visa est.

P. Gelasius in Martyrologio, An. 1576.

ROmæ Sancti Damasi Papæ. Is in Concilio Constantinopolitano primo indicto, nefariam Eunomij, & Macedonij hæresim extinxit: Ariminẽsem Conventum condemnavit; Basilicas duas ædificavit, alteram S. Laurentij ad Theatrum Pompeij, alteram via Ardeatina ad Catacumbas. His atque adeo multis rebus sancte gestis, cum ad Ecclesiæ gubernacula sedisset annos decem & octo, menses tres, dies vndecim, virtute, doctrina, & prudentia clarus, obdormivit in Domino.

Angelus Rocca de Biblioth. Vaticana, An. 1590.

DAmasus Papa, natione Lusitanus, & S. Hieronymi amantissimus scripsit summorum Pontificum gesta, necnon Epistolas varias, de fide contra hæreticos, carmináque diversa. Nam in pangendis versibus fuit peritus. Claruit anno Domini 370.

Baronius tom. 4. *An.* 1593.

ANnon inter sanctos dumtaxat Damasus miraculis clarus adnumeratur, sed & inter scriptores Ecclesiasticos à Sancto Hieronymo recensetur, multáque metro edidisse traditur? Sed & de Virginitate plures scripsit libros, tum carmine, tum soluta oratione, vt superius dictum est. Visuntur adhuc Romæ ipsius nonnulla Epigrammata Martyrum sepolchris incisa, sed ex eis pauca integra.

Ciaconius in Vitis Pontificum, An. 1601.

DAmasus, &c. Quæsivit etiam sanctorum Martyrum corpora, atque invenit; nec non Concilia Martyrũ, népe Cœmeteria, & versibus pariter illustravit. Amplissimum præterea fontem Baptismi copiosis aquis in Vaticanum alio delapsum reduxit & versibus elegantissimis exornavit, qui adhuc extant, &c *& in* . .Multa metro edidit. Visuntur adhuc Romæ ipsius Epigrammata Martyrum sepulchris incisa, sed ex eis pauca integra. Sed & de Virginitate plures scripsit libros, tum carmine, tum soluta oratione, vt Hieronymus ad Dexterum Præfectum Prætorio scribit. Damasus (inquit) Romanæ Vrbis Episcopus, &c.

Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis Anno 1613.

SAnctus Damasus Romanus Pontifex anno sexto Theodosij obiit, & scripsit de virginitate, & alia, quę meminit S. Hieron. in lib. de scriptorib. Ecclesiast. an. 1183. Sed vera ejus scripta non extãt, exceptis paucis Epistolis, quarum aliquæ sunt inter Epistolas S. Hieronymi, aliquæ sunt in historia Theodoreti lib. 2. cap. 22 & lib. 5. cap. 10. & 11 Tribuitur S. Damaso liber de Vitis Pontificum, qui extat in 1. tom. Conciliorum: sed liber ille est Anastasij Bibliothecarij, non Damasi, vt notum est.

Maphaus Cardinalis Barberinus, nunc Vrbanus VIII. Pont. Max.

Ad Antoniam Barberinum Caroli fratris filium S. R. E. Cardinalem.

SAcra quibus Pindi . . . æcinxit tempora lauro
Pontifices alios inter se Damasus offert,
Cui Comes is Gelasi magnæ lux altera Romæ.

VITA ET ACTVS

BEATI DAMASI PAPÆ.

Ex antiquissimo Cod. M.S.

QVia scriptum est, *quos prædestinavit, hos & vocavit*: ne Christi oves diu regimine destituerentur, divina clementia Damasum fide sincerum, sapientia præditum, virtutibus renitentem, ad divini regiminis successionem, & pastoralis curæ sollicitudinem, vocare dignatus est. Cleri namque, & populi validissima electione, Apostolicam Cathedram Deo protegente regere coactus est. Qua non vt segnis vsus est, sed virtutum cumulo studuit operari. Pastorali namque officio præditus ovibus Christi incessanter quotidie ministrabat. Quotidianis namque jejuniis se ipsum affligebat, vigiliis, & orationibus incessanter insistebat: vt bene cum Psalmista diceret: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi.* Episcopos è diversis partibus venientes, quasi patres recipiebat, verbis, & exẽplis reficiebat, & quod prædicabat ore, opere exercebat. Clericos vero Romanos paterno affectu diligebat. Divites ad largiendum pauperibus exhortabatur. Aderat namque & sollicitudo non minima pauperum, orphanorum, & viduarum; quibus adjutorium, protectionem, & consolationem sollicitus impendebat. Non enim thesaurizabat thesauros in terra, vbi ærugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur; sed thesaurizabat in cœlo, vbi nec ærugo, nec tinea demolitur. Pauperum itaque manibus præmittebat ad Dominum, quod in illa posset recipi patria, in qua Deus est omnia in omnibus. Itaque a Deo electus, ab omnibus dilectus, Pontificalem Cathedram honestissime decorabat. Ecclesiarum restaurationi, & novarum ædificationi quam maxime insistebat, quod in ipsarum patet effectu. Ornamenta quoque eis non minima contulit. Cunctis diversa exhortatione, correptione satisfaciebat, quos diversa morum qualitas astringebat; vt vere cum Apostolo diceret: *Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifacerem.* Ideoque beatissimi vox libentius audiebatur, quam dicentis vita commendabat: quia quod loquendo impetrabat, ostendendo adjuvabit, vt fieret. Supereminentiam virtutum ascenderat, sicut per Prophetam Dominus dicit: *Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem.* Super montem namque ascenderat, quia virtutum cumulum obtinebat; in quibus habitans, tanquam in monte, securus ab hoste sedebat, & repellebat. In speculatione quippe positus, non aliter videre Deum Deorum in Sion poterat, nisi à terrenorum ante subtraheret illecebris, vt noxia cuncta rejiciens, qualiter augmentum veræ immortalitatis, ad altiora scandendo amplecteretur. Repente etenim cum ad ea, quæ Dei sunt, elevamur, Ægypti nebulas evadimus; facie sereni aëris fruimur, contemplationi insistimus, vt ad pacem, & concordiam, quæ Deus est, pervenire mereamur. Super montem quoque ascenderat, quia omnia divinæ Scripturæ fluenta populis ad potandum tribuebat. Disputationes quoque legum subtilissime differebat. Sicque divina gratia resplendebat, vt nullius expers rationis esse videretur. Fide namque candidus, virtutibus decoratus, ab ipsa sacra pueritia diligenter divinis, & humanis instructus, talentum, quod à Domino acceperat, humiliter erogabat. Fidem sanctæ Trinitatis adeo mirabiliter differebat, vt non videretur humana, sed Angelica lingua loqui: asserens Deum Patrem ante omnia tempora, ex natura, & substantia sua Filium genuisse; & Spiritum Sanctum à Patre, & Filio processisse: tres personas, sed vnum Deum, vnius essentię potentiæ, majestatis, & potestatis. Filium Dei Deum, & Dominum pro humani generis restauratione incarnatum, vt habitaret in nobis. Patrem ingenitum, Filium vnigenitum. Patrem æternum, Filium coæternum. Filium lumen de Patre lumine. Filius potest creare omnia, sicut ait Evangelista: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Spiritus S. opus est, & diligentia, vna cum Patre & Filio, sanctificare, & sanctos custodire, & eos, qui ceciderint ob negligentiam, ad statum pristinum reparare, ignorantes docere, admonere obliviscentes, peccantes arguere, pigros hortari, de salute sua cogitare, errantes ad viam veritatis reducere, infirmos curare, & fragilitatem corporis per alacritatem animæ continere, & ad amorem castitatis confirmare, omnes illuminare; super omnia autem fidem & charitatem singulis præbere. Hæc, & alia de fide Sanctæ Trinitatis, sincerissimus Christi Confessor,

A populum Domini edocebat: sed quia ex virtutibus solent signa procedere, cœpit ita coruscare miraculis, vt vere in eo divinæ virtutis operatio, atque efficacia videretur. Quodam namque tempore cum erutarum Ecclesiarum restaurationi, atque novarum ædificationi, sanctissimus Christi Confessor, Romanæ Ecclesiæ Pontifex Damasus operam daret; hortum infra Vrbis mœnia ab Imperatore Valentiniano sibi concedi postulavit, in quo sancti Christi Martyris Laurentij Ecclesiam summa devotione ædificaret. Sed quia justæ postulationi, imò divinæ parendum est: Valentinianus Imperator orthodoxæ fidei veracissimus cultor, præcepto Christi Confessoris annuit. Et quia filia Valentiniani Imperatoris, Galla Placida nomine, in horto illo cum coætaneis spatiari consueverat; cum Domini Confessor Ecclesiæ Christi fundamenta ponere vellet, prohibuit fieri, atque per semetipsam accedens; magistros operis expulit. Quam beatus Damasus paterno monuit affectu, ne sibi, & Christi Martyri tantam inferret injuriam. Cumque
B illa, desistere nollet, invocato Altissimo, atque Christi Martyris auxilio, ab immundo spiritu Galla Placida statim arrepta est. Quod vbi contigit, atque Imperator audivit, vehementer lacrymari cœpit, atque pro casu filiæ suæ dolere. Sed gratia Domini miserante, puella ab immundo spiritu liberata, & fundamenta posita, & Ecclesia Christo auxiliante perfecta est, cui Christi Confessor hæreditatem plurimam contulit, atque ornamenta pretiosissima donavit.

Quodam itaque tempore, dum in vigiliis Pentecostes sanctissimus Christi Confessor vna cum Cardinalibus sacrum baptismi celebraret, atque benedicto fonte vna cum eo Cardinales baptizarent; de manu cujusdam Cardinalium puerulus quidam, trina mersione peracta, casu cecidit, atque fontis ima petiit; cumque omnes dolerent, streperent, clamarent, atq; quid agerent ignorarent, Patri sanctissimo Damaso puerulum in ima fontis cecidisse nuntiatum est:
C quod vbi vir sanctus comperit, illico cuidam ministrorum præcepit, vt fontem ingrederetur, atque puerulum vivum abstraheret: cumque omnes clamarent; non jam vivum, sed mortuum fore: Non, inquit vir sanctus, mortuum, sed vivum inveniet. Accepta itaque Patris sancti benedictione, minister cui jussum fuerat, fontem ingreditur, atque puerulum, qui mortuus putabatur, ab imo fontis abstraxit viventem, & incolumem. Quo facto, vir beatissimus, glorificabat Dominum; omnésque, qui aderant, Christi mirabilia exaltabant, & Damasum sanctissimum acclamabant.

Alio quoque tempore, cum Sacramenta Dominici Corporis, & Sanguinis devotissime celebrasset in Altari Principis Apostolorum, cœcum quendam tertiodecimo jam cœcitatis anno mœrentem, in itinere obvium invenit: Qui cum audisset Christi Confessorem prætereuntem, magna voce clamare cœpit, di-
D cens: Obsecro te, sancte Dei, per eum, qui te Ecclesiæ suæ Pastorem constituere dignatus est, vt Crucis Christi signum super oculos meos facias, constanter enim credo me illuminari. Quo audito, vir sanctissimus primum obstupuit, admirans ejus fidem: deinde divina misericordia fretus, signum Crucis Christi super oculos cœci edidit, dicens: Fides tua te salvum faciat; quo dicto, is qui cœcus fuerat, lumen recepit. Multas quoque, & diversas infirmitates curabat; hæreticorum versutias superabat, atque animas diabolica fraude deceptas prædicatione, & virtutum roboratione, atque signorum ostensione, ad fidem Christi revocabat.

E *In eodem Codice M. S.*

Subjungitur, ejusdem B. Damasi Vita, quæ extat in Pontificali Romano, sive in Anastasio Bibliothecario.

DAmasus natione Hispanus, ex patre Antonio, sedit annis 18. mensibus 2. & diebus 10. Et cum eodem ordinatur sub contentione Vrsicinus, & facto concilio Sacerdotum, constituerunt Damasum; quia fortior, & plurima multitudo erat cum eo, & sic constitutus est Damasus, Vrsicinum ejecerunt ab Vrbe. Damsus in Vrbe mansit Apostolicus: Fuit autem temporibus Iuliani. Hic fecit Basilicas duas: vnam juxta theatrum, quæ S. Laurentij vocatur nomine; aliam via Ardeatina, vbi requiescit in catacumbis, & dedicavit Platoniam, vbi corpora Apostolorum jacuerunt, id est Petri, & Pauli, quam & versibus exornavit. Hic multa corpora Martyrum requisivit, quorum etiam concilia
F versibus decoravit. Hic invidiose de adulterio incriminatur, & facta Synodo purgatus est à 40. Episcopis, qui etiam damnaverunt Concordium, & Calistum Diaconos accusatores, & projecerunt de Ecclesia. Hic constituit titulum in vrbe Roma Basilicam, quam ipse construxit, vbi quamplurima obtulit dona. Hic constituit vt Psalmos die, noctúque canerent, per omnes Ecclesias, qui hoc præcepit Presbyteris, & Episcopis, vel Monasteriis. Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, Presbyteros 31. Diaconos 11. Episcopos per diversa loca 62. Qui etiam sepultus est in via Ardeatina in Basilica sua, 3. Idus Decemb. juxta matrem suam, & germanam, & cessavit Episcopatus dies xxxj.

VITA S. DAMASI PAPÆ

Ex Cod. M S. Archivij Canonicorum S. Petri. G

Exscripsit V. C. Constantinus Caietanus Abbas.

POst decessum Magni Constantini, sub quo sancta Nicæna Synodus, Arrij blasphemiam, quam de inæqualitate sanctæ, & individuæ Trinitatis conabatur asserere, publice condemnavit: Constantinus, Constantius, & Constans ejus filij, in regimine Imperij successerunt, quorum Constantius, primo quidem Catholica fide suscepta, postmodum mentis levitate mutatus est; seductus ab Eusebio Nicomediensi, & à quodam Arriano Presbytero. Hic enim Presbyter, partibus Arrij latenter favens; cum familiaris esset Constantiæ, sorori Magni Constantini, relictæ Tyranni Licinij, ita per eam charus factus est fratri, vt moriens testamenti sui ei paginam commendaret, obtestatus, ne alicui eam nisi Constantio traderet reverteriti. Cum ergo Constantius adfuisset, depositum Presbyter restituit: cujus beneficij
H gratia, ita ei devinctus est, vt qui imperare cunctis ambierit, imperari sibi ab illo æquanimiter pateretur. Cœpit itaque Imperatori de Arrij absolutione suggere, & nolentes acquiescere Sacerdotes vti cogeret persuadere. Interea Constantino, & Constante defunctis, cum Constantius solus obtinuisset Imperium; apud Ariminum numerosam Synodum colligi jussit, & adversus fidem Catholicam Arrij cupiens venena revolvere, Ecclesiam Dei tyrannica vsurpatione turbavit. Denique coacti, metu Principis, vel Tanti Præfecti præsentia; cui exsecutio taliter fuerat delegata, vt quæcumque pars Concilij in Arrianorum perfidiam consentiret, in se Consulatus insignia mereretur. Pene omnes, qui convenerunt, Episcopi consenserunt. Quod cernens Liberius Vrbis Episcopus, Luciferum Sardiniæ Episcopum insulæ,

A Catalis Civitatis Episcopum, cum Pancrasio, & Hilario Clericis, ad Constantium misit, vt eum super hanc nequitiam commonerent. Constantius autem, vt Arrianæ fautor perfidiæ, cœpit etiam hunc compellere, vt sub nomine Athanasij Alexandrini Nicænam damnaret fidem, quasi qui ad hoc esset directus. Quod cum vir tunc Catholicus omnimodo recusaret, in Palæstinam relegatus, miræ constantiæ, & præparati animi ad martyrium extitit. Quo etiam tempore Eusebius Vercellensis Episcopus, Arrianæ hæresis impugnator, præcipiente Constantio, Scythopolim, & deinde Cappadociam exilium subiit. Tunc Liberius cœpit Constantium publice redarguere, asserens eum post Christianæ professionis susceptionem, Ecclesiæ Christi emolumenta, non incommoda conferre debere. Vnde Constantius vehementer iratus, & hunc extra civitatem, quasi in exilium deportari præcepit. Et habitavit extra, milliario tertio, in cœmeterio, quod
B dicitur Noella, via Salaria: inque locum ejus Felix Diaconus subrogatur, quem Acacius Cæsareæ Palæstinæ Episcopus consecravit. Porro Liberius, dum in exilium duceretur, Damasum nostrum elegantia in vtraque lingua scientiæ, quem quasi lampadem quandam ad illustrationem suæ Ecclesiæ Christus accenderat, in Vrbe Vicarium dereliquit. Quod quidem officium tanta virtutis plenitudine executus est: vt omnibus quæstionibus, & ratiocinationibus honestissime satisfaceret. Hæreticorum versutias superabat, & animas diabolica fraude deceptas, prædicatione, ac virtutum roboratione, ad Ecclesiæ gremium revocabat. Vnde actum est, vt omnes Episcopi, quos imperitia, seu metus in Ariminensi Concilio fecerat deviare, ad fidem Catholicam ejus suasionibus remearent. Quos ipse contra sententiam Luciferi, quia se diviserat, favente
C sibi Hilario Pictaviensi, recuperandæ pacis gratia, vtpote discretus, & providus, in communionem, & sacerdotium recipi consuluit. Vnde Faustinus Luciferianæ sectæ Presbyter, invidia ductus, librum contra eum edidit, in quo illum, quasi male egisset, redarguit. Nam Luciferianis ita displicuit recipere Episcopos, qui in Ariminensi Concilio Arrianis communicaverant, sicuti Novatianis apostatas pœnitentes. Verum Damasus sanctæ fidei zelo succensus, non tam schismaticorum calumniis, quam Ecclesiæ commodis, intendebat.

Eodem tempore, appropinquante solemnitate Paschali, qua in Christo renasci plurimi exoptabant, convocavit Liberius omnes Catholicos Ecclesiastici gradus, sedénsque in cœmiterio supradicto, sic loqui exorsus est: Dies tribulationis & angustiæ, fratres charissimi, emerserunt; in quibus navis Petri ventis insurgentibus perturbata, tanquam Christo dormiente, naufragium pertimescit. Nam & piratæ vndique imminent, & interdicitur nobis gubernandi facultas. Necesse itaque est, vt Dominum clamoribus excitemus, quatenus eo nobis dexteram porrigente, & inimicorum reprimantur incursus, & omnis perturba-
D tio conquiescat. Cujus spei præsumptio nobis sit, quod caput horum malorum Arrius est extinctus. Dum enim de exilio revocatus, apud Alexandriam cum fratre nostro Alexandro de fidei causa confligeret, humanæ causa necessitatis, ad locum publicum declinavit: vbi cum sederet, intestina ipsius, atque omnia viscera ab ejus corpore defluxerunt. Confidamus igitur in Domino, quoniam eorum capite, Deo favente, destructo, & membra reliqua destruentur. Ego interim, fratres, vobiscum esse nequeo præsentia corporali; habetis autem vicarium fratrem, & compresbyterum Damasum, virum vtique fidelissimum, & cunctis virtutibus adornatum, cujus prudentiam, & constantiam mihi publice prædicatis: eo prævio post Dominum cunctis viis vestris vtamini. De baptismate vero quid sit agendum, decernite, & in quo loco celebrandum sit, providete, quoniam Paschalis instat solemnitas, in qua multi baptizari desiderant. Respon-

E dit Dionysius Presbyter, & ait: Domine Præsul sancte & innocens, confice chrisma in nomine illius, quem publice prædicas, & celebremus baptismum. Respondit Damasus vicarius, dicens: Certi esse possumus, quia non relinquet Dominus plebem suam, cum qua vsque in finem mundi se permansurum esse promisit, exhibe nobis ad præsens celebrare Pascha. Ego in humilitate loquor; onus enim, quod super te bajulas, sublevare non possum, quia ignoras vbi baptizes. Nonne Joannes in deserto baptizabat? patres quoque nostri in typo baptismi per medium mare transierunt. Nam & in fluminibus, & paludibus, maxime instante necessitate, convênit baptizari. Hunc sermonem cum gaudio suscepit Liberius Episcopus, ita vt præ gaudio fleret; audiens per os beati Damasi, quem Vicarium ipse elegerat, divinum consilium. Et conversus ad eum dixit: Eris major minister, sicut ille, qui baptismum in-
F stituit. Et ad Clerum de illo ait: Qui est vester minor, fiet major: & qui se humiliat, exaltabitur. Cum enim esset Pontifex prophetavit, quod beatus Damasus, pro eminentia humilitatis & vigilantiæ, ad culmen sedis Apostolicæ esset quandoque provehendus. Erat autem non longe à cœmiterio Noellæ, cœmiterium Ostrianum, vbi B. Petrus baptizaverat. Eodem ergo tempore habito consilio, baptizavit ibi Liberius Episcopus promiscui sexus numero quatuor millia diversorum, quia non solum Romani, sed & Romanorum finitimi, ab eo baptizari optabant.

In diebus illis multitudo barbarorum, super Danubium congregata est, vt fines Romanorum invaderent. Quod audiens Constantius Imperator, ait: Videte hunc sacrilegum, quia quod nunquam factum est fecit, ideo hæc plaga multitudinis Barbarorum, effusa est super regnum nostrum. Et infra dies Paschales profectus est ad bellum; comminans, cum proficis-
G ceretur, Liberio Episcopo, quod victor reveriens, carnes ejus volucribus cœli, & terræ bestiis immolaret. Et cum solemnitas Pentecostes adveniret, multitudo promiscui sexus vrgebatur ad baptismum, propter metum persecutionis. Volente autem Liberio in præscripto cœmiterio Ostriano baptizare, ait ad eum beatus Damasus: Quare opportunitate accepta non baptizas, ad primum nostrum Pontificem Petrum Apostolum. Respondit Liberius: Quia dubito: nam pater ejus fabricavit hanc Ecclesiam, & construxit, ne ex hoc iratus ferat sententiam: homines enim renasci non mori desiderant, sed & aqua ibi non est ad baptizandum. Ait autem Dionysius Presbyter: Renascantur, & si mortui fuerint post baptismum in errore melius vivent. Respondens Damasus Liberio Episcopo, dixit: Non turbetur cor tuum, Pontifex summe, & si coronæ tempus advenit, sed & de aqua ne sis sollicitus, ego dabo tibi veniam fontis emanantem. Et corroboratus gaudio Liberius, ad verbum ejus, ait ei: Vade itaque, construe fontem affluentem, vt renascantur omnes, qui Ecclesiæ filij esse cupiunt. Et die tertio veniens Damasus Presbyter cum
H Diaconibus, ad Ecclesiam S. Petri, communicato consilio, dixit eis: date mihi operam ministerij hujus, providens autem expiavit locum illum, qui est ad dextram introeuntibus Basilicam sancti Petri, eliminata inde omni putredine, construxitque fontes. Et excidit montem proximum Damasus manu sua, & manavit aqua abundanter, vt repleret fontes, quos ipse construxerat. Gavisus autem ex hoc Liberius, jussit congregari Presbyteros, & alios Ecclesiasticos gradus: veniénsque ad Basilicam prænotatam, cum appropinquasset ad fontem; dedit orationem hujusmodi: Deus omnipotens, qui misisti Filium tuum vnigenitum, ostendisti omnium creatorem; respice super vineam istam, quam plantavit dextera tua; & amputa ab ea spinas, & produc palmites ejus in fortitudinem, & dona eis fructum veritatis, qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. Cumque qui aderant respondissent Amen: cum litania ingressi sunt, erat autem

A sabbatum Pentecostes. Placuit itaque fons Liberio, & præ gaudio flevit. Ab hora autem nona catechizavit omnes, & ab hora quasi vndecima vsque in Dominicam Pentecostes, non cessavit baptizare. Multi enim vrgebantur ad baptismum, ita vt Dominica Pentecostes sabbati Missa celebraretur, hora quasi octava. Baptizati sunt autem promiscui sexus quasi octo milia octingenti decem. Quodam namque tempore, cum erutarum Ecclesiarum restaurationi beatus Damasus operam daret, hortum quemdam infra Vrbis mœnia positum, ab Imperatore Valentiniano juniore sibi dari poposcit, in quo compatriotæ sui beati Laurentij Martyris Ecclesiam fabricaret. Et quia justæ postulationi, imò divinæ, parendum est: Valentinianus Augustus petitioni Christi Confessoris annuit, & eumdem ei hortum sine mora concessit. Adeo enim ei devotus erat, vt non solum ejus monitis gratanter obediret, verum etiam ejus jussa æquanimiter ferret. Vnde etiam actum fue- B rit, vt voluntate beati Damasi Eudoxiam Eudoxiæ, Augustæ memoriæ filiam, duceret in vxorem. Quæ videlicet tantum postea in Christi fide, & amore proficere meruit, vt Basilicam beati Petri ad vincula construeret, quæ & Eudoxiæ vsque hodie nuncupatur. Qua suscepta, duas ex ea filias genuit, quarum ma[illegible]matris nomen sortita est, minor vero Galla Placida vocabatur. Sed major in adolescentia defuncta est, vnde Augustus in juniorem affectu nimio ducebatur, eo quod sibi vnica remansisset. Hæc itaque audiens prædictum hortum beato Damaso à suo genitore concessum, contristata est, eo quod illuc cum aliis puellis frequenter pergeret, & suæ ætati delectabilia reperiret. Et cum Christi famulus suis manibus, Ecclesia designata, fundamenta poneret, per semetipsam cum famulis eadem evertere nitebatur: quam B. Damasus paterno monuit affectu, ne sibi & beato Laurentio tantam irrogaret injuriam. Cumque illa nollet desistere, & Christi sacerdotem contemneret; divina vltio, quæ olim Mariam Moysi servo Dei detrahentem lepra percussit, hanc quoque Dei famulo C Damaso contradicentem, immundo spiritu mancipavit. Qua in re Valentinianus Augustus, licet justum Dei judicium recognosceret, tamen tam ipse, quam etiam amici ejus, pro casu miserandæ puellæ mœrorem magnum per dies plurimos habuerunt. Quam etiam per multa sanctorum corpora detulerunt, sed nullum salutis effectum meruit; Dei scilicet providentia disponente, vt hoc eventu, corpora sanctorum Martyrum Cæsarij & Iuliani Romanam transferrentur ad vrbem. Audientes itaque quod in Insula, quæ Chius dicitur, beati Isidori corpus esset reconditum, vbi quicumque vexatus à diabolo advenisset, reciperet sanitatem, decreverunt eam per Campaniæ littora ad eumdem Martyrem destinare. Quò cum in basterna posita portaretur, devenit ad vrbem prædictæ provinciæ Terracinam: cujus vrbis Episcopus nomine, & actione Felix, eam honorifice suscipiens, & ad beati Cæsarij deducens Ecclesiam, talem pro ea orationem fudit ad Dominum: Domine Deus D omnipotens, qui hanc puellam nasci jussisti, spiritum ei pristinæ redde salutis; vt per hujus Martyris intercessionem salvata, mente jam pura Ecclesiæ beati Laurentij, pro qua offendit, debita vota persolvat. Cumque, effusa hac oratione, tribus diebus in fletu & lachrymis perstitisset, apparuit puellæ beatus Cæsarius, & ejiciens de ore illius quasi colubrum, atque illum in mare projiciens abscessit, & eam salvam reliquit. Hoc audiens Augustus gavisus est, & vna cum Augusta adiit Terracinam, & basternam in qua miserat filiam, ex auro & ebore decorantes, Martyrum Cæsarij & Iuliani reliquias, debita in ea reverentia, posuerunt. Et tam ipsi cum filia, quam etiam Romana plebs, quæ advenerat, propriis pedibus gradientes; Sacerdotibus autem basternam suis humeris deferentibus, cum hymnis, & canticis repedabant ad Vrbem. Quibus propinquantibus beatus Damasus E congaudens occurrit, clericorum, atque laïcorum, magna multitudine comitatus, & easdem venerandas reliquias ad Palatium vsque deducens, infra imperiale cubiculum venerabiliter recondidit in altari, quod ipse suis manibus dedicavit. Iodiebus autem illis convocatis Episcopis de diversis mundi partibus, celebravit Concilium, in quo condemnavit Macedonium, Spiritum Sanctum Deum esse negantem; & Eunomium, & Donatum Arrianæ blasphemiæ sectatores; condemnavit etiam Apollinarem Laodiciæ Syriæ Episcopum, virum sane inter cæteros instructum; sed dum contentionis vitio nimis agitatur, & adversus omne, quod quisque dixerit, ire obvius delectatur, hæresim ex contentione generavit asserens, solũ corpus, non etiam animã à Domino dispensatione susceptum. In quo cum evidentibus Evangelij testimoniis vrgeretur, quibus ipse Dominus & Salvator noster habere se F animã profitetur, & ponere eam quando vult, & iterum assumere eam, quamque turbatam, & tristem dicit vsque ad mortem: vertit se post, ne ex toto vinci videretur, & ait eum habuisse quidem animam, sed non ex ea parte, qua rationabilis est, sed ex ea solũ, qua vivificat corpus. Ad supplementum vero rationabilis partis, ipsum Dei Verbum fuisse perhibebat. Quæ assertio vbi ad aures beati Damasi perlata est, illico eam tali sententia depulit, vt decerneret: Si quis Filium Dei, qui sicut vere Deus, ita vere homo fuit; vel humanitatis aliquid, vel deitatis minus diceret habuisse, alienus ab Ecclesia judicaretur. Quã sententiam confirmari præcepit etiam in sancta secunda Synodo, quæ præcepto & auctoritate ejus apud Constantinopolim celebrata est; Cui præfuerunt Timotheus Alexandrinus, Meletius Antiochenus, Cyrillus Hierosolimitanus, & divinus Gregorius Constantinopolitanus. Præcepit præterea B. Damasus Sacerdotibus, vt negarent sanctam communionẽ & Ecclesiarum ingressum omnibus sacrilegis, qui bona Ecclesiastica invaserũt; & ex eis maxime, qui decimas non persolverent, commemorans quod Dominus in lege præcepit: *Decimas & primitias ne tardaveris reddere.* Si enim G tardare, ait, peccatum est, multo magis non persolvere. Eos etiam censuit de domo Dei ejiciendos, qui fœnori & vsuris inserviunt, dicens: inter raptorem, & vsurarium nullam esse distantiam; similiter & eos, qui in Ecclesia commorantes vaniloquiis, & otiosis sermonibus vacant. Aiebat enim: *si domus orationis est*, sicut Dominus ait, nulli in ea licet nisi orare, psallere, peccata confiteri, & veniam implorare; assistunt namque ibi Angeli, qui vota fidelium, & preces Sacerdotum pro populo deprecantium, ad aures Domini perferunt: nam quamvis sit misericors Deus, ita tamen suam misericordiam impartiri decrevit, vt rogantibus eam tribuat, non ingratis: & tanto largiori eam conferat pietate, quanto ferventiori desiderio fuerit exoratus; qui ergo in Ecclesia commanens, vanis verbis insistit, merito ab ea ejicitur, quam esse Dei habitaculum, & domum orationis minime recognoscit. Sed & illos anathematizandos censuit, qui divi- H næ legis immemores maleficiis, & superstitionibus, atque incantationibus vanis inserviunt. De quibus Moysi Dominus præcepit: *Maleficos non patieris vivere.* Non est quippe levis culpa, quæ mortis pœna multatur; & ideo, inquit, præcipimus, vt quicumque divinationes, vel auguria, sive sortes, quas mentiuntur esse Sanctorum, observaverit, & magos, aut incantatores audierit, inter Christianos nullatenus nominetur.

Eas quoque mulieres ab Ecclesia ejici volumus, quæ dæmonum illusionibus, & phantasmatibus seductæ, credunt se nocturno silentio cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum super bestias equitare, & multa terrarum spatia pertransire. Cum enim Satanas mentem alicujus mulieris, per infidelitatem sibi subjugaverit, illico transformat se in diversarum

persona

A personarum, seu aliarum rerum species; & mentem, quã captivam tenes, in somnis deludens per devia quæque deducit. Quis enim multa dormiendo non videt, quæ vigilando non videret? Hæc autem potestas justo Dei judicio datur diabolo; vt videlicet illas mentes seducat, quæ suis meritis excœcatæ, spernunt veritatem, & credunt mendaciis: vnde maleficia à Deo alienatæ, ei famulantur, qui transfigurat se in Angelum lucis, quem deceptus Saül adoravit in specie Samuelis. Quisquis ergo talia credis, & sequitur, merito à fidelium consortio separatur. Renovatum quoque fuit in eodem Concilio, quod in Nicæno fuerat constitutum: vt si quis die Dominico super horam tertiã ausus fuerit canere Missam, & aliis diebus à media quarta hora, vsque in horam nonam, anathematizetur. Tunc quoque constituit sanctus Damasus, vt Psalmi die, noctúque canerentur per B omnes Ecclesias. Qui & hoc præcepit, vt in fine vniuscujusque Psalmi subjungeretur: GLORIA PATRI, ET FILIO, ET SPIRITVI SANCTO: SICVT ERAT IN PRINCIPIO, ET NVNC, ET SEMPER, ET IN SÆCVLA SÆCVLORVM. AMEN. Accidit autem post hæc die quadam, vt celebratis divinis mysteriis in altari Principis Apostolorum, cœcum quemdam tertiodecimo cœcitatis suæ jam anno mœrentem, in itinere obvium inveniret; qui eum Christi Confessorem prætereuntem audisset, magna voce clamare cœpit, dicens: Obsecro te Sancte Dei, per eum qui te Ecclesiæ suæ Pastorem constituere dignatus est, vt crucis Christi signum super oculos meos facias: constanter enim credo, me illico illuminari. Quo audito beatus Damasus primum obstupuit, admirans ejus fidem; deinde divina fretus C misericordia, signum crucis super oculos cœci fecit, dicens, fides tua te salvum faciat. Quo dicto is, qui cœcus fuerat, lumen recepit, omnésque turbæ admiratæ sunt, & collaudabant Dominum.

Eo autem tempore, quo beatus Damasus Ecclesiæ præerat, beatus Hieronymus vir fulgore scientiæ, & sancta vita laudabilis, in ea orientalis plagæ solitudine, quæ Syriam juncta Barbariæ fine determinat, Christo famulatu merebatur. Hic Romæ fuerat Presbyter ordinatus: sed rabie Arriana furente, quæ dudum in Italia Ecclesiam devastaverat, hæreticos declinans, ad partes migraverat supradictas. Verum, vt ipse refert, ita eum incessabilis inimicus post tergum persecutus est, vt majora bella in solitudine pateretur. In eisdem enim partibus, imperante Valente, de cujus tyrannide supradictum est; hæresiarchæ tres erant, Meletius, Vitalis, atque Paulinus, qui scissam in tres partes Ecclesiam ad se rapere festinabant. Et singuli beato Damaso, se hærere dicentes, sanctum virum Hieronymum ad sua prava dogmata, mundanis etiam præsidiis compellebant. At ille cupiens beati Damasi muniri testimonio; & suam et fi- D dem diligenter exposuit, & cujus sciri debeat communione, sibi suppliciter petiit indicari. Cum igitur fidem, quam in Catholica Ecclesia didicerat, perspicue descripsisset, judicio beati Damasi eam examinandam, hac supplicatione committit: Hæc est, inquit, fides, Papa Beatissime, quam semper tenuimus, in qua si minus perite, aut parum caute forte aliquid positum est, emendari cupimus à te, qui Petri fidem & sedem tenes. Si hæc nostra confessio, Apostolatus tui judicio comprobatur, quicumque me culpare voluerit, se imperitum vel malevolum, vel etiam non Catholicum, sed hæreticum comprobabit. Item cum à beato Damaso quæreret, cui apud Antiochiam, seu Syriam communicare deberet, hanc supplicationem præmisit: Vos estis lux mundi, vos sal terræ, vos vasa aurea, & argentea: hic testacea vasa, vel lignea, virgam ferream, & æternum operiuntur incendium. Quamquam igitur tui me terreat magnitudo, tamen invitat humanitas: à Sacerdote victima salutem, à pastore præsidium ovis flagito. Ego nullum primum, nisi Christum sequens, Beatitudini tuæ, id est, Cathedræ Petri communione consocior, super illam petram ædificatam Ecclesiam scio. Quicumq; extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in Noé arca non fuerit, peribit regnante diluvio. Non novi Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum: quicumque tecum non colligit, spargit, hoc est qui Christi non est, Antichristi est. Ideirco obtestor Beatitudinem tuam, per crucem Domini, per necessarium fidei nostræ decus passionem; ita qui Apostolos honore sequeris, sequeris & merito, ita vt in solio cum duodecim judicaturus sedeas; ita alius te senem cum Petro cingat, ita municipatum cœli cum Paulo consequaris, vt mihi literis tuis, apud quem in Antiochia, & in Syria debeam communicare significes. B. vero Damasus his petitionibus congruè satisfecit: & sciens virum in omnium diversitate linguarum sufficienter instructum, F cœpit eum ad explanationem divinarum scripturarum impellere, & quæstionibus difficillimis propulsare. At ille libenter obediens multa posteris profutura ejus nomini dedicavit: quorum quædam inter ejus Epistolas continentur, vtpote sunt Solutiones quarundam quæstionum libri Genesis, Homiliæ in Cantic. Canticor. duæ. De Osanna liber vnus; quem & in commentario super Matth. commemorat, dicens: Osanna quid significet ante annos plurimos ad Damasum Romanæ vrbis Episcopũ scripsisse me memini. De morte Oziæ, & Seraphin, & calculo liber vnus: De prodigo filio liber vnus; in quo salutatione præmissa, B. Damasi scientiam ita præfert, Beatitudinis tuæ interrogatio disputatio fuit: & sapienter quæsisse, viam fuit dedisse quæsitis. Seriem quoque quatuor Evangeliorum, diversorum arbitrio confusam, ad rectam lineam ejus jussione reduxit. Sed & psalterium juxta septuaginta Interpretes, G de Græco transtulit in Latinum: cujus postea meram veritatem non ex aliarum linguarum rivis turbidis, sed ex ipsa fontis Hebraici puritate transfudit. Quæ quidem translatio, licet in Ecclesia non cantetur, vsu pristino prævalente, ad evitandam tamen Hebræorum illusionem maxime prodest. Epistolarum autem ejus ad eumdem incertus est numerus, nec scientiæ nostræ præ multitudine subjacet. Quod vtique volens innuere vir ille doctissimus, in quodam loco sic ait: Beatæ memoriæ Damasus meus sermo erat. Et in Apologetico ad Pammachium, quam sapiens fuerit B. Damasus, quam pudicus, tuendo se ab æmulis, sic commemorat: Dum adviveret sanctæ memoriæ Damasus, librum contra Helvidium de B. Mariæ virginitate perpetua scripsimus, in quo necesse nobis fuit ad virginitatis beatitudinem præferendam multa de molestiis dicere nuptiarum. Nam vir egregius & eruditus in scripturis, virgo virginis Ecclesiæ Doctor, aliquid in illo sermone reprehendit. In libro quoque ad Eustochium multo duriora de nuptiis diximus, & nemo super hanc rem læsus est. Amator quippe castitatis, præconium virginitatis intenta aure captabat. Sed & B. H Damasus plures luculento stylo scripsit Epistolas, quarum quædam inter Epistolas Hieronymi continentur. Scripsit & passionem sanctorum Marcellini, & Petri, quam sibi eorundem speculatorem in sua adolescentia asserit tradidisse. Librum quoque de laude virginitatis versu prosáque composuit: ad cujus lectionem beatus Hieronymus Eustochium vir[illegible]nem exhortatur. Sed & summam quorumdam [illegible]minum, tam novi Testamenti, quam veteris, [illegible] metris versibus breviter comprehendit; fui[illegible] elegantis ingenij in versibus componendis: [illegible]que opuscula heroico metro edidit, sicut in ca[illegible] virorum illustrium continetur. Sed cum post [illegible]tos labores vellet eum Deus de exilio ad patriam revocare, vocem ejus exaudiens, qua semper ingemiscens, clamabat: Educ de carcere animam meam, febrili calore vehementer correptus est: ita vt infra paucos dies vir tunc vsque robustissimus, destitui viribus omni modo videretur. Itaque obitus sui

A diem, quo semper cupiebat dissolvi, & esse cum Christo, appropinquare conspiciens; circumstantes Sacerdotes, & reliquos Ecclesiastici gradus ita alloqui cœpit: O fidissima Christi pignora inter discrimina mundi disposita, sagaciter currum ad cœlestem Hierusalem dirigite, arctam vtique viam non spatiosam eligentes: nam arcta via est, quæ ducit ad vitam. Scitis namque charissimi, quia non per oblectamenta hujus sæculi, sed per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei: non enim coronabitur, nisi qui legitime certaverit. Certamen autem difficile, quia non est nobis colloctatio adversus carnem, & sanguinem, sed adversus principes tenebrarum harum, contra spirituales nequitias in cœlestibus: adversus superbiam, & odium; adversus iram, & fornicationem, adversus omnes mundi voluptates. Omne enim quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, sed mundus perit, & concupiscentia ejus. Adveniet enim dies Domini magnus & horribilis, in quo cœli magno impetu ardebunt, elementa vero ignis

B calore solventur. Væ impiis & peccatoribus in die illa, quia si justus via salvabitur, ipsi vbi parebunt? Tunc paleæ, id est, reprobi tradentur igni, frumenta vero, id est, justi, in cœlesti recondentur horreo; fruentes gaudio, quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Ego autem jam delibor, viam vniversæ carnis ingrediens: vos vero vigilate, & estote parati, quia nescitis diem, neque horam. Et post hæc corpus, & sanguinem Domini reverenter suscepit, elevatisque oculis ac manibus cum oraret migravit ad Dominum, anno divinæ Incarnationis trecentesimo octogesimo octavo, ætatis vero suæ, octogesimo: Imperij Theodosij nono, indictione prima.

Fuit autem beatus Damasus, natione Hispanus, & ex patre Antonio, sedit annis decem & octo, mensibus duobus, & diebus decem. fecit ordinationes in Vrbe Roma quinque per mensem Decembrium, Presbyteros triginta vnum, Diaconus vndecim, Epi-

C scopos per diversa loca numero sexaginta quinque. Sepultus est via Ardeatina, pridie Idus Decembr. juxta Matrem suam. Et cessavit Episcopatus ejus diebus triginta vno. Postea vero translatus est ad Basilicam, quam juxta Theatrum construxerat sancto Laurentio, quæ adhuc ex conditoris nomine proprij vocabuli retinet differentiam, licet igne consumpta à Ioanne nonodecimo fuerit reparata. Nam & tectum ejus ante renovaverat Adrianus primus, & corpus beati Damasi oblatis muneribus honoraverat: de quo videlicet in Gestis Pontificalibus ita legimus. Renovavit & tectum Basilicæ beati Laurentij, quæ appellatur Damasi: vbi & vestem super ejus altare deauratam obtulit, simúlque & aliam vestem de post altare fecit, vbi requiescit corpus sancti Damasi. Cujus quidem corporis portiuncula in secunda dedicatione, quæ à Stephano nono celebrata est, concessa est Clericis Basilicæ sancti Nicolai de carcere, sponden-

D tibus, quod altare in Ecclesia sua erigerent, & in honore beatæ Mariæ, ac sancti Damasi consecrarent: sed & aliam portiunculam quandam præfatus Pontifex retinuit, quam venerabilibus Lateranensis Palatij reliquiis aggregavit. Reliqua vero ossa in venerabili altari prænominati tituli à præfato summo Pontifice [illegible]niter recondita, gratiam miraculorum, quam B. Damasus obtinuit in hac vita, testantur eum obtinere post mortem.

Nam vt plura prætercam, ea nullo modo reticebo, quæ Petrus sedis Apostolicæ Diaconus in sermone, quem in honorem beati Damasi edidit, in ejusdem Titulo contigisse commemorat. Ait itaque fratribus præfati Tituli: Iam crebro fratres vidistis hic dæmonia effugata, febricitantium corpora sanata; & quod his majus est, clinicos, & contractos erectos; vt nuper visum est in quodam homine incessu vestigiorum privato; qui hujus ante fores Ecclesiæ positus,

cum non diffideret se salvatum iri, eatenus ipse per se cœpit sustentaculis ligneis repere, quatenus huc potuit pertingere: cui, sicut demum ipse professus est, lux ex improviso accidens, velut lampas infulsit, & illico pedum vestigia reparavit. Quod vero sequitur non solum scripta ejusdem Tituli, verum etiam picturæ declarant. Fuerunt enim duo homines non sanæ mentis, quos Medici lunaticos vocant, ipsam Basilicam frequentantes; & vt salutem reciperent, beatum Damasum continuis precibus adorantes: quadam itaque die venientes ante sepulcrum ejus se projecerunt, lacrymabiliter plus solito Dei misericordiam, & sancti Damasi subsidium implorantes. Cumque ardenter hoc facerent, exauditi sunt; & recuperata salute, Dei magnalia prædicabant. Et percepti beneficij, non immemores, coma capitis detonsa cunctis diebus vitæ suæ in eodem loco Domino servierunt. Hæc autem miracula alij beato Laurentio Martyri, alij beato Damaso deputant Confessori. Nos autem in miraculis non dividimus, quos vna patria genuit, vna Ecclesia promovit, vna Basilica colit in terris, vnus Deus coronat in cœlis. Qui vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen. E F

Sequentem Vitam, licet sequioris sæculi genium referat, adjunximus; ne quid omitteretur quod ad S. Damasum aliquo modo pertinere videretur.

VITA S. DAMASI PAPÆ A BENEDICTO PRESBYTERO conscripta.

Ex M S. Cod. V. C. Constantini Caietani Abbatis.

INCIPIT PROLOGVS. G

MVltis tuis precibus constrictus, atque nimia dilectione convictus, ego Benedictus Presbyter exiguus (ô venerande Petre Presbyter ex Ecclesia beati Laurentij Martyris, qui ex conditoris nomine Damasus vocatur, vbi corpus ejus requiescit,) vt tibi aliquid scriberem de venerando Damaso; sed ad proferendum, quod nec videram, nec audieram, nequaquam me idoneum æstimo: reminiscens intra me, quia Marcus & Lucas non visu, sed auditu didicerint: & ne aliquid invidus in nos vociferet, ipsa testimonia sanctorum Patrum, vnde sumpta sunt, posui. Verum sicut dixi nimiis devictus tuis sanctis precibus, & fultus orationibus, quicquid in sanctorum veterum Patrum literis sparsim invenire potui, de actibus videlicet sancti Patris nostri Damasi, tuæ charitati parere studens, scribere curavi.

EXPLICIT PROLOGVS. H

Incipit Vita.

ANno igitur regni Constantini Regis, nepotis Constantini magni viri, erat quidam Sacerdos, pòst Episcopus, nomine Liberius, Christum prædicans; sicut edoctus fuerat à Marco Episcopo vrbis Romæ, qui eum ordinavit Diaconum, semper in Trinitate fixus, Patrem, & Filium, & Spiritum S. prædicans, & laudans Deum de Deo, lumen de lumine, totũ à toto, plenum à pleno, non creatum, sed genitum, non ex nihilo, sed ex Patre, vnius substantiæ cum Patre. Spiritum verò sanctum non ingenitum, neq; genitum, non creatum, neq; factum, sed de Patre procedentem, & Filio, & semper cum Patre, & Filio coæternum venerantur: vnum tamen Deum, quia ex vno Patre, totum quod Patris est, Deus natus est Filius. & in

Patre

A Patre totum, quod est totum, genuit Filium. Pater Filium generans non minuit, nec amisit plenitudinem suæ divinitatis. Totum autem, quod Deus Pater est, idem & Filium ab eo natum certissime confitentes, cum Spiritu Sancto vnum Deum piissime confitemur. Credimus Iesum Christum Dominum nostrum Dei Filium, per quem omnia facta sunt, quæ in cælis, & quæ in terra, visibilia, & invisibilia; propter nostram salutem descendisse de cœlo, qui numquam desierat esse in cœlo; & natum de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, Verbum caro factum, non amisit quod erat, sed cœpit esse, quod non erat. Non Deum mutatum, sed Deum permanentem etiam hominem natum. Non putative, sed vere: non aëreum, sed corporeum, non phantasticum, sed carneum; ossa, sanguinem, sensum, & animam habentem. Ita verum hominem, & verum Deum, vnum eumdemque nullo modo

B ambigimus. Confitemur hunc eundem Dominum Iesum Christum adimplesse legem, & Prophetas: passum sub Pontio Pilato, crucifixum secundum Scripturas, tertia die resurrexisse á mortuis, assumptum in cœlis, sedentem ad desteram Patris, & inde venturum esse iudicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem expectamus. Hoc cum legisset ex libro antiquo, edoctus à libro Silvestri Episcopi Romanorum, & quod publice prædicaret; quia in nomine Iesu Christi crucifixi à lepra mundatus est per Silvestrum Constantinus patruus Constantini, non integre Christianus, sed quasi tentator baptizatus est in Trinitate, non tamen integre cõfitebatur vnitatẽ: baptizatus autem est ab Eusebio Nicomediæ, in Aquilonia villa, hic autem dicebat Mariam de Ioseph alios filios habuisse. Hoc cum audisset Liberius Episcopus Vrbis, cœpit eum clara voce accusare dicens: regnum hoc tuum non erit, quia non times Dominum Deum tuum. Hoc cum multi Regi Constantino referrent vehementer iratus iussit eum extra civitatem habitare: habitavit autem extra Vrbem milliario tertio, quasi

C exul, in cœmiterio Noëllæ via Salaria. Veniente interim die proximo Paschæ vocavit universos Presbyteros, & Diaconos cives Romanos, & sedit in cœmiterio eodem, & dixit: nolite timere quod ego vobiscum non habito in civitate Romana, sed habeatis Vicarium: Ecce frater & Presbyter Damasus, cuius testimonium vos mihi perhibetis; cuius corporis & mentis munditiam clara voce prædicatis vos. Respondit autem Dionysius Presbyter: Præsul sancte & innocens, incorrupte, & fortis, vt bene scis, quia Petrus Apostolus quando negavit, ægrotavit: venit febris, & negavit: recessit febris, & flevit amare: venit medicus post tertianum Petri typum, fecit medicamentum & eum curavit: qui defecerat ter negando ante passionem, post resurrectionem ter amando reficitur. Respice medicamentum, chrismatis sacramentum; non nos accuset illa columba, quoniam tu conficis chrisma in nomine eius, quem tu clara voce prædicas, Christi. Respondit autem Liberius Episcopus. sancti compresbyteri, *nolite cogitare de crastino*, sic enim magister noster dixit. *Crastinus enim dies ipse de se cogitat*, hoc commonemus. Ioannes in de-

D serto baptizabat in pœnitentia: ideo erat desertum, quia nondum venerat auctor baptismi. Respondit Dionysius Presbyter, & dixit, exhibe nobis celebrare Pascha: ego in humilitate loquor, onus, quod super te baiulas nos sublevare non possumus: quia ignoras vbi baptizas? in pelvim, vbi est noster magister, pelvis illa non lignum, sed totus mundus est. Hunc sermonem suscepit Liberius Episcopus cum magno amore, & præ gaudio dixit ad eum: eris maior minister sicut & ille qui dedit nobis baptismum. Et sic dixit ad plebem: qui est vester minor, fiat maior. Respondit Siticius Diaconus, & dixit: Præsul sancte, tuva os meum, patres nostri in typo baptismi per medium mare transierunt: nam in fluminibus, & in paludibus oportet baptizari. Dicit Liberius Episcopus:

E iuste locutus es, erat ibi non longe enim à cœmiterio Noëllæ Hostriani cœmiterium, vbi Petrus Apostolus baptizabat. Eodem tempore Paschæ baptizavit quatuor millia duodecim hominum: omnes enim Romani, & Romanorum vicini desiderabant ab eo baptizari. Veniens autem eo tempore bellum super Danubium, ingentissima scilicet pars barbarorum, quasi intra octavas Paschæ, celerius Constantino nuntiatur, qui dixit, quia quod factum est, superstitio fecerit vanitatis, & ideo plaga hæc, ingens videlicet barbarorum multitudo, Romaniam intravit. Tunc se præparans, cum grandi amaritudine ad bellum profectus est. Cum autem portas civitatis exiret, dixit: sacrilegum Liberium, qui dixit patruum meum fuisse leprosum, & baptizatum à Silvestro Episcopo, & mundatum, dum abiero super ripas Danubii, & concidero

F barbaros, rediens ad Vrbem eum illico interficiam, carnesque eius volucribus cœli, & bestiis terræ tradẽs, ipsum immolabo solum, & non alios; ne alij dicant, & affirment, me esse persecutorem. Dum autem esset in pugna Danubij Constantinus rex fortiter vrgebatur. Veniens autem dies Pentecostes satis protestatus est vtrumque sexum, vrgebantur autem ab Ecclesiasticis ad baptismum propter metum distributionis. Tunc dixit Dionysius Presbyter: quare Damase non baptizas apud primum Pontificem nostrum Petrum Apostolum? Respondit Damasus Presbyter, & dixit: facias: obscurus enim est sensus Liberij. Patruus enim eius fabricavit Ecclesiam hanc, & construxit: quoniam habet potestatem in patrui sui loco dare sententiam; nam & ibi aqua non emanat: homines promiscui sexus renasci desiderant, non mori. Respondit Dionysius Presbyter, & dixit: renascantur, vt si mortui fuerint post baptismum in cruore melius vivant: Respondit Presbyter Damasus, & dixit: non tristetur cor tuum Præsul summe; quia tibi dabo venam fontis emanantem. Gaudio corroboratus est Liberius Episcopus in hoc sermone, & dicit ei: Vade construe

G assilventem, vt ego veniens cum fratribus adorem illum, quem nobis dimisit Christus, qui pro nobis est Pastor. Et tertia die venit Damasus cum Diaconibus ad beatum Petrum Apostolum, erant enim monumenta, & super aquam denatabant, fecit autem quasi Concilium cunctis Damasus, & dixit: Date mihi operam ministerij, vt hæ aquæ mundentur desuper cadavera hominum, fecit autem cuniculos duos, & exinanivit locum illum, qui est ad dextram intrantibus in Beati Petri Basilicam, habebat enim ibidem fontem, qui non sufficiebat. Tunc cecidit montem Damasus manu sua & introivit plusquam consuetus est, & construxit fontem; & enunciaverunt Liberio Episcopo, quid actum fuisset. Qui iussit convenire Presbyteros, & universos gradus, vel fideles, & voce clara dixit: vocat Petrus oves suas. Ecce homo fidem servans, Christum audiens, & me peccatorem præfecit ovili suarum ovium, & dedit eloquio meo dulcedinem mellis, propter quod ego gaudeo, quia non dimisit Petrus introire lupum, vt devoraret quem suã: sciatis me prædicare in Basilica beati Petri Apostoli. Hoc omnes cum gaudio susceperunt, (erat enim pro-

H ximus dies Pentecostes) fecitque convenire monastecia, & plebem sanctam Christianorum: cum litaniis venit ad B. Petrum Apostolum. Dedit tamen, dum introiret, hanc orationem. Deus, qui misisti Filium tuum, & ostendisti creatorem, respice super vineam istam, & emunda ab ea spinas, & tribulos, & produc palmites eius in fortitudinem, dona ei sanctitatis fructum, & veritatis. Per Dominum, & Deum nostrum Iesum Christum, & Spiritum Sanctum, qui vivit cum Deo Patre omnipotente à sæculo, & nunc, & vsque in sæcula sæculorum Amen, respondentes universi. Et introierunt sabbato Pentecostes, & placuit Liberio fons. Et præ gaudio plorabat omnino, non mare, sed factum omnibus videbatur. Ab hora autem nona catechizavit omnes, & ab hora iam quasi occa-

A fus vsq; in Dominicam Pentecostes, non cessauit baptizare; ita vt Dominica Pentecostes Missa celebraretur hora jam quasi octava. Et baptizati sunt promiscui sexus fere octo millia octingenti decem. Multi eodem tempore desiderabant tangere vestimenta Liberij Episcopi. Alia autem die, quæ est secunda feria, audivit universa plebs, quod Constantinus claram adeptus est victoriam, sed sensu alienatus dicebat: vadam Nicomediam, & illò transiens, in Aquilone villa ab Eusebio Episcopo Nicomediæ rebaptizatus est, declinans in dogma Arrianorum, eodem loco mortuus est, & sepultus, & cessauit persecutio. Quid vero de venerabili & sũmo Pastore Damaso dicere possumus, cui tam sæpissime obsecrationes, & coniurationes à Hieronymo destinantur: nisi vt firmiter credamus, verum & Apostolicum virum à Deo electum, atque prædestinatum esse vt inexpugnabilem suæ Ecclesiæ Dominus murum contra perfidos, dementesque hæreticos erigeret? B Impossibile est omnino & longum de isto viro, eiusque districtæ vitæ, illiusque moribus retexere cuncta, nisi, vt prædiximus, sicut Epistolæ Hieronymi ad eum sæpius missæ testantur, qui plenius scire voluerit, qualis Damasus Romanæ vrbis Episcopus fuerit, ibi invenire poterit: vere totus orthodoxus atque catholicus, prudens, & simplex, atque ab omni malitia alienus. Hinc merito dicere possumus: ecce vere Israelita, in quo dolus non est inventus. Hic est vir, qui non derelictus est à Deo in die certaminis, quando Vrsinus ad invidiam boni, & innocentis præfati Damasi constitutus sub contentione convictus atque detectus est. Quare hoc? quia fideliter venerabilis Damasus vixit in mandatis Dei. Huic etiam possumus adaptare, quod Dominus Apostolis ait: *Vos estis lux mundi, vos lucerna vos estis sal terræ* quod appellantur Apostoli, quia per illos vniversum conditur genus humanum: *quod si sal evanuerit, in quo salietur?* si doctor erraverit, quo alio doctore C emendabitur? *Ad nihilum valet, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* Exemplum de agricultura sumptum est: Sal enim in ciborum condimentum, & siccandas carnes necessarium est, & nã aliũ vsum non habet: certe legimus in scripturis, vrbes quasdam ita victorum sale seminatas, vt nullũ in ipsis germen oriretur. Caveant ergo doctores & Episcopi, & videant potentes potenter sustinere tormenta; nihilque esse medium: sed maiorum ruinas maiores ad tartara ducere. *Vos estis lux mundi: non potest Civitas abscondi supra montem posita; neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum: vt luceat omnibus qui in domo Domini sunt.* Docet fiduciam prædicandi, ne Apostoli abscondantur ob metum, & sint similes lucernæ sub modio, sed tota libertate se prodant; vt quod audierunt in cubilibus, prædicent in tectis. Hic est, de quo congruenter, & absque ambiguitate potest dici, quod in Evangelio dicitur. *Omnis qui audit verba mea, & facit ea, similis est viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram, & descendit pluvia, & venerunt flumina & venti irruerunt in domũ illã & non cecidit: fundata enim erat supra firmam petram.* Vere venerabilis sanctus Damasus super petram, quæ Christus est, totam fidem suam collocavit, dum totus fidelis, firmus & stabilis per- D severauit, petra scilicet Christus est, domus autem quam dicit, habitaculum corporis nostri est. In hac igitur petra, hoc est in Christo domum nostram ædificamus: *cum flumina, & venti veniunt*, hoc est persecutionis impetu, & procellis impulsi, non cadimus. Arenæ autem non aliud, quàm hæreses intelliguntur, super hanc igitur arenam, id est super hæreses, quisquis ædificaverit, corpus videlicet, & fidem suam negaverit, stultus est. Mox enim adveniunt flumina, quæ sunt impetus persecutionum, & illico cadet. *Ecce ego mitto vos, sicut oves in medio luporum. Estote itaque prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* Vere prudens, & simplex Damasus inventus est: quia

E sibi Christus super suam Ecclesiam absque ruga, & macula præesse voluit. Qui sunt lupi? persecutores. Oves autem Christi sunt, qui tempore persecutionis coguntur. Sed *estote*, inquit, *arguti sicut serpentes*: serpens autem in necessitate suæ mortis dicitur caput suum celare, corpus autem suum morti tradere: ita & nos caput, hoc est, Christum colemus confitendo: corpus autem nostrum lupis tradamus. Columba vero Ecclesia est, cuius filij quoties ab hominibus occiduntur, exultant. *Et descendunt pluvia, veniunt flumina, flant venti.* Pluvia, ista, quæ domum subruere nititur, diabolus est, Flumina Antichristi, hoc est, qui contra Christum sapiunt. Venti spirituales nequitiæ in cœlestibus. *Et non cecidit, fundata enim erat supra firmam petram*, super hanc petram Dominus fundauit Ecclesiam. Ab hac petra & Apostolus Petrus suum sortitus est nomen: super huiuscemodi petram non inveniuntur serpentis vestigia. De hac F & Propheta loquitur confidenter: *Statuit supra petram pedes meos, & direxi gressus meos.* Et in alio loco. *Petra refugium leporis, sive herinacij.* Timidum enim animal in petræ caverna se recipit, & cute aspera, & tota armatum iaculis, tali se protectione tuetur. Vt eidem Moysi dicitur eo tempore, quo de Ægypto fugerat, & sepulculus domini erat. *Sta in foramine petræ, & posteriora mea videbis.* Qui ædificat domum suam super arenam. Fundamentum, quod Apostolus architectus posuit, vnus est Dominus noster Iesus Christus super hoc fundamentum stabile, & firmum, & super se robustissima mole fundatum, ædificatur Christi Ecclesia. Super arenam vero, quæ fluida est, & coagmentari non potest, nec in vnam copulam redigi, omnis hæreticorum sermo ad hoc ædificatur, vt corruat. Hoc etiam venerabili, & sapientissimo S. Damaso non incongrue adaptari potest, quod Angelus ad Danielem prophetam dicit. *Qui autem docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates, alij resur-* G *gunt in vitam æternam, alij in opprobrium sempiternum.* Magistri habebunt similitudinem cœli, & qui alios erudierant, stellarum fulgoribus comparabuntur. Non enim sufficit scire sapientiam, nisi vt alij erudiantur. Taciturnusque sermo doctrinæ non ædificans alios, mercedem operi recipere non potest, solent nonnulli quærere, vtrum doctus sanctus, & simplex sanctus eamdem mercedem habeant, & vnam in cœlestibus mansionem. Vnde nunc dicitur, quod docti similitudinem habeant, & absque doctrina iusti stellarum fulgoribus comparentur, tantumque sit inter eruditam sanctitatem, & sanctam rusticitatem quantum cœlum distat, & terra, & stellæ. Hoc est sanctus Damasus, vere doctissimus vir; qui de credito sibi talento à Domino laudatur, atque ad æternam remunerationem perducitur: cum enim Dominica voce dicitur: *Euge bone serve, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.* Depositionem ergo S. Damasi solemniter celebremus, cui talenta ista superius nominata credita non ignoramus. Quid est depositio? Non tantum illa, quæ sepeliendis in terra membrorum reliquijs clericorum manus procurata est, sed & illa, qua homo vinculis carnis H solutus liber itinus ad cœlum, talentum sibi creditum Domino suo duplicatum reportat. Ipsa plane est depositio, in qua concupiscere abiicimus, cessamus delinquere, peccare deponimus. Et ideo hæc dies pro celebritate maxima procuratur. Quia vera est, & summa festivitas mortuum esse vitiis, & soli iustitiæ vivere. Nam & natalia dicitur, quod delictorum carcere liberati, libertate nascimur salvatori. Natalem igitur, sicut dixi, venerabilis patris nostri Damasi Confessoris hodie celebremus, in cuius laudibus illud primum dicendum est, quod fuit in sacerdotio suo innocens, mansuetus, & humilis. Sic tamen innocens, vt esset pariter, & astutus. Sic mansuetus, vt misceretur in eo severitas lenitati. Sic humilis, vt in ipsa

A humilitate maioris reverentiæ auctoritate præcelleret, fuit ergo innocens, impleuit dictum Domini, qui ait: *Estote astuti, ut serpentes; innocentes, ut columba*, fuit enim innocẽs in sanctæ Ecclesiæ administratione, astutus in Catholicæ fidei passione. Semper enim serpens, eum insecutione patitur astutiam, quantum caput suum tuetur cætera membra contemnit. Legerat enim, dicente Apostolo, quia *viri caput Christus est*. Qualis vir fuit iste beatissimus Damasus, hic intelligimus: vnde merito suo, & sanctitate summum meruit sacerdotium, & post apud Deum coronam accepit Confessionis. Nam frequenter ad sanctum eius tumulum mirabilia fiunt diversarum infirmitatum. Nuper res est hæc gesta, quam factam vidimus in eius Ecclesia, in sacro fonte, quem ipse venerandus S. Damasus construxit. Sabbato Paschalis festivitatis, dum turbæ sese comprimerent ad baptismum, puerulus de manu sacerdo- B tis elapsus est, atque in vno fonte demersus, & post spatium fere vnius horæ, dum sperarent omnes iam mortuum, quidam vir mansionarius ipsius Ecclesiæ in fiduciam S. Damasi proiiciens se in fontem, & abstrahens eum, setum salvum, & illæsum reduxit. Quod nos omnes videntes, non ambigimus, merita Damasi fuisse. Neque hoc silere debemus. Duo homines insanæ mentis, qui etiam lunatici erant, venientes ad sanctum eius altare, sanitatem receperunt, atque ibidem se voventes servire, tondentes etiam se ibi, custodes Ecclesiæ ipsius effecti sunt.

Sancte itaque Damase succurre, & miserere omni populo, si quis devote, ac desiderio, ac toto cordis affectu celebrat tuum natale. S. Damase sis intercessor, illius adiutor, & defensor populi Romani; vbi Pontificatus honorem habere meruisti. S. Damase Præsul Christi, qui fidem & sedem Petri Apostoli suscipere meruisti, suscipe hoc parvum munus; quia Dominus noster Iesus Christus non dedignatus est suscipere pauperculæ viduæ duo minuta. Iterũ rogãmus, & petimus te, beatissime Damase, vt memor sis omnium nostrũm te celebrantium, vt simul sacerdotes, & po- C puli per te gratias Deo agere mereantur, ad laudem Domini & salvatoris nostri Dei omnipotentis. Præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Explicit Vita S. Damasi Papæ.

S. DAMASI PAPÆ EPISTOLÆ.

EPISTOLA I.

Ad Hieronymum Presbyterum.

Hieronymo Damasus, Romanus Episc.

D DORMIENTEM te longo jam tempore, legentem potius, quam scribentem, quæstiunculis ad te missis excitare disposui: non quo & legere non debeas: hoc enim veluti quotidiano cibo alitur, & pinguescit oratio: sed quo lectionis sit fructus iste, si scribas. Itaque quoniam Etherio tabellario ad me remisso, nullas iam te epistolas habere dixisti, exceptis iis, quas aliquando in eremo dictaveras, quasque tota aviditate legi, atque descripsi; & vltro pollicitus es te furtivis noctium operis, aliqua si vellem posse dictare; libenter accipio ab offerente, quod rogare volueram, si negasses. Neque vero vllam puto digniorem disputationis nostræ confabulationem fore, quam si de scripturis sermocinemur inter nos, id est, vt ego interrogem, tu respondeas, qua vita nihil puto in hac E luce iucundius: quo animæ pabulo omnia mella superantur. Quam dulcia, inquit Propheta, gutturi meo eloquia tua super mel ori meo. Nam, cum ideirco, vt ait præcipuus orator, homines à bestiis differamus, quod loqui possumus: quis laude dignus est, qui in ea re ceteros superat, in qua homines bestias antecellunt? Accingere igitur, & mihi, quæ subiecta sunt, edissere, servans vtrobique moderamen, vt nec propositis solutionem desiderent, nec epistola brevitatem. Fateor quippe tibi: eos, quos mihi iã pridẽ Lactantij dederas, libros ideo non libenter lego, quia & plurimæ epistolæ in eis vsque ad mille spatia versuum tenduntur; & raro de nostro dogmate disputant: quo fit, vt & legenti fastidium generet longitudo; &, si qua brevia sunt, scholasticis magis sint apta, quam nobis, de metris & regionum situ & philosophis disputantia. F Quid sibi vult, quod in Genesi scriptum est, *Omnis, qui occiderit Cain, septem vindictas exsolvet*? Si omnia Deus fecit bona valde, quare Noë de mundis & immundis animalibus præcepit, cum immundum nihil bonum esse possit? Et in novo testamẽto post visionem, quæ Petro fuerat ostensa dicenti, *Absit Domine à me, quoniam commune & immundum nunquam introivit in os meum*: vox de cœlo respondit, *Quod Deus mundavit, tu ne commune dixeris*. Cur Deus loquitur ad Abraham, quod quarta progenie filij Israel essent de Ægypto reversuri, & postea Moyses scribit: *Quinta autem progenie filij Israel exierunt de terra Ægypti*; quod vtique nisi exponatur, videtur esse contrarium. Cur Abraham fidei suæ signum in circumcisione suscepit? Cur Isaac, vir iustus, & Deo charus, non illi, cui voluit, sed cui noluit, deceptus errore benedixit?

Responsio Hieronymi ad Damasum est inter illius Epistolas, CXXV.

G

EPISTOLA II.

Ad Hieronymum Presbyterum

Damasus Hieronymo.

COmmentaria cum legerem Græco Latinoque sermone, in Evangeliorum interpretatione, à nostris, id est orthodoxis viris olim ac nuper scripta, de eo, quod legitur, *Osanna filio David*, non solum diversa, sed etiam contraria sibimet proferunt. Dilectionis tuæ est, vt ardenti illo strenuitatis ingenio, abscissis opinionibus, ambiguitatibusque scrupulosis, quid se habeat apud Hebræos vivo sensu scribas; vt de hoc, sicut & de multis, tibi curæ nostræ in Christo Iesu gratias referant.

Responsio Hieronymi ad Damasum est inter illius Epistolas, CXLV.

H

ETISTOLA III.

Ad Episcopos Illyrij.

Episcopi ad sanctum Concilium Romæ convocati, Damasus, Valerianus, & ceteri Dilectis fratribus Episcopis, qui sunt in Illyrico, in Domino S.

ET si nobis pro certo persuasum est, sacerdotes Dei sanctissimi, vos sacrosanctam fidem nostram, quæ doctrina Apostolorum fundata est, firmè retinere, eamque populo prædicare: quæ certe à decretis Pa-

trum,

A trum, à quibus par est reliquos erudiri, nulla ex parte discrepat: tamen significatum est nobis à fratribus, qui in Gallia & in agro Venerorum habitant, nonnullos ad hæresim amplexandam omni studio incumbere. Quod quidem malum ne existat, non modo præcavere debent Episcopi: verum etiam, quicumque errores vel quorundam inscitia, vel simplicitate eorum qui perversas interpretationes secuti sunt, in Ecclesiam invecti videntur, his se opponere: Concilioque providere, ne deinceps in varias discrepantesque doctrinas denuo prolabantur imperiti: sed quoties dissentientes opiniones ipsorum, auribus inculcatæ fuerint, firmè Patrum sententiis adhærescant. Hac de causa à nobis decisum est, vt Auxentius nominatim condemnetur. Quare omnes legis divinæ doctores, qui ditioni Romanæ subiiciuntur, ea quæ legis sunt sapere, & fidem variis doctrinis nequaquam contaminare debent. Etenim vbi primum vitiosa Arrianorum doctrina & blas-
B phemia vigere inciperet (quæ etiam hoc tempore latissime serpit) trecenti decem & octo Episcopi, Patres nostri, habito Nicææ Concilio, hoc muro ad arma diaboli arcenda fidem nostram cinxere, & hoc antidoto venena depulere mortifera, sic vt crederetur vnam esse Patris, & Filij substantiam, vnam Deitatem, virtutem vnam, vnam potentiam, vnam figuram, quinetiam Spiritum sanctum vnam eandemque cum illis substantiam habere & subsistentiam. Eum autem, qui aliter sentiret, à nostra communione iudicarunt alienum. Quam salutarem decisionem, & decretum plane venerandum, nonnulli postea aliis novis decretis violare, labefactareque studuerunt. At vero initio (quod peccatum erat ab illis qui Arimini, formulam fidei concilij Nicæni novare, retractareve coacti sunt) aliqua ex parte: propterea sarciebatur, quod se disputatione alio tempore habita fatebantur e veritate abductos, quodque suam fidei formulam nequaquam sententiæ Concilij Nicæni adversari eo-
C tabant. Siquidem numerus Episcoporum qui erant Arimini in vnum congregati, præiudicij, vim habere non debet, præsertim cum formula illa composita sit, neque Episcopo Romano, cuius sententia præ ceteris omnibus expectanda erat, neque Vincentio, qui tot annis Episcopatum integre gesserat: neque aliis eidem consentientibus: cumque etiam (quod est omnium maximum) illi ipsi, vti ante diximus, qui in fraudem illecti, à veritate deflexisse visi sunt, & post ad meliorem mentem denuo traducti plane restentur, hanc formulam sibi magnopere displicere. Itaque vestra integritas manifesto videt, hanc fidem solam, quæ auctoritate Apostolica Nicææ stabilita est, firmè perpetuo renendam esse. Atque de hac ipsa fide tum Episcopos Orientis, qui se de Ecclesia Catholica esse profitentur, tum Occidentis etiam Episcopos, nobiscum vna gloriari constat. Porro autem pro certo credimus, eos qui alia opinione tenentur irretiti, propter suum conatum brevi fore, & à nostra segregatos communione, & nomine Episcoporum privatos, vt tandem populo errore ipsorum liberato detur respirandi locus. Nam multitudinis error tamdiu nullo modo corrigi poterit, quamdiu Episcopi eodem tenentur implicati. Quocirca facite, vt vestræ reverentiæ
D iudicium cum omnium Dei sacerdotum iudicio, cui vos firmè & constanter adhærere credimus, omnino consentiat. Quod si fiat, eamdem vobiscum rectam credendi viam nos quoque debemus insistere. Vestra charitas, quæso, ad nos rescribat, vt inde lætitiam capiamus. Valete fratres honoratissimi.

Responsio Episcoporum qui in Concilium Constantinopolitanum convenerunt, ad Damasum Papam & alios.

E *Dominis Honoratissimis, & imprimis Reverendis fratribus ac collegis, Damaso, Ambrosio, Brittoni, Valeriano, Achalio, Avemio, Basilio, & ceteris sanctis Episcopis, in celebri vrbe Roma convocatis, sanctum Concilium orthodoxorum Episcoporum in ampla vrbe Constantinopoli coactorum; in Domino Salutem.*

MVltitudinem calamitatum nobis à dementis sectæ Arrianæ principibus inflictarum, vestræ reverentiæ tanquam earumdem ignaræ exponere, narrareque erit fortasse supervacaneum: Nam neque vestram pietatem res nostras tam parvi æstimare arbitratur, vt de his docendi sitia, pro quibus deberetis nobiscum vna condolescere: neque eiusmodi sunt tempestates illæ, quibus vndique iactamur, vti pro-
F pter earum parvitatem vos latere queant. Quin etiam tempus persecutionis adeò nuper præteriit, vt non illi solum, qui in eo afflictati erant, verum etiam eorum amici, qui propter amorē in doloris cum illis venerant societatem, recentem eius memoriam teneant. Nā heri, prope dixerim, & nudiustertius, nōnulli exilij vinculis liberati, & infinita fere afflictationū genera perpessi, ad Ecclesias suas redierunt. Aliorum autem exilij cruciatibus extinctorum reliquiæ dumtaxat in patriam sunt reportatæ. Quidam post reditum ab exilio, in furorem hæreticorum adhuc sævientem incidentes, graviora tormenta in sua ipsorum quàm in aliena regione tolerarunt; & more beati Stephani, lapidibus obruti occubuerunt. Alij variis cruciamentis dilacerati, stigmata Christi & vibices in corpore adhuc circumferunt. Porrò pecuniæ iacturam, amissiones civitatum, quas incolebant, proscriptiones, singulorum insidias, contumelias, carceres, quis poterit enumerare. Nam afflictationum genera nobis impactarum, vix numero comprehendi possunt, propterea fortasse, quod pœnæ
G peccatis debitæ nobis persolvendæ erant: fortasse autem quod benignus Deus per ingentem rerum adversarum multitudinem nos exercere volebat. Pro quibus Deo certè agendæ sunt gratiæ, qui per tot cruciatus, suos servos erudivit, & secundum multitudinem miserationum suarum rursus eduxit nos in refrigerium. Nobis quidem diuturno otio, & multo tum tempore, tum labore ad Ecclesiarum emendationem opus est, vt corpus earum, tamquam diuturno morbo vexatum, curationibus pedetentim adhibitis recreantes, tandem ad pristinam pietatis sanitatem reducamus. Nam etsi videmur persecutionis asperitate penitus liberati, & Ecclesias diu ab hæreticis occupatas modo recuperasse, tamen lupi nobis permultum facessunt molestiæ: atq; licet ab ovilibus abacti sint, in silvis tamen greges diripere, conventus contrarios nobis audacter opponere, populi seditiones concitare non cessant: denique nihil omnino prætermittunt, quòd Ecclesiis quicquam adferre possit incommodi. Itaque erat, vt diximus, pernecessarium, vt in his rebus rite constituendis plus temporis collocaremus. Iam vero, quoniam vos, quo fraternam vestram erga nos charitatem declararetis, Concilio, Dei voluntate ac nutu Romæ
H coacto, nos velut membra propria per Imperatoris sanctissimi litteras accersivistis: ne cum nos soli iam antea res acerbas subire coacti essemus, nunc Imperatoribus de pietate consentientibus sine nobis vos regnaretis: sed potius, vti loquitur Apostolus, vt nos vobiscum conregnaremus. Est certe nobis in optatis, si posset fieri, Ecclesiis penitus relictis, vestro desiderio, aut necessario potius Ecclesiæ negotio inservire. Quis enim nobis dabit pennas, vt columbæ, & volabimus, & requiescemus apud vos? Verum quoniam hoc modo Ecclesiæ nuper renovatæ nudarentur, & res à plerisque fieri omnino non queat, propterea quod Constantinopli mandato litterarum, superiore anno à vestra reverentia, post Concilium Aquileiense

ad

A ad sanctissimum Imperatorem Theodosium missarum: ad iter duntaxat Constantinopolim vsque faciendum nos præparavimus, atque de hoc vno Concilio celebrando consensum Episcoporum, qui in provinciis manserant, vna nobiscum attulimus: idcirco neque longiore itinere opus esse expectabamus, neque de vllo alio omnino ante acceperamus, quam Constantinopoli in vnum conventum esset. Huc accedit, quod temporis præstituti angustia neque ad longius iter parandum, neque ad Episcopos in singulis provinciis, qui sunt eiusdem nobiscum communionis, de hac re commonefaciendos, neque ad eorum consensus obtinendos satis spatij dedit. Itaque cum & hæc res, & aliæ præterea complures maiori parti Episcoporum impedimento sint, quominus ad vos veniant, idcirco, quod secundo in loco faciendum erat, tum ad statum rerum B Ecclesiasticarum ordinandum, tum ad ostendendum quanti vestram erga nos charitatem æstimemus, illud certe fecimus: quippe oravimus reverendissimos honoratissimosque fratres & collegas nostros Episcopos, Cyriacum, Eusebium & Priscianum, vti laborem ad vos proficiscendi suscipere non gravarentur. Qui quidem non solum vobis exponent, quam nostra voluntas pacis studiosa sit, & quo pacto nihil aliud quam Ecclesiæ concordiam sibi præponat: verum etiam, quam ardenti studio ad sanam fidem tuendam accensi simus, perspicue significabunt. Nam persecutionum procellas cruciatus, minas imperatorias, crudelem magistratuum violentiam, aliarumque rerum incommodarum tentationes, quas ab hæreticis, sustinuimus pro fide Evangelica à CCCAVIII. Sanctis patribus Nicææ vrbis Bithyniæ confirmata sustinuimus. Etenim ista fides, tum à vobis, tum à nobis, tum ab omnibus, qui non verbum veræ fidei pervertunt, approbari debet: quippe cum & antiquissima sit, & lavacro baptismatis, quo tincti sumus, consentanea: & nos doceat credere in nomine Patris, & Filij, & C Spiritus sancti, hoc est in divinitatem, potentiam & substantiam vnam Patris, & Filij, & Spiritus sancti, æqualem dignitatem coæternum regnum in tribus perfectis, [illegible], id est, in tribus personis: adeo vt neque quicquam loci detur pestiferæ Sabellij hæresi, qua confunduntur personæ, hoc est, proprietates earum tolluntur: neque blasphemia Eunomianorum, Arianorum, aut eorum, qui Spiritum sanctum oppugnant, quicquam habeat ponderis; quæ quidem essentiam, naturam & divinitatem Trinitatis discindit, & ei quæ nec creata est, & coosubstantialis est, & coæterna est, naturam posterius genitam, aut creatam, aut quæ sit alterius essentiæ tribuit. Nos autem doctrinam Dominicæ Incarnationis integram & perfectam tenemus: & neque œconomiam carnis Christi vel animæ vel mentis expertem, vel imperfectam esse asserimus: sed agnoscimus verbum Dei ante sæcula omnino perfectum esse, & perfectum hominem in novissimis diebus pro nostra salute factum esse. Atque ista de fide à nobis libere ingenueque prædicata summatim disseruimus: de quibus pleniorem cognitionem animis poteritis percipere, si libellum Concilio Antiochiæ cõvocato de fidei decisio-D ne editum, & eum etiam, qui superiore anno à Concilio generali compositus est, legere placuerit: in quibus tum fidem nostram vberius exposuimus; tum hæresibus nuper excogitatis anathema scriptis proditum denunciavimus. De administrationibus autem quæ sunt cuiusque Ecclesiæ propriæ conventus, vti nostis, lex est, tum sanctorum Patrum in Concilio Nicæno decisio: vt videlicet singulatum provinciarum antistites vna cum finitimis, modo ipsis ita visum fuerit Episcopis, ministros ad Ecclesiarum commodum in suis ipsorum provinciis ordinent. Ea cuius legis & decisionis præscripto scitote, tũ alias quoque Ecclesias apud nos administratas esse, tum illustrissimarum Ecclesiarũ & Sacerdotes delectos. Vnde Ecclesiæ Constantinopolitanæ, recens, vt ita dicam, ædificatæ, quamquam ex

E hæreticorum blasphemia, tamquam ex ore leonis per misericordiam Dei nuper eripuimus reverendissimum sanctissimumque Nectarium in Cõcilio generali, communi omnium consensu præsente Theodosio Imperatore religiosissimo, totius denique cleri, totiusque civitatis suffragiis Episcopum constituimus. Ecclesiæ autem vetustissimæ, & vere Apostolicæ Antiochiæ vrbis Syriæ, in qua primo venerandum Christianorum nomen auditum est, reverendissimum & sanctissimum Flavianum Episcopi illius provinciæ, & Diœcesis Orientalis in vnum convenientes, tota illa Ecclesia, vti canon postulat, suffragante, & velut vno ore virum illum honorifice collaudante, Episcopum ordinarunt: quæ quidem ordinatio vti legitima, communi Concilij consensu approbata est. Porrò Ecclesiæ Hierosolymitanæ, quæ est aliarum omnium ma-F ter reverendissimum & sanctissimum Cyrillum Episcopum vobis ostendimus, tum ab Episcopis provinciæ, vti canon vult, iam pridem creatum esse, tum plurima prælia adversus Arianos variis in locis confecisse. Quibus rebus tamquam legitime, & secundum Ecclesiæ canones constitutis, obsecramus vestram reverentiam, vti congratuletur: Spiritali charitate nos mutuo devinciente, & timore Domini, qui omnem humanam affectionem reprimit, Ecclesiarumque ædificationem amori illi & benevolentiæ, qua singuli singulos complectuntur, longe anteponit. Quod si doctrina fidei ad hunc modum communi consensu stabilita sit, & charitas Christiana in nobis confirmata: post hac desinemus dicere illud quod ab Apostolis condemnatum est, nimirum, *Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ*: atque omnes cum simus Christi, qui in nobis non est divisus, corpus Ecclesiæ, Dei largiente gratia, integrum conservabimus, & ad tribunal Domini fidenti animo nosmet sistemus.

G

EPISTOLA IV.

Ad Episcopos Orientis.

QVod vestra charitas debitam sedi Apostolicæ reverentiam tribuit, filij honoratissimi, vobis ipsis quoque maximo sane honori est. Nam tametsi sancta Ecclesia, in qua sanctus Apostolus sedens nos docuit, quo pacto illius gubernacula, quæ suscepimus, tractanda sint, nobis primæ partes deferuntur: tamen confitemur, nos illo dignitatis gradu longe inferiores esse. Verum ob hanc causam omnibus modis laboramus, vti ad gloriam beatitudinis eius, si qua ratione possimus, tandem aliquando perveniamus. Sciatis velim, fratres, nos Timotheum illum profanum, Apollinaris hæretici discipulum, cum impio suo dogmate iampridem abdicasse: & ob eam causam credimus, reliquias eius nihil in posterum momenti habituras. Quod si antiquus ille serpens, semel atque iterum ictus, ad suam ipsius pœnam augendam revixerit: & extra Ecclesiam eiectus, nonnullos etiamnum fideles suis mortiferis venenis, quibus eos tentare aggredi-H tur, ad exitium trahere non cesset, vos hanc eius astutiam velut pestem quandam declinate, & recordamini sedulo tum fidei ab Apostolis traditæ, tum huius, vel maxime quæ est à sanctis patribus in Concilio Nicæno scriptis prodita: inque ea gradum firme defigentes, immobiles perstate: & ne post hac fortinete, vt vel clerici vestri, vel laici inanes sermones, quæstionesve obscuras audiant. Iam enim semel formulam edidimus, vt qui se Christianum profiteatur, illud teneat, quod ab Apostolis traditum est, quippe divinus Paulus sic loquitur: Si quis vobis Evangelizaverit, præter id quod accepistis, anathema sit. Nam Christus filius Dei, Dominus noster, generi humano per passionem suam plenissimam salutem reddidit, vt totum hominem peccatis implicatum ab omni peccato liberaret. Hunc si quis aut imperfectam humanitatem,

not

A aut imperfectam divinitatem habuisse dixerit, spiritu diaboli completus, se filium gehennæ ostendit. Itaque quid est cur abdicationem Timothei à me rursus requiratis, qui etiam hic iudicio Sedis Apostolicæ, Petro quoque Episcopo Alexandriæ præsente, abdicatus est vna cum magistro suo Apollinare, qui item in die iudicij debitas pœnas & supplicia persoluet? Quod si ille, qui veram spem in Christum vna cum fidei confessione mutarit, velut spem quandam salutis retinens, alios quosdam qui sunt leviores, ad suam perdocat sententiam, sciant illi, se propterea cum eo similiter perituros, quod animum aliquando induxerint Ecclesiæ canoni repugnare. Deus vos filij honoratissimi servet incolumes.

EPISTOLA V.

B *Ad Paulinum Thessalonicensem Episcopum.*

QVoniam post Concilium Nicænum eiusmodi error emersit, vt quidam profano ore dicere audeant, Spiritum sanctum per Filium factum esse: anathema denunciamus omnibus, qui non libere prædicant Spiritum sanctum vnius & eiusdem cum essentiæ tum potestatis cum Patre & Filio. Pari ratione anathema indicimus Sabelliani erroris fautoribus, qui dicunt Patrem & Filium eumdem esse. Anathemate item damnamus Arium & Eunomium, qui pari impietate licet verbis discrepent tum Filium, tum Spiritum sanctum creaturam esse asserunt. Sint porro Macedoniani mulctati anathemate, qui ex radice Ariana exorti, non impietatem, sed nomen solum commutarunt. Photino quoque sit pœna anathematis irrogata, qui hæresim Ebionis renovans, Dominum nostrum Iesum Christum ex Maria solum editum asseverat. Illi propterea anathemati addicantur, qui duos filios esse affirmant, vnum ante sæcula, & alterum post carnem ex Maria sumptam. Anathema etiam illis adiudicavimus, qui asserunt, quod in carne humana verbum C Dei loco animæ rationis participis habitauit. Nam idem ipsum Dei verbum non animæ rationis & mentis compotis locum in corpore quod sibi sumpserat, obtinuit: sed nostram animam, hoc est ratione & mente præditam, expertem tamen peccati, accepit, seruauitque. Denique sit illis inflictum anathema, qui dicunt verbum Dei productione & contractione à Patre secerni ipsumq; essentiæ expertē esse, aut morte interiturū scelerate impieq; prædicant. Eos autē qui ab Ecclesiis, in quibus vixerunt, ad alias se transtulerint, vsq; eò sint à nostra communione alieni, quoad ipsi ad vrbes redeant, in quibus erant primum ad aliquem honoris Ecclesiastici gradum elati. Quod si quis in alterius locum, qui sedem mutauit, cooptatus sit, tantisper à dignitate sacerdotali vacet ille, qui civitatem propriam deseruerit, dum qui ei successerit, obdormivit in Domino. Si quis non dixerit Patrem semper esse, semper esse Filium, & semper Spiritum sanctum, anathema esto. Si quis negauerit Filium à Patre, hoc est, ex divina eius essentia, anathema esto. Si quis negaverit Filium Dei perinde verum Deum, vt Pater verus Deus est, & omnia posse, omnia scire, Patrique D æqualem esse, anathema esto. Si quis dixerit, Filium Dei cum in carne viveret, inque terris degeret ætatem, non in cœlis etiam cum Patre fuisse, anathema esto. Si quis dixerit Filium Dei, cum passus sit in cruce, & non in carne solum & anima rationis participe, quam accepit in forma servi, vti Sacris literis proditum est, sed in sua etiam divinitate dolorem sustinuisse, anathema esto. Si quis negauerit Verbum Dei passum in carne, crucifixum in carne, mortem gustasse in carne, & primogenitum ex mortuis fuisse, quatenus vita est, & Deus auctor vitæ, anathema esto. Si quis negauerit eum in carne, quam sumpsit, sedere ad iudicium de vivis & mortuis exercendum, anathema esto. Si quis negauerit Spiritum sanctum vere & pro-

E prie ex Patre esse, perinde atque Filium ex divina essentia & Deum Dei verbum, anathema esto. Si quis non dixerit Spiritum sanctum perinde omnia posse, omnia scire, & vbique terrarum adesse, vt Patrem & Filium, anathema esto. Si quis dixerit Spiritum sanctum creaturam esse; aut per Filium factum esse, anathema esto. Si quis negauerit Patrem omnia per Filium incarnatum, & Spiritum sanctum condidisse, hoc est, visibilia & invisibilia, anathema esto. Si quis negaverit vnam Patris & Filij & Spiritus sancti divinitatem, auctoritatem, potestatem, gloriam vnam, dominatum vnum, vnum regnum, voluntatem, & veritatem, anathema esto. Si quis negauerit tres veras personas esse Patris, Filij, & Spiritus sancti, semper vivere, omnia continere visibilia & invisibilia, omnia posse, omnia iudicare, omnibus vitam tribuere, omnia fabricare, omnia conservare, anathema esto. Si F quis negaverit Spiritum sanctum ab omni creatura perinde adorandum vt Patrem & Filium, anathema esto. Si quis de Patre & Filio recte sentiat, de Spiritu sancto autem non item, hæreticus est: quandoquidem omnes hæretici qui de Filio & de Spiritu sancto pravè sentiunt, in Iudæorum & Gentilium infidelitate versari deprehenduntur. Si quis Deitatem diviserit, dixeritque Patrem Deum, Filium Deum, & Spiritum sanctum Deum separatim: affirmaveritque etiam Deos dici, & non Deum, propter vnam divinitatem & potentiam quam credimus: & agnoscimus, Patris & Filij & Spiritus sancti, cum sit vnus Deus in tribus personis: aut rursus ita exceperit Filium, & Spiritum sanctum, vti Patrem solum Deum dici, aut vnum credi Deum existimet, anathema esto. Nam nomen deorum & Angelis & omnibus Sanctis à Deo donatum est. In Patre, & Filio, & Spiritu sancto propter vnam æqualemque divinitatem non nomina deorum, sed nomen Dei nostri offertur & significatur: vt credamus, quod in Patrem, & Filium & Spiritum sanctum baptizati sumus: & non in nomina Archangelorum, aut Angelorum sicut Hæretici, Iudæi, & Gentiles delirant. G Hæc igitur Christianorum salus est, vt credentes in Trinitatem, id est in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & baptizati in eandem, credamus quoque vnam in ea deitatem esse, vnam potentiam, vnam divinitatem, & essentiam denique vnam.

EPISTOLA VI.

Ad Paulinum Antiochenum Episcopum.

Dilectissimo F. Paulino Damasus.

PEr filium meum Vitalem ad te scripta direxeram, tuæ voluntati, & tuo iudicio omnia derelinquens, & per Petronium Presbyterum breviter indicaveram, me in articulo iam profectionis eius aliqua ex parte commotum. Vnde ne aut tibi scrupulus resideret, & volentes forsitan Ecclesiæ copulari, tua cautio probanda differret, fidem nostram misimus, non tam tibi, qui nobis eiusdem fidei cōmunione sociaris, quàm his, qui in ea subscribentes, tibi, id est, nobis per te voluerint sociari dilectissime frater. Quapropter, si supradi- H ctus filius meus Vitalis, & qui cum eo sunt, tibi voluerint aggregari, primùm debent in ea expositione fidei subscribere, quæ apud Nicæam pia patrum voluntate firmata est. Deinde, quoniam nemo potest futuris vulneribus adhibere medicinam, ea hæresis eradicanda est, quæ postea in Oriente dicitur pullulasse, id est, confitendus ipsa sapientia sermo, filius Dei humanum suscepisse corpus, animam, sensum, id est, integrum Adam & (vt expressius dicam) totum veterem nostrum sine peccato hominem. Sicuti enim, confitentes eum humanum corpus suscepisse, non statim ei, & humanas vitiorum adiungimus passiones: ita & dicentes eum suscepisse & hominis animam & sensum, non statim dicimus & cogitationum eum

humanarum

A humanarum subiacuisse peccato. Si qui autem dixerit, verbum pro humano sensu in Domini carne versatum, hunc catholica Ecclesia anathematizat, necnon & eos qui duos in Salvatore filios confitentur, id est, alium ante incarnationem,& alium post assumptionem carnis ex Virgine:& non eundem Dei filium & antè & postea confitentur. Quicunque huic Epistolæ subscribere voluerit, ita tamen, vt in Ecclesiasticos canones, quos optime nosti,& in Nicænam fidem ante subscripserit, hunc habebis absque aliqua ambiguitate suscipere. Non quod hæc ipsa, quæ nos scribimus, non potueris conversorum susceptioni proponere; sed quo tibi consensus noster liberum in suscipiendo tribuat exemplum.

EPISTOLA VII.

B *Ad Hieronymum Presbyterum.*

Damasus Episcopus Fratri & compresbytero Hieronymo in Domino salutem.

DVm multa corpora librorum in meo arbitrio allata fuissent, contigit, vt & librum psalmorum in meo animo festinus cognoscerem detineri. & memoriam capacitatis meæ imbuere. Cogitavi, frater amantissime & in Christo semper Sacerdos, vt secundum Septuaginta interpretes & presbyteros, id est, Matthiam & Ptolemæum, Muchitum, Saceum, Hydronium, Pamphilum, Zoastiten, Didymum, Samium, Epiphanium, Ciatrem, Simonem, & ceteros, inquantum nostra recurrit conscientia, de septuaginta invenire vestigia. Pero etiam tuam charitatem, vt sicut à rectore tuo Alexandro Episcopo nostro didicisti, Græcorum psallentiam ad nos dirigere tua fraternitas delectetur: quia tãtæ apud nos simplicitatis indago est, vt tantum in die Dominica Apostoli Epistola vna recitetur, & Evangelij capitulum vnum dicatur: & nec psallentium mos tenetur, nec hymni decus in ore C nostro cognoscitur. Pero ergo per fratrem & compresbyterum nostrum Bonifacium, vt iubeat fraternitas tua rei huius nobis aperire vestigia, Missa v. Kalendas Novembris, per Bonifacium Presbyterum Hierosolymam.

Responsio Hieronymi Presbiteri ad Damasum Papam.

Beatissimo Papæ Damaso Sedis Apostolicæ vrbis Romæ, Hieronymus supplex.

LEgi litteras Apstolatus vestri, poscentes, vt secundum simplicitatem LXX. interpretum, canendum psalmographum interpretari festinem propter fastidium Romanorum, vt vbi obscuritas impedit, apertius Latine trahatur sensus. Precatur ergo cliens tuus, vt vox ista psallentium in sede tua Romana, die noctuque canatur, & in fine psalmi cuiuslibet sive matutinis vel vespertinis horis, coniungi præcipiat Apostolatus tui ordo, Gloria Patri,& Filio, & Spiritui sancto, Sicut erat in principio,& nunc,& semper,& in sæcula sæculorum, Amen. Istud carmen laudis, omni psalmo D coniungi præcipias, vt fides CCCXVIII. Episcoporum Nicæni Concilij, in vestro ore pari consortio declaretur. Vbi autem Deus & homo honorabili voce cantatur, Alleluia semper cum omnibus psalmis affigatur, vt in omni loco communiter respondeatur nocturnis temporibus. In Ecclesia autem à sancta Resurrectione vsque ad sanctum Pentecosten finiatur, inter dierum vero spatia Quinquagesimæ propter novitatem sancti Paschæ, vt vox ista laudis canatur in Aleph, quod prologos Græce, Latine præfatio dicitur.

Epistola Stephani Archiepiscopi & trium Conciliorum Africæ ad Damasum Papam.

E *Beatissimo Domino & Apostolico culmine sublimato, sancto Patri patrum Damaso Papæ, & summo omnium præsulum Pontifici, Stephanus Archiepiscopus Concilij Mauritaniæ, & universi Episcopi de tribus Conciliis Africanæ provinciæ.*

NOtum vestræ facimus Beatitudini, quod quidam fratres in cõfinio nobis positi quosdã fratres nostros, venerabiles videlicet Episcopos, vobis incõsultis, à proprio deiecerũt gradu, vel deiicere moliuntur, cũ vestræ Sedi, Episcoporũ iudicia & summorũ finẽ Ecclesiasticorũ negotiorũ, in honore beatissimi Petri, patrũ decreta omnium, cunctam reservavere sententiam, inquirendi reverentia de Dei rebus, quas omni cura & sollicitudine observare debemus. Maxime vero iuste debent ab ipso præsulum examinari vertice Apostoli- F co, cuius vetusta sollicitudo est, iam mala damnare, quam relevare laudanda. Antiquis enim regulis censitum est, vt quicquid horum quamvis in remotis, vel in longinquo positis, ageretur provinciis, non prius tractandum vel accipiendum sit, nisi ad notitiam almæ sedis vestræ fuisset deductum, vt eius auctoritate, iusta quod fuisset pronunciatum, firmaretur, & reliqua multoties talia, & his similia, quæ super his constituta sunt: quibus si illicite factum est, vt semper vestræ sedi consuetudo fuit, festinanter occurrite, & his viriliter, vt pater pro filiis certantes, *state*, sicut bene à Iesu filio Sirach dictum est: *Vsque ad mortem certa pro veritate, & semper Dominus Deus tuus pugnabit pro te.* Accipere enim personam impij, non est bonum, vt declines à veritate iudicij. Sin minus illicita sunt hæc, pateat nobis talis omnibus licentia, beatissime pater. Aut si liceat hos, vel aliquos etiã minorũ graduum clericos, nisi canonice tẽpore legitimo vocatos, aut sine legitimis accusatoribus, absq; veris & innocentibus testibus, vel nisi manifeste canonice convictos, aut sponte confessos, vel à suis sedibus eiectos, aut suis expoliatos rebus, vocare ad Synodum vel damnare: quia le- G gimus, eos non posse canonice ad Synodum, ante suam diu tenendam & gubernandam, viribus scilicet pleniter resumptis, restitutionem, suisque omnibus sibi legaliter restitutis integerrime vocari, aut, vt veniant ad Synodum, nisi sponte voluerint, imperari. Deus ergo creator omnium conservet longævum Apostolatum vestrum ad stabilitatem Ecclesiarum sanctarum, & orthodoxæ fidei, vosque pastorem bonum, qui pro spiritualibus ovibus vestram ponitis animam, atque baculo pastorali lupos rapaces expellitis, omnibusque oppressis auxilium fertis. Quod & istis atque omnibus vos semper facere optamus, sanctissime Papa. *Subscriptio, & alia manu:* Ora pro nobis charissime pater.

EPISTOLA VIII.

Ad Eundem Stephanum, & ad Concilia Africæ.

Damasus Seruus Servorum Dei, atque per gratiam eius Episcopus sanctæ Catholicæ Ecclesiæ vrbis Romæ, Stephano Archiepiscopo Concilij Mauritaniæ, & universis Episcopis Africanæ provinciæ.

LEctis fraternitatis vestræ litteris, primo gratias ago, quod tantorum fratrum merui benedictione H frui: deinde, quod circa fratres sollicitos vos reperi, & cum eis crucem Domini deferre, qui ait: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*, & reliqua ad hunc modum pertinentia, Igitur, quoniam in præsenti opportune gestorum consultatione Apostolicis vestra beatitudo visceribus commota nos hortata est, tuitionem fratrum Apostolica impendere auctoritate, & eorum iniuriis subvenire, dũ constet, eadem vos cum Apostolo compassibiliter dicere: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror?* satagentes, ne aliquis de his, qui vobis crediti sunt, à sævis bestiis laceretur aut capiatur: pro qua re oportet, iuxta vestram prudentem

A commonitionem, magis autem secundum Domini divinam præceptionem, nos, vt, qui supra domum eius, hoc est, universalem Ecclesiam Catholicam, Episcopale suscepimus ministerium, sollicitè vigilare ne quid de sacris eius muneribus, id est, Apostolicis viris, Apostolorumque successoribus, atque ministris quisquam, nobis dormitantibus, valeat supprimi, atque iniuste, nobisque inconsultis, damnari.

Scitis, fratres charissimi, firmamentum à Deo fixum & immobile, atque titulum lucidissimum suorum Sacerdotum, id est, omnium Episcoporum, Apostolicam sedem esse constitutam, & verticem Ecclesiarum. Tu es enim (sicut divinum pronunciat verbum veraciter) Petrus, & super firmamentum tuum Ecclesiæ columnæ, qui Episcopi intelliguntur, confirmatæ sunt: & tibi claves regni cœlorum commisi, atque ligare & solvere B potestatem quæ in cœlis sunt, & quæ in terris, promulgavi. Tu profanatorum hominum, & membrorum meorum, maximeque discipulorum meorum caritis vt princeps & doctor orthodoxæ & immaculatæ fidei, cuius vice hodie, gratia Dei, legatione pro Christo fungimur, & omnes huius sanctæ sedis præsules eius vicem gerunt, gesserunt, & gerent. Ideo omnia, quæ innotuistis, non licere mandarem, nisi vos tam pleniter instructos esse scirem, quod cuncta, super quibus consulitis, illicita esse non dubitetis.

Discutere namque Episcopos, & summas Ecclesiasticorum negotiorum causas metropolitano, vna cum omnibus suis comprovincialibus, ita vt nemo ex eis d sit, & omnes in singulorum concordent negotiis, licet: sed definire eorum atque Ecclesiasticarum summas querelas causarum, vel damnare Episcopos, absque huius sanctæ sedis auctoritate, minime licet, quam omnes appellare, si necesse fuerit, & eius fulciri auxilio oportet. Nam, vt nostis, Synodum sine eius auctoritate fieri, non est catholicum: nec Episcopus, nisi in legitima Synodo, & suo tempore Apostolica vocatione congregata, definite damnari potest: neque vlla C vnquam Concilia rata leguntur, quæ non sunt fulta Apostolica auctoritate.

Accusatores autem Episcoporum & testes, super quibus rogitastis, absque vlla infamia, aut suspicione, vel manifesta macula, & veræ fidei pleniter instructi esse debent, & tales, quales ad sacerdotium eligere iubet divina auctoritas: quoniam Sacerdotes (vt antiqua tradit auctoritas) criminari non possunt, nec in eos testificari, qui ad eundem non debent nec possunt provehi honorem.

Vocatio enim ad Synodum (iuxta decreta Patrum) canonica eius, qui impetitur, tam sua præsentia, quam, & scriptis atque apocrisariis, per spatium fieri debet congruum atq; canonicum: quia nisi canonice vocatus fuerit suo tempore, & canonica ordinatione licet venerit ad conventum quacumq; necessitate, nisi sponte voluerit, nullatenus suis respondebit Insidiatoribus: quoniam nec sæculi leges hoc permittunt fieri, quanto magis divinæ?

De eiectis vero, atq; suis rebus expoliatis, nihil vobis verius significare queo, quam sancti Patres diffinierũt, & nostri prædecessores Apostolica auctoritate roboraD verunt. Ita enim hæc se habent: Episcopos eiectos, atq; suis rebus expoliatos, Ecclesias proprias primo recipere, & sua eis omnia legaliter reddi, sancti canones decreverunt: & postea si quis eos accusare voluerit, æquo periculo facere sanciverunt, iudices esse decernentes Episcoporum, Episcopos recte sapienter & iuste volentes, ad tempus diuq; illis, resumptis viribus & suis potestative fruentibus rebus, amicisq; & Dei servis sapientibus consulentibus viris, in Ecclesia convenientes, vbi testes essent singulorũ, qui oppressi esse videntur. Et reliqua, ad hunc ordinem pertinentia: quæ prolixitatẽ vitantes, hic non inseruimus, quia hæc sufficere credimus. Si quis autem his non est contentus, legat ea, & satiabitur. Scimus enim, homines inermes non posse cum armatis rite pugnare: sic nec illi, qui eiecti vel suis

E bonis sunt expoliati, cũ illis, qui in suo stant gradu, & suis fruuntur amicis atq; bonis, litigare rite possunt. Ne sæculi quoq; leges hæc sæcularibus fieri permittũt, sed prius eiectos, vel oppressos, aut expoliatos cũ suis omnibus restitui iubent, & postea suo tẽpore, sicut lex eorũ continet, ad placita venire præcipiunt, nec vlla carceris custodia appellantem arceri permittunt. Docent enim ea parte (sicut nostra) terrena, quæ sunt cælestia.

Accusatores vero & accusationes, quas sæculi leges non adsciscunt, nullatenus sunt in horum admittendæ causis: quia omne quod irreprehensibile est, catholica defendit Ecclesia. Et hoc à maioribus definitũ esse, propter pravorum hominũ insidias, non dubitatur. Decet enim Domini Sacerdotes, fratrũ causas pie tractare, & venerabiliter intendere, atq; eorum iudicia super sacriF ficia ordinare, nec proterve aut tyrannica dominatione, (vt de quibusdam refertur) sed charitative pro Deo & fraterno amore cuncta peragere: & quod sibi quis fieri, secundum Dominicam vocem, non vult, alij inferre non præsumat: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Ea vero, quæ Apostolorum prædicatione & Patrum instructione percepimus, semper tenere debemus, ne aliqua nova cudere, aut ad noxã fratrũ intendere videamur: sed alterutrum onera portemus, vt iuxta Apostolum, legem Domini adimplere valeamus.

Tempus enim congruum prævideri oportet quando vniuscuiusq; accusatæ personæ causa rectissime in medio producatur, quatenus gravitatẽ eius consonantiã q; contra patrum decreta vel synodorum confessionẽ prodi minime cognoscatur. Quam ordinabiliter omnes intendant, vt ad eam in omnibus rationabiliter respondeant, & iuste se velle manifeste ostendãt. Nullus autẽ introducatur personaliter, sed accusatores & accusati æqua audiãtur ratione, iuxta quod gestorũ ordo exigit. Accusatores vero & iudices non iidem sint, sed per se accusatores, per se iudices, per se testes, per se accusati vnusquisq; in suo ordinabiliter ordine. Nam inscriptio primo semper fiat, vt talionẽ calumniator recipiat: quia G ante inscriptionẽ nemo debet iudicari vel damnari, cũ & sæculi leges hæc eadẽ retineant. De quibus omnibus vero sẽper fiat æquitas, quatenus accusationis & iudicij ac testimonij mercedẽ, per veritatem gestorũ cõsequi valeant. Scriptum est enim: *Abominatur Dominus labia mendacia, & testem fallacem, proferentem mendacia, & seminantem inter fratres scandala atq; litigia, ipso monente atque dicente: Non facias calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non facies quod iniquum est: nec iniuste iudicabis, Non considerabis personam pauperis, nec honores vultum potentis. Iuste iudica proximo tuo. Et quod tibi non vis fieri, alteri ne facias* & reliqua. Et maxime præceptum habentes Apostolicũ, attendere nobisipsis & gregi, in quo nos Spiritus Sanctus posuit Episcopos, regere Dei Ecclesiam, quam acquisivit per sanguinem suum proprium, convenit. Et iterum: Attendere lupos, attendere malos operarios, qui perversa faciunt, & adversa loquuntur, vt detrahere semper discipulis Domini, & infamare quærunt, quos corrigere, vos & omnes Domini Sacerdotes summo studio oportet: quia peius malum nõ est, quam vt cives civibus invideant, & Sacerdotes vel Clerici, Sacerdotibus vel Pontifici- H bus insidientur, testante etiam veritatis voce: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Et qui scandalizaverit vnum de pusillis istis, melius est vt suspendatur mola asinaria in collo eius & demergatur in profundũ maris.* Et Item: *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me*, Ille proculdubio scandalizatus est in Deum, qui eius scandalizat Episcopũ vel Sacerdotem. Et multa talia, quæ hic non inseruntur, ne nimis prolixa efficiatur epistola. Monentes quoque instruere debetis memoratos vicinos vestros: vt à talibus se subtrahant, & quæ illicite contra prædictos fratres egerunt, cito corrigant. Et quos nobis inconsultis læserunt, nobis inconsultis, plena satisfactione sanent, & cito sibi eos reconcilient, si noluerint Apostolicæ Sedis suscipere censuram. Nam si quid fortasse in eos aut contra eos

emerserat,

A emerserat, nostrum fuerat expectandum examen, ut nostra (uti semper huic fuit Sedi concessum privilegium) aut condemnarentur auctoritate, aut fulcirentur auxilio. Neque enim suo pro libitu nostra debuerant jura pervadere, absq; Apostolicæ Sedis dispositione mandante. A talibus deinceps omnes se abstineant Sacerdotes, qui noluerint ab Apostolicæ petræ (super quam Christus, ut prædictum est, universalem construxit Ecclesiam, cui Episcoporum summa iudicia atque maiorea causæ, sicut paulo superius memoratum est, reservatæ sunt atque solidatæ) censura ac sacerdotali honore secludi.

Induciæ enim accusatis in criminalibus Episcopis sex mensium, vel eo amplius, si necesse fuerit, concedendæ sunt: quoniam & laicis hoc permissum, nullus sæcularibus imbutus disciplinis ignorat: quanto magis Sacerdotibus, qui superiores esse eis non dubitantur?

Habetur quoque in decretis sanctorum Patrum sancitum, non fore canonicum, quemquam Sacerdotum B iudicare vel damnare, antequam accusatores, canonice examinatos, præsentes habeat, locumque defendendi accipiat, id est, inducias Ecclesiasticas ad abluenda crimina &c. Nec extra propriam fiat provinciam primæ discussionis accusatio sine Apostolica præceptione, cui in omnibus causis debet reverentia custodiri: quoniam & antiqua docet hoc patrum regula, in qua & imperialia pariter statuta concinunt. Criminum, inquiunt, discussio ibi agenda est, ubi crimen admissum est. Nam alibi criminum reus probabitur audiri. Et alibi in Canonibus præcipitur: Quæcunque negotia in suis locis, ubi orta sunt, finienda sunt, & reliqua talia & his similia, salva tamen in omnibus Apostolica auctoritate, ut nihil in his definiatur priusquam ei placita cognoscatur, qua omnes suffultos esse oportet. Et si quid eis grave intolerandumque acciderit, eius semper expectanda censura. Neque enim proterve, aut stimulo suæ cogitationis impulsus, (ut sæpe actum agnovimus) detrahere aut accusare præsumat quemquam Sacerdotum, quia iniuria eorum ad Christum C pertinet, cuius vice legatione pro populo, Christi sanguine redempto, funguntur. Causas enim eorum, quia Dei causæ sunt, eius esse iudicio scimus reservandas, qui valet corpus occidere, & animam mittere in gehennam. Qui dicit: *Mihi vindicta, & ego retribuam.* Apud quem conscientia nuda est, cui nõ absconduntur occulta. Instruendi etiam omnes sunt, quoniam per nos illis Christus intonuit, non esse ovium lupi insidias prævidere, sed pastoris.

Monet ergo beatus Apostolus Paulus, ne de his temere leviterque præsumatur iudicium, de quibus nemo potest verius vel melius iudicare, quam Deus: *Tu autem*, inquit, *quare iudicas fratrem tuum? aut cur spernis eum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptum est enim: Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Domino.* Itaque unusquisque nostrûm pro se rationem reddet Deo. In hoc ergo non sibi quispiam temerarios ausus usurpet, ut, præter quod ad concordiam pertinet, aliud agat, unde unitas Ecclesiæ dissipetur. Non ergo leviter quispiam assentiat in detractione, vel iudicatione vel damnatione fratrum, maximeque Sacerdotum, qui proximiores sunt Deo, & qui proprio ore Corpus Christi D cõficiũt: quia ob hoc venit ira Dei in filios diffidentiæ, qui Christum persequuntur in suis membris. Nolite, fratres, nolite effici participes eorum nec communicetis peccatis talium, aut infructuosis verbis illorum. Magis autem redarguite talium cœtus, qui extendere moliuntur, quasi arcum, in fratres linguas suas. Defendite ergo fratres, & omnes monete, ut armemini contra fratrum persecutores. Confidimus autem de vobis meliora & viciniora saluti: quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus neque virtutes, neq; instantia, neque futura, neq; fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neq; creatura alia, magistro gentium docẽte, poterit nos separare à charitate Domini nostri Iesu-Christi, quæ maxime in sacerdotibus & reliquis perficitur membris eius. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Ecce enim iudex ante ianuam assistit, coronas hilariter promittens his, qui pro eo fratribus auxilium ferunt, & oppressis succurrunt atque in charitate collaborant. Quod si subtraxerit se quis, non placebit Deo, sed cadit, quia non sublevavit cadentem, sed emarcuit. Non autẽ sumus subtractionis in oppressionem, sed adminiculi in acquisitionem & supplementum fratrum. Propter quod assumite armaturam Dei, ut possitis resistere omnibus taliter præsumentibus, & induti vos loricam iustitiæ, calceati pedes in præparationem Evangelij pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei, per omnem orationem & obsecrationẽ radicati & fundati, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, dividentes corpus Ecclesiæ bonum & integrum in tortuosas novitates.

Monet ergo Apostolus, non amplius nos invicem temere iudicare. Temere enim iudicat, si quis Episcopũ absq; Sedis Apostolicæ auctoritate condemnat, cum ei (ut paulo superius prælibatum est) hoc specialiter privilegium reservatum sit. Sed hoc iudicate magis, inquit, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Patenter enim his & aliis innumerabilibus decretorum testimoniis, omnibus manifestum est, non debere Episcopum damnari, licet eius perstrepat opinio, donec iudicium de eo nostræ Apostolicæ auctoritatis, hoc est, principis Apostolorum Petri, cognoscatur, utpote quoniam solus & præ omnibus, creditus est, atque percipere meruit à Rege Regum Christo Deo claves regni cælorum, ad aperiendum fidelibus & benevolis hominibus in eundem Dominum nostrum, & claudendum infidelibus & malevolis, atq; suis sacerdotibus, & sanctæ Ecclesiæ, suo precioso sanguine redemptæ, & impugnatoribus sive nocentibus. Quod utique & nos facere postulavit. Non quod novi aliquid nunc imperetur, sed illud quod per desidiam aliquorũ aut scienter, aut negligenter transgreditur, deinceps observetur ab omnibus, ut illa semper, quæ Apostolica & Patrum traditione constituta sunt, submotu, irrefragabili auctoritate, teneantur. Scriptum namque est in secunda ad Thessalonicenses epistola, & ad Timotheum Apostolo monente: *State, & tenete traditiones vestras quas didicistis seu per verbum, seu per epistolam.* Item alibi per Prophetam: *Expectavi quoque*, sicut beatus Isaias intonuit, *ut facerent iudicium, fecerunt autem iniquitatem, & non iustitiam, sed clamorem, omnes per circumbantes.* Et hoc scire debent, quoniam iudicium Dei est secundum veritatem in eos, qui talia agunt, licet divitias bonitatis Dei, & sustentationis, & patientiæ contemnãt, ignorantes quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam eos adducit: secundum duritiam autem eorum & cor impœnitens, thesaurizant sibi iram in die iræ & revelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuique secundũ opera eius. Et alibi scriptũ est. *Ego sum Dominus Deus vester: Non facietis iniquitatem in iudicio. Non accipies personam hominis, neque mireris vultum potentis. Ab omni iniquo verbo recedes. Innocentem & iustum non oppugnabis, neque interficies.* Ille procuidubio facit iniquitatem in iudicio, qui ea sibi vindicat quæ ei vindicare non licet. Ideo quæ huic sanctæ Sedi concessa sunt, nullus usurpare sine eius consultu præsumat, qui non vult honore Ecclesiastico indignus, ut contemptor, iudicari. Itaque oportet negligẽtes propulsare, sed ita, ut nocentes non roborentur: & bonos improbis aut insidiatoribus fratrum resistere, ne torpore desidiæ oppressi, taciturnitatis teneantur obnoxij.

Itaque qui potest obviare, & perturbare perversos, & nõ facit, nihil aliud est, quã favere eorum impietati. Nec enim caret scrupulo societatis occultæ qui manifesto facinori desinit obviare. Sitis autẽ perfecti & integri in eodem sensu, & in eadem scientia firmati, ut per eam vias vestras dirigentes in eundem iustè stabiliter

A omnibus occurraris oppressis: quia vobis creditur Dominus, ad quem accedentes lapidem vivum ab hominibus quidem reprobatum propter talium impietatem, à Deo autem electum & honorificatum, super quem vos, tanquam lapides vivi, ædificamini in domum spiritualem, in sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias ipsi in odorem suavitatis. Gratum enim admodum est sacrificium Domino, oppressis omnibus subvenire: quanto magis illis, de quibus ait: *Qui vos audit me audit: & qui vos spernit*, &c. Libat quidem Domino prospera, qui ab afflictis & oppressis pellit adversa. Sed & nunc, fratres, commendamus vos Deo & verbo gratiæ eius, qui potest perficere, & dare hæreditatem in omnibus sanctificatis. Ipse autem Deus pacis & consolationis, det vobis idipsum sapere in alterutrum, & in ipso semper & in omnibus vt vnanimes, vno ore & vno corde honorificetis eum in con-
B cordiam & auxilium fratrum, qui potens est confirmare omnes & consolari secundum Evangelium eius, & iuxta revelationem mysterij temporibus æternis taciti, patefacti autem per scripturas sanctas & Patrum orthodoxorum doctrinas, secundum præceptum æterni Dei, ad obediendū fidei in omnibus cognita nobis, soli sapienti Deo, Domino nostro IESV-CHRISTO, cum quo Patri, & Spiritui Sancto gloria, honor & imperium & potestas in sæcula sæculorum. Amen. Dominus vos custodiat, dilectissimi fratres, incolumes semper. Data octavo Kalendas Novembris, Flavio & Stilicone viris clarissimis Consulibus.

EPISTOLA X.

Dominis Venerabilibus Fratribus, Prospero Numidiæ primæ sedis Episcopo, Leoni, Reparato, Alexandro, Benedicto, Rufo, & omnibus ceteris, vbique in recta, sancta, & Apostolica fide consistentibus, orthodoxis Episcopis, Damasus Episcopus.

C Licet, fratres charissimi, vobis sint nota Patrum decreta, mirati tamen non possumus vestram solertiam circa instituta maiorum, vt cuncta, quæ possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos, quasi ad caput, vt semper fuit consuetudo, deferre non desinatis, vt inde capiatis responsa, vnde accepistis institutionem & normam recte vivendi. Vnde & vos non immemores canonum esse recordamur, qui & id ipsum fieri præcipiunt. Non vt nobis scientiæ Ecclesiasticæ regulæ aliquid desit, sed vt auctoritate sedis Apostolicæ fulti, in nullo ab eius devietis regulis. Igitur de Chorepiscopis, de quibus nos consulere voluistis, quale sit eorū ministerium, aut quid eis agere liceat, aut quā auctoritatem habeant, vel si liceat eos fieri, an non, quia audivimus eos iam esse prohibitos, aut quid de his, qui iam ordinati reperiuntur, agendum sit: nil vobis certius respondere nobis videtur, quam olim à prædecessoribus nostris decretum reperimus, vt eis ad veniam nihil prorsus aliud reservetur, quam privatio sacri ministerij, quod illicite assumpserunt, quia prohibiti tam ab sacra Sede, quam à totius orbis fuerant
D Episcopis. Nimis ergo eorum institutio improba, nimis est prava: quia vt hi de summo sacerdotij ministerio aliquid præsumāt, omni auctoritate caret, & sacris canonibus invenitur esse contrarium, atque ad totius Ecclesiæ perturbationem superba & superflua tendit elatio: & vacuū est & inane, quicquid in prædicto sacerdotio summi egerunt ministerio. Quod ipsi iidē sint, qui & Presbyteri, sufficiēter invenitur: quia ad formā, & exemplum Septuaginta, inveniuntur prius instituti. Sed quia (Deo gratias) modo necessarij sicut in primitiva Ecclesia propter studium, quod erga pauperes exigebant, nō sunt, & quia illicita præsumebant, & quod agebant, rectum non erat, & propterea multi in securitatem lapsi, Ecclesiastico fraudabantur & frustrabātur

E ministerio: ideo tā ab hac sancta Sede, vt superius memoravimus, quā & ab omnibus totius orbis Episcopis, à Pontificalibus sunt remoti officiis. Nam (vt nobis relatum est) quidam Episcoporum propter suam quietem, eis plebes suas committere non formidant: & vt illicita atque prohibita agant, iidem ea quæ solis Pontificibus debentur, sibi vsurpant, & ipsi in sua quiete torpent, & curam sibi à Deo commissam negligunt, cū Dominus dicat: *Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis, & vocat eas nominatim, & cognoscit suas, & suæ agnoscunt eum.* Et item: *Sicut novit me Pater, & ego agnosco Patrē, & animam meam pono pro ovibus meis.* De mercenario autem quid dicat, bene nostis; *quia videt lupū venientē, & dimittit oves, & fugit; & lupus rapit & dispergit oves*, & reliqua. Pro talibus vero negligitur cura Ecclesiæ, & eius status perturbatur. Et ideo sunt prohibiti, in tantū, vt si aliqui ex his reperti fuerint, à proprio decidant
F gradu. Illi namque Episcopi, qui talia sibi præsumunt, videntur mihi esse meretricibus similes, quæ statim, vt pariunt, infantes suos aliis nutricibus tradunt educandos, vt suam citius libidinem explere valeant. Sic & isti infantes suos, idest populos sibi commissos, aliis educandos tradunt, vt suas libidines expleant, id est vt pro suo libitu secularibus curis inhient, & quod vnicuiq; visum fuerit, liberius agāt. Pro talibus enim animæ negliguntur, oves pereūt, morbi crescūt, hæreses & schismata prodeūt, Ecclesiæ destruuntur, Sacerdotes vitiantur, & reliqua mala proveniunt. Non taliter Dominus docuit, nec Apostoli instituerunt: sed ipsi qui curam suscipiunt, ipsi peragant, & ipsi proprios manipulos Domino repræsentent. Nam ipse ovem perditam diligenter quæsivit, ipse invenit, ipse propriis humeris reportavit, nosque idipsum facere perdocuit. Si ipse pro ovibus tantam curam habuit, ipse docuit, ipse curavit, ipse sanavit, ipse propriis humeris reportavit, atq; in tantum dilexit, vt etiam animam suam (multas sustinēs iniurias, multa opprobria, multasq; passiones) pro nobis traderet; quid nos miseri & desides di-
G cturi sumus, qui etiā pro ovibus nobis commissis curā impendere negligimus, & aliis eas educādas tradimus? Corrigātur hæc, fratres, necesse est: quia qui plus laborat, maiorem mercedem accipiet. Nā non amplius quā duos ordines inter discipulos Domini esse cognovimus, id est, duodecim Apostolorū, & septuaginta discipulorū, vnde iste tertius processerit, funditus ignoramus. Et quod ratione caret, extirpare necesse est. Quod enim Episcopi non sint, qui minus quā à tribus sunt ordinati Episcopis, omnibus patet: quoniam, vt bene nostis, prohibitum à sacris est Patribus, vt qui ab vno vel à duobus sunt ordinati Episcopis, nec nominentur Episcopi. Si nomen habent, qualiter officium habebunt? Quicquid enim inter Episcopos, aut de rebus ad eos solummodo pertinentibus egerint, necesse est (vt superius iam prælibatum est) vt irritum fiat: quia quod non habent, dare nequaquam possunt, præsertim cum nullū ex septuaginta discipulis, quorum speciem isti, antequā prohiberentur, (vt superius memoratum est) in Ecclesia gerebāt, nil de hoc, quod Apostolis eorumq; successoribus specialiter debebatur legitur assumpsisse. Nec in lege Domini, quæ Mosi ab ipso Domino legitur dictata, de his, quæ summis Sacerdotibus, id est, Mosi & Aa-
H ron quicquam præsumebant. Nulli enim dubium est, quod Moses & Aaron soli, præcipiente Domino, in tabernaculo Dei erigebant altare, soli vngebant, soli Sacerdotes sacra vnctione instituebant, & alia, quæ ad summum sacerdotium pertinebant, de quibus sufficienter in divinis legitur litteris, agebant: quoniam summi Domini Sacerdotes erant, sicut de eis scriptum est, *Moses & Aaron in sacerdotibus eius.* Sic & modo, quia vmbra legis transiit, & lux Evangelij in nos, Dei gratia, manifeste coruscat, de his quæ in summis Sacerdotibus, id est, Episcopis sunt, quorum figuram Moses & Aaron tenuerunt, illi qui septuaginta discipulorum formam gestant, in quorum videlicet typo filij Aaron erant, nihil præsumere debent, sicut nec illi quicquā de

summi

summi sacerdotij ministerio attingebant. Nam quod chorepiscopi antequam præfato prohiberentur tenore, ad formam septuaginta instituti erant, canon sufficienter manifestat, vbi ait: *Chorepiscopi quoque ad exemplum & formam septuaginta videntur esse*, & reliqua. Nec illud prætereundum nobis videtur, quod alibi in canonibus expressum est: *Qui in vicis & possessionibus chorepiscopi nominantur, quamvis manus impositionem Episcoporum perceperint, & vt Episcopi consecrati fuerint &c.* Nec ab re dictū perpendo, quamquam manus impositionem Episcoporum perceperint, cum Episcoporum nomen pluralem in se contineat numerum, & apud grammaticos pluralis sit genitivus: videtur enim mihi, quod tunc nō ab vno, sed à pluribus ordinabantur: quia nullatenus diceret, Episcoporum, si ab vno fieret talium ordinatio, cum Episcoporum pluraliter dictū sit. Cū autem dixit Chorepiscopū profecto villanū voluit intelligi Episcopum. Et si villanus, quid agit in civitate, cū in vna civitate duo omnino prohibeātur esse Episcopi? Et si in villa & in eo loco, vbi antea Episcopi nō fuerūt, cū & in modica civitate, vel in villa, aut castello Episcopus fieri prohibeatur, & in omnibus omnino locis, vbi antea Episcopi non fuerunt, ne vilescat auctoritas & nomē Episcopi, fuerint constituti, quid (rogo) erunt? Ecce nec locus cum ordinatione concordat, nec ordinatio cum loco: quoniam si Episcoporum manus impositionem perceperunt, & vt Episcopi sunt consecrati, vbi sunt consecrati? Ad villam, quia, χώρα, villa est apud Græcos. Et qualiter ad villam, si nec in castello aut in modica civitate licet fieri, rogo, vt promatis: & si promere non potestis, quia (scio) per rationem aut plenam auctoritatē minime potestis, digitum ori imponite, & eos omni auctoritate carere non dubitate, scilicet quia tria obstant, quibus eorum cassatur actio, vel institutio: Vnum, quod ab vno Episcopo ordinari solent, in quo eorum ordinatio à canonibus discordat, qui per manus Episcoporum eos institui iubent. Aliud, si à pluribus Episcopis sunt ordinati & aut in villa, aut in castello, seu in modica civitate, aut omnino non in eo loco præfixi, quo iustè Episcopi fieri debent, aut dudū nō fuerunt, vbi vilescat auctoritas, & nomen Episcopi, aut si in civitate cum altero Episcopo, cum (vt prædictum est) in vna civitate duo non debeant consistere Episcopi. Tertium, si absolute fuerint instituti, sicut de quibusdam audivimus, quæ omnia Episcopali omnino carent auctoritate. Et illud adhuc restat, quod eorum ordo non habet in divinis litteris auctoritatem, quia (vt præfixum est) ordines sunt duo tantum primi in Ecclesia, id est, Apostolorum, & septuaginta discipulorum. Sane si nec Episcopi sunt, quia pro præfatis causis Episcopi esse non possunt, nec Presbyteros se nominari volunt, quia amplius esse ambiunt, atque plus quam septuaginta discipuli fecissent (ad quorum formam, vt paulo superius prælibavimus, hi antequam prohiberentur, à quibusdam stultis, & sua quærentibus, & non quæ CHRISTI IESV, instituebantur) præsumere tentant, & illicita, atque prohibita agere præsumunt, nec hoc dici se volunt, quod sunt, rogo, vt manifeste prodatis quid sint: quoniam aut aliquid sunt, aut nihil. Nam manifeste patet, quoniam Episcopi non sunt. Et si Episcopi non sunt, & presbyteri esse despiciunt, quid erūt? Aut aliquid prorsus erunt, aut nihil, quia nihil potest esse, nisi habeat vnde fit. Et si non habet vnde sit, aut vnde originem ducat, nec auctoritatē habet, nec stare rite poterit, quia inane est, & vt destruatur & cadat necesse est, quoniam nihil est, & in nihilum reputabitur. Si vero nihil ex his sunt, quæ superius memoravimus: tūc necesse est, vt nihil sint ex his, quæ Sacerdotali catalogo habebantur, nisi tantum (vt primo commemoravimus) vt pro misericordia illis qui humiliter hoc ferre voluerint, nec amplius ambierint, & per scriptum propria manu subter corroboratum, idipsum confirmaverint, hoc solummodo concedatur, vt inter Sacerdotes locum habeant, & ministerio Presbyterorum contenti sint, atque mensæ Domini tantummodo participes existant. Amplius autem qui ambire voluerint, nec hoc retineant, vt Sacerdotes sint, sed omni Ecclesiastico funditus priventur honore. Quod vero eis non licet Sacerdotes consecrare, nec Diaconos, aut Subdiaconos, nec virgines, nec altare erigere, nec vngere, aut sacrare, nec Ecclesias dedicare, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare, nec publice quidem in Missa quemquam pœnitentem reconciliare, nec formatas epistolas mittere, nec populum benedicere, nec ante Episcopum in baptisterio, aut in sacrario introire, nec præsente Episcopo infantem tingere, aut signare, nec pœnitentem sine præceptione Episcopi sui reconciliare, nec eo præsente nisi illo iubente, sacramentum corporis & sanguinis CHRISTI conficere, nec eo coram posito populum docere aut salutare, nec plebem exhortari: quæ omnia solis Pontificibus deberi tam ex superioribus, quam ex aliis Patrum constitutis, aut sacris canonibus edocti estis. Et si necesse est quibusdam minus scientibus, doceri pleniter, & instrui possunt, vt per hoc & discretio graduum, & dignitatis fastigium summorum Pontificum demonstretur. Similiter & de Presbyteris hæc habeantur, vt sine iussu proprij Episcopi nil agant: quia quod ratū est, hoc & pulchrius esse videtur. Et si nomē vilescit Pōtificū, omnis status perturbatur Ecclesiæ. Triplex itaque in hac parte reatus est, quod & prohibita agūt, & quod sacrum ministerium talis cōsortij vilitate polluitur, & Episcoporum (quantū ad illicitæ vsurpationis temeritatem pertinet) iura solvuntur. Quod autem solis Apostolis, eorumque successoribus proprij sit officij tradere Spiritum sanctum, liber Actuum Apostolorum docet, præsertim quum nullus ex septuaginta discipulis, quorum isti in Ecclesia speciem gerunt, legatur donum sancti Spiritus per manus impositionem (vt prædictum est) tradidisse. Hæc ergo, quia omni carent ratione, nullus deinceps vsurpet, aut consentiat Sacerdotum, qui noluerit à nostro sacerdotali collegio separari. Nec quod à nobis extinguitur, & à prædecessoribus nostris ac reliquis (vt dictum est) totius orbis Episcopis iam extinctum est, apud aliquos tenebrosis seminetur radicibus; sed quæ male pullulasse noscuntur, radicitus evellantur, ne messem Dominicam vlla corrumpant zizania. Ita enim fructum vberem Domini Sacerdotes præstabunt, si ea quæ natam segetem enecare consueverunt, radicitus amputentur. Cesset ergo, cesset tot vicibus prohibita & damnata præsumptio: nec imitentur summi Sacerdotes mulieres meretrices, quæ infantes suos, prælata voluptate aliis ad nutriendum tribuunt: sed ipsi nutriant, ipsi Domino suo fructum cum vsura reddant, fructuososque manipulos ei cum gloria repræsentent. Nam si Dominus leprosos, inter ceteras ovium suarum curas, tetigit & mundavit, cur nos eadem agere dedignamur? Aut cur nos ipsi, qui pastorale officium suscepimus, aliis alendas tradimus? maxime, quum Dominus Petro præceptori nostro dixerit; *Si diligis me, pasce oves meas*: & multa talia, & his similia. Nam benedictio, quam prædicti Chorepiscopi ante suam prohibitionem per manus impositionem dabant, magis nobis videtur vulnus inferre, quam salutē. Et illi qui Pontificatus apicem non habebant, quomodo ea quæ non habebant, dare poterant? quoniam nihil in dante erat, quod ille posset accipere. Aut quis hominum, licet more humano loquamur, dare potest quod non habet? Præsertim quum Pontifices non erant, ea quæ solis Pontificibus debentur, dare non poterant. Et propterea magis vulnerabant capita, quæ per manus impositionem tangebant, quum ea, quæ eis collata non erant, per ea quam benedictionē darēt. Et ideo quicquid ex supradictis ministeriis Pontificalibus præsumebant, irritū erat, & nihil tactis proficiebat: sed magis iuxta Prophetam, maledictionē pro benedictione (si ratū est dicere) cōferebāt. Quapropter

A per illam illicitam manus impositionem, vt paulo superius prælibavimus, vulneratum caput illi, qui videbantur aliquid accepisse, habebant. Et vbi vulnus inflatum est, necesse est medicinam adhibere, qua infixa sanetur macula, id est, reiterari necessum est, quod legitime actum, aut collatum minime approbatur, si perfectum esse debebit. Nam quomodo honorem possit retinere, qui ab illo acceperit, qui potestatem dare legitime non habuit, invenire non possum: quum ille, qui honorem Pontificalem non habuit, Pontificalia non potest iura tribuere: nec hoc sibi poterant vendicare, cuius capaces per hoc quod illis obstiterat, non fuerunt. Huius ergo dissensionis curam nobis specialiter vendicantes, ita misericordiam irrogamus, vt si qua forsitan de his commissa sunt, corrigantur, ne talia liceat vltra committi, & ne qua excusatio de ignoratione nascatur: quia vt nobis gratulationem facit Ecclesiarum status, salubri dispositione
3 attributus vel adornatus; ita non levi nos mœrore contristat, quoties aliqua contra instituta Canonum vel Ecclesiasticam disciplinam præsumpta aut commissa cognoscimus. Quæ si non qua debemus vigilantia, resecemus: illi, qui nos speculatores esse voluit, non excusare non possumus, si eius Ecclesiam, quæ nobis generaliter commissa est, in quantum prævalemus, puram à tam illicitis superstitionibus non custodiamus, quia non aliter vnus grex, & vnus pastor fuimus, nisi quemadmodum Apostolus docet: *Id ipsum dicamus omnes: Simus autem perfecti in eadem sensu, & in eadem sapientia.* Nec aliter veri discipuli Domini erimus, nisi radicem amaritudinis sursum germinantem (sicut hoc, vt asseritis modo facit) ne nocere valeat, aut Episcopale ministerium vilescere faciat per eorum negligentiam, id est, omnium Sacerdotum, qui evellere mala, & meliora plantare sunt ab eo præpositi, vnusquisque pro viribus exstirpare festinet, & ipse pro suis ovibus est æterno iudici rationem redditurus, eas fovere, & educare decertet. Si Domini
C desideramus esse discipuli, ipsius imitemur vestigia, vt de nobis dicatur: *Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas, & voco eas nominatim, & cognoscunt me meæ*, & reliqua. Et iterum monente Dominicæ vocis imperio, quo beatissimus Apostolus Petrus trina repetitione mysticæ sanctionis imbuitur, vt Christi oves, qui Christum amat diligenter, & cum magna cura pascat; quoniam ipsius sanctæ Sedis, cui per abundantiam divinæ gratiæ præsumus, amore & reverentia coarctamur, vt tantæ superstitionis, quæ nullius (vt sæpe dictum est) fulcitur auctoritate, periculum, quantum possumus, declinemus, ne beati magistri nostri Petri, & summi Apostoli dilectio, qua se amatorem Dei esse testatus est: vana inveniatur in nobis: quoniam omnis negligenter pascens totum sibi commendatum Dominicum gregem, convincitur summum non amare pastorem, nec eius se velle discipulum fieri, cuius exempla negligit imitari. Nam gratia prorsus maior acquiritur, si de commissis ovibus lucrum offerat Domino sollicitudo pastoris. Nam & beatum Iacob, qui pro vxoribus diu servierat, dixisse meminimus: *Viginti annis fui tecum: oves tuæ & capræ steriles non fuerunt: arietes gregis tui non comedi, nec captum à bestia ostendi*
D *tibi: Ego damnum omne reddebam: & quicquid furto perierat, à me exigebas: die noctuque æstu vrebar & gelu: fugiebat somnus ab oculis meis.* Si ergo sic laborat & vigilat, qui pascit oves Laban: quanto labori, quantisque vigiliis debet intendere, qui pascit oves Dei? Sed in his omnibus ipse nos instruat, pro suis dedit ovibus animam, & adiuvet nos, vt de his, qui nobis commissi sunt; fructum multiplicem, ac mensuram supereffluentem ad æterna gaudia reportare concedat. Tantusque vos beati Petri Apostolorum principis amor incendat, vt in ovili ipsius, cui omnes creaturæ sunt traditæ, omnes taliter errantes, & illicita atque prohibita præsumentes, sanctis vestris studiis summo redintegrare cum desiderio festinetis, qualiter animæ pretioso Christi sanguine redemptæ, eorum non pereant deceptione. Restat etiam, quod per ostium hi nequaquam subintrarunt, quia nō habebant ostium per quod ingrederētur: quia (vt dictū est) si nec Episcopi sūt, & plusquā Presbyteri esse ambiunt, per quod ostiū intrabunt, cum hi tantum duo ordines in Ecclesia leguntur, nec amplius ad pastorale officium aliquod patet ostium, per quod pastor intret? Audite fratres, non me, sed ipsam dicentem veritatem: *Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, hic fur est & latro*, & reliqua. Cum etiam egregius prædicator dicat, *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est*: cum prædicta duo fundamenta in Ecclesia tantum inveniantur posita, quicquid amplius positum in his invenitur, stare nullatenus poterit. Et ideo cum omnibus suis fundamentis & actionibus atque radicibus vt evellatur necesse est, ita vt amplius pullulare, nec germinare valeat. Non ergo generet, & non faciat vobis, fratres, toties repetita locutio fastidiū: F quia sūma necessitas est sæpius prohiberi, quod toties, vt à vobis cognovimus, illicite vsurpatur: & quoniam veritas sæpius exagitata, magis splendescit in lucem, & quod toties repetendo admonetur, minus vsurpatur. Super his enim multa iam antecessoribus nostris dicta sunt, à quibus ipsi, sicut nunc à nobis, ita olim ab eis damnati & prohibiti sunt. Ideo sæpius repetentes, omnes monemus, vt vitent huiusmodi, & à talibus se abstineant, qui noluerint vna cum eis à Sacerdotali ministerio, vt rebelles, fieri alieni. Quod ita demum probare poterimus, si tales exstirpare, & non eis favere decertaveritis & ita in postmodum de tali re querela cessabit: quia contumeliæ studio fit, quicquid interdictū toties vsurpatur. Omnia hæc decretalia, & cunctorum prædecessorum nostrorum constituta, quæ de Ecclesiasticis ordinibus, & Canonū promulgata sunt disciplinis, ita à vobis & omnibus Episcopis, ac cunctis generaliter Sacerdotibus custodiri debere mandamus, vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps noverit denegari: G quoniam occurreret veritas, si falsitas displiceret. Et merito nos qui summa Ecclesiæ tenere debemus gubernacula, causa respicit, si silentio faveamus errori.

EPISTOLA X.

B. Damasi Papa, & Episcoporum, qui ad eum in Romanam vrbem ex Italia & Gallia convenerant, numero nonaginta.

Damasus, & Ceteri Episcopi Roma congregati, dilectissimis fratribus in Illyrico constitutis Episcopis, in Domino salutem.

CRedimus sanctam fidem vestram, in Apostolorum eruditione fundatam, hanc vos tenere, & hanc populis vniversis exponere, quæ videlicet à constitutis Patrum nulla ratione dissentit, per quos iustum est ceteros erudiri. Sed relatione Gallicanorum & Venetorum fratrum, quosdam hæresibus favere cognovimus. Quod malum non solum cavere debent Episcopi, sed etiam reluctari contra ea, quæ gesta sunt imperitia aut simplicitate quorumdam, pravis interpretationi- H bus deceptorum. Variis ergo doctrinis non debet labefactari, sed magis Patrum nostrorum corroborari sententiis. Auxentium ergo Mediolanensem præcipue in hac causa damnatū esse liquet. Vnde iustum est, omnes in vniverso Romanorum orbe doctores legis, ea quæ legis sunt, sapere, & non fidem doctrinis variis maculare. Itaque dum primum hæreticorum cœpisset nequitia pullulare, sicut etiam nunc blasphemia nefandorum pullulare patet Arianorum, tunc Patres nostri trecenti decem & octo Episcopi, habito tractatu in vrbe Nicæna, hunc murum fortissimum contra arma diabolica statuerunt, & hoc remedio venena mortifera sunt depulsa. vt Pater & Filius vnius divinitatis, vnius virtu-

tis,

A tis, vniusque magnitudinis debeat credi, vniusque essentiæ sive substātiæ, simul & Spiritus S. Aliter enim sapientes, alienos esse à nostra communione judicaverunt. Quem terminum salutarem, adorabilémque deliberationem, corrūpere quidā aliis cogitationibus atq; temerare voluerunt: sed in ipso principio, ab his ipsis, qui Arimino revocare aut retractare compellebantur, vsque ad hoc causa correcta est, vt confiterentur, alia sibi circumventione subreptum, aut certe, quia non intellexerunt. Patrum sententiæ in Nicæa constitutæ hoc esse contrarium. Neque enim præjudicium aliquod fieri potuit per numerum Arimino congregatum quando constat, neque Romanum Episcopum, cujus ante omnia decebat eos expectare decretum, neque Vincentium, qui tantis annis Episcopatum inviolabiliter custodivit, neque alios talibus præbuisse consensum, maxime dum (sicuti prædiximus) isti ipsi, qui per circumventionem declinasse videbantur, ipsi denuo vtentes meliori consilio, hæc sibi displicere testati sunt. Perspicit itaque vestra salubritas
B hanc solam fidem, quæ Nicææ Apostolorum auctoritate fundata est, esse perpetua firmitate servandum, & simul Orientales hoc facere nobiscum, qui se Catholicos esse cognoscunt, Occidentales etiam gloriari. Credimus autem, languentes in isto contamina, non tarde à nostra separandos esse communione, & ab eis Episcopatus nomen auferri, quatenus populi eorum liberati errore, respirent. Nullo enim modo à deceptione poterunt corrigere populum, qui deceptionis laqueo detinentur. Concordet cum omnibus Dei Sacerdotibus etiam charitatis vestræ sententia, in qua vos fixos ac firmos existere judicavimus. Si ergo etiam nos vobiscum recte credere debemus, vestræ nos charitatis literis lætificate reciprocis. Valete fratres charissimi. Data 17. Kalend. Novembr. Siricio & Ardabure viris clarissimis Consulibus.

EPISTOLA XI.

C

Ad Episcopos Italiæ.

Vniversis Episcopis per Italiæ Provincias constitutis, Damasus Episcopus in Domino salutem.

OPtaveram, dilectissimi, pro nostri charitate collegij omnes Domini Sacerdotes (sicut in primitiva fuit Ecclesia) vnum esse cor & animam vnam, atque in vna devotione persistere, nec quemquam Sacerdotum, gratia aut formidine sæcularium depravari, aut à via veritatis quoquo modo abscedere. Sed quia multa quæ corrigi possunt, proveniunt, & superat culpas delinquentium misericordia Dei: atque ideo suspenditur vltio, vt possit locum habere correctio. Relatum est enim ad sedem Apostolicam, vos accusationes fratrum per scripta suscipere absque legitimo
D accusatore. Quod deinceps in omni orbe terrarum fieri, Apostolica auctoritate prohibemus: & quod nuper factum est, absque vlla retardatione corrigi rogamus: nec vmquam prius per scripta, eorum qui accusantur, causam discutere liceat, quam per querulantium institutiones vocati canonice, ad Synodum veniant, & præsens per præsentem agnoscat veraciter & intelligat, quæ ei objiciuntur. Quod bene & per sapientiam Salomonis dicitur: *Antequam scruteris, ne reprehendas: Intellige prius, & tunc increpa: Antequam audieris, ne respondeas.* Et licet apertissima sit contrariorum reprehensio, verumtamen oportet his, qui dati sunt ad eorum examinationem, ordinem servari ab his, qui secundum Deum perscrutari deputati sunt, quatenus ita eo operatione cooperante inveniamus & confessorem Deum, qui dicit: *Vbi duo sunt vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Nam & Dominus noster IESVS-CHRISTVS Iudam

furem esse sciebat: sed quoniam non est præsentialiter accusatus, ideo non est ejectus. Nec vos vllo modo agere oportet, quod ille noluit facere. Leges enim sæculi accusatores præsentes exigunt, & non per scripta absentes. Vnde Canonica Patrum constituta non semel, sed sæpissime clamant, nec accusationes nec testimonia vllum per scripta posse proferre: nec de aliis negotiis quicumque testimonium dicant, nisi de his, quæ sub præsentia eorum acta esse noscuntur. Similiter, & qui alium accusare elegerit, præsens, per se, & & non per alium, accuset, inscriptione videlicet præmissa. Neque vllus vmquam judicetur, antequam legitimos accusatores præsentes habeat, locúmque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Curandum namque est, ne ira quemquam subripiat, faciátque citius omne quod non licet. Omnipotens Deus hæc vos, & cuncta divina mandata & Apostolica præcepta custodientes, in cunctis actibus vestris cœlestis brachij extensione protegat, atque ad cœlestis remunerationem patriæ, cum multiplici animarum fructu perducat. Amen. Data 3. Idus Apr. Siricio & Ardabore viris clarissimis Consulibus. E

F

Epistola Aurelij Carthaginensis Episcopi ad Damasum Papam.

Beatissimo Papæ Damaso, Aurelius Carthaginensis Episcopus.

GLoriam Apostolicæ Sedis, & vestræ sublimitatis gratiam nostra humanitas exoret, vt statuta, quæ reperire poteritis, post finem beati Principis Apostolorum Petri, vsque ad vestræ sanctitatis principium, juxta Apostolicæ Sedis auctoritatem, quam cognovimus per vestræ sapientiæ sanctitatem gubernari, nobis scripta mittere dignemini quatenus per vestræ sanctitatis nobilitatem atque prudentiam nosse valeamus, quæ in præfata sancta Sede supradictis temporibus sunt decreta, & qui adversus Canonum Apostolorum instituta gesserunt, cognoscantur. Bene vale sanctissime Papa, & ora pro nobis amantissime Pater. Data octavo Kalendas Martij. * Item lecta Romæ, quinto Nonas Maij. G

EPISTOLA XII.

Reverendissimo Fratri & Coepiscopo Aurelio, Damasus.

SCripta sanctitatis tuæ debita veneratione suscepimus, in quibus sitire venerationem ac prudentiam tuam Apostolica instituta (vt dignum erat) cognovimus. Qua de re quædam ex his, quæ petisti, misimus: & quædam adhuc cum iterum miseris, mittere cupimus. Nullum tamen à beati Petri Principis Apostolorum fine, prædecessorum nostrorum prætermisimus, de quorum statutis aliquid tibi per Ammonium Presbyterum, & Felicem Diaconum, sub certis H signaculis non mitteremus. Quæ te & custodire optamus, & aliis prædicanda, ac publicanda mandamus, vt ab omnibus inviolate debita veneratione custodiantur, & inviolate serventur, atq; ab omnibus futuris temporibus diligenter venerentur: quia violatores voluntarij Canonum, graviter à sanctis Patribus judicantur, & à Spiritu sancto (cujus instinctu ac dono dictati sunt) damnantur: quoniam blasphemare Spiritum sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem sanctos Canones non necessitate compulsi, sed libenter (vt præfatum est) aliquid aut protervè agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim præsumptio manifeste vnum genus est blasphemantium Spiritum sanctum: quoniam, (vt jam prælibatum est) cujus impulsus & gratia

A tidem sancti editi sunt Canones. Diabolica vero nequitia plerosque subtiliter fallere solet, & ita quorundam imprudentiam per similitudinem pietatis sæpissime illudit, vt pro salutaribus nocitura persuadeat. Idcirco norma sanctorum Canonum, qui sunt spiritu Dei conditi, & totius mundi reverentia consecrati, fideliter à nobis est sciende, & diligenter tractanda, ne quovis modo sanctorum Patrum statuta absque inevitabili necessitate, quod absit, transgrediamur: sed fidelissime per ea gradientes, cum eis qui eos instinctu condiderunt divino, mercedis gloriam & laboris cumulum, eorum meritis auxiliante Domino, habere mereamur. His itaque rite deliberatis, & ad Ecclesiarum vestrarum notitiam nostra deliberatione perlatis, patere vos eorundem sanctorum Canonum Regulis summopere convenit, ne in aliquo eis obviare quorundam ignavia faciat: sed vestra sapiens & B sana doctrina, quæ cupit vos per omnia placere Deo, illis cohæredes & comparticipes cœlestis regni, in sedibus fideles cooperatores ostendat. Data 16. Kalendas Iunij, Gratiano & Cyricio quarto Consulibus.

EPISTOLA XIII.

Dilectissimis Fratribus Acholio, Eurydico, Severo, Vrano, Philippo & Ioanni, Damasus.

DEcursis litteris dilectionis vestræ, Fratres charissimi, satis sum contristatus, eo tempore quo Deo præstante hæretici iacerent abjecti, nescio quos ex Ægypto venientes in postulatione contra regulã Ecclesiasticæ disciplinæ, alienum à nostra professione in Constantinopolitana civitate Cynicum ad Sacerdotium volare voluisse. Qui igitur is fuerit ardor animi, quam fœda præsumptio, scire non possumus. Hinc C apparet inquietos homines, cum multa præsumunt, quid agere debeant, ignorare. Non legerant Apostolum scribentem: *Vir autem si comam nutriat, ignominia est illi.* Nesciebant Philosophorum habitum non convenire incessui Christiano: Non audierant monentem Apostolũ ne per Philosophiã & inanem seductionẽ, quam diu crediderant, spoliarentur sanæ fidei indumento. Quanta igitur fuerit hæc festinatio nescio, vt cum Christianis hic habitus displiceret, tam insolenter totum quod non decuerat ageretur. Sed quid aliud facere debuit improbitas hominum levissimorum, quam vt expulsit Ecclesia, intra parietes alienos ambientem, quantum intelligi datur, inquisitum hominem ordinarent? Sed hæc inimici intelliguntur esse commenta, qui hæreticis subministrat materiam detrahendi. Impletum est quod Evangelicus sermo dixerat: *Omnis*, inquit, *plantatio quam non plantaverit Pater meus cælestis eradicabitur:* hoc est quod sæpe dilectionem vestram commonui, ne fieret aliquid inconsiderate. Nescit sinceritas vestra, quod in sæcularibus bellis ibi major cura militum excubat, vbi hostis insistit? Si ergo nobis Episcopalibus armis semper D est resistendum, debemus sollicitè agere, ne quod Deus prohibeat, gregem Christi lupis rapacibus relinquamus. Philosophia sapientiæ sæcularis amica, est inimica fidei, venenum quoddam spei, bellum gravissimum charitatis. *Qui ergo consensus templo Dei & idolis? Quæ participatio Christo & Belial?* Sed fortasse dicturi sunt aliqui, Christianus erat: Huic homini qui in habitu idoli incedit, nunquam adscribendum est nomen Christiani, quia fieri non potest, vt qui hinc placere gentibus desiderat, vllum nobiscum consortium integræ fidei possit habere: Non immeritò autem qui ex Ægypto venerant, notati ab omnibus decesserunt, errorem suum condemnantur, vt amputatis ejus postea capillis qui non fuerat rectè ordinatus, & jacturam capitis sustineret, & quod ambierat esse non possit. Rectè igitur factum est, vt id quod ma-

Dux se ... Romana ... (marginal note, partly illegible)
Sess. 2.
1.Cor. 11
Coloss. 2
Matt. 15
2. Cor. 6.

E lè captum erat, authoritate publica destrueretur. De cætero commoneo sanctitatem vestram, vt quia cognovi dispositum esse Constantinopoli Concilium fieri debere, sinceritas vestra det operam, quemadmodum prædictæ civitatis Episcopus eligatur, qui nullam habeat reprehensionem; vt Deo propitio, cum integra pax Catholicorum Sacerdotum fuerit confirmata, nullæ deinceps dissensiones in Ecclesia oriantur: vt præstante Deo quod jamdudum optavimus, cum Catholicis Sacerdotibus possit pax perpetua perdurare. Illud præterea commoneo dilectionem vestram, ne patiamini aliquem contra statuta majorum nostrorum de civitate alia ad aliam transduci, & deserere plebem sibi commissam, & ad alium populum per ambitionem transire. Tunc enim contentiones oriuntur, tunc schismata graviora occipiunt, cum & illi qui amiserint Sacerdotem sine dolore animi esse non possunt; F & illi qui alterius civitatis acceperint Episcopum, etiamsi gaudeant, invidiosum sibi intelligunt fore, sub alieno se agere Sacerdote.

EPISTOLA XIV.

Dilecto Fratri Acholio, Damasus.

AD meritum filij mei Rustici addi aliquid amplius non potest, Domine frater honorabilis: hic enim cum habeat prærogativam officij sui, quod silentiarius sit filij nostri Gratiani Augusti; huc accedit quod gratiam Dei Romæ consecutus est, ita vt vellet munitus ad illas partes missus venire: hunc ergo in omnibus honorificentiæ tuæ commodo quasi proprium pignus suscipere digneris; vt Deo propitio in peregrinatione constitutus, intelligat se à Consacerdotibus Dei & diligi & honorari. Ad litteras sancti- G tatis tuæ plene rescripsi, non mihi placuisse, quod nescio quem Maximum ex Ægypto venientes comatum vel maxime, cujus habitus, juxta Apostolum, ignominiosus esset, Constantinopoli Episcopum ordinare voluissent. Rectius igitur fecerit Sanctitas tua, si dederit operam, vt de cætero Catholicus constituatur, cum quo nobis Deo propitio possit pax perpetua perdurare.

S. DAMASI PAPÆ EPISTOLARVM Fragmenta:

Ex Decretorum collectionibus Gratiani & Ivonis.

CAlumniator, si in accusatione defecerit, talionem recipiat.

Si quis Episcopum, & Presbyterum, aut Diaconum H falsis criminibus impetierit, vel accusaverit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei communionem censemus.

Hanc consuetudinem, quæ contra sanctam Ecclesiam Catholicam augeri videtur, omnino interdicimus, vt nullo modo, vllo vnquam tempore, oblationes, quæ intra sanctam Ecclesiam offeruntur, sub dominio laicorum detineantur, sed tantummodo Sacerdotibus, qui quotidie Domino servire videntur, illis solis liceat comedere & bibere, quia in veteri Testamento prohibuit Dominus, panes sanctos comedere filiis Israel, nisi tantummodo Aaron, & filiis ejus, qui longè erant ab istis panibus, qui nunc in sancta Ecclesia offeruntur, quia illi sub vmbra legis erant: qui vero modo sub gratia sunt Spiritus sancti, toti mundo, Evangelio coruscante, lucidiores esse videntur. Qua fronte, aut qua conscientia, oblationes vultis

accipere, qui vix valetis pro vobis; nedum pro aliis, Deo preces offerre: Quia pravum est, & contra Dominicum præceptum, & detrimentum animæ suæ infert, qui illud agere conatur, quod ei nulla ratione conceditur, quia omnibus sanctis Patribus, nostrisque prioribus placuit, hanc sanctionem fieri, & nos similiter in iisdem persistere volumus, vt nullus audeat irritum facere hoc, quod constitutum est, si in perpetua damnatione noluerit persistere. Si quis vero contra hanc regulam nostram, & & contra sanctorum 318. Patrum, qui in Nicæno Concilio hoc constituerunt, temerarius præsumptor fuerit, & vlterius oblationes de sacris Ecclesiis auferre molitus fuerit, sub anathematis vinculo sit colligatus, & condemnatus. Responderunt omnes, Fiat, fiat.

Quoniam quidam metropolitanorum fidem suam secundum priscam consuetudinem sanctæ Sedi Apostolicæ exponere detrectantes, vsum pallij neque expetunt, nec percipiunt, ac per hoc Episcoporum consecratio, viduatis Ecclesiis, non sine periculo protelatur: placuit vt quisquis metropolitanus infra tres menses consecrationis suæ, ad fidem suam exponendam, palliúmque suscipiendum, ad Apostolicam sedem non miserit, commissa sibi careat dignitate, sitque licentia metropolitanis aliis, post secundam & tertiam commonitionem, viduatis Ecclesiis, cum consilio Romani Pontificis, ordinando Episcopo subvenire. Si vero consecrandi Episcopi negligentia provenerit, vt vltra tres menses Ecclesia viduata consistat, communione privetur; quousque aut loco cedat, aut se consecrandum præbere non differat. Quod si vltra quinque menses per suam negligentiam retinuerit viduatam Ecclesiam, neque ibi, neque alicubi consecrationis donum percipiat, imò metropolitani sui judicio cedat.

Epistolarum finis.

CARMINA
S. DAMASI PAPÆ.

Cum Notis Martij Milesij Sarazanij I. C. Rom.

DE S. PAVLO APOSTOLO.

CARMEN I.

IAMDVDVM *Saulus, procerum præcepta sequutus,*
Cum Domino patrias vellet præponere leges,
Abnueret sanctos Christum laudare Prophetas,
Cædibus assiduis cuperet discerpere plebem,
Cum laceraт sancta Matris pia fœdera cœcus
Post tenebras verum meruit cognoscere lumen.
Tentatus sensit posset quid gloria Christi,
Auribus vt Domini vocem, lucémque recepit,
Composuit mores. Christi præcepta sequutus.
Mutato placuit postquam de nomine Paulus,
Mira fides rerum, subito trans æthera cœli
Noscere promeruit, possent quid præmia vitæ.
Conscendit raptus Martyr penetralia Christi,
Tertia lux Cœli tenuit Paradisus euntem,
Colloquiis Domini fruitur, secreta reservat.
Gentibus ac populis jussus prædicere vera,
Profundum penetrare maris, noctéque, diémque
Visere, cui magnum satis est vixisse latentem,
Verbera, vincla, famem, lapides, rabiémque ferarum,
Carceris inluviem, virgas, tormenta, catenas,
Naufragium, lachrymas, serpentis dira venena,
Stigmata non timuit portare in corpore Christi.
Credentes docuit possent quo vincere mortem.
Dignus amore Dei vivit per sæcla Magister.
Versibus his breviter fateor sanctissime Doctor
Paule tuos Damasus volui monstrare triumphos.

NOTÆ.

EGregium carmen S. Damasi de conversione Pauli vocat Baronius in notationibus ad Martyrologium 25. Ianuar. éstque actionum illius index.

V. 2. (*Cum Domino patrias vellet præponere leges.*) Ipsemet Paulus in epist. ad Galatas, cap. 1. ait: *Et proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum.*

V. 4. (*Cuperet discerpere plebem.*) Frequens in sacris literis hoc plebis nomen, idémque est ac populus. Paulus epist. ad Rom. c. 9. Sicut in Osea dicit: *Vocabo non Plebem meam, Plebem meam.* Porro Oseæ locus ita habet c. 2. in fine. *Ac dicam non Populo meo, Populus meus es tu.*

V. 10. (*Mutato postquam placuit de nomine Paulus.*) Sic & Walfridus Strabo de S. Paulo Apost.

Saulus qui sanctas mulctavit carcere turbas
Credulus efficitur mutato nomine Paulus, &c.

In Actis Apostolorum à nece S. Stephani quæ scripta habentur cap. 7. semper Sauli nomen legitur: quo similiter nomine à Christo Domino in Conversione illius Saulus appellatur, & ad Ananiam etiam in visu Dominus idem nomen dixit: & ab ipso Anania Saulus vocatus est. Et à Spiritu sancto etiam sic dictus cap. 13. Actorum: *Separate mihi Barnabam, & Saulum in opus ad quod assumpsi eos.* Et Paulo post eodem cap. scribitur: *Saulus autem qui & Paulus, &c.* & deinceps semper Paulus dicitur in iisdem Actis: & à seipso semper, & ab aliis omnibus Pauli nomine nuncupatur. De quo variæ Doctorum reperiuntur opiniones. Nam à Deo impositum illi Pauli nomen voluit Chrysostomus in Homilia de Conversione sancti Pauli tom. 5. & Oecumenius in Acta Apostolorum. Sed ab Anania in baptismate hoc nomine vocatum scribit S. Ambrosius serm. 31. edit. Romanæ. A Sergio Paulo denominatum Paulum vult S. Hieronymus in epistola ad Philemon. ob victoriam de ipso Sergio Paulo ad fidem converso. Sed Baronius tom. 1. Annal. ab ipso Sergio Paulo traditum nomen ob clientelam, & amorem erga illum existimat, quod multis ejus ævi exemplis nititur. Duplex illi fuisse nomen Sauli & Pauli opinatur Sedulius in epistolas Pauli ex verbis illis Actuum Apostolorum: *Saulus autem qui & Paulus, &c.* Item Origenes in præfatione epistolæ ad Romanos: *Hoc est, apud Hebræos Saulum vocatum, apud Romanos Paulum.* Non mutasse nomen, sed ex Saulo factum Paulum, ex superbo humilem, dicit S. Augustinus in tract. 2. in Psalmos, & S. Ambrosius in Pauli epistolas.

V. 11. (*Mira fides rerum subito trans æthera cœli, &c. & tertia lux tenuit Paradisus euntem.*) De tempore quo raptus fuit Paulus ad tertium cœlum, variant etiam Doctores. Sunt qui putent eo tempore raptum, quasi mansit tribus diebus, & tribus noctibus non videns, neque manducans, neque bibens, quam sententiam non approbat Baronius d. tom. 1. An. ad ann. Christi 36. Nam cum ipse Paulus in cap. 2. ad Corinth. dicat, *Ante annos quatuordecim*: à tempore quo eandem epistolam scribebat, sese ad tertium cœlum evectum, certe non hoc quo conversus, & baptizatus est anno, sed post octo annos id factum fuisse affirmandum est.

V. 18. (*Visere, cui magnum satis est vixisse latentem.*) Totus hic versus intercidit in Cod. Fold. in editione Veneta an. 1533. epistolarum D. Pauli, sicut totum prope carmen, ita & versus iste diverse legitur. *Vixit, at hunc tantum mirum est superasse laborem,* vtraque lectio obscura: priori fortassis lux dari possit

ex hoc Horatij verso, *Nec vixit male qui natus moriensque fefellit*, vt fiat allusio ad Neuclis dictum λάθε βιώσας.

V. 19. (*Verbera, vincla, famem, lapides, rabiémque ferarum.*) De rabie ferarum fatetur Paulus Corint. 15. *Se Ephesi pugnasse cum bestiis*, sed per bestias homines feros, & pravos intellexisse, sentiunt Tertullianus, Chrysostomus, & alij. Sic legimus in 2. ad Timoth. 4. *Eum liberatum fuisse de ore leonis*: quo loco, ore leonis Neronis crudelitatem significatam esse interpretes docent; sed hæc fusius Baronius tom. 1. ad ann. Christi 55. cap. 5. Nam & Sanctus Ignatius ad Romanos scribens, ait: *A Syria Romam vsque cum bestiis depugno: per terram & mare, die ac nocte vinctus cum decem Leopardis, hoc est cum militari custodia, qui ex beneficiis peiores sunt.*

V. 21. (*Naufragium, lacrymas, serpentes, dira venena.*) Hæc habentur in Actuum Apostolorum c. 27. & 28. Et quæ acta Arator subdiaconus heroïco carmine expressit ad Vigilium Pontificem: Præclaréque Prudentius in præfatione lib. primi contra Symmachum describit naufragium, & serpentem, &c. cujus initium: *Paulus præco Dei*, &c. Qui, & Petrum etiam naufragantē in fluctibus, ac ne mergeretur erexit dextra Domini, in præfatione lib. 2. contra eundem Symmachum eleganter cecinit:

Simon quem vocitant Petrum, &c.

Quod & Iuvencus Presbyter ex Evangeliis hexametris versibus transtulit lib. 3.

V. 22. (*Stigmata non timuit portare in corpore Christi.*) Idem Paulus ait: *Ego stigmata Domini* IESV *in corpore meo porto.* Illud verò lectorem admonitum velim, carmen hoc ex duplici editione acceptum fuisse, altera est Aldi Manutij ann. M. D. I. altera Christophori Broverij Societ. IESV, quam plurimi æstimavimus: cum hos S. Damasi versus depromserit ex codice manuscripto sacrarij Ecclesiæ Fuldēsis antiquissimo, vt ipse testatur his verbis: *Versus sancti Damasi Papæ descripsi ex eo libro, quem gloriosus S. Bonifatius Germanicæ Nationis Apostolus circumtulit, cuius argumentum* NOVI TESTAMENTI HARMONIA. Inscriptio vero libri his verbis erat: *Sanctus Bonifatius præfato libro functus est dum vixit.* Floruit autem S. Bonifacius, Gregorio & Zacharia Romanis Pontificibus anno salutis humanæ 750. is porro Titulus versibus præfigitur in eodem codice: *Incipiunt versus S. Damasi in S. Paulum Apostolum.* Sub finem vero aliquot versus injuria temporum absumpti sunt, nonnulli aliter habentur ac in Aldi editione, nam vbi Aldus habet: *Dignus amore Dei vivit per sæcla magister.* Broverius è citato M. S. edidit: *Dignus amore datus . . . in sæcla magister.* Si quis autem suppleverit (Populis) haud absurde fecerit, cum gentium Magister S. Paulus dictus fuerit. V. penultimo legitur in Aldi editione: *Versibus his breviter fateor sanctissime doctor.* In M. S. autem: *Versibus his patrone . . . ter iustissime noster.* Quod magis probarem, absumptáque syllaba, facile restitui potest hoc modo: *Versibus his patrone Pater iustissime noster.* Neq; à sensu aut à stylo S. Pontificis abhorret. V. vltimo apud Aldum: *Ipse tuos Damasus volui monstrare triumphos.* Apud Broverium: *Sancte tuos Damasus volui ministrare triumphos.*

CARMEN II.

De S. Agnete Martyre.

Fama refert sanctos dudum genuisse parentes
Agnetem lugubres cantus tuba cum crepuisset,
Nutricis gremium subito liquisse puellam,
Sponte trucis calcasse minas, rabiémq; Tyranni,
Vrere cum flammis voluisset nobile corpus,
Viribus immensum parvis superare timorem,
Nudam perfusos crines, & membra dedisse,
Ne Domini Templum facies peritura videret.
O Agnes verum decus alma pudoris imago.
Vt Damasi precibus faveas precor inclita Virgo.

NOTÆ.

DVo hæc Epigrammata Damasi esse ait Baronius in Martyrologio 21. Ianuarij, ac sub nomine Damasi in corpore veterum Poëtarum edita sunt. Prius est de martyrio S. Agnetis, cujus passionem & Prudentius hymno hoc pereleganti cecinit:

Agnes sepulchrum est Romulea in domo,
Fortis puella martyris inclyta.

De eadem hymnum composuit S. Ambrosius, qui inter ejus opera Romæ edita, hymnus est 33. cujus initium: *Agnes beata Virginis Natalis est quo spiritum*, &c. ejúsque laudes idem S. Ambrosius in lib. 1. de Virginibus scripsit, & in sermone de illius passione fusius, & lib. 1. de officiis cap. 4. Item S. Maximus Taurinensis Episcopus, homiliam habuit in natali Sanctæ Agnetis, quam inter vitas Sanctorum retulit Lippom. tom. 1. in qua plene de vita, & passione illius, Hildebertus Cenomēsis descripsit versu elegiaco Martyrium S. Agnet. Poëma est satis longum divisū in 11. capita, edidit Gaspar Barthius in Adversariis lib. 31. c. 13.

V. 7. (*Nudam perfusos crines, & membra dedisse: Ne Domini Templum facies peritura videret.*) S. Ambrosius in citato sermone: *Ad hæc insanus iudex iussit eam expoliari, & in Lupanar duci sub voce præconis dicentis: Agnem sacrilegam Virginem Diis blasphemias inferentem, scortum Lupanaribus datam. Statim autem vt expoliata est, crine resoluto tantam densitatem capillis eius divina gratia concessit, vt melius videretur fimbriis eorum, quam vestibus tecta*, &c. Et S. Maximus in homil. de eadem: *Nam spoliata Virgo tegitur crinibus, & nudata ab hominibus malis vestitur ab Angelis bonis, & damnata in prostibula turpitudinis, in gremio apparuit castitatis*, &c.

V. 9. (*O Agnes verum decus alma pudoris imago.*) S. Hieronymus epist. 8. ad Demetriadem: *Omnium gentium literis atque linguis præcipuè in Ecclesia Agnes vita laudata est, quæ & ætatem vicit, & Tyrannum, & titulum castitatis martyrio consecravit.* Quæ S. Hieronymi verba sunt relata & in Romano Martyrologio, in festo S. Agnetis.

CARMEN III.

De eadem.

Constantina Deum venerans Christóque dicata,
Omnibus impensis devota mente paratis,
Numine divino multum Christóque iuvante,
Sacravit Templum victricis Virginis Agnes,
Templorum quod vincit opus terrenáq; cuncta,
Aurea nam rutilant summi fastigia tecti.
Nomen enim Christi celebratur sedibus istis,
Tartaream solus potuit qui vincere mortem
Invectus cœlo, solúsq; inferre Triumphum,
Nomen adhuc referens, & corpus & omnia membra
A mortis tenebris, & cæca nocte levata.
Dignum Agnes munus Martyr devotaq; Christo,
Ex opibus nostris per sæcula longa tenebis,
O felix Virgo memorandi nominis Agnes.

NOTÆ.

ALterum hoc Epigrāma, quod tamen non videtur esse Damasi, olim incisum marmore extabat in Basilica Sanctæ Agnetis via Nomentana, quam Constantina, sive, vt dicitur, Constantia sancta virgo, Constantini Imperatoris filia erigendam curavit, ejusque rogatu Imperator ipse Constantinus fundavit; vt legitur apud S. Ambrosium ad finem dicti sermonis, & apud Bedam de temporibus, & alius; multáque

A dona illi obtulit,vt legitur in ipſo Damaſo, ſive Anaſtaſio Biblitbecario, in S. Silveſtri vita S. Gregorius Papa homiliam habuit in die natali ſanctæ Agnetis in hac Baſilica, de qua Commentarinm nos ſcripſimus, in quo plura collegimus ad ipſam ſpectantia. Carmina autem iſta, & in antiquarum inſcriptionum appendicula Gruteri edita reperiuntur pag. 116. è Scaligeranis, hoc titulo: *Conſtantinâ, Conſtantini filia, verſus ſcripti, in apſide Baſilicæ, quam condidit in honorem S. Agnetis*, quos deſumpſit Baronius tom. 12. in appendice ad an. Chriſti 324. qui videndus de ſanctæ Conſtantiæ, ſive Conſtantinæ nomine, &c.

V. 5. (*Templorum quod vincis.*) codex M.S. Vaticanus: *Templorum quæ vicis.*

V. 6. (*Aurea nam rutilat.*) M. S. *Aurea qua rutilat.* Baron. tamen *rutilant* repoſuit ad oram libri.

V. 9. (*Invictum ſolus cœli.*) M. S. *Invectus cole ſoliſque, &c.* Poſt quem duos habet verſus quos addidimus:

B
Nomen adhuc referens, & corpus, & omnia membra
A noctis tenebris, & cæca nocte levata.

V. 12. (*Dignum Agnes munus, &c.*) M.S. *Dignum igitur munus.*

V. vlt. (*O felix Virgo memorandi nominis Agnes*) Sic & Prudentius de eadem:

O Virgo felix, ô nova gloria
Cœleſtis arcis nobilis incola.

S. Auguſtinus ſermone 101. de diverſis: *Virgo, quæ vocabatur erat Agnes, Latinè Agnam ſignificat, Græcè caſtam, &c.* ſic, & apud Feſtum Agnus dicitur à Græco ἁγνὸς. quod ſignificat caſtum: eo quod ſit hoſtia pura, & immolationi apta. In pluribus inſcriptionibus antiquis, quas vidi, HAGNE nomen indeclinabile, & cum aſpiratione ſemper legitur: vnam affero quæ apud me eſt:

C
D. M. S.
CLAVDIO. EROTIS.
CLAVDIA. HAGNE. L.

CARMEN IV.

De S. Andrea Apoſtolo.

Decus ſacrati nominis,
Vitamque nomine exprimens,
Hoc te decorum prædicat
Crucis beata gloria.
Andrea Chriſti Apoſtole,
Hoc ipſo iam vocabulo
Signaris iſto nomine
Decorus idem myſtice.
Quem Crux ad alta provehit,
Crux quem beata diligit,
Cui Crux amara præparat
Lucis futura gaudia.
D *In te crevit myſterium*
Cluit gemello ſtigmate
Dum probra vincis per Crucem,
Crucisque pandis ſanguinem.
Iam nos fovete languidos,
Curamque noſtri ſuſcipe,
Qui per Crucis victoriam
Cœli petamus patriam.

NOTÆ.

Elegans carmen S. Damaſi Papæ de Andrea crucem paſſo. Baronius in Martyrologium vltima Novembris. Mihi vero non videtur eſſe Damaſi, ſed recentioris cujuſdam. Et quod initio ait Damaſus.

V. 1. (*Decus ſacrati nominis vita · que nomine exprimens*, &c. Et: *Andrea Chriſti Apoſtole, hoc ipſo iam vocabulo ſignaris iſto nomine.* Alludit ad Andreæ nomen, ἀνδρεῖος enim virilem, fortem ſignificat. De ſancto Andrea ſanctus Paulinus natali q. ſancti Felicis: E

Hic Pater Andreas, hic qui piſcator ad agros
Miſſus, vaniloquas docuit muteſcere linguas.
Qui poſtquam populos rupis cremeis iniqui
Retibus explicuit, traxitque ad retia Chriſti
Theſſalicas fuſo damnavit ſanguine Patras.

V. 4. (*Crucis beata gloria*) Iuſtus Lipſius in lib. de Cruce cap. 7. ambigit an vera fama ſit de cruce decuſſata, in qua fertur S. Andreas cruciatus fuiſſe: nam Hippolytus ſcribit crucifixum Andream Patris in Achaïa, ad arborem olivæ rectam. Adde S. Petrum Chryſologum, qui in ſermone 133. in ſanctum Andream. Apoſtolum, ſub finem hæc ait: *Petrus namque Crucem, arborem conſcendit Andreas.* Qua de re Baronius in Martyrologio 30. Novembris, & Boſius lib. 1. de Cruce.

CARMEN V. F

De S. Agatha Martyre.

Martyris ecce dies Agathæ
Virginis emicat eximiæ.
Chriſtus eam ſibi qua ſociat,
Et diadema duplex decorat,
Stirpe decens, elegans ſpecie,
Sed magis actibus, atque fide,
Terrea proſpera nil reputans,
Iuſſa Dei ſibi corde ligans.
Fortior hæc trucibuſq; viris
Expoſuit ſua membra flagris,
Pectore quam fuerit valido
Torta mamilla docet patulo,
Deliciæ cui carcer erat
Paſtor ovem Petrus hanc recreat.
Lætior inde magiſque flagrans
Cuncta flagella cucurrit ovans.
Ethnica turba rogum fugiens, G
Huius & ipſa meretur opem,
Quos fidei titulus decorat
His venerem magis ipſa premat.
Iam renidens quaſi ſponſa polo,
Pro miſero rogita Damaſo.
Sic tua feſta coli faciat,
Se celebrantibus vt faveat.

NOTÆ.

Scripſit de eius die natali ſacrum hymnum S. Damaſus Papa. Hæc Baronius in Martyrolog. 5. Februar. qui de ipſa plurima annotavit.

V. 4. (*Et diadema duplex decorat*, &c.) Virginitatis & Martyrij diademata ſunt, candidum ex virginitate, ex martyrio purpureum; dupliciſque martyrij candidatam virginem, & purpuratam repræſentat: vel quod ſana reddita eſt poſt vulnera, ac deinde aliis tormentis necata; ita Prudentius de S. Agnete. H

Duplex corona eſt præſtita Martyri
Intactum ab omni crimine virginali
Mortis deinde gloria libera.

Et ad finem.

Intende noſtris colluvionibus
Vultum gemello cum diademate.

Et S. Cyprian. in epiſt. 9. ad Martyres, ait: *O beatam Eccleſiam noſtram, quam ſic honor divinæ dignationis illuminat, temporibus noſtris glorioſus Martyrum ſanguis illuſtrat; erat ante in operibus fratrum candida, nunc facta eſt in Martyrum cruore purpurea. Floribus eius nec lilia, nec roſa deſunt, certent nunc ſinguli ad vtriuſque honoris ampliſſimam dignitatem, vt accipiant coronas vel de opere candidas, vel de paſſione purpureas. In cœleſtibus caſtris, & pax, & acies habent flores ſuos, quibus miles Chriſti ob gloriam coronetur.*

A V. 5. (*Stirpe decens.*) Nobilissimia orta natalibos. Ado in Mirtyrolog. de festivitatibus Apostolorum. Metaphrastea in vita illius : *Ingenua sum, & ex spectabili genere orta, vt omnis parentela mea testatur.*

V. 9. (*Fortior hac trusibus viris , &c.*) Apud S. Gregorium in lib. Sacramentorum , ae præfatione Missæ sanctæ Agathæ legitur: *Per Christum Dominum nostrum : Pro cuius nomine pœnarum, mortisque contemptum in vtroque sexu fidelium , cunctis ætatibus contulisti , vt inter felicium Martyrum palmas Agathen quoque beatissimam Virginem victrici patientia coronares. Qua non minis territa, nec suppliciis superata , de Diaboli sævitia triumphavit. Quia in tua Deitatis confessione permansit. Et ideo, &c.*

V. 13. (*Delicia cui carcer erat.*) Ado in Martyrolog &c. [Agatha autem lætissime , & gloriantet ibat ad carcerem , & quasi ad epulas invitata , ita gaodens agonem suum Domino precibus commendabat.]

V. 14. (*Pastor ovem Petrus hanc recreat.*) Virginem vulneribos saociam sanavit in carcere S. Petrus, B qui dixit: Ego sum Apostolus Christi,nil in me dubites filia. Quem antecedebat (*inquit Ado*) puer luminis portitor, mamilla quoqoe Virgini restitora,&c. (*similiter & Metaphrastes*)

V. 17. (*Ethnica turba rogum fugiens huius , & ipsa meretur opem.*) Ethuiei, Ætna monte ignem vomente ad Virginis templom ignem fogientes properant , acceptú nqoe ejus amictum sepolcbro impositum contra ignis impetum adhibuerunt, ignis autem protinus Dei beneficio regressus est. *Metaphrastes.*

V. 19. (*Quos fides titulus decorat , his venerem magnam ipsa premat*) Hinc implorarnt Christi fidelibos anxiliú Agathæ adversus Veneris ardores,vt sicut Ætnæ ignem Ethnicis extinxit , ita fidelibus flammas Venereas,stimulósque reprimat.

V. 22. (*Pro misero rogita Damaso.*) Versus hic Eccelesiastico vsui adaptatus fuit hoc modo : *Pro misero supplica Domino.* Sic legitur in Eloerdatio C Ecclesiastieo Clichtovei , qui hunc hymnum affert & interpretatur.

C A R M E N VI.

De sancto Felice.

CORpore, mente, animo pariter de nomine felix,
Sanctorum in numero Christi sacrate triumphis,
Qui ad te sollicite venientibus omnia præstas,
Nec quemquam pateris tristem repedare viantem,
Te duce servatus mortis quod vincula rupi,
Versibus his Damasus supplex tibi vota rependo.

N O T Æ.

SAncti Felieis Presbyteri , natale habet Romanum Martyrologium 14. Ianuarij , vbi notat Baronius, D esse *Damasi carmen quod de eo scripsit vota persolvens.* Fuerátque Romæ celebris solennitas sancti Felieis Confessoris , in cujus die natali , in ejus Basilica homiliam habuit S. Gregorius,quę est 13.in Evang. vnde colligitur olim fuisse in ea Basilica stationē; vt testatur Panvinios in libello de stationibus Vrbis Romæ. S. Felicis in Pineis Ecclesiæ, meminit Anastasius Bibliothecarius in Adriano Papa , his verbis: [Basilica vero Beati Felicis , posita in Pincis , quæ in ruina erat, & tectum ejus disfactum existebat , facto eodem tecto novitet , ipsam Eeclesiam renóvavit, & vestem soper altare ejusdem Ecclesiæ de quadruplo faciens obtulit.] Et in Benedicto I I I. [Pari modo & in Ecclesia beati Martyris Felicis , quæ ponitur in Pincis, fecit vestem de fundato, vna cum gryphis.] Meminere Cencius Camerarius, qui fuit Honorius I I I. Papa in suo Rituali , Martinus Polonus in Chronico, Nicolaus Signorilis, qui Martino V. Papæ opus dicavit , in quo de Eeclesiis Vrbis : Andreas Fulvius de Antiquitatibus Vrbis ad Clementem V I I. & Lucius

E Faunus sub Paulo I I I. & Marlianus, qui & locum indicat : sed Polonus clarius , qui loquens de Portis Vrbis , *Porta* , ait , *Pinciana , quæ est circa Ecclesiam S. Felicis in Pincis.* Et vetus liber antiquitatum Vrbis in nostra Bibliotheca , manuscriptus ante annos circiter 250. Vrbano V I. Papa , Portam Pincianam prope Eeelesiam sancti Felicis in Pincis enumerat : & his vetustior marmorea tabula ad sanctæ Mariæ in Cosmedin , inter alia donata à Georgio gloriosissimo, dicitur *vineas qui sunt in Pincis*;ex quibus conjicio Portam, & Montem Pincium ab hac Ecclesia nomen accepisse , vt volunt Antiquarij Blondum secuti auctorem,à Pincianorum Domibus, quarum fit mentio apud Cassiodorum epist. 10. lib. 3. *marmora de domo Pincinsana vel Pinciana , &c.* Anastasius Bibliothecarius in S. Silvestro , *Palatium Pincis vel in Pincis , vel Pincij vbi habitavit Bilisarius* , quia ab hac Ecclesia nomen habuisse potest , quamquam & Pinciæ familiæ F mentio fiat in veteri inscriptione Probæ Faltoniæ. *Anicia Faltonia,Proba,Amnios,Pincios, Aniciósque,Decoravit* Nam S.Felix dictus ipse hoc nomine *in Pincis* apud sanctum Gregorium in Antiphonario , tali titulo : *Nat. S. Felicis in Pincis* , & in antiquis manuscriptis, & impressis Missalibus ac Breviariis. *S. Felicis in Pincis Presbyteri & Martyris* nomine passim vocator, credo vt ab aliis dignosceretur : nam supra sexaginta in Martyrologiis fuisse Felices legimus , trésque ex his Nolanos,vnum Episeopum , alterum Martyrem cum sociis ; tertium hunc nostrum Presbyterum , quia vt habet lectio Romani Breviarij : *S. Felix sepultus est prope Nolam , in loco quem in Pincis appellabant.* Et Ado in Martyrologio de ipso : *sepultúsque iuxta vrbem* (scilicet Nolam) *in loco qui dicitur in Pincis,&c.* habetúrque in veteri Romano Martyrologio;& Ado in capite sui operis : *Nola Felicis Presbyteri in Pincis sepulti.* Beda etiam in Martyrologio scribit : *Sepultúsque juxta vrbem ab Helpidio sancto Presbytero , in loco qui dicitur in Pincis* , & Notkerij Martyrologium : *Sepultúsque est non longe ab Vrbe Nola in loco qui dicitur G Pincis.* Sepulchri S. Felicis meminit S. Augustinus epist. 187.tom. 1. ad Populum Hipponensem , dum ait : *Multis notissima est sanctitas loci , vbi beati Felicis Nolensis corpus conditum est , &c.* Pincianam autem Portam à Procopij ævo sic dictam ipse docet lib. 2. de bello Gothorum , antea enim Collatinam vocatam, & montem seu Collem Hortulorum dictum scimus. Vitam sancti Felicis carmine scripsit sanctus Paulus Nolanus Episcopus in decem Natalibus, quorum primum ita inchoavit fere vt noster Damasus. *Inclyte Confessor meritis & nomine Felix.* Et secundum natale sic: *Felix hoc merito quod nomine:nomine & idem,&c.* habes inter opera sancti Paolini , & apud Lippoma. tom. 2. Et ex Paulino , Beda soluta oratione vitam texuit , vt affirmat ipse ad finem vitæ , & in fine historiæ Anglorum , dicens : *Librum vitæ , & passionis sancti Felicis Confessoris de metrico Paulini opere in prosam transtuli.* Quam vitæ historiam habes , & apud Surium. Plura Gregorius Turon. cap. 14. miraculorum in gloriam Martyrum à Paulino etiam (vt affirmat) H mutuatus : Martyrémque eum vocat , qui à sancto Paulino , *sine sanguine Martyr non semel dicitur.* Meminit, & S. August. in lib.de cura pro mortuis agenda, cap. 16. apparitionis sancti Felicis , cum à Barbaris Nola oppugnaretur , & sancti Gregorij liber Sacramentorum , Orationes & Præfationem habet Missæ hoc titulo , XVIII. *Kal. Februarij Natalis S. Felicis.* Petrus de Natalibus in Catalogo Sanctorum ex vno tres facit Felices, déque illis confusa scribit : nonnulláque perperam tradit. Mambritius habet tom. 1. Vitarum Sanctorum. *De S. Felice Presbytero Nolano, &c.* Felix autem sine diphtongo scribendum docent vetera numismata, & antiquæ inscriptiones.

V. 4. (*Nec quemquam pateris tristem repedare viantem.*) *Repedare* (Festus inquit) *recedere.* Pacuvius. *Paulum repeda gnata à vestibulo gradum.* Et Non. Marcell.

A *repedare*, Lucil. lib. 26. *Red ſſe, & repedaſſe, vt Roma vitee gladiatoribu*. Idémque, *Sanct. m ego a Metello Romam reſ édabam munere.*

Eod. V. (*V. autem*,) vtitur hoc vocabulo, & Solinus cap. 32. ſive 40. Apuleius lib. 6. ac floridorum initio Sidonius lib 4. epiſt. 3. initio, ſed & Symmachus lib. 1. epiſt. 74.

CARMEN VII.

De nomine IESV.

IN rebus tantis trina coniunctio mundI
Erigit humanum ſenſum laudare venustE
Sola ſalus nobis, & mundi ſumma poteſtaS
Venit peccati nodum diſſolvere fructV
B *Summa ſalus cunctis nitnit per ſacula terriS.*

CARMEN VIII.

De eodem

IVre pari regnat communis conditor aevI
Et cum Patre pia regnat ſublimis in arcE
Sidereo ſinctus inſidis numine regnoS
Vnde mare, & terras ſolo videt omnia nutV
Suggerit humanis, & donat munera rebuS.

NOTÆ.

HAbent hæc ambo Epigrammata nomen IESV ſcriptum in ſerie primarum literarum verſuum, quæ Acroſtichis dicitur, ac vltimarum literarum, quæ Teleſtichia quales habentur. Erythrææ Sibyllæ verſus Græci, in oratione Conſtantini Imp. ad ſanctorum
C cœtum, apud Euſebium poſt vitam illius; Latinéque redditi apud ſanctum Auguſtinum lib. 18. de Civitate Dei cap. 23. & apud Euſebij interpretes Porteſium, & Chriſtophorſonium, ac Gyraldum de Poëtia, quam vero habet Panvinius in libello de Sibyllis, prior eſt Porteſij prædicti, altera Gyraldi: In quorum Achroſtichide legitur vt ſcribit ſanctus Auguſtinus ΙΗΣΟΣ ΚΡΙΣΤΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΣΩΤΗΡ, quod eſt Latinè IESVS-CHRISTVS *Dei Filius Salvator.* In eadémque oratione interpretes prædicti addunt *crux.* Gyraldus *crucifixus.* Euſebius refert Ciceronem, illud Poëma cum forte perlegiſſet, in Latinam convertiſſe orationem, ſuiſque ſcriptis attexuiſſe: Idémque Cicero lib. de divinatione 2. de Sibyllæ verſibus, ait: ea quæ ἀκροστιχὶς [dicitur, quum deinceps ex primis verſus literis aliquid connectitur, vt in quibuſdam Ennianis, atque in Sibyllinis, ex primo verſu cujuſq; ſententiæ primis literis illius ſententiæ carmen omne prætexitur,] hæc Cicero. Ennij autem illa perierunt. Plauti etiam Comœdiarum argumenta fabu-
D læ nomen primæ verſuum literæ præ ſe ferunt: vſus eſt hoc eodem genere, & Porphyrius in Panegyrico, Conſtantino Auguſto, dicto, in Acroſtichidibus, Teleſtichidibus, ac mediis etiam verſuum literis; digna lectu, quæ habes inter Epigrammata, & Poëmata veterum Poëtarum: vſus eſt & Rabanus Maurus de laudibus ſanctæ Crucis, figura ſecunda; vſi ſunt, & poſteriores, prout in ſepulchro Petri Leonis nobiliſſimi Civis Romani ad D. Pauli Baſilicam, quorum initiis verſuum hoc nomen (*Petrus Leonis*) conficitur, qui ante annos quingentos vixit. Pater enim Anacleti II. Pſeudopontificis fuit: integrum id exhibuit Epigramma Baronius tom. 12. anno 1144. Imò & in ſepulchro Euſebij Epiſcopi Vercellenſis, habetur vetus memoria, in qua *Euſebius Epiſcopus, & Martyr*, inſcribitur primis verſuum literis, integram hanc edidit Io. Stephanus Ferrerius in lib. de Epiſcopis Vercellenſibus. Et in monumento S. Eugeniæ Martyris Cordubenſis, apud Ambroſium Morales in Appendice ad Eulogium. Et in Epitaphio Vgonis Ducis, quod habet

E Baronius tom Annal. 11. anno Chriſti 1001. in principiis, mediis, ac finibus verſuum Et B Eugenius Epiſcopus Toletanus junior in ſuo Epitaphio, in quo EVSEBIVS initiis MASELLVS ad fines exprimitur. Et alio Eventij in quo NICOLAO principiis AVENTIVS deſinentibus literis efficitur. Item in Epiſtola S Columbani Abbatis in principio, quam edidit Sirmondus ſimul cum aliis opuſculis. B. autem Eugenij Epitaphium protulit, & Baronius tom. 8. Ac in Epitaphio S Florentini Abbatis, quod refert & Baronius in Appendice tom. 12. ad annum 553 cujus verſuum capite hæc nomine leguntur *Florentinus Abbas in pace quieſcat, amen.* Extat & Neapoli in Eccleſia S Ianuarij, Stephani Ducis Epitaphium, cujus primæ verſus literæ, ac etiam poſteriores *Stephanus Conſul* bis legitur; refert integrum Cæſar Caracciolus in ſua Neapoli ſacra, & Iul. Cæſar
F Capaccius in Hiſt. Neapoli.

CARMEN IX.

De Christo.

CHriſte potens rerum, redeuntis conditor avi,
Vox ſummi ſenſúſq; Dei, quem fudit ab alta
Mente pater, tantiq; dedit conſortia regni,
Impia tu noſtra domuiſti crimina vita.
Paſſus corporea mundum veſtire figura,
Affariq; palam populos, hominémq; fateri.
Quemq; vtero incluſum Maria, mox numine viſo
Virgineæ timuere ſinus, innuptaq; mater
Arcano obſtupuit compleri viſcera partu,
Auctorem paritura ſuum. Mortalia corda
Artificem texere poli mundiq; repertor
Pars fuit humani generis latuitq; ſub imo
Pectore qui totum late complectitur orbem.
G *Et qui non ſpatiis terra, non aquoris vndis,*
Nec capitur cœlo, parvos confluxit in artus,
Quin & ſupplicij nomen nexúſq; ſubiſti,
Vt nos ſurriperes letho, mortémq; fugares
Morte tua: mox æthereas evectus in auras,
Purgata repetis letum tellure, parentem.
Auguſtum foveas, feſtis vt ſæpe diebus
Annua ſinceri celebret iciunia ſacri.

NOTÆ.

V. 13. *ET qui non ſpatiis terra non aquoris vndis*
14. *Nec capitur cœlo parvos confluxit in artus,*
Antea legebatur *Conſluxit*, forte cunfulſit legendum à confulcio, ſi non, & confluxit à confluo, vt Lucretius lib. 1.

Vndique ponderibus confluxit ad imum.

Carmina tamen ipſa haberi cum Claudiani Poëmati-
H bus reperi hoc titulo: *De Christo ſervatore*, apud quem verbum illud confuxit, confluxit legitur, & conjecturam meam confirmavit. Sed ſi forte non ſunt Damaſi verſus toti, neque Claudiani certe erunt, cum à Chriſti numine fuerit alienus, teſte ſancto Auguſtino lib. 5. de Civitat. Dei cap. 26. & Poeta paganus vocetur ab Oroſio lib. 7. cap. 37. & à Paulo Diacono lib. 15. in additis ad Eutropium, ſed Mamerti Claudiani Preſbyteri potius erunt, qui Chriſtianus Poëta fuit de quo Sidonius Apollinaris Epiſt. lib. 4. epiſt. 3. & 11. & lib. 5. epiſt 2. & Gennadius, ac Honorius de ſcriptoribus Eccl. Certe carmen iſtud cæteris longe eſt elegantius.

CARMEN X.

De Aſcenſione Christi.

AD ſedem propriam Deus exule morte reſurgit,
Vt vitam doceat credentibus eſſe futuram,
Angelus hac verba cecinit, quod vterq; reportans

V. 5. (*Stirpe decens.*) Nobilissimis orta natalibus. Ado in Martyrolog. de festivitatibus Apostolorum. Metaphrastes in vita illius: *Ingenua sum, & ex spectabili genere orta, ut omnis parentela mea testatur.*

V. 9. (*Fortior hac trucibus viris*, &c.) Apud S. Gregorium in lib. Sacramentorum, ac præfatione Missæ sanctæ Agathæ legitur: *Per Christum Dominum nostrum: Pro cujus nomine pœnarum, mortisque contemptum in utroque sexu fidelium, cunctis ætatibus contulisti, ut inter felicium Martyrum palmas Agathen quoque beatissimam Virginem victrici patientia coronares. Quæ non minis territa, nec suppliciis superata, de Diaboli sævitia triumphavit. Quia in tuæ Deitatis confessione permansit. Et ideo, &c.*

V. 13. (*Delicia cui carcer erat.*) Ado in Martyrolog &c. [Agatha autem lætissime, & gloriantur ibat ad carcerem, & quasi ad epulas invitata, ita gaudens agonem suum Domino precibus commendabat.]

V. 14. (*Pastor ovem Petrus hanc recreat.*) Virginem vulneribus sauciam sanavit in carcere S. Petrus, qui dixit: Ego sum Apostolus Christi, nil in me dubites filia. Quem antecedebat (*inquit Ado*) puer luminis portitor, mamilla quoque Virgini restituta, &c. (*similiter & Metaphrastes*)

V. 17. (*Ethnica turba rogum fugiens hujus, & ipsa meretur opem.*) Ethnici, Ætna monte ignem vomente ad Virginis templum ignem fugientes properant, acceptumque ejus amictum sepulchro impositum contra ignis impetum adhibuerunt, ignis autem protinus Dei beneficio regressus est. *Metaphrastes.*

V. 19. (*Quos fides titulus decorat, his venerem magis ipsa premat.*) Hinc imploratur Christi fidelibus auxiliũ Agathæ adversus Veneris ardores, ut sicut Ætnæ ignem Ethnicis extinxit, ita fidelibus flammas Venereas, stimulósque reprimat.

V. 22. (*Pro misero rogita Damaso.*) Versus hic Ecclesiastico usui adaptatus fuit hoc modo: *Pro misero supplica Domino.* Sic legitur in Elucidario Ecclesiastico Clichtovei, qui hunc hymnum affert & interpretatur.

CARMEN VI.

De sancto Felice.

Corpore, mente, animo pariter de nomine felix,
Sanctorum in numero Christi sacrate triumphis,
Qui ad te sollicite venientibus omnia præstas,
Nec quemquam pateris tristem repedare viantem,
Te duce servatus mortis quod vincula rupi,
Versibus his Damasus supplex tibi vota rependo.

NOTÆ.

Sancti Felicis Presbyteri, natale habet Romanum Martyrologium 14. Ianuarij, ubi notat Baronius, esse *Damasi carmen quod de eo scripsit vota persolvens.* Fueratque Romæ celebris solemnitas sancti Felicis Confessoris, in cujus die natali, in ejus Basilica homiliam habuit S. Gregorius, quę est 13. in Evang. unde colligitur olim fuisse in ea Basilica stationẽ, ut testatur Panvinius in libello de stationibus Urbis Romæ. S. Felicis in Pincis Ecclesiæ, meminit Anastasius Bibliothecarius in Adriano Papa, his verbis: [Basilica vero Beati Felicis, posita in Pincis, quæ in ruina erat, & tectum ejus disfactum existebat, facto eodem tecto noviter, ipsam Ecclesiam renovavit, & vestem super altare ejusdem Ecclesiæ de quadruplo faciens obtulit.] Et in Benedicto III. [Pari modo & in Ecclesia beati Martyris Felicis, quæ ponitur in Pincia, fecit vestem de fundato, una cum gryphis.] Meminere Cencius Camerarius, qui fuit Honorius III. Papa in suo Rituali, Martinus Polonus in Chronico, Nicolaus Signorilis, qui Martino V. Papæ opus dicavit, in quo de Ecclesiis Urbis: Andreas Fulvius de Antiquitatibus Urbis ad Clementem VII. & Lucius Faunus sub Paulo III. & Marlianus, qui & locum indicat: sed Polonus clarius, qui loquens de Portis Urbis, *Porta*, ait, *Pinciana, quæ est circa Ecclesiam S. Felicis in Pincis.* Et vetus liber antiquitatum Urbis in nostra Bibliotheca, manuscriptus ante annos circiter 250. Urbano VI. Papa, Portam Pincianam prope Ecclesiam sancti Felicis in Pincis enumerat: & his vetustior marmorea tabula ad sanctæ Mariæ in Cosmedin, inter alia donata à Georgio gloriosissimo, dicitur *lineas quæ sunt in Pincis*; ex quibus conjicio Portam, & Montem Pincium ab hac Ecclesia nomen accepisse, ut volunt Antiquarij Blondum secuti auctorem, à Pincianorum Domibus, quarum fit mentio apud Cassiodorum epist. 10. lib. 3. *marmora de domo Pinciniana vel Pinciana, &c.* Anastasius Bibliothecarius in S. Silvestro, *Palatium Pincis vel in Pincis, vel Pincij ubi habitavit Belisarius*, quia ab hac Ecclesia nomen habuisse potest, quamquam & Pinciæ familiæ mentio fiat in veteri inscriptione Probæ Faltoniæ. *Anicia Faltonia, Proba, Amnios, Pincios, Aniciósque, Decoravit* Nam S. Felix dictus ipse hoc nomine *in Pincis* apud sanctum Gregorium in Antiphonario, tali titulo: *Nat. S. Felicis in Pincis*, & in antiquis manuscriptis, & impressis Missalibus ac Breviariis. *S. Felicis in Pincis Presbyteri & Martyris* nomine passim vocatur, credo ut ab aliis dignosceretur: nam supra sexaginta in Martyrologiis fuisse Felices legimus, trésque ex his Nolanos, unum Episcopum, alterum Martyrem cum sociis; tertium hunc nostrum Presbyterum, quia ut habet lectio Romani Breviarij: *S. Felix sepultus est prope Nolam, in loco quem in Pincis appellabant.* Et Ado in Martyrologio de ipso: *sepultúsque juxta urbem* (scilicet Nolam) *in loco qui dicitur in Pincis, &c.* habetúrque in veteri Romano Martyrologio; & Ado in capite sui operis: *Nola Felicis Presbyteri in Pincis sepulti.* Beda etiam in Martyrologio scribit: *Sepultúsque juxta urbem ab Helpidio sancto Presbytero, in loco qui dicitur in Pincis*, & Notkerij Martyrologium: *Sepultúsque est non longe ab Urbe Nola in loco qui dicitur Pincis.* Sepulchri S. Felicis meminit S. Augustinus epist. 137. tom. 2. ad Populum Hipponensem, dum ait: *Multis notissima est sanctitas loci, ubi beati Felicis Nolensis corpus conditum est, &c.* Pincianam autem Portam à Procopij ævo sic dictam ipse docet lib. 1. de bello Gothorum, antea enim Collatinam vocatam, & montem seu Collem Hortulorum dictum scimus. Vitam sancti Felicis carmine scripsit sanctus Paulus Nolanus Episcopus in decem Natalibus, quorum primum ita inchoavit fere ut noster Damasus. *Inclute Confessor meritis & nomine Felix.* Et secundum natale sic: *Felix hoc merito quod nomine; nomine & idem, &c.* habes inter opera sancti Paulini, & apud Lippoma. tom. 2. Et ex Paulino, Beda soluta oratione vitam texuit, ut affirmat ipse ad finem vitæ, & in fine historiæ Anglorum, dicens: *Librum vitæ, & passionis sancti Felicis Confessoris de metrico Paulini opere in prosam transtuli.* Quam vitæ historiam habes, & apud Surium. Plura Gregorius Turon. cap. 14. miraculorum in gloriam Martyrum à Paulino etiam (ut affirmat) mutuatus: Martyrémque eum vocat, qui à sancto Paulino, *sine sanguine Martyr non semel dicitur.* Meminit, & S. August. in lib. de cura pro mortuis agenda, cap. 16. apparitionis sancti Felicis, cum à Barbaris Nola oppugnaretur, & sancti Gregorij liber Sacramentorum, Orationes & Præfationem habet Missæ hoc titulo, XVIII. *Kal. Februarij Natalis S. Felicis.* Petrus de Natalibus in Catalogo Sanctorum ex uno tres facit Felices, déque illis confusa scribit: nonnulláque perperam tradit. Mambritius habet tom. 1. Vitarum Sanctorum. *De S. Felice Presbytero Nolano, &c.* Felix autem sine diphtongo scribendum docent vetera numismata, & antiquæ inscriptiones.

V. 4. (*Nec quemquam pateris tristem repedare viantem.*) *Repedare* (Festus inquit) *recedere.* Pacuvius. *Paulum repeda gnata, à vestibulo gradum.* Et Non. Marcell.

repedare, Lucil. lib. 26. *Red isse, & repedasse, vt Roma vitet gladiatoribus*. Idémque, *Sanctum ego a Metello Romam repedabam munere*.

Eod. V. (*V autem*,) vtitur hoc vocabulo, & Solinus cap. 32. sive 42. Apuleius lib. 6. ac floridorum initio. Sidonius lib 4. epist. 3. initio, sed & Symmachus lib. 1. epist. 74.

CARMEN VII.

De nomine IESV.

IN rebus tantis trina coniunctia mundI
Erigit humanum sensum laudare venustE
Sola salus nobis, & mundi summa potestaS
Venit peccati nodum dissolvere fructV
Summa salus cunctis nituit per sæcula terriS.

CARMEN VIII.

De eodem

IVre pari regnat communis conditor avI
Et cum Patre pia regnat sublimis in arcE
Sidereo sanctus insidie numine regnuS
Vnde mare, & terras solo vides omnia nutV
Suggerit humanis, & donat munera rebuS.

NOTÆ.

HAbent hæc ambo Epigrammata nomen IESV scriptum in serie primarum literarum versuum, quæ Acrostichis dicitur, ac vltimarum literarum, quæ Telestichis quales habenunt. Erythrææ Sibyllæ versus Græci, in oratione Constantini Imp. ad sanctorum cœtum, apud Eusebium post vitam illius; Latinèque redditi apud sanctum Augustinum lib. 18. de Civitate Dei cap. 23. & apud Eusebij interpretes Portesium, & Christophorsonium, ac Gyraldum de Poëtis, quam vero habet Panvinius in libello de Sibyllis, prior est Portesij prædicti, altera Gyraldi: In quorum Achrostichide legitur vt scribit sanctus Augustinus ΙΗΣΟΣ ΚΡΙΣΤΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΣΩΤΗΡ, quod est Latinè IESVS-CHRISTVS *Dei Filius Salvator*. In eadémque oratione interpretes prædicti addunt *crux*. Gyraldus *crucifixus*. Eusebius refert Ciceronem, illud Poëma cum forte perlegisset, in Latinam convertisse orationem, suisque scriptis attexuisse: Idémque Cicero lib. de divinatione 2. de Sibyllæ versibus, ait: ea quæ ἀκροστιχὶς [dicitur, quum deinceps ex primis versus literis aliquid connectitur, vt in quibusdam Ennianis, atque in Sibyllinis, ex primo versu cujusq; sententiæ primis literis illius sententiæ carmen omne prætexitur,] hæc Cicero. Ennij autem illa perierunt. Plauti etiam Comœdiarum argumenta fabulæ nomen primæ versuum literæ præ se ferunt: vsus est hoc eodem genere, & Porphyrius in Panegyrico, Constantino Augusto, dicto, in Acrostichidibus, Telestichidibus, ac mediis etiam versuum literis; digna lectu, quæ habes inter Epigrammata, & Poëmata veterum Poëtarum: vsus est & Rabanus Maurus de laudibus sanctæ Crucis, figura secunda, vsi sunt, & posteriores, provt in sepulchro Petri Leonis nobilissimi Civis Romani ad D. Pauli Basilicam, quorum initiis versuum hoc nomen (*Petrus Leoni*) conficitur, qui ante annos quingentos vixit. Pater enim Anacleti II. Pseudopontificis fuit: integrum id exhibuit Epigramma Baronius tom. 12. anno 1144. Imò & in sepulchro Eusebij Episcopi Vercellensis, habetur vetus memoria, in qua *Eusebius Episcopus, & Martyr*, inscribitur primis versuum literis, integram hanc edidit Io. Stephanus Ferrerius in lib. de Episcopis Vercellensibus. Et in monumento S. Engeoiæ Martyris Cordubensis, apud Ambrosium Morales in Appendice ad Eulogium. Et in Epitaphio Vgonis Ducis, quod habet Baronius tom Annal. 11. anno Christi 1001. in principiis, mediis, ac finibus versuum Et P. Fog nius Episcopus Toletanus junior in suo Epitaphio, in quo EVSEBIVS initiis MESELLVS ad fines exprimitur. Et alio Eventij in quo NICOLAO principiis EVENTIVS desinentibus literis efficitur. Item in Epistola S. Columbani Abbatis in principio, quam edidit Sirmondus simul cum aliis opusculis. B. autem Eugenij Epitaphium protulit, & Baronius tom. 8. Ac in Epitaphio S. Florentini Abbatis, quod refert & Baronius in Appendice tom. 12. ad annum 553 cujus versuum capite hæc nomina leguntur *Florentinus Abbas in pace quiescat, amen.* Extat & Neapoli in Ecclesia S. Ianuarij, Stephani Ducis Epitaphium, cujus primæ versua literæ, ac etiam posteriores *Stephanus Consul* bis legitur; refert integrum Cæsar Caracciolus in sua Neapoli sacra, & Iul. Cæsar Capaccius in Hist. Neapoli.

CARMEN IX.

De Christo.

CHriste potens rerum, redeuntis conditor ævi,
Vox summi sensúsq; Dei, quem fudit ab alta
Mente pater, tantiq; dedit consortia regni,
Impia tu nostra damnisti crimina vita.
Passus corporea mundum vestire figura,
Afforiq; palam populos, hominémq; fateri.
Quemq; vtero inclusum Maria, mox numine visa
Virgines tremuere sinus, innuptaq; mater
Arcano obstupuit compleri viscera partu,
Auctorem paritura suum. Mortalia corda
Artificem texere poli mundiq; repertor
Pars fuit humani generis latuitq; sub ima
Pectore qui totum late complectitur orbem.
Et qui non spatiis terræ, non æquoris vndis,
Nec capitur cælo, parvos confluxit in artus,
Quin & supplicij nomen nexúsq; subisti,
Vt nos surriperes letho, mortémq; fugares
Morte tua: mox æthereas evectus in auras,
Purgata repetis lætum tellure, parentem.
Augustum foveas, festis vt sæpe diebus
Annua sinceri celebret ieiunia sacri.

NOTÆ.

V. 13. *ET qui non spatiis terræ non æquoris vndis*
14. *Nec capitur cælo parvos confluxit in artus,*

Antea legebatur *Confluxit*, forte confulsit legendum à confulcio, si non, & confluxit à confluo, vt Lucretius lib. 1.

Vndique ponderibus confluxit ad imum.

Carmina tamen ipsa haberi cum Claudiani Poëmatibus reperi hoc titulo: *De Christo servatore*, apud quem verbum illud confuxit, confluxit legitur, & conjecturam meam confirmavit. Sed si forte non sunt Damasi versus toti, neque Claudiani certe erunt, cum à Christi nomine fuerit alienus, teste sancto Augustino lib. 5. de Civitat. Dei cap. 26. & Poeta paganus vocetur ab Orosio lib. 7. cap. 37. & à Paulo Diacono lib. 15. in additis ad Eutropium, sed Mamerti Claudiani Presbyteri potius erunt, qui Christianus Poeta fuit de quo Sidonius Apollinaris Epist. lib. 4. epist. 3. & 11. & lib. 5. epist 2. & Gennadius, ac Honorius de scriptoribus Eccl. Certe carmen istud cæteris longe est elegantius.

CARMEN X.

De Ascensione Christi.

AD sedem propriam Deus exule morte resurgit,
Vt vitam doceat credentibus esse futuram,
Angelus hac verba cecinit, quod vterq; repertans

A *Sic venturus erit, sic Christum credere fas est.*

NOTÆ.

V. 2. (*VT vitam dicat credentibus esse futuram,*) ita emendavimus, cum antea legeretur: *Ad vitam ducat credentibus esse futurum.* In actis Apostolorum cap. 1. legitur ab Angelis dictum. [Hic IESVS qui assumptus est à vobis in Cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in Cœlum.]

CARMEN XI.

De Cognomentis Salvatoris.

SPes, vita, salus, ratio, sapientia, lumen,
Iudex, porta, gigas, rex, gemma, propheta, sacerdos,
Messias, sabaoth, rabbi, sponsus, mediator,
Virga, columna, manus, petra, filius, Emmanuélque,
Vinea, pastor, ovis, pax, radix, vitis, oliva,
B *Fons, paries, agnus, vitulus, leo, propitiator,*
Verbū, homo, rete, lapis, domus, omnia Christus IESVS.

NOTÆ.

IN Græcorum Epigrammatum lib. 1. duo sunt Poëmata, in Bacchi vnum, alterum in Apollinis laudem; diversa mendacium Deorum nomina exprimentia: magno studio, vtraque concinnata, juxta 24. Græcarum literarum numerum, in versibus totidem, ac singulis etiam verbis, carminis cujusque eadem litera incipientibus. Græcorum hoc artificium sanctus Damasus feliciter æmulatus est, vel etiam superavit, qui septem hisce versibus omnia ferme nomina Christo servatori, à Prophetis atque Apostolis tributa, adeo artificiose, & concinne complexus est, vt nec syllaba redundet. Cæterum cum & sanctus Dionysius Areopagita libro peculiari, & ex recentioribus nonnulli, C de divinis nominibus luculenter scripserint, neque vlla in his versibus sit difficultas, frustra multis congerendis tempus non perdimus. In 1. versu deest syllaba.

CARMEN XII.

De SS. Marcellino & Petro.

MArcelline tuos pariter Petre nosce triumphos.
Percussor retulit Damaso mihi cum puer essem,
Hæc sibi carnificem rabidum mandata dedisse,
Sentibus in mediis vestra vt tunc colla secaret
Nec tumulum vestrum quisquam cognoscere posset.
Vos alacres vestris manibus mundasse sepulchra,
Candidulo occulte postquam iacuistis in antro,
Postea commonitam vestra pietate Lucillam,
Hic placuisse magis sanctissima condere membra.

D NOTÆ.

EST carmen de sanctis Marcellino, & Petro vno Presbytero, altero exorcista Martyribus; de quibus & hymnum scripsit Rabanus Maurus Episcopus ante annos prope 800. incipit, *Claras laudes, ac salubres posco fratres dicite*; habetur num. 23. ac post hymnum alij versus num. seq. 24. Ad intelligentiam, & vt locum vbi hoc Epigramma positum fuerat indicemus, licet hic afferre verba, quæ in Martyrio præfatorum sanctorum Marcelli, & Petri leguntur. Sunt autem hæc: [Iis (*Lucilla & Firmina*) vero in visu apparuit sanctus Tiburtius cum his duobus Martyribus, (*Marcellino & Petro,*) edocuitque eas, quemadmodum corpora eorum è nigra sylva asportata, juxta ipsum in parte inferiori in Crypta sepelire deberent; fuerunt autem eis adjutorio Acolyti duo Ecclesiæ Romanæ. Hæc omnia Damasus, cum lector esset puerulus didicit E ab eo qui eos decollaverat, & postea factus Episcopus, in eorum sepulchro his versibus decoravit. Marcelline tuos pariter &c.] Quæ omnia referuntur, & in historia horum Martyrum, quæ versibus Iambicis scripta habetur tomo 7. Surij, post historiam translationis corporum ad finem: Et Romanum Martyrologium de iisdem sanctis eodem die 2. Iunij. [Horum corpora in Crypta juxta sanctum Tiburtium sepulta sunt; eorum sepulchrum sanctus Damasus Papa versibus postea exornavit.] Et Ado in suo Martyrologio ait: [Quorum corpora revelantibus se beatis Martyribus tolerunt postmodum Lucilla, & Firmina Christianissimæ fœminæ, & juxta sanctum Tiburtium in inferiori parte Cryptæ sepelierunt.] Porro ab omnibus fere Martyrologiis Romanis, Bedæ, Vsuardi, Adonis, & Notkeri, asseritur istud Tiburtij sepulchrum fuisse in via Lavicana III. ab Vrbe Milliario, inter duas lauros, quo in loco Constantinus Imperator Basilicam construxit, vt Damasus, sive is Anastasius Bibliothecarius, & in S. Silvestri vita. [Eodem tempore (*scribit*) F Augustus Constantinus fecit Basilicam beatis Martyribus Marcellino Presbytero, & Petro Exorcistæ inter duas lauros, & mausoleum, vbi beatissima mater ipsius sepulta est Helena, in sarcosago porphyterico via Lavicana, milliario ab vrbe Roma tertio, quo loco, & pro amore Matris suæ, & veneratione sanctorum posuit voti sui dona, Patenam ex auro purissimo pensantem libras 15.] Et pergit reliqua donaria explicare permulta, magnique pretij, & agros, &c. Eadem ferme Beda de temporibus sic. [Item Basilica via Lavicana inter duas lauros beato Petro, & Marcellino martyribus, & mausoleum, vbi Matrem suam posuit in sarcosago purpureo.] Et Ado iisdem verbis in Chronico Et Nicephorus lib. 8. c. 31. Hist. Ecclesiast. scribit de Helena mortua, ex Langij interpretatione: [Extra vrbem Romam in templo rotundo marmorea vrna deposita, atque biennio post vna cum vrna Constantinopolim deportata.] Et Sigebertus in Chronico sub anno Domini 849. scribit: [Sancta Helena Imperatrix Romæ in Ecclesia sanctorum Marcellini, & G Petri martyrum, in mausoleo purpureo sepulta. &c.] Eadem & Petrus de Natalibus lib. 7. cap. 73. Anastasius autem Bibliothecarius refert de Honorio I. Papa: [Renovavit & Cœmeterium beatorum martyrum Marcellini, & Petri via Lavicana.] Et de Hadriano I. Cœmeterium item BB. Petri, & Marcellini via Lavicana, juxta Basilicam B Helenæ renovavit, & tectum ejus, id est S. Tiburtij, & eorundem SS. Petri, & Marcellini noviter fecit, quoniam nullus erat jam descensus ad ipsa sanctorum Corpora.] Quorum Martyrum corpora, in Gallias postea translata fuerunt. Ejúsque rei historiam scripsit Einardus, sive Eginartus, & Surius tom. 7. vbi de loco hæc habet [Primo ad Basilicam S. Tiburtij martyris in via Lavicana tribus ab Vrbe passuum millibus distantem veniunt: deinde in Cryptam eidem Basilicæ contiguam, in qua BB. Christi martyrum Marcellini, & Petri corpora erant tumulata descendunt, &c.] Referunt translationem & Sigebertus in H Chronico an. 826 & Annonius sive Aimonius de gestis Francorum lib. 4 c. 114. ad finem, qui sub Gregorio Quarto fuisse refert, & alij. De qua re, & Rabanus Maurus in versibus de iisdem martyribus.

Hos Christi testes Romana ascivit ab Vrbe
Vir probus Ainardus constituitq; locum, &c.

Et in epitaphio Ainardi, Idem.

Nam horum sanctorum condigno functus honore
Exquirens Roma corpora duxit, & huc, &c.

In hac Basilica stationem fuisse refert Panvinius in libello de stationibus Vrbis [IIII: Non. Iunij statio ad SS. Marcellinum, & Petrum via Lavicana. Nam S. Gregorius stationes, per Basilicas vel sanctorum Martyrum Cœmeteria sollicitus distribuit, quem morem labentibus temporibus plebs Romana quasi eo viventе certatim retinuit.] Eas Basilicas ipse Pontifex Gregorius, simul venerabundus adiens, viginti Homilias in

Evangelia

A Evangelia coram Ecclesia diverso tempore habuit, vt scribit Ioannes Diaconus, in vita sancti Gregorij lib. 2. num. 18. Mentionem postea fecerunt loci hujus, & Cencius Sabellus, qui fuit Honorius III. Papa in libro Censuum Romanæ Ecclesiæ: habuit autem vnam in basilica SS. Marcellini, & Petri natali eorum die. [Cœmeterium inter duas lauros ad S. Helenam:] & Nicolaus Signorilis, qui sub Martino V. Papa vixit, dum recenset Ecclesias omnes Vrbis quæ suo tempore extabant. Extra Vrbem (ait) Ecclesia sancti Pauli, sancti Anastasij ad aquas salvias, sanctæ Mariæ Annuntiatæ, sancti Sebastiani ad Catacumbas, sanctæ Helenæ, &c. Extabant tunc, & adhuc extant vestigia hujus templi, ac Helenæ mausolæi, quæ, & jam nos olim vidimus, ac se primum detexisse, atque lustrasse refert Bosius in Notis ad vitam sanctæ Cæciliæ. Hæc pluribus tractavimus, quia paucis cognita hæc erat Basilica; imò vulgo ea credebatur quæ prope Lateranum his est dicata Martyribus; cum hanc non esse à Constantino ædificatam ex prædictis cog-

B noscatur; quod & Vgonius de stationis affirmavit. Veruntamen cum nostro tempore, Vrbano VIII. Pont. Max. sedente, templum id in lucem est restitutum, & instauratum, clara cuilibet, & perspicua quæ diximus esse poterunt. Obiterque hic notandum est, quod dicitur *ad duas lauros*, forte *ad duas auras* esse legendum, ex eo quod, vt ait Arnobius lib. 3. *Graci vicos cognominant lauras*. Tertullian. autem in Apologetico: [Vnde Cassij, & Nigri, & Albini, vnde qui inter duas lauros obsident Cæsarem, &c. *intelligit de Commodo Imperatore*, qui vt pestilentiam evitaret, Lauretum secessit, quod frigidior ea regio sit, silvisq; è lauro permultis opaca, à quo etiam regioni indictum nomen, &c. ibiq; obsessus est à Romanis Cleandrum ad necem deposcentibus,] de quibus Herodianus lib. 1. histor.

CARMEN XIII.

Epitaphium projectæ.

C *QVid loquar aut sileam, prohibet dolor ipse fateri.*
Hic tumulus lacrymas retinet, cognosce, parentum
Proiecta, fuerat primo quæ juncta marito,
Pulchra decore suo, solo contenta pudore,
Heu dilecta satis misera genitricis amore,
Accipe quid multis thalamus post fœdera prima
Excepta ex oculis Flori genitoris abivit,
Ætheriam cupiens cæli conscendere lucem,
Hæc Damasus præstat cunctis solatia fletus.

Vixit ann. XVI. men. X. dies XXV. dep. III. Kal. Ian. Fl. Merobaudo & El. Saturnin. conss.

NOTÆ.

EXtat marmorea tabula in Basilica sanctorum Martini & Silvestri titulo Equitij, ex qua hæc exscripsimus, & Baronius etiam edidit tom. 4 Annalium inter appendices. Estque pro sepulchro Projectæ filiæ Flori Consulis in ea notati; fuitque ann. Christi 383.

D secundum Panvinium, & in Fastis, & in Chronico, & Baronium tom. 4. Annal. Damasus vero sedit ab anno 384. eritque Pontificatus annus 17. Quod ad finem scriptum DEP. Deposita hic significat; & passim habentur hæ notæ in antiquis Christianorum Inscriptionibus, ac Depos. Deposit. in Martyrologiis aliquando legitur Depositio sancti. Et Ecclesia in oratione pro mortuis, *cujus depositionis diem commemoramus*. Prudentius in hymno in Exequiis defunctorum: *Nunc suscipe terra fovenda*. Et infra: *Tu depositum tege corpus*. Imò, & sanctus Paulus 2. ad Timot. 1. *Scio cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum servare in illam diem*. Et sanctus Petrus epist. 2. cap. 1. *Certus quod velox est depositio tabernaculi mei*. Depositum autem quasi ad tempus tantum non in perpetuum, ob spem videlicet resurrectionis, vnde

E & dormire pro mori, & dormientes pro mortuis frequentissime in Sacra Scriptura vsurpatur, *quia evigilaturos, id est resurrecturos vult intelligi*, vt ait Augustinus in Psalmum 87. inde & sepulchrum cœmeterium dictum quasi dormitorium. Inscriptionem autem hanc ex Cœmeterio Priscillæ via Salaria huc translatam crederem, cum Sergius Papa II. transtulerit multa corpora Sanctorum ex eo Cœmeterio in hanc Basilicam, vt docet vetus marmorea tabula hoc loco. Vnde etiam monumenta transferre potuit Sergius, qui & Ecclesiam hanc sanctorum Silvestri & Martini in meliorem pulchrioremque statum à fundamentis erexit, vt scribit Anastasius.

CARMEN XIV.

De S. Gorgonio.

MArtyris hic tumulus magno sub vertice montis
Gorgonium retinet, servat qui altaria Christi.
F *Hic quicumque venis, Sanctorum limina quaras.*
Invenies vicina in sede habitare beatos,
Ad Cœlum pariter pietas quos vexit euntes.

DAMASI EPISCOPI.

NOTÆ.

EX alia etiam marmorea tabula olim pro sepulchro sancti Gorgonij Martyris, muro nunc affixa ad januam majorem Basilicæ, vti & ex altera superius exscripta. Edidere Baronius tom. 4. Annal. sub anno Domini 384. & tom. 8. in appendicibus: & Gruterus in Romanarum inscriptionum appendicula, Gorgonius is esse videtur, qui cum Dorotheo passus est Nicomediæ sub Diocletiano Imperatore, apud Eusebium lib. 8. cap. 6. Histor. Ecclesiast. Nicephorus lib. 7. cap. 2. Breviarium, & Martyrolog. Romanum, & Bedæ, Vsuardi, Adonis, Notkeri, die 9. Septembris: ac Petrum de Natalibus in Catalogo lib. 8 cap 55. Cujus

G corpus postea Romam delatum affirmant: Breviarium Romanum, & Martyrol. vt & Bedæ, Vsuardi, Adonis, ac Petrus in Catalogo, viáque Latina positum. Et inde scribit Martyrologium ad Basilicam sancti Petri translatum Gregorio IV. Pont. Breviarium, & Anastasius in ipso Gregorio. Ado addit via Latina inter duas lauros, vnde emendandum putabam in Martyrologiis, & pro via Latina Lavicana seponendum, vbi erat locus inter duas lauros S. Tiburtij, ac SS. Marcellini, & Petri, ac Helenæ, templis ac reliquiis olim clarissimus, ac sanctorũ 30 Martyrum natali 22. Decemb. Confirmabat hanc nostram sententiam lectio Romani Breviarij Pij V. auctoritate editi de S. Gorgonio, qui inter duas lauros via Lavicana sepultus legitur, nec alibi reperiebam viam Latinam inter duas lauros: quamquam in Breviariis recentioribus via Latina repositũ fuerit. Vide quæ de via Lavicana ad duas lauros supra annotavimus. Gorgonij, & aliorum corpora Martyrum in Gallias postmodum translata his verbis scribit Sigi-

H bertus in Chronico sub an. Dom. 764 Chrodegundus Episcopus, corpora Martyrum Gorgonij Naboris Nazarij, Roma ad Gallias transtulit, & Gorgonium quidem in Gorziæ Monasterio, Naborem in Hilliriaco reposuit, &c & Beda ex quo, & Rabanus in Martyrologiis scribunt 2. *Idus Iunij, Nazarium simul cum Gorgonio martyre transtulit à Roma in Galliam Chrodegundus*, (Rabanus autem habet Hurvœgangus) *Metensis Episcopus, permittente Paulo Papa Romano, anno Dominica Incarnationis* DCCLXV. *& collocavit prædictus Episcopus S. Gorgonium in Monasterio, quod dicitur Gorzia*. Notkerus in Martyrologio, dicta die, iisdem fere verbis: ac Petrus etiam in Catalogo sic, [anno autem Domini 764. Episcopus Metensis, Nepos Pipini Regis, ipsum transtulit in Gorgoriense Monasterium] Intellige tamẽ de parte corporis reliquiarũ, nam & in Basilica Vaticana sunt adhuc hujus sãcti reliquiæ quæ

in solenni feria 2. Paschatis populo exhibentur; ibidémque corpus illius servari affirmant. Sed & in Ecclesia sancti Silvestri ad campum Martium, in marmorea tabula natalitiorum sanctorum ibidem quiescentium legitur. [Mense Septembris die 10. Nat. S. Gorgonij & aliorum quorum nomina Dominus scit:] & in actis ejusdem S. Gorgonij, quæ manuscripta servantur in Bibliotheca Congregationis Oratorij, Cod. o.7. Reliquias illius in Gallias translatas fuisse habetur, cum in translatione facta Nicomedia Romam, corpus fuisset asportatum, ac de dictis reliquiis, in Saxoniam etiam aliquid transmissum postea fuerit.

CARMEN XV.

In laudem Davidis.

NVnc Damasi monitis aures præbete benignas,
Sordibus depositis purgant penetralia cordis,
Curia cum renovant Christe servire parati.
Prophetam Christi sanctum cognoscere debes,
Pastorem puerum multis è fratribus vnum,
Angelus ex ovibus rapuit, regémq; dicavit,
Organa qui sciret manibus componere solus,
Psallere per citharam populo cælestia Regna.
Ingentem clypeóq; gravi, frustraq; minantem,
Impium, maledicum, phaleras ac tela gerentem,
Surdorum demens coleret qui templa deorum,
Mactavit saxo tereti, truncúmq; reliquit,
Iudicióque Dei ingenti mox cæde peracta,
Monstravit populis, tulerat quæ ex hoste tropæa.
Nam Damasus scit sancte tuos Deus, ipse triumphos.

NOTÆ.

BAronius hæc præfatur ante hos versus. (Acceptis his sancti Hieronymi lucubrationibus in Psalterium Davidis, Damasus laudem tanti Regis, atque Prophetæ his cecinit versibus, quos reperimus in Bibliotheca Basilicæ sancti Petri, codice 1. S. Hieronymi, qui continet expositionem ejus in Psalmos; habet eosdem codex Vaticanæ Bibliothecæ, licet vtrobique admodum depravati legantur,) hæc ille. Quæ autem de Davide canit Damasus habentur in sacris literis Regum 1. Idem Baronius. (Hieronymi quos versus, retineos ad S. Damasum misit, habent iidem codd. cum ejusmodi inscriptione.)

Versus Domni Hieronymi Presb.

Psallere qui docuit dulci modulamine sancte
Noverat iste, decem legis qui verba dedisset,
Quot digitis cithara chordis, totidémque dicavit
Credere quid dubites? virtus regis omnia Christi,
Qui varias iunxit vno sub carmine linguas;
Vt pecudes, volucrésque Deum cognoscere possint:
Hic sonus est fides, mentes qui mulcet amaras;
Sic creatura prior tanto de munere gaudet
Offerat vt Domino salvet quos gratia vocis:
Quisque sitit veniat cupiens haurire fluenta:
Inveniet latices servant qui dulcia mello.
Oret pro nobis beatitudo tua beatissime Papa.

Penultimum versum *Quisque sitit, &c.* incisum vidi in antiquo labro marmoreo, pro fontibus, ante Ecclesiam sancti Bartholomæi in insula, charactere antiquo, vt Damasi tempore scriptus videatur. Extant etiam plures sancti Damasi ad sanctum Hieronymum, & hujus ad illum Epistulæ: quas in hac nostra Epistolarum sancti Damasi collectione hic habes.

CARMEN XVI.

Epitaphium Papæ Damasi, quod sibi edidit ipse.

QVi gradiens pelagi fluctus compressit amaros
Vivere qui præstat morientia semina terræ,
Solvere qui potuit Lazaro sua vincula, mortis
Post tenebras, fratrem post tertia lumina Solis
Ad superos iterum Mariæ donare sorori,
Post cineres Damasum faciet quia surgere credo.

NOTÆ.

BAronius: [Ad postremum autem hic subjicimus tibi ejusdem Damasi Epitaphium, quod ipse vivens sibi conscripsit, pium valde, acceptum est ipsum ex pervetusto codice Bibliothecæ Trevericæ Ecclesiæ sancti Petri, exscripsit illud Christophorus Broverus, Societatis Iesu professor. Romam vero ad nos misit Nicolaus Serarius, ejusdem Societatis professor.] Vide supra sancti Damasi Epigramma de suo sepulchro collocando, ex antiquarum Inscriptionum libro, ac ex pagina 1172. num. 11. à Baronio etiam notatum in Appendice 12. Annal. tomo. Ex Basilica vero sancti Sebastiani exscriptum fuisse hoc Epigramma credi potest, vbi sanctum Damasum sepultum ex Beda, Anastasio, aliisque infra dicemus. Corporis autem reliquiæ beatissimi hujus Pontificis, in Basilicam sancti Laurentij ab ipso conditam translatæ postmodum, antiquis etiam temporibus fuere: nam Bibliothecarius Anastasius scribit de sancto Hadriano Papa II. Renovavit tectum basilicæ sancti Laurentij, quam Damasi vocant, vbi & veste super ejus Altare de stauracim simúlque & aliam vestem de post Altare fecit, vbi requiescit corpus sancti Damasi. Hæc Anastasius: itaque illic reperiebatur à temporibus Hadriani, qui sedit ab anno Christi 772. vel tempore ipsius Anastasij. Caput vero illius in basilica Vaticana servatur. Testes Panvinius, Serranus, Vgonius, & ante ipsos Signorilis, qui jam ante annos ducentos sacras reliquias Vrbis retulit, cujus liber manuscriptus habetur in Vaticana Bibliotheca. Quod venerandum caput populo solenniter feria 2. Paschæ ostenditur cum aliis reliquiis: brachium etiam illius ad S. Thomæ Parionis servari docet vetus marmorea tabula, in eo loco, ab ann. Domini 1130. Innocentio II. Papa. *Reliquiæ hæc sunt, Brachium S. Damasi Papæ, &c.* & de reliquiis ipsius habentur in basilica sanctæ Mariæ Transtyberim, ac sanctæ Mariæ ad Martyres, & aliis in Ecclesiis Vrbis.

CARMEN XVII.

Ad Fontes.

NOn hæc humanis opibus, non arte magistra,
Sed præstante Petro, cui tradita ianua cæli est,
Antistes Christi composuit Damasus.
Vna Petri sedes, vnum verúmq; lavacrum,
Vincula nulla tenent, Acathius votum solvit.

NOTÆ.

HÆc carmina edita sunt in libro Inscriptionum antiquarum Gruteri ad finem; descripta autem ab eo fuere ex antiquo Codice in membranis Bibliothecæ Palatinæ, qui Romam postea translatus, nunc asservatur in Bibliotheca Apostolica Vaticana, num. 532. Ex isto Inscriptionum libro carmen hoc 17. edidit Baron. tom. 12. in Appendice pag. 913. sub anno Christi 384. legitque versu vltimo *tenent*; cum ibidem male legatur *teneat*. 1. Versus est Virgilij in Æneid. Aliud de fontibus Epigramma habuimus supra ex Basilica Vaticana, quo loco etiam

A hæc extitiſſe carmina docet titulus appoſitus 1. Epigrammati dicti Codicis Palatini. Baptiſterium etiam Lateranenſe S. Sixtus III. Papa verſibus exornavit, vt ſcribit Anaſtaſius: [Hic fecit in Baſilica Conſtantiniana ornamentum ſuper fontem, quod ante ibi non erat, idem epiſtylia marmorea, & columnas porphyreticas erexit, quas Conſtantinus Auguſtus congregatas dimiſit & juſſit vt erigerentur, quas & verſibus exornavit, &c.] Qui verſus, & adhuc apparent bini per zophorum diſtributi, quos primum edidit Panvinius libello de ſeptem Eccleſiis: ſed quia apud ipſum variatus eſt ordo carminum, damus & nos ſuo ordini reſtitutos, nam eum eorum initium ſit ea parte, qua à portico ſancti Venantij in Baptiſterium ingredimur, deinde ſequendum eſt in gyrum vſque ad finem. Carmina ſunt hæc vt ſequuntur.

B *Gens ſacranda Polis hic ſemine naſcitur almo,*
Quam fœcundatis ſpiritus edit aquis.
Mergere peccator ſacro purgande fluento
Quem veterem accipiet, proferet vnda novum.
Nulla renaſcentum eſt diſtantia, quos facit vnum
Vnus fons, vnus ſpiritus, vna fides.
Virgineo fœtu genitrix Eccleſia natos
Quos ſpirante Deo concipit amne parit.
Inſons eſſe volens iſto mundare lavacro
Seu patrio premeris crimine ſeu proprio.
Fons hic eſt vitæ, & qui totum diluit orbem,
Sumens de Chriſti vulnere principium.
Cœlorum Regnum ſperate hoc fonte renati
Non recipit felix vita ſemel genitos.
Nec numerus quemquam ſcelerum, nec forma ſuorum
Terreat, hoc natus flumine ſanctus erit.

Habemus & de fontibus ſancti Ambroſij Carmina quæ hic apponimus, edita cum nonnullis aliis ejuſdem Sancti, ex eodem Codice Palatino apud Gruterum hoc titulo:

C

Verſus Ambroſij ad Fontem S.Teclæ.

Octachorum ſanctos templum ſurrexit in vſus,
Octogonus fons eſt munere dignus eo.
Hoc numero decuit ſacri baptiſmatis aulam
Surgere, quo populis vera ſalus rediit.
Luce reſurgentis Chriſti, qui clauſtra reſolvit
Mortis, & è tumulis ſuſcitat exanimes
Confeſſóſq; reos maculoſo crimine ſolvens,
Fontis puriſſimi diluit irriguo.
Hic quicumque volent probroſa crimina vitæ
Ponere, corda lavent; pectora munda gerant.
Huc veniant alacres; quamvis tenebroſus adire
Audeat, abſcedet candidior nivibus.
Huc ſancti properent, non expers vllus Aquarum
Sanctus, in his regnum eſt conſiliúmq; Dei
Gloria Iuſtitiæ, nam quid divinius iſto?
D *Vt puncto exiguo culpa cadat populi.*

Poſt hoſce Ambroſij verſus, ſequuntur in Codice Palatino alij de Eccleſia S. Anaſtaſiæ à Damaſo olim exornatæ, quos idcirco hic edendos cenſuimus.

In Sanctæ Anaſtaſiæ.

Antiſtes Damaſus picturæ ornarat honore
Tecta quibus nunc dant pulchra metalla decus.
Divite teſtatur pretioſior aula nitore,
Quos rerum effectus poſſit habere fides.
Papa Hilari meritis olim devota Severi
Necnon Caſſia mens dedit iſta Deo.

CARMEN XVIII.

De Templo S.Laurentij à S. Damaſo inſtaurato.

HInc Pater, Exceptor, Lector, Levita, Sacerdos
Creveras hinc meritis, quoniam melioribus actis
Hinc mihi provecto Chriſtus cui ſumma poteſtas E
Sedis Apoſtolicæ voluit concedere honorem.
Archibis fateor volui nova condere tecta.
Addere præterea dextra lævaq; column as,
Quæ Damaſi teneant proprium per ſæcula nomen.

CARMEN XIX.

De S. Laurentio.

NOn mirum eſt fallax nimium quod flamma minatur,
Martyris & corpus nil noctura cremat.
Namque docet fidei magnam ſine vindice famam
Ad cœlum medius ignibus eſſe viam.
Hunc etenim fruitur martyr Laurentius ignem,
Et meritis ſummus ne moriatur agit.

NOTÆ. F

DE hoc carmine & duobus ſequentibus Baronius pag. 911. Appendicis in dict. tom 12. anno Chriſti 384. *Extant adhuc de eadem Baſilica euſdem Damaſi inſignia monimenta nempe antiqua inſcriptiones ibidem ab eo tunc poſita, quæ diu oblivione ſepulta veluti poſtliminio reverſa ſuum recipiant locum.*

V. 5. *Archibis*, pro *Archivis*, nam V. & B. ſæpius inter ſe commutantur. Archivum autem, ſeu Archium ex Græco factum eſt ἀρχεῖον, quod ſignificat Palatium, Regiam, magiſtratuum ædes, judiciale forum, atque inde etiam chartophylacium, quia ἀρχεῖα vicina ſunt chartophylaciis, vel potius quod chartophylacia ſint illorum membra. Vlpianus leg. 9 §. 1. ff. de pœnis: [ne eo loco ſedeant, quo in publico inſtrumenta deponuntur, archivo forte, vel grammatophylacio.] In Decret. ſæpius fit mentio de Eccleſiarum Archivis: & Burchardus in tit. Quibus modis naturales effic. legit. §. Illud, in fin. [Eccleſiæ Archivis, hoc eſt vbi venerabilia vaſa ſervantur.] Præter hoc & G duo alia quæ ſequuntur de Baſilica ſancti Laurentij Epigrammata; habes infra aliud ejuſdem Damaſi. De ea Anaſtaſius Bibliothecarius. [Hic fecit Baſilicas duas, vnam juxta theatrum S.Laurentio, & alteram via Ardeatina, vbi requieſcit in Catacumbis, &c. Et infra. Hic conſtituit titulum in vrbe Roma, ſcilicet baſilicam, quam ipſe conſtruxit, vbi & donavit patenam argenteam penſantem libras, &c.] reliqua dona leges apud ipſum. Beda de ſex ætatibus, ſive de temporibus. [Damaſus Epiſcopus fecit Baſilicam juxta theatrum ſancto Laurentio, & aliam in Catacumbas, &c.] Eadem & Ado in Chronico. S. Hadrianus I. Papa ad Carolum Regem de Imaginibus, habetur poſt ſeptimam Synodum. Item in ſancto II. Concilio ſanctus Damaſus elegantiſſimus Papa propriam ſuam fecit Eccleſiam, cujus ſanctus Gregorius Papa meminit in dialogis, quæ ex nomine conditoris Damaſi vocatur: ſimiliter à tunc vſque hactenus hiſtoriis ſacris & Imaginibus pictam habemus. Sancti Gregorij in Dialogis hæc H ſunt verba lib. 4. cap. 32. [Ad Eccleſiam S. Laurentij Martyris, quæ ex nomine conditoris Damaſi vocatur, &c.] De Hadriano I Papa ſcribit Anaſtaſius Bibliothecarius. [Renovavit etiam & tectum baſilicæ S Laurentij quam Damaſi vocant, vbi & veſte ſuper Altare de ſtauracin ſimulque, & aliam veſtem de poſt Altare fecit, vbi requieſcit corpus S. Damaſi.] Titulum autem hujus Eccleſiæ fuiſſe ante Pontificatum Damaſi, innuit hoc Epigramma, ipſumque Damaſum Clericum Diaconum, Sacerdotem inibi fuiſſe, dum ſcribit.

Hinc Pater exceptor, lector, levita, ſacerdos
Creverat hinc meritis quoniam melioribus actis
Hinc mihi provecto Chriſtus. &c.

Et Pontifex factus novum templum exedificaſſe ibi.

Archibis fateor volui nova condere tecta
Addere præterea, &c.

Mos erat pluribus hinc retro annis in hac Eccleſia pocula dari populo ad honorē S.Damaſi, die illi ſacro, &

A

pro ægrotorum, ac febricitantium salute, vtilegitur in veteri libello mirabilium vrbis Romæ, & scribit Novidius in sactis fastis sub Paulo III. Papa his Carminibus.

Solvat anhelanti defectu vt copora morba
Pocula dat plebs, fumis & ager opem.

Antiquissimum sigillum Capituli hujus Ecclesiæ à me olim repertum pluribus annis in Museo nostro fuit, quod ne deperderetur, Capitulo & Canonicis ejusdem Basilicæ dono dedi: literæ in eo hoc sibi volunt. SIGILLVM CAPITVLARE SANCTI LAVRENTII IN DAMASO. In eo sculpta est imago sancti Damasi, sedentis in solio cum pluviali credo, ac mitra sive Regno, manibus tenentis Ecclesiam, vel Basilicam veteri Ecclesiastico more, quo in antiquis picturis, ac musivis plurimis videmus Pontifices manibus gestantes ipsam Ecclesiam, quam vel ædificarunt, vel ornarunt: illámque porrigit sancto Laurentio stanti dalmatica induto, illam sibi traditam recipienti. Ex Pontificibus autem

B

Ecclesiam manibus gerentes videmus Honorium I. in aspide musivea S. Agnetis, via Nomentana, docent carmina ibidem adscripta.

Præsul Honorius hæc vota dicata dedit,
Vestibus & tactu signatur illius ora.

Cuius Anastas. etiam meminit: In Ecclesia S. Vincentij ad Lateranum visitur Ioannes IV. Papa eodem modo cum Ecclesia vbi Epigramma sic incipit:

Martyribus Christi Domini pia vota Ioannes
Reddidit Antistes, verificante Deo, &c.

De quo & Anastasius. Ad sanctæ Praxedis, & ad sanctæ Ceciliæ trans Tyberim, videmus Pontificem Paschalem cum Ecclesia. Carmina indicant in iis locis extantia, & Gregorium IV. ad S. Marcum eodem modo, vbi nomen illius legitur SANCTISSIMVS D. N. GREGORIVS PP. & in Hexasticho habetur.

Hanc tibi proque tuo perfecit Præsul honore,
Gregorius Marce eximio cum nomine Quartus.

C

Et post illos Innocentius II. ad S. M. trans Tyberim, vbi in fine Epigrammatis legimus.

Cum moles ruitura vetus foret, hinc oriundus
Innocentius hanc renovavit Papa secundus.

CARMEN XX.

De eiusdem Templo.

Quisquis plena Deo mysteria mente requiris,
Huc accede, domus religiosa patet,
Hæc sunt tecta pio semper devota timori,
Auditúmq; Deus commodat hic precibus.
Ergo leti feros propera compescere sensus,
Iam propera sacras latus adire fores,
Vt transacta queas deponere crimina vitæ,
Et quidquid scelerum noxius error habet,
Attica Felicis magni clarissima coniunx
Sumptibus hoc propriis ædificavit opus.

D

NOTÆ.

V. 9. ATtica vxor fuit Felicis Magni V. C. ad quem Sidonius Apollinaris excusatorium Carmen scripsit num. 9. incipit.

Dic, dic quod peto, Magne dic amabo,
Felix nomine, mente, honore, fama,
Natis coniuge fratribus, parente, &c.

Suúmque condiscipulum fuisse dicit ad finem.

Quapropter facimus vt eum tuere
Et condiscipuli tibi obsequentis
Incautum precor afferas pudorem, &c.

Meminit, & in Propemptico ad finem.

Hinc ad Consulis ampla tecta magni
Felicémq; tuum vertus libelle, &c.

Epistolam ad eundem Felicem scripsisse Faustum Episcopum refert Gennadius de Viris Illustribus in Fausto cap. 85. his verbis: *Scripsit postea ad Felicem Præfectum Prætorio, & patriæ dignitatis virum, filium Magni Consulis iam religiosum, epistolam ad timorem Domini hortatoriam, convenientem personis pleno animo pœnitentiam agere disponentium.*

E

CARMEN XXI.

De S. Mauro.

MArtyris hic Mauri tumulus pia membra retentat,
Quem Damasus Rector longo post tēpore plebis
Ornavit supplex, cultu meliore decoratus
Insontem puerum cui pœna nulla detecti.

NOTÆ.

BAronius habet vt supra ex hoc loco pag. 912. his additis verbis: *Extant in citato Codice alia Epitaphia indita aliis sanctum Martyrum memoriis, quas sive ornavit vel restituit eodem volumine comprehensa, & inter alia de Mauro puero.* Maurus puer hic ferme est Iasonis frater, Claudij Triboni, & Hilariæ filius, de quibus in omnibus Martyrologiis 3. Decembris, & in Historia sanctorum Chrisanthi & Dariæ, quam habet Metaphrastes 19. Mart. apud Lippoman. tom. 7. & Surium tom. 5. *Qui S. Puer ob Christi confessionem interfectus est cum Iasone fratre, sub Numeriano Imperatore; extat in eo loco vbi interfecti sunt, vetus monumentum, in quo homines Christiani cum illum expurgassent, nocte omnia sanctorum Martyrum corpora posuerunt haud procul ab Vrbe iuxta viam quæ Mauri nuncupatur*, hæc in illa historia. Quorum sanctorum fratrum corpora, ad S. Praxedem ex cœmeteriis trāslata sunt sub Paschali Papa; vt habetur in marmorea tabula Ecclesiæ illius. Quæ postea ab Alexandro II. Lucam deportata, vt ex veteribus monumentis Lucensi Ecclesiæ refert Baronius tom. 2. sub an. Domini 1070.

F

G

V. 1. (*Martyris hic Mauri tumulus.*) Simili modo supra de S. Gorgonio.

Martyris hic tumulus magno sub vertice montis
Gorgonium retinet.

V. 2. (*Quem Damasus rector plebis, &c.*) Hoc plebis verbo similiter vsi sunt, & alij veteres summi Pontifices Romani, vt ad sanctam Mariam Majorem in arcus summitate ex musivo *Xystus Episcopus plebi Dei.* Qui est Xystus hujus nominis tertius; & ad Lateranum in marmorea ædiculæ janua sancti Ioannis Baptistæ, † *Hilarius Episcopus* † *sancta plebi Dei.* Et in Ecclesia S. Andreæ in Esquiliis, quam Catabarbara vocat Anastasius: Sancti Hilarij successor sanctus Simplicius his versibus in musivo: *Plebs devota veni perque hæc commercia disce, &c.* integros adhuc videmus quos, & refert Platina. Et sanctus Felix III. successor Ioannis, ad Sanctum Stephanum in Cœlio monte, vbi erat inscriptio musivea, ex membranis Palatinis rediviva apud Gruterum; ex quo Baronius in Appendicibus in tom. 12. retulit ad an. Christi 530. in cujus fine. *Felix Papa addito musivo splendore sancta plebi Dei perfecit.* Et noster Damasus supra de sancto Paulo. *Cœperat discerpere plebem, &c.* Leo etiam Quartus in versibus qui ad Portam Æliæ Atcia extabant, & Ioannes Papa Octavus, in Epigrammate quod in porta suburbij sancti Pauli olim extitisse apparet in veteri codice manuscripto, cui titulus DESCRIPTIO VRBIS ROMÆ, eodem titulo vtitur, qui liber sub Vrbano VI. Papa scriptus fuit, quem nos habemus. Versus quales sunt hic apponimus, vt reviviscant quandoquidem alibi illos non legi.

H

A

LEONIS QVARTI.

In introitu Vrbis Romæ per portam Æliæ arcis.

Romanus, Francus, Bardusque viator, & omnis.
Hoc qui intendis, opus, cantica digna canot.
Quod bonus Antistes Quartus Leo rite nevavit,
Pro patria ac plebis ecce salute sua.
Principe cum summo gaudens hac cuncta Ioannes
Perfecit, cuius emicat altus honor.
Quos veneranda fides nimio devinxit amore
Hos Deus omnipotens perferat arce poli.
Civitas Leonina vocata.

IAONNIS OCTAVI.

In Porta suburbij sancti Pauli.

B *Hic murus salvator: adest, invictaque porta,*
Qua reprobos arcet, suscipit atque pios
Hanc proceres intrate senes iuvenesque togati,
Plebsque sacrata Dei limina sancta petens.
Quam Præsul Domini patravit rite Ioannes,
Qui nitidis fluxit moribus & meritis.
Præsulis octavi de nomine facta Ioannis
Ecce Ioannipolis Vrbs veneranda cluit.
Angelus hanc Domini Paule cum Principe sanctus
Custodiat Portam semper ab hoste nequam.
Insignè nimium mure quam construis ample
Sedis Apostolica Papa Ioannes evans.
Vt sibi post obitum cælestis ianua Regni
Pandatur, Christo sat miserante Deo.

CARMEN XXII.

Votum S. Damasi.

C *SAnctorum, quicumque legis, venerare sepulchrum,*
Nomina nec numerum potuit retinere vetustas,
Ornavit Damasus tumulum, cognoscite, rector,
Pro reditu cleri Christo præstante triumphans,
Martyribus sanctis reddit sua vota sacerdos.

BAronius pag. 909. sub anno Christi 362. [Reperitur in antiquis inscriptionibus Damasus pro vnione sanctæ Ecclesiæ nuncupasse vota Martyribus, quæ & persolvit, vbi Romanus Clerus relicto schismatico Vrsicino Damaso coniunctus est: Extat de his vetus inscriptio istis verbis &c.] in codice Palatino sequitur hoc carmen.

DE SS. MARTYRIBVS VITALI, MARTIALI, ET ALEXANDRO.

Dum peritura Getha posuissent castra sub Vrbe,
Moverunt sanctis bella nefanda prius.
Istaque sacrilegi verterunt corde sepulchra
Martyribus quondam rite sacrata piis,
D *Quos monstrante Deo Damasus sibi Papa probatos*
Affixo monuit carmine iure coli.
Sed periit titulus confracto marmore sanctus,
Nec tamen his iterum posse latere fuit.
Diruta Vigilius nam mox hac Papa gemiscens.
Hostibus expulsis omne novavit opus.

Non est Damasi, sed inter Damasi carmina posui, quia de Damaso, & illius Carminibus à Vigilio Papa positum, habet & Baronius, qui credidit esse Damasi, his verbis. *Sed & extant eiusdem Damasi versus, quibus alias exornavit sanctorum Martyrum Ecclesias, furore barbarico dissipatas, qua ipse restituit.* Ac esse de memoriis Martyrum in suburbiis notat ad otam libri. Hi

E vero Martyres, quorum nomina leguntur in titulo, videntur esse ex septem filiis sanct. Felicitatis, ex quibus hi tres capitali sententia puniri, vt in Martyrologiis, 6. Idus Iulij legimus, cuius Felicitatis extabat Cœmeterium via Salaria. Anastasius in sancto Bonifacio: [Habitavit Bonifacius in Cœmeterio sanct. Felicitatis martyris via Salaria.] Et infra. [Hic fecit Oratorium in Cœmeterio sanct. Felicitatis, iuxta corpus eius, & ornavit sepulchrum sanct. Martyris Felicitatis, & sancti Silvestri, vbi, & posuit hæc; patenam argenteam &c.] & rursus in fine. [Qui etiam sepultus est in Cœmeterio sanct. Felicitatis martyris via Salaria.] Et in sancto Hadriano. [Cœmeterium vero sanct. Felicitatis via Salaria vna cum Ecclesiis sancti Silvani martyris, & sancti Bonifacij Confessoris atque Pontificis, vno cohærentes solo miræ restauravit magnitudinis.] Et ibidem. [Immo & Cœmiterium Iordanorum, videlicet SS. Alexandri, & Vitalis, & Martialis martyrum, seu sanctorum septem Virginum à novo restauravit.] F Et in Symmacho. [Hic reparavit basilicam sanct. Felicitatis cui ruina imminebat.] Et paulo infra. [Hic fecit Cœmiterium Iordanorum in melius propter corpus S. Alexandri.] De alio S. Alexandro Episcopo, & martyre, Martyrologium Romanum, 21. Septemb. [Romæ via Claudia xx. ab Vrbe milliario, passio sancti Alexandri Episcop. &c. cuius corpus postea beatus Damasus Papa in Vrbem transtulit, 6. Kal. Decembris; quo die festivitatem illius celebrandam instituit.] Et in veteri Romano Martyrologio apud Adonem 26. Novembris. [Beati Alex. Episcopi & martyris passi 11. Kal. Octobris à Papa Damaso VI. Kal. Decembris translati, quando festivitatem ei dicavit.] & Petrus de Natalibus in Catalogo Sanctorum lib. 8. cap. 101. de ipso. Sanctus autem martyr via Claudia xx. ab Vrbe milliario ductus est, &c. sed post modum Papa Damasus Cryptam fabricavit, & ibidem ipsum deposuit.

G

CARMEN XXIII.

De Incertis Martyribus.

MIlitia nomen dederant, olimmque gerebant
Officium pariter spectantes iussa tyranni
Præceptis pulsante metu servire parati,
Mira fides eorum, subito posuere furorem,
Conversi fugiunt, ducis impia castra relinquunt.
Proiiciunt clypeos, phaleras, & tela cruenta.
Confessi gaudent Christi portare triumphos,
Credite per Damasum possit quid gloria Christi.

NOTÆ.

BAronius pag. 909. existimavit hoc Epigramma compositum fuisse, cum furens Populi Romani pars, relicto Vrsicino armato, conversa est ad Damasum, tanquam legitimum Pontificem. Ego tamen crederem, potius SS. Martyribus, & quibusdam militibus aptari posse, qui contempta bellica Ethnicorum triumphali gloria, nomenque Christianum professi, abiectis Martialibus armis, gloriosiores Christi Triumphos, Christum Imperatorem sequendo, duxere. H

CARMEN XXIV.

De SS. Martyribus Felice, & Adaucto.

O Semel atque iterum vero de nomine Felix,
Qui intemerata fide, contempto principe mundi
Confessus Christum cælestia Regna petisti.
Vere pretiosa fides, cognoscite fratres,
Qui ad cælum victor pariter properavit Adauctus
Presbyter is verus, Damaso rectore iubente,
Composuit tumulum sanctorum limina adorant.

H 4 NOTÆ.

NOTÆ.

INsuper de SS. Martyribus Felice, & Adaucto eiusdem Damasi ibidem. Refert Baronius pag. 912. quorum natale 3. Kal. Septemb. habent Martyrologia. Eratque horum sanctorum Cœmeterium à sancto Ioanne Papa renovatum, apud Anastasium Bibliothecarium, qui & de sancto Leone tertio scribit. *Renovavit sarta tecta beati Felicis, & Adaucti martyrum iuxta sanctum Paulum Apostolum.* Adaucti autē nomen sancti propriū non est: nā *huius nomen ignorantes Christiani adauctum eum appellaverunt, & quod sancto Felici auctus sit ad coronam:* vt scribitur in Martyrologiis Romano, Bedæ, Vsuardi, Adonis, Notkeri, quæ via Ostiensi passos referunt. Qui in etiam sanctam Dignam, & Emeritam, in persecutione Valeriani Imperatoris, sub Caio Iudice passas, in Cœmeterio Comedillæ via Ostiensi ad sanctos Felicem, & Adauctum sepultas, eorum acta testari refert Baronius in Martyrologium Romanum 22. Septembris. Quo extitisse loco hoc Epigramma credi potest. Sanctus Gregorius Antiphonam habet de horum sanctorum natali.

V. 1. *O semel atque iterum vero de nomine Felix.*
Eodem modo supra de sancto Felice Presbytero.

Corpore, mente, animo pariter de nomine Felix.

CARMEN XXV.

De S. Saturnino Martyre.

TEmpore quo gladius secuit pia viscera matris
Sanguine mutavit patriam, vitamque genusque
Romanum civem sanctorum fecit origo.
Mira fides rerum, docuit post exitus ingens.
Cum lacerat pia membra, fremit Gratianus vt hostis,
Postquam fellis vomuit concepta venena,
Cogere non potuit Christum te Sancte negare,
Ipse tuis precibus meruit confessus abire.
Supplicis hac Damasi vox est venerare sepulchrum,
Solvere vota licet, castasque effundere preces
Sancti Saturnini tumulus quia martyris hic est.

NOTÆ.

SEd & in tumulo sancti Saturnini martyris via Salaria, hos versus incidendos curavit; Verba sunt Baronij, versus ex eo libro exscribentis post superiores. In cod. Palat. & edit. Grut. principium huius carminis ita legitur.

Horam Martyrum cultor Damasus Episcopus Servus Dei
Ola nunc Christi fuerat exarta . . . citis an . . .

V. 1. edit. Cod. M.S. 4. in codice legitur *namque genusque*, pro quo reposuimos cum Baronio, *vitamque genusque*. Saturnini autem dies est natalis 29. Novembris in Romano, Vsuardi, & copiosius in Bedæ Martyrologiis. De Basilica vbi extabant reliquiæ sancti Saturnini, Anastasius Bibliothecarius, qui etiam hos versus in Felice IV. refert. *Huius temporibus consumpta est incendio Basilica sancti Saturnini martyris via Salaria, quam à solo refecit.* Et in sancto Hadriano. *Sed & Basilicā sancti Saturnini in prædicta via Salaria positam, vna cum Cœmeterio sanctorum Chrysanthi, & Dariæ renovavit, atque Cœmeterium sanctæ Hilariæ innovavit.* Et in Gregorio quarto. *Nam eo tempore Ecclesiam beati Saturnini martyris foris Portam Salariam constitutam, quæ vetustate nimia, & longo iam senio à fundamentis ceciderat, novis fabricis ædificare fecit, & picturis variis decoravit, vbi etiam obtulit vestem de fundato veam.* De qua Basilica, & Baronius in Martyrologio. Restant adhoc templi parietes extra Salariam Portam, & locus nomen retinet sancti Saturnini, vbi & Cœmeterium fuit nomine Thrasonis, de quo Cencius Camerarius in libro Censuum Romanæ Ecclesiæ, Volaterranus, Albertinus, Panvinius, &c. corpus vero sancti Saturnini translatum ad Ecclesiam sanctorum Ioannis, & Pauli titolo Pammachij.

CARMEN XXVI.

De S. Marcello Martyre.

VEridicus Rector, lapsos quia crimina flere
Prædixit miseris, fuit omnibus hostis amarus.
Hinc furor, hinc odium sequitur, discordia, lites,
Seditio, cædes, solvuntur fœdera pacis:
Crimen ob alterius Christum qui in pace negavit,
Finibus expulsus patria est feritate tyranni.
Hæc breviter Damasus voluit comperta referre,
Marcelli vt populus meritum cognoscere posset.

NOTÆ.

BAronius pag. 904. Christi Anno 309. *Extat de S. Marcello Damasi Papa Epitaphiū vna cū aliis, luci redditū, quo alia de S. Marcello refertur historia hactenus incomperta, quæ sic se habet &c. Romæ via Salaria natalis sancti Marcelli Papæ, & martyris &c.* habetur Romano in Martyrologio, ac Vsuardi, *Via Salaria veteri 16. Ianuarij* In veteri vero Romano Martyrologio, ac Bedæ, Adonis, Rhabani, Notkeri, ac Breviario Romano, & apud Anastasium, *Via Salaria in Cœmeterio Priscillæ.* Et in gestis sancti Marcelli, quæ per Rom. Ecclesiæ Notarios conscripta creduntur, apud Surium. *In Cœmeterio Priscillæ via Salaria non longe ab Vrbe Roma milliario tertio, vbi sanctus Marcellus requiescit in pace.* De hoc Cœmeterio Anastasius, ac de sancto Marcello scribit. *Hic rogavit quandam matronam nomine Priscillam, & fecit Cœmeterium via Salaria &c.* Apud quem de Vigilio Papa legitur. *Cuius corpus ductum est Romam, & sepultum est ad sanctum Marcellum via Salaria, in Cœmeterio Priscillæ.*

V. 1. *Veridicus rector.*) Rectorem vocat hic Marcellum Pontificem Damasus; seque ipsum hoc etiam nomine appellat supra, de S. Mauro martyre.

Quæ Damasus Rector longo post tempore plebi

Et in altero sequenti Epigrammate.

Ornavit Damasus tumulum cognoscite Rector.

Et de S. Felice, & Adaucto.

Presbyter iste veras Damaso rectore iubente.

Et infra de S. Tarsicio.

Quos Damasus Rector titulos post præmia reddit.

CARMEN XXVII.

De SS. Proto, & Hyacintho.

EXtremo tumulus latuit sub aggere montis,
Hunc Damasus monstrat servat quod membra piorum.
Te Protum retinet melior sibi regia cœli.
Sanguine purpureo sequeris Hyacinthe probatus.
Germani fratres animis ingentibus ambo,
Hic victor meruit palmam, prior ille coronam.

NOTÆ.

BAronius pag. 913. d. Appendicis. *Et de Proto & Hiacyntho martyribus idē Damasus &c* Extat aliud Epigramma de iisdem sanctis ex pag. 1173. num. 11. quod infra reponemus, quando & Baronius cum superiori coniūnxit. *Eratque Romæ illustris memoria horum Martyrum, cuius confessionem Symmachus Papa exornavit, apud Anastasium legimus.* Extitisse vero credibile est via Salaria veteri, in Cœmeterio Basillæ, vbi horum sanctorum natale ponunt die 2. Septembris, Martyrologium Romanum, & Adonis, & Notkeri. *Via Sa-*

A *laria in Cœmeterio Basilla.* Vsuardus autem *Via Salaria*, simpliciter. Eorum sacræ reliquiæ sub Clemente Papa VIII. ab Ecclesia sancti Salvatoris prope Pontem sanctæ Mariæ Transtyberim posita, ad Ecclesiam sancti Ioannis Baptistæ Florentinæ Nationis, solenni pompa fuere translatæ anno Domini 1595. die 21. Iunij. refert Baronius in Martyrologio, & nos oculati testes sumus, eratque in dicta Ecclesia, quæ sancti Salvatoris in pede pontis dicta, monumentum tale: *Sub hoc lapide quiescunt sanctorum corpora Gloriosissimorum Proti, & Tacinthi.* Superioris vero inscriptionis Damasi, ac marmoris anterior pars extat adhuc in Ecclesia sanctorum Quatuor Coronatorum, reliqua parte recenter suppleta, hoc titulo præposito. *Fragmentum Carminum sancti Damasi Papa, ex templi pavimento, hic repositum, & suppletum.* Ex his nimirum Palatinis membranis. De gestis horum sanctorum
B Martyrum plura habentur in martyrio sanct. Eugeniæ apud Metaphrastem, quæ apud Lippomanum tom 5. Surium tom. 6. & sanctus etiam Gregorius in Antiphonario, & libro Sacramentorum, de iisdem sanctis Martyribus Antiphonam, & Missam habet.

CARMEN XXVIII.

Epitaphium Irenes Sororis.

HOc tumulo sacrata Deo nunc membra quiescant.
Hic soror est Damasi, nomen si quaris, Irene,
Voverat hac sese Christo, cum vita maneret,
Virginis vt meritum sanctus pudor ipse probaret,
Bis denas hiemes nec dum compleverat atas,
Propositum mentis pietas veneranda puella,
Magnificos fructus dederat melioribus annis,
Te germana soror nostri nunc testis amoris,
Cum fugeret mundum dederat mihi pignus honestum,
Quum sibi cum raperet melior tunc regia cæli,
Non timui mortem, cælos quod libera adiret,
Sed dolui, fateor, consortia perdere vita.
Nunc veniente Deo nostri reminiscere Virgo,
C *Vt tua per Dominum prastet mihi facula lumen.*

NOTÆ.

BAronius pag. 910. Appendicis, anno Christi 584. L. Porro aureas illas de Virginitate lucubrationes, ad sanctam sororem virginem Irenem nomine à Damaso scriptas fuisse putamus, quam & defunctam prosecutus est Epitaphio, quod diu latens, Dei beneficio his diebus in lucem emersit, sic se habet.] hactenus ipse. Extitisse autem hoc Epitaphium in basilica sancti Sebastiani ad Catacumbas crederem, cum Anastasius Bibliothecarius dicat de Damaso. [Hic fecit basilicas duas, vnam iuxta Theatrum sancto Laurentio, & aliam via Ardeatina vbi requiescit in Catacumbis &c.] & in fine. [Qui sepultus est via Ardeatina in basilica sua 3. Idus Decembris, iuxta matrem suam, & germanam.] Viam Ardeatinam cum Appia sæpe confundunt ob vicinitatẽ: vel quia illuc protendebatur, sic & in gestis S. Sebastiani legitur, quod SS. Marcus & Marcellinus [sepulti sunt via Appia, milliariò secundo
D ab Vrbe, in loco qui vocatur Ad arenas, quia Cryptæ arenarum illi erant, ex quibus Vrbis mœnia struebantur.] In Martyrologio, ac Breviario legitur in via Ardeatina.

V. vlt. *Vt tua per Dominum.*) per extensum edidit Baronius, nam ex membranis D.M. habet.

CARMEN XXIX.

De Sepulchro suo.

HIc congesta iacet quaris si turba piorum,
Corpora sanctorum retinent veneranda sepulchra,
Sublimes animas rapuit sibi regia cœli.
Hic comites Xysti portant qui ex hoste tropaa,
E *Hic numerus procerum servat qui altaria Christi,*
Hic positus longa vixit qui in pace sacerdos,
Hic Confessores sancti, quos Græcia misit,
Hic iuvenes, puerique, senes, castique nepotes,
*Quis * mage virgineum placuit retinere pudorem.* *Queis.
Hic fateor Damasus volui mea condere membra,
Sed cineres timui sanctos vexare piorum.

NOTÆ.

VIdit Baronius, & ex hoc loco exscripsit 913. pag. dicens: [Rursum de loco suæ sepulturæ apud sanctos Martyres collocandæ, nisi ipsum reverentia absterruisset, extat eiusdem Damasi eiusmodi Inscriptio &c.] Versu antepenultimo pro Quis reponit queis, idest quibus. Est & aliud Epitaphium illius loco quod habuimus supra ex Baronij tom. 8. Intellige hoc loco de Cœmeterio Callisti ad sanctũ Sebastianũ, ibidemque positum fuisse dicendum est, nam & superius, F
& sequentia duo monumenta ex eodem loco sunt exscripta; ex quo verisimile est & illud. Xysti tamen II. Pontificis socij de quibus in Epigrammate in Cœmeterio Prætextati eadem via Appia sepulti leguntur, In Romano ac Vsuardi Martyrologiis, & apud Anastasium Bibliothecarium; apud quos & Bedam nomina leguntur ipsorum Felicissimi, & Agapiti Diaconorũ, Vincentij, & Stephani Subdiaconorum. Item & beatus Quartus, ex sancti Cypriani relatione Martyrol. ac ipse etiam Xystus in Cœmeterio Callisti, apud eundem Anastasium Bibliothecarium, & Romanum, ac Bedæ, & Adonis Martyrologum. Cœmeterium autem Prætextati contiguum, & pars Cœmeterij Callisti fuit, quod bene affirmat & illorum gnarus Bosius in notis ad sanctæ Cæciliæ passionem, & Panvinius de Cœmeteriis hæc habet. *Cœmeterium sancti Damasi Papa inter vias Ardeatinam, & Appiam.* De quo Damasi cœmeterio, in Ioanne septimo Papa scribit Anastasius. *Laboravit autem & in Cœmeteriis beatorum martyrum Marcelli, & Marci, Damasique sancti Pontificis.* Quod si idem non est cum Callisti Cœmeterio, erit contiguum, & pars etiam illius, nam & Anastasius scribit G
de Damaso vt in superiori etiam retulimus. [Hic fecit duas Basilicas vnam &c. & aliam via Ardeatina vbi requiescit in Catacumbis.] Et paulo infra: [Qui sepultus est via Ardeatina in Basilica sua 3. Id. Decemb. iuxta matrem suam, & germanam.] Et Beda de temporibus iisdem verbis: [Damasus Romæ Episcopus, fecit Basilicam iuxta Theatrum sancto Laurentio, & aliam in Catacumbis, vbi iacuerunt corpora sancta Apostolorum Petri, & Pauli &c.] Et Ado in Chronico eadem ad Verbum quæ Beda, & alij: facit ad ea, quæ Damasus in fine Epigrammatis dixit, lex. 3. Cod. de sacrosanctis Ecclesiis. [Impp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius AAA. Pancratio P.V. Nemo Apostolorum, vel Martyrum sedem humanis corporibus existimet esse concessam.] Et postmodum Carolus Imperator Magnus in Capitular. Franciæ lib. 1. num. 159. De sepultura vbi non fiat sanxit; [vt nullus deinceps in Ecclesia mortuum sepeliat.] Certe ob Ecclesiæ venerationem, nam in Concilij Tiburcieñ. Canone 17. habetur. [Nullus laicus in Ecclesia sepe- H
liatur, nisi in communi Cœmeterio: Corpora tamen antiquitus in Ecclesia sepulta nequaquam proiiciantur, sed pavimento desuper facto, nullo tumulorum vestiglo apparente, Ecclesiæ reverentia conservetur.]

V. 5. *Hic numerus procerum servat qui altaria Christi.* sic infra.

Gorgonium retinet servat qui Altaria Christi.

CARMEN XXX.

In SS. Apostolorum Catacumbas.

HIc habitasse prius sanctos cognoscere debes,
Nomina quisque Petri pariter Paulique requiris,

Discipulos Oriens misit, quod sponte fatemur,
Sanguinis ob meritum Christumque per astra sequuti,
Æthereos petiere sinus & regna piorum.
Roma suos potius meruit defendere cives.
Hæc Damasus vestras referat nova sydera laudes.

NOTÆ.

EXtabant olim hi versus ad Basilicam S. Sebastiani, in quo loco SS Apostolorum Petri, & Pauli corpora iacuerunt, Platoniamque eam dixere, vt apud Bedam, qui scribit. [In quo loco Platoniam ipsam vbi iacuerunt corpora sancta versibus adornavit.] Apud Anastasium, qui ait. [Et ædificavit Platoniam, vbi corpora Apostolorum iacuerunt, id est Petri, & Pauli, quam & versibus ornavit.] Apud Adonem, qui eadem quæ Beda. Breviarium Romanum. [Platoniam etiam vbi corpora sanctorum Petri & Pauli aliquandiu iacuerunt ædificavit, & exornavit elegantibus versibus.] & apud alios, qui de his Carminibus etiam mentionem fecere, quod & affirmat Baronius in Appendice post 12. tom. pag. 911. qui ex hac editione hos versus protulit, in hæc verba. [Quod pertinet ad Epitaphium ibidem ad Catacumbas inscriptum, idem in chartis hactenus conservatum, hic tibi in integrum reddimus.] Platoniam vero dictam puto à fabrica & concamerationis latitudine, sic & Platonem dictum refert Laertius à frontis latitudine, sed ob latitudinem pectoris, apud Suidam, seu amplitudinem orationis. Bibliothecarius de Sixto III. scribit. [Hic fecit Platoniam in Cœmeterio Callisti via Appia &c.] forte instaurauit, vel ornavit, Vide tamen Baronium tom. 4. aliter Platoniam interpretantem. Ad huius vero Epigrammatis intelligentiam libet hæc afferre verba Epistulæ S. Gregorij Papæ registri lib. 3. cap. 30. ad Constantinam Augustam. [De corporibus vero beatorum Apostolorum quid ego dicturus sum? dum constet, quia & tempore quo passi sunt ex Oriente fideles venerunt, qui eorum corpora sicuti civium suorum repeterent, quæ ducta vsque ad secundum Vrbis milliarium, vsque ad locum qui dicitur ad Catacumbas collocata sunt, sed cum exinde levare omnis eorum multitudo conveniens niteretur, ita eos vis tonitrui atque fulguris nimio impetu terruit atque dispersit, vt talia denuo nullatenus attentare præsumerent. Tunc autem exeuntes Romani, eorum corpora, qui hoc ex Domini pietate meruerunt, levarunt, & in locis vbi nunc condita posuerunt.] Qua de re audi Anastasium Bibliothecarium, cuius liber de Rom. Pontificibus ex ipso Damaso derivatus creditur, de sancto Cornelio Papa sic loquentē: [Hic temporibus suis rogatus à quadam Matrona Lucina, corpora Apostolorum Petri, & Pauli de Catacumbis levavit noctu. Primum quidem corpus beati Pauli beata Lucina posuit in prædio suo via Ostiensi, ad latus vbi decollatus est, beatus vero Cornelius Episcopus accepit Corpus B. Petri Apostoli, & posuit iuxta locum, vbi crucifixus est inter corpora sanctorum Episcoporum, in templo Apollinis in montem aureum in Vaticano Palatij Neroniani 6. Kal. Iulij.] Quid autem postea ad hæc sancta Apostolorum Corpora rogatu sancti Silvestri egerit Constantinus Imperator, idem Anastasius ex eodem Damasi fonte hæc scribit. [Item his temporibus fecit Aug. Constantinus ex rogatu Silvestri Episcopi basilicā beati Petri Apostoli in templo Apollinis, cuius loculum cum corpore sancti recondidit, ipsum loculum vndique ex ære Cyprio conclusit, quod est immobile. Ad caput pedes quinque, ad pedes, pedes quinque. Ad latus dexterum pedes quinque. Sic inclusit corpus beati Petri Apostoli, & recondidit, & ornavit supra ex columnis porphyreticis, & alias columnas vitineas, quas de Græcia perduxit.] & infra. [Eodem tempore fecit Augustus Constantinus basilicam beato Paulo Apostolo, ex suggestione Sylvestri Episcopi, cuius corpus sanctum ita recondidit in ære, & conclusit, sicut & beati Petri Constantinus Augustus.]

CARMEN XXXI.

De Sancta Eutychia.

EVtychius Martyr crudelia iussa tyranni
Carnificumque vias pariter tunc mille nocendi
Vincere quod potuit, monstravit gloria Christi.
Carceris inluviem sequitur nova pœna, per artus
Testarum fragmenta parant, ne somnus adiret,
Bis seni transiere dies, alimenta negantur,
Mittitur in barathrum, sanctus lavat omnia sanguis
Vulnera quæ intulerat mortis metuenda potestas,
Nocte soporifera turbant insomnia mentem,
Ostendit latebra insontis quæ membra teneret,
Quæritur, inventus colitur, fovet, omnia præstat.
Expressit Damasus meritum, venerare sepulchrum.

NOTÆ.

MArtyrologium Romanum 10. Februarij *Romæ S. Eutychij martyris, qui illustre martyrium consummavit, sepultusque in Cœmeterio Callisti, cuius sepulchrum S. Damasus Papa versibus exornavit.* Et hoc Epigramma ad hanc diem extat in marmorea tabula incisum in Basilica S. Sebastiani, melius, ac fidelius vt in saxo, editū à Panuinio in libro de septē Ecclesiis Vrbis, & à Baronio in Martyrologio tum etiam 12. in Appendicibus: ex hoc tamen inscriptionum libro, ac vt legitur in eo; nos autem illud cum archetypo contulimus, ac vt supra exscripsimus. Nam versu 3. Panuinius scribit, *monstrante*, Baronius in Martyrolog. *monstrantis.* versu 8. inscriptionum liber. *tulerat.* lapis habet. *intulerat.* ac sequitur versus, ac principium alterius, vt superius habes, quod in eo libro deficit, duorum enim versuum medietatem in vnum transcripsit, ac ex duorum parte vnum fecit. Corpus autem S. Eutychij ex hoc loco translatum iacet in Basilica S Laurentij titulo Damasi, sub ara maiori, vbi & Damasi ipsius extant corporis reliquiæ legiturq; *sub hoc Altari condita sunt Corpora S. Damasi Papæ & Confessoris, & sancti Christi martyris Eutychij.*

CARMEN XXXII.

De Incerto Martyre Græco.

IAmdudum quod fama refert, te Græcia misit.
Sanguine mutasti patriam, civimque fratremque
Fecit amor legis, sancto pro nomine passus
Incola nunc Domini servas qui altaria Christi,
Vt Damasi precibus faveas precor inclyte martyr.

NOTÆ.

VErsu secundo *fratremque* reposui carminum legis necessitate, fratrem enim solummodo est in exemplari, vel potius *civem quoque fratrem.* Hoc vero Epigramma sicut cætera alia, non fuit à Baronio exscriptum, credo quia incerti nominis martyr, licet patria Græcus.

CARMEN XXXIII.

De SS. Proto, & Hyacintho.

ASpice descensum, cernes mirabile factum,
Sanctorum monumenta vides patefacta sepulchris.
Martyris hic Proti tumulus iacet atque Hyacinthi,
Quem cum iamdudum tegeret mons, terra, caligo,
Hoc Theodorus opus construxit Presbyter instans
Vt Domini plebem opera maiora teneret.

A

NOTÆ.

EX pag. 1172.num.9. post aliud superius reponendum. Cum & Baronius tamquam Damasi cum illo coniunxerit, ambo namque Epigrammata sunt de sanctis Proto, & Hyacintho, ac Damasum hoc etiam redolet.

CARMEN XXXIV.

De Sancto Marco Papa.

Vita fuit Marci, quam novimus omnes
Ore Dei posset qui temnere mundum
B *Oravit populus quod disceret omnis,*
Grandis honor vita contemptus habeadi
** Virtus tenuit penetralia cordis*
Te custos Christi perfectus amicus.
Et Damasus tumulum cum reddit honorem,
Hic Marcus, Marci vita, F. id nomine censere,
Et meritis.

NOTÆ.

PRo sepulchro sancti Marci Papæ Baronius etiam ibid. pag. 909. [Extat eiusdem sancti Marci Epitaphium à Damaso Papa conscriptum, quod nuper in lucem emissum ipsi reddendum curavimus, vt eumque vindicatum ab iniuria temporis.] Sic ille. Positum autem fuisse in Cœmeterio Balbinæ via Ardeatina dicendum, cum ibi sepultus fuerit teste Anastasio de quo ipse ait: [Hic fecit duas basilicas, vnam via Ardeatina vbi requiescit, & aliam in vrbe Roma iuxta Palatinas,] & ad finem: *Qui etiam sepultus est in Cœmeterio Balbina, via Ardeatina.* Et in Breviario legitur *sepultus est in Cœmeterio Balbina.* In Romano
C Martyrologio habetur 7. *Octobris Roma via Ardeatina depositio sancti Marci Papa & Confessoris.* Beda autem sic. [Romæ via Appia natale sancti Marci Episcopi, & Confessoris, qui sedit in Episcopatu annos &c. qui etiam sepultus est in Cœmeterio Balbinæ via Ardeatina.] Quæ iisdem verbis in Martyrologio Adonis, qui addit, *In Cœmeterio Balbina via Ardeatina, quod ipse insistens fecit.* Vsuardus etiam, & Notkerus *Roma via Appea &c.* Appia autem via, & Ardeatina, vt aliaß diui contiguæ erant. Iacet vero hoc tempore sancti Marci corpus in Ecclesia sancto Marco Evãgelistæ ab ipso sancto Pontifice ædificata. Quo autẽ tempore huc translatum fuerit non reperi, antiquissimo autem fuisse scimus, forte à Gregorio quarto, qui apsidem ipsius Ecclesiæ musivo ornavit opere, & quam tempore sacerdotij sui regendam susceperat, & qui plurima dona illi obtulit, vt refert Anastasius.

CARMEN XXXV.

De Sancto Tarsicio.

D *PAr meritum quicumque legis cognosce duorum,*
Quis Damasus rector titulos post præmia reddit.
Iudaicus populus, Stephanum meliora monentem
Perculerat saxis, tulerat qui ex hoste tropæum
Martyrium primus rapuit Levita fidelis.
Tarsicium sanctum Christi sacramenta gerentem,
Cum male sana manus peteret vulgare profanis,
Ipse animam potius voluit dimittere casus.
Prodere quam canibus rabidis cœlestia membra.

NOTÆ.

ACcipe, & *eiusdem Damasi Epigramma de Tarsicio martyre sacram Eucharistiam gestante.* Idem Baronius, qui versu antepenultimo, quod ea membranis Palatinis *pulgare* perperam legitur, legendum credit
E *peteret vulgare.* qua dicendi formula, & Ovidius 1. de arte amandi vtitur.

Quis Cereris ritus audet vulgare prophanis.

Tropæum autem hoc loco sine aspiratione scriptum veteri more, Cicero in Oratione ad Brutum, [cum scirem ita maiores locutos esse, vt nusquam nisi in vocali, aspiratione vterentur; loquebar sic vt poleros, & Cetegos, triumpos, Cartaginem &c.] passim in antiquis inscriptionibus tropæum legitur: Græci *τροπαῖον* vide Nonium. Ad Epigrammatis intelligentiam vide Martyrolog. 15. Augusti, vbi, & *via Appia in Cœmeterio Callisti sepultus*, quod & in martyrio S. Stephani Papæ apud Metaphrastem 2. Augusti, qui est apud Lipoman. to. 7. apud Surium to. 4. de quo & Petrus in Catalogo l. 7. cap. 66. Vide & notationem Baronij in Martyrolog. ac ne mireris Acolytum Christi
F Corpus gestantem. Huius Sancti Corpus in Ecclesia sancti Silvestri in Campo martio requiescere docet vetus marmorea inscriptio cui hic titulus † [In n. Domini hæc est noticia nataliciorum Sanctorum hic requiescentium.] deinde sequitur, [Mense Iulio die xxvi. n. Scor. Zeferini Papæ, & Tarsicij Martyris] Varietas est dierum festivitatis illius; nam Martyrologium die 15. Augusti. In martyrio sancti Stephani Papæ 2. die Augusti, in marmoreo Kalendario sancti Silvestri, 26. Iulij: nasci potuit à die Martyrij, & Translationum reliquiarum illius. Est & alius Tarsicius martyr Alexandriæ passus, cum Zotico & Cyriaco, in Martyrologiis 31. Ianuarij.

CARMEN XXXIV.

De SS. Martyribus Chrisantho, & Daria.

HIc votis paribus tumulum duo nomina servant
Chrysanthi, Dariæ, nunc venerandus honor.
Effera quem rabies, neglecto iure sepulchri
Sanctorum tumulos præda furentis erat.
Pauperis ex censu melius nunc ista resurgunt.
G *Divite sed voto plus placitura. Deo.*
Plange tuum gens sæva nefas, periere furores
Crevit in his Templis per tua damna decus.

NOTÆ.

SVnt Damasi versus, Gregorij Turon. testimonio in libro de miraculis in gloriam Martyrum cap. 38. ad finem, dum loquitur de Basilica sanctorum Chrysanthi, & Dariæ, his verbis. [Damasus Antistes sanctæ Sedis Apostolicæ iussit diligentius operire fenestram, vbi & versibus decoravit locum &c.] Non exscripsit Baronius vt alios; meminit tamen in Martyrologio ex Gregorio dum ait. [De eorum corporum inventione, & de epitaphio sancti Damasi Papæ ad sepulchrum eorum conscripto &c.] Colligimus extitisse hanc basilicam vel Cryptam via Salaria; nam legitur ex vetustis manuscriptis codicibus apud Surium 17. Ianuarij de inventione sancti Diodori, & aliorum his verbis. [Beatus igitur Chrysanthus & Daria virgo &c. Imperatoris furiâ extra Portam Romanæ Vrbis via Salaria in arenario depositi, terra, & lapidibus
H obrui iussi sunt vivi.] Et lectio Romani Breviarij 25. Octobris hæc habet: [Deinde in Arenariam quæ est via Salaria vterque ductus, effossa terra lapidibus obruti, parem Martyrij Coronam adepti sunt.] Et Martyrologium Romanum dicta die 25. [Iussi sunt à Numeriano Imperatore via Salaria in Arenario deponi, atque illic viventes terra, & lapidibus obrui.] Eadem Vsuardus eademque die. Beda vero, & Ado prima Decembris: Græci etiam in Menologio, & in vita apud Metaphrastem 19 Martij. quæ dierum festivitatis varietas à die martyrij aut inventionis, aut translationis nasci potuit. Et Gregorius Turon. inquit. [Etiam Cryptam super eis miro opere fabricatam, quæ in arcum postea transvolutum firmissima stabilitate subsistebat.]

stebat.] Et Anastasius in Adriano scribit. [Sed, & basilicam sancti Saturnini in prædicta via positam vna cum Cœmeterio sanctorum Chrysanthi, & Dariæ renovavit.] Alio autem ordine scripta habes hæc carmina eodem libro pag. 1171. sed de octo versibus quatuor posteriores tantummodo, ac legitur *Paupes excessu melius nunc ista resurgunt.* Propterea ex hoc libro addidimus verbum illud, *melius*, vt integer sit versus, illic autem legitur *excessu* hic vero *ex censu*. num. etiam 14. eiusdem folij solum priora duo sunt carmina, & legitur versu secundo. *Chrysanthi Daria nam venerandus honor.* ac duo sequentia cum alio Epigrammate etiam pag. 1171. num 16. Quorum sanctorum corpora à Stephano Papa V I. Anno Domini 886. Pontificatus anno primo cum aliis reliquiis inventa ex eoque loco translata in Lateran. Palatium, & ad basilicam sanctorum xii. Apostolorum, & alibi, condidit, ac largitus est, vt habetur in historia inventionis sanctorum Diodori, & aliorum apud Surium tomo 1 die 17. mensis Ianuarij, de qua etiam Petrus in Catalogo lib. 1. cap. 12. Quorum etiam sanctorum Chrysanthi, & Dariæ altare in basilica Lateran. sub apside fuit, in quo ipsorum corpora recondita olim fuerat, sed quum tempore quo Ecclesia corruit sub Stephano VI. pollutum, & dirutum fuisset, translata sunt in Oratorium sanctæ Mariæ, & sancti Pancratij martyris, quod erat in dextro latere basilicæ, vbi nunc sacrarium est, ibique sub altare ipsius Oratorij recondita sunt, vt scribit Panuinius de septem Ecclesiis in sancti Ioannis templo, refert tamen Sigonius de Regno Italiæ lib. 6. sub anno 947. Adelandum Episcopum Regiensem sancta martyrum corpora Chrysanthi, & Dariæ à Berengario impetrata Regium deportasse, quæ in hanc vsque diem Regienses religione præcipua venerãtur. Et in officiis sacris civitatis Regij habentur lectiones, & in Translatione eorumdem sanctorum vbi legitur Anno Domini 915. à Ioanne X. Papa Berengarium horum sanctorum corpora impetrasse, ipsi vero Adelardi Episcopi precibus concessa.

CARMEN XXXVII.

De Sancto Laurentio.

VErbera, carnifices, flammas, tormenta, catenas
Vincere Laurenti sola fides potuit.
Hæc Damasus cumulat supplex altaria donis,
Martyris egregium suspiciens meritum.

NOTÆ.

ET Baronius dicto tomo 12. in appendice, cum aliis tribus ea pag. 1164. ij vt supra sunt de Ecclesia sancti Laurentij titulo Damasi. Quo in loco & sequens extabat. Damasique nostri esse non dubitandum, Ediditque Sirmondus in notis ad Synodum his verbis. [Huc autem facit antiquum Vrbis Epigramma quod reliquis è Bibliotheca Palatina vulgatis addi licet, ex codice sanctæ Mariæ Virdunen.].

CARMEN XXXVIII.

De Sacro Fonte Ecclesiæ S. Laurentij.

ISte salutaris Fons continet inclytus undas,
Et solet humanam purificare luem.
Munia sacrata quæ sint vis scire liquoris?
Dant regnatricem flumina sancta fidem.
Ablue fonte sacro veteris contagia vitæ.
O nimium felix vive renatus aqua,
Hunc fontem quicumque petit, terrena relinquit,
Subruit & pedibus cæca ministeria.

NOTÆ.

NOto in Prasino dici Ecclesiam sancti Laurentij in Damaso, quo nomine dictam puto, cum hæc Basilica iuxta Circum Flaminium posita fuerit, quia hic forte locus erat in quo stabat factio Prasina: Stabula autem quatuor factionum ponunt. Sext. Rufus & P. Victor, non longe à Circo Flaminio. Vide Panvinium de Ludis Circen. lib. 1. cap. 10. qui & hoc loco in fundamentis repertam basim cum inscriptione Agitatorum harum factionem affirmat, quatuor autem illæ factiones vocabantur Prasina (id est viridis) Veneta, Albata, & Russata, nimirum à colore vestium.

CARMEN XXXIX.

De Fontibus Vaticanis.

CIngebant latices montem, teneroque meatu
Corpora multorum cineres atque ossa rigabant.
Non tulit hoc Damasus communi lege sepultos
Post requiem tristes iterum persolvere pœnas,
Protinus adgressus magnum superare laborem
Aggeris immensi deiecit culmina montis.
Intima sollicite scrutatus viscera terræ
Siccavit totum quidquid madefecerat humor,
Invenit fontem, præbet qui dona salutis.
Hæc curavit Mercurius Levita fidelis.

NOTÆ.

EX tabula marmorea quæ extat in subterraneis Cryptis Vaticanæ basilicæ. Monumentum est de fontibus Vaticanis sancti Petri olim dilapsis, ac dispersis, à Damaso Papa, ne mortuorum corpora labefactarent. monte exciso, exsiccatis aquis, ac reperto fonte in salutaris baptismi vsum, curante Mercurio Diacono Edidit Baronius tom. Annal. 4. sub anno Christi 384. Damasi 18. sed male legitur apud ipsum lacus pro latices in primo versu: exscriptum enim fuerat ex manuscriptis basilicæ illius. De eodem fonte baptismali sancti Petri vide etiam Damasi carmen infra ex inscriptionum libro, & pag. 1163. num. 10. de quibus fontibus, & Prudentius in Peristephanon, de Passione Apostolorum Petri, & Pauli.

Dextra Petrum regie tectis tenet aureis receptum
Canens oliva, & murmurans fluento
Namque supercilio saxi liquor ortus excitavit
Fontem perennem Chrismatis feracem,
Nunc preciosa ruit per marmora lubricatque clivum
Donec virenti fluctu, & Colymbo
Interior tumuli pars est vbi lapsibus sonoris
Stagnum nivali volvitur profundo &c.

Et sanctus Paulinus Epistola 31. ad Alithium Episcopum qui de fontibus in atrio sancti Petri, dum elegantissime describit basilicam ipsam, ac fontes prædictos. His Damasi carminibus recens addita fuit memoria talis ibidem.

Paulus V. Pont. Max. carmina à S. Damaso PP. I. ante annos MCCL. ob exsiccatam ab se humiditatem in vetere huius Basilicæ pavimento multorum in Christo quiescentium memorias labefactantem edita suoque iussu hoc marmore incisa ad veneranda antiquitatis monumentum pie servatum ex Templi eiusdem ruinis hic reponi mandavit Anno M. D C. V I I.

Ex Baronij tom. 8. in addendis ad tomum quartum pag. 789. Appendicis cum sequentibus, & dicto to. 4. addita in secunda aditione pag. 449.

CARMEN XL.

De Fontibus.

QVi peccatorum sordes abolere priorum,
Terrenisque optas maculis absolvere vitam,
Huc ades ad Christi fontem sacrumque liquorem,
Corpus vbi ac mentes pariter sensusque lauantur
Æternumque datur casto Baptismate munus.
Hanc autem fidei sedem construxit ab imo
Militia clarus titulis aulaque fidelis
Romanaeque vrbis Praefectus Longinianus.

NOTÆ.

PRimo versu legendum videtur ABOLERE PRIORVM non *piorum*. Vers. 5. ÆTERNVM non *Æternam*. In antepenultimi fine, AB IMO non *autem vno*.

Carminum Finis.



EVAGRII AD ANATOLIVM DE OCTO VITIOSIS Cogitationibus, Liber.

EX MAGISTRO S. PALATII.

QVi res Euagrij parum perspectas habuere, ipsum quandoque laudant, vt Socrates Nouatianus, lib. 4. hist. eccl. c. 18. & Sozomenus aque Nouatianus lib. 6. c. 30. Ide fecit Gennadius in catalogo qui etia Euagrio miracula tribuit. Sed Gennadius nimium Pelagianis fauens nihil mirum si Pelagianorum parentem Euagrium laudibus tollat, & falsa adscribat miracula. De Palladio Galata, qui eundem Euagrium mirificè celebrauit, silemus modo quod eidem in impietate & haresi par, eiusdemque discipulus existens, mulus mulum mutuo scabit. At æstimemus Euagrium è propriis pretiis, fuisse hæreticum Origenistam Pelagianisque errandi amplissimam exhibuisse materiam, mirum si iam non omnibus sit exploratissimum: Audiamus quid de eo Patres, S. Hieron. epist. ad Ctesiphontem, Tom. 2. hac de Euagrio habet: Evagrius Ponticus Hyperborita, qui scribit ad virgines, scribit ad monachos, scribit ad eam, cuius nomen nigredinis, testatur perfidiæ tenebras, Melaniam intellegit, edidit librum & sententias περὶ ἀπαθείας, quam nos impassibilitatem, vel perturbationem possumus dicere, quando nunquam animus, vllo perturbationis, vitio commouetur, vt simpliciter dicam, vel saxum vel Deus est. Huius libros per Orientem Græcos & interprete eius discipulo Rufino Latinos plerique in Occidente lectitant. Qui librum quoque scripsit quasi de monachis, multosque in eo numerat, qui nunquam fuerunt, & quos fuisse scribit Origenistas, & ab Episcopis damnatos esse non dubium est, Ammonium videlicet & Eusebium & Euthimium & ipsum Euagrium, Or quoque & Isidorum & multos alios quos enumerare tadium est, & iuxta illud Lucretij:

Ac veluti pueris absynthia tetra medentes
Cum dare conantur prius oras pocula circum
Contingunt dulci mellis flauoque liquore.

Ita ille vnum Ioannem in ipsius libri posuit principio, quem catholicum & sanctum fuisse dubium non est, vt per illius occasionem cæteros, quos posuerat, hæreticos Ecclesiæ introduceret. Hac S. Hieronymus. Qui etiam præfatione in lib. 4. super Hierem. ista scribit: Commentarios in Ieremiam per interualla dictabam, vt quod deerat otio, superesset industria, cum subito, hæresis Pythagoræ, & Zenonis ἀπαθείας καὶ ἀναμαρτησίας, id est impassibilitatis, & impeccantiæ, quæ olim in Origene, & dudum in discipulis eius Grunnio, Euagrioque Pontico, & Ioniniano iugulata est, cœpit reuiuiscere, & non solum in Occidentis, sed & in Orientis partibus sibilare, & in quibusdam insulis, præcipueque Siciliæ & Rhodi, maculare plerosque & crescere per dies singulos, dum secreto docent & publice negant. Et alia subiicit in eandem sententiam.

At quanti semper fecerit Ecclesia Romana iudicium S. Hieronymi in his quæ ipse de Rufino, Evagrio, Palladio, aliisque plurimis (quos ipse probe norat & in cute nouerat) eorumque scriptis censuerit, Audi S. Gelasium primum in Concil. Romano septuaginta Episcoporum, memorandam istam sententiam proferentem. Item Rufinus vir religiosus plurimos Ecclesiastici operis edidit libros, nonnullas etiam scripturas interpretatus est; sed quoniam B. Hieronymus eum in aliquibus de arbitrij libertate notauit; illa sentimus quæ prædictum B. Hieronymum sentire cognoscimus. Et non solum de Rufino, sed etiam de diversis, quos vir sæpius memoratus zelo Dei, & fidei religione reprehendit. Hoc S. Gelasius, cuius documentum eo tenacius mente suscipiendum ac retinendum videtur, quod diuina prouidentia factum fuerit, vt S. Hieronym. multorum, qui suo tempore sub religionis & pietatis habitu hæresum venena fundebant, ipso fraudes, technas, dolos, errores deprehensos in publicum produderit, eiusque ea in re iudicium Romana Ecclesia probauerit, ne deinceps tam multi lupi in vestimentis ouium gregi Dominico imponerent, eundemque mactarent, cum alioqui etiam cautissimos decipere potuerint. Eiusmodi fuere Rufinus, Euagrius, Palladius, & alij monachi Origenistæ, quos Hieronymus, vt nuper vidimus, indicauit.

Sed ad Euagrium redeamus, de quo hæc quoq. S. Ioannes Climax: Putauit Evagrius sapientissimũ se omniũ alacritate sensus fieri: sed fraude passus sibi mentitus est miser, insipientium insipientissimus ex hoc ipso ostensus est. Hæc idcirco Climax, quod Evagrius apatheiam introduceret. Porro Evagrium vna cum Origene, & Didymo Alexandrino tanquam hæreticum condemnatum, eiusque errores proscriptos in 5. synodo, auctores sunt S. Tharasius Episcopus Constantinopolitanus in confessione fidei, quæ habetur in secundo Nicæno Concilio actione 3. Niceph lib. 17. hist. cap. 27. Cedrenus in annalibus in Iustiniano eundem etiam Evagrium cum eisdem Didimo & Origene damnauit S. Martinus PP. & martyr, in Concilio Lateranensi, secretario quinto Canone 18. sed & Antiochus monachus, qui sub Heraclio vixit homilia de regno, quæ est 130. enumeratis multis hæresiarchis, hæc subdit. Post hæc hæreseon portenta fuerunt, hi Evagrius & Didimus, qui secundum dogma Origenis, puta præexistentiam rerum, atque earum restitutionem senserunt. Hoc ille. Ex quibus omnibus, & aliis quæ omittimus facile quisque dispiciet, quo loco & pretio Evagrius Hyperborita sit habendus.

Verum quod attinet ad opus istud, quod hic subiicitur, hæc de eo Gennadius cap. 11. catalogi. Scripsit Evagrius multa monachis necessaria, ex quibus ista sunt: Adversus octo principaliũ vitiorũ suggestiones, quas aut primus aduertit aut primus didicit octo ex sacrarũ scripturarũ testimoniis opposuit libros, ad similitudinem videlicet Domini, qui tentatori suo sẽper scripturarũ testimoniis obuiauit, ita vt vnaquaq; species, vel diaboli, vel vitiatæ naturæ suggestionum contra se haberet testimonium. Quod tamen opus eadem simplicitate, qua in Græco inveni, iussus in Latinum transtuli. Ita Gennadius. Ex cuius assertione satis videtur opus istud, quod hic ponitur non esse ipsum integrum, vt ab Evagrio scriptum fuit, sed decurtatum ex illo, & quasi illius summam & epitomen: cum diuisum fuerit in octo libros multis scripturarum testimoniis instructos; quod tamen non cernimus in isto breui libello.

A OCTO summa vitiosarum cogitationum genera sunt, sub quibus omnis cogitatio continetur. Prima est gulæ, secunda libidinis tertia auaritiæ, quarta tristitiæ, quinta iræ, sexta desidiæ, septima inanis gloriæ, octaua superbiæ. Hæ autem omnes, vt animæ negotium facessant vel non facessant, in nobis haud quaquam situm est: vt autem in ea moram trahant, vel non trahant, aut perturbationes excitent, vel non excitent, id vero nostri arbitrij ac potestatis est.

De gula. Gulæ cogitatio in monacho in mentem immittit, vt quam celerrime à colendæ pietatis instituto desciscat, stomachi nimirũ, & hepatis & splenis dolores, & hydropisim & diuturnum morbum, & rerum necessariarum penuriam, ac medicorum inopiam ob ipsius oculos depingens. Quin persæpe quoque memoriam quorumdam fratrum nobis refricat, qui in hæc incommoda B inciderunt Atq; interdum etiam eos ipsos, qui eiusmodi incõmodis affecti fuerunt, inducit, vt cõtinentiæ studiosos adeant, suaique calamitates ipsis exponãt, seque eas monasticæ vitæ asperitate contraxisse asserant.

De libidine. Libidinis dæmon variorum corporum desiderio animas inflammat, acriusque eos, qui continentiæ student, vrget: quò nimirum tanquam frustra laborantes, institutum suum abrumpant, atque animam inficiens, & dicere & rursus audire verba facit, non secus ac si res ipsa cerneretur, ac præsto esset.

De auaritia. Auaritia longam senectutem, manuumque in conficiendis operibus imbecillitatem & famem futuram, & morbus euenturos, ac paupertatis molestias animo proponit, illudque præterea, turpe ac probrosum esse, ea, quæ necessaria sunt, ab aliis accipere.

De tristitia. Tristitia nonnunquã hinc oritur, quod quispiam cupiditatibus suis priuetur. Nonnunquam rursus iram comitatur. Ob priuationem itaque cupiditatum ita oritur. Cogitationes quædam priorum, & domum & parentes, ac pristinam vitæ rationem animæ in memoriam reuocant: Cumque eam, non repugnantem, sed C obsecundantem, atque in voluptatibus cogitatione conceptis sese diffundentem perspexerint, tum demum arreptam eam mœrore obruunt, tanquam videlicet pristinæ res non iam existant, nec deinceps, ob præsentis vitæ institutum, existere queant. Sic misera anima, quo magis in priores cogitationes diffusa est, hoc etiam magis in secundis contrahitur ac deiicitur.

De ira. Iracundia, acutissimus ac rapidissimus affectus est. Siquidem indignationis feruor & concitatio est aduersus eum qui læsit, aut læsisse videtur. Hæc porro cũ aliàs semper animam in rabiem agit, tum præsertim inter precandum mentem abripit, nimirum eius qui læsit personam velut sub oculis collocans. Interdum etiam, cùm inueterauit, atq; in irã mutata est, noctu tumultus ciet, corporisq; tabem & palloré ac ferarum incursiones Hæc autem quatuor, quæ post iram contingunt, quamplurimas cogitationes comitari quispiam reperiat.

De pigritia. Desidiæ dæmon, qui etiam meridianus vocatur, dæmonum omnium grauissimus est, ac monachum sub horam quartam aggreditur: animam autem ipsam ad horam vsque octauam obsidet. Ac primum quidem id facit, vt Sol torpidus aut etiã omnis prorsus motus expers esse, ac dies ipse quinquaginta horis constare vi- D deatur. Deinde, vt perpetuo ad fenestras monachus prospectet. Quin eũ quoq; ea cella exire cogit, atq; oculos in Solem defigere, ac perpendere quantum ab hora non adsit, ac deniq; huc atq; illuc circumspicere, num quis fratrum adsit. Quin etiam loci, atque ideo ipsius quoque vitæ, operisque manuũ odiũ ipsi iniicit: ac præterea eũ huc adducit, vt charitaté apud fratres defecisse credat, nec quemquã esse, cuius cõsolatione subleuetur, quod si quis etiam eum per hos dies molestiã quadam affecerit, odij incrementũ adiicit. Atq; insuper eũ ad aliorum locorum cupiditatem impellit, in quibus & quæ opus sunt facile nancisci, & faciliorem artẽ quæ q; ipsi fœlicius succedat, cõsectari queat. Illud etiã adiungit, ad hoc vt Deo quis placeat, nihil interesse quo loco degat: passim enim diuinũ numen adorari posse. E Cũ his autẽ, propinquorũ quoq; ac prioris vitæ generis memoriam coniungit. Tẽpus item vitæ longũ informat, Deo consecratæ vitæ labores ante oculos ipsi collocãs. Ac deniq; omné, vt dici solet, machinã mouet, quo monachus cellã relictã studium fugiat. Hunc autẽ dæmonẽ alius statim dæmon minimè sequitur: verũ solitarius quidam status, atque omnem sermonis facultatem excedens lætitia post certamen animam excipit.

De vana gloria. Inanis gloriæ cogitatio subtilissima est, atq; in eorũ animis facile nascitur, qui rectè & ex virtute viuũt: eorũ certamina peruulgare studẽs, atq; humanã gloriã aucupans, clamantesq; dæmones, ac mulierculas morbis liberatas effingens, ac deniq; quendã, qui vestẽ cõtingat. Quin sacerdotiũ quoq, deinceps auguratur, atq, homines, à quibus quæratur, ad fores collocat: quodque nisi spontè cedat, vinctus abducetur. Atq; eo ad hunc mo- F dum inani spe in altum sublato, discedit, vel superbiæ vel tristitiæ dæmoni tentandum iam eũ relinquens: qui quidẽ ipsi cogitationes ipsius spei aduersantes obiicit: interdum etiã eum, qui paulo ante venerandus ac sanctus sacerdos erat, libidinis dæmoni exagitandũ tradit.

De superbia. Superbiæ dæmon acerbissimum animæ lapsum accersit. Ipsam enim adducit, vt Deũ adiutoré minimè confiteatur, verũ sibiipsi, quæ rectè ac clare gerit, ascribat, atq; aduersus fratres vt væcordes ac stolidos intumescat: quod videlicet idẽ de se nõ omnes existimẽt Hanc autem sequitur ira, mœror, ac quod postremum malum est, mentis alienatio, & furor, atque copiosa dæmonum multitudo, quæ in aere conspicitur.

Quibus rebus Dei beneuolentia concilietur. Quinque sunt opera, quorum adiumento Dei beneuolentia conciliatur. Primũ, puta oratio. Secundũ Psalmorum decantatio. Tertiũ diuinorũ spiritus oraculorũ lectio. Quartũ peccatorũ, & mortis, ac magni iudicij cum animi dolore recordatio. Quintum, manuũ labor.

Si in corpore tanquam corporis expers Deo inseruire cupis, cura vt sine vlla intermissione precationem occulte in pectore tuo habeas. Sic enim anima tua ante mortem ad angelorum similitudinem accedit.

G Chrysost. de orat. Quemadmodum corpus hoc nostrum anima remota mortuũ ac fœtidũ est: sic etiã anima, quæ ad præcationẽ torpet, mortua & misera ac fœtida est. Quod autẽ quauis etiã morte acerbius existimãdũ sit oratione priuari, præclare nos docet Propheta Daniel: quippe qui prius duxerit mori, quã vel horæ momẽto precatione orbari. Dei crebrius recordari, quàm spiritũ ducere oportet.

Ad omnem anhelitum animi vigilantiam & nomen Iesu, & mortis meditationem atq; humilitatem adiunge. Ingentem enim ambæ vtilitatem afferre consueuerũt.

Fac sermonem de Deo frequentius quàm cibos repetat. Da operam vt crebrius Deum in mente habeas, quàm spiritum ducas.

Deus mente comprehendi non potest. Nam si in comprehensionem cadit, Deus certe non est.

Vis à Deo cognosci? Fac hominibus quàm maxime sis ignotus. Si illud semper memineris, rerum earum omnium, quas vel animo, vel corpore geris, inspectorem Deum esse, in nulla omnino actione peccabis, Deumque contubernalem habebis.

Homo nulla re propius ad Dei similitudinem accedit, quàm bene de aliis merendo. Illud tamen in beneficiis H dandis cauendum est, ne ea veluti quæstui habeamus.

Deus nullius ope eget: sapiens autem Deo duntaxat opus habet.

Deo dignum te istud demum reddet, si nihil Ipso indignum committas.

Deum tuum deniq; præclarissimè colueris, cum mentem per virtuté ad ipsius similitudinẽ expresseris. Sola enim eam animã ad id, quod ipsi cognatum est, trahit.

Homines tum demum meliores efficiuntur, cùm ad Deum appropinquant.

Quatuor virtutum officium. Sapiẽs homo, Deo cultũ ac venerationẽ adhibẽs, ab eo cognoscitur. Ac proinde nihil sua referre putat etiã si ab omnibus ignoretur. Prudẽtiæ munus in hoc cõsistit, vt eã animi partẽ, in qua iracundia existit, ad internũ

prælium

A prælium conferendum incitet. Sapientiæ autem, vt rationem ad exactam, perpetuamque vigilantiam impellat. Iustitiæ verò, vt partem eam, in qua libido sita est, tum ad virtutem, tum ad Deum dirigat. Fortitudinis denique, vt quinque sensus gubernet atque cohibeat, ne per eos, vel internus noster homo, hoc est animus, vel externus, hoc est corpus, spurcitiem vllã contrahat.

Definitio animæ.

ANima est viva, simplex, corpore vtens, atque ab oculorum sensu remota substantia, immortalis item, & ratione ac mente prædita. Quemadmodũ enim oculus in corpore, sic mens in anima dominabitur.

B Quæ sub cælo sunt, ac ratione vtuntur, partim pugnant, partim propugnant, partim oppugnant. Pugnant enim homines: Propugnant Angeli Dei: oppugnant impuri homines. Quamobrem nec propugnantium penoriâ, nec oppugnantium viribus, sed pugnantium socordiâ fit, vt rerum divinarum atque ipsius Dei cognitio in nobis non remaneat.

Quod propriè malum est, substantia non est, sed boni privatio: Quemadmodum etiam caligo nihil aliud est, quàm lucis absentia.

Parum cauta ac provida est simplicitas; minimeque malum suspicatur, qui à malo liber & immunis est.

Sane ratiocinationis omnis expers est improbitas, neque vlla est ratio, qua flagitiosos homines ad meliorem mentem quisquam reducat.

Deus malorum nullo modo est author, vt pote natura bonus.

Animæ puræ ac divinæ ad deprehendendũ diabolum mire perspicaces sunt, quantumuis alioqui callidus in primis, atque ad impetendum versutus sit. E

Nulla omnino re Deus perinde conciliatur, vt corporea afflictatione.

Sagax atque ingeniosus est, quisquis premitur.

Ait quidam sanctorum Patrum, quod qui duram & asperam monachorum vitam suscipere nequeunt, alia ratione salutem consequi possunt. Quandoquidem si Dei ope freti firmissimam erga monachos fidem habeant, eosque cohortentur atque consolentur, omniaque, quæ opus sunt, ipsius subministrent, saluti suæ optime consuluerint.

Noctem insomnem in opere transige, vt mox in anima tua consolationem invenias.

In lectione tranquillo animo persta: quò mens tua ad mirifica Dei opera perpetuo tanquam porrectâ manu ducatur. F

Diurni somni, corporis molestiam, vel animæ anxietatem, vel inertiam, vel imperitiam indicant.

Quævis anima per spiritus gratiam, ac propriam industriam & diligentiam hæc inter se copulare atque connectere potest, nimirum sermonem cum mente, actionem cum contemplatione, virtutem cum doctrina, & fidem cum cognitione ab omni oblivione libera: & quidem ita, vt nullum ex iis altero vel minus vel maius sit; sed omnis tum excessus, tum defectus circumcidatur, atque ipsa, vt breui perstringam, vnitatem suam vere decoplet. Nam tum ipsa Deo vero & bono & duntaxat vni copulabitur.

Octo sunt cogitationes, ex quibus vitium oritur: iis nempe qui solitariã vitã cõsectantur, cogitatio acediæ, inanis gloriæ, superbiæ, auaritiæ, tristitiæ; iis autem qui sub aliorũ imperio degunt, gulæ, iræ, & fornicationis.

C  G

AD SECVLVM QVINTVM.

SEVERIANI GABALORVM EPISC. De Mundi Creatione, ORATIONES VI.

Interprete P. Francisco Combefis O. P.

Gennadius in lib. de script. Ecclesiast. c. 21.

SEuerianus Gabalensis Ecclesiæ Episcopus, in divinis scripturis eruditus, & in homiliis declamator admirabilis fuit. Vnde & frequenter ab Episcopo Ioanne & Imperatore Arcadio, ad faciendũ sermonem, Constantinopolim vocabatur. Legi eius expositionem
D in Epistolam ad Galatas, & de baptismo, & Epiphania solennitate libellum gratissimum. Moritur minore Theodosio imperante.

De Seueriano Gabalitano Episcopo ita Molanus in M.S. Bibliotheca Sacra. Seuerianus Gabalitanus Episcopus, cui Chrysostomus Ecclesiam suam, cum in exilium mitteretur, commendauit, scripsit sermones varios, quorum aliqui extant in operibus Chrysostomi & Chrysologi, plurium autem fragmenta in libris veterum. Petauius in Rationario Temporum, dicit ipsum ob æmulationem Chrysostomi minùs secundam posteritatis famam meruisse.

ORATIO I.

Scripturarũ finis hominis sanctitas.

PIETATIS omnis tractatio, nostrorum Animorum est emendatio. Ad hanc enim nostrorum Animorum salutem spectant, pietatis documenta omnia atque præcepta. Hanc itaque & Dei sermo molitur: hanc Lex Mosaïca documento tradit: hanc præconio eloquuntur Prophetarum eruditæ linguæ: pro hac, incessabili voce Apostoli clamant. Cuncta enim propter nos, nostrique gratia, vt res nostræ dum ad emendationem currunt, pietatis donentur lautea.

Genesis est liber omnium fundamẽtũ.

Omnis itaque sacer Liber, nostram salutem argumentum habet, vti modò dicebam: Quem autem versamus Mundi conditi Liber, origo est atque fons virtusque omnium, quæ in Lege & Prophetis habentur. Et sicut non potest stare domus, quin illi subiectum sit fundamentum: ita nec creationis decora possunt splendescere, quin Creatio ipsa principiũ ortumq; receperit.

Varij eius expositores.

Non me latet multos sanctorum Patrum, in hanc tractationem stylum demisisse, multaque & magna atque inclyta locutos esse, prout Spiritus gratia illis demensa est: Cumque multi & magni ac admirandi priores dixerint, nihil vetat quin & nostra dicantur, pro eo ac divini Spiritus gratia subministrauerit. Quemad-
H modum enim qui ante nostram ætatem claruerunt ab instituto minimè prohibiti sunt, occupato iam argumento, iis, qui illis ipsis superiores fuerunt: sic nec hi quidem nobis incommodabunt. Nam & illis & nobis, nobisque superioribus, vna est divini Spiritus gratia virtutem subministrans. *Omnia* enim, inquit, *operatur, vnus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult.* Non ergo quæ dicta Patribus sint, eliminat, sed nostra illis apponit. Quanquam magna sunt, quæ dicta ab eis sunt, nostra autem parua, illis tamen coædificantur. Quemadmodum enim ingentis molis lapidem cubi vice in ædificio positum nonnihil nutantem, subiectus firmat exiguus lapis: sic & dicta Patribus, parvis aucta accessionibus, maiorẽ Ecclesiæ ædificationẽ præstabũt.

1. Cor. 12. 11.

Recentiorum doctrina & labor, ipse Patribus vtilis.

Rogo autem vestram Charitatem, vt eorum quæ

A dicentur, sententiis an novæ sint, sed an veræ, animum attendatis: nec enim omnino quod vsu tritum est, id verum; nec quod novum, falsi dieam habet: sed vbique quæritur, veræne sint, an falsa quæ dicuntur. Quæso autem ne quis amici præiudicio gratia obsequatur, vt nulla discussione sermones accipiat, neve velut inuisam offensus doctrinam respuat; sed vbique num dicta veritate nitantur, attendat.

Gen. 1. 1. Historia Genesis, prophetia.

In principio, inquit, *creauit Deus cælum & terram.* Historia hæc Mosis Legislatoris opus est ac lucubratio, sanctique Spiritus reuelatio. Continet enim creationem, Dei quidem factam virtute, vt cuius notitia propheticâ gratiâ Mosi inuecta est. Non enim hæc Moses locutus est, vt qui historiam texeret sed qui Propheta Deoque afflatus esset. Vti enim pridem tria prophetiæ statuimus genera, quorum primum in sermone, alterum in opere, tertium in vtroque consistat: ita hic quoque tres sunt prophetiæ partes; alia enim prophetia est rerum præsentium, alia futurarum, alia præteritarũ. Vt sub exemplo loquar. Non intererat Propheta (puta Esaias) Mosis rebus: quia tamen Mosis spiritus in eo erat res ipsius manifestãs, prophetia erat.

B

4. Reg. 5. 26.

Est etiam prophetia rerũ, quæ præsentes sunt; vt si quis ipso corã Prophetã celare quid velit secretorũ cordis, eumque Propheta coarguat, vti Elisæus in Giesi fecit, futura prænuntians, eiusque occultam pravitatem facinusque declarans. Moses quæ essent præterita vaticinatus est, alij quæ futura.

Moses doctor & Legislator.

Sic igitur huic animus adhibendus historiæ est, non vt rei quæ vulgo narretur, sed vt veræ prophetiæ, quã Spiritus sancti afflatu auctor locutus sit. Quisnam verò Prophetæ scopus? Duo Mosi proposita sunt, doctrinam edere ac leges sancire. Legislator enim cùm esset, non prius leges cœpit condere, sed mundi fabricam antè narrare. Quid verò causæ est, cur prius voluerit Deum omnium conditorem Dominumque ostendere? Vt nempe Deus ostenderetur, non alienis, sed his qui proprij essent, legem ferre. Nisi enim prius eum mundi conditorẽ monstrasset, haud convenienti fide mũdi Legislator proditus esset. Alienis enim leges ponere, violentum est: suos verò his componere ac erudire, naturalis penè consequentiæ. Ac sicut Ioannes, non priùs Christi legislationem posuit, ac donec eum eius dominatum tradiderat, dicens, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum. In propria venit, & sui eum non receperunt.* Vbi enim Conditorem ac Opificem dixerat, tum Magistrum ac Legislatorem vniversi inducit.

Cur prius narrata

C

creatio rerum sit quàm Legislatio.

Ioan. 1. 1.

Alius rursus Mosis scopus. Quid causæ est, cur beatus Moses, cœli quidem meminerit, & terræ & maris & aquarum, & eorum quæ ex illis sunt; Angelorum verò aut Archangelorum, aut Seraphim, aut Cherubim non meminerit? Quod nimirum etiam Legislationem ad ea tunc tempora aptabat. Non erat enim quibuscum loqueretur, ad eos scilicet qui ex Ægypto exierant; qui Ægyptiacum errorem, Solem & Lunã & sidera, fluviosque & fontes & aquas in deorum censu, didicerant. Relicta igitur rerum inaspectabilium creatione, iis quæ in aspectum cadunt sermonem impendit, vt horum cultoribus, non esse illa Deos, sed Dei opera suaderet. Etenim haud necesse erat interim de Angelis docere & Archangelis, ne eorum rursus morbum aleret. Si enim nullo Angelorum conspectu, potiore longè ratione si audissent Angelos & Archangelos, Deos illos esse putassent. Cæterum meminit cœli & terræ, aerum & aquarum, atque omnium quæ ex illis sunt, vt ex iis quæ videntur, eius qui invisibilis est, sensum ingerat, & ex operibus horum Artificem prodat.

Suppressa Mosi Angelorum creatio ob periculũ idololatriæ.

D

1. Tim. 1. 7.

Sic ergo etiam tres Pueri in Babylone sese gesserunt. Quod enim apud gentem illam versabantur Deo infensam, nec erat Dei scientia ac fides, sed idolorum cultus vigebat, cùm essent in camino, *Benedicite*, aiebant, *omnia opera Domini Dominum.* Quidni dixerunt,

Dan. 3. 17.

E Angeli, cœli, terra, ignis, aqua frigus, æstus, & quæ sunt eius generis alia; sed sigillatim recensent quæ sunt creata? Nempe vt creaturam omnem detergerent, ac quicquid est rerum conditarum mundarent, nec vel scintillam impietatis relinquerent. Quemadmodum etiam hoc loco Moses, vt Ægyptiacum Iudæorum errorem depelleret, cœli & terræ meminit, tanquam eorum quæ ortum habuerunt; vt hæc creata ostenderet, eorumque auctorem atque factorem declararet.

In principio creauit Deus cælum & terram. Hic mihi mentem attende. Mirari subit, quomodo Ioannes & Moses eodẽ vsi exordio sint. Nam & hic ait, *In principio creauit*, & ille, *In principio erat.* Verùm, cùm ille commodè locutus est, tum hic propriè. Vbi namque creatio, posuit Moses *fecit*, seu *creauit*: vbi verò Creator Auctorque, posuit Evangelista, *Erat.* Longè verò inter hæc distat, *fecit* seu *creauit*, & *Erat.* Alterum ortum accepit, cùm non esset: alter erat, qui semper existat. *In principio fecit*, seu *creauit*; &, *In principio erat.* Dei est vt sit; creatorum verò, vt fiant. Quomodo etiam partitur Evangelista. Nam de Saluatore quidẽ ait, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deũ, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum.* *Erat* dicit, vt esse ipsum ostendat. De seruo autem cùm prædicauit eum qui esset, & cùm is ipse ad servum venit, id est, Ioannem, *Fuit homo*; ἐγένετο, quasi factus est extititque, seu emersit.

Mosis & Ioannis par exordiũ: discrimen. Fecit, & Erat.

F

Ioan. 1. 1.

Ioan. 1. 6.

Sin autem de Saluatore audent dicere, Quod & Saluator factus erat, nihil eum terræ præstare. Attende rogo. Si dicat Hæreticus, Christus factus erat; antequam fieret non erat, quid ergo præ terra habet? Nam & de terra ait Moyses; *Terra autẽ erat.* Ergo si illud, *In principio erat*, de creatione sumunt non de æterna natura, præ terra nihil habet. Et Deus Verbum erat, & terra erat. Sed ille quidem *In principio*, non factus, *erat*, sed qui semper existat: *terra* autem, cùm facta esset, *erat.* Non enim primùm dixit Legislator, Terra autem erat, donec dixerat, *In principio creauit Deus cælum & terram.* Scio equidem, Fratres, subtiles has quæstiones vulgi animis videri molestas esse: oportet tamen in die ieiunij, sobriis magis mentibus altiora sensa enarrare.

Gen. 1. 2.

Erat terra, non absolutè, sed ἀόρατος. Invisibilis.

Nempe

G

in Quadragesima habitæ hæ Orationes.

In principio erat, &c. *In principio creauit.* Idcirco par dixi exordium, *In principio*, &c. *In principio*, vt vna pietatis radix ostendatur, quæ & hunc Legislatorem docuit, & illum Theologum illuminavit. Sunt enim germana duo Testamenta, vno parente posita. Hincque adeo est, vt vno consensu sermonem edant. Ferè enim eadem imago ac simulacrum est. Et sicut duobus germanis, ex eodem ortis parente insunt similes proprietates, vultusque ac oris paria quædam lineamenta: sic & duo Testamenta, quod eodem parente prognata sint, summam quamdam habent similitudinem. Denique etiam in veteri Testamento antecedit Lex & sequuntur Prophetæ: inque noua gratia præit Evangelium, & Apostoli sequuntur. Illic duodecim Prophetæ, Osee cum reliquis, & quatuor, Esaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel: inque nouo Testamento duodecim Apostoli & quatuor Evangelistæ.

Affinia veteris & Noui Testamenti.

Illic rursus prima Dei vocatio à fratribus cœpit (primos enim præcones Mosem & Aaronem accepit,) in Evangelio quoque primam Petri & Andreæ vocationem facit. Et illic quidem simplex gratia; hic autem duplo auctior. Illic enim duo fratres vocati, Moses & Aaron: hic autem bis gemini, Petrus & Andreas, Iacobus & Ioannes. Quod enim Saluator Charitatem sancti Spiritus nobis voluit informare, fratresque animi affectione ac spiritu præstare, naturam fundamentum sumpsit commisitque naturæ viscera, & in illa Ecclesiæ fundamentum superextruxit. Primum signum in veteri Testamento, versus in cruorem fluuius: primum & in Nouo signum mutata aqua in vinum. Verùm non est huius temporis, cuncta illis affinia ordine prosequi: proinde ad propositum revertamur.

H

Prima in vtroque fratrum vocatio.

In principio creauit Deus cælum & terrã. Sex diebus

cuncta

A
Exod. 7. 20.
Ioan. 2. 11.

cuncta à Deo creata sunt: differt tamen prima dies à reliquis sequentibus. Nam primâ die fecit Deus, quæ fecit ex non entibus: ab altera autem die nihil fecit ex non entibus, sed ex quibus prima die creauerat, mutauit vt libuit. Tu verò considerans ac rimans, si quidem veritatem nancisceris, assensum præbe, sic autem minimè nancisceris, reprehende; ac quod reprehendis, lubens habeo: fert enim mihi tua illa reprehensio defendendi amplam segetem.

Cœlum superius, & hoc nostrum cœlum.
Ps. 113. 16

Prima itaque die creauit Deus rerum materias; reliquis verò diebus, earum formam atque ornatum, seu distinctionem fecit. Vt sub exemplo loquar. Creauit cœlum, cùm non esset; non istud cœlum, sed quod superius est: Istud enim conditum est altero demum die. Creauit Deus cœlum superius, de quo David ait, *Cœlum cœli Domino.* Istud verò quasi cœnaculi rationem habet: ac sicut in domo bicameratâ intercedit tectum medium; sic Deus, vnius domus instar creato mundo, medium tectum adiecit, cœlum istud, cui & aquas imposuit. Idcirco ait David, *Qui tegis aquis superiora eius.*

B
Ps. 103. 3

Simplicia omnia corpora prima die creata.

Creauit igitur cœlum cùm non esset, terram cùm non esset, abyssos cùm non essent, aërem, ignem, aquam. Eorum omnium quæ ortum habuerunt prima die creauit materiam. At prorsus dicat aliquis, scriptum quidem est, Creasse Deum cœlum & terram: de aqua verò & igne & aëre, haud scriptum est. Primum quidem, Fratres, dicendo fuisse creata cœlum & terram, ea extremis media designauit illis comprehensa. Velut enim cùm dixit, Fecisse Deum hominem, accepto è terra puluere, formatum quidem dicit, non item membra recensuit: nec dicit Fecisse Deum oculos & aures & nasum; sed dicendo hominem, eâ voce membra omnia complexus est. Sic & hoc loco, dicendo Creasse cœlum & terram, cuncta complexus est; ac cùm tenebras, tum abyssos pariter creatas inuenis. *Tenebræ* enim, inquit, *erant super faciem abyssi.* Quod verò etiam abyssi creatæ sint, testatur Scriptura, quæ ait, *Antequam abyssos constitueret, antequam terram crearet:* atque adeò creatæ sunt abyssi.

Gen. 2. 7.
Gen. 1. 2.
Pro. 8. 28

C
Gen. 1. 2.
Spiritus super aquas, aër ventosus.
3. Reg. 18. 45.

Deinde & aër, audi, quando creatus est *Et spiritus Dei ferebatur supra aquas.* Spiritum enim hoc, non ipsum Spiritum sanctum dicit (non enim quod increatum est creatis connumerator) sed spiritum vocat aëris motum; Ac sicut in Elia Propheta scriptum est, *Et cœlum contenebrauit nubes & spiritus.* Ita hic quoque spiritum aëris naturam dicit.

Gen. 1. 3.
Ignis, ipsa lux & cœlestes potestates.

Postremò superest ostendamus, vbinam productus ignis. *Dixit Deus, Fiat lux; & facta est* ignis natura. Non solùm enim ignis iste est, sed & supernæ virtutes ignis sunt: ac supernus ignis, nostri huius ignis affinis est: & si non vacat difficultate, quod hic quidem extinguitur, ille autem inextinguibilis est. Nam & Angelos Deus spiritus fecit, & Animas spiritus: verùm Animas quidem in corporibus, Angelos verò extra corpora, fecit. Quemadmodum igitur in Animabus atque Angelis quatenus hi spiritus, illæque spiritus, & vt tres pueri aiunt, *Benedicite Spiritus & Animæ Iustorum.* Et rursus, *Qui facit Angelos suos Spiritus.* Neque igitur Anima sine corpore conspicua est, nec ignem absque stupis aut sarmento aliave materia videre est. Vt autem probetur, hunc ignem extraneum non esse, docet eius editio. Multi enim haud rarò ignem à sole mutuantur, accenduntque. Sin autem erat alienus, quomodo quod est alienum ex ipso originem sumeret? Præterea verò, sic ignis in cœlo extra materiam magnusque est, vt & in Sina ignis luceret, quem nulla subiecta lignorum strue, sed ex immateriali ipso igne spectaculum Deus adduxisset, ac velut quis dicat, Paruum ignem, præter magnum illum ignem. Sic itaque etiam ait Moses. *De cœlo auditam fecit Dominus vocem suam, & ostendit Deus ignem suum magnum,* vt nempe ignem istum paruum ostenderet.

Dan. 3. 86.
Ps. 103. 4

D
At sol causa ignis æquiuoca & eminentialis.
Exod. 18. 19.
Ignis Sinai.
Deut. 4. 36.

Cuncta igitur ignia sunt, & fulgur & stellæ vt sol & luna: ac qui apud nos ignis existit, his natura affinis est. Et vide quomodo fulgur cum stellis affinitatem habeat, quod & affini censetur nomine, ἀστραπὴ Græcis & ἄστρα.) Quin & Saluator, vt natiuam eam affinitatem ignis fulgurisque ostenderet, ait in Euangelio, *Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit lucidus, totum quoque corpus tuum lucidum erit.* Hæc Saluator; tumque subiecit, *Vt cum lucerna fulgoris illuminat te;* nempe lucernam dicendo ac fulgur, lucernæ fulgorem significans.

E
Ignes omnes & stellæ eiusdem esse naturæ quod non facile Philosophia admittit.
Mat. 6. 22.
Luc. 11. 34

Cuncta igitur creata sunt. Ignis creatus est, abyssus creata est, venti, quatuor elementa, Ignis, Aqua, Aër. Nam quæ miserat, quasi obiter summa repetit ac insinuat Moses, dicens, *Sex diebus fecit Deus cœlum & terram, & omnia quæ in eis sunt.* Quemadmodum autem in corpore, non omnia membra dixit; sic nec in creatione, etsi pari cum mundo fabrica edita sunt, cuncta percensuit. Si autem non esset ignis in terra, non iam è silice aut ex ligno ignem exculperemus. Collisum enim attritu lignum ignem gignit. At vnde gigneret, quod in natura non esset?

Exod. 20. 11.

F

Diligenter animum attende. *Tenebræ erant,* inquit, *super faciem abyssi.* Ergone Deus, inquit, tenebras fecit? Non sanè aliam esse sententiam. Quia tamen sæpius inter eos versamur qui amanter audiunt, & qui libenter dicta carpunt, necesse est ne sermonem indiscussum prætereamus, ne magnum sit quod profitemur, exiguum verò quod reipsa præstamus. Vnde igitur tenebræ? Deus enim, inquit, eas non fecit. Deus enim, inquit, nec tenebrarum auctor est nec caliginis. Quid demum ergo tenebræ sunt? Plures dixerunt esse cœli vmbram. Vbi enim, aiunt, cœlum superius conditum est, cùm necdum stellis ac sideribus ornatum esset, nudata terra, factæ sunt tenebræ. Atqui cœlum superius lucidum est, non tenebrosum; vel si ergo Solem non habebat, aut Lunam aut stellas, ipsum sua natura lucebat. Siquidem igitur cœlum superius imminebat terraque expansa erat; atque illud supernè lucebat, hæc infernè lucem excipiebat, vnde tenebræ? Ego sic existimo, quod aqua terræ superficiem obtegebat, densaque quædam obscuritas & caligo circum aquas constiterat (quod nunc quoque in fluuiis noscitur) obscuritas illa ac nebula caliginem exercens, nubes fecerat; nubesque obumbrantes, tenebras. Quod autem nubes tenebras exerint, docet Scriptura, *Obtenebratumque est cœlum in nubibus.*

Quid tenebræ variæ sententiæ absentia Lumini in cœlo. Atqui lux eius ad nos 26 micat

G
Ea intellectus nubibus.
3. Reg. 18. 45.

Operæpretium autem est, vt nec Hæreticorum nesciamus allegorias. Non desunt enim Hæretici, qui ausi sint dicere, Tenebras diabolum esse: abyssum verò, dæmonas. Cumque dixit Deus, *Fiat lux,* vt fieret Filius, dixisse. Nec illos pudet, qui diabolum Filio seniorem dicant. Nam si dæmon abyssus est, tenebræ verò diabolus, postéaque dicit Deus, *Fiat lux,* hoc est Filius, nedum par illi dignitate est, sed & illo senior. Verùm huius impietatis ne meminisse quidem prorsus decebat. Ne tamen nesciretis impiorum dicta ac sententias, istud adduximus. Tunc igitur tenebræ ex nubibus erant. Sic namque fuerunt in Ægypto, non quod esset nox, sed quod atra obscuritas obducta esset. Sic quoque in Sina extiterunt tenebræ, non quod facta esset nox, sed quod nubes obtenebraret. Sic denique etiam se res habuit in Christi Cruce: factæ sunt tenebræ, non nocte incubante, sed quod obumbratio ac obductio (interceptis solaribus radiis) accidit. Sic non temere aggrediendum diuinis eloquiis.

Tenebræ diabolus: Origenis perstrictus.

Exod. 11. 21.
Deut. 4. 11.
Tenebræ in Cruce, vt in

H
Ægypto sic & Orig. & Hieron.
Ps. 47. 6.
Spiritus, ventus.

Et spiritus Dei ferebatur super aquas. Spiritum vocat ventum, quemadmodum alio loco dicit, *In spiritu vehementi conteres naues Tharsis:* nempe spiritum, aëris agitationem vocans. Ne enim aliud aërem, aliúdque ventum putaveris. Ipse enim aër motu concitus facit ventum, vti experientia testis est. Haud rarò sanè, aut flabello, aut ve linteo torpentem concitamus aërem, eóque aëris motu ventum conflamus. Vt verò ea spiritus indole ostendatur ventum aëris esse motum, propterea illa voce vsus est, *Superferebatur.* Proprium enim venti est, vt creaturæ, rebúsque mundo

A

hoc inferiori supervolitet ac superferatur.

Gen.1.2.

Ex dixit Deus, Fiat lux. Quidni verò dixit Moses, dixisse Deum, Fiat cœlum, Fiat mare, sed ibi quidem, *Fecit*, seu creauit; hic autem, *Dixit*? Quod scilicet apud nos sermo præit operi (primùm enim loquimur, ac tunc operamur.) Vt itaque ostendat Deū primùm operari, quò scilicet ostendat omni sermone ocyus creaturam illi præsto fuisse, dum materias potentia condeset, illa vsus est voce, *Fecit*: cùm verò cunctis ornatum allaturus esset) initium autē ornatus, lux erat) conuenienter aptat sermonem. Quodq; rursus primum Dei opus lux est, extremum verò Dei opus homo futurus erat primum, Deus sermone lucem efficit, postea verò opere efficit hominem; à luce in lucem mundi fabricam complens.

Lux prima in opere distinctionis. Prima lux creata & postrema.

Quoniam autem modo lux homo, audi. Lux res ostendit, earumque index est, mundi lux homo ingressus, artis lucem ostendit, scientiæ lucem. Lux triticum ostendit, animi solertia ac intelligentia panem fecit. Lux vitis vuam ostendit; intelligentiæ lux vinum in vua monstrauit. Lux lanam ostendit; intelligentiæ lux vestimentum monstrauit. Lux montem ostendit; intelligentiæ lux lapidicinam monstrauit. Idcirco etiam Saluatos Apostolos lucem vocat, dum ait, *Vos estis lux mundi.* Quid verò causæ est cur eos lucem vocet? Non solùm honoris causa, sed vt etiam spem resurrectionis indicet. Quemadmodum enim lux vespere occasu non perit, sed occulitur, rursùmque occultata lucet: sic & homo, quodam velut occasu tumulo conditus, resurrectionis rursus ortui seruatur.

Homo, quomodo lux. Eph.5.13.

B

Mat.5.14.

Lux resurrectionis symbolum.

Fiat lux. Dixit quod facta est, sed modum non significauit; at neque novit. Sanè quidem factam, inquit, esse lucem scio; quomodo autem facta sit non capio. Idcirco etiam aiebat Saluator Apostolis, *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.* Atqui non est nostrum nosse tempora & momenta, & temporum Dominum ac sæculorum Auctorem licet humanis rationibus comprehendere: *Dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux* O sanctam illam magnamque potentiam! O grandia miracula! *Facta est lux:* & vocat *Deus lucem Diem, & tenebras Noctem.* Quid verò causæ est cur Diem vocet; Græcè ἡμέραν; Quod nimirū quicquid lætum & hilare est, ἥμερον Græcè vocant: quasi mansuetū dicas & placidum. Hincque ideò etiā humanitatem & clementiam, ἡμερότητα dicimus: nec non bestias, quæ cicuræ sunt & manu tractabiles, ἥμερα nuncupamus. *Et appellauit Deus lucem, Diem; & tenebras appellauit, Noctem.* Quorsum Noctē? Quod noctu dormientem hominem mortis commonet, velut ferè dicat, Disce homo quis es. Mortalis es; somno seruus addictus es. Cur ea quæ supra te sunt mente cogitas? Nox siquidem stimulus est & compunctio. Idcirco ait David, *Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.* Denique jacet homo in nocte neque mortuus, neque viuens. Quære enim ex Hæretico, Quidnam est, viuusne, an mortuus? Ac siquidem Viuus dixerit, dicito, Quid ergo causæ est cur non sentiat loquentes aut ambulantes? Sin autem dixerit Mortuus, dicito, Quonam igitur modo spiritum ducit? nam quod spirat, non est mortuum. Teipsum non vides; aliaque supra te posita sensu animi percipis? Verùm hæc hactenus de prima die. Venit enim vespera, velut ibi quæ primæ diei erant eadem clausit: proque virili nostra, etsi alii sensus ac sententiæ erant, explicauimus tamen. Porro Fidelium erit rimari quæ dicta sunt, & vt Historiam quærant.

Act.1.6.

Contra Anomæos: Chrys. vbique in eis sic. Gen.1.5.

C

Ἡμέρα & νύξ.

Nox & somnus, mortis admonitio.

Psal.4.5.

D

Morale.

Nos verò, Charissimi, qui Ieiunij alumni sumus, & in media corporis cœlestibus donati deliciis fuerimus, studeamus vt Ieiunium sanctum custodiamus. *Sanctificate* enim, inquit, *Ieiunium.* Nos Ieiunium sanctificabimus, an ab ipso sanctificabimur? Verùm id ita dictum à Propheta, pro eo quod est, vt ipsum sanctum seruemus. Vti etiam in Oratione, *Sanctificetur nomen tuum* non hoc dicit, quæ si pro eius nomine oremus (eius enim nomen sanctificat omnia) sed quia nomen eius invocatum est in nobis (à Christo enim dicimur Christiani) Nomen tuum in nobis sanctificetur, petimus. Apud Sanctum enim, omnia sancta sunt. Etenim Deo nihil accedit, nisi quod est sanctum. Deus enim sanctus est, in sanctis requiescens. Quin & cœlum sanctum est. *Exaudiet enim illum de cœlo sancto suo.* Et Angeli sancti sunt, *Cùm venerit Filius hominis in maiestate sua, cum sanctis Angelis suis* Terra, in qua Dei cultus, sancta est. *Et volet*, inquit, *euertere sæuus super terrā sanctam eius* Dauidi quoque atrium sanctum est. *Adorate Dominum in atrio sancto eius*, Esaias quoque, *Sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.* Brutæ quoq; pecudes, quæ tunc immolabantur, sanctæ dicebantur. *Vt oves sancta*, inquit, *in Ierusalem.* Fœdus sanctum. *Et confirmabit cum multis fœdus sanctum suum.* Ipsa quoq; ciuitas sancta dicebatur. *Et super ciuitatem sanctam Patrum vestrorum, Ierusalem.* Nihil enim Deo accedit, nisi quod sanctum est. Vnde aiebat Paulus. *Et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.*

Ioël.1.14. Sanctificate Ieiunium ac Dei nomen. Mat.6.9.

E

Ps.19.7. Mar.8.38. Luc.9.26

Ps.95.9. Ps.64.5.

Ezech.36.38.

Dan.6.27. Hebr.12.14.

F

Ieiunauimus à pane, ieiunemus & ab iniquitate. Non comedis panem? ne comedas carnes pauperum, ne de te etiam dicat Deus, *Qui deuorant plebem meam in cibo panis.* Non bibis vinum? ne ita atque furore inebrieris, ne audias ex Legislatore, *Furor illis secundùm similitudinem serpentis.* Et iterū, *Furor draconum vinum eorum.* Cùm enim afflixeris pauperem, isque ad Deum ingemuerit, inuentus es qui panem lacrymarū comedas. Idcirco etiam ait Deus, *Operiebatis lacrymis altare meum.* Reprehendit Deus eos qui plorarent ad altare; & dicit, *Sacerdotes ingredimini, & plorate.* Verùm reprehendit, non quod ipsi lugerent, sed quod iniuria affecti (orphani & viduæ) ad altare supplicarent. Et vt ostendat de illis se loqui, subiunxit, *In fletu & planctu & dolore.*

Ps.52.5.

Ps.57.5.

Deut.32.33.

Malac.2.13. Ioel.1.13.

Ioël.2.12.

Præterea æquum est vt ad nostras hostias animum attendamus. Proposita nobis est animi mensa Dei sermo. Corpus quidem ieiunio sanctificatur; animus autē interitu perit nisi cibo alatur. Vtinam verò contingat nos omnes à peccatis corpore ieiunare, mente verò deliciari diuinis documentis atque doctrinis. Porro fieri non potest, vt Christi panem comedas, & panem lacrymarum, vti ait Paulus. *Non potestis mensæ Christi participes esse, & mensæ dæmoniorū.* Debet igitur qui ieiunat à cibis abstinere, ante omnia verò à peccatis debet sibi temperare. Quotidie enim Angeli censum habent annotantque, Nū quis animo proposuerit, vt ab auaritia aut adulterio vel iniustitia, aut etiam alio peccato se abstineat. Hæc enim ipsi Angeli conscribunt ieiunia, eaque Deus secondit & in futurum seruat. Quemadmodum enim, Fratres, libellorum ac suggestionum Magistri cuncta Imperatori nuntiant, sic & Angeli, quæ fiunt, omnia Deo suggerunt, non vt nescientē doceant, sed vt creaturæ ministrantium ordinem impleant. Sanè millies manducantem beatum prædicaui, præ eo qui ieiunans alicui iniuriam facit. Hæc autem dico, Charissimi, non qui ieiunium proscribam, sed qui pietatem concelebrem. Nō enim manducare malum est; sed peccare hoc verò prauum, vti etiam Deus ait de quodam iusto, *Pater tuus nonne comedit, & voluntatem meam fecit?* Sic quoque alio loco, *Ieiunium quartum, & ieiunium quintum, & ieiunium septimum, & ieiunium decimum erit vobis in gaudium & lætitiam, & in solennitates bonas, & veritatem diligite.*

G

1.Cor.10.21.

Vera ieiunia Angelis conscripta Deoque reposita.

Zach.8.19.

Cæterum illuxit, Charissimi, Lux sensibus obiecta, vt Lucis auctor concelebraretur. Aduenit vespera, quæ obsignaret diei cursum. Bona inchoatio, iam quoque finis addatur Ne ergo malè eam repulerīs, sed audi Dauidem, *In finem ne corrumpas.* Deus autem Lucis huius omnes nos illuminet, sermone, lege, fide, iustitia, castitate, in Christo Iesu Domino nostro, per quem & quocum Patri gloria vnà cum sancto Spiritu, Amen.

H

Psal.74. In titulo.

ORATIO

A

ORATIO ALTERA.

In Alterum diem Creationis mundi; & in eum qui obiecerat, Non debere nos Christianos dicere in Sanctificatione, Dominus Sabatoh.

Dei sermo, quæ præstet Animo Coti similis.

ANimi desiderium excitat divinus sermo, ac velut prælucentem quandam facem, illi gaudium circundueit, quò scilicet, & rationes illustret, & mentem serenet, & peccata depurget, & illius sensa conceptusque illuminet. Talis nimirum est Dei sermo. Quod enim ferro cos est, hoc animo Dei sermo. Cos ferro non blanditur, aut ipsum mitius habet, sed primùm præparat vt rubiginem despuat, tumque crassum existens tenuat, obtusum acuit; tenebrosum, facit vt niteat; nempe detergit, nitere facit, acuit, tenue reddit. B Sic igitur etiam Dei sermo se habet, qui nimirum animum peccati rubiginem despuere faciat, obtusum acuat, crassum tenuet ac subtilem reddat, tenebris obsitum splendore augeat. Vult itaque Dei sermo nos splendidos esse atque nitere, iuxta ac præcepit Apostolus, cùm ait, *Vt sitis sicut luminaria in mundo, sermonem vitæ prætendentes*. En claritas & splendor. Vult nos non obtusos esse atque hebetes, sed acutos. *Vivus enim est*, inquit, *Dei sermo, & penetrabilior omni gladio ancipiti*. Vult nos non esse crassos, sed sensis ac rationibus animum subtilem præstare. Is enim vbi crassities, à Dei sermone alienus est; vbi autem subtilis est, cum Dei lege necessitudinem habet. Idcirco ait Scriptura, de his qui crassiores existant, *Et comedit Iacob, & saturatus est, impinguatus est, dilatatus est, & dereliquit Deum factorem suum.*

Phil. 2. 51

Heb. 4. 16

Deut. 25. 15.

Age igitur nostram quoque Dei sermo collustret mentem, ac vel maximè sacro hoc proposito Ieiunio, cuius ea vis, vt tenuet corpora, ac mentes acuat. Est namque etiam Ieiunium omnis sanctificationis nutrix, & piæ mentis parens. Ne solùm quærite quomodo C ieiunaverimus; verùm & quomodo piè ieiunaverimus. Non pauci etiam publicæ rerum functionis causa, ac necessitate ieiunant; nec tamen hoc illis ad ieiunium reputatur. Finis enim ac scopus iudicatur, non necessitas coronatur. Cum hac igitur sancta constitutione etiam Moses in monte & Legem docebatur & creationem.

Ieiunij finis religiosus.

Pridie itaque dicebamus, Deum, cùm per Mosem daturus esset Legem, prius sese Creatorem monstrasse, ac tum deinde Legislatorem egisse. Qui enim fieri poterat, vt Iudæi fecisse Deum cœlum & terram, & omnia quæ in eis sunt, crederent, nisi primùm in Ægypto eius generis ab eo miraculis editis, quæ orbis conditorem eum esse ostenderent? Docemus nos vt suadeamus: suadet Deus vt doceat; quod nimirum Moses docturus erat atque dicturus, Fecisse Deum cœlum & terram & mare, & omnia quæ in eis sunt. Nisi prius in Ægypto miracula patrasset, ac ostendisset horum omnium creatorum ipsum Opificem esse, nunquam crediturus erat populus, quod Deus cœlum & terram fecisset: Nisi prius extendisset Moses manum in cœlum, indeque grandinem & ignem excussisset, didicissentque populi, fidelis famuli opera, cùm mortalis D hæc dextera Dei sermone mota cœlum turbasset, ac creaturam susdeque misemisset, potiori longè ratione Dei iubentis dexteram cœlum constabilisse ac terram fundasse. Nemo enim creaturam movet, cuius non auctor ac conditor est.

Asserta Mosi fides, divinis miraculis.

Ostendendum igitur erat Deum fecisse terram. Extendit Moses manum super terram, & Exierunt sciniphes. Ostendendum rursus erat Deum fecisse ignem. Sumpsit Moses favillam de fornace. & sparsit, & impleuit Ægyptiorum corpora vlceribus flammæ instar efferuescentibus. Ostendendum erat Deum fecisse aquam. Mutata est aqua in sanguinem. Ostendendum erat Deum fecisse mare. Divisum est mare, & transiuit populus. Primùm itaque operum maiestate ostendit esse Dominum, tumque esse eum factorem verbis explicavit. E Sic & Salvator in Evangelio, non prius docuit, donec miracula patrasset. Primum signum fuit mutatio aquæ in vinum, nec ante illud apparet eum docuisse. Decebat enim vt opus præiret, & sermo sequeretur. Vnde & Lucas ait, *Primum quidem sermonem feci de omnibus ô Theophile, quæ cœpit Iesus facere & docere*. Aliàs enim quomodo docuisset Salvator esse se mundi opificem? Nisi cæci oculos illuminasset, non ei fides habita esset, dicenti, *Ego sum lux mundi*. Nisi suscitasset Lazarum, non credidissent, qui ex illo audirent, *Ego sum vita & resurrectio*. Nisi sputus in terram lutum fecisset, ac Cæcum linivisset, nunquam creditus esset, is ipse esse qui sumpto è terra pulvere Adamum formasset. Nisi supra mare ambulasset, maris Dominus non apparuisset. Nisi increpasset ventum, ventorum Dominum non se prodidisset. Ideirco, homo quidem erat, qui videbatur, vt Deus tamen miraculis F coruscans noscebatur.

Exod. 8. 16.

Exod. 9. 8

Exod. 7. 20.

Exod. 14. 2.

Ioan. 2. 11

Act. 1. 1.

Ioan. 9. 5. Ioan. 11. 25 & 9. 6.

Salvator itaque in stuporem Discipulos agebat, aiebantque, *Quantus ac qualis est iste, quia venti & mare obediunt ei?* Ostendit primò obsequentia elementa, tumque postea verbis explicavit, omnia per ipsum esse facta. Nisi prius monstratum esset creaturam dicto audientem esse, non habuisset fidem Ioannes Evangelista, dicendo, *Omnia per ipsum facta sunt*. Quinam fieri poterat vt Apostolis haberetur fides, hominibus lingua imperitis rudique sermone, dum Deum Verbum Creatorem, Salvatorem, sapientissimum Magistrum astruerent? Verùm Apostolorum lingua, miracula erant. Apostolorum os erat suscitatus mortuus, claudus ambulans. Quod verò fides miraculis comes sit, testis est Scriptura, dum ait, *Per manus enim Apostolorum fiebant signa magna & prodigia in plebe. Stupebant autem omnes, magisque augebatur quotidie virorum ac mulierum non spernenda multitudo*. Præcesserant enim miracula, & sequebatur doctrina. Sic enim etiam in Lege, præcesserunt miracula in Ægypto, quæ Deum rerum Opificem monstrarent. G

Matt. 8. 27.

Ioan. 1. 3.

Apostolorum lingua miracula. Act. 5. 12. & 17 & 5. 14.

Deus autem cùm bonus sit, noluit ipse solus clarescere; sed cum Mose etiam partitur claritatem. Quod enim Deus ex operibus claruerat, voluit & Mosem ex collato vultus splendore clarere. Cùm enim Legem tenens descenderet, ne tanquam vni ex vulgo illi attenderent, implet Deus eius faciem claritate, vt quod naturæ imbecillitati deerat, abundantia gratiæ expleret. Cogitabant enim, cuius vultus clarificatus sit, à Deo alienum non esse. Quid verò causæ est, cur Stephani vultum fecerit splendescere? Quod nimirum quasi blasphemus lapidandus erat, dicendo, *Video cœlos apertos, & Filium hominis stantem à dextris Dei*, antevertens Deus Angelica forma illius vultum coronavit, vt improbis monstraret, non fore clarificandum, si blasphemus esset.

Exo. 34. 28. Mosis clarificata facies.

Stephani Act. 6. 15. & 7. 55.

Dicebamus heri, fecisse Deum primo die ex non entibus ea quæ sunt, idest, res ex nihilo condidisse. Idque admiratione dignum, quod opera nedum Dei fabricam ostendunt, verum etiam Hæreticorum impietatem redarguunt. Quæro enim, quæ non erant, quomodo facta sunt ac extiterunt? quia de illo qui est sciscitantur. Quomodo natus sit? Si non erant, quæso te, non entia, quomodo facta sunt? Nisi erat, non ens non sit; quod ad humanam attinet rationem, non H quod ad divinam virtutem. Quandoque, inquit Hæreticus, dixit Deus, & factum est. Verùm nunc rem dixisti, non modum. *Dixit Deus, Fiat Lux*. Factum est quod non erat. Sermo in rem mutatus est: puta, vox ipsa egressa, lux facta est. Ergo non ex non entibus, sed ex ente est. Quis enim audeat dicere Sermonem non esse, aut non ens esse? Igitur Deus nihil fecit ex non entibus, sed ea seipso: inveniunturque creaturæ ei consubstantiales. Quodque in Filio cavere student, id creaturis convenire existimant.

Adversus Arianos pro Filij Deitate.

Ipso creationis modus nobis ignotus.

Verùm rursus arctati, dicunt, Dei voluntas ea quæ non erant, effecit. Atqui voluntas quidem, quod non

A

est, facit; natura verò quod est non progignit? Ac certè mirandum. Quasi sub exemplo loquor. Sunto nobis, fons & petra. Quid facilius, fontem aquam gignere, an petram? Fons gignendo, ex his quæ habet producit: petra verò, ex his quæ non habet. Ergo petra id genuit, quod non erat, ex quibus non habebat; nec fons, quem in se fontem habebat, genuerit? At quonam modo facta sunt, quæ non erant? Num casus erat? Non ens nomen est, non verò aliquid est. Non idcirco quia dico, ex non entibus, existimaveris non ens aliquid esse. Ergo quod est nescis dicere, ex non ente quomodo factum est (id est ex nihilo) eumque QVI EST, scrutari audeas quomodo sit natus ex eo QVI EST? Nullæ creaturæ à principio erant, & factæ sunt; vnigenitus Sermo ac mundi conditor non factus est a principio, sed erat. Illa non erant, sed facta sunt: Sermo erat in principio, non factus: hæc verò facta sunt in principio cùm non essent.

B

Gen. 1. 2. In eo sensu Scriptura ... (margin note partly illegible)

Terra autem, inquit, *erat invisibilis*. Quid sibi vult ea vox *invisibilis*? Non me latet multos sanctorum Patrum ita exposuisse, *Terra invisibilis erat*, seu inaspecta, eo quod aqua operiebatur. Multi sunt sensus pij quidem, sed non veri. Puta, tres amici Iob, viso illo malis affici, Virum sanctum condemnaverunt quasi justè illis obnoxium, aiebantque: Nisi viduas afflixisses, nisi pupillos injustè expoliasses, nunquam tibi Deus hæc inflixisset. Et tamen quia eos latebat Dei scopus, maluerunt eum damnare, vt justè mala perpetientem, quàm vt adversus Deum, quasi injustè mala afflixisset, sententiam ferrent. Dei causam egerant, & tamen eos reprehendit Deus. *Quare non locuti estis recta adversus servum meum?* Est igitur sensus pius quidem, sed non verus.

Iob 42. 7.

Quid igitur sibi vult, *Terra autem erat invisibilis*? Interpretes clarè exposuerunt. Ait enim Aquila: *Terra autem erat vacuitas & nihil.* Dicitur verò *invisibilis*, quasi inconspicua, non quod non appareret, sed velut quis dicat, quod ornatu careret. Nondum erat læta facie stirpibus consita, nondum erat fructibus coronata, nondum erat fluviis fontibusque cincta, nondum vario alio ornatu decorata. Eratque inconspicua (ἀόρατος) nondum scilicet præparata, vt progignendis ex se stirpibus atque frugibus esset idonea. Ait Scriptura de viro quodam forti ac eleganti forma.

C

Exod. 2. 14.

Nonne hic est, qui percussit virum Ægyptium ὁρατόν; Num ergo vir est invisibilis? Sed dignus, inquit, qui videatur & spectabilis. Sicut ergo Ægyptium vocavit virum *visibilem*, tanquam dignum qui videretur, sic & terram informem, *invisibilem*, nuncupavit.

Gen. 1. 6.

Firmamentum Hebr. Expansio.

Die secundo *dixit Deus, Fiat firmamentum in medio aquæ, & dividat inter aquam & aquam.* Fecit igitur Deus hocce cœlum, non quod superius est, sed quod oculis cernitur, ex aquis glaciei in morem concretum ac congelatum. Velim rem coram repræsentare. Multa enim nostro melius visu traduntur quàm verbo. Aquarum hæc moles terræ extabat, puta cubitis triginta.

D

Firmamentum vnde dictum.

Tunc dixit Deus: *Fiat firmamentum in medio aquæ*: exindéque in medio aquarum glaciei in morem fixa concretio est, levavitq; dimidiam aquæ partē sursum, ac dimidiam inferius reliquit, sicut scriptum est, *Fiat firmamentum in medio aquæ, & dividatur inter aquam & aquam.* Quid verò causæ est cur illud vocet firmamentum? Quod nimirum ex rariore ac dissoluta aquarum substantia illud firmaverit. Idcirco etiam ait David, *Laudate eum in firmamento virtutis eius.* Et vt alio vtar exemplo, quemadmodum fumus ex lignis ignique diffusus, rarior est atque mollior: vbi autem sublimis ascenderit, in nubem immutatus crassescit: sic quoque Deus aquas rarefactas elevans, in excelsis fixit & quasi congelavit. Verúmque esse exemplum testis est Esaïas, cum dicit, *Cœlum vt fumus firmatum est.* Cœlum itaque in medio aquarum congelatum, mediam aquarum partem in sublimibus levavit.

Ps. 150. 1.

Isa. 51.

Cur verò in excelsis aquæ? in quem vsum positæ? vt quis bibat? vt quis naviget? Sanè esse quidem aquas in superioribus testis est David, cùm ait, *Et aquæ quæ super cœlos sunt.* Attende jam Creatoris sapientiam: Erat cœlum glaciei in morem ex aquis concretum. Quia enim Solis flammam & Lunæ, siderúmque immensam multitudinem excepturum erat ac totum igne plenum erat futurum, ne nimio calore fulveretur ac exureretur, substravit cœli cōvexo aquarum illa æquora, quibus quasi impinguaret atque liniret, vt in eum modum incendio illi resisteret, nec illo cremaretur. Nec verò exemplum deest: Velut enim si hodie lebetem igni imponas, eique aquam injeceris, igni resistit: sin autem illa desit, dissolvitur. Sic & Deus igni adversarium aquam commisit; vt cœlo, ex aquis ejus convexa linientibus abundè suppeteret quo dotaret ac incolume foret.

E

Ps. 148. 4.

Aquæ sursum supra cœlos.

Simile.

Ac vide miraculum: Adeo abundat cœlesti corpori humor, etsi tanta ignis vi illi infensa vt & terræ commodet. Nam rogo, vnde ros? Nusquam nubes est, aër aquam non habet. Nonne liquet, inde esse quod cœlum, quibus abundat, illi d stillet. Vnde & Isaac Patriarcha benedicens Iacob, aiebat: *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ.* Aiunt verò, Fratres, in die judicii fore, vt superior aqua recedat, cœlúmque solvatur, quod ipsum aquarum illa coagmentatio deficiat; & stellæ cadant, quæ nec iter nec fixam sedem habeant. Hæc porro non temere dicimus, sed Scriptura docet. *Cœlum enim*, inquit, *complicabitur* (pro eo ac dicat, torrebitur: quod enim torretur, convolvitur ac contorquetur) *& stellæ cadent sicut folia de vite.*

At concrescit ros non procul à terra.

F

Gen. 27. 28.

Isa. 34. 4. Apoc. 6. 14.

Attende verò etiam, quæso, vsum alium: Aquæ quæ super cœlos sunt nedum cœlum conservant, verum etiam Solis flammam ac Lunæ demittunt. Nam si cœlum pellucidum esset, ejus omnis splendor sursum effugeret. Ignis enim cùm natura sursum feratur, terram desertam relinqueret. Idcirco igitur immensa aquarum vi cœlum superius densavit, vt splendor in arctum coactus, in terram descenderet. Vide Artificis sapientiam ac solertiam. Habes verò & in teipso Artificis ejusdem sapientiæ specimen. Fecit Deus in te etiam quatuor elementorum effigiem. Cogita mihi caput istud, cœlum superius. Quæ sunt supra linguam cœlum alterum, id est, firmamentum, vnde etiam à cœli figura οὐρανίσκος (quasi parvum cœlum) vocatur. Superius in abditis nullique conspicuis, cerebrum quod non videatur: inferius lingua, quæ conspiciatur, vti nimirum cœlum superius in invisibilibus est: mundus verò in his quæ loquamur. Ac sicut in elementis, terra quidem gravis occurrit, aqua verò, terra quidem levior, verùm igne gravior: sic quoq; in nobis sensus, gustus, olfactus, auditus, visus, nec omnes pares sunt. Hinc rem probato. Si cujus gustum velis percipere, nisi linguæ admoveris quod gustandum est, sensum non facis. Crassior enim sensus est, nec potest procul percipere. Olfactus verò procul percipit: Puta, per domum transis, odoris fragrantiam percipis, quam non vides. Rursus visus olfactu celerior est: videt enim è monte latè fusas planities. Visu rursus mens subtilior: cogitat cœlum, terram, mare, & vbique invenitur. Idcirco etiam mens Dei est simulacrum. Cogitat mens, moxque penes seipsam fora condit; turbant, populum effingit, sibique repræsentat. Erubescant Hæretici: Mens talia operatur, mentisque Artifex, omni olfactu subtilior, non celeritatem habet operationem? non creandi vim promptiorem? non naturam comprehensione majorem?

Aquæ supra cœlos vsus alius.

G

Homo mundi imago.

H

Mēs, Dei imago.

Volo autem, Fratres, ad vos loqui, quod quidem à fide extraneum sit, quod attinet ad impietatem, quòd verò ad examen, hic est ei conjunctum; vt noveritis quanta moveat diabolus, quanta suggerat Hæreticis, vel hi potius diabolo. Hodie quidam Hæreticos, frequenti sacrorum virorum Patrúmque concione ad vna veniens, aiebat: (Dico porro ipsis illius verbis, ne fortè sermo aliter auditus, aliter feratur.) Aiebat, inquam, *Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, vna divinitas, vna virtus, vnum regnum. Auferendum autem ab animo* (non

Hæretici ineptia, abolendū trisagiū, quasi 16 ad verū D. ū traferatud.

enim

A

enim ab altari dico)ne in Sanctificatione Sanctus, Sanctus, Sanctus Dñs Sabaoth, dicatur. Ac nisi, inquit, *abstuleritis, Christianus non estis.* Vidisti procacem audaciam furoremque diaboli? Vidisti radicem pugnantis Deo impietatis? Vidisti exuperantem blasphemiam? Pietatis caput voluit auferre, conturbare mysterium, fidem abolere, fundamenta eruere.

Et vide diaboli astutiam. Præstruxit vt diceret, *Pater & Filius & Spiritus sanctus, una divinitas, una virtus, vnum regnum.* Venenum melle temperauit. Semper enim mendacium, dum sibi fidem quærit, haud vnquam alia ratione obtineat, quàm fixo fundamento apparentis veritatis. Ac quo id modo, accipe. Nihil quidem simile, dicam tamen. Rhaab meretrix susceptis exploratoribus interrogata, *Ingressi ne sunt ad te viri? respondit, Sanè.* Primum verum est: *sed exierunt,* inquit; alterum falsum. Si negasset esse ingressos, domum pervestigassent. Dixit verum, vt fidem conciliaret: adiecit mendacium, vt deciperet. Sic & iste. Rogantibus autem nobis, Quid causæ esset, cur auferenda esset Sanctificatio, dicebat, *Quod alterius Dei nomen esset: non est nec Christi, nec Patris.* Vidisti despicabile ac impurum os. Nempe præ inscitia animique ruditate nesciuit, non esse Sabaoth Dei nomen, sed exercituum, id est, *Dñs virtutum.* Dicam verò etiam causam. Ante finem tamen quod faustè euenit scire vos volo; pœnituit, procidit, anathema dixit, preces obtulit, receptus est.

Iosu. 2. 4.

B

Hæreticus ad saniorem mentem adductus.

Attende igitur. Quod enim obiter sermo incidit, operæpretium est vt & causam dicamus, ob quam beatus Esaïas sanctificationis canticum hoc, submissum audierit. Erat Esaïas vir mirabilis, æmulatione plenus; vir planè audax magníque pectoris, non à procacitate & insolentia, sed ob æmulatione. Ejus temporibus fuit Rex Ozias nomine: Is, ad reliquam Regiam claritatem, etiam Sacerdotalem voluit vsurpare? Sacerdotes ipsi quidem ordinia Sacerdotalia seriem noverant, Regi tamen plurimum reluctari nolueriant. Nempe reveriti erant dignitatem, thronum coluerant, exercitus timuerant. Esaïas ipse quoque tacuerat; Regi non obstiterat. Vt igitur vidit Deus Sacerdotes metu perculsos, Prophetam animum despondisse, Regémque temerè aggressum esse, in ejus vultum lepram immisit, propterea quod ausus esset Sancta contingere; deinceṕsque nedum Sacerdotio, sed & regno ejectus est, ac leprosus mansit. Ac Deus quidem quod suum esset fecerat, indignabatur tamen Sacerdotibus, ac præcipuè Prophetæ, quod cùm adesset pietatem prodiderat. Deus itaque erga Prophetam silentium tenebat, nec eum en sermones conferebat, dunec sceleratus vita functus est. Quando igitur jam impius diem obierat, tunc & Deus posita indignatione, Prophetæ conciliatur.

Esaïas qualis.

C

Fiue of fensio, quod Oziæ nō fatis obstiterit. Imò restitisse Sacerdotes ait Scriptura 2 Par. 26 18.

Ait itaque Esaïas: *Et factum est in anno quo mortuus est Rex Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum & elevatum.* Quid verò causæ est, cur Deus super solium excelsum & elevatum apparuit? Quod Deus invisibilis sit, Réxque aspectu terrorem iojiceret, ostendit Prophetæ cœlestem claritatem, vt illi persuaderet, quasi spreto solio, quale solium coluissent, qualéque satellitium cœleste & Angelicum, non colentes nec cogitantes, satellitium humanum timuissent.

D

Esa. 6. 1.

Et erat, inquit, *domus plena gloria eius: Et Seraphim stabant in circuitu eius.* Cherubim, thronus sunt: Seraphim, satellitium. Cherubim, enim si nomen reddas, nihil aliud interpreteris, quàm *Sapientia plena.* Quemadmodum autem sedes hæc, sive alia, sedentem conquiescere facit, ac tum honori est, tum quieti: sic & Dei sedes, Sapientia, in qua conquiescit. Idcirco ait David, *Qui sedes super Cherubim*; pro eo ac dicat, supra plenam sapientiam conquiescis. Propterea Cherubim, dorsúmq; & caput, & pennas & pedes & pectus, cunctáque oculis erant plena, quod Sapientia omni ex parte oculum apertum habeat.

Hinc Dion. Maximo. Chryf. omnino primi Cherubim, celibis quis propinquiores.

Ps. 79. 2.

Sex alæ, inquit, *vni, & sex alæ alteri: Et duabus velabant faciem eius, & duabus pedes eius, & duabus volabant. Et clamabant alter ad alterum, & & dicebant; Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth*; hoc est, Dominus exercituum. *Sex alæ vni, & sex alæ alteri*: octo silentium tenent, quatuor clamant. Quid nos igitur hoc ænigmate docet Scriptura? Ne omnem de Deo rationem moveamus; sed alia quidem silentio celebremus, alia verò fide laudemus & enarremus. Quid verò causæ est cur velent caput & pedes? Quod nec initium inveniatur, nec finis. Et duabus quidem velant caput, duabus autem pedes: nimirum, mediis alis volant, non extremis ad caput sursum, & deorsum ad pedes positis. Operæpretium enim est, vt de Deo loquentes, quæ sunt media loquamur, quod Deus, quod Creator, quod Dominus, quod Benefactor est. Cuncta hæc media sunt. Si quidem dixeris: Quomodo genuit, caput nudasti, quod Cherubim velant: sin autem dicas, vbi Dei finis, pedes nudas, quos velant Cherubim. Velant autem caput & pedes, non vt abscondant, sed vt imperscrutabilia, vt incomprehensa doceant.

E

Dei media nota & prædicāda: extrema velanda.

F

Imò Seraphim.

Accipe & figuram: Erant semel & iterum sex (id est, duodecim) alæ; octo quiescentes, & quatuor quæ moverentur Apostolorum hæc figura. Duodecim Apostoli, sed quatuor clamant Evangelistæ. Quid verò clamant? Quam satanas studuit vocem evertere. Attende, quæso: Non simpliciter eodem ac nos modo dicebant, *Sanctus, Sanctus, Sanctus*; sed alter alteri reponebat, vti scriptum est. *Et clamabant alter ad alterum*: *Sanctus*, inquit, semel debemus dicere; alter ait, *Sanctus*: tum alius tertiò *Sanctus* adjecit. Quod igitur tria numeravimus, ne putaveris tres Deos esse. Quid igitur? *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus. Vnus* enim *Dominus, vna Fides, vnum Baptisma.* Et sicut inter depangendum Psalmos, alij aliis modulos transmittimus; sic & supernæ Virtutes vicissim choros miscent, ac veluti ex melodia altrinsecus respondente, vicariis vicibus laudationem concelebrant.

At è duodecim, duo tantùm Evangelistæ.

G

Trisagiū, Syrorū more, ad Christū refertū, nō ad Trinitatem.

Eph. 4. 5

Tum, *Plena*, inquit, *est gloria Domus eius. Et elevatum est superliminare à voce, qua clamabant: & domus impleta est fumo.* Rem novam & inauditam. Cùm à laudatione claritatem accessisse doceret, ipsa quæ erat periit, ac fumus intravit. Porro fumus desolationis simulachrum est. Quid ergo sibi vult? Prævidit Spiritus sanctus, Canticum illud, *Sanctus, Sanctus, Sanctus* mundo esse coaptatum (prædicatione scilicet Apostolorum) nec illud suscepturum templum Iudæorum. Ait itaque, post prædicationem Evangelij, desolatione & fumo replendam esse Synagogam. Animum attende: Omnis janua subjectum solum habet, ac limen; subliménque hinc inde ad latera positis lignis (ὑπερθύρια vocant) superinjectum: nec stare possunt ὑπερθύρια nisi limen habeant, nec inconcussè firmari, nisi antè sublimen recipiant. Elevatum itaque est Synagogæ superius munimentum. Non tota quidem Synagoga, quæ valvas quidem habeat, sublimen verò non habeat. Sublimen, virtus est superius continens servánsque. Elevatum est sublimen, nudata est gratia. Quo verò ex tempore elevatum est sublimen, necesse est ὑπερθύρια levi manus pulsatione concuti. Idcirco quævis manus ac potentia res Iudaïcas concutit. Vnde & quidam Prophetarum aiebat, *Et ponam Ierusalem vt vestibula quæ moventur.*

H

Zach. 12 2.

Et domus, inquit, *repleta est fumo.* Quonam verò gloria abiit? Attende, rogo: Ait Esaïas, *Et plena domus gloria eius.* Tum ait, *Repleta est fumo.* Ingresso itaque fumo, necessariò gloria ac claritas migravit. Quonam verò illa migravit? Non ad vnam domum, sed Ecclesias implevit toto orbe terrarum. Et vt ostendant Cherubim, quoniam gloria, quæ in templo erat, commigraverat, aiunt: *Plena est omnis terra gloria eius.* Nudata est gens vna, & illuminati sunt fines terræ. Hanc sanctam vocem, regiam hanc laudationem, divinam hanc spirituali altóq; sensu institutionem,

Ab

A

Ab altari auferendam aiebat os diabolicum. Quod autem in ipsum Christum tendat blasphemia, manifesta auctoritas est.

Esaias iratus reparatio.

Quemnam vidit Esaïas in throno? Ait enim, *Audivi vocem Domini dicentis: Quem mittam? & quis ibit ad populum istum?* Reconciliatus est servo, indignantis tamen speciem præferebat. Velut nos cùm iras servis remiserimus, non statim omnem ei vultum indulgemus, sed aspectum tantisper subducimus. Sic & Deus, cùm non omnem vultum vellet ostendere, stante illo aiebat: *Quem mittam?* ac si servis coram stantibus beatus, vt eorum reprehendat segnitiem, ac quasi exprobrans, dicat: Quem in hoc opus mittam? Hominem non habeo; non quasi non habeat, sed quod strenuum sedulúmque non habeat. Sic & Deus: *Quem mittam?* Ac si dicat: Eúmne qui tacuit? eúmne qui Sacerdotio pugnavit? Quid ergo Esaïas? Velut servus qui offenderit, ac quem remordeat animus, quique pro his quæ deliquit satisfacere studeat: *Ecce ego, mitte me.*

B

Ioan. 12. 37.

Act. 28. 25

Vbi ex Spiritus persona hæc referuntur. Allusio ad Eucharistiã quæ fit à ... illo tan ... sicut Eucharistia dimittens peccata.

Vnde igitur ostendemus fuisse Christi gloriam? Ait Ioannes Evangelista: *Cùm tanta signa fecisset* IESVS, *non crediderunt ei Iudæi, vt impleretur quod dictum est per Esaiam Prophetam: Audiu audietis, & non intelligetis. Hæc autem dixit quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo.* Vidisti nostræ caput salutis & sanctificationem? Sanctificatio nisi fuerit, nec Mysterium peragitur. Habes imaginem: Solùm dixerunt Cherubim, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus*, móxque sanctificata hostia est. *Et missus est ad me*, inquit, *vnus de Cherubim, & in manu sua habebat carbonem, quem tulit forcipe de altari.* Non tulit donec sanctificatus est. *Et tetigit*, inquit, *labia mea.* Quorsum labia? Nempe Mysteriorum vestibula. Quid dicimus? Mysterium hoc peccata dimittit. Ait enim & Cherubim: *Ecce abstulit peccata tua.* Vidisti figuram? Vidisti splendentem veritatem? Ipsum igitur qui sedet super thronum excelsum, & elevatum sanctificare non desistamus: sed & pro Anima, quæ seducta fuerat, gratias agamus; quam lupus rapuerat, sed Pastor ab ejus revulsit faucibus, quam rapuerat diabolus, sed abstulit qui clemens

C

est ac benignus; vt os omne hæreticum & omnis lingua blasphemia furens, laudet Patrem & Filium, & Spiritum sanctum, cui gloria & imperium, in sæcula sæculorum, Amen.

IN TERTIVM MVNDI Creationis diem.

ORATIO TERTIA.

MVndi quidem Artifex, Sole, Luna, stellis cœlum perornavit, terrámque floribus ac plantis coronavit, necnon creaturam omnem vario ornatu distinxit: operæpretium verò est, vt, & ipsi resumpta de Mundi Opificio tractatione, rerum fabricam admiremur, ipsumque ejus auctorem veneremur atque colamus. Non enim hæc scripta sunt, vt solùm facta esse intelligamus, sed vt etiam eum qui condidit admiremur atque laudemus. Dictum est produxisse primo die

D

creandarum rerum materias: altero, quomodo Firmamentum ex tenuata aquarum substantia condiderit, eámque ob rem Firmamentum vocarit. Vnde & Christus omnem orbem terrarum tenuatum & relaxatum (diversis scilicet plurium Deorum erroris materiis dissiparum) collegit, ac vnam fidem fecit, quam & Apostolus Firmamentum vocat, cum ait: *Iuxta firmamentum fidei in Christum.*

Ecclesia mundi typo Christo condita. Col. 2. 5.

Divisa igitur abyssus est, quæque in inferioribus aqua mansit, abyssus erat, & quæ in excelsis elevata est, abyssus. Vnde hoc? Loquitur David: *Abyssus abyssum invocat in voce cataractarum tuarum.* Divisa igitur est aqua, & factum firmamentum. Iam itaque terrã cooperta erat aqua. *Et dixit*, inquit Deus: *Congregetur aqua, quæ sub cælo est in locum vnũ, & appareat*

Ps. 41. 9.

Gen. 1. 9

E

arida. Quandoquidem scire se omnia Hæretici profitẽtur, modúmq; scrutantur incomprehensę substantiæ, dicant quomodo congregata sit aqua, & quo loco congregata, ac quorsum congregata recesserit. Non enim vestro more solùm venandæ sunt voces, sed res quærendæ.

Dixit Deus, congregetur aqua. Quónam congregetur? In mare? Num enim mare tunc plenum non erat? Terra plena erat, vtique sanè & mare Quonam igitur congregata est? Qui ea quæ in pedibus versantur & oculis conspicua sunt comprehendere non valent, inperscrutabilem altitudinem curiosius rimantur, & incomprehensam Deitatis abyssum; nec mare, ipsum incomprehensum, deterruit ab scrutando Artifice. Ideirco etiam dicat Propheta, Hæreticos increpans, *Erubescant* Hæretici, *dixit mare.* Quonam igitur loco congregatæ sint aquæ, audi: Quando Deus terram fecit, necdum erant cava montium, sed mox ac dixit: *Congregetur aqua*, terra dirupta est, ac sinus fecit. Res argumento est, quod insulæ, quod montes interjecti extant. Eámque ob rem reliquit Deus insulas & montes, vt à principio conjuncta hæc noveris, sed Dei verbo disrupta fuisse atque discissa.

Adversus Anomœos.

Isa. 23. 4

Aquarũ congregatio.

F

Congregatur aqua, & nuda est terra: Porro observandum, terram, quam sic vocitant cùm primùm à Deo condita est, non hoc nomen ab eo accepisse: sed ejus prima creatione mundique ortu, illius nomen Aridam fuisse, vt ait David, *Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, & siccam manus eius formaverunt.* Arida condita est, túmque aucta nomine. Terra nuncupata, quemadmodum istud firmamentum conditum est, & cœlum nuncupatum. Facto igitur aquarum divortio, Arida prodiit, terræ aquis ebriæ habens speciem. Aquæ enim tum primùm recesserant.

Ps. 94. 5

Iam itaque detecta terra, jubet rerum Opifex: *Germinet terra herbam fœni, seminantem semen secundùm genus, & secundùm similitudinem: & lignum pomiferum faciens fructum, cuius semen sit in ipso, secundùm genus & secundùm similitudinem.* Ne hoc quidem pudorem Hæreticis ingerit? Herba & ligna & fœnum generant secundùm similitudinem, & Deus dissimilem genuit? Cumque rursus quadrupedia, & reptilia, & volatilia facta sunt, dicit Deus: *Educant aqua reptilea animarum viventium, & volatilia volantia super terram, secundùm genus.* Bestiæ, reptilia, volatilia, natatilia, herba, fœnum, ligna secundùm genus & secundùm similitudinem generant, solúsque Deus dissimilem genuit? Ac nos quidem condendo, Deus dixit: *Faciamus hominem ad imaginem nostram & similitudinem.* Opus ad similitudinem, Artifex autem dissimilis? At vide rem mirem. Haud tardò enim hæretica pravitas latibulum quærit. Modò sic, inquit, Filium dixeris ad similitudinem, vt & nos sumus, planè admittimus. Enimverò aliud est naturæ similitudo, aliud gratiæ. Nos ad similitudinem, ille similitudo. *Nam qui videt me, videt Patrem.* Par enim est, Dei servos observare dictionum discrimen.

G

Adversus Arianos.

Gen. 1. 26

Naturalis similitudo, & ex gratia.

Ioan. 14. 9

Dicit Deus: *Germinet terra herbam fœni, & lignum pomiferum faciens fructum*; túmque ait: *Educat terra quadrupedes bestias & iumenta.* Cur ibi *Germinet*; hic, *Educat*? Germina & ligna fructus quotannis germinant. Quia igitur futurum erat vt stirpes ac semina in terra permanerent, ac prorsus ea ea procederent, idcirco *Germinet.* Enimvero animalia idcirco *Educat*, quod vbi semel è terra nata fuerint, non amplius ex ea, sed aliorum ea aliis successione nascuntur. Ita factum est, sermo in opus decurrit: ornatum terra acceperat, decebat accipere & cœlum.

H

Quid verò causæ est, cur prius terra ornaretur, indéque cœlum? Quod nimirum futurum erat vt error emergeret, quo Sol & Luna & Stellæ in Deorum censum referrentur. *Dixit Deus, fiant luminaria in firmamento cæli.* Cur primo die non fecit Solem & Lunam? Quod necdum firmamentum conditum erat, in quo illa debebant collocari. Nec id modò, sed quod etiam

Gen. 1. 14

nondum

A

nondum fructus erant, qui ab eis deberent confoveri. Tertio enim demum die fructus germinarunt. Ac ne rursus putaretur, ex benigna Solis indole germinasse, post absolutam rerum fabricam, tunc demum Deus Solem & Lunam & sidera fecit.

Sol & stellæ ex primigenia luce.

Vnde verò hæc Deus fecit? Dictum est primo die ex non entibus cuncta condidisse, reliquis verò diebus, ex entibus. Vnde igitur Sol? Ex luce primo die condita, vertit Artifex, vt libuit, inque diversos aspectus formásque transmutavit, illic lucis materiam, hic stellas. Ac si quis, auri massa prolata, inde postea aureos cuderet, sic & ille lucis ornatum disposuit. Quemadmodum enim tunc abyssum, quæ vna aqua esset, rerum Artifex, in maria & flumina & fontes & lacus & puteos divisit; sic & lucem vniformem in Solem & Lunam & stellas atque sidera partibus scidit.

Luminaria extra cœlū cō dita, illi postea affixa.

Gen. 1. 16

Porro libet inquirere, vbinam Deus luminaria condiderit. Videtur enim extra cœlum condidisse, ac tum superius eâ fixisse ac collocasse. Velut Artifex, posteaquam tabellam absolvit, eam parieti affigit: ita Deus, primò luminaria extra cœlum condidit, ac tunc in superioribus velut artifex affixit, vt testatur Scriptura, *Et fecit Deus duo luminaria, & posuit ea in cœlo.* Quonam igitur modo fixit? Num ambo simul antè compacta erant? Nulla est ratio vt hoc dicatur. Quid igitur? Sic accipienda ea fictio, vt Dei ipsa voce indicatur. *Posuit*, inquit, *Deus luminaria: luminare maius, vt præesset diei; & luminare minus, vt præesset nocti.* Cùm Sol ad Orientem fixus est, Luna fixa est ad Occidentem; quod Luna quidem nocti præesse jussa esset, Sol verò præesse diei.

Condita Luna plena.

Igitur condita est Luna, nascitúrque primo die plena. Non enim decebat Dei opus statim primáque origine mutilum edi, sed par erat vt luminare proderetur, quale conditum esset. Postea verò, qua vicissitudine mutatur, tempora & tempestates & variè alternantea dies ostendit. Creat igitur Deus Lunam quintamdecimam plenam Sol diluculo ortus est: quando enim Luna diluculo fixa est, lucebat ad Occidentem. Vbi igitur Sol cursum suum ad Occidentem emensus erat, mox Luna oriri cœpit, vt impleretur illud; *Præsint diei ac nocti.*

C

Dies vndecim Solem excedit.

Reliqua quæstio est, quid causæ sit cur Deus Lunam plenam condiderit? Attende animum, alta enim sententia est. Oportebat eam, cùm die quarto condita esset, quartam lucere. Rursus verò si esset quarta, summum Occidentis punctum non teneret. Inventa igitur est excedens vndecim dies. Quarta facta est, & lucet vt quintadecima. Iam itaque Luna, dies vndecim Solem superabat, non anteriori creatione, sed lucis fulgore. Propterea quibus tunc Luna diebus excedebat, hos Soli restituit. Lunæ enim ac mensis cujusque numerus à viginti novem & dimidio diebus, per menses duodecim anni, dies facit trecentos quinquaginta quatuor. Si enim tu cum modum mensem supputaveris, à viginti novem cùm dimidio diebus, fiunt anni dies trecenti quinquaginta quatuor, vt quos tunc Luna dies plures occupavit, per annum Soli reddat. Supputet qui ejus artis peritus est.

D

Gen. 1. 14

Dei præceptum, nō natura, quod astra terram illuminant.

Fiant luminaria in firmamento cœli, vt luceant super terram. Quod ignis indoles est vt sursum excurrat, illi Deus frænum injicit, vt non sursum, sed in terram fulgorem mittat. Non fert quidem natura ignis vt deorsum spectet, sed vt sursum tendat. Si facem habes, verte deorsum, vidésque etiam verso organo, ignem sursum obrepere. Quod igitur ejus talis erat futura indoles eam præpedivit, ne sic luceat, vt natura comparatum est, sed vt illi præceptum est. Observavit quis vestrum oleum lucernæ, qua scilicet ratione ignis cum oleo divellatur. Ac quidem olei vis deorsum trahit, ignis verò sursum excurrit, ac quasi vim patiatur, adversum clamat. Si quando enim ignis, secus ac illi comparatum est, currere cogitur, vocem mittit, vt cui vis inferatur, vt cui præter naturā illáq; invita via fit. Cùm enim quid præter naturam elemento acciderit,

Ignis stridor & quasi vociferatio.

clamat: quid causæ est, cur injecto in ignem oleo vocem non mittat; sin autem injecta aqua fuerit, stridet? Vtraque substantia humida. Quia tamen etiam oleum ex ligno pabulum est, nutritque oliva, ac semper ignis ligno amicus est, libenter accipit, quod ex affini natura est. Sin autem aqua igni injecta fuerit, stridet, quippe cùm contrario pugnet. Ignis, aëris proprium est, illi namque affinis est. Insufflas lucernam, aërque ignem in fumum vertit, ac nusquam comparet, quod affine evasit.

E

Vide Artificis sapientiam, vide potentiam. Posuit luminaria in cœlo, vt lucerent super terram. *Et sint*, inquit, *in signa, & tempora* (seu tempestates) *& annos.* Quid sibi vult, *in signa?* Insulsi enim nugatores, spes suas circa Astrologiam evacuarunt, vt ea observarent quæ nusquam extant. Quod enim ex astris nihil de hominum vita observari possit, testatur Esaïas, cùm ait: *Surgant Astrologi cœli, & qui signa vident, & dicant tibi quid venturum sit.*

Isa. 47. 13

F

Signa cœli pro intellectu.

De hominum itaque vita, nullum signum dat cœlum. Vis autem scire hujus signa? Nempe significat pluvias, ventos, hyemes ac tempestates, & serenam auram. Hæc sidera præsignant, idque per Dei clementiam, vt nempe Nauclerus signum videat & periculum caveat. Vt Agricola hyemem præsagiat, & tellurem aratro proscindere occupet. Sunt belli & pacis signa: Signa hæc Salvator confirmavit; signa vtique simplicia, nec vllo curiositatis vitio laborantia. Ait enim Iudæis: *Hypocritæ, cùm videritis nubem ab occasu orientem, dicitis, venit tempestas, & venit sic. Et si videritis vespere rubicundum cœlum, dicitis, serenum, & venit serenum. Et si videritis serò triste cœlum, dicitis, tempestas venit.* Et subdit: *Faciem ergo cœli ac terræ probare scitis & explorare, tempus autem istud nescitis?* Signa hæc periculi secura, vt observentur æstas, hyems, pluvia, serenitas. Hæc, nec abhorrentia à pietate, & Dei propria. Licebat de Astrologia longum proferre sermonem: verùm & majore eget contentione vocis, & organo non satisfecere. Pari enim cum sermone gressu mens vadit, imbecillique lingua ratio ipsa elanguescit. Ad ea igitur quæ simpliciora sunt procedamus.

Luc. 12. 54.

Mat. 16. 2 Marc.

G

Sint in signa & tempora. Aliud est quod Græci χρόνος, & quòd καιρὸς, dicunt; nobis vtrumque *tempus*, χρόνος, duratio est & intervallum; καιρὸς, opportunitas seu occasio. Nec est qui dicat, χρόνος est vindemiæ; nemo dicit χρόνος est Virginem nubere; sed καιρὸς (quasi opportunum) nubendi Virginem, καιρὸς sementis, καιρὸς messis. Aitque Salomon, *Καιρὸς pariendi & καιρὸς moriendi; & καιρὸς ædificandi, & καιρὸς destruendi.* Nempe καιρὸν ac tempus, opportunitatem dicit. Hæc verò astra significant. Porò, Pleiadum ortus, æstatis initium est: earum occasus, initium sementis. Hæc procul ab impietate remota, ac pietatis propria. Etiam Dei festa καιροὶ dicuntur, id est, tempora. Ait Deus: *Tria anni tempora celebrabitis mihi: Festum Azymorum, Festum Pentecostes, & Festum Tabernaculorum.* Tria tempora. En signa & tempora. Dies rursus in Sabbato & menses facit Luna. Sol annorum tempestates servat, vernam, hyemalem, æstivam, autumnalem. Stant hæ leges inconcussæ. Dixit & fixa sunt: mandavit & fundata sunt. Hîc te jam, Lector, volo.

Eccl. 3. 2

Deut. 16. 16.

H

Quis horum artifex? Quis hæc condidit? Num Pater? Nemo inficiatur. An Filius? Admittunt (etsi non rectè) etiam Hæretici. Aiunt enim: Fecisse quidem Patrem Filium, Filium verò cuncta condidisse. Impietatem admitto, quod insolubilibus vinculis Hæreticorum constringat animum. Sciscitemur ex Prophetis, num qui fecit omnia, aliquem se majorem habeat, vel cunctis superior sit. Sua enim ipsi propositione cadunt. Aiunt Filium omnia fecisse, ipsum verò à Patre esse factum. Propitius nobis pro blasphemia sit. Planè enim horror est impiorum verba repetere. Medicorum tamen more, manus injiciemus in vulnera,

Adversus Arianos Filiū non conditorem verè Deū esse.

A *Ab altari auferendam* aiebat os diabolicum. Quod autem in ipsum Christum tendat blasphemia, manifesta auctoritas est.

Esaias a malis separatus.

Quemnam vidit Esaïas in throno? Ait enim, *Audivi vocem Domini dicentis: Quem mittam? & quis ibit ad populum istum?* Reconciliatus est servo, indignantis tamen speciem præferebat. Velut nos cùm iras servo remiserimus, non statim omnem ei vultum indulgemus, sed aspectum tantisper subducimus. Sic & Deus, cùm non omnem vultum vellet ostendere, stante illo aiebat: *Quem mittam?* ac si servis coram stantibus beatus, ut eorum reprehendat segnitiem, ac quasi exprobrans, dicat: Quem in hoc opus mittam? Hominem non habeo; non quasi non habeat, sed quod strenuum sedulúmque non habeat. Sic & Deus: *Quem mittam?* Ac si dicat: Eúmne qui tacuit? eúmne qui Sacerdotio pugnavit? Quid ergo Esaïas? Velut servus qui offenderit, ac quem remordeat animus, quique pro his quæ deliquit satisfacere studeat: *Ecce ego, mitte me.*

B Vnde igitur ostendemus fuisse Christi gloriam? Ait Ioannes Evangelista: *Cùm tanta signa fecisset* IESVS, *non crediderunt ei Iudæi, ut impleretur quod dictum est per Esaiam Prophetam: Auditu audietis, & non intelligetis. Hæc autem dixit, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo.* Vidisti nostræ caput salutis & sanctificationem? Sanctificatio nisi fuerit, nec Mysterium peragitur. Habes imaginem: Solùm dixerunt Cherubim, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus*, móxque sanctificata hostia est. *Et missus est ad me*, inqit, *unus de Cherubim, & in manu sua habebat carbonem, quem tulit forcipe de altari.* Non tulit donec sanctificatus est. *Et tetigit*, inquit, *labia mea.* Quorsum labia? Nempe Mysteriorum vestibula. Quid dicimus? Mysterium hoc peccata dimittit. Ait enim & Cherubim: *Ecce abstuli peccata tua.* Vidisti figuram? Vidisti splendentem veritatem? Ipsum igitur qui sedet super thronum excelsum, & elevatum sanctificare non desistamus: sed & pro Anima, quæ seducta fuerat, gratias agamus; quam lupus rapuerat, sed Pastor ab ejus revulsit faucibus, quam rapuerat diabolus, sed abstulit qui clemens est ac benignus; ut os omne hæreticum & omnis lingua blasphemia sorens, laudet Patrem & Filium, & Spiritum sanctum, cui gloria & imperium, in sæcula sæculorum, Amen.

Ioan. 12. 37. Act. 28. 25

Vbi ex Spiritus persona hæc referuntur.

Allusio ad Eucharistiã quæ sic sanctificatur. Eucharistia dimittens peccata.

C

IN TERTIUM MUNDI *Creationis diem.*

ORATIO TERTIA.

MVndi quidem Artifex, Sole, Luna, stellis cœlum perornavit, terrámque floribus ac plantis coronavit, necnon creaturam omnem vario ornatu distinxit: operæpretium verò est, ut, & ipsi resumpta de Mundi Opificio tractatione, rerum fabricam admiremur, ipsumque ejus auctorem veneremur atque colamus. Non enim hæc scripta sunt, ut solùm facta esse intelligamus, sed ut etiam eum qui condidit admiremur atque laudemus. Dictum est produxisse primo die creandarum rerum materias: altero, quomodo Firmamentum ex tenuata aquarum substantia condiderit, eámque ob rem Firmamentum vocarit. Vnde & Christus omnem orbem terrarum tenuatum & relaxatum (diversis scilicet plurium Deorum erroris materiis dissipatum) collegit, ac unam fidem fecit, quam & Apostulus Firmamentum vocat, cum ait: *Iuxta firmamentum fides in Christum.*

D

Ecclesia mundi typo Christo condita. Col. 2. 5.

Divisa igitur abyssus est, quæque in inferioribus aqua mansit, abyssus erat, & quæ in excelsis elevata est, abyssus. Vnde hoc? Loquitur David: *Abyssus abyssum invocat in voce cataractarum tuarum.* Divisa igitur est aqua, & factum firmamentum. Iam itaque terra cooperta erat aqua. *Et dixit*, inquit Deus: *Congregetur aqua, quæ sub cœlo est in locum unũ, & appareat arida.* Quandoquidem scire se omnia Hæretici profitentur, modúmq; scrutantur incomprehensę substantiæ, dicant quomodo congregata sit aqua, & quo loco congregata, ac quorsum congregata recesserit. Non enim vestro more solùm venandæ sunt voces, sed res quærendæ.

Ps. 41. 9.

Gen. 1. 9

E

Dixit Deus, congregetur aqua. Quónam congregetur? In mare? Num enim mare tunc plenum non erat? Terra plena erat, utique sanè & mare. Quonam igitur congregata est? Qui ea quæ in pedibus versantur & oculis conspicua sunt comprehendere non valent, inperscrutabilem altitudinem curiosius rimantur, & incomprehensam Deitatis abyssum; nec mare, ipsum incomprehensum, deterruit ab scrutando Artifice. Idcirco etiam dicat Propheta, Hæreticos increpans, *Erubescant* Hæretici, *dixit mare.* Quonam igitur loco congregatæ sint aquæ, audi: Quando Deus terram fecit, necdum erant cava montium, sed mox ac dixit: *Congregetur aqua*, terra dirupta est, ac sinus fecit. Res argumento est, quod insulæ, quod montes interjecti extant. Eámque ob rem reliquit Deus insulas & montes, ut à principio conjuncta hæc noveris, sed Dei verbo disrupta fuisse atque discissa.

Adversus Anomœos.

Isa. 23. 4

Aquarũ congregatur.

F

Congregatur aqua, & nuda est terra; Porro observandum, terram, quam sic vocitant cùm primùm à Deo condita est, non hoc nomen ab eo accepisse: sed ejus prima creatione mundíque ortu, illius nomen Aridam fuisse, ut ait David, *Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, & siccam manus eius formaverunt.* Arida condita est, túmque aucta nomine. Terra nuncupata, quemadmodum istud firmamentum conditum est, & cœlum nuncupatum. Facto igitur aquarum divortio, Arida prodiit, terræ aquis ebriæ habens speciem. Aquæ enim tum primùm recesserant.

Ps. 94. 5

Iam itaque detecta terra, jubet rerum Opifex: *Germinet terra herbam fœni, seminantem semen secundùm genus, & secundùm similitudinem: & lignum pomiferum faciens fructum, cuius semen sit in ipso, secundùm genus & secundùm similitudinem.* Ne hoc quidem pudorem Hæreticis ingerit? Herba & ligna & fœnum generant secundùm similitudinem, & Deus dissimilem genuit? Cumque rursus quadrupedia, & reptilia, & volatilia facta sunt, dicit Deus: *Educant aqua reptilia animarum viventium, & volatilia volantia super terram, secundùm genus.* Bestiæ, reptilia, volatilia, natatilia, herba, fœnum, ligna secundùm genus & secundùm similitudinem generant, solúsque Deus dissimilem genuit? Ac nos quidem condendo, Deus dixit: *Faciamus hominem ad imaginem nostram & similitudinem.* Opus ad similitudinem, Artifex autem dissimilis? At vide rem miram. Haud rarò enim hæretica pravitas latibulum quærit. Modò sic, inquit, Filium dixeris ad similitudinem, ut & nos sumus, planè admittimus. Enimverò aliud est naturæ similitudo, aliud gratiæ. Nos ad similitudinem, ille similitudo. *Nam qui videt me, videt Patrem.* Par enim est, Dei servos observare dictionum discrimen.

G

Adversus Arianos.

Gen. 1. 26

Naturalis similitudo, & ex gratia.

Ioan. 14. 9

Dicit Deus: *Germinet terra herbam fœni, & lignum pomiferum faciens fructum*, túmque ait: *Educat terra quadrupedes bestias & iumenta.* Cur ibi *Germinet*; hîc, *Educat*? Germina & ligna fructus quotannis germinant. Quia igitur futurum erat ut stirpes ac semina in terra permanerent, ac prorsus ex ea procederent, idcirco *Germinet.* Enimvero animalia idcirco *Educat*, quod ubi semel è terra nata fuerint, non amplius ex ea, sed aliorum ex aliis successione nascuntur. Ita factum est, sermo in opus decurrit: ornatum terra acceperat, decebat accipere & cœlum.

H

Quid verò causæ est, cur prius terra ornaretur, indéque cœlum? Quod nimirum futurum erat ut error emergeret, quo Sol & Luna & Stellæ in Deorum censum referrentur. *Dixit Deus, fiant luminaria in firmamento cœli.* Cur primo die non fecit Solem & Lunam? Quod necdum firmamentum conditum erat, in quo illa debebant collocari. Nec id modò, sed quod etiam

Gen. 1. 14

nondum

A nondum fructus erant, qui ab eis deberent confoveri. Tertio enim demum die fructus germinarunt. Ac ne rursus putaretur, ea benigna Solis indole germinasse, post absolutam rerum fabricam, tunc demum Deus Solem & Lunam & sidera fecit.

Vnde verò hæc Deus fecit? Dictum est primo die ex non entibus cuncta condidisse, reliquis verò diebus, ex entibus. Vnde igitur Sol? Ea luce primo die condita, vertit Artifex, vt libuit, inque diversos aspectus formásque transmutavit, illic lucis materiam, hic stellas. Ac si quis, auri massa prolata, inde postea aureos cuderet, sic & ille lucis ornatum disposuit. Quemadmodum enim tunc abyssum, quæ vna aqua esset, rerum Artifex, in maria & flumina & fontes & lacus & puteos divisit; sic & lucem vniformem in Solem & Lunam & stellas atque sidera partibus scidit,

Sol & stellæ ex primigenia luce.

Porro libet inquirere, vbinam Deus luminaria condiderit. Videtur enim extra cœlum condidisse, ac tum superius eâ fixisse ac collocasse. Velut Artifex, posteaquam tabellam absolvit, eam parieti affigit: ita Deus, primò luminaria extra cœlum condidit, ac tunc in superioribus velut artifex affixit, vt testatur Scriptura, *Et fecit Deus duo luminaria, & posuit ea in cœlo.* Quonam igitur modo fixit? Num ambo simul antè compacta erant? Nulla est ratio vt hoc dicatur. Quid igitur? Sic accipienda ea fictio, vt Dei ipsa voce indicatur. *Posuit*, inquit, *Deus luminaria: luminare maius, vt præesset diei; & luminare minus, vt præesset nocti.* Cùm Sol ad Orientem fixus est, Luna fixa est ad Occidentem; quod Luna quidem nocti præesse jussa esset, Sol verò præesse diei.

Luminaria extra cœlū cōdita, illi postea affixa.

B

Gen.1.16

Igitur condita est Luna, nasciturque primo die plena. Non enim decebat Dei opus statim primáque origine mutilum edi, sed par erat vt luminare proderetur, quale conditum esset. Postea verò, qua vicissitudine mutatur, tempora & tempestates & variè alternantes dies ostendit. Creat igitur Deus Lunam quintamdecimam plenam Sol diluculo ortus est; quando enim Luna diluculo fixa est, lucebat ad Occidentem. Vbi igitur Sol cursum suum ad Occidentem emensus erat, mox Luna oriri cœpit, vt impleretur illud, *Præsint dies ac nocti.*

Condita Luna plena.

C

Reliqua quæstio est, quid causæ sit cur Deus Lunam plenam condiderit? Attende animum, alta enim sententia est. Oportebat eam, cùm die quarto condita esset, quartam lucere. Rursus verò si esset quarta, summum Occidentis punctum non teneret. Inventa igitur est excedens vndecim dies. Quarta facta est, & lucet vt quintadecima. Iam itaque Luna, dies vndecim Solem superabat, non anteriori creatione, sed lucis fulgore. Propterea quibus tunc Luna diebus excedebat, hos Soli restituit. Lunæ enim ac mensis cujusque numerus à viginti novem & dimidio diebus, per menses duodecim anni, dies facit trecentus quinquaginta quatuor. Si enim in eum modum mensem supputaveris, à viginti novem cùm dimidio diebus, fiunt anni dies trecenti quinquaginta quatuor, vt quos tunc Luna dies plures occupavit, per annum Soli reddat. Supputet qui ejus artis peritus est.

Dies vndecim Solem excedit

D

Fiant luminaria in firmamento cœli, vt luceant super terram. Quod ignis indoles est vt sursum excurrat, illi Deus frænum injicit, vt non sursum, sed in terram fulgorem mittat. Non fert quidem natura ignis vt deorsum spectet, sed vt sursum tendat. Si facem habes, verte deorsum, vidésque etiam verso organo, ignem sursum obrepere. Quod igitur ejus talis erat futura indoles eum præpedivit, ne sic luceat, vt natura comparatum est, sed vt illi præceptum est. Observavit quis vestrum oleum lucernæ, qua scilicet ratione ignis cum oleo divellatur. Ac quidem olei vis deorsum trahit, ignis verò sursum excurrit, ac quasi vim patiatur, adversum clamat. Si quando enim ignis, secus ac illi comparatum est, currere cogitur, vocem mittit, vt cui vis inferatur, vt cui præter naturâ illáq; invita via fit. Cùm enim quid præter naturam elemento acciderit, clamat: quid causæ est, cur injecto in ignem oleo vocem non mittat; sin autem injecta aqua fuerit, strideat? Vtraque substantia humida. Quia tamen etiam oleum ex ligno pabulum est, nutritque oliva, ac semper ignis ligno amicus est, libenter accipit, quod ex affini natura est. Sin autem aqua igni injecta fuerit, stridet, quippe cùm contrario pugnet. Ignis, aëris proprium est, illi namque affinis est. Insufflas lucernam, aërque ignem in fumum vertit, ac nusquam comparet, quod affine evasit.

Gen.1.14 Dei preceptum, nō natura, quod astra terram illuminant.

Ignis stridor & quasi vociferatio.

E

Vide Artificis sapientiam, vide potentiam. Posuit luminaria in cœlo, vt lucerent super terram. *Et sint*, inquit, *in signa, & tempora* (seu tempestates) *& annos.* Quid sibi vult, *in signa*? Insulsi enim nugatores, spes suas circa Astrologiam evacuarunt, vt ea observarent quæ nusquam extant. Quod enim ex astris nihil de hominum vita observari possit, testatur Esaïas, cùm ais: *Surgant Astrologi cœli, & qui signa vident, & dicant tibi quid venturum sit.*

Isa.47.13

De hominum itaque vita, nullum signum dat cœlum. Vis autem scire hujus signa? Nempe significat pluvias, ventos, hyemes ac tempestates, & serenam auram. Hæc sidera præsignant, idque per Dei clementiam, vt nempe Nauclerus signum videat & periculum caveat. Vt Agricola hyemem præsagiat, & tellurem aratro proscindere occupet. Sunt belli & pacis signa: Signa hæc Salvator confirmavit; signa vtique simplicia, nec vllo curiositatis vitio laborantia. Ait enim Iudæis: *Hypocritæ, cùm videritis nubem ab occasu orientem, dicitis, venit tempestas, & venit sic. Et si videritis vespere rubicundum cœlum, dicitis, serenum, & venit serenum. Et si videritis sero triste cœlum, dicitis, tempestas venit.* Et subdit: *Faciem ergo cœli ac terræ probare scitis & explorare, tempus autem illud nescitis?* Signa hæc periculi secura, vt observentur æstas, hyems, pluvia, serenitas. Hæc, nec abhorrentia à pietate, & Dei propria. Licebat de Astrologia longum proferre sermonem: verùm & majore eget contentione vocis, & organo non satiscente. Pari enim cum sermonn gressu mens vadit, imbecillique lingua ratio ipsa elanguescit. Ad ea igitur quæ simpliciora sunt procedamus.

F

Signa cœli pro intellectu.

Luc.12.54.

Mat.16 & Marc.

G

Sint in signa & tempora. Aliud est quod Græci χρόνος, & quod καιρὸς, dicunt; nobis vtrumque *tempus*, χρόνος, duratio est & intervallum; καιρὸς, opportunitas seu occasio. Nec est qui dicat, χρόνος est vindemiæ; nemo dicit χρόνος est Virginem nubere; sed καιρὸς (quasi opportunum) nubendi Virginem, καιρὸς sementis, καιρὸς messis. Aitque Salomon, *Καιρὸς pariendi & καιρὸς moriendi; & καιρὸς ædificandi, & καιρὸς destruendi.* Nempe καιρὸν ac tempus, opportunitatem dicit. Hæc verò astra significant. Putà, Pleiadum ortus, æstatis initium est: earum occasus, initium sementis. Hæc procul ab impietate remota, ac pietatis propria. Etiam Dei festa καιροὶ dicuntur, id est, tempora. Ait Deus: *Tria anni tempora celebrabitis mihi: Festum Azymorum, Festum Pentecostes, & Festum Tabernaculorum.* Tria tempora. En signa & tempora. Dies rursus in Sabbato & menses facit Luna. Sol annorum tempestates servat, vernam, hyemalem, æstivam, autumnalem. Stant hæ leges inconcussæ. Dixit & facta sunt: mandavit & fundata sunt. Hîc te jam, Lector, volo.

Eccl.3.2

Deut.16 16.

H

Quis horum artifex? Quis hæc condidit? Num Pater? Nemo inficiatur. An Filius? Admittunt (etsi non rectè) etiam Hæretici. Aiunt enim: Fecisse quidem Patrem Filium, Filium verò cuncta condidisse. Impietatem admitto, quod insolubilibus vinculis Hæreticorum constringat animum. Sciscitemur ex Prophetis, num qui fecit omnia, aliquem se majorem habeat, vel cunctis superior sit. Sua enim ipsi propositione cadunt. Aiunt Filium omnia fecisse, ipsum verò à Patre esse factum. Propitius nobis pro blasphemia sit. Planè enim horror est impiorum verba repetere. Medicorum tamen more, manus injiciemus in vulnera,

Adversus Arianos Filio se ipsi conditorem verè Deū esse.

vt

A

vt vlcera expurgemus. Necesse habuit & Apostolus obscœnarum rerum meminisse, non vt linguam pollueret, sed vt peccata emundaret.

Aiunt fecisse omnia Filium, ipsum verò à Patre factum esse. Interrogabo Prophetas, quis & quantus qui cœlum fecit? Ait Esaïas Propheta: *Hæc dixit Dominus, qui fecit cœlum, & defixit illud: qui firmavit terram, & quæ in ea sunt: qui dat spirationem populo qui est super eam, & spiritum calcantibus eam. Ego Dominus: Ante me non est Deus, & post me Deus non est. Ego sum, & non est alius.* Hæc loquitur qui fecit cœlum & terram, vnigenitus, qui (vt Hæretici opinantur) factus est ac tunc ipse conditor fuit. Verùm *in sermonibus laborum suorum comprehensus est peccator.*

Isa. 45. 5
Isa. 43. 10
Psal. 9. 17

Ait beatus Ieremias: *Sic dicite.* Quibus? Nempe Græcis: *Dij, qui non fecerunt cœlum & terram, dispereant de terra.* Dominus, *qui fecit cœlos in intellectu,* ipse Deus vivus & verus est. Sin autem verus Deus est qui cœlum fecit, fatentúrque & Hæretici Filium esse qui fecit cœlum & terram, quænam pugna, cùm dicit Christus, *Vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti* IESVM CHRISTVM? quando Salvator vel per Prophetas, vel à se hoc dicebat, *vt cognoscant te solum Deum verum,* non dicebat, vt sibi Deum opponeret, sed vt à falsi nominis, sic nuncupatis, diis distingueret. Vnde & Paulus ait: *Conversi estis à simulachris servire Deo vivo & vero.* Vivum vocat, vt falsi nominis deos arguat: verum, vt mortua simulachra traducat. Ego sanè existimo, quinimo planè persuasum habeo, indignari adversum nos, Mortuos, quod simulachra appellamus mortua. Injuriam, aiunt irrogatis nostro ordini. Nos Mortui nuncupamur, qui aliquando viximus: qui nunquam vitæ vsura donati sunt, quid est cur Mortui vocentur? *Dij, qui cœlum & terram non fecerunt, dispereant.* Dominus, *qui fecit cælos in intellectu,* ipse Deus vivens ac verus. Quis est vivens? Qui fecit cœlum & terram. Quis est verus? Qui fecit cœlum.

Ier. 10. 11
Ps. 135. 5
B
Ioan. 17. 3
1 Thess. 1. 9

Mortui, qui aliquando viximus, quod nec simulachra
Ier. 10. 11
Ps. 135. 5

C

Num consistunt Hæreticorum scita? Num corruit illorum impietas? Num religio coarguitur? Num eorum convellitur pravitas ac morositas? Creatoris opera comprehendere non vales, & Artificem curiosè vestigas ac scrutaris? Quid David clamat? *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! omnia in sapientia fecisti.* Prophetæ magnificant opera, Hæretici Artificē deprimunt. Magnus consilio & operibus potens, qui ex aquis cœlū congelavit. Non enim à miraculo abscedo. Ex aquis concretum est, & aquam portat. Ex aquis congelatum est, & abyssum gestat. Omnino autem exemplo hæret; novum, inquam, istud miraculum. Vidisti tabulas gestante aqua desuper nivem portare. Quæ fecit hyeme, Deus non præstat?

Ps. 103. 25.

Fecit Deus cœlum, non orbiculari forma, vt inani sensu Astrologi philosophantur. Non enim sphæram fecit quæ volvatur, sed vt ait Propheta: *Qui statuit velut fornicem cælum, & extendit velut tentorium.* Nemo vestrum ea impietate laboret, vt inani sensu Astrologis accommodandam fidem existimet. Aiunt Prophetæ Cœlum initium habere & finem. Idcirco etiam Sol non ascendit, sed venit. Ait Scriptura: *Sol egressus est super terram, & Lot ingressus est in Segor.* Quare liquet Scriptura teste, egressum esse Solem, non ascendisse. Et rursus; *A summo cœli,* inquit, *egressio eius,* non ascensus. Si globus est, summum non habet. Quod enim vndequaque rotundum est & orbiculari figura, quomodo summum habet? Num ergo solus David dicit, an etiam Salvator? Audi ipsum loquentem: *Cùm venerit Filius hominis in maiestate sua, mittet Angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos eius à summo cæli ad summum eius.*

Isa. 40. 22.
D
Et hæc veterum simplicitatem omni adversa Astrologiæ & veritati.
Gen. 19. 23.
Ps. 18. 7
Matt. 24. 31.

Porro quærimus vbinam Sol occidat, & vbi noctem decurrat. Iuxta eos quidem qui foris sunt, sub terra; in nostra verò sententia, qui cœlum tentorium dicamus, quid? Attende quæso, num sit falsa sententia, an veritatis testimonio obsignata consistat. Concurrit cum phrasi & modus. Existima enim superinjectam esse fornicem. Est ibi Ortus, juxta quod figura exprimitur, illic Aquilo, isthic Meridies, hic Occasus. Oritur Sol, jámque ad occasum positus, non sub terra occidit, sed egressus ad cœli fines, partes Boreales percurrit, velut muro quodam obtectus, non sinentibus aquis vt ejus cernatur cursus: curritque per Boreales partes, & ad Orientales venit. Vnde verò id liquet: Ait beatus Salomon in Ecclesiaste; (porro liber est certæ fidei, receptus scilicet in canonem non ejus quicquam suspectæ.) *Oritur,* inquit, *Sol & occidit Sol. Oriens vadit ad Austrum, & gyrat ad Boream. Gyrat gyrando, & in loco suo oritur.* Currentem ad Meridiem, Boreámque gyrantem disce jam hyemis nota tempestate. Quod à medio Oriente non oritur, sed circa Austri latus obliquat, exiguúmque intervallum secat, brevem diem facit: vbi autem occidit, ac rursus orbem decurrens, longam noctem facit.

Vera hæc ad sensū, sed aliàs do et ratione, mēliq. deprehendit.

E

Salomon beatificatus.
Eccl. 1. 5
Gyratio, ipse zodiaci circulus, quē Sol vtroque illo modo decurrit.

Scimus, Fratres, Solem non ab eodem protsus puncto progredi. Quonam igitur modo dies breves fiunt? Accedit ejus ortus lateri Meridiei: túmque non aliam tenens, sed obliquam brevi compendio secans viam, dies contrahit: occidénsque in summo Occidentis necesse habet per noctis intervallum, vt omnem Occasū, omnémq; Aquilonem & omnem ortum circumeat, atque ad Meridiei summum veniat, eóque necesse est vt noctem in longas horas producat Vbi tamen paris iter longitudinis illi fuerit, æquinoctium facit. Rursus ad Boream declinans, velut hyeme ad Meridiem, & ad Boreæ summa ascendens exlatur, & longum facit diē: quosque exigua brevísque illi gyratio, brevem facit noctem. Non hæc Græci nos docuerunt (nam neq; ita volunt) sed sub terra, sidera ac Solem cursum habere aiunt: divina verò Scriptura, ipsa nobis magistra, ipsa nos erudit, ipsa illuminat.

F

Ac nefas Scripturā ad incertos ejusmodi sensus arctare.

Deinde Solem fecit indefectibilis lucis fontem: Lunam, quæ & decorem exuat, eundémq; rursus induat. Porro opus Artificem prodit: Indefectibilis Artifex, sempiternum opus. Non enim lux Lunæ absumitur, sed occultatur: Sed & nostrorum mortalium corporum imago existit. Cogita quot sæcula sint ex quo oritur; cumque prima fuerit dicimus, Luna hodie nascitur. Vt quid verò? quia imago est nostrorum corporum. Nascitur, augescit, impletur, decrescit, minuitur, occidit, quod & nos nascamur, augeamur, impleamur, ætate marcescamus; desinamus, consenescamus, occidamus. Verùm rursus nascitur, quod nos quoque resurrecturi sumus, nosque manet alia nativitas. Vnde Salvator, vt ostenderet, quomodo hic nati sumus, rursus nascituros, ait; *Cùm venerit Filius hominis in regeneratione.* Pollicetur Luna resurrectionem. Me, inquit, occultari videtis ac rursus lucere, vestrásque spes despondetis?

G
Lunæ lux ipsa indefectibilis figura resurrectionis.

Matt. 19. 28.

Nonne Sol nostra causa factus est? Nonne Luna? Nonne quæ sunt condita omnia? Quid enim? Nonne nox nostram pollicetur resurrectionem? Nonne mortis simulachrum est? Projecta sub tenebris corpora, formas nō discernis. Haud rarò manu contrectas facies dormiētium, nec nosti, quænam hujus, quænam illius facies sit, sed interrogas, vt vox præco sit, eorum qui in tenebris delitescunt. Quemadmodum igitur nox formas nostras occultat, tametsi omnes in vnum simus, nemóque alterum cognoscit; sic venit mors formásque solvit, vt nemo alterum noverit. Transis monumenta, cùm multas in sepulchro calvarias videtis, num nosti cujus hæc calvaria sit? Novit tamen qui struxit; scit vnde hæ formæ processerint, qui dissolvit.

H
Nox ipsa mortis figura & resurrectio.

Nonne Dei creatoris opificium admiraris? Cùm tam multæ sint formæ, in tam multis millium millibus, nulla est similitudo. Vel si orbis terrarum fines excurreris, neminem similem inveneris; aut si inveneris, præterquam naso vel oculo, vt insolitæ rei eluceat miraculum. Gemelli ex vno exeunt vtero, scinditúrque similitudo. Atqui, qui tot formas, cùm non essent, produxit, solutas eas instaurare non poterit? Noli vt

Formarū in hominibus vultibúsq; diuersitas

ærumnosus

A

ærumnosus homo tuis rationibus Dei potentiam metiri. Ne putaveris tanta Deum posse, quanta tu animo potes concipere. Sin autem tanta potest quanta ego intelligo, ausim dicere, longe minor est Deus; quippe cùm cum mens mea commēsa sit. Sin autem mentia omnem cogitatum excedit ac vincit rationem, imperscrutabilis est, qui fecit, ejúsque incomprehensa opera.

Interrogentur Hæretici ex iis, quæ oculis conspicua sunt, vt quam ipsi quæstionem movent noverint.

Ex nubiū miraculo asserta mundi creatio.

Quia dixit Deus, *Fiat firmamentum*, statimque sermonem peregit, pignus nobis reliquit, quod ipse fecerit. Hodie à vespera cœlum nudum relinquimus, ac repente surgentes firmamentum aliud ex nubibus compactum offendimus. Qui nunc brevi intervallo nubes creet, ostendit quomodo tunc momento cœlum condiderit. Quid verò facit? Quomodo nubes pluunt? Nubes quasi vtres fecit, iisque salsas maria aquas haurit, ac nubes implet, mutátq; aquam, & terram inebriat. Dicant

B

qua ratione quod grave est in sublime feratur: quomodo hauriatur, quomodo nubes hauriant. Non statim exinaniuntur, sed ad longa intervalla currunt, quò Dominus jusserit; Deique præceptum quasi vinculum nubibus impositum est, non sinens pluere, donec tandem annuerit. Esse verò illas vtres, David testis est,

Ps. 32. 7

Congregans, inquit, *sicut vtrem aquas maris*.

Et vide miraculum: Aquas congregat, incumbit manus immortalis, invisibilis, non sinens simul evacuari, sed paulatim per partes. Velut mulier subtile stamen nendo, in multa diversáque fila lanam dispertit; sic immensam maris altitudinem in guttas velut libamen

Pluviæ nubibus fœtus miraculū.

quoddam minutum secans, in terrā mittit. Verùm quod admirationem facit, si soluta aquæ concretio est, quomodo non statim evacuatur? sin vincta, quid est cur fluat? Habes exemplum debile quidem, quod tamen ipsum suadendo sit. Vidisti aquarum harpagem quem vocant? Vidisti, quomodo ab imo pertusus est? incumbens superius aquæ impetum tenet, obturátq; ab imo foramen, injecta superius moles. Sic immortalis Dei

C

digitus nubibus imminet, laxátque quantum libet, ac quantum placet servat, vt in omnem terram munus mittat. Idq; maximè facit in serotinis imbribus, quando non omnem terram inebriat: quando modò hoc, modò illud clima rigat. Idcirco ait Propheta, *Et pluet*

Amos 4. 7.

super civitatem vnam, & super civitatem vnam non pluet. Pars vna compluetur, & pars, super quam non pluet, exarescet. Incumbit non Dei digitus, sed jussio. Figuratè verò sermonem humano aptavi more. Imperat nubibus, & pluunt: rursúsque imperat, & non pluunt. Idque Propheta ait: *Mandabo nubibus ne pluant super*

Isa. 5. 6.

eam imbrem.

Ps. 103. 25.

Quàm magnificata sunt opera tua, Domine! omnia in sapientia fecisti. Vidisti Dei creatoris opus? Vidisti quomodo Hæreticorum obstruat ora, qui cùm creaturam ignorent, creatorem curiosè indagant ac rimantur? Cūcta divinæ Legi obtemperant: Stetit cœlum, non sua ipsum portatum virtute, sed divino firmante Verbo.

Cœli cōcretio & duratio ex aquis

D

Cùm in mentem venerit, dubitare, quo tandem modo cœlum ex aquis compactum sit; solvit dubitationem

Ps. 32. 6.

beatus David, dum ait: *Verbo Domini cœlo firmati sunt*. Vt quid enim firmati, id est, solidati atq; durati? Nempe quod ex aquis. Nunquam enim quod solidum, durúmq; ac firmum est, fuisse firmatum dicitur. Neque aliquis potest dicere, petra firmata est, seu durata ac solidata. Aliud enim est durari ac solidari, aliud esse durum ac solidum. Duratum esse ac solidatum dicitur, cùm id quod rarum laxumque est, duratum fuerit & congelatum. Vnde & Petrus cùm Paralyticum excitavit. *Viri*

Act. 3. 12

Israëlitæ, inquit, *quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut pietate fecerimus hunc*

Vulg. Potestate, vt & Syriac.

ambulare? Deus patrum nostrorum, Deus Abraham & Isaac & Iacob, glorificavit Filium suum IESVM: *& in fide nominis eius, hunc quem vos videtis & nostis, confirmavit nomen eius*. Nempe Paralyticum confirmavit ac solidavit. Idcirco, *Verbo Domini cœli firmati sunt*, ex raris & tenuibus ac dissolutis aquis.

E

Vide, obsecro: Aqua, quæ amara fit, mutatur. E mari hauriunt nubes, & quæ ex alto ejus hausta sino fit, dulcis ac potabilis redditur. Ex alto nos gurgite Christus suscitavit, nec nostram amaritudinem ponimus? Quia est qui fecit cœlum & terram? Christum dico fecisse. Id vnde liquet? Quod nisi vniversorum Dominus esset, haud in Evangelio per omne creatorum genus miracula faceret. Fecit enim per omnia elementa (terram, mare, aëra, ignem) vt se creatorum omnium Dominum proderet. Diei luci supervenit vespere lux. Sol lucet, & lucerna facem præfert: Diei finis, ac noctis exordium. Tu enimverò lucernam & Solem videns, dicito: *Tua est dies, & tua est nox, tu fabricatus es jubar & Solem*. Nec verò sermonem interrumpit prælatæ facis gestatio; debet enim Sol, quò jussus est currere (*Sol enim cognovit occasum suum*) vt ostendatur Christum omnium creatorum esse Dominum.

Domini miracula in omnibus elementis.

Ps. 73. 17

Ps. 103. 20.

Hoc quidem Ioannes prædicat: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est*. Verùm decebat eum, non solùm sermone lucere, verum etiam opere. Dicit mari, *Tace, obmutesce*; & obmutuit, cognovítq; opus Artificem. Dixit enim mari & contricuit; dixit vento, & obmutuit. Nisi obtemperasset, ejus conditor non fuisset. Nisi aquæ Dominus esset, aquam in vinum non verteret. Nisi esset cœli Dominus, stella è cœlo non eum prædicaret. Nisi esset Solis Dominus, Sol in cruce tenebras non induisset. Christus in cruce, & Sol obtenebratus est. O miraculum! Nec creatura Domini tulit injuriam. Contenebratus est Sol, vt & in ipsa cruce Solis Dominum noveris. Terra mota est, vt noveris Davidem de eo dixisse, *Qui respicit terram, & facit eam tremere*. Scissæ sunt petræ, vt noveris de quo locutus sit Propheta, *Indignatio eius tabescere facit principatus, & petra conterentur ab eo*. Aperta sunt monumenta, vt resurrectio clucerer, & qui suscitat Deus, per cuncta splendesceret.

Ioan. 1. 3

F

Mar. 4. 39.

Ioan. 2. 8

Matt. 2. 2

Ps. 103. 32.

Nah. 1. 6

Operæpretium verò est, vt & Mosalem moveamus sermonem. Lucerna vocat nos vt dicamus: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis*. Venit vespera vt dicamus: *Dirigatur oratio mea, sicut incensū in conspectu tuo: Elevatio manuum mearum sacrificiū vespertinum*. Quidni matutinum? Hìc mentem attende. Quæ enim Psalmis canimus, intelligere debemus. Ait David, *Psallite sapienter. Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum*. Duo Mosea sacrificia fieri jusserat, sive potius Deus; vnum matutinum, alterum vespertinum. Matutinum, gratiarum actio erat pro nocte. Qui enim noctem incolumis egerit, in die gratias agit. Sacrificium vespertinum, gratiarum actio erat pro die. Quod me, inquit, incolumem in die servaveris, pro tota die tibi gratias ago. Sacrificium matutinum non eum recipit qui in nocte peccavit. Idcirco ait: *Elevatio manuum mearum, sacrificium vespertinum*. Ingrederis vespero, explicas manus, si fiduciam habeat, explicentur; si non scripserunt injustitiam, si pauperes non diripuerunt, si pupillos non oppresserunt, vt quæ per sanam habeant, extollantur. *Elevatio manuum mearum*, pro eo ac dicat: Vide, Domine, mundæ sunt manus. Quemadmodum enim peccator vultum levare non potest, sed à conscientia incurvatur; sic manus coinquinata coram Deo consistere non audet.

G

Ebr. 2.

Psal. 118 104

Ps. 140. 2

Ps. 46. 8

Exod. 29 38.

Sacrificiū matutinū & vespertinum

Elevatio manuū, pro puritate operum.

H

Vide, si mundæ sint manus ab iojustitia, explicentur. Propterea Abraham Patriarcha recusavit turpis lucri partem accipere, dicente ei Sodomorum Rege, *Sume omnia, mulieres dumtaxat dimitte*. Vt ergo fiduciam haberet, nihil accepit. Mundæ porro cùm essent manus, aiebat: *Extendam manus meas ad Deum qui fecit cœlum & terram*. Extenditque, quod injusto lucro non erant pollutæ.

Gen. 14 22. 23.

Elevatio manuum mearum: Interpretatur Paulus, quod ita dictum est, *Elevatio manuum mearum*. *Volo igitur viros orare in omni loco, levantes puras manus, sine ira & disceptationibus*. Vespera à nobis exigit vesperæ opera. Explicas manus: Rimatur Artifex. Venit matutinum tempus, ac nisi mundam manum aut mentem

1. Tim. 2. 8

Fiducia ex conscientiæ puritate.

A habueris, matutinum tempus nec audes videre. Docet experientia: Cogita cùm quis mundus perseveraverit, quomodo intret cum fiducia, ac si attrom suum calcet. Dat enim fiduciam, matutino tempore, quam noctu castitatem coluit. Ideirco ait David: *Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te.* Memini satiscentem vocem, Dei Verbum reparasse, non pro nostris meritis, sed pro vestro desiderio. Oremus itaq; in cordis veritate vt & pacem habeamus, & in matutinis fiducia fulciamur, ac Hæreticorum furorem devitemus, fidémque orthodoxam persequamur, atque laudem Patri & Filio & Spiritui sancto submittamus, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Ps.62.7.

IN QVARTVM DIEM Mundi à Deo creati.

ORATIO QVARTA.

B LAbosantem nobis vocem pridie Dei gratia vestris precibus vestróque desiderio firmavit. Ipsa igitur magistra vsus experientia, doctúsque quantum amor divinæque pietatis æmulatio valeat, ad eandem obsecrationem venio, vos rursum rogans, vt eandem pro nobis flagitetis gratiam. Si enim vas electionis Paulus, qui in se loquentem Christum habebat, qui Spiritus sancti numine regebatur, ab auditoribus orationem corrogabat, dicens: *Fratres, orate pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei*; potiori ratione nos humiles, & qui (vt ita loquar) nihil sumus, vos supplicare exposcimus, vt solvatur linguæ vinculum, & libertas sermonis aperiatur; ipsáque divina gratia, tum organum impedimenti securum custodiat, tum sententiarum sensorúmque abundantiam tribuat, vt solus Orator loquendo divina eluceretur, sed vt vobiscum cœlestem thesaurum hauriat.

Eph.6.17 Precum ambitio suffragia.

Age igitur ordine prosequamur: Decet enim, mea quidem sententia, quemadmodum Moses Legislator serie atque ordine mundi creati historiam absolvit, sic nos quoq; secunda prioribus, prioráque secundis conferentes, distinguamus, ac vobis inconfusam doctrinæ expositionem tradamus. Compactum erat cœlum, firma basi locatum erat firmamentum, aquæ seorsim congregatæ erât, discooperta erat terra; fructibus, stirpibus, arboribus, fótibus variè distincta erat, ac prorsus, quibus decebat omnibus, magnificè ornata. Non enim simplex quædã ejus fuit productio, sed diversa ac varia. Quædam enim ad ejus ipsius ornatum erant, quædam vt hominibus, aut etiam brutis alimento cederent, cætera dictis jam hominibus vsum præbebant. Non enim hujus loci est ac temporis, eorum quæ extra edita sunt singula genera explicare, ne oratio sua prolixitate vestris auribus molesta existat. Cœlũ quoq; ornatum suum receperat: Procedit jam Deus ad aquas, facitque eas animam viventem proferre; magnus scilicet ac sapientissimus mundi Opifex, qui nutu invictissimo sanctoque Verbo suo cuncta efficit: vt ex ipsa doctrinæ veritate rerum veritatem noscatis, cùm audietis eum dicentem: *Congregentur aquæ*, & statim opus secutum est. Et rursus, *Educat terra*; &, *Educant aquæ*: &, *Fiant luminaria*: magnúsque is fuerit, qui nunc temporis cuncta verbo facta persequi velis. Vt enim antiquam rerum creationem omittamus, veniamus ad ea, quæ in novo Testamento, solo sermone ab eo facta sunt. Hic enim est, qui & vetera fabricatus est, & qui fecit nova, vt auctor Ioannes est, dum ait: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Quænam igitur oratio hæc exactè possit explicari? Verùm ordini insistamus.

C

D

Ioan. 1.3

Hic igitur sapientissimus rerum Opifex, vti modò dicebamus, quod primum condiderat, huic primo ornatum adhibuit. Hic & ei quod secundo extiterat, secundas etiam ornatus partes reddidit. Similiter quoque tertio & quarto, ac reliquis deinceps omnibus, quo ordine condita erant, præclarè ornatum adjecit. Quidnam verò ea moliens sedulitate? nisi fortè vt & ipsorum elementorum doceret nos rationes colere ordinemque agnoscere. Primùm igitur fecit cœlum superius, exinde terram, tertiò firmamentum, quartò separavit aquas: Quod primum fecit, primum ornavit. Quonam igitur modo, dices omnino accuratiorum aliquis, terrã, quæ secunda sit, primam ornavit? ac velut pugnante sibi oratione, carpendi avidus aggredietur. Ad quem dicendum: Nihil nos contrarium ac sibi pugnans imprælectiarum dixisse, sed & prorsus doctrinam sibi cohærere. Ante enim firmamentum hoc, quod post cœlũ superius factum est, atque altera demum die constitutum est, terra ornata est. Decebat enim pro ordinis ratione primas honoris partes constare. Quando stirpibus fructibúsque terram ornaverat, quando cœlum Sole & Luna, ac reliquarum stellarum choro magnificè perornaverat, ad aquas animum adjecit.

Ornatus, ordinem creationis secutus.

E

Quid igitur sacræ Auctor Historiæ? *Et dixit*, inquit, *Deus, educant aquæ reptilia animarum viventium, volatilia volantia super terrã, & secus firmamentum cœli.* Vide Dei sermonem res verbis adjungentem, verbáq; efficientem opera. Vide Dei syllabas verbáque exigua, divinæ virtutis plena. *Educant aquæ.* Dei sermo, ipse labor ac opus. Arbitror ego opera sermonẽ occupasse: Velocior enim dictionibus potentia. Needum sermo dictus erat, suúmq; opus ornatum atque decorem recipiebat. Quodque admirationem habet, horum cuilibet elementorum, duplicem Deus ornatum præbuit. Nempe firmamento luminaria dedit & rorem. Quin & horum rursus luminarium diversus est vsus, vt etiam ex ipsis liquet Scripturę verbis: de quibus pro virili nostra, etsi non pro rei dignitate, in superioribus disseruimus, vbi horum vobis doctrinam exposuimus: nec modò de his instaurare sermonem vlla vrbis ratio cogit. Terræ semina dedit & stirpes atque arbores, aquis natatilia & volatilia tribuit.

Gen.1.20 F

Educant aquæ reptilia animarum viventium, & volatilia volantia. Reptilia, pisces vocat, quod repant potius, quàm incedant. Vnde & beatus David Legislatoris vestigia premẽs, *Hoc mare magnum & spatiosum: illic reptilia, quorum non est numerus.* Inaudita res! inaudita constitutio! inaudita sermonis jussio! Quid ita? Quod omnium Creator sic ob oculos habet præterita, præsentia & futura, vt neque nos quæ coram in oculis extant. Quod igitur primam vitam aquarum regeneratione mundo præbiturus erat, primis aquis jubet vt vitalis seminis naturam edant, vt noveris vnde radia vitæ existat.

Reptilia in mari pisces. G Ps.103.26. Adumbrata Baptismi gratia in animalium ex mari productione.

Ego sanè cùm eos qui illuminantur ex sanctis aquis exeuntes video, ingressos quidem in Baptisma cum multis malis, quasi reptilia, sed qui exant æterna fulti vitã, Legislatorem video dicentẽ, *Educant aquæ*, pridem quidem reptilia, nunc verò *animam viventem.* Vnde id manifestum fiat? Quod nimirum qui ad lavacrum accedunt ob priora delicta reptilium nomen habeant. Exierunt longè plurimi ad baptisma Ioannis. Ait illis qui exierant: *Serpentes, genimina viperarum, Quis vobis ostendit fugere ab ira ventura?* Cùm intraverit anima Baptismate tingenda, multis jam annis vitio assueta, exieritque ea posita sarcina, vide num rebus ipsis Dominica vox splendeat, quæ ait: *Educant aquæ reptilia animarum viventium, & volatilia volantia?* Duplicem enim recipit gratiam, qui salute donatur: Nempe tum animo vivificatur, tum in volatilium censum admittitur, qui cœlorum jam apsides tenens cum Angelis, parique illis municipio, versetur, & cum cœlesti ordine illi socius collætetur.

Reptilia atq; serpentes ante baptismũ, ex eo animæ viventes. Matt.3.7 H

Et volatilia volantia super terram & in firmamento cœli. Super terram, propter corpus: in cœlis, sanctis moribus ac conversatione. Non hæc allegoricè exponimus, sed in historia, spirituali sensu cõsideravimus. Aliud enim est, trahendo ad allegoriam vim historiæ facere, aliud verò servata historia eáq; incolumi allegoriã excogitare. Et vt ostendas reptilia se dicere, quæ in

Allegoria Origeniana destruens historiã, sanaque in ea fundata.

mari

A mari versantur, subdit: *Et fecit Deus cete grandia, & omnem animam viventem reptilium, quæ eduxerunt aquæ: & volatile pennatum.* Num ergo volatile (Græcè πτερὸν) non pennatum? Quid necesse erat dicere, *Volatile pennatum*, ἐκπετάσαι, ab eo quod est explicare manus dicitur. Est autem & manus πετάσαι, quemadmodum ait Propheta: Tota die ἐξεπέτασα (*expandi*) *manus meas ad populum non credentem & contradicentem.* Non quod manus pennas habeant, sed quod πετάσαι, explicare est seu expandere. Ergo & quod repit πετεινὸν est, à voce πετάσαι, quæ explicari est ac expandi. Vnde & David ait: *Reptilia, & volucres pennatæ*; Græcè, πετεινά.

Gen. 1. 21. Ita fortè ob pisciũ pinnas, quas explicando quasi in mari volant. Isa. 65. 2. Ps. 148. 10. At hoc sẽsu nulla nobis vox Latina.

Fecit igitur *Deus cete grandia*, hoc est, dracones magnos, qui sunt in mari. Alij enim Interpretes aiunt: *Fecit Deus dracones magnos.* Non dixerunt cete, sed *dracones.* Nihil in mari inter viventia prius dracone editum fuit. Idcirco ait David: *Laudate Dominum de terra, dracones & omnes abyssi.* Alio item loco: *Hoc mare magnum & spatiosum: illic reptilia quorum non est numerus. Animalia pusilla cum magnis: illic naves pertransibunt. Draco iste quem formasti ad illudendum ei.* Alio item loco, vt ostendat non vnum duntaxat, sed plures esse dracones, ait: *Tu contrivisti capita draconum in aqua.*

Ps. 148. 7. Ps. 103. 26. B Ps. 73. 13

Fecit igitur *Deus cete grandia: Et vidit Deus quia bona sunt.* Cur dixit bona? Nunquid bona propter multitudinem? Atqui quando stellas fecit, & Solem & Lunam, cùm sint multa quæ facta sunt, ait: *Et vidit Deus quod esset bonum.* Multæ sunt stellæ, tantáq; earum dena millia, vt nec numeros iniri possit, & non dixit: Vidit Deus quod essent bona, sed *quod esset bonum.* Quid ita? Quod etsi plura sunt luminaria, ex eadem tamen existunt luce, & eundem cuncta vsum habẽt. Nempe posita sunt vt illuminent. Hic autem, quod ingens diversitas sit reptilium, natatiliúmq; & volatilium, aliter volatilium, aliter reptilium, & in quovis genere, multa sint ac diversa. *Vidit Deus quod essent bona.* Pro varietate operum, & aptata laus.

Gen. 1. 10. Luminaria vnum quid, & vnius generis ac finis.

Et benedixit eo Deus, dicens: Crescite & multiplicamini, & replete aquas, & volatilia multiplicentur. Quid causæ est cur quando fecit stellas non benedixit? Cur cùm Solem & Lunam fecit, non benedixit? Cur cùm herbas & stirpes atque arbores fecit, non benedixit? Alia benedicit, alia non benedicit. Quæ causa sit hujus discriminis, adverte. Stellæ quotquot à principio factæ sunt, tot & perseverant, nullique earum vel numero vel magnitudine fieri accessio potest. Putà, cùm in identitate naturæ essent mansuræ, nihil opus habebant benedictione, quæ ipsas multiplicaret; quæ autem aliorum ex aliis successione erant multiplicanda nec aliter augmentum erant acceptura, benedictione quoque necessariò impartiuntur.

Gen. 1. 22. C Benedictio propria animaliũ & hominis.

Rursus item idem repeto, vt magis ipsum quod dictum est, menti infigatur. Nam neque planta, quæ sic temerè & quasi obiter terræ scissuræ apponitur, Fratres, firmam sedem habet, sed quæ ejus altè sinu cum omni diligẽtia locatur. Stellis opus nõ erat benedictione: Neque enim hæc illis multiplicandi vim tribuebat, volatilia verò & natatilia ac homo ad generis successionem hanc desiderabant. Ac vbi non aliter contingit multiplicatio, locum habet benedictio; vbi scilicet, quæ sunt pauca, plura fiunt; & quæ parva sunt, augmẽtum recipiunt. Quod igitur causam novimus, cur hæc benedictione impartita sunt, jam necesse est vt & aliis Scripturarum vocibus animum attendamus. *Crescite*, quia parva: *Multiplicamini*, quia pauca: *Implete aquas*, quia in parte. Necesse autem est, vt alio rursus tempore quæramus, quid causæ sit, cur pisces & volatilia, & hominem solũmodo benedictione donaverit, non verò eâ reliqua impartierit. Interim verò, pro eo ac sumus polliciti, ordini hæreamus.

Sent. D

Et dixit Deus, producat terra animam viventem. Terram Deus duplici circundat honore. Primùm enim semina ac stirpes procreat, deindéq; animalia: nec id extra rationem, sed quia futura erat hominis domicilium: neq; id solùm, sed quod etiam ex hac eadem idem homo vitæ commeatum habiturus erat, vt magni hujus animalis nutricem ac parentem, eam honorat. Vide autem hic quoque vt justa vsus serie sit. Nam primùm escas parat, tum introducit quibus escarum vsura indulgeretur: Velut etiam in homine fecit, primùm domum perfecit, ac sic patremfamilias introduxit.

Gen. 1. 24. Terra omnatus, stirpibus & animalibus. E

Producat terra animam viventem. Terra inanima vndenam gignit animam viventem? Vnde processit Leo rugiens, Equus velox cursu, Bos operi sedulus, onerifex Asinus? Vnde animalium diversa genera? Vnde ex inanima tanta animarum seges? Nec pudet Hæreticos, quod inanimis terra, quam non habet, animam profert; Deum verò cùm audierint de sua substantia genuisse, confestim rationum tricas movent, ventántque: Ergo in partes se sisus, ergo dissectus, ergo divisus est? ergo passus est? & quæcunque ejusmodi objectare solent. Non enim hujusce temporis est, vt quæ dicunt omnia adversus Vnigenitum (quin imò in suam ipsi salutem) eventilemus. Neque enim Deus ex humanis laudibus vllum commodum sentit, nec verò prorsus vllum patitur damnũ, quod maledictis incessitur: Nisi quis fortè nostram salutem Dei lucris adscripserit. Ipse enim omnis boni plenus est, nullius rei penuria laborans: qui ipse omnes ditet, nulliúsq; indigeat. Enimverò, quidnam etiam quis bonorum omnium fonti tribuat, ex quo vno quæ sunt humanitatis omnia pendeant? quemadmodum ait David, *Omnia ad te expectant vt aperis tu manum tuam, & imples animal omne animal sui desiderio.* Sed qui in manibus versatur, sermonem ad finem deducamus. Hoc enim & nobis gratum, & ex ordinis ratione congruum.

Adversus Arianos pro Filij generatione. F Ps. 103. 27. & 144. 16.

Terra, quod non habet, profert, jubentis imperio obsequens; divináque & intemerata natura, non progignit quod habet? Verùm ne quis rursum vocem *habere*, humilius ex humana sumat ratione, dicens: Vides quomodo ipse quoque Magister dederit Patrem Filio antiquiorem esse? sed potius veniam sermoni tribuat, cùm homines simus & lingua lutea vtamur, atque ad homines de divina vímque omnem sermonis excedente natura sermonem habeamus. Non enim intelligunt miseri homines, de Deo se disserere, deque illo, quæ in eum nihil congruant verba proferre. Ac vide illorum vafritiem. Cùm quæstiones objectant, ex humanis rationibus loquuntur: Omne, aiunt, quod nascitur, essendi principium habet. Vndenam verò? Statim respondent: Tu qui natus sis, num habuisti principium? Num pater tuus? Num avus? Si eis adhibueris ex ipsis rationibus rationem aliam, quæ sit infringendo illorum insaniam, statim de Deo captiosè responsio cuditur: Et humanas mihi rationes inducis? Ac quidem malorum radicem ex communibus rationibus producunt, malorum verò dissolutionem ex iisdem rationibus recipere nolunt.

Arianorũ cavillatio elusa. G

Aiunt crebrò ac objiciunt: Num potest aliquis esse & nasci? Si igitur monstravero nedum in Deo, sed & in hominibus ejusmodi aliquid ab Scriptura proditum esse, quid ages? Beati Abrahæ liberos, non vt qui non essent, sed vt qui jam essent, Scriptura nasci commemorat. Etenim Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Iacob, Iacob genuit Levi, ex qua orta tribus Sacerdotalis. Qua igitur hic (nempe Abraham) in occursũ Melchisedech venit, Paulus Apostolus quod tunc gestum est de Christo Deo interpretatus, ait: *Obviavit vir Abrahæ Melchisedech, & benedixit ei.* Subjcitq; statim. Et (*vt ita dicam*) *per Abraham, etiam Levi, qui decimas accipit, decimatus est; adhuc enim in lumbis patris erat.* Atque adeò mortalis homo antequam nasceretur, erat. Quandoquidem omnino radix vivebat, vnà cum radice fructũ induxit. Hic verò vbi nulla passio est, nulla successionis ratio, vllave prægnatio nulla humanorum affectuum series, adduci non potest vt eum qui est ab eo qui est natum dicat, cùm in sempiternum maneat.

H Matt. 1. 2. Heb. 7. 8. & 9.

A

Quanta in humanis, vt qui pater aut mater fit.

At si natus est, inquit, quomodo semper erat? Qui enim nascitur, initium sumit. Patris nomen apud nos per multos ambitus excurrit. Putà, esto juvenis nuptias ambiens; primùm fit procus, exinde sponsus, postea vir seu maritus; ac si quidem sustulerit filium, tunc pater nuncupatur: sin nata illi proles nomen non tribuerit, vel si sexcentos annos cum vxore egerit, pater vocari nequit. Similiter mater, primùm virgo puellàque nubilis, tum ad nuptias deposcitur, exinde sponsalia, deinde nuptias contrahit, gestat vterum, fructum portat; nisi hic processerit, mater non audit. Tametsi radix fructum gestaverit, nisi progressa proles laborum vicē nuncupationem illi tribuerit, non dicitur mater. Idque pro sua Deus sapientia fecit, ne adversus liberos patres gloriarentur. Ne pater filio diceret; Ego tibi vitam donavi; mei causa natus es, per me in rerum naturam productus es. Sed vel si hæc dixerit, mox audiat: Ego tui causa natus sum, tu quoque mei causa pater. Similiter etiam ad matrem quod attinet, tribuisti mihi vt essem filius, ego tribui vt esses mater. Hæc in nobis gratiam quandam vicémque retributionis accipiunt.

Parentū ac liberorū mutua gloriatio.

B

Similiter etiam filius non statim filius, sed primùm semen, tum fœtus imperfectus, ac vbi natus fuerit, tunc filius. Temporum hæc obnoxia necessitatibus, subjecta hæc passionibus, corporalis hęc conditionis munera: vbi verò corpore vacat gignens natura, vbi fructus qui gignitur & ipse corpore vacat, qua quæso ratione nititur: Quia, inquit, *Erat quando non erat, & postea natus est.* Inque hunc modum respondemus: Cùm semper Deus eodem modo se habeat, cùm nihil vnquam accessio quasi munere acquirat, etiam semper est Pater. Si autem semper est Pater, semper Filium recipit, igitur Filius Patri coæternus existit.

Arij blasphemia.

Filium dicimus, natum quidem absque passione, cujus tamen nativitatis modum explicare nescimus. Vera hæc scientia est, fateri te nescire quæ naturam nostram excedunt. Igitur prolem quidem adoramus, nihil verò naturam curiosius rimamur. Siquidem homo esset qui genuit, humanam quoque habuisset generationem. Si corpus haberet, corporis more gigneret. Cùm verò sit immunis à corpore, noli ei qui incorporeus est, passiones corporis adscribere.

Fidei modesta confessio.

C

Si, inquit ex propria natura genuit, passione genuit, decisione, defluxu. Ex terrenis contrà suadeo, gignit vitis, gignit oliva, gignit & aqua, non nostræ naturæ more, sed suo ordine ac ratione. Omnis mulier hoc a Deo nacta vt fiat mater, gestans vterum, intumescit: vbi verò fructum posuerit, ventris ille tumor in angustum cedit. Secus autem occurrit in arboribus. Antequam genuerint, tumorem non trahunt; cùm genuerint, crassescunt. Augescit fructus, & radix multiplicatur: nec gignenti radici hinc diminutio pruvenit, nec ei quod illi genitum sit. Gignit vitis alio ac nostro more; Deúmque cùm genuisse audieris, humanas passiones excedenti omnem naturam adscribis?

Anavorū arg. ex humanæ generationis modo.

Gen. 1. 24

Et dixit Deus: Educat terra animam viventem juxta genus, quadrupeda, reptilia, bestias. Quadrupeda, jumenta sunt, reptilia, bestiæ, serpens, draco. Non solùm enim bestiæ quæ imperio subduntur dicuntur jumenta seu pecora, sed etiā quæ sunt vnnifera. Quicquid fœno vescitur, sive bos, sive ovis, pecus vocatur. Nempe pecus (Græcè κτῆνος) quod hominis possessio sit. Quod verò oves & boves, pecora vocentur, testis est Scriptura: *Et fuerunt illi pecora ovium & pecora boum.*

D

Gen. 26. 14. vulg. *possessiones.*

Repleta erat terra, vernabat fructibus, animantes ediderat; postremò desiderabatur paterfamilias. Cœlum magnificè ornatum erat, terra vario cultu nitebat, mare repletum erat, aer avium copia & ipse ornatus erat. Cuncta parata erant, & homo deerat. Nulla verò illi injoria, sed honor, quod postremus existat. Nempe paratur domus ac instruitur, ac tunc paterfamilias introducitur. Nihil enim Deus importunè facit aut sine modo, sed cuncta necessarij vsus causa. Ac vide ordinem: Primùm fecit Deus herbam & fœnum, túmque bestias, quæ his alantur. Nisi alimenta forent, importuna fuisset bestiarum editio, quæ penuria fructuum laboraret. Fecit primùm quibus pascenda animalia, tum quæ pascerentur. Præparat primum species, tum inducit quæ illis impertienda sint.

Homo, vt paterfamilias novissima creatus.

E

Eodem se quoque modo in Scripturis gessit: Præcesserunt Scripturæ, primùm prædicantes Christum, túncque venit quæ illæ prædicarent. Præcessit Lex, vt Legislatorem prædicaret. Præcesserunt Prophetæ, vt qui eorum vaticiniis nuntiabantur ederent. Præcesserunt testimonia, vt cui illa perhibebantur, inveniret fidem. Ac vide Dei sapientiam: Noluit vt Prophetarum oracula solummodo in Ecclesia extarent, sed vt etiā apud Iudæos convincerentur. Permisit hæc etiam apud Iudæos extare, qui indigni essent, qui Dei hostes, qui inimici Christi. Quid igitur causæ est cur id fecerit, nec ab illis Scripturas abstulerit? Certè hæc manifesta, & quæ non multis probari egeat: vt nempe mea prædicatio nihil suspecta foret. Si solus Prophetas haberē, posset qui incredulus est contradicere. Ausus sum dicere: Dixisse Mosem, aut Esaïam, aut reliquam Prophetarum classem, de Christo, ac iis quæ tempore adventus ejus eventura essent? Licebat contradicere, quisquis vellet, atque dicere: Vnde hoc, fuisse Mosem quendam Prophetā & dixisse hæc aut prædicasse, vt vobis visum Christianis ad adstruenda vestra dogmata, cùm Prophetas fingere, tum nomina fabulari? Nū inde nobis creandum præjudicium est? Nunc verò omnis volenti (quantumvis magnum causæ patrocinium habeat) sublata contradicendi occasio, quod ipsa hæc testimonia, quæ afferimus ad cōstabilienda nostra dogmata, apud adversarios extent. Vnde enim coargui non possit eorum levitas? Ne igitur hæc dicantur, permisit vt apud illos extarent Scripturarum volumina, vt si mihi fides negetur, velut qui ad propriorum dogmatum gratiam, qua illis necessitudine teneor, confingam, vel illis habeatur, quo animo ab eis abhorrent.

Scripturarum apud Iudæos hostes depositum.

F

G

Si Iudæum rogaveris (non dico vilem quempiam & ex plebis fæce, sed qui ratione ac Lege ducatur) Estne Christus? Non dicit non esse, sed affirmat quidem esse; at non eum, inquit, quem vos esse dicitis, sed alium. Hactenus rem non evertit, sed personā in dubium vocavit. Aliud verò est rem, aliud autem personam negare. Puta si quis à me debitum reposcat, aliud est dicere: Non debeo, atque aliud, non tibi, sed alij debeo. Interim enim debiti se reum agnoscit. Fatentur igitur esse Christum: dubitant verò num hic ille sit quem prædicamus: expectántque qui non est, quod eum qui est negaverunt.

Iudæorū cōfessio, esse Christū, sed aliū.

Attende verò Mosem ipsum Legislatorem, ipsa hominis fabrica Filium inducere ejúsq; cognitionem. Dixerat, *Fiat firmamentum*: dixerat, *Germinet terra*; dixerat, *Producant aquæ*; vbi autem ad hominem venit, ait: *Et dixit Deus, faciamus hominem.* Interrogo Iudæum, si solus est, nec est cum illo Filius, quem prædicamus, nec Spiritus sanctus, quem adoramus, cuinam dixit, *Faciamus hominem?* Cœlum facit solo imperio, terram similiter ac reliqua: at vbi hominem struit, Filij jam fidem velut per fenestras procul sese exerere ac prospicere volens, ait: *Faciamus hominem*, vt & priorum quoque operum illi adjutorem sociúmque ostenderet.

Trinitatis fides Mosi insinuata.

H

Aiunt ergo Iudæi in arctum coacti, nec valentes sic apertam dictionem invertere, dixisse Angelis: Quod palam vim dictionis negare non valent, alio quodam modo ejus negationem inducunt. Cuinam igitur dixit, *Faciamus?* Angelis, inquit. Rogo, vtri majores, Angeli, an homines? Planè Angeli. Cùm enim virtutis modum admodum attigerimus, tunc illos non superamus, sed pares eis efficimur. Nunc verò ab eorum longè natura deficimus, ac incorporeo Angelorum statu inferiores sumus. Audi hac de re Davidis testimonium. *Quis est homo, quod memor es ejus, aut filius hominis*

Iudæorū effugiū, loqui Deū Angelis, & instantia. *Matt.* 22. 30.

Ps. 8. 5.

quia

A

quia visitas eum? Minuisti eum paulò minus ab Angelis. Hactenus minorati præ Angelis sumus: Nos minores, illi sunt majores. Si dum hominem faceret, qui minor esset, consiliariis opus habuit, sive operis sociis; cùm majores conderet; non vnum Angelum, sed simul myriades illas quæ numerum excedunt. (Sicut enim omnia simul luminaria fecit, sic & Angelos simul & Archangelos. Tantáque multitudine confecti sunt, vt numerorum excedant naturam.) Clamátque Daniel, *Decies millies centena millia ministrabant ei, & millies*

Dan. 7. 10

millia assistebant. Decies centies centena Angelorum millia fecit, milliésq; millia Archangelorum, nec opus consilio aut operis socio habuit; vnumque è luto condens hominem, vsus consilio est? sermonem confert? deliberationem adhibet? Quid est homo? Nonne terra, & ex terra? Nonne solum cinis & favilla? Clamátque

Gen. 18. 27.

Abraham, suam ipse prædicans vtilitatem, *Ego sum terra & cinis.*

Quid sunt Angeli? nonne spiritus? nonne ignis? Audique clamantem Davidem, *Qui facit Angelos suos*

Ps. 103. 5

spiritus, & ministros suos ignem vrentem. Ignis naturam condens, intelligentes ac incorporeos Spiritus, consiliario opus non habuit, non operis socio, non vllo

B

alio ad rerum fabricam adjutore; hominémq; de terra condens, misellum illum, vilem, brevi pòst non futurum, sepulchro dissolvendum, qui dispendiis temporum consumatur, consilium init, deliberationem instituit? Sanè, inquit, fieri potest, vt nimia herus bonitate adstantibus servis dicat, quid operæpretium videtur? Quid faciemus? Et hoc concedo, ac post tantum certamen admitto, illud *Faciamus*, ad Angelos dictum esse.

Instantia ex ratione imaginis, quæ alia Dei, alia Angeli.

Faciamus audisti, *ad imaginem & similitudinem* non vidisti? Hoc enim verbo & Iudæorum & Hæreticorum ora obstruam. Neque enim Iudæus, neque rursus Hæreticus, idem ipse verè Iudæus, quinimò etiam illo deterior. Nam Iudæi quidem corpus oculis objectum cruci affixerunt: Hæretici verò Deitatem impugnant, quæ sub oculos non cadit, seu magis suam ipsorum salutem. Verùm & illi inconcessa aggressi deprehensi: quamobrem etiam ejus suæ temeritatis antique ævo hoc partim dederunt pœnas, qui gentem suam per omnes orbis partes dispersam contueantur; (postea

C

enim perfecta illis infligenda pœna, cùm mundi omnis judicium constabitur,) sed & his convenienti tempore, ejus ipsius districto judicio, pœnæ debitæ irrogabuntur.

Quid igitur, istud est, cujus causa hos omnes vobis proposui sermones? Placet enim rursus seriem repetere. Non audet nec Hæreticus, neque Iudæus dicere

Angelorum assistentia in creatione

vnam esse Dei & Angelorum imaginem & similitudinem. Num enim Angeli, qui creati essent, socij operis Deo extiterunt? Ministri solùm erant, laudantes, gratias agentes, qui se factos non nescirent; fuerúntque spectatores, ea, quæ post illos facta essent, cernentes. Videbant cœlum ex nihilo conditum esse, & stupebant: mare segregari, & mirabantur; terram censu suo constitutam, & exhorrescebant.

Quod enim Angeli non socij operis essent, sed admiratores, ait Deus Iobū alloquens: *Quando feci sidera,*

Iob. 38. 7

D

laudaverunt me omnes Angeli, & decantaverunt, faciamus hominem. Verbum illud & dicentem significat, & eum qui audit. Vide micantem semper rectæ fidei splēdorem, cui & Sol lucens, sui radij adjunxit claritatem. *Faciamus hominem ad imaginem nostram, & ad similitudinem.* Servavit & personarum seriem, & substantiæ vnitatem. *Faciamus hominem ad imaginem*, non ad imagines. Non enim alia est imago Patris, alia Filij. *Faciamus*, vt personarum pluralitatem ostendat: *ad imaginem nostram*, vt consubstātialitatem declararet. Quisnam verò est magni hujus sermonis admirandique operis socius? Iudæi contradicunt, ac vel repressi insolescunt. Hæretici furore insaniunt, veritas impugnatur; pietatis doctrina invictæ tenorem confessionis tenet.

Vnde igitur ostendemus, cui dixerit, *Faciamus hominem*, aut quis ejus consiliarius sit? Nam vox illa *Faciamus*, consiliarij personam exigit. Ait itaque beatus

E

Esaïas de vnigenito Dei Filio, qui pro nobis humana venit figura atque habitu, *Puer natus est nobis, Filius*

Isa. 9. 6. Vexatus Esaiæ locus, & Mosaico collatus.

& iuvenis datus est. Quod non erat, puer natus est; qui verò est Filius, datus est. *Et vocabitur nomen eius, Magni consilij Angelus*: nempe pueri, qui sit Filius ratione Deitatis, puer verò ratione humanitatis. *Magni consilij angelus, mirabilis consiliarius.* Siquidem consiliarium, cui dixit: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, vocas *magni consilij Angelum*, necdum, Propheta, ejus qui à te celebratur, consiliarij dignitatem designasti. Nam & Moses consiliarius fuit. Videbatur enim consiliarij partes agere, cùm diceret: *Ne occidas*

Exod. 32 12.

eosque fortè dicant Gentes, quod non posset fœcunda eos prole augere, occidit illos. Verùm ne miraculum ad consiliarium vsque statueris; ac ne commune nomen feceris. Quanquam multi consiliarij sunt, ne violetur injuria, qui solus est ac singularis.

At necdum, inquit, ejus qui celebratur dignitatem intellexisti. Audi de mirabili consiliario. Exponit enim

Deus fortis.

Esaïas ab eo quod antecessit, quod sequens est. *Admirabilis*, inquit, *consiliarius, Deus fortis.* Ritè adjecit *fortis*. Quid ita? quemadmodum enim multi fuerunt

F

consiliarij, nec inde tamen vnius illius consiliarij dignitas lædi debuit; sic quia multi fuerūt dij. (*Ego enim dixi, Dij estis, & filij Excelsi omnes.* Et rursus: *Dixit Deus ad Mosem: Ecce constitui te Deum Pharaonis,*)

Ps. 81 6 Exod. 7. 1

hic qui celebratur, injuria violandus non fuit. Ac ne putaveris Deum esse, ea ratione qua Moses aut qua Apostoli subjecit, *Deus fortis.* Moses Deus, non fortis, sed fultus fortitudine. Aliud est fultus fortitudine, aliud fortis: Aliud commodans gratiam, aliud accipiens. Hic Deus fortis Moses fultus fortitudine. Quanquam ingentium miraculorum patrator est, accipit tamen gratiam.

Christi Mosisque discrimē.

Sub potestate constituti Apostoli, Salvator ipse *potens*, & tribuit, *Deus fortis.* Ne hoc quidē satis habuit, sed subjungit, *ipse arbiter & potens*, vt nos pariter & Hæreticos doceat, ne potestati obnoxium dicamus, qui potestati præest. Aliud est, potestati obnoxius, aliud ipse arbiter & potens. Vis nosse discrimen ejus qui ipse potens sit, & qui obnoxius potestati? Apostoli potestate obnoxij, Salvator ipse arbiter & potens. Vidit

ἐξουσιαστής.

G

Paulus in Macedonia ancillam habentem spiritum Pythonem, & dicentem coram omnibus, *Isti homines servi Dei excelsi sunt. Ægrè autem ferens Paulus & conversus, dixit Spiritui,* (non puellæ obsessæ, sed obsidenti) *Denuntio tibi in nomine Domini IESV, exire ab ea.*

Act. 16. 17.

Vocat Dominum, vt ostendat se servum. Quòd miraculum majus erat quàm pro hominis facultate, (nempe dæmonas obaudire hominibus) ne visus vocem raperet, ac velut dij existimarentur, qui Dei ministri essent, *Denuntio tibi*, ait, *in nomine Domini.* Servi est denuntiare, heri ex potestate & vt arbitrum præcipere. Vidisti servum denuntiantem? vide herum præcipientem. Oblatus est Domino quidam dæmoniacus, surdus & mutus. Non dixit Dominus, denuntio tibi surdum & mutum dæmonium; sed, *Ego præcipio tibi.*

H

Pauli denuntiatio imperiique quasi delatio; ejus qui ipse arbiter sit & potens, imperare ac præcipere. *Ego*

Mar. 9. 24.

tibi præcipio exire ab eo, & amplius ne introeas in eum. Obediitque dæmon, quippe agnita potestate.

Dicat beatus Ezechiel ad Synagogam hæreticam: *Vivo ego, dixit Dominus, iustificata est soror tua Sodoma*

Ezec. 16 43. 50.

supra te. Quid sibi vult quod dicit? Nisi enim noveris quod dicit, nullo hinc cōmeatu ad spiritalis sensus intelligentiam potes fulciri. Sodomitæ desperati erant ac depositi; quippe qui sceleribus ac improbitate vitam transigebant. Vnde etiam delapso cœlitus igne consumpti sunt. Erátq; Ierusalem post eos sublatos succensámq; eorum civitatem, post multas ætates, florens quidem humano fastu, quæ tamen majora scelera perpetraret. Postquam igitur hi Sodomorum superaverant

A

malitiam, jurat Deus per Ezechielem, in hæc verba loquens: *Vivo ego Adonai, dicit Dominus, dicens ad incompositam filiam Ierusalem, non peccavit soror tua Sodoma vel dimidium peccatorum tuorum. Et iustificata est Sodoma ex te*: pro eo ac dicat, Sodoma tui comparatione justa est. Ac si quis dicat Hæreticis, justificati sunt & Iudæi, præ ingenti excessu sororis Hæreticorum. Iustificati sunt dæmones, quod hi quidem Dei Filium, Hæretici verò facturam dicunt. *Iustificata est Sodoma ex te.*

Præviderat Deus, quod prædicatione sua & gratia erat factura. *Act. 21. 20.*

Quæro autem hic, cur hi qui Sodomorũ perpetraverant scelera, non perierunt velut Sodomitæ: quinimò qui duplo plura peccaverunt, quidni desolati sunt velut illi? Deus, non solùm videbat præsentium Iudæorum impietatem, verum etiam eorum, qui deinceps fideles futuri essent, pietatem. Prævidebat fore vt Dei genitrix Virgo ex Iudæa prodiret; prævidebat Apostolorum chorum, prævidebat agmina Confessorum, multa Iudæorum millia qui credituri essent. Quando enim Paulus ascendit Ierosolymam, dicunt ei Apostoli: *Vides, Paule Frater, quot millia sunt Iudæorum, qui crediderunt?* Prævidens igitur eos, qui credituri essent, pepercit incredulis, non illorum rationem habens, sed ejus fructus, qui ex illis nasciturus esset. Testisque est

B

Isa. 1. 8.

Esaïas: *Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus.*

At, num ipsi vim verbo fecimus, & de alio Esaïas locutus est? Verùm audi hæc Paulum loquentem, qui frater Prophetarum ac interpres sit.

Rom 11. 5 & 9. 29. Isa. 1. 9.

Fratres, nunc reliquiæ secundùm electionem gratiæ factæ sunt, vt reliquiæ salvæ essent. Et sicut dixit Esaias; Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus. Omnia enim prævidit Deus; & non sicut nos res tempore condiscimus, sic & Deus experimento discit. Rursus dico, vti sæpius dicebam, sæculorum fines videbat. Adamum peccantem vidit, prævidebat & qui ex illo futuri essent justi. Videbat ejici illum è Paradiso, verùm prævidebat admirabile regnum illi esse paratum. Ante paradisum extitit regnum. Miraris ejectum esse Adamum è Paradiso? mirare ante Paradisum paratum illi fuisse regnum cœlorum. Ait Salvator:

Matt. 25. 34.

C

Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Erubescant Hæretici quod parata Sanctis audiunt à constitutione mundi, & dicunt: *Erat aliquando, quando Filius non erat.*

Arii blasphemiæ.

Vnigenitum se confiteri simulant, quod Scripturã abolere non possunt, vocem largiuntur, & rem subtrahunt.

Cùm Filium vnigenitum diximus, statim objiciunt: Scriptum est, *& Primogenitus omnis orbis terrarum.*

Ioan. 1. 14. Col. 1. 15.

Ergo ex Hæreticorum sensu duo hæc repugnant: Nam si Primogenitus, non Vnigenitus: Primogenitus enim, cùm ei fuerint fratres, primogenitus dicitur: Vnigenitus verò, si fratres habuerit, non dicitur vnigenitus.

Vnigeniti & primogeniti pugnantia rationes, in Christo vnitæ. *Gen. 22. 2.*

Vnigenitus enim est, qui solus ex aliquo genitus, seu natus est, vti etiam testatur Scriptura, dum ait ad Abraham, *Tolle filium tuum vnigenitum.* Primogenitus dicitur qui fratres habet. Primas enim tenet, quod primus editus est. Vnigenitus autẽ, inde vnigenitus dicitur, quod fratres non habet. Quin & alioqui vnigenitus est, qui solus ex aliquo genitus, seu natus est. Si

D

enim qui solus factus est, vt hæretici cavillantur, vnigenitus, quod solus talis evaserit, nimirum etiam Elias vnigenitus, quod solus talis existat, quod nullam habet rationem. Quin moris Scripturæ est, vt vnigenitum vocet, qui solus ex aliquo natus est, juxta quod ea vox à nobis exposita est.

Attende, quæso: Primogenitus, si fratres non habuerit, vnigenitus est. Ego non vnum, aut duos, tresve, sed plures primogenitos invenio. Rem novam! Quomodo plures primogeniti? Vnum oportet esse. Produxi sermonem in illis vocibus, *Primogenitus & Vnigenitus.*

Primogenitus, primus suæ ætatis fidelis.

Solvamus quæstionem. Eum qui primus credat per suam ætatem Deus primogenitum vocat; non velut primum inter reliquos fideles, sed qui suis temporibus primus eluxerit. Verbi gratia, erat populus in Ægypto, dicit Deus per Moysem:

E

Exod. 4. 22. 23.

Filius meus primogenitus Israel: Dixi tibi, dimitte mihi populum meum. En tibi populus primogenitus, quod eo tempore primus Deum cognoverit. Emersit postea David, post Legem, post multas ætates, pollicetúrque Deus dicens: Ex ejus semine surrecturum Christum, & ait:

Ps. 88. 21. 27. 28.

Inveni David servum meum, oleo sancto meo vnxi eum. Ipse invocabit me, Pater meus es tu, & ego primogenitum ponam eum. Siquidem primogenitus David, primogenitus & populus, Adam primogenitus: sua ætate Noë, Sem primogeniti: Abraham sua ætate primogenitus: Moses, Esaias, quod suis quique temporibus prima quasi sidera pietatis fulserunt. Ex Primogenitorum hac numerositate collecta est magna Ecclesia, & versatur in cœlo. Testatur Paulus:

Heb. 12. 22.

Accessistis ad Sion montem, & civitatem Dei viventis, Ierusalem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Ecclesiam Primigenitorum, qui conscripti sunt in cælis. Horum Primogenitorum vnus est Christus secundùm carnem, qui Deitatis ratione sit Vnigenitus: quia enim eos qui proficiant per singulas ætates assumit, cum omnibus ipse quoque Primogenitus audit. Idcirco vt Paulus,

F

Rom. 8. 29.

Primogenitus in multis fratribus.

Cæterum multa licebat de homine loqui: Servatur verò narratio in posterum, die sexta, qua & formatus est; vt divina opitulante gratia, perfectius manifestetur doctrina, pro virili nostra facultate, non ex nostra erudita vena. Communis enim fons est, communia omnia dona proposita, si modò nos omni alacritate conferre operam studuerimus.

Morale.

Porro vertamus orationem ad disquisitionem moralem. Heri monstravimus quomodo debet esse elevatio manuum fiducia fultarum in pietate. Qui dat pauperibus, dicat, *Elevatio manuum mearum.*

Ps. 140. 2.

Qui erigit eum qui corruit, dicat: *Elevatio manuum mearum.* Quæramus autem Psalmi exordium: operæpretium enim est nos scire, quæ Psalmorum penso modulamur. Quid est quod dicimus, *Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo?* quomodo enim incensum dirigitur? Num enim Deus vnguentorum fragrantia delectatur. Quid ergo est, *Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo?* Quale incensum? Duo erant in Tabernaculo altaria, vnum in atrio exteriori sub dio, alterum intra Sancta sub tecto.

G

Duplex altare, holocaustorũ & thymiamatis. *Exod. 22. 27. 30.*

Altare interius suffitum duntaxat erat, nullúsque in eo cruor fundebatur. Exterius verò, animalium erat quæ immolabantur & propositionis panum, aliorúmque nonnullorum. Ac exteriorem quidem aram præcepit Deus Mosi vt faceret ex lapidibus indolatis; interiorem verò in Tabernaculo, ex auro polito.

Horum allegoria.

Operæpretium est vt quæramus, quid horum involucro Dei gratia innuat. Nempe duos populos, Dei majestatis obsequio deditos; alterum quidem disciplinarum rudem, alterum illis institutum. Qui sermone imperitus, solœcismis & barbarè loquitur, sermones habet lapides impolitos: verùm hi quoque ad altaris structuram faciunt. Rursus verò aurum politum dicitur præstans oratio: ac neque hæc extollitur, neque hi exploduntur. Nam cùm ibi Dei altare est, tum & hic Dei altare noscitur.

H

Vnguentum cõpositionis. *Ps. 140. 2.*

Erat verò ex quatuor speciebus vnguenti compositio, ex stacte, vngula, galbano & thure. Quod igitur vnguentum ex diversis componitur, ac virtus quoq; ex diversis constatur, idcirco ait: *Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo*: velut nempe incensum illud, quod ex multis compositum, vnam facit suavitatem odoris. Quia cum oratione ingreditur quis jejunio fultus, eleemosyna, fide: Assimiletur, inquit, quadrupla virtus incenso illi, quod in conspectu tuo dirigitur.

Ps. 132. 1. Charitas, oratio, Sacerdotale vnguentũ & thymiema.

Sic & beatus David alio loco: *Ecce, inquit, quàm bonum & quàm iucundum, habitare fratres in vnum! Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.* Similem facit charitatem vnguento Sacerdotali, orationem thymiamati Sacerdotali.

Præditus

A

Castitatis, Sacerdotij que affinitas.

Præditus es Castitate? Frater es Sacerdotis. Sacerdotium (puta) non habeo, Castitatem habeo: germana est mea Castitas meo Sacerdotio. Vnde hoc? Nam & Sacerdotem sacris operantem castũ esse oportet,& me cultum Deo castum adhibentem. Dum Castitatem habeam, Sacerdotium assumo. Vnde hoc? David dum Saulem fugeret, venit ad Abiathar Pontificem, & ait illi, *Da mihi panes*: quia repente missus sum à Rege, viæ commeatum non habeo. Ad quem Pontifex, Legum apprimè gnarus, *Non est nobis panis alius, nisi sanctus, quo non licet alium, nisi Sacerdotem, vesci.* Dum itaque necessitatem videret, timeretque panes propositionis prodere, ab eis munditiam quærit qui Sacerdotes non essent, aitque, *Si mundi sunt pueri tui comites ab uxoribus sume.* Castitatem enim Sacerdotij germanam arbitrabatur.

1. Reg. 21. 3.

B

Ac ne quis in calumniam Sacerdotis trahat quod panes dederit, his qui non erant Sacerdotes, audi quomodo Salvator, eius rei quasi præclarè gestæ meminerit. Accusabant quandoque Apostolos Iudæi, quod spicas vellerent, & manibus confricantes ederent. Quibus ait Salvator, *Nec hoc legistis quod fecit David, cùm esuriisset, & panes propositiones manducavit, quod non licebat ei manducare nec his qui cum illo erant, sed solis Sacerdotibus?* Vidisti sororem esse Sacerdotij Castitatem? Vidisti quemadmodum Deus personas non attendat, sed veritatem exploret? Præparemur igitur ad beneficentiæ opera & ad iustitiam, vt ieiunium assumat pennas. Quemadmodum enim avicula, nisi alarum ope fulciatur volare non potest; sic & ieiunium duplicem alam habet, Orationem & Eleemosynam, sine quarum præsidio currere non potest. Vide Cornelium, cum jejunio, his quoque alis præditum. Vnde & vocem ad ipsum cœlitùs volantem audivit, *Corneli, orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt ad Deum.*

Luc. 6. 3.

Ieiunij alæ Oratio & Eleemosyna.

Act. 10. 4.

Finge tecum animo animal esse ieiunium (Charissime) eiusque rursus alas, eleemosynam & orationem existere, ac sine illis sursum ferri non posse. Qui talis est, etsi non loquatur, magna jus voce clamat. Magna enim iustitia virtutis patrona est. Idcirco ait, *Exaudi, Domine, iustitiam meam.* Primo igitur loco bonum maximum est, oratio & eleemosyna ac iustitia, tutum verò & inconcussum, atque omnium radix, Dei cognitio, Vnigeniti adoratio, Spiritus sancti confessio: vna fides indivisa, secura, absoluta, nullis partibus scissa.

Fortè deest aliquid.

Psal. 16. 1.

C

Fides Catholica, ad reliquam virtutem necessaria basis. Hæreseũ proprietas, vt à suis auctoribus nominentur.

Dictum est, quod dicturus sum, veruntamen rursus dico. Deus, qui sapiens sit, permisit vt hæreses à suis auctoribus, à propriis eorum decretis, nomen haberent, vt clarum sit, non Dei doctrinam esse, sed humanum inventum, quod ita opinantur. Putà, Macedoniani à Macedonio dicti, Ariani ab Ario, Eunomiani ab Eunomio, ac similiter reliquæ hæreses: Apostolorũ verò cùm intemeratam illæsamq; vellet servare fidem, non permisit vt ab homine illis nomen imponeretur. Quanquam enim *Omousianos* (ac si Consubstantialitatis professores dicas) vocitant, non viri nomen edunt, sed fidem prædicant. Quod enim ab hominibus nomen mutuari, non Fidelium sit, sed Hæreticorum, tradit Paulus Corinthios sugillans. *Audio in vobis schismata esse. Nam alius quidem dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ.* Vides nuncupari ab hominibus schismatum esse? Nonne maioris Petrus fidei Macedonio? Apostolorum nomina fugiunt, quæ Christi gloriæ cedant; tu verò fidem scindis, indivisum regnum, impartibilem gloriam?

1. Cor. 1. 10.

D

Verùm hæc hactenus: habemus enim lucernam & lumen. *Lucerna* enim *pedibus meis lex tua, & lumẽ semitis meis.* Vt quid lucerna? vt quid lumen? Nempe lucerna Catechumenis, lumen his qui iam initiati ac mysteriis perfecti sunt. Obsecro vestram Charitatem, vt intemeratum jeiunium vestrum servetis, impollutum ab iniustitia, mundum ab avaritia. Vide stultitiam eorum, qui abstinentiæ ciborum impenduntur, nec vlla cura, vt à peccatis abstineant, tenentur. Non

Ps. 118. 104.

Ipsa sola ieiunij obseruatio, non

bibo, inquit, vinum, non comedo oleum, non vescor carnibus. Bene: nam & hæc verè bona sunt propter Deum. Sed rem discutiamus. Panis, aqua, vinum, carnes, oleum, cuncta hæc Dei opera sunt: rapina verò & iniustitia & impietas, diaboli opera: A Dei te operibus abstines ieiunij causa, à diaboli operibus non te abstines jejunij causa? Panis & vinum & oleum, & si quæ alia, Dei sunt opera, tota bona & valde bona. Ait Paulus, *Omnis creatura Dei bona, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur: sanctificatur enim per verbum Dei & orationem.* Si ergo benedicitur per verbum Dei & orationem, cur abstinemus? Iniustitia verò & rapinæ, & quæ eiusmodi sunt, diaboli existunt opera. A Dei operibus te abiungis iejunij causa, nec pietatis causa à diaboli operibus abscedis? Atqui, Fratres, in eum qui non jejunat, haud decreta damnatio est: illi verò qui iniuriam facit interminatus est pœnam. Quæ innoxia sunt cavemus, nec cavemus quæ sunt obnoxia? Bona res eleemosyna, quæ specie quidem dispergat, verè autem congreget. Sicut enim agricola terræ fœneratur, ex qua expectat semina: sic eleemosyna, videtur quidem aliis impendi, cùm revera ipsi reservetur, qui dedit. Ait quippe David, *Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in sæculum.* Sic jejunemus, sic adoremus, sic credamus, glorificantes Patrem, laudum cantica Filio deferentes, Spiritum sanctum venerantes, quia ipsi gloria in sæcula sæculorum, Amen.

E

abstinendo à peccatis, stulta.

1. Tim. 4. 4.

Ieiuniũ ipsum nisi in casu, vel quia præceptum, nõ

F

necessarium.

Ps. 111. 8.

ORATIO QVINTA.

De Mundi Creatione.

MVlta quidem magnaque sunt à benignissimo Deo concessa mortalibus munera: primùm tamen ac maximum eius donorum, Scripturarum est doctrina. Nam Sol & Luna, & siderum chorus, flumina quoque & fontes & lacus, in obsequium corporum sunt condita: at Scripturæ sacræ, ad animos componendos sunt datæ. Quantò autem Anima corporibus superior est, tantò sacrarum Scripturarum disciplina, reliqua Dei munera excedit. Idcirco ait Salvator, *Scrutamini Scripturas, in quibus putatis vitam æternam habere.* Scrutemur ergo Scripturarum thesauros, ac quod sumus polliciti, aggrediamur, creatique hominis Historiam pro virili nostra ordiamur.

Dei donum maximum, Scripturarum, doctrina.

G

Ioan. 5. 39.

Nemo verò rursum vituperet, quæ solertiori à nobis exquiruntur examine. Hoc enim illorum proprium qui nugari student, vt ea carpant quæ à Deo constituta sunt, & iis quæ diligenter tractata sunt, dicam inferant. Audivi qui accusarent, ac dicerent, Quid verò causæ erat, vt de igni & aqua diceremus, stridere ignem, cùm aqua illi inicitur? Nos, aiunt, non rerum naturalium tractatum quærimus, sed divinarum. Sciamus verò operæpretium, istiusmodi verba, inertium hominum esse ac segnium. Secundùm Theologiam enim (divinorum scilicet tractationem) naturalium ipsa tractatio pietati fundamentum præbet. Quod si naturalium rerum tractationem eliminant, Prophetas accusent, Apostolos sugillent. Apostolus enim ea naturalibus differit. *Non omnis caro, eadem caro sed alia quidem hominum, alia pecorum, alia piscium, alia volucrum. Et corpora cælestia, & corpora terrestria.*

Naturalium rerũ tractatio ipsa ad pietatem vtilis, illique basis.

H

1. Cor. 15. 39.

Quid causæ est cur Paulus ea naturalibus disputet, eaque musicis instrumentis reprehensionem instituat, ac dicat, *Tam multa (verbi gratia) genera vocum sunt in mundo: & nihil sine voce est. Etenim si incertam vocem dederit tuba, quis parabit se ad prælium? Sive tibia, sive cithara, nisi distinctionem sonituum dederint, quomodo cognoscetur id quod tibia, aut quod cithara canitur?* Quid Pauli lingua commune habebat cum tibia

1. Cor. 14. 10. 8. 7.

A & cithara ? Ex iis tamen quæ visu percipiuntur naturali ratione philosophatur, ad ea repræsentanda quæ mente intelliguntur.

Iob.4.10. Iob.5.7. Quid necesse erat, vt in libro Iob tam multiplex naturalium tractatio haberetur ? *Leonis robur, Leænæ vox, superbia draconum extincta est. Myrmecoleon periit, eo quod non haberet escam. Pulli autem vulturum, altè volant.* Isai.31.4. Quæ ratio est cur alius Propheta dicat, *Quomodo si fumat Leo & rapiat atque rugiat super præda, & repleantur montes voce eius ?* Salvator quoque ex naturalibus disserit. *Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod minus quidem est reliquis seminibus : cum autem creverit, maius fit omnibus oleribus.* Matt.13.31. Marc.4.26. Et iterum, *Simile est regnum cælorum, quemadmodum si homo iaciat sementem suam, & semen germinet, & increscat, dum nescit ille. Vltrò enim terra germinat primùm herbam, deinde spicam, deinde triticum implet in spica.*

Mat.16.2. B De cœlo etiam Salvator naturaliter tractat. *Cum cælum, inquit, vespero rubrum fuerit, dicitis, Serenum erit; rubet enim cælum : Cum vero sub diluculum, Hodie imber erit, rubet enim triste cælum.* Quid his opus erat? Nempe hæc dico, propter eos qui insipienter ac bardè accusationem intendunt. Ad Deum spectat oratio, & eenuia audiendis decretis diligentiam habere ? Quando igitur propositum est Dei gratia, vt de hominis fabrica dicamus, non pro rei dignitate, sed pro virili nostra, necessariò ad argumentum descendamus.

Homo mundi domus paterfamilias. Gen.1.26. Ornatum suum cœlum receperat, terra fructibus coronata erat, maris aquæ fuerant segregatæ, stirpes germinaverant, muta animantia prodierant, repletus erat orbis terrarum, domus perornata erat : desiderabatur omnium quæ edita erant ac condita paterfamilias. *Dixit Deus, Faciamus hominem ad imaginem nostram & similitudinem.* Ostendimus pridie, quæ sit vis huius vocis, *Faciamus*; cuius sermo sit, ad quem dicta oratio : quis consiliarius, ac quæ communis deliberatio. Quia enimverò ex Scripturis probavimus, antiqui consilij consiliarium Filium esse, ac Spiritus sancti gloriam tacuimus, ne ex nobis, qui sani sumus, hi qui laborant occasiones sumant, scire oportet, C Trinitatis consubstantialitas. vnam esse gloriam & maiestatem, vnam voluntatem & consilium, vnum efficacem sermonem, Patris & Filij & Spiritus sancti.

Appellatus est hoc loco Filius Consiliarius: alio dictum est, Dei scientiam neminem habere, præter Spiritū sanctū. Ait Paulus, 1.Cor.2.11. *Nemo scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est : ita & quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei.* Si spiritus, qui est in te, à tua alienus substantia est, etiā qui in Deo est Spiritus, alienus à Dei substātia est. Vult aliquid Pater? Eadē volūtas ac consiliū Filij & Spiritus sancti est. Vult aliquid Filius ? Eadem voluntas ac consiliū Patris & Spiritus sancti est. Vult aliquid Spiritus? Eadē voluntas ac consilium est Patris & Filij. Suscitat Pater mortuos? Suscitat & Filius. Ioan.5.21. Ait Salvator, Sicut enim *Pater suscitat mortuos & vivificat : sic & Filius, quos vult, vivificat.* Ecce coniuncta voluntas. Vbi igitur voluntas Spiritus ? Audi. 1 Cor.12.11. *Hæc autem omnia operatur vnus atque idem Spiritus, dividens propriè singulis prout vult.*

Vnum est regnum Patris & Filij & Spiritus sancti. D Vituperat verò Deus, & qui sine Dei voluntate & consilio agere quidpiam tentaverint. Ait per Prophetam, Isai.30.1. *Væ filij desertores, dicit Dominus. Fecistis consilium, non per me, & fœdera, non per Spiritum meum.* Clarè astruens sanctam Trinitatem aiebat Zacharias Propheta, Agg.2.5. 6. *Confortentur manus Zorobabel, dicit Dominus & confortentur manus Iesu filij Iosedec Sacerdotis, & manus populi; quoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus, & Sermo meus bonus, & Spiritus meus in medio vestrûm.*

Argumētum à Baptismate. Mat.28.19. Præterea verò, Fratres, regeneratio nostra fabricæ attestatur. Nisi enim Spiritus socius fuit Patri & Filio in creatione, neque fuit in regeneratione. Quomodo baptizamur ? *In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.* Quænam maior, generatio quæ est creatione, an regeneratio, quæ est initiatione ? Ibi, vitæ principiū est in mortē; hic, principiū mortis in vitam. Quomodo igitur fieri potest, vt Spiritus in eo quod maius est Patris ac Filij socius sit, in corporali verò mundi opificio à communi dignitate removeatur? Nunquam E conditi essemus, nisi à Spiritu sancto formati fuissemus : Et quia in prima creatione, Patris socius est & Filij, similiter quoque in Baptismo, illis socius ac adiutor existit.

A resurrectione. Rursus in resurrectione. Fieri non potest vt aliter resurgamus, quàm Patris voluntate, & coniuncta Filij opera, ac Spiritu sancto virtutem præstante. Audi dicentem Dominum (rectè dixi *Dominum* : quanquam enim etiam Pauli vox est, Domini nihilominus vox existit. Licet enim ex illo audire, 2.Cor.13.3. *An experimentum quæritis, eius, qui in me loquitur, Christus ?*) Ait itaque qui in Paulo loquitur, Rom.8.10. *Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus verò vita propter iustitiam. Quod si Spiritus eius, qui suscitavit Christum, habitat in vobis qui suscitavit Christum à* F *mortuis vivificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis.* Extra igitur Patrem & Filium & Spiritum sanctum, nec prima creatio est, nec secunda nativitas, nec postrema resurrectio.

איש, vir. אש, ignis. *Faciamus hominem.* Hic iam eos qui vituperant præmonuimus, illisque cavimus. Hominis appellatio lingua Hebraica, si interpreteris, ignem sonat, Attende, quæso. Etenim qui audit candore animi, qui veritatis amicus ac alumnus sit, salutem consequitur: qui verò infenso animo aures accommodat, non quid iuvetur quærit, sed quid carpat ac calumnietur. Non quærit quid lucri faciat, sed quid reprehendat. Homo lingua Hebraica ignis dicitur. Non frustra nomen hoc inditum est Adamo : Verùm quatuor in mundo elementa sunt (rursus ex naturalibus, vel si rumpantur, Ignis indoles & fœcunditas, Adami symbola. dissero) Terra, Aqua, Aer, Ignis. Reliquorum elementorum quodlibet, manet, quemadmodum est. Puta, si terræ glebam sumpseris, non licet ex ea quam teneas, glebam apponere. Ergo si glebam sumpseris, id manet, quod est. Aquam rursus si mensura quadam sumpseris, manet eadem aqua, argumentum non sumit. G Aere si vtrem impleveris, alium vtrem implere non potes. Ignis verò, non manet qualis est. Accenditur exigua lucerna, innumerasque ex illa faces accendis; totam fornacem, ingentem flammam : nec ignis in suo conspectu manet, sed quantam corripuerit materiam, exuperantius augescit.

Quòd igitur præsciverat Deus, ex vno homine replendum esse orbem terrarum (lucerna vna tam multas accendit faces; eratque & Occidens, & Oriens, & Septentrio & Meridies) congruum pro rei ratione indidit nomen. Idcirco ipsum etiam Adæ nomen, arrhabo fuit orbis terrarum. Quia enim ex ipso quatuor climata erant replenda, Adam nomen imponit : in quo singulorum elementorum numeratione singulæ orbis partes Græca quasi acrostichide designantur : tumque nomen tum elementa indicio erant, repleturum homi- Simplicior observatio. nem orbem terrarum.

Non quod *Adam*, H sed quod איש, seu *homo*. Vocatur igitur Hebraïca voce ignis. Quod igitur ignis appellationem habet, non gravatur Scriptura etiam Angelos homines vocare. Quando enim venerunt Maria ac sociæ mulieres ad monumentum ait, Luc.24.4. *Ecce adstiterunt illis duo viri* : erant autem Angeli. Quin & Angeli vocantur ignis. Ps.104.4. *Qui facit Angelos suos Spiritus : & ministros suos ignem vrentem.* Appellat viros, quod communem hominis notionem habeant. Et quid miraris ? Ipse Deus ignis vocatus, vocatur homo. Ait Salvator de Patre suo, Mat.21.33. *Homo erat Paterfamilias, qui plantavit vineam : Et misit servos suos, & occisi sunt servi.* Et (vt compendio dicam) dixit homo ille, *Adhuc vnum Filium habeo, mittam illum, si forte pudore ducatur.* Quid sibi vult nomen *Homo* de Deo dictum ? Non enim dixit *Parabolam*, non dixit, *Simile est.* Sed, *Homo erat.* Ideirco Moses, Deut.4.24. *Deus noster ignis consumens est* Salvator quoque veniens ait, *Ignem veni*

A

Luc. 12. 49

mittere in terram. Assumit itaque nomen, quod ex merito rei respondeat. Quia igitur ignis (vt modò dicebam) ex parvo magnus evadit, atque homo ex exigua stirpe orbis terræ fines implevit, ignis vocatus fuit. Hoc ita, quod dictum est, *Faciamus hominem.* Nam Hebraïcè est, *Faciamus ignem.*

Antropomorphitæ exagitati.

Faciamus hominem ad imaginem nostram. Multi stultorum hominum atque animo rudium, factum hominem ad Dei imaginem existimarunt, quasi Deus nasum habeat, talesque oculos aut tales aures, vel tale os. Falsa verò atque absurda hæc opinatio. Estque hactenus hæresis, quæ Deum humana præditum forma dicat. Quòd enim audierint, *Oculi Domini, Aures Domini*; &, *Olfecit Dominus*; &, *Os Domini locutum est*; &, *Manus Domini fecit*; & *Pedes Domini steterunt*, ab omni immunem corporis contagio membris efformarunt, cùm eius sententiæ absurditatem non satis perciperent. Nempe ait Deus, vt noveris nullam homini cum Deo intercedere similitudinem, quod attinet ad corporalem eam speciem (Non enim vocem tollo, *Faciamus hominem ad imaginem*, sed quomodo Dei imago dicatur, expono) *Cælum & terram ego impleo, dicit Dominus.* Et rursus, *Cælum mihi sedes est; terra autem scabellum pedum meorum.* Voces ne sequamur, serviemus literæ? At me incommoda his hærentia secus cogunt. Quonam modo cœlum thronum intelligam? Thronus nimirum ac sedes, sedentem cogit ac comprehendit: Deus verò circumscribi non potest. Nihil circa Deum est; ipse verò ambit omnia ac quasi mutum cingit. Si ergo cœlum sedem habet, quomodo cœlum palmo metietur? Quomodo verò etiam in cœlo sedet? *Cælum mihi sedes est; terra autem scabellum pedum meorum.* Vbinam sedet? In cœlo quod cernimus, stellæ sub firmamento, aquæ super illud positæ sunt. An supra sedet? Non supra cœlos, sed in superiori cœlo. Si sedet, omnino etiam pedes ad terram vsque pendent. Talemne figuram adscribis ei, qui infigurabilis est? Non sinit pietas nos ita concipere. Tum demum si eius pedes calcaot terram, quomodo sementem facimus? Quomodo metimus? Quomodo pertransimus, nec pedibus eius impingimus? Quomodo cœlum palmo dimensus est? Quomodo magnos digitos nactus est; iusta Deitati mole respondentes? Quo item modo digitis eiusmodi nec ita multis exiguas tabellas scripsit? Nos tribus digitis scribimus, reliquis operam conferentibus: Deus vno digito tabulas conscripsit. Vidisti aliquem qui vno digito scriberet? Sunt hæc magis sententiæ, quàm verba.

Psal. 33. 16. Gen 8. 21 Isai. 1. 20 Iob. 12. 9. Ps. 131. 6

B

Ier. 23. 24. Isai 66. 1.

Isai. 40. 12.

Isai 40. 12.

C

Ratio imaginis in sanctitate.

Faciamus hominem ad imaginem nostram. Vult Deus vt virtutis cultu eius Imitatores simus. Quid sibi vult, *Ad imaginem*? Deus sanctus est: si sancti fuerimus, ad Dei imaginem sumus. *Estote enim sancti, quia ego sanctus sum.* Deus iustus est: si iustitiam coluerimus, Dei imago sumus. *Iustus enim Dominus, & iustitiam dilexit.* Si fuerimus misericordes, Dei imago sumus. Ait enim Salvator, *Estote misericordes, sicut Pater vester miseretur.* Vides in quonam posita ratio imaginis sit? Ostendit & Paulus imaginem. Ait enim, *Exsoluite vos veterem hominem, & induimini novum, qui secundùm Deum creatus est in agnitione veritatis; secundùm imaginem eius, qui creavit illum.* Vides virtutibus tribui, quod Scriptura *Ad imaginem nostram* dicit?

Levit 19. 2. Psal. 10. 8

Luc 6. 36

Col. 3. 9. 10.

Eph. 4. 24

D

In dominio. Gen. 1. 26

Vbinam posita ratio imaginis? Rursus in potestate ac dominio. *Præsint piscibus maris & volatilibus cœli; bestiis quoque & reptilibus atque iumentis, & omni terra.* O Dei consequentem ordinem! ô verborum accuratam diligentiam! Cur primùm meminit, atque, *Præsint piscibus maris*? Quo ordine processit, creatio, eo & dominatus prælatio. Quòd primi pisces ex mari producti sunt & volucres, posteaque de terra quadrupeda ac reliqua pecora, indocet primùm quæ primò sunt orta. Præsint piscibus & volatilibus, tumque bestiis & reptilibus & pecoribus. Vnde & tres Pueri benedicentes in fornace, ordinem servant. *Benedicite maria & flumina Dominum: benedicite cete & omnia quæ moventur in aquis Dominum. Benedicite omnes volucres cæli Dominum: Benedicite bestiæ & pecora: Benedicite filij hominum.*

E

Dan. 3. 78 79 80. 81.

Licebat quoque & alia considerare; verùm ad propositum revertamur. *Et formavit Deus hominem.* Non dicit quovis modo creavit, aut fecit, sed *formavit.* *Formatio* dicitur in his quæ decorem habent; vt cùm quis videns formosum vultum, pulchrum ευμορφον (Græca voce) appellaverit. Nihil Deus in corpore indecorum fecit, sed cuncta ad decorem pariter & ad vsum. Puta, oculus duo habet, vsum scilicet & decorem, nam & videt, & faciem illustrat; ornatque vultum & cernit omnia. Auris vsum habet, habet quod tegeret: quod enim circumiacet cymbalum, homini ornatum præstat. Similiter nasus ad olfactus vim necessariam, præter alia animalia velut medium parietem habet ad decorem complendum. Id enim vbi competit homini, cùm reliqua animalia, vno nasi situ, narium distinctionem nullam habeant. Hoc verò eam ob rem formavit Deus. Vnde & David, *Qui plantavit aurem non audiet? aut qui formavit oculum non intelligit?* Sic & terram ad decorem fecit, & vt necessarium vsum præberet. Et ne plura tibi decorem habentia ostendam, vbi vnum dicero, transgrediar.

Gen 2. 7.

Humani corporis structuræ decor.

Psal. 93. 9

F

Dedit Deus homini (nimirum viro dico) cum reliquis, etiam vberum concinnitatem. Viro cur vbera? propter decorem. Esto enim mulieri ad necessarium naturæ vsum, ad lactis subministrationem, viro quare vbera? nempe ob decorem, ob ornatum. Quemadmodum enim in ædificiis quædam necessarij vsus causa fiunt, quædam verò ad ædium elegantiam: sic Deus & ornavit hominem, & illi instruxit quæ necessarij vsus essent.

Vbera in viro ad decorē.

Formavit eum sumpto terræ pulvere. Beata Christianorum spes si intellexerimus ea quæ audimus. Cur non dicit, Accepit è terra cespitem? Tantum corpus formavit, ac nec gleba opus habuit, sed sumit pulverem. Præscit Deus quæ sunt futura, ac si essent. Quod igitur præsciverat hominem esse moriturum & in pulverem vertendum, occupatò in creatione spem resurrectionis ostendit. Sumit pulverem de terra vt cùm in sepulcro videris pulverem, intelligas, eum qui illud formavit, hoc quoque esse suscitaturum. *Formavit hominem sumpto è terra pulvere; & insufflavit in faciem eius flatum vitæ.* Vide quid intersit discriminis inter hominem & bruta animantia. Alia enim omnia condendo, Deus omnia simul adiecit; cum corpore etiam animam contulit. Attende, quæso. Natatilia, corpus simul & animam fecit. *Producat terra animantia*: prodiit simul cum corporibus & anima. Hominem, primùm corpore, tum animo creat. Cuius spei gratia? Qualis formatio, talis & solutio. Bruta animantia idcirco non resurgunt, quia sicut fuerunt condita, sic & moriuntur. Simul corpus atque anima abolentur. Hominis corpus è terra sumpsit Animam à se tribuit, eam creando, ipsum fabricatus; non ex sua producens substantia; vt cùm morietur corpus, vel homo, de Anima spem non abiiciamus. Quid enim quod in sepulcro corpus conditum est? ne putaveris ibi esse Animam. Non enim de terra sumpta est, nec in terram revertitur.

Hominis ex pulvere formatio, argumētū resurrectionis.

G

Gen 2. 7.

Animæ de ipso Deo creatio, iamque formato corpore.

Spem ergo statuit. Idcirco etiam in Ezechiele resurrectionem vaticinatur, ita loquens, *Mortuis ossibus proveniet corpus.* Tum subdit, *A quatuor ventis veniet spiritus, & ingrediatur in cadavera hæc, & vivant.* Sic quoque David clamat, *Auferes spiritum eorum & deficient, & in pulverem suum revertentur. Emittes Spiritum tuum & creabuntur, & renovabis faciem terræ.* Vidisti Spiritum creatorem? Vidisti Deo operis socium? Verùm ad propositum revertamur.

H

Ezech. 37 5. 9.

Ps. 103. 30.

Insufflavit. Quid est cur insufflavit? Animæ simplicitatem ostendit; ideo nec multam concinnationem

exigit

A eaigit. Attende jam. Quia creatura veteraverat, eam Christus in dispensatione instaurat. Formatus est Adamus de terra: formavit Christus è luto cæci oculos, vt tu noveris eum, sumpto de terra pulvere Adamum formasse. Ioan 9.6. *Insufflavit Deus in faciem Ada flatum vita.* Ioan. 20. 22. Insufflavit Christus in facies Apostolorum, *Accipite Spiritum sanctum*, Quod spiraculum Adam amiserat, Christus hic reddidit, factusque est rursus in animam viventem. Attende hic fratrem. Quanquam enim laborat naturæ organum, consueta tamen spe præcurrens, Fratrumque vota accelerans, fore existimo vt detur mihi sermo, non quod dignus ipse existam, sed propter auditorum alacritatem. Quanquam indigni sumus qui Sanctis componamur, hæc tamen & illis evenerunt, ac corporis infirmitate præpediebantur. Ps 68.4. Testis est David, dum ait, *Laboravi clamans: rauca facta sunt fauces mea.* Præstat verò rauca voce quæ sunt recta loqui, quàm recta præditum voce, animo perversum esse.

B Gen.3.24 *Plantaverat Deus paradisum in Edem, ad Orientem.* Quid est Edē? Edem si interpreteris, voluptas est; ac si quis dicat, Plantauit paradisum in voluptate, hoc est in loco delicioso, in loco amœno. Idcirco in fine ait, Gen.3.24 *Et eiecit Adam, & collocavit eum ex adverso paradisi voluptatis. Plantaverat Deus paradisum in Edem, ad Orientem.* Cur non in alio climate, sed ad Orientem situs paradisus? Vnde luminarium origo, inde & origo vitæ hominum. Prænuntiat Deus quod esset futurum. Ad Orientem in paradiso constituit hominem, vt ostendat, quemadmodum cœlestes hæ faces orientes ad occasum currunt deciduntque, sic & Adamum à vita ad mortem præcipitaturum, ac luminarium typo occasum habiturum, atque alium rutilum ortum ex resurrectione mortuorum recepturum. (Adami culpæ & reparationis præsagia.) Cucurrit ad occasum Adamus, occidit in sepulchro: secutæ sunt illum res terrenæ, & cum illo occasum habente sepultæ. Idcirco ait Propheta de illo, Zach. 6. 12. *Ecce Vir Oriens nomen eius: & subter illum orietur.* nempe ex sepulchris.
C Occidit homo in Adamo, in Christo exortus est Testis est Paulus. 1 Cor 15. 22. *Sicut enim in Adamo omnes moriuntur, sic & in Christo omnes vivificabuntur.*

Tulit Deus hominem, quem fecerat, & posuit eum in paradiso. Gen 2.15 Intulit eum in paratam domum. Velut qui aliquem ad epulas vocat, primùm domum parat, ac tunc eum inducit, qui fuit invitatus: ita hic quoq; præmagnificum illi paravit hospitium (paradisum scilicet) ac sic induxit invitatum. (Creatus Adam extra paradisum.) Vbi formatus est? In terra, extra paradisū. Sicut enim luminaria alibi facta, in cælo posita sunt; sic & Adamus extra in alia formatus terra in paradisum deinde illatus est. Vnde hoc? Dicit Scriptura in fine, cùm eiiceretur Adam, Gen 3.23 *Et emisit Deus Adam de paradiso voluptatis vt operaretur terram, de qua sumptus esset.*

Gen.2.15 *Posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur & custodiret illum.* Quo namque paradisus deficiebatur? Sin verò etiam operatio opus erat, vbi aratrum? Vnde reliqua agriculturæ instrumenta? (Opus Adæ in paradiso.) Operari & custodire Dei mandatum illique credere hoc Dei opus erat. Ait Salvator, Ioan 6. 29 *Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem ille misit.* Quemadmodum igitur Christo credere, opus est ita etiam credere mandato. Moriturum si tetigerit, si
D non tetigerit, victurum. Opus erat observatio spiritalium sermonum. Pauli quale opus? Num erat agricola? Num aliud opus exercebat? Nonne illius opus omne doctrina? nonne prædicatio erat? Et tamen dicit discipulis, 1.Cor.9.1 *Opus meum vos estis in Domino.*

Vt operaretur, inquit, *& custodiret illum.* (Paradisi custodia.) A quo custodiret? Latro non erat, viator non erat, qui insidias strueret non erat. A quo custodiret? Vt sibi ipse custodiret. Vt transgrediendo non amitteret, sed vt servando mandatum, sibi paradisum asseteret. Etiam mens cum voce laborat; verùm sententiis insistamus. Posuit eum in paradiso. Iam Scriptura, ex his quæ præcesserunt adumbrat futura.

Gen 2.10 *Fluvius autem egreditur ex Edem, irrigans paradisum.* E Hinc disce, non fuisse paradisum minoris horti aut vivarij angustiis interceptum, tantæ vastitatis quem irrigat fluvius, vt ex eius redundantia quatuor flumina exeant. (Flumina ex paradisi fluvio.) Fluvius autem egreditur ex Edem, vt riget paradisum; inde vbi rigaverit, *dividitur in quatuor capita*; in Tigrin, in Nilum, Euphratem, & quem Scriptura Phison vocat, ac nunc dicitur Danubius. Vide quanta fluvij magnitudo, qui in quatuor dividatur: isque talis solum irrigat paradisum. Quorsum talis? Solus erat Adamus, quid tanto opus apparatu? Verùm non vni soli paradisus conditus erat, sed orbis terræ finibus præparabatur, Patriarchis, Apostolis, Evangelistis, Martyribus, Confessoribus, Sanctis, Fidelibus, Orthodoxis, Piè viventibus, Iustis omnibus. Si enim Salvator Latroni vna hora confitenti promisit paradisum, dicens, Luc.23. 43. *Hodie mecum eris in paradiso:* qui à prima ætate laboravit Abraham, Isaac, Iacob, eius filij Patriarchæ... & ante hos omnes Latro paradisum consequitur.
F Facit ergo Deus opera, non id spectans quod apparet, sed quod fore expectatur. Quid causæ est cur tam vasta terræ spatia fecerit? Adamusne, an qui hodie in ea habitant?

Inde dividitur in quatuor capita. Non dixit, in quatuor latè expansa flumina, sed *capita*, id est, fontes. *Nomen vni Phison*, de quo modò loquebamur. Deinde Geon. Hic est Nilus: Geon eius nomen antiquum, Ier.2.18. Testis Ieremias, cùm ait, *Quid tibi & viæ Ægypti, vt bibas aquam Geon?* Hic mentem attende. Cogita hunc esse paradisum. Sunt enim quæ visu melius, quàm oratione tradantur. Progreditur ingens fluvius, copioso admodum fusus latice, ac rigans paradisum. (Flumina è paradisi effluxus, per subterraneos occultos meatus.) Inde in subterraneum quendam hiatum fertur, immensamque sub terra peragrat viam, vt novit qui stravit Dominus; latetque diu fluxus, ac in vasta loca dividitur, invenitur que alius in Æthiopia, alius in Occidente, alius in Oriente; sic Deo per occultos cuniculos trahente, mirosque ac insolitos primo fluvio condente fontes. Quorsum verò? Ne scilicet qui fluminum sequerentur vestigia invenirent paradisum. Ne humana indagine quandoque comprehenderent.
G Si enim ad illum iter pateret, ante divites nullus inveniret. Verùm Deus cùm pauperibus tum divitibus occlusit, vt sola virtute viam invenirent. Quantum laboris Patriarchæ, Prophetæ, Sancti susceperunt? Latro via non peragrata, sed credita, verè Viam invenit eum, qui dixit, Ioan.14.6 *Ego sum Via.* Invenit paradisum, quem occluserat inobedientia primi hominis.

Rationem quæro, cur sacer Historicus, vbi primi fluminis meminit, dixerit, Gen 2. 12. *Ibi est aurum bonum, & carbunculus & lapis prasinus.* (Aurum & lapides Mosis memorati.) Si prorsus terrarum orbem describeret, necesse erat vt in qualibet provincia, quæ bona occurrunt referret smaragdos, hyacinthos, quo loco topazium, quo diversa metalla ac materiæ lignaque enascantur. Aurum tantùm duosque lapides assumit, Sacerdotij primitias, eo quod Sacerdos laminam auream gestabat, cui inscriptum erat nomen Dei. Exod.28. 16. Erant duodecim Lapides supra Sacerdotis pectus, Sardius, Topazius, Smaragdus, Carbunculus, Sapphirus, Iaspis, Ligurius, Achates, Amethystus, Chrysolithus, Beryllus, Onychinus. Ex his duodecim Lapidibus, Prasinus lapis Sacerdotali tribui addictus erat: Carbunculus, Regiæ.
H Quid ita? Quod ignis proprium est vrere & illuminare; Regisque proprium est benefacere & delicta punire. Ruben primam tribum in Sardio ponit, Symeonem in Topazio, Levi in lapide Prasino; Iudam, ex quo ortus est Christus, in Carbunculo, id est, igni. Denique Esaias longis retro temporibus Ierusalem in hæc verba alloquitur. Isai.49 16 & 59. 21. *In manibus meis depinxi muros tuos, & in conspectu meo es semper.* Isai 28. 16. *Ecce praepara Carbunculum lapidem tuum*, sic vocans Salvatorem. *Ecce* enim, inquit, *ponam in Sion lapidem angularem, electum: qui crediderit in eum non confundetur.* Carbunculus igitur Regiæ tribui addictus erat; Prasinus, Sacerdotali, quod benefacere Sacerdotij est.

A fluvio

A

Aquarũ diversitas ex locorum situ & qualitate.

A fluvio illo separantur quatuor fontes & capita fluminum. Quid igitur causæ est cur eorum aqua non ipsa eadem parisque bonitatis? Quærunt enim solertes veri indagatores, Si ab vno fluvio sunt, aut vno fonte, quidni vna omnium qualitas sit? Quid igitur dicamus? Nempe ex terra imbuuntur, ac afficiuntur locorum qualitate, per quæ transeunt. Vti & ipsa aqua, cùm vna prædita sit indole ac qualitate, aliam reddit qualitatem si absinthium, aliam si anethum, aliam si ruta illi infundatur. Ac natura quidem, vna est; sed materiæ transmutant: Sic quoque in fluminibus, quod longè per peregrina loca serpunt atque decurrunt, aliis alijsque affecta qualitatibus, illis variè imbuuntur.

Gen.2.9.

Vbi itaque ex locorum situ flumina qualitate imbuerat, postremò creat in paradiso, *omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suave.* Transgressoris excusationem occupatò sustulit. Quod enim dixit de muliere, *Vidit mulier lignum, quod esset pulchrum visu, & ad vescendum suave*, ne quis existimaverit, lignum hoc præter reliqua vnum elegans extitisse, eandem cunctis præstantiam asserit atque virtutem; quod nimirum aspectu delectabilia, ac valde pulchra erant: vt noveris, non vlla penuria transgressum esse, sed cùm omni affluentia potiretur descivisse.

Gen.3.6.

B

Paradisi arbores pulchræ omnes.

Gen.2 9.

Triplex lignum, ad victũ, ad virtutis exercitium, ad præmium.

Et lignum, inquit, *vitæ in medio paradisi; & lignum scientiæ boni & mali.* Triplex lignorum differentia. Alia data illi sunt, vt viveret; alia, vt bene viveret, alia, vt semper viveret. Erat vnde viveret, ex quibus vescẽdi licentia illi facta esset: erat vnde bene viveret quibus illi interdictum erat. Licebat enim bene, exque ratione ac virtute vivere, tangendo quibus interdictum non erat, & non tangendo quibus interdictum erat. Hoc enim bene, exque virtute vivere est, Deo morem gerere. Positum erat lignum vitæ in medio paradisi, tanquam præmium; lignum scientiæ, vt palæstra, vt exercitamentum. Ac vide miraculum. Paradisi ligna omnia, vbique in circuitu vernantia, vbique pomis scatentia: duo duntaxat in medio, gymnasium ac stadium erant: quæ in circuitu erant, cibum ministrabant. Verùm, quæ de trangressione, deque ligno tractatio est, in aliud reservetur tempus; Ad propositum quod attinet.

C

Gen.2.9.

Adducit Dominus omnia animalia ad Adamum. Audiant Hæretici. Nec miteris, si per singulas dictiones, ac voces singulas adversus Hæreticos sermo intenditur. Per omnem enim occasionem reprehenduntur, qui adversus glorificatum regnum extolluntur. *Lapis de pariete clamat*; non dico Verbum ex Scriptura, *Iota vnum, aut vnus apex*, Hæreticos irreprehensos non sinunt. Omnibus reprehenduntur, qui negant omnium Dominum. Animum igitur attende. Erat videre inauditum novumque spectaculum; Adamum sedentem, Deumque famuli quasi obsequio ad Adamum adducentem. *Adduxit enim Deus animalia.* Hic mihi non dictionem ac verba, sed sententiam specta. Cogita Deum stare, ac Adamum explorare. Producit Deus omnia: Dicit Adamo, verbi gratia, Quid tibi videtur hunc vocandum esse? isque ad eum; Vocetur Leo. Sancit Deus, inquit, vt dicatur Leo. Hic verò quid Taurus appelletur. Bene statuisti. Similiter singulorum nomina Deus approbavit. Dicit enim Scriptura, *Adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea. Et omne quod vocavit Adam hoc est nomen eius.* Vide, Quod ad imaginem eum creaverat, voluit & honorem in conspectum proferre, ac ostendere, verè eum imaginem sapientiæ ferre.

Habac.2.11.

Mat.5.18

Indictis animalibus nomina, Deo Adamũ erudiente.

D

Adami claritas, nominũ illa impositione.

Ac vide miraculum. Deus sibi ipse nomina ante designaverat. Volebat verò vt per imaginem monstraretur, Adami sensa Dei decretis consentire. Denique vt ostenderet Scriptura, hæc, quæ Adamus imposuit nomina, Deum præfinivisse, ait. *Et omne quod vocavit Adamus, hoc est nomen eius*: ac si dicat, Præfinitum erat, Deus decreverat. Verùm ad propositum revertamur. Stetit Adam, Deusque illi animalia adduxit, nec vlla violatur iniuria, quod Dominus servo adducit. Sin verò audierint Hæretici, Christum nos Patri adducere, statim aiunt, Vides servum esse? Adduxit ea ad Adamum. Stetit servus iudicio fungens, Dominus adducens. Ac Deus quidem Adamo adducens iniuria non afficitur? Christum verò vt audierint Patri adducere, in servi classem trahunt. Vbi dixerit Salvator, *Nemo venit ad Patrem nisi per me*, mox Hæretici arrectis hiant auribus, seu potius perversis. Deus adducendo Adamo animalia, non est servus: Deus Deo si adduxerit, in servi ordinem cogis? Ne verò Scripturarum ignorantia tuum morbum alat, novi ego & Filium Patri adducere, & Patrem Filio. Etenim cùm dixisset, *Nemo venit ad Patrem, nisi per me*; idem rursus, ait *Nemo venit ad me, nisi Pater meus cœlestis traxerit eum.*

E

Arianorum exempla cavillatio.

Ioan.14.6.

Ioan.6.44.

Verùm, quod dicebam, novi me iam antè dixisse. At verbum affine argumentu est. Contigit verò fortè te non audisse; ideo nunc quoque dico. Cogita quàm multa quadrupeda. Cogita quæ cicura sunt & mansueta, quæ agrestia ac fera, quæ in montibus, quæ in campis, in Gallia, in India, in cunctis orbis regionibus ac provinciis. Rursus reptilia, genera, species: volatilia omnia, cuncta natatilia, quæ in mari, in stagnis, in fluviis. Cuncta hæc adducebantur, ac singulis Adamus nomen imponebat, nec Deus contradixit, sed acquievit. Multa nominum millia, & Deus acquiescit: Vnum Deus nomen loquitur, de cœlo testimonium perhibens, *Hic est Filius meus*, proscribuntque Hæretici vocem, vni nomini testimonium perhibentem; vocem illam sanctam, quæ innumera suscepit nomina nullumque antiquavit.

F

Mat.3.17

Adducta sunt animalia, eisque imposita nomina. Iam vt Rex stetit. Quemadmodum enim conscribendi milites, Regio signaculo notantur: sic quia dominium Adamo traditurus erat, imponere eum nomina quasi dominum facit. Nomina enim non nisi dominus, ac pater imponit. Attende, Nominum alia Deus imposuit, alia Adamus. Ac Deus quidem vocavit Cœlum, Terram, Mare, Firmamentum, Diem, Lucem, Noctem, Fructum, Herbam, Fœnum, Ligna. Pecora verò ac volatilia appellavit Adamus, Pavonem, Aquilam, Vitulum, Ovem. Hic species, ille genera, ne falsum esset verbum quod ait, *Faciamus hominem ad imaginem nostram.*

Adamus Rex imponens nomina.

Alia à Deo, alia ab ipso imposita.

G

Deus luminaribus nomina imponit, Vrsam, Orionem, Pleiadem, Vesperum, Luciferum. Cuncta hæc Deus nominavit. Testis est David, dicens, *Qui numerat multitudinem siderum, & omnibus eis nomina vocat.* Deus cœlestibus nomina imponit, homo his quæ in terra existunt. Vocat Deus Cœlum, Terram, cuncta alia: vocat Adamum, Ignem, Hominem. Adamus verò quid vocat? Imponit nomen iumentis, reptilibus, bestiis. Novum Adamus nomen vocat, Os, Carnem, de muliere loquens, *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.* Deus enim cùm ipsum formavit, non dixit, Ex ossibus & carne formasse. Rursus dicit Deus, *Masculum*; hic dicit, *Vir*: Deus dicit, *Fœmina*; hic dicit; *Mulier* seu *vxor*. Quodque dignum admiratione, quandoquidem plenus erat Spiritu sancto, ac necdum miser trangressus erat, sed gratia abundabat, prophetia, quam nudiustertius coram vestra Charitate dividebam, in eo tota erat. Noverat enim præterita, noverat præsentia, atque futura. Quomodo enim quæ erant in corpore videbat? Os foris non parebat: sed quia Spiritum habebat, ait, *Hoc nunc os ex ossibus meis.* Vnde noverat, nisi Spiritus sanctus revelaverat? Cur igitur primùm os ac tum caro? Quod primùm costam ex illo tulit. *Hæc*, inquit, *vocabitur Mulier, quia de viro sumpta est.* Vaticinatur præterita, locutus est præsentia, dicit futura.

Ps.146.4

Gen.2.23

Adamus absolutus Propheta

H

Quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem. Necdum nuptiæ, & vnde pater & mater? Audiant rursus Hæretici. Voluit Deus Adamo vxorem condere.

Gen 2.24

Gen 2 25

Immisit

A

Adæ ecstasis.

Immisit ecstasim in Adamum, & obdormivit. Omne Dei verbum prima conditione naturæ regula extitit. Docuit primi exemplo, quomodo suscepta proles ab homine dividi debeat. Immisit Deus somnum in Adamum. Rem miram! tempus dicit, quo matrimonium agitur. Somnus ecstasis (quasi mentis excessum dicas) vocatur, quod illo homo quasi extra se constituitur. Intus anima est, & non est intus. Non sentit, non intelligit, audiens non audit. Velut hodie dicimus, Ecstasi vsus est; quod se negotiis subduxit: sic anima cùm sensibus excesserit, in ecstasi existit. *Et obdormivit,* inquit, *& tulit Deus vnam ex costis eius.* Hæc sciscitemur ab Hæreticis; Quomodo tulit Deus? quomodo Adamus dolorem non sensit? quomodo non indoluit? Si vel pilus è corpore vellatur, dolemus; quamvis alio quis sopore teneatur, doloris vi expergiscitur, qui dormit: tantum tollitur membrum, tanta costa discerpitur, nec dormiens à somno excitatur? Non vi avulsit, vt à somno excitaret, non discerpsit: verùm Scriptura vt artificis celeritatem ostenderet, *Tulit,* inquit. Solutæ sunt compages, & non sensit. Tulit costam, sicut tulerat pulverem. Ergo si alius esset qui compegerat, alius qui solvisset, pugna esset. Sin autem qui colligaverat, solvit; jucunde nimirum ac sensu quodam voluptatis solvit.

B

Ablata ei costa nullo doloris sensu.

Tulit costam, & replevit pro ea carnem. Vnde replevit? Num ex reliquo traxit corpore? Atque corpus omne quod trahitur ac distenditur, rarescit ac subtilius fit. Quomodo replevit? De corpore loquimur, & non intelligimus; de Deo loquimur, & curiosius indagamus. *Et ædificavit Dominus, costam, quam tulerat de Adam, in mulierem.* Vnde oculi ex costa coaluerunt? Vnde cor animo cogitans? Vnde lingua loquens? Vnde ex costa distenta viscera? Vnde ex costa conflatum hepar? Quo hæc modo edita sint comprehendere non vales, & Artificem curiosè inquiris?

Gen. 1. 27

Adami sopor & costæ ablatio, Christi in cruce figura.

C

Cæterum Christi in omnibus imaginem cerne. Non antè Deus costam ab Adamo tulit, quàm ei somnum immiserit. Quid ita? E costa peccatum originem habiturum erat, quod nempe subintravit per mulierem. Venit Salvator ferens è costa seu latere aquam & sanguinem: aquam, qua diluantur peccata: sanguinem, Mysterium nobis (id est, Eucharistia) præbentem. Vide figuram. Cùm obdormisset Adamus costa sumpta est: vbi Christi corpori somnus obvenisset, apertum est latus, vt veterem tragædiam nova historia solveret: nempe somno, quem in cruce pertulit.

Ædificavit costam in mulierem: adduxit eam ad Adamum. O Domini humanitatem ac clementiam! Quanta præstat? Format, muneribus afficit, producit animalia, sponsam tradit. Quia enim etiam Adamus quasi pupillus erat, itidemque virgo Eva, non habens patrem aut matrem, qui munus implerent, ipse Deus parentum vices implet. Ac videsis legem. Omnis enim primæ originis vox, naturæ regula est. Adduxit Deus vxorem ad Adamum, manetque hactenus ea lex, vt vxor viro proveniat, non vir vxori sponsus adornetur ac adducatur.

Deus Adamo Evæque pronubus.

Gen. 2. 25

Erant nudi, & non erubescebant. Manet regula, lex clamat. Omnes vir erubescit præter propriam vxorem; pariter vxor omnes erubescit præter proprium virum. Atque hoc quidem dixi, si lex spectetur. Vt autem eos non puderet nuditatis, causa erat, quod immortalitate induti, quod amicti claritate erant. Non sinebat claritas, vt nuda corporis apparerent. Hæc enim nuditatem tegebat. Vbi rursus videre licet nudum hominem & non erubescentem? In Christo offendes. Venerunt Petrus & Ioannes & Iacobus ad monumentum, quærentes corpus, & non invenerunt: sed invenerunt involuta linteamina, vt monstraretur, vetustam Adami formam in Christo à resurrectione servari; extraque vestimenta non nudum, sed vestitum esse. Surrexit Christus, exuitque vestimenta quæ Adamus induerat, eratque nudus, nec nudus cernebatur. Post resurrectionem mulieres vestimenta projecta vident.

D

Adam nudus, claritate amictus.

Ioan. 20. 3.

De Iacobo, non habet Græc. textus.

E

Matth 28. 1. Et hoc de Martha singulare.

Martha & Maria eum vident, agnoscunt, ad genua procumbunt, nec vident nudum. Vnde vestes induit? Projecta erant quæ in sepulcro mortuaria; priora vestimenta milites diviserant. Vnde induitur? vnde qui nudus non nudus? Aliud præterea quæro. Quid causæ est cur linteamina & sindonem, in vna viderint parte; sudarium verò, quo Salvatoris caput revinctum fuerat, in alio seorsim loco? Vt divina gratia patesceret, ac liqueret non cum tumultu resurrectionem extitisse. Et quia rumorem Iudæi sparsuri erant, Discipulos eum furatos esse, relinquit mortuaria in sepulcro. Nam qui mortuum furatur, cum mortuariis ac linteaminibus vtique furatur.

Ioan. 20. 6. 7.

Matt. 28. 13.

Potrat videre erat exeuntem de sepulcro Salvatorem, quomodo Ioseph ex domo Ægyptiæ. Ac vide discrimen. A resurrectione apparuit Christus nudus, & Petrus nudus: verùm ille quidem immortalitate fulgebat, hic verò mortalis erat Stetit Iesus in littore, ac claritatem indutus, ait, *Pueri, numquid obsonij habetis? Non,* inquit, non habemus: non enim noverant eum. Exin ait, *Mittite in dexteram navigij partem.* Miserunt, ac ingentem piscium multitudinem ceperunt. Agnoscit Ioannes, & *dicit Petro, Dominus est.* Rem miram. Non agnoverunt voce, sed ex operibus. *Et sumpsit,* inquit, *Petrus tunicam: erat enim nudus.* Mortale corpus erubescit: immortale non erubescit. Etenim verò qui nos gloriam induit, qui induit orbem immortalitatem huic procidamus, huic supplices vota offeramus, vt nos fidem induat salutis spem & gloriam quæ est in Christo; quippe Patri gloria cum vnigenito Filio ac Spiritu sancto, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Gen 39. 12.

Nudum Christi corpus à resurrectione.

F

Ioan. 21. 5

ORATIO SEXTA.

De die Sexto Creationis Mundi, & de Primis Parentibus, deque Serpente; & de Arbore scientiæ, deque mora in Paradiso, ac de Dei cum Adamo colloquio.

G

AGe rursus quod polliciti sumus aggrediamur, ac quæ de Paradiso est tractationem ad finem deducamus. Quanquam enim intolerabile malum fuit, quod Adamus paradiso ejectus est, longè maius erit malum, si & nos paradisi memoria ejecti, illaque proscripti fuerimus. Ad argumentum verò aggrediamur, non communibus rationibus examen permittentes, sed ex ipsa Scriptura sacra dubiorũ solutionem sumentes. Qui enim sentit ac sapit vt illi collibitum est, seipsum seducit: qui verò ex Scriptura dubiorũ solutioné condiscit, ipsá veritaté magistrá habet. Quia igitur, tũ Fidelium multi legendo addubitant, tũ & infideliũ plures ignorando blasphemant, vt & Sanctis animum certiorem reddamus, & infideles coarguamus, pro virili nostra aggrediamur, vnà vobiscum Deum obsecrantes, vt vbertim veritatis nobis copiam subministret.

Sent.

Qua sanè ratione conditus homo; qua corpore formatus, qua item à Deo condita Anima illius indita corpori sit; quomodo Paradisum domicilij sedem haberet, quanquam non ex argumenti dignitate, at certè pro facultate nostra, abundè in superioribus tractatum est. Iam verò ad propositum orationem vertamus.

H

Concessa Adamo erat universa terra: Paradisus tamen proprium eius habitaculum ac sedes erat. Licebat autem ei etiam extra paradisum ire: Non tamen quæ extra paradisum erant, illius habitationi fuerant peculiariter adscripta, sed brutis animantibus, pecoribus, quadrupedibus, bestiis, reptilibus seu serpentibus: Regia verò ac pro heri maiestate illius habitatio Paradisus erat. Vnde & Deus animalia adduxit ad Adamum, velut ab eo separata. Non enim vbique hero adstant mancipia, sed cùm is illis opus habuerit. Indita anima-

Paradisus Adami Regia, terra reliqua, brutis addicta.

libus

A

libus nomina sunt, statimque illa eiecta: mansit verò Adamus in Paradiso.

Aaimalium in Adami obsequiũ tria genera:

Hîc jam Scriptoris diligentiam attende. Iussa erant animalia vt & Adamum adirent, & se illi inclinarent ac obsequiu subessent, & vt ei blandirentur. Vt sub exemplu loquar; Quemadmodum tria erant arborum genera (nempe erant arbores, quæ hominem, vt vitam conseruaret, alerent: erant arbores, quæ ad vitam ritè instituendam illius fidem probarent, & erat arbor vitæ, quæ eius in sempiternũ vitã seruaret) sic & brutarum animantium tria illi concessa sunt genera, vnum ad escam, alterum ad obsequium, tertium ad recreandum ac levandum animum. Putà ad escam, ea quæ nunc mactantur; ad obsequium, equi, cameli, asini, boves: ad recreationem animumque levandum, animalia imitandi æmula, lætæ voces avium in aere versantium, quæ & aures mulcent. Quemadmodũ enim corpus vbi iam lassatum est, nisi labores depulerit, ad alios labores impar existit: sic & animus virtutis perfunctos laboribus, nisi iucundis aspectibus recreetur, ad virtutis tenorem non sufficit.

At *ἀρτοφαγία*, post diluvium demum cõcessa.

Necessario, vt corporis

B

remissio, sic & animi.

Cùm viderit Deus elanguentem animum, eum recreat rerum iucundarum visu. Haud rarò enim revertens quis e foro, animumque obrutus immensa doloris vi multiplicique tristitia, ac duris sæpius fatigatus aspectibus, intolerabilibusque afflictus molestiis & damnis, domum veniens, infantis solatium invenit, laborumque asperitatem tener animus mollit. Quod enim mœrenti non accedit vxor vt animũ leuiat, cum eius tum consolatio importuna existat: nec famulus vel rem aggredi audet, inducit Deus simplicem indolẽ, quibus ignorat, à se veniam habentem, ac per eam fatiscentem ærumnis animum leuit ac mitigat. Servus si arriserit, insultare existimatur heri iniuriis: vxor si riserit, nullo malorum sensu affici putatur; infans præ ætatis innocẽtia ac simplicitate nihil suspectus blanditur: nec rarò quod nec amici consiliis, nec sapientes admonitionibus valuerunt, præualuit ille solo risu, vt patris anima mœroris omnem nebulam dispelleret. Iamque animus, ipsa mœroris acriùs perurente vi, videt quidẽ infantem, ac initio renuit, submovetque importunam oblanditionem: trahitur tamen assiduitate, ac dum sæpius oculum advertit, animam ille rapit. Tumque assumpto puero, mœstitiam abstergit, aitque, Hunc solummodò Deus mihi largiatur, nullaque mihi ratio reliquorum. Vidisti vt & ex leuibus Deus animo excitet consolationem?

Infantis pro innocentiæ candore consolatio.

C

Quod igitur Adamus in Paradiso solus versabatur, nec amicus erat, nec vicinus, nec qui sanguinis necessitudine contingeret, ad eius deliniendum leuandũque animum, Deus animalia induxit. Putà, vt modò animalia sunt imitandi æmula, quorum alia gestus imitentur, alia vocem. Velut Simia, hominum imitatur gestus, & id genus alia: Psittacus vocem, aliaque avium genera. Habebat igitur brutas animantes, quibus recrearet animum, aliis cantillantibus, aliis gestu motuque oblandientibus.

Adami recreatio ex animalibus.

Cùm ergo multa essent animantium genera, quæ eius recreandi partes implerent, serpens astutior erat præ cunctis bestiis terræ, quemadmodum dixit Scriptura; *Serpens autem erat callidior cunctis bestiis, quas fecerat Dominus Deus.* Erat igitur inter æmula animalia æmulandi sagacitate proclivior & inter obblandiẽtia vicinior. Quis ergo inimicum fecit? Nempe Dei sententia. *Maledictus enim tu præ omnibus bestiis. Inimicitiam ponam inter te & mulierem.* Inimicitia hæc, amicitiam solvit. Non dico amicitiam quæ ratione iuratur, sed quæ brutæ animantis cognitione. Vt nimirum hodie ostendit canis amicitiæ speciem, non ratione, sed naturali incitatione: sic & serpens homini obblandiebatur eumque lenocinio quodam demulcebat.

D

Gen. 3. 1. Serpens homini summè blandus ante peccatum. Gen. 3. 14

Velut igitur qui multam necessitudinem haberet, tanquam idoneum organum diabolo visus est. Videns igitur Adamum serpente delectari, eumque illi obblandiri, ac multa hominum lepidè æmulari, cogitauit mali artifex, quod illi præstanbqui dolos nectunt, per ea quæ sunt propria fraude obrepentes. Nemo enim per extranea superat, sed per ea quæ necessaria sunt atque propria, quemadmodum dixit Saluator, *Inimici hominis domestici eius.* Loquitur igitur, per serpentem ipse se Adamo obtrudens. Rogo Charitatem vestram ne leuiter, his quæ dicuntur, animum attendatis. Nec enim levis, aut è trivio, quæstio est. Multi enim quærunt, quo tandem modo serpens locutus sit; Num humana voce, aut serpentis sibilo, intellexitque Eua?

E

Hinc diabolo, tentandi idoneum organum.

Mat. 10. 36.

Adamus ante transgressionem plenus erat sapientia & intelligentia ac prophetia. Cogita quanta prædius esset sapientia, quod vnus homo, neminem nactus magistrum, à nullo hominum doctus, cunctis volatilibus & animalibus, reptilibusque & bestiis, ac prorsus omnibus, imponere nomina valuerit. Tecum animo cogita ac tibi repræsenta species, genera. Et (vt paucis dicam) tanta imposuit nomina, quanta nec hodie post experientiam possumus ipsi recolere. Quando igitur obtulit Deus animalia Adamo, velut sapiens, ac qui Dei Spiritu præditus esset, vniuscuiusque proprietatem videbat. Animam igitur serpenti attendebat vt solertiori, vt habenti sensum, vt & qui ex nutibus animi motus perciperet. Cùm sic Adamus se haberet, cogitavit diabolus & serpentis astutiam, & Adami occupatam de illo opinionem. De illo enim vt de prudenti atque solerte, iam tum animo opinionem indiderat.

Adami à creatione sapientia & prophetia.

F

Per eum itaque loquitur, vt reputaret Adamus, serpentem cùm prudens ac sagax esset, hoc præstitisse, vt & humanam vocem imitaretur. Accedit ergo serpens. Nusquam verò id Scriptura dixit, Diabolum esse qui in serpente locutus sit. Sed & Moses simpliciter rem gestam enarravit. Animum, quæso serið attende. Paulus, qui secundus in Paradiso fuerit, nec ipse dictionem soluit, sed ait. *Aptavi vos uni viro, Virginem castam exhibere Christo. Timeo autem, ne sicut serpens Evam seduxit in astutia sua*: nec dixit quod diabolus fecerit. Fidelis Scripturarum custos erat, Scripturarum minister, Scripturarum doctor, Scripturarum interpres. Noluit dictionem solvere, ne Scripturarum seriem solveret, sed sententia dissoluit quæstionem. *Timeo*, inquit, *ne sicut serpens Evam seduxit in astutia sua, sic corrumpantur sensus vestri.* Sic: Quomodo? Num enim timebat Paulus ne rursus serpens veniret, ac quosdam seduceret? Verùm, inquit, novi serpentem illum non apparere, at apparet quo ille afflatus est. Cæterum Paulus quidem, tanquam fidelis minister & sacrarum Scripturarum custos, dictionem non invertit, sed sententiam indicavit: Ipse verò veterum atque novorum futurorumque Dominus, liquidò quæstionem dissoluit, ne quis in serpentem peccatum referat, sed in eum qui afflavit.

1. Cor. 11. 4 & 11. 2. 3. Pauli modestia, & elogia.

G

Dicit igitur Christus Iudæis, cùm ij illi dicerent, *Nos ex Deo sumus*, Si ex Deo essetis, Dei opera ac voluntatem vtique faceretis. Nunc verò ex patre vestro diabolo estis. Dixit diabolum, & statim historiam inducit. *Ille*, inquit, *homicida erat ab initio.* Ac quidem servus, vt servus, interpretatus est Dominus verò, vt Dominus docuit, & eum quo necatus est Adamus, ostendit. Nec quovis modo dixit occisorem, sed signatè *ἀνθρωποκτόνον*, (*homicidam* scilicet) quod non vnum duntaxat, sed per illum omnem hominum vniversitatem occidit.

Ioan. 8. 41 44. In serpente locutus diabolus.

H

Diabolus [illegible]

Et in veritate, inquit, *non stetit, quia mendax est.* Vide quomodo interpretatus est; & quod diabolus, & quod mendax est. Quonam verò modo mentitus est? *Dixit serpens ad mulierem, Quid est quod præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno?* Vidisti mendacem? dixerat Deus, *Ex omni ligno comedite, at de [illegible] non comedetis* impostor ait, Cur dixit Deus, vt de omni ligno paradisi non comederetis? Non [illegible] Christi vox, *Ille mendax erat.* Mentitus enim est, idque solerter ac malitiosè. Quandò enim quispiam malo dolo aliquid molitur, aut necessitatem simulat aut ignoran-

Gen 3. 2.

Gen 3. 16 Diaboli [illegible] [illegible] interrogatione.

A

tiam, vt nihil suspecta pravitas ac labes inducatur. Ac si diceret, Non novi, inquit, nullæ hìc insidiæ: simplici animo veni: nihil scio. Nonne multorum talium fecistis periculum? Num latent eorum opera, qui dolos struunt? Nonne talia consuunt ac ignorantiam prætexunt? Sic & diabolus. Quid, inquit, dixit vobis Deus? Non satis assecutus sum, non bene audivi, vt non comederetis de omni ligno.

Existimans mulier ignorantiâ loqui, sermonem emendat. Non ita, inquit, locutus est. Non dixit Deus, vt non comederemus de omni ligno, sed de omni permisit, vno interdixit. Dixit enim nobis, *Nolite comedere, ne moriamini.* Visus est discere, quod nesciebat. Nihil ergo jam insidiarum suspectus erat. Aitque illi, *Nequaquam morte moriemini.* En aliud mēdaciū. Cū enim Deus dixisset, *In quacūq; die comederitis, morte moriemini,* dicit diabolus, *Nequaquā moriemini. Scit enim Deus,* inquit, *quia quocunq; die comederitis ex eo, eritis sicut dij.* En tertium mendacium, occupatò jam erroris seductionem mundo disseminare molitur. Quia igitur (vti jam dicebam) hoc satagebat, vt multorum Numinum superstitionem mundo excitaret, antevertens scilicet quadam narrationis specie, plurium deorum sensum in mulieris aures seminavit.

Gen. 3. 17 & 3. 4.

Gen. 3. 5. Deorum cultus

B

primus præco diabolus.

Serpentis os, prima deorum tuba.

Verùm sic quidem malitiæ artifex deorum proseminavit sensum, Deus verò præscientia sua sapienter egit, vt futura seductio non humano ore proderetur, ne videlicet prima ventris ratione vox, sed primum serpentis os, deos loqueretur. Nemo igitur vocis pompæ animum attendat, sed sententiarum virtutem dispiciat. *Scit enim,* inquit, *Deus, quod in quocunque die comederitis, eritis sicut dij, scientes bonum & malum.*

Porphyriana obiectio.

Aiunt multi, ac præcipuè Deo odibilis Porphyrij sequaces ac discipuli, qui adversus Christianos scripsit, multosque à sana fide avertit; aiunt igitur, Quid causæ est cur Deus scientiam boni & mali prohibuerit? Esto, malum prohibuerit, vt quid etiam bonum? Nam dicendo, *De ligno scientiæ boni & mali ne comederitis*, vetare aiunt, eum scire malum; quorsum etiam bonum? Semper malitia ipsa adversum se machinatur, inque seipsam occasiones præbet. Non prohibuit Deus cognitionem boni; ea enim Adamus, antequam etiam vesceretur, instructus fuit. Nisi enim ea præditus erat, quomodo cognovit vxorem? Quomodo eius naturam edisserit, *Hoc os ex ossibus meis?* Quomodo verò futura vaticinatur, *Hæc vocabitur Mulier, quia de viro sumpta est? Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem,* & quæ sequuntur? Tanta noverat, & bonum non sciebat? Deum noverat, quæ sunt Dei servabat, scientiam habebat, tam multa nomina imposuit; & quomodo expers boni scientiæ erat? Quid ergo sibi vult, quod ita dicitur? Non prohibet Deus boni scientiam, sed iubet ne boni scientiæ, mali scientia commisceatur.

C

Non vetita Adamo boni cognitio.

Gen. 2. 23

Soluo ex Scripturis impietatis sophisma. Ait Paulus, *Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum.* Non ambo prohibuit, sed eum qui sanctus esset sanctificavit, impurū verò atq; profanum abiecit. Ita quoque Salvator, *Non potestis Deo servire & mammonæ;* nempe Deo & dæmoni per idem tempus obsequium præstare, impossibile est. Sic Deus mali cognitionem assumere vetuit, ne cum boni scientia etiam mali cognitio admisceretur.

1. Cor. 10. 21.

D

Matt. 6. 24.

Hic iam mentem attendamus. Quid verò prorsus causæ est, cur lignum scientiæ boni & mali fuerit appellatum? Non talis eius natura erat, sed tale argumentum tulit. Scripturarum proprietatem dico. Vt sub exēplo loquar. Vocatus est in deserto fons vnus aquæ, *Aqua contradictionis, Probaui te apud aquam contradictionis.* Num ergo eiusmodi aquæ indoles erat, vt populum ad contradicendum ferret? Cur ergo Moses illa potatus, Deo non contradixit? Quemadmodum igitur vocata est aqua contradictionis, non quod naturam eiuscemodi haberet, sed eius rei causa, quæ in illa accidit. Quia enim populus ibi contradixit, idcirco aqua contradictionis vocata fuit.

Arbor scientiæ &c ab euentu, non ex natura

Ps. 80. 6.

E

Rursus vidit Iacob Deum, quoad homini videre concessum est, & vocat nomen loci, *Species Dei.* Locus, speciem Dei aut formam non habebat; sed quia visio ibi illi contigerat, ab ea locum appellavit. Alius locus, *Pax Dei* appellatus est. Apparente Angelo Gedeoni, timore correptus est, & ait, *Heu me, heu me, moriar: vidi enim Angelum Dei.* Cui Angelus, *Pax tibi, ne timeas. Et ædificavit,* inquit, *Gedeon altare, & vocavit illud, Pax Dei.*

Gen. 32. 30.

Iud. 6. 22

F

Quemadmodum igitur ara, sive altare, ipsum pacem non habebat, sed pacis quæ contigerat ac data fuerat, signū erat: sicut itē aqua non habebat contradictionem, sed ex eo quod in illa evenerat, sic vocata est: ita & lignum scientiā non habebat, sed quia quisquis peccat, in notitiam venit eorum quæ peccat, nomen illud accepit. Vt rursus sub exemplo loquar, dum quādoque per loca latronibus infesta iter agimus, moris est dicere, Tremenda sunt loca ista. Num rogo locus timorem habet? Sed propter insidentes ibi latrones ita loquimur. Ad eum etiam modum, arbor non ea erat indole vt lethiferam ipsa scientiam præstaret, sed ab Adami in illa tragœdia & peccato nomen accepit.

Rem denuo soluo: Non enim divina Scriptura angusta aut egena est. Habemus altare, cuius Fideles sunt participes. Num ergo donum ipsum naturali præstat salute, an propter Maiestatem, quæ invocatur? Pignus habes ab his quæ præsentia sunt, ne dubius sis de his quæ præcesserunt. Ibi esca lethalis, hic cibus vitalis. Si hoc natura soluat, & non gratia; illud quoque natura petimus, non transgressione.

Donum in Eucharistia ante invocationem nec Eucharistia aut vivificū est: cum illa, verè virtutem habet; nec est

G

Catholicum, si quid cōtra Severianus, ac quasi nudū signū, opinatur. est de cuius mente ex paucis his verbis certò omnino conjecta. si non licet.

Ostendam tibi extra paradisum, escam aliam mortiferam; nempe idololatriam. Cur enim Martyres carnibus vesci recusabant? Cur vesci metuebant? Num mortui essent, si comedissent? Nequaquam: sed quia idolorum memoriæ devota erant, vitabant non escam, sed impurorum invocationem. Sic arbor erat scientiæ boni & mali; non scientiam præbens, sed eam ea transgressione docens. Semper enim experientia insipientem docet, malum esse quod mandata transgreditur.

Alia rursus via quæstio soluetur: non quasi priorum minor vis existat, sed quod Dei gratia ipsa dives sit atque locuples. Nemo enim existimet, alias aliasque adhiberi sententias ac rationes, quod superiores firmitatis robur non habeant. Dei gratia ipsa locuples, de thesauris suis nobis suppeditat, si modò digni fuerimus. Animum igitur attende. Martyres recusarunt vesci his, quæ idolis essent immolata; sic revera caventes pollutam escam, vt si ita Adamus ab arbore cavisset, vtique salutem consecutus esset.

Quod verò scire bonum & malum, haud dignum odio sit, clara veritas est. Deus sciscitando, eùm non faciat, nunquid rem novit, nec ne? At quis dicere audeat, ipsum nescire? Non enim cognitio, ipsa actio est. Num Paulus, dicendo, *Fugite fornicationem,* non sciebat quid esset fornicatio; Cavendo mœchiam, nesciebat quid esset mœchia? Verùm non inde crimini obnoxius fuit, quod cognovit. Quin & Deus omnes nostros actus cognovit, quos & enumerat, dicens, *De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, periuria, impudicitia, invidiæ, rapina. Hæc sunt quæ coinquinant hominem.* Num nesciendo, aut sciendo, hæc Deus & Apostolus dicebant? Non igitur cognitio Adamum dedecorat aut lædit. Damnum attulit, non cognitio, sed quæ fuit transgressio.

Mali cognitio non mala.

1. Cor. 6. 18.

H

Matt. 15. 19.

Velim autem ex illo sciscitari, Quale bonum aut malum ex arbore didicit? Num post escam scivit quid esset homicidium? Nemo adhuc erat qui puniret. Mœchia nesciebatur (nondum enim erant nuptiæ) non stupra, non erat rapina (necdum enim dives & pauper erant) non calumniæ, non falsa testimonia. Quale ergo cognovit malum, nisi hoc solùm, Bonum fuisse Deo morem gerere, malum verò non illi obedire. Porro

Arbor scientiæ mali, per experimentum pœnæ.

verbum

A

verbum dico quod vulgi vsu circumfertur: ne quis velut temere dictum reprehendat. Putà, solemus dicere his qui peccant, comminantes eis animadversionem, Faciam vt discas animadversionem. Scientiã seu notitiam dicit, hoc quod est discere. Dicta ergo arbor scientiæ, ex malorum facto periculo. Docuit eum vt sciret, quantis è trangressione ærumnis ac malis sese inferret.

Veritæ arboris scitè enarrata ratio.

Animum igitur diligenter adverte. Quanquam in superioribus diximus, at orationem trahit argumenti ipsa ratio. Qui dederat omnia Deus, invisibilis erat; qui à Deo cuncta acceperat, visibilia erat. Qui acceperat, oculis conspicuus erat; qui dederat, ita conspicuus non erat. Homo solus erat: brutæ animantes circumstabant: eius nemo capiti imminebat. Imposuit ei Deus legem, arborem scilicet in medio, vt meminisse posset, ne quasi non accepto dominio, illi subreperet. verbi gratia, circuibat cum vxore decerpens

B

fructus; ad arborem prope accedebat; aiebat, Ne tetigerimus istam arborem, quippe cùm Deus de illa mandaverit: Erat quod oculis vsurpabatur, eius monumentum quod visum fugit. Quod & impræsentiarum vsu fit.

Simile: Imperatorum statuæ & effigies toto Imperio.

Cogita quàm multi per universum orbem Romanum præsides sint & iudices ac magistratus. Quodque Imperator cunctis præsens adesse non potest, necesse est Imperatoris effigiem tribunalibus, foris, conventibus, spectaculis assistere. Omni itaque loco præsentem esse necesse est, quo præses ac iudex, seu aliàs magistratus ius exequitur, vt his quæ fiunt auctoritatem robúrque conferat. Imperator quidem velut homo, omni loco præsens esse non potest: Deum verò rursus vt Deum hominibus conspicuum esse, & vt oculis cernatur, impossibile est. Dedit arborem Imperij figuram, qua Adamus admoneretur, accepisse quo fulciebatur, orbis dominium, & vt eum qui potestatem dedisset, agnosceret. Et vt noveris quomodo arbor meminisse illos faciebat, cùm serpens mulierem seducere

Gen. 3. 1.

voluit, dixit illi, *Cur dixit Deus ne comederetis ex omni ligno?* Mulier nihil Legis oblita; quinimmo sciscitantis ignorantiam corrigens, Non ita, inquit dixit Deus;

C

sed De omni esse ligno liberum esse; de hoc autem ligno dixit Deus, Ne comederitis ex illo, nec illud tetigeritis. Vide diligentem cautelam. Non dixerat Deus,

Accuratio super præcepti in primis parentibus.

Ne tetigeritis: Nec in eo erat periculum vt tangeretur: sed illi, qui divina præditi solertia ac intellectu essent, ac cùm reliquis fruerentur, apud se statuerant; Dixit Deus ne de arbore gustaremus; nos verò ne quidem contingamus, tanta nimirum mulieri cura erat servandi Dei præceptum. Erat igitur arbor in medio posita, in qua serpentis astu primi parẽtes seducti sunt.

Rem novam audi & inauditam. Eam rem ad seducendum, instrumentum adhibuit, quæ insita homini esset & ex natura. Deus enim formando hominem, cũ reliqua scientia, Dei quoque desiderium illi indiderat. Quod igitur hanc in eis desiderij flammam ac igniculum videret, ait, *Eritis sicut dij*: Nunc, velut homines, semper versari cum Deo non potestis. Cùm fueritis sicut dij, tunc licebit semper cum Deo versari. Non enim illis dixit, Si comederitis, Dei hostes efficiemini.

Tentatus homo ex innato Dei desiderio.

Igitur Mulierem seduxit desiderio divinæ æqualitatis: Mulier verò non Virum seducit, sed illi suadet: testisque Paulus est, cùm ait, *Adamus seductus non est.* Quid

D

1. Tim. 2. 14.

Adamus ipse non seductus, vxoris complacentia in societatẽ adductus

verò causæ est, cur reus criminis factus sit? Vide malum. Mulier seducta comedit: postquam comederat etiam Viro suadet esse, ne sola perverteretur: suasitque, non etiam seduxit. Vti nunc etiam haud rarò contingit. Novit Vir fidem, legem diligit, æmulationem habet Catholici nominis; vxorisque suasione inducitur ne æmulationem prodat, non quod nesciat veritatem, sed vt coniugi morem gerat. Non pauci enim sensetunt, nescientem Adamum ab vxore accepisse, cùm nesciret vnde illa fructum tulerat. At deest Adamo, quo

Gen. 3. 17

factum excuset. Deus enim coarguit, dum ait, *Quia audisti vocem vxoris tuæ.* Non dixit, Quia ab vxore acE

cepisti. Atqui poterat dicere, Nesciebam: non noveram vnde pomum tulisset. Viri crimen, non in eo est quod seductus sit, sed quod vxoris lenocinio velut esca captus, induci se passus est.

Iudiciorum in Adamo primæ tabulæ. Gen. 3. 8

Iam ad iudicium veniamus. Videamus tabulas, quæ primæ in sancto illo & incorrupto plenoque humanitatis & clementiæ auditorio extiterunt, immortalibus scriptæ literis, quarum memoriam conspectumque ac claritatem, nec omne sæculum vnquam poterit abolere. Animum deinceps attende. *Audivit*; inquit, *Adamus vocem Domini deambulantis, ad vesperam in Paradiso.* Ab strepitu sensit, & quod ita inoleviisset. Ergo ab strepitu ac fragore poterat Deus apparere? Nempe apparebat, non vt erat, sed vt illi collibebat.

Christi passio, quo tempore Adami transgressio.

Benedictus Sanctorum Deus, quod ad vesperam tunc Adamum visitaverit, & nunc in Cruce ad vesperam. Etenim per illas horas (a meridie scilicet) pertulit Salvator passionem, per quas egit Adamus ex quo

F

comederat donec latebras quæsivit ac iudicium tulit; nimirum ab hora sexta vsque ad nonam. Sexta hora comedit: hæc enim naturæ regula est. Post sextam latebras quæsiit: Ad vesperam Deus ad eum venit. Desideravit Adamus vt Deus fieret: rem verò impossibilem desideravit. Eius Christus desiderium implevit. Desiderasti enim hoc fieri, quod non poteras; desidero ego fieri homo, quod possum ac valeo. Eius enim Deus errori contrà pondera appendit. Eorum desiderio exarsisti, quæ supra te sunt, assumo ego quæ infra me sunt. Divinam concupisti æqualitatem, hominibus æqualis fio. Idcirco etiam ait Paulus, *Et figura inventus vt homo.*

Phil. 2. 8 Sic Greg. Theolog. Nostratesque, præposterè desiderasse æqualis à se, quod ex Deo postea habiturus esset.

Desiderasti vt deus fieres: nec inde indignatus sum: volo enim divinæ te æqualitatis desiderio teneri: sed in hoc mea indignatio est, quod præter Domini voluntatem, tibi ipse dignitatem rapere voluisti. Concupisti fieri deus, fio homo, & quod erat impossibile, possibile reddo.

Quod autem desiderio ad hoc venerit, Idem ipse testis est, in hæc verba Apostolos affatus, cùm Pascha manducaret. ipse alens, cum his qui alerentur, ac cùm illi mensa apposita esset, qui alit quicquid sub sole est;

G

Luc. 22. 15.

nempe, *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum.* Num enim divinam tibi æqualitatem invidi? Tu mea voluisti rapere, cùm tibi facultas non esset, ego tua assumo, cui omnium libera facultas est.

Gen. 3. 8.

Animum attende. *Descendit ad vesperam, & dicit, Adam vbi es?* Germana hæc & illa. Vnius namque vtraque Dei sunt. Non enim alius est qui ad passionem venit, & alius qui in paradisum descendit. *Occultavit se:* sensit postquam comederat. *Aperti* enim *sunt eorum oculi*, inquit, *& cognoverunt se esse nudos.* Quandoquidem diabolus dixerat, *In quocumque die comederitis, aperientur oculi vestri;* vide, inquit verax fuit satanas. Paulo convenit dicere, *Non enim eius consilia ignoramus.* Noverunt Sancti diaboli machinas. Vide malitiam.

Gen. 3. 7. & 5.

Aperti primorũ parentũ oculi.

2. Cor. 2. 11.

Vnde noverat diabolus, fore, vt postquam comedissent aperirentur illorum oculi? Num enim cæci erant. Dicit Scriptura, antequam ex arbore ederent, *Vidit Mulier arborem.* Non ergo erant cæci. *Vidit*, inquit, *mulier arborem, quod aspectu elegans esset.* Primùm vidit, ac tum comedit. Quonam igitur modo aperti sunt eorum oculi? Animum, quæso, attende. Hic enim quæstio, ac vis argumenti est.

H

Diabolus suo ipse periculo vates.

Diabolus ex eis erat, qui cœlo prolapsi erant; id est, ex eis qui fuerant transgressi; noverátque quid à transgressione illi accidisset, & quid eveniat his, qui transgrediuntur. Communis enim hæc omnium affectio est ac labes. Nam & impræsentiarum, cùm peccamus, velut cæci peccamus, cumque peccaverimus, tunc videmus quid fecerimus. Puta, vt cùm quis reprehenditur, Quorsum istud fecisti? necessitatem prætexit. Verè non videbam quid facerem; non quasi cæcus esset, sed quia inter peccandum obtenebratur ratio, dum tota mens in rem incumbit, operisque aviditate penè cæca lumen amittit. Postea verò mordente conscientia, quid fecerit, advertit.

Peccans cæcus; à peccato videns.

A Velut sub exemplo dico. Ingreditur quis domum, vt furtor, & ingreditur vt cæcus. Non cogitat qui obviam futurus sit, qui teneat, timorem iudicum, imminens periculum. Quo enim affectu laborat, cæcatus est. Cùm ingressus fuerit, cùm acceperit, cùm egressus pedem extulerit, etsi nullus adest, metu impletur, sentit quid fecerit, ac cogitat perscrutandi diligentia, in notitiam venturũ cuius illud furtum sit. Ac quæ non reputavit inter agẽdũ, hæc verò reputat posteaquã egit.

Exempli causa, is qui mœchatur, seque alieno thoro inijcit, ingreditur, nec leges esse cogitat, iudicia, accusatores, acutos enses: at vbi rẽ egerit, reformidat: servũ suspectum habet, ancillam, vicinum, affinem: & quæ inter agendum in mentem non venerant, hæc videt post actionem. Rursus admonet quis aliquem, vt se à malis abstineat. Sin morẽ nõ gesserit, solent dicere, Sæpius dixi ei, & nõ audivit; non quod nõ audierit, sed quod morem non gesserit. Tumque plagas infligendo, dicit, Docebo vt audias; nõ quod audire illi tribuat, sed

B — Isai. 50.5

quod verberum illa inflictio occupatam eius opinionem emendet; & ad sobrietatem ipsum reducat. Sic & Propheta, *Disciplina Domini aperit mihi aures.*

Quia ergo diabolus exciderat (non enim argumenti oblitus sum) noverat ubi erat antequam excideret, tumque venit in sensum eorum quæ fecisset. Didicerat ergo, quorum periculum fecerat, aitque, *Si comederitis, aperientur oculi vestri*; haud nimirum aliter ac mei. Novi, ex quo me transgressionis reum fecit, quid sim passus: cognovi quid mihi evenerit, cognovi quid amiserim. Deinde *comederunt & aperti sunt oculi eorum; & viderunt quod nudi essent.* Antè enim *erant nudi, & non erubescebant.* Exuerant immortalitatem, sublata erat claritatis stola, nudatum corpus foetat, nec iam aliud quàm lutum erat.

Artium inventio necessaria tota corporis: Mens Dei imago qua homo artifex

Mox velut ex fonte scaturit, artium subtile inventum. Prima artium Adami, sartoria. Ante omnem artem sumpsit ficulneæ folia, & consuit. Quis docuit? Quis erudivit? Omnino solertiam mentis a Deo acceperat, Dei imago erat, & ambigis de scientia? Dum tecum ipse reputaveris, vnde primùm homo aratrum fabricatus sit, quis lignum facere, mediumque ferrum inserere & adstringere docuerit; atque iugum bobus imponere? Vnde mulier texendæ telæ artem invenerit; sumendi vellus, lavandi, pectendi, nendi, con-

C

stipata tenuandi, fesllaque rursus nectendi? Vnde hoc? Quis pluribus licijs texendi artem docuit? Stat textorium instrumentum; vnum est quod mittitur: Non manus efficit, sed ratio operatur; ratio formas absolvit. Artifex manus non adijcit, artifque ratio vestimentum format, ac in figuris oculis subiectis surgit voluntas artificis. Iam itaque varij eiusmodi operis ac discoloris textor, manum non movet, & formas excitat; Deumque operari cùm audieris, manum movendo operari arbitraberis? Quicquid artium, quicquid solertis operæ exquisieris, ac quomodo hoc, quomodo illud extiterit sciscitatus fueris, in memoriam revocata prima illa voce, quæ ait, *Faciamus hominem ad imaginem nostram*, quæstionis solutionem habueris. Dei imago est, & non intelligit? Dei imago est, nec Dominum æmulatur?

Deus, ipse ratione & voluntate artifex.

Adversus Orig. quod paradisus in cœlo sit & spiritalis.

Consuit ficulneæ folia. Erubescant, qui per allegoriam exponentes, Paradisum in cœlo esse dicunt, ac spiritualem. Quidnam ficus in cœlo facit? Verùm demus esse in cœlo paradisum; flumina vnde egrediuntur? Nonne è terra? Si Paradisus in cœlestibus est, haud dubie etiam flumina de supernis fluunt. Num enim Scriptura, flumina ex Edem descendere? Sed vide fallaciam. Derident nos qui allegoriæ student. *Induit*

D — Gen. 3.21 Hæreticorum exsufflata instantia.

enim eos Deus, inquit, *tunicas pelliceas.* Num boves aut oves mactavit, aperuitque coriarij officinam, ac coriarij artem egit? Respondemus nos, Totum animal produxit, nulla congressione, nulla sexuum copula: quod non erat, fecit; nec eius quod esset partem efficere poterat? Instant luculentius, At nunquam Deus animalis partẽ facit; nihil Deus imperfectũ facit. Audit pellem, & quærit vnde? Itaque audio & ego

E

sanguinem in Ægypto, & quæro vnde Nilum in cruorem mutaverit? quænam animalia mactaverit? Fluvius in crucem factus est, nec vllum occisum animal est, pelles duæ fuerunt, & quærit ex quibus detractæ animalibus fuerint? Verùm ibi quoque sine animalibus pellis. Attende seriem; quanquam laborat vox, ac nos ipsi. Ne tamen mutila maneat oratio, vbi pauca submisse leniusque dixero, finem dicendi faciam.

Hæreticorum contraria Adamo studia.

Consuit ficulneæ folia. Vtinam Hæretici hanc artem didicissent. Adamus à prævaricatione consuere didicit; Ariani everso sensu ac pietate scindere didicerunt. Adamus vbi transgressus fuerat consuit, vt pudenda tegeret: Hæretici eiurata fide scindunt, vt Sancta nudent. Haud rarò audimus, quæ in cruce contigerunt, & miramur, sumpsisse milites ipsa Christi vestimenta, & divisisse, moxque animus verba eiusmodi dicit, Prolixa Dei lenitas est ac benignitas, quod fulmen non

F

cœlo delapsum sit, quod gladius è cœlo non venerit, sed interius sacrabatur Sanctus, nec profanæ manus fatiscebant? Miraris quod milites ausi sunt vestimenta dividere? Mirare quod hi Ecclesiæ vestimentum diru-

Militibus in cruce peiores. Ioan. 19. 23.

pêre: Ac quidem milites visa Christi tunica inconsutili, a summo contexta per totum, vesti pepercerunt; Hæretici verò Christi vestem, Ecclesiæ tunicam sciderunt, diviserunt, disseccrunt. Verùm ad propositum revertamur.

Gen. 3.8. Conscientia semper libera.

Consuit ficulneæ folia, Audierunt Deum deambulantem (quomodo audire licet, audierunt) *& se absconderunt*, Proba natura est. Quanquam innumeris obruti delictis simus, conscientia nostra libera est. Quandoque frons impudens ac præfracta est, coarguitque conscientia. Quandoque lingua. Quid enim peccavi? intusque conscientia reum peragit. Simplicissimus erat minimeque fucatis moribus Adamus: liberè ac clarè confitebatur. Ait Deus, *Vbi es?* Multi piè locum exposuerunt; attendendum tamen quæ sit ipsa exactè sententia. Etenim etiam ab illis dicta recipio, quod pia sunt, & hæc dico, quod vera.

Dei interrogatio, quò spectet.

Adam, vbi es? Vnde, quò descendisti? Ex qua excidisti gloria ac claritate? Admitto expositionem hanc & sententiam vt piam. Habet enim ea loquentis per-

G

sona convenientiam & miserantis affectus condolentiam. Verùm quæro ipse cohærentem sententiam. *Adam ubi es?* interrogat Deus. Noverat qui formaverat, abs se formati hominis indolem; nempe, quisquis peccaverit, fiduciam amittere, consuique ora ac claudi, his, quos reatus premat. Attendebat ideo fugisse, quod fiducia carebat. Servus tunc maximè animi anxius est, cùm senserit didicisse herum, quod illi commissum est: quandiu verò herus nescit, seipsum consolatur vt qui latere possit. Fugiebat Adamus, quasi deprehenso scelere: Deus nescire simulabat, vt eius metum dissolveret. Vti dicimus nos de amico, Feci sæpius tanquam nescirem, ne illi molestiam facerem. Haud rarò enim apud nos hæc contingunt. Quod si apud nos eum in modum res transiguntur, potiori longè ratione apud Deum, qui misericors ac clementissimus est.

Adam, vbi es? Pro eo ac dicat, Nescio. Tum Deo se nescire simulante, probus ingenuusque animus non celavit. *Vocem tuam audivi, & timui, eo quod nudus*

Gen. 3.10 Adami ingenua confessio

essem, & me abscondi. Quid est quod timuisti? Cur te abscondisti? Timui quod reus violati præcepti essem: me abscondi propter nuditatem. Verè eiusmodi rei confessio quæ excutiat lacrymas. *Vocem tuam audivi*; illam desiderabilem, illã quæ mihi omnia indulsit, quæ

H

mihi omnium bonorum auctor fuit, inque rem meam cuncta molita est. *Audivi vocem tuam.* Cogitavi qualem vocem despui, qualem vocem contempsi; *& timui*, talis Domini transgressus mandatum, *& me abscondi, eo quod nudus essem.*

Gen. 3.11

Exindè Deus instat hortando, *Quis indicavit tibi, quod nudus esses, nisi quod ex ligno, de quo præceperam tibi, de vno hoc ne comederes, comedisti?* Pro eo ac di-

cat,

A

Adami mente examen.

cat, Nisi omnino hoc fecisti, quod prohibueram. Vide quomodo sciscitatur, ac si nesciret, *Nisi ex illa arbore, de qua praeceperam tibi ne comederes, comedisti?* Et vide Dei humanitatem ac clementiam. *Quis indicavit tibi?* Propterea producit sermonem, vt metum solvat, & fiduciam excitet. Reputabat enim Adamus, quemadmodum in verbis nihil durum, nihil asperum esset: iniuriarum nulla procacitas, nullæ plagæ. Habes magistram consuetudinem. Servus delicti reus cùm ad herum accesserit; ex prima voce, aut fiduciam aut metum assumit. Si enim ille indignari cœperit, & furem eum vafrique ingenij ac dolis consutum vocare, dignumque innumeris mortibus, animo fatiscit ac resolvitur. Sin autem audierit nihil grauius captobrantem, Miser, quid hoc tibi accidit? Vt quid peccasti? statim resumit animos, hactenusque confidit. Non enim vt herus punit, sed vt magister admonet atque corrigit. Sic & Deus; *Quis indicavit tibi, quod nudus esses, nisi de ligno, de quo praeceperam tibi ne comederes, de hoc comedisti?* Numquid enim plura prohibui? Vnum duntaxat vetueram, nec id tui odio, sed quod impensius curarem.

Simile.

B

Gen. 3. 12.

Quis indicavit tibi quod nudus esses? Nihil procax respondit: non dixit, Nesciebam. Quid ergo? *Mulier quam dedisti mihi, hac dedit mihi: & comedi*: ac si diceret. Quæ data mihi erat vt adiuvaret. Audivi enim ego, tum, cùm formatus essem, illa verò necdum esset formata, *Faciamus illi adiutorem similem ei. Quam dedisti mihi, hac mihi dedit*, Non dixit, Seduxit, mentita est; *Hac mihi dedit, & comedi*. Ad quem Deus, Num verò vxori credendum erat, & non mihi? Num maioris illa fidei, quàm ego? Ego bona tribui, rebus ipsis honestam; illa verborum illecebra cepit. Et vide, Quemadmodum iudex vbi rei satisfactionem acceperit, nec examen amplius presserit, sed ad alium transierit, statim ille confidit, atque, Hactenus ego examen subij; ita & Deus transit ab Adamo, vt eius metum solvat, dicitque mulieri, *Quid hoc fecisti?*

Gen. 1. 18.

C

Gen. 3. 13

Evæ defensio.

Quæ respondit, Serpens me seduxit, & comedi. Quod omnino, quæ vera essent, locuta sit, veram defensionem non sugillat, sed indefensam, relinquit. Non dixit, Maiorne illi (nempe serpenti) fides habenda erat, quàm mihi? Divinam pollicitus est æqualitatem, & mortis auctor fuit. Verùm non statim iudicat, quin potius quasi vasi infirmiori parcit, venitque ad serpentem, vt Viro pariter ac Mulieri suadeat in eum detorqueri iudicium, qui sceleris auctor extitisset; atque, *Quia hoc fecisti.* Vidisti admirandum Iudicem. Eos interrogat qui seducti fuerāt; seductorem non interrogat. Non ei dicit, Quid fecisti? sed, *Quia hoc fecisti.* Hac ipsa loquendi forma ait David, *Non resurgent impij in iudicio*; non quod resurrecturi non sint, sed quod non sint ad examen vocandi.

Serpentis pœna sine examine.

Gen. 3. 14

Psal. 1. 5.

Quia hoc fecisti. Indicta serpenti pœna, eorum qui seducti ab eo essent, plagas levavit. Nisi, inquit, Deus quicquid hic sceleris est, in eius caput retulisset, non sic nullo examine sententiam tulisset. *Quia fecisti hoc, maledictus es supra omnes bestias terræ. Super pectus tuum & ventrem gradieris. Quia hoc fecisti.* Quia seduxisti cor, & ventri vt cibum attingeret, auctor extitisti, super pectus & ventrem gradieris. Non quasi prius pedibus vteretur, hanc in eum Deus nunc sententiam dicit, & vt sic gradiatur addicit, sed quod erectus stans mulieri esset collocutus. Non enim aliter poterat cum muliere conferre sermonem. Ipsam dissertationis formam, qua Evam seduxerat, gradiendi illa super pectus pœna castigat, & à constituto gradiendi modo deturbat. Quanquam enim etiam sine pedibus serpens à principio formatus fuerat, lepidiorum tamen quorundam voluminum annulis à cauda erectus, contento pectore ac præcordiis velut æquitabat. Vnde & modò sæpius ira accensus serpens, seipsum erigit, atque in volumina collectus currit: vbi autem processerit, quantum sufficit vt veteris incessus prodatur memoria, latæ in eum sententiæ lege rursus humum petit.

D

Serpentis pœna pro sceleris ratione.

Serpentis prior incessus.

E

Gen. 3. 13

Et terram comedes, cunctis diebus vitæ tuæ. Inimicitias ponam inter te & mulierem. Quid sibi vult, *Terram comedes?* Quod auctor Adamo fuisti, vt ficiat, hoc comede. Nam & ille audiet, *Terra es, & in terram reverteris. Inimicitias ponam inter te & mulierem.* Qui amici specie seduxisti, tanquam inimicus eijceris. Sermo iste in legem cessit. Igitur animum attende. *Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ* Vide; Non dicit serpenti, fore vt terra illi sit cibus Non enim serpentes semper è terra victitant, sed & carnibus aluntur, & fruges degustant, & herbas captant. Verùm quod dicit, *Terram comedes*, hoc significat, Terram, inquit, absumes, qui in illa continuè repas eique illidaris.

Gen. 3. 19

Terram vt comedat.

Verùm sunt qui dicant, Si diabolus seduxit, quid causæ est, cur serpens maledictionem acceperit? Nempe invisibilem dæmonem invisibili plaga ferit: organum oculis subiectum, visibili addicit supplicio Quorsum verò? Sicut Deus, cùm sit invisibilis, visibile signum ad memoriam dedit arborem: sic diabolus cùm videri oculis non possit, per serpentē hominibus loquitur. Subijcit itaque Deus serpentem maledicto, vt si cui diabolus mali quidpiam fecerit, cùm semper serpentem ventrem trahere videt, qui erecto quondam erat corpore, inde in memoriam reducat, si minister sceleris ita punitur, potiori longè ratione, qui auctor iniuriæ est. Attende igitur. Huius germana in Evangelio ostendis. Quemadmodum etiam in visibili serpente vnà cum visibili loquentem condemnavit; sic & in Evangelio, cùm dæmones Christum rogarent, ne in abyssum eos mitteret, sed iuberet ingredi in porcos; ingredi iussit, vt qui videri oculis non possent, cum visibilibus corporibus pelago mergeret.

Punitus dæmon in serpente.

F

Luc. 8. 31 32.

Dæmones in porcis in abyssum missi.

Terram comedes. Inimicitias ponam inter te & mulierem. Amicitiam in odium mutavit, ac sermo factus est lex. Atque alias quidem bestias student homines fugare; serpentem verò si quis viderit, se continere non potest. Manet enim posita lex, *Inimicitias ponam inter te.* Si domi viderit, necare cupit: si in via offenderit, fustis agitur vt interimat. Simulat enim vetus sententia. Vel si sexcentos quis ictus intulerit, videatque caput vulneratum non esse, statim incumbenti denuntiat, Non percussisti serpentis caput, caput serid feri.

Serpens vnus omnium maximè exosus.

G

Quod Christus dixerat, *Ipse observabit caput tuum, & tu observabis eius calcaneum.* Quid verò istud sibi vult? Nō enim ait, Faciā ne homo reliquis tui corporis mēbris vulnus vllum infligat, sed caput duntaxat cædat: Vtitur enim homo, etiā adversus omnia serpentis mēbra, plagis; vt vndecūq; ceciderit, totū vlciscatur. Quod itē serpenti à Domino dictū est, *Tu observabis calcaneū eius*; non hoc indicat concessū esse serpētibus vt à calcaneo adoriantur. Invadit enim serpens quandoq; etiā sopitos, nec rarò vētri illigatur, immittitq; venenū, atq; manibus mēbrisq; alijs morsus infigit. Ac prorsus nihil, quod in eū inciderit humanorū membrorū, illæsū abit. Verùm sententiæ istiusmodi mens est. Non vltra iā, inquit, libera insidiarū in hominē facultas serpenti erit: sed intra manens, tanto hominū timore teneberis, vt in cavernis latitās, vixq; ex foraminibus meticulosè prospectans, transeuntiū hominū vestigia solùm observes, vt periculi securus caveas. Homo verò, inquit, liberè deambulabit, caput tuū in insidiis observās, velut inimici conspectum fugientis, nō qui velut amico illi colloquatur. Quod autem verò tempus vrget, nos quoque sermonem compleamus.

Caput observare & calcaneum, hominū & serpentis.

H

Quæstionem habuit de ea, quæ fuerat seducta: trā sit ad seductorē. Sententia iā ab ipsa radice cœpta, nē pe ab ipso sceleris auctore. Venit deinde ad seductā, minasq; intendit. Prima vox ad serpentem, *Maledictus. Et dixit Deus mulieri, Multiplicās multiplicabo tristitias tuas & gemitus tuos.* Nō maledicit, ne pariat, quandoquidē antè iam benedixerat. Quando enim formavit eos, dicit, *Et benedixit illis Deus, & ait, Crescite & multiplicamini, & replete terram.* Dicit verò, Paulus, *Sine pœnitentia sunt dona Dei.* Non ergo maledicit quos benedixerat. Quid ergo? Novum remedium

Gen. 3. 16.

Gen. 1. 28

Rom. 11. 29.

A

Mulieris pœna cū austeritate salutaris.

ac inauditum vulneri adhibet, tristitias (seu dolores) & gemitum, Genus sententiæ est quæ perstringat, cùm tamen solvendum fore delictum promittat. *Multiplicans*, inquit, *multiplicabo tristitias & gemitum tuum*, pœnitentiæ remedia. Animum attende. Quemadmodum Medici in eodem remedio & mordent & leniunt; idemq; ferrum & eadem sectio, ac idem cruciatus cum sectione salutem præstat; sic & Deus gemina dat pœnitentiæ subsidia, ei, quæ rea peccati erat, tristitiam scilicet atque gemitum.

2 Cor. 7. 10.

Quid juvat tristitia? Audi Paulum dicentem, *Quæ secundum Deū tristitia est, pœnitentiam in salutē stabilem operatur.* Quid verò præstat gemitus? Audi Esaïam. *Cum aversus ingemueris, tunc salvus eris. Multiplicans multiplicabo tristitias tuas & gemitum tuum.* Tristitia exteriorem vultum deturpat ac tristem reddit. *Corde lætante floret vultus; cùm vero in tristitiis versatur, mæstus est.*

Isai. 30. 15.

Pro. 15. 14 b.

Quod oculus arborem viderat, animoque divinam æqualitatem cogitauerat, dat Deus cordi gemitum vultuique tristitiam, vt per ea quæ peccauerat, puniatur; & ipsa pœna (quinimmo salus) non fuisse cassam priorem benedictionem, mulierem edoceat. Nam cùm dixisset, *Replete terram*, dicit, *In tristitiis paries filios.* Sanè quod parias non tollo (semel enim benedixi) sed dolores in laboribus ac perturbationibus habebis. Grauissima hæc tristitia. Ac testatur Saluator, *Mulier, cùm parit, tristitiam habet.* Tristatur pariendo, animi anxia est educando. Vbi puer grandis fit, anxia est ne demens & vecors sit: cùm peregrè fuerit, ne mori, ne ægrotare, ne ærumna ac dolore versari contigerit. Hoc vir non habet. Quamvis enim etiam pater sollicitus sit, non sic tamen vt mater, sed ipse se consolatur, dicens, Homo est, novit sibi suisque rebus præesse, nec iusto anxiùs curis discruciatur. Quid ita? Quod non ipse audierit, *In tristitiis paries filios.*

Ioan. 16. 21.

Matrum anxietas & tristitiæ.

C

Vxorum in virum propensio.

Novum vindictæ genus: tristis experientia est. Cùm dolores partus mulierem apprehenderint, ne in ipsis quidem laboribus virum respuit. Non dicit, Vtinam nec nuptiæ essent! Vtinam non esset liberorum procreatio! Non finit Deus, vbi etiam periculum fecit, odisse eam virum. Nec eam latet, quid illi acciderit, ac quid sustinuerit, & tamen virum diligit. Idcirco, *In tristitiis paries filios, & ad virum tuum conversio tua, & ipse dominabitur tui.* Quia iam malè illius dominata es, ac tuæ voluntatis servos effectus est, ordinem solvo: ipse dominus sit, qui non est seductus. Idcirco ait Paulus, *Mulieri autem docere non permitto, neque dominari in virum.* Malè enim primùm docuit in Paradiso: *Neque dominari in virum*; malè enim dominata est. Hoc ergo sensu iubet Paulus mulierem non docere; ob ea scilicet quæ in paradiso evenere, non nos cavillamur. Audi ipsum loquentem, *Mulieri autem docere non permitto, neque dominari in virum.* Et vt ostendat ita statuere primi reatus causa, subdit, *Adamus enim non est seductus: Mulier vero seducta est in prævaricatione.*

Gen. 3. 16

1. Tim. 2. 12.

Mulieris subiectio pœna primæ transgressionis.

Maria, Evæ reparatio.

Quid igitur? Obnoxius maledictioni muliebris sexus, manetque in tristitiis, nec vinculum solvitur? Venit Christus qui vinculum solvat. Occurrit quæ Dominum peperit; proque sexu satisfactionē offerens, sancta Virgo pro Virgine (nam & Eva tunc virgo erat, quando peccavit) solvit tristitiam & gemitum, eius quæ rea criminis addicta fuit. Quemadmodum enim si quis in aulam vocatus fuerit, suos augere honoribus studet, ac si in necessitate fuerint, ea liberare: sic sancta Virgo in Regiam vocata vt divinæ generationi obsequeretur, inaudito partu fungens, hanc primam efflagitat gratiam; imò eam accipit.

D

Simile.

Quia non decebat culpæ obnoxiam fœminam eum qui innoxius esset partu suscipere, venit qui Evæ tristitiam gaudij insinuatione primùm excludat: Venit Angelus dicens Virgini, *Ave gratia plena.* Vocis *Ave* acclamatione, seu *Gaude*, tristitiæ vinculum solvit. *Gaude*, venit qui tristitiam solvat. *Gaude, gratia plena*; eo quod hactenus maledicto obnoxia. Hic Dei gratiæ animum attende. *Gaude, gratia plena Dominus tecum.* Quia cum illa serpens in tristitia, Gaude, quod tecum est Deus.

Luc. 1. 28

Evæ in Maria soluta tristitia.

E

Ac vide Angeli vocem, quemadmodum omnem Christi exponat dispensationem. *Gaude, gratia plena,* Quod illa duplicem accepit maledictionem; tristitiam scilicet atque gemitum inter pariendum, partum inducit qui solvat priorem illum partum. *Ecce concipies in vtero, & paries Filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum.* Patrum tuorum peccata solvet, qui ex te fructus orietur.

Luc. 1. 31

Mat. 1. 21

Iam mutata res est: Hactenus Evam audientes, miseram deplorabant. Væ miseræ, quantam claritatem amisit! Væ miseræ, quid illi evenit! Maria quotidie omnium voce audit, *Beata.* Denique plena Spiritu sancto, & ipsa iam Virgo vaticinans, audi quid dicat, *Benedictus Dominus Deus Israel, quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ex hoc enim beatam me dicent omnes generationes.* Vt ostendat Evæ se personam gerere; Hactenus, inquit, iniuriæ probroque obnoxiam, *ex hoc beatam me dicent omnes generationes.*

Eva misera, Maria beata.

F

Luc. 1. 68. & 48.

Maria Evam reficit.

Quid verò, inquit, illi prodest, cùm non audiat? Quinimmo audit, ex eo quod est in loco lucido, in regione viventium, salutis Parens, fons lucis, quæ sensu, & quæ mente percipiunt; sensu, propter carnem; ac quæ mente intelligantur, propter divinitatem. Sic itaque omni ex parte beata prædicatur. Sic & dum in carne viveret, beata dicebatur. Audiuit enim beatam prædicantis vocem, cùm adhuc in carne ageret. Illa primùm vidit, ac deinde ex arbore gustavit: hæc primùm dixit, & tunc beatitudinis præconium audivit. Dum enim Saluator doceret, *Extollens vocem quædam, mulier de turba*, cunctis audientibus dicit illi, *Beatus venter qui te portavit, & vbera quæ suxisti.*

Audit Maria nostras laudes & vota.

Luc. 11. 27

Cæterum impleuit Deus in Adamo sententiam; imò verò, pœnitentiæ medicinam, aitque, *Quia audisti vocē vxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in operibus tuis.* Rursus qui benedictus fuerat, maledictionem non suscipit, sed terra. Alius peccavit, alia cæditur: Vt Evæ maledictio (quinimmo castigatio & pœna: non enim maledictio erat, sed emendatio) quemadmodum Evæ punitio, *In tristitiis paries* (etenim omnis mulier in tristitiis parit) hactenus perseveravit, sic & Adami, *Maledicta terra in operibus tuis.* Nostra scelerata opera, & terra cæditur. Nos peccamus, & terra maledictione afficitur. Parcit Deus homini, quem condidit, velut ingenuo filio, & terram velut pædagogum, disciplinæ addicit. *Maledicta terra in operibus tuis.*

Gen. 3. 17

Adæ pœna, medicina.

G

Noli naturæ animum attendere, sed Dei gratiæ. Non dixit, Maledicta terra, sic velut absolutè, alioqui maneret maledicta & fructum non ferret, quemadmodum dixit ficui, *Nunquam vltra ex te exeat fructus, & exaruit*: sic & in terra se res habuisset: sed ait, *in operibus.* Cùm peccavero percutitur terra; cùm mihi prospere cedit, illam benedicit. Ac vide rem mirām, Quādo creavit terram, & mare & volatilia & reptilia, & bestias & hominem, cuncta benedixit: frugus non benedixit; quod nempe sciret hanc terræ servatam esse pœnam, vt hominum peccatis sterilis foret: illis verò iustitiæ opera sectantibus, vbertate frugum ditaretur. Non benedixit fructibus atque frugibus: fuisset enim donum irrevocabile. *Spina & tribulos producet tibi.* Magna, inquit, contempsisti; minoribus cæderis. Vide etiam quomodo temperata sit vtrinque inflicta pœna. Spina interficere non potest, cruentare potest. Illa in tristitiis parit, tu nascere in tristitiis. Manet enim hactenus vetus sententia. Ac vide quæso, divitem, pauperem, Senatorij ordinis, exque vili plebecula hominem, num invenire liceat, qui per vitam à tristibus aut curis immunis agat. Quid ita? Quod dictum Adamo sit, *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Noluisti in otio & deliciis, in

Matth. 21. 19.

H

Communis tristitia & dolor Adamo & Evæ.

Gen. 3. 19

sudore

A ſudore veſcere. Non fame punit, ſed ærumnæ ac labori ſubjicit. Iam tu Fidelis illud cogita, cùm Adamus non abſque ſudore pane veſcatur, qui fiat vt nos abſque laboribus ac ſudoribus, regnum cœlorum conſequamur?

Donec, inquit, *revertaris in terram, ex qua ſumptus es.* O ſententiam! ô metum humanitatis plenum! ô ſententiam plenam conſolatione! Necdum relegaverat, & revocavit: necdum ejecerat, & denuo aſſumpſit. *Donec revertaris in terram, de qua ſumptus es.* Vt tibi ipſe ſpem præſtruas reſurrectionis; illò te mitto, vnde accepi. Vt tunc è terra tuli, ruſum quoque ex ea tollere poſſum. *Quia terra es, & in terram ibis.* Non abolcheris, ſed *ibis*. Illud *ibis*, quidam interpretati ſunt, *reverteris*.

Reſurrectio inſinuata in Adami ſententia.

Quantum igitur per facultatem licuit, ſubminiſtrante divini Spiritus gratia, vobis ſocius & auditoribus Paradiſum peregrinus. Regias tabulas memorialiáque perlegimus, donatos libertate reos vidimus, B Iudicis clementiam conſpeximus: qua vtinam & ipſi ſalutem, quæ à Chriſto eſt, aſſequamur; vt & cœleſtibus atque æternis bonis perfruamur, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui eſt gloria & poteſtas, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

SEVERIANI GABALOR.

EPISCOPI SYMBOLÆ.

*S*EVERIANI *Symbola ex hoc ipſo opere, in einſdem Catena in Geneſim (quam mihi ex Romana vnaque & altera Regia, nec non alia Em. Cardinalis Mazarini, locupletiſſimam, prœloque dignam compoſui) illuſtres extant, hæc viſum hic repetere: etſi ferè nova aliqua & quæ fruges eſſent, ex eis licebat expectare. Pauca duntaxat ex Catenis in ipſam Geneſim, & reliquos veteris inſtrumenti libros, quæ ipſa Severiani nomen præferant & acumen habeant, velut mantiſſam, adiungo.* C *In quibus tamen varia inſcriptio. Quandoque ſolùm eſt* Σευηριανοῦ, *aliàs*, Σευηριανοῦ Γαβάλων, & Γαβάλων ἐπισκόπου, *quandoque* Σευηριανοῦ Ἀντιόχου, *ſive etiam (quod idem eſt)* Ἀντιοχείας, *quæ ideoque demum* Σευήρου & Σευήρου Γαβάλων, *quas varietates adſcripſi; poſſitque ex illis eſſe ſuſpicio: Non eſſe hæc omnia noſtri Severiani, ſed quædam Severi noti hæretici. Vel certè dicendum, ſic dictum* Σευηριανὸν Ἀντιόχου & Ἀντιοχείας, *quod inde oriundus, aut in ea vrbe educatus, Gabalitanam Sedem Antiocheno Patriarchæ obnoxiam nactus ſit, ex qua* Γαβάλων *cognomen acceſſerit: velut ferè accidit in Andrea Archiepiſcopo Cretenſi, qui ſic paſſim Ieroſolymita audiat, quod Ieroſolymis vixerit, indeq; CPlitano Clero cooptatus, tandem Cretenſis Archiepiſcopus fuerit; cùm ortus eſſet Damaſca, vt ex Græcorum Triodio alias oſtendi.* Σευηριανοῦ *autem in* Σευήρου *mutatio, proclivis error antiquarij eſſe poſſit.*

D Gen. 16. 7

NVſquam ante diluvium apparet Scripturam mentionem vllam Angelorum, niſi nunc ſolùm, feciſſe: quippe quæ ſatis eruditos homines arbitrata ſit præteriti temporis longitudine, vt illum ſolum Deum Dominúmque exiſtimarent, qui & naturam rerum condidiſſet, ſuámque eis notitiam, exordio ducto ab Adamo, præbuiſſet; tum nimirum qua regit providentia, tum & viſis variis, à parentibus ac majoribus eam ad nepotes tranſmitteos.

Gen. 3. 16 Gen. 21. 12.

Evæ quidem dixit Deus, *Ad virum tuum converſio tua, & ipſe dominabitur tui*: Abrahæ autem, *Omnia quæcunque dixerit tibi Sara, audi vocem illius.* Ordo enim mutatus eſt, qua virtute Sara prædita eſt.

Ioan. 8. 56. Gen. 22. 13.

Abraham pater veſter exultavit, vt videret diem meum (porro diem Chriſti vocat, paſſionem:) *vidit, & gaviſus eſt* Quam diem? Paſſionem. Quandonam verò vidit paſſionem? Quando ſcilicet ovem vidit in E monte. Per ovem enim vidit paſſionem. Vidit ovem, illius vtique ovis imaginem atque figuram, de quo ait Eſaïas, *Sicut ovis ad occiſionem ductus eſt.* Ac vide miraculum. Abraham ovem vidit: Nuſquam Deum vidit, non Angelum è cœlo loquentem conſpexit. *Venit enim*, inquit, *vox de cœlo, & vocem audivit*, Deum autem non vidit, neque faciem Angeli conſpexit, & tamen dicit vbi de ove certò cognoverat: *Non eſt hoc niſi viſus Dei, vt dicant hodie, in monte Dominus apparuit.* Atqui non vidiſti Dominum, ſed ſolam vocem audiſti. Quia tamen Domini imaginem figurámque (id eſt, ovem) viderat, cùm nollet celare myſterium, ait: *Vt dicant*, id eſt, qui futuri ſunt atque nepotes (de futuris enim vaticinium erat) *Quia hodie in monte Dominus apparuit*; Dominus Vnigenitus Dei, qui factus eſt homo, qui paſſus eſt pro nobis, qui natura ab omni immunis paſſione, corpus induit quod obnoxium paſſioni ac mortale eſſet.

Iſa. 53. 7

Severiani Gabalorum Epiſcopi.

F Gen. 37. 7

Quid ſibi vult manipulorum adoratio? Quod occaſione frumenti venturi erant in Ægyptum, occupatò in ſomnis Deus ſubjectum ac materiam fixit. Illúdque rurſus mente attendamus, quod ſicut Ioſeph in patris domo tanquam mortuus lugebatur, vivebat autem in Ægypto ac rerum potiebatur ſic & Chriſtus, apud Iudæos quidem mortuus habitus eſt; apud Gentes verò vivit regnátque ac in ſæcula manet: Quod nimirum per terræ ſterilitatem Ioſephus obtigerit vt Ægypto imperio præeſſet, & à fratribus adoraretur.

Gen. 37. 4.

Oderunt fratres Ioſephum propter ſomnia: Iudæi quoque Chriſtum oderunt propter miracula. Criminantur fratres Ioſephum quod viderit ſomnia, non intelligentes, non eum ſe vidiſſe, ſed qui ſomnia ei videnda oſtenderet. Num enim in Ioſephi poſitum erat voluntate, vt ſomnia videret? Qui igitur pugnat videnti ſomnia, Deo pugnat. Ad hæc vide, quàm res cæca malitia eſt. Quid eſt cur pugnes ei, qui vidit ſomnia? G Nunquid non vera ſomnia ſunt, aut falſa? Ac ſiquidem vera, qua arte quave machina veritatem è numero auferes; ſin autem falſa, quid invides ei, qui inani ſpecie atque phantaſmate luditur ac illuditur?

Gen. 37. 13.

Ioſeph, ſi apud patrem manſiſſet, vt ei chariſſimus, Ægyptus procuratorem ac famis curatorem non haberet: Vnigenitus ſi apud Patrem in cœlis in ſancta majeſtate occultus manſiſſet, orbi terrarum ſalutem non attuliſſet: tanta mundus providentia ac indulgentia caruiſſet. Mittitur Ioſeph à patre vt fratres viſitet; mittitur Vnigenitus vt viſitet oves, quæ perierant domus Iſraël. Ioſephum viſa honeſtarunt, Chriſtum miracula clarum reddiderunt.

Exiit Ioſeph vt fratres inviſeret, vt dilectionis opus exhiberet: fratres verò, dilectionis vices odio rependunt, beneficiúmque ingrati animi labe in injuriam trahunt. Ac quidem ille ad eos pacifica; illi verò ad H ipſum hoſtilia, vt impleretur quod à Salvatore dictum eſt, *Odio habuerunt me gratis*. Ac vide rem mirandam: *Somniator venit.* Terret illos ſomniorū viſio, non viſio: ſed timor eventus. Conſilium ineunt vt Sanctum neci tradant: Deus verò in diſpenſationem propenſioriſque conſilij rationem eorum mutat malitiam. Dei enim opus eſt nedum bona quæ tribuit, ſed & quod noſtram malitiam in bonum vſum vertit.

Ioan. 15. 25. Gen. 37. 19.

Gen. 37. 21.

Rubeni cogitatio ac finis, humanioris propoſiti ac clementiæ erat; Deus autem, altioris rem conſilij ac diſpenſationem ſtruebat. Non enim jugulatur Ioſeph, ſed vivus in lacum deſcendit, quod ejus eventus imago ac figura erat, qui in vita infernum eſt prædatus. Deſcendit Ioſeph in ciſternam vacuam; Salvatoris monumentum vacuum erat, nullum cadaver habens.

Cæterum implevit Ioſeph Chriſti venditionis figuram ipſe à fratribus propter ſomnia venditus, cui invidia honoris auctor fuit. Quas enim fratres inſidias

A ei struxerunt, via fuerunt ut illo augeretur. Nisi enim venditus fuisset, non venisset in Ægyptum, non castitatis certamina cum muliere desudasset. Nisi castitatis causa victor coronatus esset, non habitasset in carcere; non fuisset somniorum interpres, neque Ægypti princeps extitisset.

Scimus enim, Fratres, quisquis aliquem vendit, eum laudare qui væneat, ut nimirum auctiore pretio vendat. Sciscitabantur Ismaelitæ, honestisne moribus, probúsne puer est? Necessariò illi lucrum spectantes, sciscitantibus respondebant: Ingenuus est, probis moribus, qui furari nesciat, qui non noverit peccare. Volens nolens ipsa se arguit malitia.

Par enim erat ut tunc Iosephi venditio Iuda auctore fieret, quod etiam Salvator Iuda proditore venditus est.

Luc 18. 31. Descendit in Ægyptum Ioseph, quod & Salvator Gentibus traditus est. *Ecce enim*, inquit, *ascendimus Ierosolymam*, & quæ sequuntur. Ingressus est Ioseph in Ægyptum, ac primùm affligitur; quod & Salvator

B apud Gentes post Iudæos primùm persecutionem patitur. Non enim statim Gentes honore Christum susceperunt, sed ipsum quoque persecutæ sunt, postmodum verò etiam adoraverunt. Ioseph in manus Ismaëlitarum, Salvator in manus Gentium traditur.

Admirandus verè ac fidelis Ioseph: Nonne par erat qui spem abjecisset, dicere: Nemo deinceps insomniis animum accommodet? Somniorum finis sint mea somnia? Enimverò nihil ille ejusmodi fecit. Et ut

Gen. 40. 8. ostenderet expectare se sua eventum habitura, ait: *Dicite mihi, & ego vobis annuntiabo.* Num enimverò tua

Sua miracula. evenerunt, ut aliena interpretaris? Interpretatur somnia, expectátque quæ illi essent visa.

Ab imagine ac figura, transi ad veritatem: Iosephum si scire velis ac quantus sit, ne ex fratribus didiceris: invidia enim occultat veritatem, servúmque facit, eum qui ingenuus est. Ne ab hera didiceris, calumniatur enim ob impudicitiam. Vis scire quisnam

Gen. 37. 3. sit? Interroga patrem ejus, & dicet tibi, *Filius charissimus Ioseph.* Transi & ad Christum, noli discere à

C Iudæis, livor enim obscurat veritatem. Noli eum discere à Græcis, oderunt enim ipsum ut destructorem idolorum: Neque verò ab Hæreticis, ut enim nesciebant Ismaelitæ habere se liberum, sic & Hæretici, eum qui sit liber, servum fecerunt.

Ejulans geménsque, quod cum Iosepho & Simeone, etiam Beniaminum ab eo tentarent evellere; ostendénsque omnia se prius passurum, quàm ut filium dimitteret: victus postea, suis ipse manibus tradebat,

Gen. 43. 13. dicens: *Fratrem quoque vestrum tollite.*

Vigentem animo continuò habebat eorum quæ gesta essent mœstitiam. Verum clarus hic ac inclytus Ioseph, quem non obscuravit, iis malis quibus colluctatus est? Ejus quidem pater, unum duntaxat fratrem habuit, qui insidias strueret, hic autem longe plures: ac quidem Iacob prima ætate affluenter ac deliciosè domi educatus est; Ioseph verò peregrè, & adhuc puer, longi itineris molestias coactus est ferre. Iacobo mater insidias levabat; Ioseph verò adhuc vivens, &

D eùm maximè necessaria matris solatia haberet, tunc ejus ope privatur est. Ad hæc, Esau hactenus Iacobum læsit ut minas intentaret; Iosepho verò fratres minas opere executi sunt: & ante insidias, invidia perciti erant & criminabantur; quo quid molestius contingat, quàm ut eos, quibuscum uno tecto maneas, jugiter infestos ac inimicos experiaris?

Severiani in Leviticum.

Levit. 13. 47. *Etiam vestimento si lepra tactus contigerit:* Quoniam qui in Christo baptizamur, Christum ut vestimentum induimus, fœdata nobis decora hac tunica, pœnitentiæ labores ad emundationem tribuit; sive .... peccemus, ita ut linea vestis videatur, sive gravius, & ut peccatum crassum admodum & carnalia atque mortuæ aliquid labis in lanarum vestimentis præferat, quæ plerunque ex mortuis pellibus detonsa conficiuntur.

Severiani in Numeros.

Non clarificasti me. Quid verò erat clarificare? Num. 20. 12.
Non examinare rationibus quæ ab illo fiebant. Porro
David pro Mose defendit, atque excusat. *Et exacerba-* Ps. 105. 33. 42.
verunt eum ad aquam contradictionis: & vexatus est Moyses propter illos. Non propter se; id est, non ex propria mente incredulitatem ostendit, sed populi contradictione turbatus, puræ rationis lucem non invenit; sed in contradicentium verbáque blasphemiæ jactantium confusione, lapsus est labiis, atque, *Populus incredulus*, &c. Ait itaque David, *Et exacerbaverunt spiritum eius, & distinxit in labiis*; hoc est, linguam divisam habuit.

Et indue Eleazarum filium eius. Ut ostendat eum, Num. 20. 26.
F qui sequatur, & ad dignitatem secundo ordine promovendus sit, vitæ pariter rationibus & doctrina, velut totum debere eum induisse, cui muneris functione succedit. Atque hæc vera laus defuncti erat, ut in ejus operibus viveret, qui ipse vitæ superstes esset; ac velut per animatum quoddam ac rationale simulacrum conspicuus esset ac eluceret.

Severiani Antiocheni.

Et profectus est Balaam. Cùm posset Deus irritam Num. 22. 21.
falsámque Vatis maledictionem præstare, id quidem non facit, cumq; vellet nedum pretio victores præstando, sed & multis rationibus ac experimentis suæ potentiæ præstantiam monstrare, facit quidem ut quasi maledicturus veniat; diviniore tamen .... benedicat potius, quàm maledicat: quò scilicet os mendacij ministrum ab scholæ domesticis & qui errore educati essent, crederetur.

Severiani Antiocheni, Orat. 33.

G
Peccavit aliquis eúmque Deus leni patientia tulit, Deut. 5. 9. Eodem penè in superiori opere.
ejus pœnitentiam expectans, & ut meliore fruge mutaretur. Nihilque ille mutatus, impietatis reus migravit, futuræ vitæ judiciis devotus, quando nimirum æquissimis Dei lancibus, unicuique ex meriti ratione retribuetur. Postmodum patris hujus filius, paterna scelera secutus, pari exitu vitam finivit. Tunc demum, si & quem ille sustulerit, paternos peccati noxa æmulatur mores, clementissimus Deus providentiæ specimen edit, dum & ipsa hac vita, quod ex merito est, retribuit. Eandémque ipse illius pater pœnam retulisset, nisi uberioris modos lenitatis ostendere voluisset, quibus novit rationibus, qui cuncta in sapientia disponit. Haud rarò enim impensiore illa indulgentia mitique clementia, superata etiam tertia generatione, ad quartam retributionis retulit sententiam. Idque in causa est, cur non quovis modo in tertiam & quartam generationem dixerit, sed magis addiderit, *His qui me*
H *oderunt.* Quo scilicet palam ostendat, puniri eos atque damnari ob proprium scelus, non paternum, quamquam parentes æmulati sunt. Quod autem ita se res
habeat, addit idem admirabilis Moyses, dicens: *Non* Deut. 24. 16.
morientur patres pro filiis, nec filij morientur pro parentibus: unusquisque in peccato suo morietur.

Eiusdem, Orat. 23.

Quod enim dictum est, *Ego Deus Zelotes, reddens* Deut. 5. 9.
peccata patrum in filios: non sic intelligendum, tanquam filij pro peccatis patrum pœnas luant; sed ex iis, quæ ipsi deliquerunt: tunc nimirum eùm filius peccando patrem refert, parentúmque sequitur ac æmulatur impietatem, eáque ratione vere illorum

filius

A filius ac germano proditur. Sic enim communi vsu dicere consuevimus, de illis qui paternum scelus imitantur, verè hic patris filius est. Quamobrem etiam Christus, non simpliciter dixit: Reddens peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem; sed adjecit, *His qui oderunt me*: Hoc est, qui odio in Deum sequuntur patres. Quandoque enim in quibusdam differt Deus vltionem nec infert pœnam, hoc consilio vt pœniteant; quò scilicet aut meliore fruge pœnitentia mutentur, aut, ni fecerint, postquam humanis migraverint, futuris supplicijs reserventur. In quibusdam verò ex illorum forte filiis aut nepotibus, qui eadem sæpius impietate teneantur, etiam justam infert iram, providentiæ edens specimen, alios exemplo castigans; quam & intulisset in eorum patres, siquidem illos quoque vita hac punire decrevisset, nec futuris supplicijs servasset, qui nec pœnæ dilatione ab impietate revocari in animum induxissent. Eum in modum videntur filij parentum pœnas
B luere, cùm tamen ob sua ipsi delicta, quibus parentes imitati sunt, justa pœna plectantur.

Severiani Gabalitani.

Animum quæso diligenter attende: Pœnam extendit in quatuor generationes, clementiam verò quo-
Deut. 5. 10. vsque explicavit: *Et faciens misericordiam in mille generationes.*

Severi Gabalensis.

Ios. 2. 1. Rahab Ecclesiæ præfert imaginem, dæmonum quandoque stupro conspurcata; sed quæ modo IESV exploratores (Apostolos scilicet) recipiat.

Severiani Gabalensis.

Idcirco cultris petrinis jubet circumcidi, ne qua mora necteretur. Multi enim erant quibus non in promptu esset ac expeditâ copiâ instrumentum. Cultris autem petrinis circumcisâ carne præputij, cuncti cito
C sanandi erant. Quippe aiunt quæ petrâ circumcisio fit, laborem non habere aut periculum creare. Scimus autem circumcisionem quæ olim figuratè fiebat, speciem referre sacri baptismatis; quæ scilicet amputatione præputij, carnalis generationis abnegationem significet, atque eos qui circumciduntur, Dei filios præstet: Sunt verò cultri lapidei, seu petrini. *Petra*, namque, *erat Christus*. Planc luctu meritò prosequendum, quod Iudæos circumcisos perire novermus; Gentes verò, absque etiam circumcisione credentes, salvari.

Severi Antiocheni.

Septem quoque Sacerdotum numerus, ac similiter pari numero tubæ, septémque circuitus, clarusque
D ac validus Sacerdotalium tubarum clangor, aliud nihil significant, quàm quod sit ex omni parte perfectum. Septenarius ejus numerus perfectionis signum est, cui & omnino comes est arca testamenti Domini, ipsa Dei Verbi incarnati figura, & quæ sic tubâ canentibus victoriam præbeat.

EIVSDEM SEVERIANI Fragmentum.

Ex oratione in Encænia venerandæ Crucis.

QVomodo igitur imago execratissimi animalis (nempe serpentis) populo in calamitate versanti, & conflictato salutem attulit? Nonne credibilius erat si dixisset, si quis vestrum morsus fuerit, cœlom
E suspiciat aut tabernaculum Dei, & salutem assequetur. Verum his ille posthabitis, Crucis tantum imaginem statuit. Cur autem hæc fecit Moyses, qui populo dixerat: non facies tibi sculptile, vsque conflatile, neque similitudinem vllam earum rerum, quæ sunt in cœlo sursum, aut in terra deorsum, aut in aquis sub terra: Quod aliis vetas, id ipse facis? Quod evertis, ipse statuis? Qui conflatum vitulum comminuisti, serpentem ipse ex ære conficis. Eúmque non clam, sed palam & omnibus conspicuum statuis? At illa, inquit, mandavi, vt materiam impietatis exscinderem, & ab omni idololatria populum abducerem. Nunc autem vtiliter serpentem conflo, vt veritatem ipsam præsignificem. Et quemadmodum tabernaculum compegi, & quæ in ipso sunt omnia, & Cherubim similitudinem eorum, quæ non videntur, adhibui in sancta, vt figuram atque vmbram futurorum ostendere; sic & serpentem ad populi salutem conflavi, vt ejusmodi experimento exercitatus, Crucis imaginem,
F & Salvatorem, ac Redemptorem cognosceret. Hoc autem verissimum esse intelliges, charissime, ex verbis Domini id ita confirmantis: Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, sic exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

Eiusdem Severiani aliud Fragmentum habes infrà sæculo 5. parte 3. pag. 706. sicut integram einsdem homiliam de pace, inter opera S. Ioannis Chrysostomi tom. 5. edit. Latina 1614. pag. 238. aliam quoque sæculo 4. huius Bibliotheca pag. 1229.

MARII MERCATORIS, S. AVGVSTINI ECCLESIÆ Doctoris, Discipuli,

G
ACTA.

Cum notis RIGBEERII Theologi Franco-Germani.

De hoc authore vide multa initio notarum quæ adjecta sunt ad calcem Operis.

COMMONITORIVM (a) LECTORI adversus hæresim Pelagij & Cælestij: (b) vel etiam scripta Iuliani, (c) à Mario Mercatore servo Christi.

(d) QVÆSTIO contra Catholicam Fidem (e) apud nonnullos Syrorum,
H (f) & præcipuè in Cilicia à Theodoro (g) quondam Episcopo (h) oppidi Mausistenì, jam dudum mota, nunc vsquam (i) penès paucos eorum admodum roditur. Nec ea palam profertur, sed ab ipsis qui de ea fornicantur, velut Catholicis intra Ecclesia interim retinetur, (k) *Progenitores videlicet humani generis Adam & Evam mortales à Deo creatos, nec quemquam posterorum suâ prævaricatione transgressi læsisse, sed sibi tantùm nocuisse, se mandati reos apud Dominum fecisse, alterum penitùs nullum.*

Hanc ineptam, & non minùs inimicam rectæ Fidei quæstionem (l) sub sanctæ recordationis Anastasio Romanæ Ecclesiæ Summo Pontifice, (m) Rufinus quondam (n) natione Syrus (o) Romam (p) primùs invexit; &, vt erat argutus, se quidem ab ejus invidia muniens, per se proferre non ausus, (q) Pelagium, (r)

gente

A gente Britannum, (s) Monachum (t) tunc decepit, eúmque ad prædictam apprime imbuit, atque instituit impiam vanitatem.

(u) Quique mox ausus in Apostolum Paulum Commentarios condere, (x) cùm ad illum locum notissimum ad Romanos venisset Epistolæ, vbi ita continetur: *Propterea sicut per vnum hominem peccatum intravit in hunc mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit*: Ibidem eos tantùm reos dixit, atque obnoxios illâ prævaricatione teneri, qui hunc in prævaricandis Dei mandatis voluerint imitari; non omnes qui ex ejus sunt, per successionum seriem, semine generari.

Atque hinc latius de sequentibus locis hujus Epistolæ disputat, & pronuntiat nullum hominem prorsùs per generationem læsum fuisse, nec lædi Adæ peccati transgressione, sed imitatione, inquit, quia prior ille in genere humano peccavit; & illum reum & obnoxium fieri, qui hunc propriâ voluntate, non B nascendo, sed peccando fuerit imitatus.

Huic Pelagio adhæsit (y) Cœlestius, (z) nobilis natu quidem, & (aa) illius temporis, (bb) auditorialis Scholasticus, sed naturæ vitio (cc) eunuchus à matris vtero: (dd) eruditus hic, (ee) à Pelagio prædicto instructus, sensum istum impiissimum metaciùs imbibit, ac multos incredibili loquacitate amentiæ hujus suæ participes & complices fecit, (ff) ausúsque palàm publicéque (gg) his verborum sententiis eumdem sensum passim disseminare per populos.

Id est, (hh) *Adam mortalem factum, qui sive peccares, sive non peccares,* fuisset moriturum.*

* leg. fuisset moriturum.

(ii) *Quoniam peccatum Adæ ipsum solum læsit, & non genus humanum.*

(kk) *Quoniam infantes qui nascuntur, in eo statu sunt in quo Adam fuit ante prævaricationem.*

Quoniam neque per mortem Adæ omne genus hominum moriatur; (ll) quia nec per resurrectionem Christi omne genus humanum resurgit.

C (mm) *Quoniam infantes etiamsi non baptizentur, habeant vitam æternam.* (nn) Quæ quinq; capitula vnam impiissimam & nefandam sententiam gignunt. (oo) Adjecit prætereà (pp) posse esse hominem sine peccato, & facilè Dei mandata servare: quia & ante adventum Christi fuerunt homines sine peccato. Et (qq) quoniam lex sic mittit ad Regnum Cœlorum sicut Evangelium.

(rr) Hæc atque hujusmodi etiam Iuliano & cæteris ejus commanipularibus placuêre; quæ cùm cognita atque detecta Ecclesiasticâ fuissent (ss) cum præfatis personis auctoritate damnata; (tt) Librorum quoque numerositate ab eodem Iuliano defensa sunt; placuítque ei cum Cœlestio & Pelagio in damnatione tertium numerari.

Tunc contra (uu) puetiles ejus ausus sanctæ recordationis Augustinus Episcopus (xx) diversis temporibus diversos condidit libros; ex quibus omnibus Iu- D lianus vnum de duobus primo tempore ad Valerium editis elegit, cui quatuor libris à se ad Turbantium absolutis contradiceret, (yy) sequenti verò (zz) octo vltimis voluminibus (aaa) ad Florum emissis respondisse se jactat, (bbb) fingens multos ejus Sancti viri super hac re alios elaboratos penitùs ignorare.

Quibus octo vltimis horridâ loquacitate evagatus disertum se magis ostentare & scitulum volens, post (ccc) innumerabilia conviciorum probra, quæ in Sanctum supradictum virum est ejaculatus, hæc impudenter, imò jam impiè defendere ausus est, quæ à Pelagio Cœlestióque eum, in perniciem suam, didicisse superiùs memoravimus. Quamquam sic jam prioribus quatuor libris eadem, & per eadem volvens, & nullum prudenter invenient exitum injuriis & contumeliis magis, membranas seu chartas, quàm vllâ fidei sectâ ratione complevit.

Et cum hæc summâ brevitate, & Scripturarum sacratum atque divinarum auctoritate, esset quæstio pertractanda; plurimam sibi distortam & omninò non E necessariam loquacitatis conscripsit materiam, de quâ & impia cuderet & prorsus ageret nihil: nihil enim agit, qui impietati operam navat. Sanctus autem sæpe dictus Episcopus Augustinus, sex suis libris quatuor illius priores evertit, octo quoque posteriores (ddd) singulis responsionibus suis ad singula capitula subjectis: ac sic vanos ejus, ac (eee) plumbeos pugiones malleo Catholicæ veritatis obtudit, imò confregit.

Quod vtriusque opus cùm in nostras manus venisset: quia tota summa incepti, & magis impij Iuliani laboris (fff) ad vnam pravam redigi videtur sententiam: Adæ videlicet & Evæ transgressionem eos non fecisse mortales, nec noxam eorum ad posteros originariâ successione transisse, (ggg) sola autem imitatione illorum qui divina mandata contempserit effici reum.

F Hoc ergò, vt dixi, totum opus cùm studiosiùs perlegissem, breviter pro nostrarum virium facultate subnotationibus libris ejus, vbi opportunitas exegit, adpositis (hhh) ego quoque respondi: quo lector, post tanti Patris & Magistri tubam, nostram etiam palearem fistulam non aspernatus adsumere, totâ intelligat brevitate, Iulianum in elaborandis numerosissimis libris inanem, & plenam potiùs jactantiæ cum summa impietate operam impendisse.

Sanè quoniam easdem ipsas, quas dixi, subnotationes in vnum corpus redigere me debere, tu quoq; (iii) venerande Presbyter Pienti jussisti; parui imperatis, non ignorans in maledicta, & effrænatæ illius linguæ nos convicia incursurus. Sed quid possunt extra Dei Ecclesiam alligati rabidi canis latratus? (kkk) gloriemur nos tantis viris, tantísque Ecclesiasticis Doctoribus, toto planè orbe fulgentibus, in quos ille tam inaudita, tam nefanda, támque obscœna, atque atrocia maledicta jaculetur, participes ac socios fieri.

G Scio sanè quod etiam de ordine capitulorum succensurus sit nobis, & plus loquendo quàm * solet; inanem contra nos strepitum verborum moturos; accusans videlicet ordinem contrà se nostrorum nullum esse dictorum: subnotationes, vt jam diximus, pravis nos ejus sensibus sparsim adposuimus, vel admovimus: non vllum adversùs eum condidimus librum. Ille sanè jacet,

* leg. decet.

(lll) *De nobis medio ceras implere capaces*
Quadruvio.

Nos cum ingenij tenuitate, Fide Christiana fundati à mundi sanè sapientibus longè semota, & exprobrationes ejus cum Patribus nostris & Magistris patienter excipimus, & exorbitationes illius à Catholica veritate, divinis Scripturarum nostrarum eloquiis, non sophismatum arte confutamus, convincimus & deflemus. Finit Prologus.

H

MARII MERCATORIS
LIBER SVBNOTATIONVM AD
Iuliani Pelagiani capitula.

Ex Libro eius primo (1) ad Florum, Capitulo CXXII. ita.

(2) SEd currant ad eum qui clamat, *Iugum meum suave est, onus meum leve est*; qui & malè agenti veniam pro inæstimabili bonitate largitur, & innocentiam, quam creat bonam, facit innovando, adspirandóque meliorem.

In edit. & in MS. Præmonst. malæ voluntati ... liberalitate.

Ad hæc:

Præter responsa sancti Viri, omnes quidem innovat creando; sed non omnes renovat regenerando, nisi

cus

A

eos tantum de quibus ipse ait: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest intrare in Regnum Cœlorum.* Seu, vt idem ait: *Nisi quis natus fuerit denuò.*

Vnde suspectus es fraudis & doli; quòd nusquam in toto opere tuo renovationis tibi visa est mentio facienda: sed (3) innovationis tibi sermo semper venit in mentem. Nam certum est inter innovationem & renovationem plurimum interesse. Innovatum enim, sicut omnibus notum est, intelligi potest, quod nunquam fuit, & noviter extitit: renovatum verò id, quod, vt cùm jam erat, in vetustatémque pervenerat, quod si renovetur, dicitur renovatum.

Sed nec probari facilè poterit divinam Scripturam vsam esse hac locutione, innovatione videlicet: sed de renovatione ei creberrimus sermo est. Audi invitus Apostolum Paulum dicentem: *Sicuti est veritas in* IESV *deponere vos, secundum pristinam conversationem, veterem hominem, qui corrumpitur secundùm desideria erroris: renovamini autem sensu mentis vestræ, & induite novum hominẽ, qui secundum Deum creatus est in iustitia*

B

sanctitatis & veritatis. Item idem: *Cùm autem benignitas & humanitas eluxit Salvatoris Dei nostri; non ex operibus iustitiæ, quæ nos fecimus, sed secundùm suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus sancti, quem ditissimè effudit super nos in Christo.* Item idem: *Etsi exterior noster homo corrumpitur, sed interior renovatur de die in diem.*

Deinde audi qui etiam adoptantur; audi, inquam, non me, sed Apostolum Petrum: Vos, inquit, genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, populus in adoptionem, vt virtutes Domini adnuncietis, (4) qui nos vocavit de tenebris in admirabile lumen suum.

Audisne quid dicat, sentisne quid prædicet? illos adoptari, videlicet, vt fiant in adoptionem populus Dei, qui sunt de tenebris evocati in illud admirabile lumen. Vnde consequens est, vt nisi quis fuerit de tenebris evocatus in illud admirabile lumen, non sit

C

genus electum, non regale Sacerdotium, non gens sancta, non populus in adoptionem esse mereatur.

An dicturus es forsitan & jussurus majores tantùm homines, qui de tenebris in illud admirabile lumen tanquam peccatores evocantur, ipsi tantùm fiant populus Dei? Parvuli verò ab ipso ortu suo in lumine constituti, expertésque tenebrarum; quia tantum, vt tu vis, innovati sunt, non autem renovati ex aliqua vetustate peccati, non sint ex populo Dei? Quis te Christianorum ferat ista loquentem? Quis te non exhorreat, & tanquam lethale virus fugiat hæc scribentem.

(5) Item in Libro secundo Cap. XVII.
Verba IVLIANI.

VErùm imbecillum cœcæ opinionis patrocinium multiplicat, peccata non minuit. Hic igitur mi-

D

serorum prurius* (6) & spontè decrescentium, nullum (7) contra ipsam veritatis rationem valet pondus adserere. Sed quia nonnullis Scripturarum locis, & maximè (8) Apostoli Pauli, adserunt naturale peccatum.

** M. S. Præmissi, sponte agrescentium ... ipsam rationem valebit. .. Pauli sermonibus confirmari afferunt, &c.*

(9) Ad hæc.

(10) Nemo dicit naturale vel naturam esse peccatum; (11) sed originale, & id in natura esse, non extra naturam, (12) nec absurdè abusivè dici posse naturale, non naturam. Nam deceptus ipse decipis, quoa potes; & tamen inter originale & naturale est nonnulla distantia: & quamvis (13) quod naturale est, possit & originale dici; Non tamen quod originatum est, & naturale cogit fateri.

Et accipe exemplum; Natura est omnis homo, cujuslibet ætatis, sexus atque conditionis origo, vt est Senator, Curialis, Servus, Colonus, Barbarus: quæ naturæ sunt nomina, sed originariæ conditionis. Ita

E

nos non dicimus naturam, vel naturale esse peccatum, sed originis causam addictæ serviliter per peccatum.

Quamvis, vt jam diximus, præter naturam, in qua sit, esse non possit: nisi dementissimè quærendum id extra hanc existimes; sua causa sit, propriam habens substantiam vel naturam. Et te ita sentientem devoret Manichæus, qui mali naturam sui juris, sui status & originis principatum tenere & habere cum impietate delirat.

Item in eodem Cap. paululùm infrà (14)
Verba IVLIANI.

OStensum est ergo nihil posse per Scripturas Sanctas probari, quod justitia non possit tueri; quia si in Lege Dei est perfecta forma justitiæ, nihil per eam adversaria ejus, id est, injustitia finitur virtutis adquirere. Ac per hoc; quod ratio arguit, non potest authoritas vindicare.

M.S. Pramonis vindicare

(15) Ad hæc.

Vellem probares tua ratione puerperium Virginis, vel conceptum sine virili permixtione; Dominum quoque hominem factum, & per ætatum incrementa

F

ad Crucem fuisse perductum. Quod quia humana ratiocinatio nulla consignat, per fidem divinorum eloquiorum authoritas vindicat.

Ridendum ergò, imò flendum in te est, quod ais: *quod ratio arguit, non potest authoritas vindicare.* Quis autem numeret tam magna, & tã frequentia contra hanc miseram declamatiunculam tuam, testimonia scripturarum, in quibus quia ratio investigare nihil potest, ad fidem recurritur, vt ejus authoritate salus æterna quæratur.

In eodem Libro Capite LVIII. (16.)
Verba IVLIANI.

AVt si fortè, quoniam aliter dogma tuum stare non potest, nisi Adam ex se concepisse, & peperisse responderis, Apostolum quidem non hoc sensisse

G

nulli dubium erit; tu verò quid sexui tuo volueris evenire monstrasti.

(17) Ad hæc.

Erubesce infelicissime in tanta linguæ scurrilis vel potiùs mimicæ obscœnitate. Vulgares tu dignus audire adclamationes. Vnus tu, Vnus (18) Filistion, Vnus Latinorum (19) Lentulus: Vnus tibi (20) Marullus comparandus; namque (21) Martialis & (22) Petronij solus ingenia superas. Te verissimæ Amsanctinæ (23) scaturiginis conregionalis tuæ teterrimus fœtor, te Averni lacus nocentissimus halitus, te postremò Atabulus provinciæ tuæ pestifer flatus inflavit; quibus tot morbis turgidus & malè sanus, imò insanus effectus hæc eructares, hæc evomeres, hæc exhalares: atque vtinam, quia hoc tibi fuisset vtilius, vitalem spiritum exhalasses! Antequam tam obscœna támque plena dedecoris impuro ore proferres.

Quis scenicus turpis, quis durio, vel sanio professæ

H

licentia turpitudinis publicè ista proferret? Te matronæ castæ, te honesti & ornati viri legant: Sed, si honestatis sint memores & pudoris, exhorrebunt; & velut monstruosam viperam, vt fertur hydra fuisse, diffugient.

(24) Túne sanctæ ac beatæ recordationis Memoris Episcopi filius? Tu Iulianæ primariæ fœminæ, & qua nihil honestius inter reverentissimas Matronas invenias, vtero editus? absit, absit, vt tibi istud credere ausim. Vernularum te cuiusm potiùs crediderim filium suppositumque illis, vt sæpe dicitur, fœtum: &, quod tu potiùs tanta oris tui petulantia & obscœnitate adprobas; aut, si id non erit, degenerasse illos in te nulli dubium erit, qui sanctus illorum hominum mores, sanctam vitam, institutúmq; noverint. Tuúmque sermonem in scriptis, prudenter inspexerint; quorum sanè post obitum sanctorum hominum, merita laudas.

A Sorores tuas talibus disciplinis tui oris erudisti. Novimus, novimus quid tibi vna earum, cùm tu nimis severus in ejus ruinam pudoris insurgeres, (25) objecerit, vel exprobraverit: atque tu mutus illicò non ausus es vlteriùs censuræ tuæ vllas dolori ejus inferre molestias.

(26) *Item in eodem libro Cap. LVII.*
(27) *Verba* IVLIANI

NOn enim dictum est, erunt duo homines in vno homine; sed, *erunt duo in carne vna.* Qua vnitionis nomine voluptas illa coëuntium, & libido, quæ (28) sensim adficiens membra consternat; ac, sicut ille prudens intelleait, vnam carnem gestit efficere; à Deo instituta, & (29) corporibus docetur inserta.

(30) Ad hæc.

Elegantes scorta loqueris, more tuo; eo more, quo
B (31) theatrum Arbitri, (32) Valeriique detrivisti. (33) Constat in illis prosatoribus, generis humani fuisse libidinem insitam eorum naturæ; quam quidem (34) Divina Scriptura, non vt tui libidinem solent, sed carnis concupiscentiam nominare; de qua illud implerent: *Crescite & multiplicamini, & replete terram.* Et illud: *Adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna* (35) Sed si mandatum divinum servassent, non eis fuerat, immoderata stimulatria, infesta & importuna incitatria; cùm non quæritur opus ejus; qualis nunc est trahens vi sua, & magna vasa plerumque de castitatis arce dejiciens.

Ergò si talis non est, sicut nec est, qualis naturaliter sobolis tantùm causa divinitùs fuerat data, vitiata est. Quo vitio sua cùm generat, quod nascitur ex vitio, vitiatum est; & inde, medio & redintegratore indiget Christo.

(36) *Item in eodem libro Cap. LXII.*
C (37) *Verba* IVLIANI.

ILle quippe non dixit peccatum transisse, sed mortem vtique judicij inlatam severitate, prævaricationis vltricem, non corporum semina, sed morum vitia persequentem.

(38) Ad hæc.

Bardissimè, tuo te pugione feristi: vis enim non peccatum, sed mortem transire per semina, quam tamen ais judicij severitate prævaricationis vltricem. Referatur igitur tibi de tuo: Quid hoc ad posteros, qui omnes omninò mortui sunt, moriuntur atque morientur, illa vtique morte, quæ per omnes homines pertransiit, vltria prævaricationis, vt dicis?

Nam illud aliud ridendum est, quod ais, mortem, quam pœnam dixisti esse peccati, solam transisse in genus, absque illo, quod hujus tanti mali extitit causa.
D En egregius justi Iudicis Dei defensor, qui pœnam prosatoris transmittis in posteros, pœnæ ejus causam non habentes.

Delectat autem quod subnectis, *non corporum semina, sed morum vitia persequentem*, tanquàm jubeas potiùs, quàm doceas nullum esse mortuum, neque mori, nec moriturum, nisi qui Adæ prævaricationis (39) extiterit imitator. Non pudeat tantæ vanitatis? Itáne nullus fuit, vel est futurus, vel est, saltem secundùm Magistri tui Pelagij definitionem, quæ à te tot libris defensa est: quâ ambo decernitis posse esse hominem sine peccato, & facilè Dei mandata servare.

Vt ergò dicebamus, vel secundùm vos ipsos, nullus fuit per tot secula, qui alienus hujus vestræ imitationis inventus, hanc in se Adæ pœnam non mereretur excipere, quam dicis prævaricationis vltricem; & quæ non semina, sed morum vitia jussa est persequi: & certè hi, quos dicitis posse esse sine peccato, & facilè Dei mandata servare, esse sine vitiis debent.

Postremò tot millia infantum absque vitio vllo, secundùm vos, nascuntur, nati sunt, atque nascentur.

E Cui itaque hac quæ judicij severitate vltrix inlata est, morte plectuntur, quam nec causa sua secuta est, nec, vt dicis, transit in quemquam lapsum. Hic tibi de manibus, vt ita dixerim, cecidit illud condiscipuli tui Cœlestij egregium definitum: quoniam peccatum Adæ ipsum læsit, & non genus humanum.

Hic est Cœlestius vnus ex illis, quibus tu tui operis libro primo de quatuor ad Turbantium, hæc ais: (40) *Doctores nostri temporis, frater beatissimè Turbanti, & (41) nefariæ, quæ adhuc fervet, seditionis auctores, ad hominum, quorum sanctis studiis vrruntur contumelias, & exitium decreverunt (42) per ruinam totius Ecclesiæ pervenire; (43) non intelligentes quantum his contulerint honoris, quorum ostenderunt gloriam, nisi cum Catholica Religione non potuisse convelli.*

Itáne oblitus amicitias, itáne consuisti defendere? An nunc tibi ipsi Patrono opus est, & decepti sunt, qui te sibi paraverant defensorem? & hæc à me, tanquàm qui te nimis callidum & disertum non intellexerim dicta sunt, Quod & tu sine vlla dubitatione jactabis, vbi si hoc tibi persuaseris plurimùm falleris.
F Ego enim te intellexi, & quid contra fidem tenacem recti impiissime sentias novi, & quibus verborum hoc modo vtaris ambagibus memoria teneo; & paululùm nos patere: & probabimus, abutens videlicet Christianorum simplicitate, qui in hos libros tuos legendos inciderint. Tua verba ista sunt, nempè: *In omnes verò homines non peccatum transisse, sed mortem inlatam vtique severitate judicij, prævaricationis vltricem.*

Hic, hîc te interim aliquantulùm teneam, hîc tecum moras aliquas vtiliter teram. Rogo, si simpliciter & nō dilemmatûs, tanquàm (44) Arcesilas & (45) Pyrrhus, (46) Loaias vnus, & tu nunc erroris spiritu loqueris: quomodo non & tu Traducianus es, vt tibi liber, & adhuc licet, nomen imponere Catholicis Christianis. Neque enim saltem mors ipsa, quam tribuis, aliter, vt etiam tibi placet, nisi per transitum seu traducem venit, atque ventura est; quam & vt (47) vis pœnam esse
G sine merito pœnæ.

Ad has igitur tu effugiendas angustias, quas tibi loquax magis quàm disertus ipse fecisti: replicas in consequētibus, ac (48) differis de illa te hîc morte, hæc dixisse; quâ mulctatus Adam est propter prævaricationē, quæ non corpora perimit, sed quæ per scelera, contemptu Dei, fit in anima, & est æterna, quippe ad æternum supplicium trahit, quam etiam Scriptura Sancta significat: *Vidua,* inquiens, *quæ in deliciis agit, vivens mortua est.* Et in Evangelio: *Sine mortuos sepelire mortuos suos.* Et hanc talem dixi, inquies transisse, & transire in posteros Adæ: Non omnes omninò, sed illos tantùm qui imitatores prævaricationis ejus, divinorum fuerint, sicut & ille, immemores mandatorum.

Cæterum illa, inquies, quæ resolutio corporis est, videlicet animæ à corpore separatio, fuisset in Adam, etiamsi non peccasset: vnde illa tibi commanipularis & condiscipuli tui Cœlestij & vtriusque vestrûm Magi-
H stri Pelagij, egregia definita sunt, quæ cum personis dudum (49) toto orbe, Ecclesiastica authoritate damnata sunt. Adam mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret, esset moriturus. Et quoniam peccatum Adæ ipsum solum læsit, & non genus humanum. Et quòd infantes in eo statu sint, in quo Adam fuit ante prævaricationem. Vnde illud quoque natum est vltimum vobis, quod in malum vestrum non sinuistis evomere. (50) Infantes etiam si non baptizati moriantur, habent vitam æternam. Et illud plus quam sacrilegum: neque per mortem Adæ omne genus hominum moritur, quia nec per resurrectionem Christi omne genus hominum resurgat: Hæc sunt nempe Magisterij vestri magnifica scripta: hæc eruditionis, vt dicitis, Christianæ: Sed nos Christiani non dicimus dogmata veritatis ad populum phaleras. Ego te intùs & in cute novi: Quid tibi prodest, vt idem Poeta ait:

Astutam servare patade in pectore vulpem.

A Ego te sane effossis tortuosissimis & fœtidis suveis tuis diligenti investigatione in lucem pertraham Christianis populis exponendum.

Audi nunc & tu, & qui me & te dignanter habuerint legere, quid contra hunc sensum tuum impiissimũ, pravissimum, impudentissimũ, petulantissimũ, quæ olim ipse pronuntiaveris, in (51) epistolâ videlicet tuâ, quam ad Sedem Apostolicam illo tempore ausus es mittere, quando (52) conventus (53) detrectasti cum vniversa Ecclesia per totum orbem, Pelagium Cœlestiumque damnare. Quæ antequam in manus sanctæ illius Romanæ Ecclesiæ veniret Antistitis, te agente à nonnullis à te deceptis per totam penè Italiam circumlata est, & tanquam magnum aliquid multorum auribus insinuata cognoscitur.

(54) Ibi namque inter cætera ita ais: *Qui est igitur adsertor, quòd neque post mortem Adæ omne genus humanum moriatur, neque per resurrectionem Christi omne genus hominum resurgat; contra Apostolum sentit dicentem*: sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo B omnes vivificabuntur.

Hic (55) quâ fraude, & quo dolo, quos Omnes dicas & sentias novimus & tenemus, videlicet non omnes omninò homines, hoc est, totum genus humanum, sed hos omnes qui imitatores Adæ esse voluerunt. Et per resurrectionem Christi quòd ille Apostolus dixit omnes resurrecturos, similiter sine dubio dicas necesse est, non omne prorsùs genus hominum resurrecturũ esse: sed tantùmmodò justos & sanctos, qui Christi justitiam & sanctitatem fuerint imitati; (56) cùm constet omnes omninò resurrecturos esse per Christum, quamvis alios ad regnum, alios ad judicium.

Et addis: *iure igitur improbatur, qui huic sententiæ contradicit, qua ait*, per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. *Item quòd peccatum Adæ ipsum solum læsit, & non genus humanum. Et hac sententia*, inquis, *à nobis meritò refellitur. Non enim soli ipsi, sed generi humano obfuisse credendum est*. Et hîc quid C egas salvo tibi, vt putas, sensu tuo pravissimo & tortuosissimo latere nos non potuisti; quia ipsi, vt vis docere, quamvis pauci in comparatione totius generis, humanum sunt genus. *Item quod infantes*, inquis, *in eo statu sint in quo Adam fuit ante prævaricationem*, (57) *inter indisciplinatas*, ais, *reputo quæstiones; Non enim per omnia in eo statu sunt, qui nascuntur hodie, in quo Adam fuit ante peccatum, quamvis & istos opus Dei esse, sicut & ille, negari non possit*.

Quem & hîc statum dicas & sentias, scilicet, vt arbitraris, tibi sensu tuo, optimè novimus: non Adæ videlicet, ante peccatum, sed exiguitatis & parvitatis, in qua nascuntur infantes. Memento sanè nihil te hîc modò dixisse de parvulis non baptizatis, si fuerint in morte præventi, habere eos vitam æternam: quod falsissimum est, quia hoc non Christus vult, nec vo- D luit sicut tua vecordissima temeritas jubet & docet.

Item subnectis: Adam etiam mortalem factum, qui sivè peccaret, sivè non peccaret, fuisset moriturus, nec hoc esse, dixisti, ratione subnixum. *Credendum est enim*, inquis, (58) *mortalem quidem factum, sed qui si non peccasset, per gustum ligni vitæ utriusque posset immortalitatis adipisci. Malè igitur dictum est sivè peccaret, sivè non peccaret fuisse moriturum*.

Calumniatum me tibi ne vel quisquam, vel tu ipse dicas contra hæc te postmodùm non sensisse definita: Audi iterùm quid verbis tuis in libro tuo, de quo egimus teneatur, (59) Capitulo L X V. *Intravit igitur secundùm Apostolum per vnum hominem peccatum, & per peccatum mors: quoniam illum & reum & (60) damnationi mortis perpetuæ destinatum mundus adipexit*.

Certè dicebas & negabas in hunc mundum per illum vnum hominem intrasse peccatum, cùm nunc confitearis intrasse. *In omnes autem*, inquis, *homines mors pertransiit, quia vna forma iudicij prævaricatores quosque reliquæ comprehendit ætatis. Quæ tamen*, ais, *mors, nec in sanctos nec innocentes vllos sævire permittitur; sed in eos tantùm pervadit, quos prævaricationem viderit* (61) *æmulatos* (62) *quia prævaricatio licet non sit facta natura alii, fuit tamen forma, peccati; atque ob hoc, licet non adgravet nascentes, tamen accusat imitantes*. (63) *Mors autem iudicialis transit in eo, in quo peccaverunt omnes, sed libera voluntate*.

E Ad hæc.

Si judicialis est ista, quâ mulctatus Adam est, & ipsa est quæ transit, & transit in posteros; non, vt ais, omnes omninò, sed ad solus imitatores, quæ vel qualis erit illa alia, quæ animam è corpore separet? Hic arctatus, naturalis, inquies, quia Adam sivè peccaret, sive non peccaret, moriturus fuisset. En (64) stemma Christianum, en Ecclesiastica antiqua traditio. Sed vides, nempè quomodò teipsum in dictis tuis contrariis tibi, tanquàm Vipera lanians, cum verborũ crepitaculis magis, quàm vllis declamationibus studiũ inane dependis.

F Vellem autem te pressius interrogare de morte cujusque modi quid sentias, qui earum vnam quamlibet saltem transire permittis. Velim ergò dicas mihi, quid sit mors, quæ tuo judicio transit. Substantia est, vel natura? An res aliqua accidens?

Meminimus enim tempore, quo præsens in vrbe Romà, cum periculis amentissimi erroris tui, in nonnullis simplicioribus Ecclesiam ventilabas, qualiter interrogabas: *Quid est peccatum*, inquiens, *malúmne aliquid, an bonum?* Malum vtique respondebatur tibi: Ad hæc addebas. *Deúsne huius mali author & opifex?* Absit, absit, exclamatur tibi, longè, quàm longè sit ista dementia. Hoc nec impiissimus profiteri ausus est Manichæus, qui mali authorem Deum non sentit, nec profitetur: Sed id proprium habere à sempiterno principium, propriam essentiam, propriámque naturam scelestissimè flagitat. Vbi mox tunc ipse quærendum esse dicebas: (65) *Vtrum peccatum substantia esset, an natura, an res aliqua accidens?* Vbi cùm paululùm hæreret Christiana simplicitas, taliter inferebas, peccatum nullo modo posse esse substantiam vel naturam; quia si habet naturam, aiebas, Deum habet opificem, & authorem: G Nulla est enim natura, quam non condidit Deus. Sed quia suprà constitit, authorem eum mali non esse; non est ergò substantia, vel natura peccatum, quod malum esse apertissimè claruit. *Et quod substantia non est*, inquis, *in substantiam, seu naturam quod homo est, transire, nullo iure, nulla ratione credendum est*. Atque concludebas: *malè igitur & stultè traducianum ex Adam creditur esse peccatum*.

Vt ergò suprà dicebam, patere me, vt ego quoque te iisdem argumentorum interrogem lineis, vt nos doceas respondendo. Mors saltem hæc, quæ secundum animam est, & est æterna, quamque Adam transgressor excepit, & transmisit in posteros, quam tu solam ad quantoscumque non omnes omninò homines generaliter, sicut Apostolus ait, sed ad paucos admodum imitatores transire definis (Nam de illa altera quæ à corpore animam separat, tibi nulla sit mentio) substantia est H aliqua vel natura, an res quædam substantiæ accidens?

Tu, si adhuc aliquid in te luminis habes, respondebis & dices eam naturæ substantiæ accidisse, nec posse dici substantiam quæ pœnalis data est primo trãsgressori, & deinceps generi humano. Nemoq; prudentum, inquies, pœnam dixerit esse substantiam vel naturam. Vbi tu mox tuis cassibus concludendus es, nullo pacto mortem illam esse judicialem, quia pœnalis est, quæ substantia nulla est, quam tu in posteros saltem imitatores Adæ transmittis, tanquam de substantia in substantiam vel naturam, quod homo est, posset transire, declaratum est.

Quid ais, egregie perditorũ Magister & Dialecticæ disputator, vidésne quò cecideris? Sentisne num saltem quantùm à veritatis tramite deviaveris? Sed tibi interim si vllus pudor est, nunc ista sufficiant. Si autem Deus vitæ commeatum dederit, & ad retractandos hos

A optimos libros tuos, & illam sapientissimam epistolam tuam relegendam, tempus indulserit; quando Dominus voluerit, tibi iterum respondebimus. Proferam interim & alia tua, quæ cum magna execratione vitemus.

Item ex libro 3. de quatuor ad Turbantium editis propè principia Capituli III. (66.)
Verba IVLIANI.

QVia (67) gratiam baprismatis dicimus oon pro causis esse mutandam, quòd ipsa dona sua pro accedentium, capacitate dispensat. Ideoq; Chtistus, qui est operis sui redemptor, auget circa imaginem suam continua largitate beneficia; & quos fecerat condendo bonos, facit innovando, adoptandóque meliores.

(68) Ad hæc.

Vellem priùs doceres & probares parvulos, quos opus Dei fateris, & negas reos; vnde illis captivitas fuerit, vt opus habeant redemptore? (69) Nemo enim pretium redēptionis importunè pro libero offert. (70) B Ex qua etiam renovandi, seu, vt tu vis, innovandi sunt vetustate ij quos esse dicis imaginē Dei: Si progenitoris Adæ nō sunt, vt putas, vetere peccati fœditate turpati?

Sed te de baptismo parvulorū ad hoc magis arctabo; vt te convincā definitionibus tuis illud magis sentire quòd eo opus non habeant, sed verbo te tantùm, propter eludēdos simplices: baptizari oportere censere, rebus verò per disputationum sententias denegare: qui enim, secundùm te, statū habent nativitatis immaculatū, (71) vnde mundandi sunt, cùm lavātur? Et cùm nullo, vt vis, originis suæ reatu nascuntur obnoxij; vnde liberandi sunt, vt verè & propriè Christus sit eis etiam IESVS, quod in Latinum eloquium Salvator exprimitur? Et qui nullum generationis suæ vitium trahunt, vnde regenerandi?

Postremò innumerabilibus interim omissis illud adversùm te dicendum est. Si hunc statum, vt dicis, innocentiæ & puritatis, quem Adam habuit ante peccatum, parvuli in suo ortu sortiti sunt: Quos nulla, vt tu de- C cernis, ejusdem progenitoris aspersit macula, contagio nulla fœdavit, vt crescens cum libero voluntatis arbitrio, quod est in natura vsque ad vltimum vitæ exitum: Si nunquam ab ingenitis vel cōgenitis sibi bonis sunt delapsi, quid eis fuit Christi baptisma necessarium? an fortè dicas propter regnum cœlorum, & in filios adoptionem? Cur enim talis status, tantáq; posteà actibus propriis vitæ sanctitas adquisita servatæ naturæ non eos vel ad regnum illud admitteret, vel in filios adoptaret? Sed tanquam ab æditio quodā & pervigili Præsule irruentes audiant iterùm: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest intrare in regnum Dei.*

Et videamus baptisma ipsum cujus virtutis sit, quot & quantas beatas habeat vias, effectum, causas. Dicit de illo Paulus Apostolus: qui nos redemit, salvos fecit per lavacrum regenerationis & renovationis: Ergò & salus & redemptio & renovatio est. Nulláne ergo pœna erit non baptisatis parvulis, non habere salutem, redem- D ptionem, renovationem; postremò non intrare in regnum cœlorum: Non erui de potestate tenebrarum & transferri in regnum filij charitatis Dei: Non manducare carnem Domini & bibere sanguinem ejus? (72) De quo sacramento vox Salvatoris est: *Nisi manducaveritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobismetipsis.* (73) Quod certè absq; vlla tergiversatione, sine baptismo nullus vsurpat, nec fit illius particeps Sacramenti.

(74) An jubes, vt soles, etiam hîc tergiversando dicere hanc de carne, & sanguine Domini sumendo, non esse sententiam generalem, sed specialem ad eos videlicet quibus præsentibus tunc loquebatur. Audiant, audiant, si ad hoc prosilieris, Christiani, & tibi referant hoc pacto Dominicam cœnam, in qua cum solis Apostolis tantùm contestatus de eodem, de corpore suo & sanguine, Sacramenta observanda condebat: ipsis solis esse mandatum, & ad nullum alium, qui vel tunc in E illa cœna non interfuit, nec ad omnes posteros pertinere pronuncias.

Vidésne quibus laqueis, quibus angustiis suffoceris, cùm negas originis vinculum: de quo omne prorsùs genus humanum, omnem ætatem, nisi per hæc Sacramenta, in quibus lavacrum prius est regenerationis & renovationis, Christus absolverit, magnum esse malum, magnam pœnam, & inevitabilem damnationem?

Quibus collectis contra tantam & tam manifestam impiissimam audaciam tuam, constat te magis, vtpotè sequacem Cœlestij qui definivit, infantes etiam non baptizatos, habere vitam æternam, negare parvulos baptizari debere Sed, vt jam dixi, *tantum verbis includere, sensu verò apertam cum Paganis & Iudæis impietatem teneri.

* *Lege* tantam verbis includere

Quod vt loce clarius probemus, audi quibus nominibus cum causis propriis, quæ Christus in suis beneficiis humano generi contulit, parvulos facias alienos, ipsúmque Dominum Christum Iesum bonum nihil his debere, nihilq; præstitisse. Nempe vis, non vis, vivificator est Christus. Hic interrogabo, & animæ, & corporis? invitus licèt, ita fateberis. Repetam interrogatio- F nem, totius omninò ætatis? Respondebis, totius. Pressius exigam, & parvuli? dices, etiam.

Sed audi, dicam tibi quomodo iste, &, vt ita dicam, quâ arte vivificet. *Deus autē*, inquit præco ejus, & vas electionis Paulus Apostolus, *qui dives est in misericordia, propter multam charitatē, quâ dilexit nos in Christo, cujus gratia salvi facti sumus.* Quid, nonne cum eis cōnumeraverit, & connuncupavit & parvulos? an fortè sunt ab ista miseratione, & dilectione, quia non sunt mortui peccatis, & expectant te vanissimum janitorē, vt tunc eos admittas ad misericordiam vivificandos, quando à miserando cessaverit, peccatores, vt eos aliter, quàm alios vivificet: Sed transeamus hinc, studio brevitatis, ad aliud vocabulum, (75) quod Salvator est. In Evangelio ita scriptum est: *Natus est vobis hodie Salvator in civitata David.* Vnde & Græco eloquio IESVS propriè, & ad Zachæum: *Salus hodie domui huic facta est, quoniam & iste est filius Abrahæ.* Item: *Venit* G *Filius hominis quærere & salvare quod perierat.* Audísne quid dicat, *quod perierat*, inquit. Tu sine dubio, quia parvulorum greges non perisse pronuncias, non salvantur, non requiruntur. Hoc & de ove perdita audi quæsita, & inventa: hoc & de dragmate vel manipulo, qui perierat. Item Apostolus Paulus: *Humanus sermo & omni acceptione dignus; quia Christus Iesus venit in mundum peccatores salvos facere, quorum primus sum ego.*

Hinc tu egregius Magister amolire parvulorum catervas, vt ad hunc non currant, qui venit salvare quod perierat, qui non venit vocare justos, sed peccatores in pœnitentiam: qui baptizat in remissionem peccatorū, qui ovem quærit quæ aberravit; qui dragma, id est manipulum*, qui perierat, qui pro peccatoribus mortuus est, qui fodit sanguinem in remissionem peccatorum, qui pro peccatis hominum traditus est, qui vulnera- H tus est propter iniquitates nostras, qui peccata nostra portavit in corpore suo super lignum, qui tanquam ovis occisionis pro peccatis oblatus est, qui delevit chirographum debitorum; qui secundùm Apostolum Petrū, passus est, justus pro injustis, vt nos adducat ad Deum; cujus sanguis, secundùm Ioannem Evangelistam, purgat nos ab omni delicto, qui cùm infirmi essemus, secundùm tempus pro impiis mortuus est, vt Paulus dicit Apostolus; qui in similitudine carnis peccati, de peccato damnavit peccatum in carne, vt idem Paulus est testis; qui reconciliavit nos ex offensa Deo Patri, vt idem denuò dicit Apostolus; qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, & vnus pro omnibus mortuus est, vt nos eriperet de præsenti sæculo malo.

Et quis finis erit, si hîc omnia recensesmus, à quibus hic Doctor egregius abigit innumerabilem multitudinem parvulorum. Quòd illuminat, nos Ioannes

A Apostolus ita dicit: *Quod si in lumine ambulaverimus, sicut ipse est in lumine, societatem habebimus in invicem, & sanguis IESV Filij eius purgabit nos ab omni delicto.* Rogo quibus auribus, quâ fronte audis sanguine nos IESV Filij Dei ab omni delicto purgari, cùm tu nullum infantes delictum habentes, vt dicis, ab hoc sacro-sancto Sanguine arceas.

Quòd redemptor est audi: *Gratias*, inquit Apostolus, *agentes Deo & Patri, qui nos idoneos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij charitatis suæ, in quo habemus redemptionem, remissionem peccatorum.* Putásne evigilabis tanto somno depressus, & audies quid dicat, & sentires quo pudore dejecisti de parvulis Christum qui est operis sui redemptor; cùm hic tantus Præco dicat redemptos, & scilicet qui sunt extracti, vel extrahuntur de potestate tenebrarũ, & transferuntur in regnum Filij charitatis Dei, redemptionisque munus nisi cum peccatorum remissione non obtineri?

B Audi adhuc, vis, non vis, & invitus: *Qui dedit semetipsum, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum æmulatorem bonorum operum.* Abige ergò hinc infantes: quia ab iniquitate, quam non habent, non redimuntur, nec mundantur, quia vnde mundari, vt dicit, non habent, vt Dei populo æmulo bonorum operum socientur.

Et in isto quidem capitulo redemptionis si omnia persequamur, vt possimus ostendere baratrum vanissimæ impietatis tuæ, quando finiemus? Vnde (76) commodius est arbitror, vitandæ prolixitatis causa, congerere quanta possumus beneficiorum nomina Salvatoris, & & de paucioribus eorum, rara & pauca Scripturæ testimonia subdere; à quibus tua impietas excludere conatur infantes, vt qualis, quantusque sis nuarus sanæ & rectæ fidei inimicus, omnibus pateas.

Quòd liberator est Christus, quòd mediator, quòd propitiatorium. Velim dicas causam mediationis pro parvulo, quem causam habere negas offensæ: diceres etiam propitiationis aditum, quem nullam culpam, pro qua remissior propitietur Deus, habere decernis. Quod Medicus, qui non nisi male habentibus necessarius est.

C Quòd reconcilians, Paulum audi dicentem: *Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius, multò magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius.* Item: *Idem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis peccata eorum.* (77) Et post paululum, idem ipse: *Non solùm autem, sed & gloriamur in Deo per Dominum nostrum* IESVM CHRISTVM, *per quem nunc reconciliationem accepimus.* Tu ad hanc reconciliationẽ quâ fronte non vis parvulos pertinere.

(78) Quòd circumcisor, in consequentibus audies. Interim da huic infanti præputium, quod esse illi negas, vt circumcidatur. Quòd pastor, sed nullam ovem in ovile suum recipit, quam non priùs circumciderit: & hanc itaque circumcidit, quæ mortua est in delictis, & præputio carnis suæ: quia & ad oves perditas venit. Quòd misericors & miserator est, audi Apostolum Paulum: *Eramus*, inquit, *& nos filij iræ, sicut & cæteri. Deus autem qui dives est in misericordia, propter multam charitatem, quâ dilexit nos; & cùm essemus mortui peccatis, convivificavit nos Christo.*

D Quòd testator, quòd consolator, quòd advocatus, quòd adoptans vel adoptator, qui quos vel quales adoptet, quia tu nimia obstupuisti. Audiât Catholici Christiani Petrum Apostolum dicentem: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus in adoptionem, vt virtutes Dei annuncietis eius, qui vos vocavit de tenebris in admirabile lumen suum.* Quod regenerator, sed nullum regenerat, nisi qui vitium in prima generatione contraxit alioqui bene se habente, vt tibi placet, generatione quæ justa causa regenerationis existat? Aut quid est quod in illa debeat emendari, vel corrigi, nisi quod forsitan pravum est?

Quod justificans, vel justificator est: Audi Apostolum Paulum, *Sicut est veritas in* IESV *deponere vos secundum pristinam conversationem, veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renovamini autẽ* E *sensu mentis vestræ, & induite novum, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis.* Hi quos vetustate nulla indutos esse pronuntias, quid facient si tu audient. Non accedent ad renovatorem, non eo induentur, deposita vetustate, vt renoventur spiritu mentis suæ.

Quòd de tenebris transferuntur ad regnum qui fuerint baptizati, audi Apostolum Paulum: *Gratias*, inquit, *agentes Deo & Patri, qui idoneos nos fecit in partem sortis Sanctorum, in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij charitatis suæ, in quo habemus redemptionem remissionem peccatorum.*

Rogo, quo ore, quâ potiùs impudentiâ ista tibi aliter visa sunt consideranda, ne tantæ lucis veritate, & rationis Christianæ pondere premeris. Separabis igitur, etiam ab hoc capitulo parvulos; ne insontes, secundùm te, & qui in luce sunt merito innocentiæ constituti, extrahi videantur de potestate tenebrarum? Sed, E verecundissime mortalium, non aliter nec priùs, transferuntur in regnum filij charitatis Dei, nisi priùs extracti fuerint de potestate tenebrarum: & nisi habuerint redemptionem remissionis, scilicet peccatorũ. Et nota hic (79) redemptionem, quã tu dicis, & concedis, sed nescio quam confictam & alteram, quam Apostolus non dicit esse primo in loco nisi peccatorum remissionem.

Quòd mundator seu expiator est: Audi Baptistam Ioannem, *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Quid hic, quæso, Agnus iste significat nisi victimam pro peccatis, qui pro suis certè quos capiat, cùm oblatus est, & quotidie in suis Sacramẽtis offertur, remissionem præstat præteritorum & præsentium peccatorũ.

Iubéine igitur vt parvuli obnoxij in nullo peccato, hanc sibi dicant hostiam minime profuisse? Quæ tantùm pro peccatis, vel pro peccatoribus mactata cognoscitur. Quia audire debes quid Præco hujus victimę (80) in consequentibus epistolæ prædictæ. *Et sanguis* G IESV *Filij Dei mundavit nos ab omni delicto.* (81) Item idem: *qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos ab omni iniquitate redimeret, & mundaret sibi populum æmulatorem bonorum operum.*

Quò te vertes? quò fugies vt hos laqueos evites? Vidésne, impudentissimè, hostiæ hujus sanguinem mundatorium esse peccatorum, redemptionem quoque ab omni iniquitate, per quem sibi præparet populum æmulatorem bonorum operum? & tu fronte ferreã, & corde saxeo separas parvulos à populo Dei, qui e spiratus & redẽptus, tot, & talibus divinis pręmiis gaudet.

Quòd delet chirographum, audi Paulum Apostolũ: *Et vos, cùm essetis mortui delictis, & præputio carnis vestræ, vivificavit cum illo: delens quod adversum vos erat chirographum in sententiam decreti, quod erat contrarium vobis: tollens illud de medio, affixit Cruci exuens se carnem, principatus & potestates traduxit fiducialiter triumphans in semetipso.*

Quid hic astrues, doctor egregie, delet in Baptismo etiam chirographum parvulorum. An nullum habentes chirographum, nec proprium, nec paternum, ad hanc H largitoris gratiam non curas admittere? Audiant hic, quid sentias, Catholici Christiani: & quem te esse intelligere debeant, ipsorum permitto judicio.

Quòd vita est Christus, audi Ioannem Apostolũ, *& hoc testimonium est, quia vitam æternam dedit nobis Deus, & hæc vita in filio eius est, qui habet filium, habet vitam; qui non habet filium, non habet vitam;* (82) *sed iudicium Dei manet super eum.* Heia præceps admittes, vt sine baptismo parvulus hanc habeat vitam? hæsisti vt credo, hic, & in eodem luto hærendo visũram solvis. (83) Si igitur non habet sine hoc Sacramento vitam, judicium Dei manet super eum. Vnde hoc non quæro, legentium prudentia intelligat.

Quòd reficiẽs & relevans, Dñs in Evangelio: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam. Tollite iugum meum super vos: & discite a me,*

A *quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suave est, & onus meum leve est.* Nûquid & hic erit vlla dubitatio? nullus ad illum concionatorem properaret, nisi qui oneratus aliqua sarcina labore conficitur: qua deposita tollat leve jugum ejus super se mitis & humilis corde. Et quid est aliud, nisi vt diximus sarcina peccatorũ: Quæ dum, vt te delectat, parvulis nulla est; non audiant hunc concionatorem, quem Græci Ecclesiasten nûcupant: Et intelligere non curent de tollendo miti & levi jugo ejus: Quia nullum quod deponerent, onus habuêre.

Hæc inter Christianos audire nunquid fas est? Vósque adhuc pati garrire ex negligentia Sacerdotum, nõ vltima pœna est. Habes, vt credo, quod te tangat, & stimulet: Sed, si te nerùm commoveris; scio quòd, donante Deo, vlteriùs vt te non commoveas, arctius colligaberis. Adhuc tamen necessaria consideratione, ad superiora te ducam; pressiùs explorans quid de pœna, B quam progenitorum prævaricatio divino judicio meruit, sentias.

Et ad hanc te quæstionem reducens, patefaciam iterùm barathrum tuum, quæ enodara cùm fauces tuas Divinarum authoritate presserit Scripturarum; scies te Gentilibus & Iudæis, ex omnibus libris tuis arma ministrasse, sed sanè plumbea. Non enim ad expugnandam in Christo fidem, vllas vires habere potuerunt.

Ea, quæ ejusmodi sint, iterùm iterúmque videamus. In quibus quis iste, quæso, error est inexplicabilis labyrinthi? Quæ inexolubilis (84) Tebani monstri problemata in epistola tua, quæ, vt memoravimus, ad sanctæ memoriæ Papam Zosimum missa est. Displicet tibi, eúmque condemnana, qui sentit Adam mortalem factum; qui sive peccaret, sive non peccaret, fuisset moriturus. Et ais nec hoc esse ratione subnixum. *Credo enim esse*, inquis, *mortalem quidem factum; sed qui si non peccasset, per gustum ligni vitæ posset virtutem immortalitatis adipisci.* Adjungis etiam jure improbandum, qui C prædicanti Apostolo contradicit dicenti: *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita omnes in Christo vivificabuntur.* Múxque hoc aliud testimonium subdit: *Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum.*

Quæ cùm simplex Christianus audit, nihil doli, nihil credens adferri fallaciæ, more quo ab Apostolis doceri solita est Ecclesia, optimum & suum arbitratur Magistrum: intentaque ad reliqua ejusdem Apostoli, quæ in causa prosequeris, audienda decernit.

At tu aliud clausum in pectore, aliud promptum in lingua novus, atque egregius disputator. Id nunc isto opere tuo post tam longum tempus (85) elaborato in Cilicia ingeris. Necessaria igitur capituli repetitione: Quid mari exarato, & Oriente lustrato, novum, inauditumque inde attuleris denuò perscrutemur.

Intravit igitur, inquis, *secundum Apostolum, per vnum hominem peccatum in hunc mundum, & per peccatum* D *mors. Quoniam illum, & reum, & damnationi mortis perpetuæ destinatum mundus aspexit.* Et subjungis: *In omnes autem homines sola mors pertransiit; quia vna forma judicij prævaricatores, quosque etiam reliqua comprehendit ætatis. Quæ tamen mors, nec in Sanctos, nec innocentes illos sævire permittitur. Sed in eos*, inquit, *tantum pervadit, quos prævaricationem viderit æmulatos, quæ prævaricatio licèt non sit facta naturalis, fuit tamen forma peccati; atque ab hoc, licèt non adgravet nascentes, tamen accusat imitantes. Mors autem judicialis transit in id, quod peccaverunt omnes, sed libera voluntate.* Hæc inde sunt probabiliora & eliquatoria sensu doctrinæ, illorum verò superioris temporis definitorum facta jactura est.

An est tibi aliquid latens profundum, quod nobis fortè à Brachmanis, Gymnosophistis, vel Hyperboreis, aut si quæ aliæ gentes sunt nostri orbis sapientiores, sit exponendum? Veniam ergò ad istud recentius definitum, per quod placuit intrasse per vnum hominem peccatum, & per peccatum mortem, in omnes autem homines mortem solummodò pertransisse.

E Rogo, nolo abutaris tarditate, vel ingenuitate ingenij mei. Duo quædam dicis ingressa, peccatum, & mortem, sed solam vis pertransisse in omnes: sed non omninò omnes homines mortem persolvere: Quia si intravit peccatum, & non pertransiit, ibi remansit, quod intravit, credo expectandum socium donec exeat & illud, aliquo peracto negotio.

Quòd si seriò agimus, & ridendum de tanta re non est, secundùm te ipsum, si intrare potuit peccatum, pertransiit; si autem transire non potuit, nec intravit. An ad hoc intravit vt staret? quod absurdum est, etiam dicere pertransit, nisi in omnes homines potuit pertransire. Deinde quomodò imitativum, vt tibi placet, peccatum transitum habeat, & originale non habeat, nunquam poteris explicare.

Hæc sine cachinno, imò sine fletibus legi non possunt, quia potiùs Christianis deflendus es, quàm ridendus. Legentibus te igitur, sed Christianis & prudentibus, quid de vanitate tua sentire debeant, permittamus. F Quis enim te in superiori sententia tua vel suspicari posset aliud sentire, quàm illi omnes qui sanctæ memoriæ Papa Zozimo præsidente, Dei Sacerdotes Pelagiũ, Cælestiúmque, téque damnarunt super his omnibus de Adam capitulis, quæ a te anteà improbata sunt, & condemnata; & nunc tanquam recollecta & recondita in fidem tuam recipi meruerunt.

Deinde super hac quæstione, mortis videlicet, videamus quid Ecclesia vniversalis, quam Græco sermone Catholicam dicimus, dicat, sentiat, suósq; filios doceat: quânam sciat morte Adam & Evam post prævaricationem fuisse mulctatos; illane quæ à corpore animã separat, quamq; cõmunem omni prorsùs humano generi, ex illo novimus & videmus? an illâ quæ secundùm animam dicitur & est æterna? de quâ scriptũ est, *vidua quæ in delicijs agit, vivens mortua est.* Et iterùm: *Sinite mortuos sepelire mortuos suos.* Et si quæ alia ad hanc intelligentiam proferri possunt.

Sed dubium non est vtraque eos esse mulctatos, & vtriq; Christum remedium attulisse: Nam cùm per lavacrum regenerationis & renovationis peccata remittit, & immortalitatem per resurrectionem carnis, quam G nunc in spe per fidem tenemus, vno omnibus simul tempore collaturus est: Non aliter protoplastos generis humani prædictos condemnatos fuisse quàm gemina morte credendum est, & in genus vtrumq; transire.

Sed quia hanc corporalem mortem eruditissimus hic Magister naturalem illis extitisse, nobisq; esse pari modo naturalem sentit: Hæc docere conatur, nec eam per peccatum aliquando transisse, nec transire posse per semina. Videamus, vt dixi, quid de eâ interim Paulus Apostolus senserit, atque prædicaverit: Ad Corinthios namq; scribẽs cùm de resurrectione corporis ageret: cui à contrario mors ista est, id est, resolutio corporis, vel separatio ab eo animæ est. Ista latiùs loquitur. Notum autem vobis facio, Fratres, Evangelium, quod prædico vobis, quod accepistis, in quo & salvamini, quâ ratione prædicaverim vobis, si tenetis nisi frustra H credidistis; tradidi enim vobis imprimis, quod & accepi: Quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundùm Scripturas.

Heia, devie, pronuntia, si audes Christi mortem, qui pro peccatis mortuus est, ad parvulos, quos esse sine peccatis defẽdis, non pertinere, aut eos in morte Christi non baptizari. Et quia sepultus est, inquit, & quia resurrexit tertia die secundùm Scripturas, & quia visus est Cephæ, & post hæc vndecim; deinde visus est plus quam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent vsque adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde visus est Iacobo: Deinde Apostolis omnibus, novissimè autem omnium tanquam abortivo visus est & mihi. Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. Gratiâ Dei sum, quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi; non ego autem, sed

A gratia Dei mecum sive enim ego, sive illi, sic prædicavimus, & ita credidistis. Si autem Christus prædicatur, quòd resurrexit à mortuis; quomodò quidam dicunt in vobis, quia resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit: Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est & Fides nostra. Invenimur autem & falsi testes Dei, quoniam testimonium diximus adversùs Deum, quòd suscitaverit Christum, quem non suscitavit. Si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit, quoniam si Christus non resurrexit, vana est fides nostra, & adhuc estis in peccatis vestris. Ergo quot dormierunt in Christo perierunt: Si in hac vita tantùm in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit, primitiæ dormientium. Quoniam enim per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: & sicut in Adam omnes moriuntur, ita omnes in Christo vivificabuntur. Vnusquisque autem in suo ordine, primitiæ Christus: Deinde hi qui sunt Christi, qui in adventum ejus crediderunt. Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo, & Patri. Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus. Novissima autem inimica destruetur mors. Item idem post pauca. Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, in novissima tuba canit enim, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur: oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Tunc fiet sermo, qui scriptus est, absorpta est mors in victoria. Vbi est mors aculeus tuus? Vbi est mors contentio tua? Stimulus autem carnis peccatum, virtus verò peccati lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum I. CHRISTUM.

Audistine, insanissimè, sentisne nunc, saltem singulari impudentia, & furore rabidissime, *per hominem mors*, inquit. Quæ hìc mors est, dicito nobis, per hominem percurrisse prædicatur. Tuáne illa? An quam novit Ecclesia jam Christi resurrectione devictam, in nobis etiam in finem vincendam? Sed admoneo, præbe aurem, & audi sequentia: *Sicut enim in Adam*, inquit, *omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur*. Quis vnquam dubitavit hìc vivificationem vllam aliam nisi carnis resurrectionem in omnibus hominibus, futuram intellexisse Apostolum.

Iubésne igitur soli admodum pauci resurgant, & in ipsis tantùm mors devicta, ad quem finem vincenda sit, qui prævaricantem Adam sunt vel fuerint imitati; in quos tua ista (quia tua semper dicenda est) mors potuit pertransire: & non omnes omninò homines, quia ex Adam & Eva primis transgressoribus mortalitatis, non illis ingenitæ, sed per peccatum quæsitæ originem ducunt? & quid sibi vult tāti hujus Præconia tam prolixa, sana tamen, & salutaris super hoc doctrina verborum? Si tu novus, quem Deus avertat, erroris spiritus audiaris. Nec tibi calumniandi nobis aditus vllus
D patebit, tanquam dicamus atque sentiamus: Æqualem resurrectionem, id est, vnius meriti omnibus esse præstandam: Quia omnes, licèt diverso exitu vnâ tamen morte moriamur. Cùm evidens Apostoli nos doceat sermo dicentis: *Vnusquisque in suo ordine*. Et iterùm: *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur*.

Repetat quoque proximè Lector superiora contra te dicta nostra, vbi diximus prosatores nostros vtraque morte esse mulctatos: Et videat quid senserim super isto capitulo, tuasque lapide illo angulari, tibi sanè in offensione & petra scandali posito, fauces obtrudat.

Audi tamen adhuc, quod te in majorem rabiem contra nos, & Ecclesiam Dei concitet: *Sive enim mente excedimus, Deo, sive sobrii sumus, vobis; charitas enim Christi*, inquit, *urget nos: iudicans hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, vt & qui vivūt iam non sibi vivant; sed illi, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit, vt & vivorum, & mortuorum dominetur*.

E Obmutesce, nullus nisi per Adam, sed pœnaliter mortuus est, neque moriturus est: nullus nisi per Christum resurget, sed alius ad regnandum, alius ad pœnas æternas luendas. Vnusquisque, vt ait Scriptura, in suo ordine, dummodò, vt sæpè diximus, & tibi cum Apostolo reclamamus, vt nullus omninò hominum in omni prorsus ætate præter Adam mortuus, nullus redivivus in carne futurus sit præter Christum.

Illud quoque memineris nos tenere, & in fidem nostram habere cœptum de duabus mortibus, de quibus superiori loco, vt potuimus, diximus; (86) vitam, quæ secundùm animam est, Christum non habuisse: quod oramus vt ne quisquam hoc dementissimè dicat & sentiat, quia non ita natus est, vt cæteri omnes homines, de voluptate carnali; sed nova in eo generatio, ex immaculata ante partum & post partum Virgine sine libidine adfuit. Intende Lector.

Istam autem alteram, id est, animæ à corpore separationem voluntariè suscepit indebitam: qui si scelere Iudæorum non fuisset occisus, potuit fieri vel senectute
F longævus: quia hunc illi semel placuerat spontè suscipere pro nobis, id est, pro nostro, quod contraximus in Adam, scenore, & nostris propriis, quæ addimus indebitè moreretur: quamquam magis omnium de illo præsagia Prophetarum, & inferenda ei cruce parricidali Iudæorum furore complenda fuisse, Christianorum nullus omninò debeat dubitare.

Nunc in malam crucem cum ista verborum tuorum magnificentia, fugitivè, nemo te rabiosum audit latrantem, nemo ab Ecclesia sequitur devium, nemo tam insano consentit.

Nos super mortalitate, quæ, ea progenitorum prævaricatione, pœna humano generi data est, & in naturam per semina percurrit, & in finem vsque cursura est; donec divinæ illius tubæ clangore dicatur: *absorpta est mors in victoria. Vbi est mors aculeus tuus? vbi est mors contentio tua?* Cum vniversa Dei Ecclesia, cum Patribus nostris illustribus & Ecclesiæ Doctoribus in hunc Scripturarum Divinarum sensum, in hæc verba
G juravimus: salvâ sanè reverentiâ, & debitâ honorificentiâ sanctæ ac beatæ memoriæ Episcopi Augustini, qui te Pastorali clava ab Ecclesia deterruit, proturbavis, atque confregit.

Etiam hæc à me, toto isto opere tuo perlecto, sicut præfati sumus, sparsim, & vbi commodum visum est, certis fragorum tuorum capitulis, in codicibus quos legi, adposita vel admota, vel tu noveris, vel qui voluerit, Lector advertat. Nec tibi de tanta hujus nostri opusculi erit brevitate ridendum; cùm te de tam numerosis libris horridæ magis loquacitatis, quàm vllarum rerum saltem consideratione dignarum in jactare non debeas.

Nolo in hanc partem ignorantiam fingas: scientiámque in ista quæstione, quæ inter nos vertitur, de mortalitate scilicet generis humani, quæ per primos transgressores divini mandati generaliter per semina
H percucurrit, excursit, & in finem vsque cursura est, quæ totam prorsùs causam tuam consumit, tanquam ad validissimum stipitem adligandum.

Quam si inter nos causam, imò in te, extinctam esse, Christianus, prudénsque Lector advertit, nihil tibi, sed prorsùs nihil vlterius, vnde mutire debueris, vel modò debeas, remansisse cognoscet; tibíque de toto sermone tuo, quem summam esse eloquentiam jactas, magis illud competere, aptiùs quàm de quo dictum est, judicavit satis eloquentiæ, sapientiæ parùm vastus animus, imò vanitate incredibili animus alta semper cupiebat. De sensibus autem tuis, quibus vagus ac vanus adtolleris, alterius prudens seculi ore pronuntiavit, tibíque coaptavit dictum hoc, parturisse te montes, vnde nasceretur ridiculus mus.

A

THEOD. MOPSVESTENI
SERMO, A MAR. MERCATORE
Latinè expositus & confutatus.

MARIVS MERCATOR, Christi servus, Lectori conservo suo salutem.

Græcus(2)Sermo(1)Theodori est, quondam Episcopi Mopsvesteni Provinciæ Ciliciæ. Hunc ego pro facultate quà valeo, in Latinum Sermonem (3) verbum de verbo transferre conatur sum. (4) Pravum ejus de Dispensatione Dominica, & à Fide Catholica alienum, ac satis exorrem sensum, quo(5) Nestorium, Constantinopolitanæ vrbis(6) quondam Episcopum, (7) secum malè decepit: Latinis volens auribus insinuare cavendum modis omnibus, non sequendum. Simul admonere volens, (8) Iulianum etiam Episcopum oppidi Eclanensis, hæreticum Pelagianum, seu Celestianum, (9) hunc secutum esse Theodorum: ac quem peragratis terris,

B (10) & exarato mari, atque Oriente lustrato, (11) cum socijs & participibus suis, magno nisi tanquã ad Christianorum dogmatum prædicatum Magistrum tetendit, vt de hæresi Pelagiana seu Celestiana, quam defendendam & sequendam suscepit, ab ipso confirmaretur; (12) atque inde velut instructior octo contra Fidem Catholicam, potiùs quàm contra sanctæ memoriæ Augustinum, volumina illa, vt putat prudentissima conderet.

(13) Agnoscat igitur supradictus Iulianus ex hac translatione, si legere non fastidierit: manente apud memoratum Theodorum illà quam ei diximus, mala fide se, cùm Nestorium decepisset, etiam sibi magis sui que dogmati, de quo malè turgidus, & malè sanus libros confecit, esse contrarium. Sèque etiam post de Cilicis (14) abscessum, ab eo in Episcoporum Provinciæ suæ conventu anathemate esse damnatum.

C Non itaque irascatur vel succenseat nobis, si eum cum Theodoro, cujus in libris suis infinitas laudes exequitur, ejusque authoritate sententiæ in suo errore gloriatur, alienum à Fide Catholica esse, justéque damnatum detegimus, convincimus, atque deflemus, quia magis deflendus est, quàm vllo odio persequendus.

(15) Nũc expositio pravæ Fidei Theodori suprascripti. Qui aut nunc primùm in Ecclesiasticis erudiuntur dogmatibus liquidò cognoscendis: aut ab hæretico errore converti decreverint ad veritatem; doceri eos oportet, quoniam credimus in vnum Deum Patrem sempiternum; Non qui postmodum cœperit, vt esset; sed qui ab æterno sit sempiternus Deus, nec qui posteà factus sit Pater, quoniam semper erat Deus, semper erat Deus Pater.

(16) Credimus & in vnum Filium Dei vnigenitum, qui est de substantia vel essentia Patris, tanquàm verè Filius, & ejusdem essentia cum eo cujus est, & creditur esse Filius. Et in Spiritum sanctum, qui sit de Dei

D substantia, vel essentia, non qui Filius sit, Deus autem essentia: Tanquam qui sit illius essentiæ cujus est Deus Pater, ex quo secundùm essentiam est. *Nos enim*, inquit Scriptura, *non Spiritum mundi hujus accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est*; ab omni eum creatura alienans, Deo verò conjungens & copulans: ex quo vel de quo est secundùm essentiam, speciali videlicet ratione suprà omnem omnimodò creaturam, quæ non secundum essentiam Dei, sed secundum quod factura est causam habens, ex Deo esse putatur. (17) Quem neque Filium, neque per Filium existentiam accepisse putamus.

Confitemur autem Patrem in persona, & Filium similiter quoque, Spiritum sanctum pari modo: salva nobis ratione pietatis, in qua Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, non tres aliquas diversas putemus essentias, sed vnam quam in Deitatis vnitate & paritate cognoscimus. E

Oportet autem & de dispensatione, quam secundùm Dominum IESVM-CHRISTVM pro nostra salute cõsummavit Dominus Deus, nosse nos, (18) quoniam Dei verbum hominem suscepit perfectum, (19) ex semine Abraham & David, secundùm Scripturarum divinarũ eloquia, hoc existentem secundùm naturã quod erant & illi, quorum erat ex semine; (20) hominem natura perfectũ, ex anima rationali, (21) & carne humana constitutum: quemq; hominẽ secundùm nos naturaliter, (22) virtute, & potentia Spiritus S. in Virginis vtero figuratum factum ex muliere, factum sub lege, vt omnes nos ex maledicto legis, & servitute redimeret, adoptionem filiorũ olim prædestinatam, (23) recipientes inenarrabiliter copulavit sibi atque conjunxit, mortẽ quidem eum secundùm hominum legem præparans experiri, suscitãs verò à mortuis, & in cœlum sublevans, sedere fecit ad dexterã Dei, (24) propter quod super omnem principatũ, & potestatem & dominationem, & virtutẽ, & omne nomen, quod nominatur, non solùm in hoc sæculo, sed etiã in futuro ab omni creatura adorabilis suscepit venerationem, (25) tanquam inseparabilem eum divina natura habens conjunctionem, & tanquam Deo suprà omnem cogitationem & intellectum vniversa illi creatura reverentiam exhibente. F

(26) Et neque duos dicimus Filios, nec duos Dominos, quoniã (27) vnus Filius secundùm essentiã verbum Deus, vnigenitus Filius Patris, cui iste conjunctus, particeps vnigeniti cõmunem habet filij nuncupationẽ & honorẽ. Nihilominus, & qui Dominus, secũdùm essentiam Deus verbum est, cui conjunctus iste & sociatus est, cõmunionem habet honoris cum illo: & propterea neque duos dicimus Filios, neq; Dominos duos; quoniã in manifestu existente, qui secundùm essentiam Dominus & Filius est, inseparabilem habens ad eum conjunctionem, & societatem, is qui pro nostra salute adsumptus est, confertur tam nuncupationi, quàm honori & Filij & Domini. (28) Non sicut vnusquisque nostrùm ex se existens appellatur Filius Dei; vnde & plures Filij Dei dicimur, secundùm Beatum Apostolũ Paulum, sed is singulariter hoc habens in id, quod Deo verbo conjunctus est, dignitatis filij, & dominationis particeps, aufert quidem omninò duorum Dominorum & filiorum intelligentiã. Præstat autem nobis in conjunctione Dei verbi (29) omnem habere fidem, omnémq; intellectum & contemplationem. Ob hæc & venerationẽ ex Dei societate ab omni percipit creatura. G

(30) Vnum igitur Deum dicimus & Dñm IESVM-CHRISTVM, per quẽ omnia facta sunt; principaliter quidem Deum verbũ intelligentes, qui secũdùm essentiam filius Dei est, & Dominus: pariter etiam cogitãtes eum, qui susceptus est IESVM à Nazareth, (31) quem vnxit Deus Spiritu S. & virtute tanquam ad Dominum verbum, habentem conjunctionẽ & participationem Domini, & Filij dignitatis, qui secũdus Adam appellatur, sicut beatus Apostolus testis est Paulus, qui tanquã ejusdem sit naturæ cujus est Adam; manifestavit nobis quidem futurũ statum, & tantam ad illũ (32) Adam habens differentiam, quantã esse oportuit inter eum, qui largitor & minister erit tantorum bonorũ status futuri, & eum, qui præsentium tristium nobis initium intulit. Hinc simili modo & secundus Adã appellatur (33) tanquam qui secundum enuntiaverit statum. H

Et quoniam prioris illius, mortalis, & passibilis, & pleni multorum malorum in quo ad eum accepimus similitudinem, cujus status initium factus Adam est; secundum statum demõstravit futurum Dominus Christus de cœlis apparens, qui omnes nos in suam adducet familiarem cõmmunitatem. *Primus enim*, inquit, *homo de terra terrenus; secundus homo, Dominus de cœlo.* Hoc est, inde visendus, vt nos ad sui imitationem adducat. Vnde & adjungit: *Qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cœlestis, & tales cœlestes.* (34) *Et sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis.*

In

A In isto, inquit, qui paret, & videtur ab omnibus, eorum verò qui iudicandi sunt, invisibilis faciet iudicium Divina natura; secundùm Apostolum Paulum, qui ait, *& tempora quidem ignorantiæ nostræ despiciens Deus, nunc mandat vbique omnibus hominibus pœnitentiam agere: qui statuit diem, in qua iudicaturus est orbem terrarum in iustitia, in viro, in quo definit, fidem præstans, suscitans eum à mortuis.* Hæc, inquit, est Ecclesiasticorum (35) dogmatum Doctrina: atque adeò omnis qui contra hæc sentit, anathema sit.

Imò nos tibi (36) Catholici dicimus, quia talia ore impurissimo, & linguâ scelestissimâ protulisti, incessabiliter anathema, & omnibus consentaneis tuis. Vide enim si vigilare volueris, quid mali conetis inducere:
B imperitiâ, an malitia, in videris.

Perversa quippe verba tua sunt ista, cùm sensu pravissimo, & inimico Catholicæ veritatis, Deum Verbum hominem suscepisse ex semine Abraham & David; per fœtum ex anima rationali, & corpore constitutum; quemque *hominem*, inquis, *secundum nos naturaliter, virtute & potentia Spiritus Sancti, in Virginis vtero figuratum, factum ex muliere, factum sub lege, vt omnes nos ex maledicto legis, & servitute redimeret; adoptionem filiorum olim prædestinatam recipientes, inenarrabiliter copulavit sibi atque coniunxit; mortem eum secundum legem humanam præparans experiri: suscitans verò à mortuis, & in Cœlum levans, sedere fecit ad dexteram Dei.* Et post paululùm ibi, *ab omni creatura nunc adorabilis suscepit venerationem, tanquam inseparabilem cum divina natura habens coniunctionem.*

Vis igitur hoc ex isto sensu conficere, quod sano adversatur capiti, natum jam Christum ex Virgine per Spiritum Sanctum adhæsisse, vel coniunctum esse, vt sæpissimè garris, Verbo Dei Deo: atque ex illius societate meritum & vocabulum conquisisse. Vocabulo autem tantùm non naturâ appellandum esse Filium Dei, & cætera habere privilegia non genuina,
C sed (37) per gratiam præstita, dissimulans quod scriptum est, *Caro factum est, & habitavit in nobis.*

Quod cùm audis ab obiicientibus tibi, (38) calumniatis tanquàm Deum in carnem (39) versum esse sentientibus, quod absit vt vel quisquam hoc dementissimus dicat, & sentiat. (40) Factum est enim homo, quod non erat, Filius Dei Deus Verbum, non deponens quod erat; sed manens Deus in Divinitatis, cum Patre & Spiritu Sancto, substantia vel naturâ.

Nunquid enim anima saltem hominis cuiuslibet mixta & connexa corpori amittit vel immortalitatem naturæ suæ, vel quod invisibilis, quod incorporea est? Non vtique huic vanissimæ atque inani calumniæ opponenda etiam trium Angelorum in Sodomorum eversione descendentium illa fidelissima, & sacratissima historia, quæ eos excepto ab Abraham priùs & manducasse, & pedes lavisse designat. Num illi in adsumptione illâ corporum, ex Angelica versi & commutati esse substantia in corporum naturam, dicendi sunt? Avertat dementiam Deus. Non vtique; quia manentes in immortali & incorporea sua natura & substantia, in corporibus constituti ad tempus, divinitus im-
D peratum sibi officium impleverunt.

Quis (41) ergo ferat ista garrientem, & audeat duos Dei Filios eum verbis tantummodò ad decipiendos simplices, protestari non dicere; apertis verò sententiis duos palàm ostendere, diversi meriti, diversæ dignitatis, diversi status, diversæ naturæ. Fallit autem, ac decipit, vt diximus, imperitos; quomodò enim dicit duos se non dicere Filios, neque sentire; dividens vnum ab altero, vnum temporalem, alterum verò ab æterno secundùm essentiam & naturam, & illum temporalem, participatione & tantùm vocabulo honorandum; non autem & natura esse Filium Dei, & Deum?

Nam singulorum status & merita dividit, alterum naturâ esse volens alterum coniunctione, & societate illius, qui naturâ est Deus, & filius Dei: cùm vtique recordari debuisset Pauli dictum Apostoli, quo ait: E
Optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, secundùm carnem, qui sunt Israelitæ: quorum est adoptio filiorum, & testamenta, & Legis constitutio, & obsequia, & gloria, & promissa: quorum Patres, & ex quibus Christus secundùm carnem natus est, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.

Vtique super omnia Deus, qui secundùm carnem ex Israelitis ex semine Abraham & David, per Virginis vterum originem habet. Verbum enim carnem factum esse, Evangelio teste didicimus, ex (42) quo tempore neque quæ infirma sunt & fragilia humanitatis, neque quæ divina, atque sublimia, & æterna sunt, ab vlla sunt personâ, vel substantia separanda. Audimus Isaiam prædicantem; *Puer natus est nobis, & Filius* F
datus est nobis, cuius Principatus super humerum eius, hic vocabitur admirabilis, magni consilij Nuntius, Deus fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis: multiplicabitur Regnum eius, & pacis eius non erit finis, super sedem David Patris sui, & super Regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia; à modò & vsque in æternum, zelus Domini exercituum faciet hæc.

Hic Deus fortis vtique, qui Puer sine dubio pannis in Bethleem involutus, & in Præsepio positus adoratus a Magis, Ægyptum posteà cum parentibus petiit, vt ex Ægypto secundùm alium Prophetam præcanentem vocaretur, dicentem: *Ex Ægypto vocavi Filium meum.* Obiiciendus quoque ei in faciem Hieremias vociferans; *Hic Deus noster, & non æstimabitur alius præter eum Deus, qui invenit omnem viam iustitiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo; post hæc in terris visus est, & inter homines, conversatus est.*

Dicatur quæso nobis, quis iste est qui postmodùm in terris visus est, & inter homines conversatus est; vtique Verbum Dei, Deus homo, & homo Deus Iesus Christus Filius Vnigenitus Patris, qui cùm in G
terra in carne constitutus esset, & in ipsa visibilis conversaretur inter homines, ab hominibus in ipsa passus, crucifixus in ipsa, mortuus in ipsa, resurrexit tertia die cum ipsa, iudex venturus totos.

Hic natura Filius Dei est ex Deo, Verbo & homine cum anima rationali & carne solida atque perfecta. Et hæ tres substantiæ, vna iam substantia, vna quoque persona. Substantialiter enim Deus hominem indemutabiliter caro factus, suscepit & gessit, nec deposuit, nec depositurus est vnquam conregnantem & condominantem, venturus iudicare vivos mortuos.

Quid hic dualitas naturarum? quid substantiarum diversitas in vno Domino Christo magna & impia loquacitate nobis affertur? nempe, vt duos Christos, & duos diversos esse Dei Filios audiamus. Et certè homo communis ex anima & corpore constitutus, ex diversis sine dubio substantiis & naturis, corporali videlicet & spirituali, crassa & subtili, visibili, & invisibili, mortali & immortali convenit in vnum, non contra naturam, sed naturaliter, & Dei institutione, qui ita vt esset semel, & ab initio, & in perpetuum iunxit atque disposuit. H

Homo ergò cùm est, & enunciatur homo, vna natura est, vna substantia, vnaque persona. Nec Paulus Apostolus cùm diceret; *Primus homo de terra terrenus, secundus homo Dominus de cælo,* & cætera quæ in eadem circumstantia latiùs exequitur: duplicem eum, vel duas naturas esse signavit. Nec qui dixit: *Homo, cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis:* duarum in eo fecit naturarum mentionem.

Illud quoque prætermittendum non est, quod dictum est in Genesi: *Descendit Iacob in Ægyptum cum filiis suis, omnes animæ lxxv.* Item Propheta; *Omnes animæ sunt, sicut anima Patris, ita anima filij mea est, & anima quæ peccat, ipsa sola morietur; & is qui vvam acerbam manducavit, ipsius obstupescent dentes.* Item alius

A Propheta: *Lauda anima mea Dominum, & omnia ossa mea laudem dicent tibi.* Item à parte corporis: *Non permanebit*, inquit, *spiritus meus cum hominibus istis, quoniam sunt caro.* Item alius: *Caro mea exultavit in spe.* Et alibi: *Videbit omnis caro salutare Dei.*

Nunquid eis sine animis ista contingent: aut quia superiùs animæ tantùm nominatæ sunt, à corporis societate, vel in bonis vel in malis meritis separatæ sunt? Quis hoc dementissimus dixerit? non vtique: sed naturaliter quamdiu vtrumque sibi connexum, & cohærens est, non in dualitate, sed in vnitate enunciatur, & significatur natura, id est hominis, seu humana natura.

Nemo igitur sanus mente, cùm homo vivus, vel adversa sustinet, vel optans exultat, dicat non ex vtroque constitutum vel dolore affligi, vel lætitia exultare: Cùm animam nullus dubitet, & in sua natura & propria substantia dolore non affici. Quod etiam
B Scriptura divina nos super hoc evidentiùs docet, dicens; *nolite timere eos, qui corpus occidunt, animæ autem quid faciant, non habent.*

Quid opus est testimonia plura congerere, aut qui finis erit in his exquirendis, aut cui est, vel erit aliquando possibile perscrutari omnia, & omnia commemorare, (43) quibus probetur non novella hunc, sed vetere, (44) partim Pauli Samosateni, partim Ebionis, partim (45) Marcelli Galatæ, & (46) Photini esse eum impietate distortum.

Vnum tamen pro innumerabilibus Evangelium sibi audiat clamare; *nemo ascendit in Cælum nisi qui descendit de Cælo Filius hominis, qui est in Cælo.* Et certe adhuc crucifigendus Christus ista dicebat: *qui descendit de Cælo*, inquit, *& qui est in Cælo, filius hominis.* Ita ergo Verbum Deus homo, & homo Deus Verbum. Et sicut in gloria & Maiestate Dei vnum; ita in his quæ ima sunt, secundùm hominem vnum. Et vnus Dominus Iesus Christus ex vtero, qui substantialiter Filius Dei, vnum cum Patre & Spiritu Sancto, Deus
C vnus in Trinitate semper & in sæcula Finit.

Item alia (1) Epistola.

ITem Marius Mercator, Servus Christi Lectori conservo salutem.

Samozateni (a) Pauli, atque Nestorij est ista, non minus impia, quam vana Doctrina: Nestorius Verbum Dei, non vt Paulus (3) sensit qui non substantivũ, sed prolativum potentiæ Dei efficax Verbum esse definit. Confitetur tamen idem Nestorius in verbo substantivo filium rarò, licet arguè: tamen quia non expresse ab æternitate filium dicit Verbum esse, sed Verbum tantùm, quod in substantia Patris manens Deus sit consubstantialis, quem Græci *omousion* dicunt; filium verò illum esse, & dici debere adserit, qui ex Maria natus est: atque ita dividit æternum à temporali; illi tanquam Deo & Dei Verbo, quæ Maiestatis sunt; huic verò alteri, quæ humanæ infirmitatis sunt, deputans. Propter individuam autem atque inseparabilem connexionem, dignum
D fuisse habitum nuncupatione filij Dei, qui hoc ipsum pro meritis ex adoptione habeat, non ex natura.

Verum cum ei à Catholicis obijcitur, Cur per hunc sensum duos Iesus Christos, & duos filios sentiat, pro se ita respondet. *Ego*, inquit, *vnum Christum definio, qui à Chrismate nullus sit dicendus*, vnum hunc ipsum esse Filium Dei, qui vt superius dictum est, indivisibili societate Dei Verbo coniunctus est. Nonnunquam sanè propter hanc ipsam inseparabilem coniunctionem, vel connexionem; etiam verbum illud iisdem connominibus cunnuncupari, quæ ab eius natura sunt penitus (4) aliena: ex merito sanè huius Iesu Christi singularis nativitatis & incomparabilis vitæ, dignum fuisse habitum tanquam templum tota plenitudine Divinitatis, ab hoc Deo, & Dei Verbo inhabitari.

In eo igitur Paulo coniungitur, in quo habitationem & habitaculum pro meritis separat, dividens quod E vnicuique eorum sit proprium, ex diversitate naturæ. quod quidem illis ambobus cum Ebione & Photino & Galata Marcello commune est. In quod verò substantiale Verbum Dei confitetur, & esse id ab æterno cum Patre Deum adserit: à memoratis rectè dissentit & fidei rectæ coniungitur. Sed quod iterùm idem Verbum Deum naturaliter Dei Patris non esse filium dicit: Sed tantum Verbum, vt superiùs exposuimus, & nihilominùs dividit merita vniuscuiusque substantiæ; impietatis magnum crimen incurrit. Et hinc tanquam alienus & extorris ab Ecclesiastica fide iure damnatus, fuit.

Item (1) alia.

ITem Mercator Servus Christi, Lectori conservo suo & parens in Domino fidei salutem. F

Nestorij (2) quondam Episcopi Constantinopolitanæ (3) vrbis nonnulla ad plebem blasphemiarum dicta, (4) vel scripta ex Græco in (5) Latinũ sermonẽ, fervore Catholicæ Fidei incitatus curavi transferre, à fidelibus linguæ meæ fratribus cognoscenda atque vitanda. In quibus verbum de verbo, in quantùm fieri potuit, conatus sum translator exprimere, ne priùs falsarius, magis quàm verus posteà probaret interpres.

Da igitur veniam, pie Lector, si aut minùs Oratio luculenta est, aut verborum vbicunque præsumptorum novitas aurem fortè perculerit. Elegi obtrectatorum linguis magis exponi, quàm à veritate sensum exprimente, vbi est omne de falsitate periculum, longiùs aberrare.

Occupent igitur se ex hoc quidem nostri isti diserti ad singulas syllabas nostras scrutandas, & verba rimanda; non id curo, nec magni pendo, sciens, quòd mihi de hoc opere nullus falsarij nomen imponat.

Scio etiam ab istis exprobranda nobis esse aliqua dicta vitiosa, quæ nobis vis servandæ Græcæ proprietatis extorsit. Dicat hinc de nobis quisque, quod volet; sentiat, quod placet, ego sapientium iudicio fretus sum, quibus absque lenocinio, fucoque verborum & scholaribus nugis simplex veritatis semper grata est pulchritudo. G

Nunc (6) hic eius primus impietatis in Ecclesia ad populum sermo est; in quo de Incarnatione Dominica malè lapsus infeliciter corruit. Doctrina pietatis & sensatorum in Ecclesia intentio: pietatis autem doctrina providentiæ cognitio est. Cognoscit namque Dei providentiam, qui Deum cognoverit corporum animarumque esse authorem, quotquot igitur id nescientes adorant Deum, ignorare eos manifestum est veritatem. Deum enim confitentur se nosse, factis verò, vt scriptum, negant. *Luculenta Providentiæ descriptio.*

Oportet autem Creatorem horum curam gerere, quos creavit. Oportet Dominum his, quibus dominatur, sollicitudinem impertire. Oportet Patremfamilias domûs suæ esse defensorem. Impar est vita nostra ad huius tanti regiminis dignitatem. Fingit me denique in materno vtero opifex Deus. Et in illis mihi viscerum secretis conservandi me prima & summa tutela est. Nascor, & fontes lactis invenio. Incipio opus habere ciborum sectione, & cultrir quibusdam, dentibus videlicet armatus invenior. Vitum ago, & vectigalis mihi efficitur creatura; deorsum namque me pascit terra, & de Cælo mihi lucernas accenditur Sol. Flores mihi Veris tempus attribuit; offert mihi Æstas spicam: Hyems pluvias generat; Autumnus tributum in vino dependit. H

Quoniam inæqualem ex paupertate & divitiis consistentem ducimus vitam, non enim subsistere aliter mortalia potuissent: Vide namque in his ipsis quanta

nostri

nostri tutela sit. Facilis frumenti putredo cogit divitem, timore corruptionis, indigentibus vendere. Mutabilis vini natura inire possessorem meteaturam domini terrore compellit. Imputribile ideò est & repugnans tempori aurum; quis retentum nihil pauperi nocet: quid enim malæ cedunt divitiæ, si aurum intus restringant; cum ea quæ me pascunt, vendere divites compellantur.

Decem millibus donis humanum genus honoratum, vltimo & finitimo Dominicæ Incarnationis munere decoratum est; quoniam enim homo divinæ imago naturæ est; hanc autem impulit, ac dejecit Diabolus in corruptionem, doluit tanquam pro sua imagine Deus; tanquam pro propria statua faber, & corruptum renovat simulacrum, sine semine fingens de Virgine naturam; sicut & Adam qui & ipse sine semine figuratus est: humani generis operatur suscitationem per hominem; *quoniam*, inquit, *per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum.*

Audiat hæc qui in dispensatione Dominicæ Incarnationis cæcati non intelligunt neque quæ loquuntur neque de quibus affirmant, qui, sicut modò cognovimus, in nobis invicem frequenter suscitantur, *Theotocos*, inquit, *id est puerpera Dei, sive genitrix* (7) *Dei Maria Theotocos si dicenda est, quæ est iuxta palam hominis genitrix, matrem habet Deus. Ergo excusabiles gentilitas matres Diis* (8) *subintroducens. Paulus ergò mendax de Christi Deitate dicens, assimilatus autem Filio Dei manet Sacerdos in perpetuum, id est, sine patre, sine matre, sine generationis narratione.*

Non (9) *optimè Maria peperit Deum, quod enim de carne natum est, caro est, non peperit creatura eum qui est increabilis Pater; non recenter de Virgine Deum Verbum genuit Pater, in principio erat enim Verbum, sicut Ioannes ait; Non peperit* (10) *creatura increabilem, sed peperit hominem* (11) *Deitatis instrumentum. Non creavit Deum verbum Spiritus Sanctus; quod enim ex eà natum est, de Spiritu Sancto est: Sed Deo Verbo* (12) *templum fabricatur, quod habitaret, ex Virgine* (13) *est; & non est mortuus incarnatus Deus, sed illum, in quo incarnatus est, suscitavit; Indè natus est elevare quod ruerat. Ipse verò non cecidit. Dominus de Cœlo prospexit super filios hominum. Nec me indignans reum levare qui cecidi, tanquam ille corruerit vituperium.*

Videt Deus naturam conlapsam, eamque Deitatis potentia apprehendit elisam: & illam tenens & manens quod erat, in altum sublevavit: exempli causa, quod dicitur nosse, si iacentem levare volueris, nonne contingis corpus corpore: & teipsum illi coniungendo elisum eriges, atque ita illi coniunctus ipse manes, quod eras? Sic & illud Incarnationis aestima Sacramentum: propter mentem, illud indumentum, quod Dei Verbi est habitaculum, venerare; propter absconsita adorans quod foris videtur: Inseparabilis ab eo qui oculis paret est Deus. Quomodò igitur eius, qui non dividitur, honorem ego & dignitatem audeam separare dividendo naturas? Sed coniungo reverentiam. Indè (14) *in hac quæ dicuntur; non per seipsum Deus est, qui in utero figuratus est. Nam si sic* (15) *esset, essemus hominis verò cultores. Sed quoniam* (16) *in adsumpto Deus & ille qui adsumpsit: qui adsumptus, est appellatus Deus.*

Domini itaque Incarnationem intremiscamus, tanquam radium Deitatis, tanquam Dei indumentum, tanquam susceptricem Dei formam unam, ac pars quæ Deum Verbum Deitatis, tanquam Divinitatis verè inseparabile simulacrum, tanquam imaginem absconditi Iudicis; duplicem confiteamur, & adoremus (17) *ut unum: duplum enim naturarum, unum est propter unitatem; audi Paulum utrumque clamantem, & Deitatis unigenitam æternitatem, & humanitatis ortum recentem, & societatis, vel coniunctionis unam factam esse* (18) *dignitatem.* Iesus, *inquit*, heri, & hodie, idem ipse & in sæcula sæculorum. *Finis.*

Item (1) *Tractatus alius.*

CONtumelias quidem in me Hæreticorum arbitror, tanquam in tantum sapenas, & horum in mare comminatas submersiones: persecutionum quoque desideria, & persecutionum nova, quæ intenduntur, molimina, & indigentium negligentiam, quam nobis obiiciunt, & aliorum in nos garrulitatis deliramenta, tanquam Ranarum ego strepitus sideo; Aut certè quantum infantum iacula, seu cassia contemno.

Qualia Propheta quondam deridebat, dicens: Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum. Nihil autem illo est Pastore miserius, qui Luporum laudibus gloriatur, quibus si placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc Ovibus magna pernicies. Nullus igitur Pastorum placere Lupis, & gregibus Ovium potest. Illorum ergò, sicut prædixi, despiciam voces, Domini contrà eos proferens dicta. *Progenies Viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali.*

His sanè sensibus, quibus contra Deum armatur, obsistere & adversari necessarium est. Mortalem enim vivificatricem Deitatem (2) appellant, & in theatricas fabulas Deum Verbum audent deducere, tanquam (3) idem sit pannis involutus & mortuus. (4) Proh nefas! Vt Dominus Christus in nos benignitatem suam extenderet; persuadetur apud eos de Deitatis dignitate decidere. Accedis miserrime, quamvis tabidus, & curam ad te sanitatis admitte. Non occidit Pilatus Deitatem, sed Deitatis vestimentum; non Deus verbum syndone à Ioseph involutum sepulturæ mandatur. Quomodò enim ille hoc poterat pati, qui tenet circulum terræ, & omnes habitatores in ea tanquam locustas, sicut ait Propheta: Sed quis ille est qui involvitur linteis sepulturæ; audi Evangelicis vocibus personari: *Venit homo dives, ab Arimathia, cui nomen erat Ioseph, qui & ipse fuerat Discipulus Iesu. Hic adiit Pilatum, & postulavit corpus Iesu; tunc Pilatus iussit dari corpus, & accipiens corpus illud Ioseph, involvit in syndone munda, & posuit illud in monumento.*

Ter dixit, *corpus*, & nec semel meminit Deitatis nec enim vulneraverunt lancea Deitatem, sed quidem quid ab illis est vulneratum Ioannes docere: *Unus*, inquit, *Militum lancea sua pupugit latus eius.* Et audi adhuc argumentum, quo constat Deitatem minimè vulneratam. *Exiit*, inquit, *statim sanguis & aqua.* Nam si ipse mortuus est: qui vivificaret? qui subsisteret? qui mortuum suscitaret? venit homines mortuos suscitare, non ipse mortuus inveniri, auxilium ferre iacentibus, non ipse tanquam iacens auxilij inops: non est mutatus coniunctione hominis Deus.

Ipse est enim qui per Prophetam clamat, *Ego sum, & non sum mutatus.* Et iterum; *Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* Sed vultus humanæ naturæ, & Deitatis eam complexibus stringens in altum levavit, manens id quod existebat ipse.

Propterea Petrus depromitur nostris prædicans, & illam altitudinem narrans, quam huic naturæ visibili contulit Deus; *Hunc*, inquit, (5) *Iesum suscitavit Deus.* Non ergò mortuus (6) est Deus, sed suscitavit. Audi Petrum dicentem, ô Apollinaris; audi eum Apollinaris, tu quoque impietas Arrians. Hunc, inquit, Iesum suscitavit Deus; hunc qui paret, hunc quem oculi intuentur; qui adfixus est ligno, qui palpatus est manibus Thomæ; qui ad eum clamavit; *palpate & videte; qui spiritus, ossa, & carnem non habet, sicut me videtis habentem.* Et his certior vocibus factus ipsius palpati crucifixi corporis, certior resurrectione, mira hæc facientem glorificabat Deum, *Dominus meus*, dicens, *& Deus.* Non illud quod palpaverat appellans Deum; nec enim indagatur Deitas isto palpato.

Si enim Deum Verbum cognoscere vel addiscere palpato isto Thomas inciperet; dixisset, & sine dubio

ad

A ad eum Dominus: contrecta, & vide quia Spiritus sum & Deus. Nunc autem è diverso; *Palpa*, inquit, *& vide, quia Spiritus non sum. Nam Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habentem*; me, scilicet, quem secundùm id quod videtur; & patet, videtis esse compositum, & secundùm corporis substantiam, esse contrectabilem cernitis. Non enim, Apollinaris, ossa, & caro est Deitas Verbi Paterni.

De isto Palpabili clamat Petrus. Hunc Iesum (7) suscitavit Deus: dexterâ itaque exaltatus est Dei, non tamen dextera adiuvante (8) Verbum Deum. O insania Arriana! promissionem quoque sancti Spiritûs acceptam à Patre effudit hic, quem vos videtis, & auditis.

B Et audi (9) Paulum de Deo ratiocinantem; & illam inconvertibilem Dei, & hominis exponentem coniunctionem, *in forma*; inquit, *Dei constitutus non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo*; *sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens*, Sic & in aliis quidem, inquit, *locutus est nobis in filio, quem* (10) *constituit heredem universorum, per quem fecit & secula, qui est splendor gloriæ.* Ponens filium; caute eum & splendorem gloriæ nuncupat, & positivum heredē, heredem quidem positivum secundùm carnem, splendorem autem gloriæ paternæ secundum Deitatem; quia nec discessit incarnatus à similitudine quæ ei cū Patre est. Propter quod, & Paulus inquit, *qui est splendor gloriæ*, ne fortè cùm audiret quispiam, *erat in forma Dei*, tanquam transeuntis & commutatæ suspicaretur eum esse naturæ.

Ioannes quidem Verbi & Patris ad invicem coæternitatem describendo, vtebatur his dictis: *In principio erat Verbum*. est, prætermittens. Non enim dixit, *in principio est Verbum, & Verbum est apud Deum*: sed, *in principio Verbum erat*, inquit, *& Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*; quærebatur enim quæ prima esset existentia essentiæ eius quæ hominem

C gessit.

Paulus autem omne simul quod accidit narrat, & incarnatam essentiam, & incarnatæ Deitatis, post vnitionem, incommutabilem eam semper manentem, propter quod & scribens clamabat: *Hoc sentiatur in vobis, quod & in Christo Iesu; qui cùm in forma Dei esset, semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.*

Non dixit; *hoc sentiatur in vobis, quod & in Deo Verbo, qui cùm in forma Dei esset constitutus*, (11) *formam servi accepit*; sed accipiens Apostolus Christi nomen, tanquam duarum naturarum appellationem significativam, absque sui periculo eum, & servi formam, & Deum nuncupat.

Inreprehensibiliter his divisis quæ ad naturam duplicem significandam dicuntur, & non hoc solùm Christianis prædicantibus, quia incommutabilis est Deus Christus, sed & benignus, formam servi accipiens, & quod subsistebat existens: vt noveris non mutatum post vnitionem, sed visum simul benignum & iustum. Mors enim pro impiis, sine peccato casuis est ei: & quòd eam pro inimicis non refugit, inæstimabilis benignitatis est gratia, Vix enim, secundùm Paulum, pro iusto quis moriatur.

D Suscipere autem humanum genus propter hominem, & reconciliare Adam, multa iustitiæ circumspectio est; iustum enim erat naturam, quæ offenderat hanc denuò Deo placitam liberare; & iustum est obnoxiam quondam, quæ debitum incurrit, absolvere, irreprehensibilem namque, & sine querela hominum natura debebat (12) Deo conversationem, sed deficiebat in exolutione. Negligentiæ enim passiones animam huc atque illuc trahentes, nudam eam à virtutibus impellebant, & rari erant pietatis ac iustitiæ possessores: & tunc illi ad illius temporis paupertatem, qui viderentur vel putarentur esse possessores.

Per universum autem terrarum orbem debitum erat: *Omnes enim*, inquit, *peccaverunt, & egent gloria Dei*;

E *peccati quoque fœnus crescebat.* Quid ergò Dominus Christus peccatis obligatum videns genus humanum, & indigum redhibitione? non imperio exolvit debitum, ne iustitiam benignitas læderet, & huius est testis Paulus Apostolus clamans, *Christus*, inquit, *quem proposuit Deus propitiatorium per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ eius, vt ostenderetur*, inquit, *benignitas iusta non sine iudicio passim, & vtcumque donata.*

Propterea Christus debentis suscipit personatum, & per eam debitum, tanquam Adæ filios; oportebat enim debitum luentem, ex genere deduci eius, qui id aliquando contraxerat. Ex muliere debitum, ex muliere absolutio: Sed disce debitum, vt discas & redhibi-

F tionem. Escæ causa Adam pœnæ debitor factus est. Solvit hanc Christus in deserto esuriens; Diaboli super escæ refectione, consilium spernens, Ille Divinitatis contrà Deum ad petitæ reatum incidit, cùm audisset à Diabolo, *eritis tanquam Dij*, & escam promptus invadit: sed hanc Christus exolvit, quandò Dæmon potentiam promittenti; *Hæc* enim ad eum dicebat; *omnia tibi dabo, si procidens adoraveris me*, & eius vocem ipse respuens, respondebat: *Vade post me Satana, Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli servies.* Ex inobedientia in ligno pœnæ Adam debitor fuit; reddidit & hanc Christus in ligno obediens factus. Propterà & Paulus ait; Chyrographum peccatorum nostrorum, quod erat nobis contrarium, tollit de medio, adfigens illud Cruci.

Et quidē qui reddebat pro nobis, Christus (13) est: In ipso autem nostræ debitum naturæ solvebat. Personam enim eiusdem naturæ susceperat, cuius passiones in sua Passione solvebat; quia enim habemus redemptionem in sanguine ipsius, vt dictum est à Paulo.

Vide nunc naturam nostram in Christo apud Deum causam adversùs Diabolum perorantem, & iustis hisce vtentem allegationibus. Iniuria opprimor, iustissime

G Iudex, Diabolus me iniquus impugnat. Evidenti adversùs me vtitur impotentiæ tyrannide. Esto priorem Adam tradidit morti; quia eius peccati occasio fuerit. Secundum iamque me ex Virgine figurasti: ob quam, ò Rex noxam crucifixisti! quâ etiam causa Latrones cum ipso vnà suspendisti? Cur qui peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore eius, cum iniquis est deputatus? An fortè execranda eius intentio manifesta est apertè? tanquàm imagini meæ, Domine, invidet: sine vlla occasione irruens in me, subvertere me nititur. Sed tu mihi iustum te Iudicem tribue. Iratus es mihi causa prævaricatoris Adæ, pro quo, si habes Adam sine peccato tibi coniunctum, vt propitieris exuto. Esto propter illum corruptioni tradideris; propter hunc de incorruptione participa. De mea vterque eorum natura est: sicut prioris in morte particeps fui, & immortalis vitæ secundi particeps fiam. Indubitatis, & inexpugnabilibus fretus allegationibus: omnifariàm adversarium supero: si de corruptione, quæ ex Adam mihi facta est, controversiam moverit, ex illius qui peccatum non fecit vita, ego è diverso perscribam: & si me ille ex illius accusat inobedientia, ex huius eum obedientia reum ego constituam.

H Hunc de Diaboli victoria Christus agens triumphum, *nunc iudicium*, inquit, *est mundi huius*; *nunc Princeps mundi mittetur foras*; Sicut enim protoplasti, tenuit Diabolus culpam adversus omnem eius potestatem, & originariam habuit exactionem: sic inculpatas in Christo primitias massæ suæ natura cùm possedisset adversùs Diabolum nitens, ipsis vincebat defensionibus, de quibus adversarius præsumebat.

In Christo enim iustissimè primitiatum suarum contra eum inculpatam originem profert, si priores ex Adam reatus causas Diabolus ingerit, & hoc est, quod Paulus ait. *Christus mortuus est pro peccatis nostris. Imò qui & resurrexit, qui est in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Interpellat namque Christo induta massa nostra, libera prorsùs ab omni peccato, & omne

iniusta

A intusta defensio contra pœnam nostram, quam ex initio ille, qui prior figuratus est, suo generi intulit. Hæc suscepti hominis occasio, vt homo per carnem dissolveret, quæ per carnem orta est, corruptio.

Huius hominis, non Deitatis, tertij diei sepultura est, huius pedes tenti sunt clavis. Hunc Spiritus Sanctus in vtero figuravit; de hac carne Dominus ad Iudæos. *Solvite*, inquit, *hoc templum; & in triduo suscitabo illud.* Nunquid ego duplicem Christum solus appello? Nonne semetipsum & templum solubile & Deum nuncupat suscitantem? Si autem Deus erat, qui solvebatur, quæ in caput Arrij blasphemia convertatur; dixisset Dominus, solvite Deum istum, & in triduo suscitabitur. Si Deus mortificatus est in sepulchris, mentitur Christus qui dixit, *quid me quæritis occidere hominem, qui vera locutus sum vobis?*

Sed(14)non nudus Christus, ô calumniator; sed homo simul & Deus. Si autem Deus tantummodò existeret, B oportebat eum secundum (15) Apollinarem dicere, quid me quæritis occidere Deum, qui vobis veritatem locutus sum. Nunc autem dicit, *quid me quæritis occidere hominem?* Iste qui spinis coronatus est, iste qui dicit: *Deus, Deus meus, quare me dereliquisti?* Iste qui triduanam (16) sustinuit mortem. Adoro autem hunc cum Deitate, tanquam Divinæ cooperatium authoritatis: *Manifestum sit enim*, inquit Scriptura, *viri fratres, quia nobis per Christum remissio peccatorum adnuntiatur.*

Tanquam Dominicæ Bonitatis veneror instrumentum: *Estote enim*, inquit, *invicem benigni, misericordes, sicut & Deus in Christo donavit nobis.* Honoro tanquam consiliorum Dei Curiam; *volo enim vos scire cognitionem Sacramenti Dei Patris, & Christi, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.* Suspicio tanquam formam pro Deo apud nos spondentem; *Qui me misit*, inquit, *verax est, & ego, quæ ab ipso audivi, hoc loquor.* Beatifico tanquam obsidem pacis æternæ; *Ipse est enim*, ait, *pax nostra, qui fecit vtraque vnum, medium parietem maceriæ solvit inimicitias in carne sua.*

C Colo tanquam Divinæ indignationis propitiatorium. *Christum*, inquit, *proposuit Deus propitiatorium fidei per fidem in sanguinem ipsius.* Amo & revereor tanquam mortalium immortalitatis initium: *Ipse enim*, inquit, *caput corporis Ecclesiæ, qui est initium, primogenitus ex mortuis.* Amplector tanquam speculum Deitatis resplendentis; *Deus enim*, inquit, *erat in Christo mundum reconcilians sibi.* * Adorabo tanquam animatam Regis purpuram: *In forma enim*, ait, *constitutus Dei, semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, & habitu inventus vt homo.*

* Lege Adoro.

Laudo tanquam manum Deitatis in vitam me eripientem de morte: *Cùm enim exaltatus*, inquit *fuero de terra, tunc omnes ad me adtraham.* Et quia ille exaltatus, ostendens Scriba fidelis. Ita; *hoc enim dicebat, significans qua morte esset moriturus.* Admiror tanquam ianuam ad divina introitus: *Ego enim sum ianua*, inquit, *per me qui ingressus fuerit liberabitur, & intrabit, & exiet, & habitationem inveniet.* Adoro tanquam D Omnipotentis Imaginem Deitatis: *Superexaltavit enim eum*, inquit Deus, *& donavit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine eius omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum.*

Propter(17)occultum adoro quod oculis paret. Inseparabilis est Deus, eius qui paret: dignitatem non separo, inseparabilis est(18)enim, separo naturas; sed coniungo reverentiam. Non per seipsum Deus est, quod in vtero figuratum est: Non per se Deus est, quod creatum est à Spiritu Sancto: Non per se Deus est, quod in monumento sepultum est, sic enim essemus hominis & mortui manifesti cultores. Sed quoniam in adsumpto (19) Deus nec adsumptus; qui adsumptus est tanquam adsumpti coniunctus, appellatur Deus.

Propterea & crucifixæ carnis dæmones vocabulum perhorrescunt; crucifixæ scilicet carni coniunctum E non compassum scientes Deum. Ideò & Iudex venturus est iste qui visui paruit, quoniam omnipotenti coniungitur Deitati. *Tunc enim*, inquit, *parebit signum Filij hominis in Cælo; & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute & gloria multa.* Sicut enim Rex parta victoria cum quibus hostem in bello superavit, & se cum hisdem conspicuum vult esse: Sic & omnium Dominus & Rex cum Cruce, & carne in suam veniet creaturam; cum his armis videndus, quibus impietatem superavit, & iudicabit orbem in forma hominis, omnipotenti virtute; secundùm Pauli præconium, qui ait: *tempora enim ignorantiæ despiciens Deus, qui nunc sunt omnibus hominibus, præcepit pœnitentiam agere*; Siquidem statuit diem in quo iudicaturus est orbem, in viro, in quo constituit fidem præstare omnibus, suscitans eum à mortuis.

F Quod(20)ideò dictum est, vt nullus mortuam suspicetur esse Deitatem; nam & si omnem omninò simul novam Scripturam perscruteris; non apud eam vsquam invenies mortem Dei esse conscriptam; sed aut Filio aut Christo, aut Domino adsignari. Christus enim & Filius & Dominus in Vnigenito in Scripturis acceptus: duarum significatio est naturarum: & aliquando quidem Deitatem, vel humanitatem; aliquando simul vtrumque designant; verbi causa cùm Paulus scribens prædicat: qui cùm essemus inimici, reconciliati sumus Deo, per mortem Filij eius; humanitatem eius demonstrat: quandò iterùm ipse dixit ad Hæbreos; *Deus locutus nobis in Filio, per quem fecit & sæcula*; indicat & Filij Deitatem; nec enim caro opifex est sæculorum, post multa sæcula fabricata. Ecce Filij Dei, & Deitatis, & humanitatis essentiæ appellationis convenienś documentum.

Interrogamus iam, si nomen hoc idem Christus, etiam Filius accipiatur, & hoc ipsum ad vtraque designanda pertineat: *Iesus Christus*, inquit, *heri, & hodie; ipse idem in sæcula.* Sicut enim Deus existens, G & homo, idem ipse secundùm Paulum, & novissimus & ante sæcula, sicut homo quidem recens, sicut Deus autem, ante sæcula. Ostensum est igitur tibi, quia Christi appellatio, modò Templum, modò inhabitantem Deum in illo demonstrat.

Exige vbi etiam Dominus in Filij persona ponatur, & nunc quidem hominem illum, nunc Deum ostendit: *Venite*, inquit, *videte locum, vbi positus erat Dominus.* Et iterùm; Mulieres tanquam furto à Iudæis deflentes ablatum corpus Domini: *tulerunt*, ait Scriptura, *Dominũ meũ.* Et ad Galatas Paulus; *Aliũ*, inquit, *Apostolorum, vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini.* Et iterùm ipse ad Corinthios: *Quoties hunc Panem manducatis, & hunc Calicem bibitis, mortem Domini adnuntiatis donec veniat.* Et iterùm: *Domine, vt video Propheta es tu.*

Hæc omnia Dominicæ Incarnationis sunt documenta; quia neque Deus Verbum erat in monumento proiectus: quomodo enim resurrexit, qui vniversitatem sustentat verbo potentiæ suæ, si iacebat secundùm Arrium? Sed neque Dei essentiam flebant mulieres, tanquam quæ esset de sepulcro furto subducta. H Quis enim suspicetur Deitatem furacibus manibus câpessibilem esse? nec iterùm Iacobum Deitas habuit fratrem. Nec Dei Verbi mortem nos adnuntiamus; cùm Domini Corpore & Sanguine pascimur: Dei enim natura sacrificium suscepit, non ipsa sacrificio immolatur. Nec Propheta Deus, sed dator Prophetiæ, vt sit hoc loco Dominus, sicut dixi, carnis expressio tanquam habentis Dominicam dignitatem, quæ tamen temperamento vel admixtione minimè in substantiam transierit Deitatis.

Alibi enim Dominus demonstrativum est Deitatis, sicut est illud: *Vnus Deus Pater ex quo omnia; & vnus Dominus Iesus Christus; per quem omnia.* Ex Deitate enim opifex omnium Christus, non ex humanitate

quæ

A quæ post creaturam condita invenitur. Alibi autem, sicut dixi, Dominus vtrarumque rerum significativum est, sicut est, *Domine Iesu, ne statuas eis hoc peccatum.* Et, *multi mihi dicent in illa die, Domine Domine, nonnè in nomine tuo Dæmonia eiecimus?* Et Paulus, *quem mihi reddet Dominus iustus index in illa die; non solùm mihi, sed & omnibus, qui pie diligunt adventum eius.*

Vidisti quemadmodum Christus, & Filius, & Dominus, quandò de vnigenito meminit Scriptura, modò humanitatis, modò Divinitatis, modò autem vtriusque vult existere significativa vocabula: quid ergo confundis, quæ sunt inconfusa? Quid Dei nomen deputas morti; quod à divina Scriptura nusquã in mortis commemoratione profertur? Quid Paolo clamante eum audiss in viso definitũ, Deus suscitãs eũ à mortuis; Tu natã & mortuã inani imaginatione indicas Deitatem?

B Benè autem & Iudicem esse venturum Paulus hunç virum, qui visibilis fuit, designat. Quoniam ad imaginem ab eo figuratum, & Regno terræ honoratum hominem escam vermium diabolus præparavit: venit secundùm futurum Christus in hominis forma omnipotenti; vt agnoscat ipse quoque Diabolus, qui cum omnibus etiam ipse erat sub dominatione Dei, quia verè homo ad imaginem & similitudinem Dei factus, & Rex terræ, ac Dominus constitutus author, meritò ad Cœlorum etiam Regna est sublimatus.

Sed nostrum sermonem vestræ audientiæ aviditas vincit; & me vinci confessus, ad taciturnitatem confugio, optans semper hac cupiditate vestræ audientiæ superari. Dominicæ itaque humanitatis susceptionem colamus Incarnationis Sacramentum. Hymnis incessabilibus excolamus susceptricem Dei Virginem. Cùm de Deo ratio eius maior, cum Deo ad Divina nos elevemus. Theotochon dico, non Theotocon, litteram *Chi*, non *Cappa* exprimi volens. Vnus est enim vt ego secundùm ipsos dicam. Pater Deus Theotocos, id est, genitor Dei, qui hoc nomen compositum habet.

C Visibilem igitur, cum invisibili coniunctã formã cũ Deo ad Divina deputemus id est, natura quæ indumẽtũ est Dei; cũ eo, qui ea vtitur, honoremus tãquã radiũ Deitatis, vt ita dicam, Incarnatione formidemus tãquã divinæ authoritatis inseparabile simulacrum, tanquam occulti imaginem vel statuam Iudicis; dividentes naturas, coniungamus honorem: confiteamur duplicem, & adoremus vt vnum: Duplum enim naturarum vnum est secundum vnitatem.

Si hæreticus tibi ex persona Ecclesiastica mortuum Deum tuum exprobraverit: iratus tu ad dictum reclames; Deus est, qui suscitavit de mortuis Pastorem ovium magnum; non ipse mortificatus est, & sublevatus. Si te Iudæus hominem colere dixerit: Apostolicam responde traditionem, Deus erat in Christo mundum reconcilians. Si gentilis escosam susceptæ humanitatis adserit quoniam fit remissio peccatorum. Responde ei quæ Paulus, *quoniam per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur.* Ipsi gloria in sæcula sæculorum.

D

NOTÆ IN MARII MERCATORIS COMMONITORIVM ADVERSVM Hæresim Pelagij & Cœlestij, ac etiam scripta Iuliani.

NOTÆ IN PROLOGVM.

COMMONITORIVM) *Vox ista nonnullis significat (a) Epistolam, quæ mandata continet, & in Provinciam mittitur. Sic Suida*, κομμονιτώριον ἐπιστολὴ ἐντολὰς ἔχουσα πεμπομένη εἰς χώραν, *hoc est*, Epistola impessitiva missa in Provinciã. *Huius formulam habet Cassiodorus l. 7. variar. form. 21. quæ sic incipit:* Non dubitamus esse gratissimum, quando quis commonetur officium implere susceptum, &c. *Ea significatio legitur inter Gelasii Papæ Epistolas:* Commonitorium ad Faustum Magistrum. *Et eo sensu vox ista intelligitur in S. Augustini Epistola 129. & 158. Aliis vero nomen istud pro conventione sumitur, sive scripta sit, vt aliqui volunt; sive non scripta, vt aliqui contendunt. Sic in l. 2. C. Theod. si cert. petat. de suffrag. & l. unic. C. eodem tit. Aliis denique idem est quod admonitio quâ quis, licèt nulla dignitatis potestate sublimis, de malo aliquo, quod præcaveat, proximum admonet. Sic Peregrini Commonitorium, in quo Vincentius Lirinensis fugiendas hæreses describit. Sic Marius Mercator priorem hunc Tractatum, quo Iuliani* F *errores exponit & expungit*, Commonitorium *nuncupat. Alterum iam scripserat sub Consulatu Florentij & Dionisii, hoc est anno Christi 429. hoc titulo insignitum:* Marij Mercatoris Servi Christi Commonitorium, super nomine Cœlestij, Pelagij, & Iuliani, eorumque hæresi. *Extat in recentiori Conciliorum editione. Illud autem à nostra materia distat, nam historicum est; nostrum verò quæstiones versat: & ætate, hoc enim posterius esse, & post S. Augustini tempora, quem vocat sanctæ recordationis Antistitem, infrà dicemus.*

(*b*) ADVERSVM SCRIPTA IVLIANI. *Scilicet capitula quadam ex vltima Iuliani contra S. Augustinum disputatione, quæ subnotationibus configenda Marius Mercator suscepit.*

(*c*) A MARIO MERCATORE.) *Ad hunc S. Aug. scripsit epistolam quæ desideratur & cuius meminit ipse vbi ait*, in epistola quam scripsi ad filium meum Mercatorem. *Authoris hoc nomen est præfixum aliis etiam Tractatibus, seu Epistolis, quas subiiciemus; vnâ, quæ Nestorij aut alicuius Nestoriani est, excepta; vtpotè cui nulla responsiones à Mario adiecta reperiuntur in Vaticano M.S. Codice, ex quo has studiose exscriptas habemus.*

G *Marij Mercatoris ex antiquis neminem scio qui meminerit. Verùm Pater Labe intec novissima editione Concilia. Scriptoris illius nomen, & Commonitorium de quo posteà, ex annorum suprà mille tenebris educens, publici iuris fecit. Hic Iuliano coætaneus floruit, vt ipsius verba fidem faciunt, quibus se in Iuliani convitia & maledicta incursurum praeloquitur:* Non ignorans, *inquit Marius*, in maledicta & effrænatæ illius linguæ nos convitia incursuros. *Et infrà.* Scio quòd etiam de ordine capitulorum succensurus sit nobis... inanem contra nos verborum strepitum moturus, accusans, &c. *Et per totum librum Iulianum alloquitur. Coævus quoque fuit S. Augustino, cui tamen supervixit, à quo donato istud scripsit Commonitorium, in quo non semel eum B. memoria Episcopum designat, vt iam monui. Floruit itaque Marius Mercator circa annum 430.*

Quis fuerit iam si quæras, Laicus an Clericus, Secularis an Monachus. Unum est quod tibi respondeam: Marium Mercatorem non fuisse Sacerdotem vel Episcopum; quippè qui nullam alicuius dignitatis in suis operibus notam gerat; imò qui Pionij cuiusdam Presbyteri mandatis parere se protestetur, nulla consacerdotis vel fratris, H *sed duntaxat venerandi Presbyteri, salutatione præmissa:* Tu quoque, *inquit, Marius hic*, venerande Presbyter Pienti, iussisti: parui imperatis.

Latinus hic Scriptor est, qui Latinis auribus Græcos Theodori & Nestorij Tractatus dedit. Africanum hunc ex duriori stilo indico; & ex eo quod res & acta Ecclesiæ Africanæ apprimè noverit, & horum etiam exemplaria apud se tenuerit; vt ex vtroque illius Commonitorio liquet. S. Augustini studiosissimus fuit, & strenuus Gratiæ Christi & illius œconomiæ defensor.

Quæ autem scripserit hic habes. 1. Commonitorium historicum, quod in novissimè excusis Conciliorum voluminibus extat. 2. Commonitorium, quod è Vaticana Bibliotheca arculis in lucem edimus, quodque Marij Mercatoris

Subnotationes

Subnotationes ad diversa Iuliani capitula continet. 3. Theodori Mopsuesteni Sermonem, seu Symbolum è Græca in Latinam linguam conversum a Mario Mercatore & confutatum, præmissa Prologo. 4. Epistolam Mary Mercatoris, qua Pauli Samosateni, atque Nestorij perversa dogmata refellit. 5. Aliam Epistolam, qua Nestorij blasphemias impetit. 6. Tractatum denique Nestoriani alicuius, vel ipsiusmet Nestorij, cui Marius non subiunxit responsa, licèt hunc ab ipso translatum existimem.

Huius.e tandem Commonitorij ætatem sic discerno. Post Theodori Mopsuesteni, quem dicit, quondam Episcopum, ac etiam S. Augustini, vt notavimus, decessum, constat esse compositum: ac proindè post annum 429. cum anno 430. S. Augustinus humana dimiserit. Cum verò nusquam de Synodi Ephesinæ iudicio contra Pelagianos mentionem habeat; mihi conuicere est à S. Augustini obitu ad hanc Synodum scriptas fuisse has Mary Mercatoris contra Iulianum Subnotationes.

(*d*) QVÆSTIO CONTRA FIDEM) *Pelagiani enim ista non esse fidei, sed quæstionis reputabant, vt infrà observabimus ad verbum,* indisciplinatas quæstiones.

(*e*) APVD NONNVLLOS SYRORVM) *Evagrium Ponticum, Theodorum Mopsuestenum, & Rufinum, quibus S. Hieronymus præmittit Origenem, & ad angit totius Syriæ hæreticos, vt in Præfatione ad Dialogos contra Pelagianos loquitur: qui & in Epistola ad Ctesiphontem horum Duces constituit Pythagoram & Zenonem, Stoicos & Peripateticos; quorum omnium asserit fuisse sententiam, posse ad perfectionem, & non modò ad similitudinem, sed & ad æqualitatem Dei humanam virtutem & scientiam pervenire. His adiicit Manichæum, qui electos suos iam non posse peccare fatebat, & Priscillianum, qui è Basilidis gnostica impuritate libidinis serviendum ducebat; ac etiam Iovinianum, qui 2. in quæstione Romæ docuerat hominem in Christo vere baptizatum iam non posse peccare. Quos omnes Pelagianæ impietatis antecessores dicere licet, etsi eos execrari se obtestentur Pelagius, Cælestius & Iulianus, qui in sua Confessionis libello expressè declarant se condemnare & horrere Iovinianistas, qui dicunt hominem post Baptisma nullo modo posse peccare.*

Sed vt ad Syros redeam. Evagrius ex Iberibus, qui circa Euxinum Pontum colunt, genus duxit. Vir sapiens & clarus admodum, in inveniendo subtilis, in eloquendo gravis & acer: sacras Litteras a Gregorio Theologo addidicit, cuius fuit & Archidiaconus, dum ille Constantinopolitanæ Ecclesiæ præesset: à Macario etiam Alexandrino, & ab altero quoque Ægyptio Mercario ad Philosophiam, hoc est, ad Monasticæ vitæ perfectionem institutus est. Librum edidit, cui titulus γνωστικὸς, & alterum, qui inscribitur μοναχικός. Scripsit & carmine vnum opus ad Monachos, & alterum ad Virgines. His verò libris quorumdam sententias περὶ ἀπαθείας inseruit, videlicet libro Monachico istam, Sicca & Regularis Diæta charitati coniuncta, citò perducit Monachum ad portum impassibilitatis: & *opere Gnostico hanc;* Humanam scientiam ij, qui affectibus sunt obnoxij, suscipere possunt; Divinam verò ij soli, qui ab omni affectu sunt liberi. *Item:* Mens spiritualem intellectum ascensa perfectè purgatur. *Hæc de Evagrio, quem vocant Philosophum, nos docet Niceph. l. 11. c. 42. & 43. post Socratem, l. 8. hist. trip. cap. 1. & S. Hieronymum l. de Scriptor. Eccles. & Epist. ad Ctesiph.*

Licèt autem Evagrius sit Ponticus & Hyperborita; mihi tamen non dubium est, quin ipse suas de perfecta ab omni affectu libertate sententias, quæ Pelagiani dogmatis sunt semina, sparserit per Syriam & Asiam, quam non semel peragravit, vt Constantinopolim, atque in Ægyptum & Alexandriam transmigraret.

De Theodoro & Rufino infrà dicemus.

Sed vtrum & Diodorus istis sit annumerandus, vt quibusdam placet, qui Pelagiana dogmata ante Pelagium docuerunt, mihi nonnihil difficultatis est. Diodorus hic à Meletio Antiocheno Episcopo, iuxtà Niceph. lib. 12. c. 5. & Socrat. l. 5. c. 4. Præfectus fuit Ecclesiæ civitatis Tarsensis, quæ Ciliciæ Metropolis est, & Apostolo Tarsensis cognomen dedit, sicut & ortum. Hunc præceptorem audivit quidam Theodorus, qui postea Mopsvestiæ in Cilicia Episcopus fuit, vt habent Niceph. l. 13. c. 5. & Socr. l. 6. c. 3. At quid suspicionis ex eo est? Si enim Theodorum, & Ioannem, qui Chrysostomus dictus est, instituit. Ipsum etiam plures scripsisse libros tum contra fatum, tum contra Manichæos, ex Photij Bibliotheca, & ex Nicephori historia discimus: sed vero is Manichæorum nomine non eos, vt Iulianus, traduxit qui vitiatam primi hominis peccato naturam dicebant; nec fati aut geneseos titulo in eos insurgit, qui à Dei miserentis proposito, vel iusto Vindicis iudicio homines, antequam boni vel mali quidquam propriâ voluntate fecissent, in honorem eligi, vel in contumeliam deputari Catholici semitiant. Lupus in dissertatione de Sacro-Sancta Synodo Ephesina cap. 1. asserit ex Photij libro 177. à Diodoro Tarsensi vnum præ cæteris librum editum esse contra asserentes, peccare hominem natura, non voluntate, hoc est, vt ex Photij textu patet, hominem nasci in peccato. Vnde Lupus Theodorum & Nestorium ex illo didicisse pelagianizare, absolutè pronunciat. Verùm Photius eâ loco hunc librum nequaquam Diodoro, seu Theodoro Tarsensi, sed Theodoro, qui Mopsvestiæ Episcopus fuit, ὁ Μοψουεστίας δ' ἐστι, manifestè ascribit. Hic error Lupo ex eo fortè contigit quòd, vt Photij notator observat, in M. S S. omnibus hæc verba, Μοψουεστίας δ' ἐστι, alieno loco sint posita. Vnde ergò Pelagianæ pravitatis præcursoribus, & inter nonnullos Syrorum, Tarsensem Diodorum accenseam, nihil in eius scriptis, vel priscorum de eo testimoniis mihi occurrit.

Ibam verò, qui Edessæ in Syria Episcopus fuit, inter nonnullos Syrorum, apud quos Marius Mercator motam dicit quæstionem circà fidem Originalis peccati, infrà notabimus.

(*f*) ET PRÆCIPVE IN CILICIA A THEODORO, &c.) *Auctorem de singulis Theodori erroribus loquendi locum dabit eius sermo, à Mario Mercatore confutatus. Ea hic observare sufficiat, quæ ad Pelagiana commenta pertinent. Ipse in lib. 2. de Incarnatione, & lib. 4. Commentar. Evang. secundùm Matth. docuit quòd homo Iesus non differt à connaturalibus hominibus, quam quòd gratiam ipsi Deus dedit: quâ, vt lib. ad Baptizandos ait, impeccabilis est. Et quod Christus certamen habuerit contra Animæ passiones. Quam blasphemiam in prima sua ad Antiochenos Concione, ipse affirmat. Vt testatur Armeniorum Libellus Proclo Episcopo Constantinopolit. oblatus, is exstat in Collation. 5. Concil. Constant. II. Ex ista Theodori blasphema definitione consequens erat, non ex originis vitio in nobis esse certamen passionum, quas in ipso Christo mentitus est: & cæterorum hominum, non magis quàm Christi, naturam protoplasti peccato corruptam fuisse. Dona verè gratiæ nec in ipso Christo voluit esse gratuita sicut nec in cæteris hominibus, sed ex meritis saltem in præscientia. Sic enim de æterna Christi Iesu prædestinatione Theodorus Πολυχρονίζων in lib. 14. de Incarnat. Deus verbum sciens Domini virtutem; & secundùm præscientiam, statim in ipso initio complasmationis inhabitare voluit, & vniens eum sibi affectu voluntatis, maiorem quandam præstabat ei gratiam, vtpotè in eum & in omnes homines dividendam. Vnde & circa bona voluntatem integram ei custodiebat.* Non enim docemus, *inquit Theodorus,* quòd ille homo voluntatem nullam habebat; sed quòd volebat quidem bonum, magis autem ei voluntariè plurimum aderat & boni desiderium, & contrarij odium; conservabatur verò à Divina gratia illi voluntas integra ab initio, Deo qualis erit subtiliter sciente, qui & ad confirmandum eum magnam illi cooperationem habitatione sua præstabat pro omnium nostrûm salute. Vnde nec iniustum dicat aliquis esse quod præter omnes præcipuum aliquid datum est illi homini qui à Deo assumptus est. *Vbi Theodorus ipsiusmet Christi prædestinationem, quæ est gratiarum præparatio, docet fuisse ex meritis illius à Deo subtiliter præcognitis, ne in Deo iniusta sit personarum*

A *acceptio. Sic Theodorus prælusit Pelagianis, contra quos Sanctus Augustinus ex opposito Catholicam Doctrinam de hominum electione nulli subdita meritorum prænotioni, ex gratuita Christi prædestinatione defendit libro de prædestinatione Sanctor. c. 15. Ex his enim Theodori discipulis volebant in Christo Domino patere quod sibi ipsi dare posset humana libertas. Nã quò evectus ille quẽ per omnia nobis connaturalem, docebant in nullo differre, crediderunt per humana merita quemvis hominem posse ascendere. Hinc & Ibas Syrus Edessæ Episcopus a Theodoro in Cilicia, quæ proxima est, edoctus, dixisse, accusatus est.* Nõ invideo Christo, quia Deus factus est; quoniam, si volo, fio & ego. *Vel, vt Liberatus in Breviario cum Clericis Edessenis in litteris supplicibus exponit:* Non invideo Christo facto Deo: quoniam & ego, si volo, possum fieri secundùm illum. *Quam impietatis blasphemiam his stringit Sanctus Augustinus lib. de Prædestinatione Sanctorum, cap. 15. Respondeat hic homo Deo,*
B *si audet, & dicat: Cur non & ego (hæc quæ in Christo admiranda sunt, non accipiam.) Et si audierit, ô homo tu quis es qui respondeas Deo; nec sic cohibeat, sed augeat impudentiam, & dicat: quomodò audio, tu quis es ô homo? cùm sim quod audio, id est homo, quod est & ille de quo ago: cur non sim quod & ille? etenim gratia ille talis ac tantus est? Cur diversa est gratia, vbi natura communis est? certè non est acceptio personarum apud Deum. Ad hæc Sanctus Augustinus:* Quis, non dico Christianus, sed insanus hæc dicat. *Appareat itaque nobis in nostro capite ipse fons iustitiæ, &c. Non ergo iniuria hunc Ibam Edessenum cum Theodoro numeraveris inter nonnullos Syrorum à quibus Mercator motam, & maximè in Cilicia à Theodoro, quæstionem dicit de natura vitio, & de auxilio gratiæ.*

Præter hæc Theodorus Mopsvestenus integro libro professus est, quod Deus peccatum docuit, & mortem introduxit non in peccati vindictam, sed nostræ vtilitatis gratia: adeò vt, etsi Adam non fuisset inobediens, à Creatore tamen factum fuisset vt moreretur. Adam, *inquit Theodorus lib. 5. quod Deus peccatum docuit, & mortem introduxit,* subditus est morti propter inobedien-
C tiam, quod & citrà inobedientiam propter vtilitatem nostram à Creatore factum est. *Quod Theodori capitulum Vigilius Papa in suo constituto sic explicat, & anathemate damnat.* In supra-scripto capitulo dicitur, quod etsi non fuisset Adam inobediens, tamen propter vtilitatem hominum à Deo factum esse) *vt homo moreretur*) & edoctos nos esse peccatum. Quod absit vt Catholica fides credat à Deo nos, vt peccatores efficeremur, doceri potuisse peccatum. Si quis ergo ita sapit, docet, credit aut prædicat & non magis prohibente Deo, primi hominis culpa introductum fatetur esse peccatum, & iusto Dei iudicio eum atque eius propaginem propter inobedientiam suam mortis subiisse supplicium, anathema sit.

Pelagianam hanc insipientiam apertiùs adhuc Theodorus prædocuit libro 5. Comment. de creatura, *in quo bona & mala à Deo esse facta dixit:* Nec mortem, *inquit*, non sponte & præter iudicium suum, (*Deus*) intulit hominibus, neque peccato ad nullam vtilitatem aditum dedit. Nec enim hoc fieri eo nolente, poterat: sed quoniam sciebat vtile esse nobis, &c.
D *Parum fuit Theodoro ea omnia collegisse, quæ Pelagiani erant disseminaturi: nisi & ipse eis pareret calumnias, quibus audaciùs in Catholicæ veritatis defensores insurgerent. Eo animo librum edidit, vt ex Photio l. 177. habemus, qui sic prætitulatus est.* Contra asserentes peccare hominem natura, non voluntate. *Quæ quidem Theodori disputatio quinque libris absolvitur, quos Photius dicit adversus Occidentales hac labe infectos scripsisse. Quod autem hoc nomine denotet Catholicos, liquet ex eodem, qui inter secta illius capitula, ista sic reputat.* Primùm, homines naturâ non voluntate peccare; natura, *inquam*, non eâ quâ conditus est Adam; sed eâ, quam post peccatum adeptus sit, quandò per prævaricationem atque peccatum, malam pro bonâ, mortalemque pro immortali commutavit. *Alterum deinde caput ex illo deductum.* Infantes, tametsi recens natos, peccati immunes non esse: cùm propter Adæ prævaricationem natura in peccatis constituta, ad omnes eius posteros peccatrix, vt ipsi loquuntur, natura propagetur. III. Sanctum baptisma, sacrique Corporis communionem in peccatorum remissionem, quin etiam ipsis infantibus allata hæc præbere. IV. Neminem præterea mortalium esse iustum. *Quod ipsum item ex eo quod initio posuerant, inquit Photius, consequitur:* Non enim iustificabitur, *inquit Propheta*, in conspectu tuo omnis caro. V. Nuptias & concupiscentiam, quibus genus humanum propagatur, perversæ naturæ opera esse asserunt; in quam quidem per peccatum Adam delapsus, naturæ vitio mox malorum omnium examen susceperit. Ps. 142.

Quæ omnia planissimè demonstrant. I. Theodorum non nisi contra Catholicam fidem, quæ in vno omnes peccasse credit, præcitatum librum composuisse. II. Eâ tem-
F *pestate scripsisse libellum hunc, quâ Pelagiani contra huiusmodi veritates acriùs pugnabant, quas Sanctus Augustinus invictissimè propugnavit, istas Pelagianorum calumnias diluens, maximè lib. 2. de nuptiis, libris, seu contra Iulianum, libris quatuor ad Bonifacium, & singulis ad octo Iuliani libros responsionibus. Hæc enim, nisi tum agitata fuissent, eadem omninò Theodori tam distinctè non movisset, his addidit, si Photio sit fides, iam inde ab initio Adam formatum esse mortalem, adeò vt dum mortem Deus minaretur, mors quæ erat naturalis, tanquam pœna sit imposita propter peccatum. Denique Theodorus, iuxta eundem, duas peccatorum remissiones excogitavit: alteram, quæ sit venia de commissis: & alteram, quæ futura omnia peccata devitet, & est impeccantia, quam ipse perfectam ratamque veniam, integrumque peccati interitum appellat.*

Hæc omnia Pelagianos Theodorus edocuit, & maximè Iulianum qui, vt Marius Mercator observat infrà, vbi contra Theodori Symbolum, à Sancto Augustino pressus, exarato mari & lustrato Oriente ad illum confugerat, vt inde contra Augustini
G *sex libros instructior prodiret. Adeò similia sunt hæc Pelagianorum commenta, quæ modò proferemus, tum de Originis peccato, tum de concupiscentia & de remissione peccatorum; vt ista dictasse Theodorus non immeritò videatur; & verum sit, quod Marius Mercator in Commonitorij sui Prologo dixit, nempè quæstionem hanc præcipuè in Cilicia à Theodoro motam fuisse.*

(g) QUONDAM EPISCOPI.) *Post Theodori mortem hæc scripta sunt.*

(h) OPPIDI MANSISTENS.) *Pro Mopsvesteni. Nam inter varia Oppidi istius nomina, quæ sunt, Mopsvestia, Mopsue, Mallus seu Mallo, modò Malmistra, sive Mamistra seu Mamista, nobis* Mepsese, *à nullo alio dictum inveni, Mansistum aut Mansistenum.*

(i) PANES PAUCUS RODITUR, NEC EA PALAM, &c.) *S. Augustinus lib. 1. ad Bonifac. cap. 1. iam multo antè dixerat;* Cùm non designant fremere ad Dominici gregis caulas, atque ad diripiendas tanto pretio redemptas oves, aditus vndecumque rimari, &c. *Et in Epistola 105. ad Xistum iam dudum scri-*
H *pserat.* Sunt enim quidam, qui iustissimè damnatas impietates adhuc liberiùs defendendas putant: & sunt qui occultiùs penetrant domos, & quod in aperto iam clamare metuunt, in secreto seminare non quiescunt. Sunt autem, qui omninò siluerunt magno timore compressi: sed adhuc in corde retinent, quod ore iam proferre non audent, &c. *Et circa Marij Mercatoris tempora Cœlestinus Papa in epist. ad Synod. Ephesin. & in epist. ad Maximinum Constant. Episcop. scribit, Pelagianorum aliquos ad veritatem rediisse, cæteros transfugas, remotiores Provincias inquietare.*

(k) PRUDENITURES, &c.) *Hæc Pelagiani monstri caput est: seu vt Marius infrà loquitur, summa illius impietatis; cùm inepti, & magis impij Pelagianorum*

A laberes, & errores ad pravam hanc sententiam redigi videantur, vt circà finem Prologi Mercator præfatus est. Gelasius Papa in Epistola ad omnes Episcopos per Picenum, ad vocat acutissimum Pelagiani dogmatis argumentũ.

(l) SVB S. RECORD. ANASTASIO R. EC. S. P. &c.) In sedis quarto sæculo abeunte, & ineunte quinto, id est ab anno 398. ad an. 402. eo sedente Rufinus Presbyter Aquileiensis in doctrina Origenis causa, plurimùm exagitatus est, movente Sancto Hieronymo; & Oceano, cum Pammachio & aliis, deferente. De Rufino consultus à Ioanne Hierosolym. scripsit ad eum anno 401. epistolam, qua Rufinum nec damnat, nec absolvit, sed multam de errore suspicionem habet, eò quod ab eo Romam vocatus, parere noluerit.

Rufinus biennio post suum ab vrbe Romà discessum, iuxta Sancti Hieronymi fidam in Apologia 2. dicentis; biennio Aquilegiæ sedens, Catholicam suæ Fidei professionem ad Anastasium direxit. Hac de Anastasio & Rufino testantur Athanasii Epistola ad Ioannem Hierosolymitanum, Rufini Symbolum, eius Apologia adversùs Sanctum Hieronymum, & Sancti Hieronymi Apologia adversus ipsum. Nondum autem sub Anastasio quidquam de Pelagiano dogmate disputatum est; sed virus illius in Rufini pectore latens, Pelagius iam tum clam ebibebat, ab eius discipulis postea eructandum: per se enim, vt Marius Mercator hic advertit, illud proferre Rufinus non ausus est.

(m) RVFINVS.) Qui & Tyrannius vel Toranius cognominatur in libello incerti Authoris, per modum appendicis adiecto Isidori & Ildefonsi Catalogis in collectione Miræi.

(n) NATIONE SYRVS) Haud dubiè ex nonnullis Syrorum, de quibus Marius suprà. Verùm cùm Rufinum à Mario Mercatore audis natione Syrum, fortè stupes: Aquileiensis enim Presbyter vbivis prædicatur, à Gennadio de Illust. Ecclesi. Scriptoribus, cap. 17. & ab eius transcriptore Honorio cap. 17. Aquileia verò, seu Aquilegia, est Italiæ vrbs celeberrima; & nullam hoc nomine vsquam habuit Provincia Syriæ. Quin & ipsum Italum Aquileiensem vocat Palladius in Lausiaca c. 33. apud Lippomanum: Erat, inquit, etiam cum ea (Melania) Rufinus quidam nomine, civis Italus ex Aquileiensi oppido, vir nobilium morum qui & ad Presbyteratum posteà meruit pervenire. Quæ à Textu Græco in cap. 66. non absimilia sunt: eo enim in capite περὶ Ῥουφίνου sic legitur: ᾗ συνέζη καὶ ὁ εὐγενέστατος καὶ μονότροπος Ῥουφῖνος ὁ ἀπὸ Ἰταλίας ἐξ Ἀκυληΐας τῆς πόλεως πρεσβυτερίου εἰς ὕστερον καταξιωθείς. Id est, cum ea vixit generosissimus, & ex se solo eruditus Rufinus, hic ab Italia ex Aquileia urbe Sacerdotio denique dignus. Ipse Rufinus Apologiam scribens Aquilegiæ, se post annos triginta suis parentibus redditum dicit. Quid ergò Marius Rufinum natione Syrum nobis tradidit? Hæc conciliandi mihi non alia ratio est, quam Rufinum quidem Sacerdotij titulo fuisse Aquilegiensem, & iure civitatis Italum: Natione verò, vt Mercator exprimit, Syrum fuisse. Et ad id quod ipse se suis parentibus redditum Aquilegia scripsit: S. Hieronym. 2. adversus eum Apologiâ reponit quod patriâ derelictâ, Aquilegiæ habitat. Ex quo apertum videtur Aquilegiam non fuisse patriam Rufini. Deindè paulo post; Rufini sua facta iactantis animum S. Hieronymus his retundit: Prodat nobis acta confessionis suæ, vt inter alios Alexandriæ Martyres, huius quoque gesta recitemus. Quæ subindicare videntur Rufinum, si Martyr fuisset, inter Alexandriæ Martyres connumerandum: proindeque Alexandriam, vel Alexandrinæ ditionis aliquem locum, fuisse patrium Rufini solum.

Sic S. Felix Presbyter Nolanus fuit, & genere Syrus, qui Patrem Syrum habuit, S. Paulino teste in Poëmate de Felice, Natal. 4.

Itaque Rufinus civis Italus, & Presbyter Aquilegiensis rectè dicitur, cùm tamen sit natione Syrus: sicut B. Felicem patria Italum, Presbyterio Nolanum, simulque genere Syrum testatur eadem ætate S. Paulinus in Natal. 4. de S. Felice.

(o) ROMAM.) Quò ex Palæstina rediit circa annum 397 ante Siricij obitum: & unde non discessit, nisi sub Anastasio circà annum 400. biennio antequàm Apologiam, seu suæ Fidei confessionem scriberet, iuxtà S. Hieronymum 2. Apolog. adversùs Rufinum.

E (p) PRIVS INVEXIT.) Legendum puto, primus invexit. Rufinum Romam, quò novissimè appulerat, impeccantiæ, seu perfectæ sanitatis ἀπαθείας errores, quos Origenis libris, & ex Evagrij atque Theodori sententiis plenè hauserat, primum advexisse scribit S. Hieronymus in Epistola ad Ctesiphon. vbi Evagrij libros περὶ ἀπαθείας à Rufino Latinè editos, ab omnibus legi in Occidente, his verbis conqueritur: Evagrius Ponticus....edidit librum & sententias περὶ ἀπαθείας quam nos impassibilitatem, vel imperturbationem possumus dicere, quandò nunquàm animus ullo perturbationis vitio commovetur; &, vt simpliciter dicam, vel saxum, vel Deus est. Huius libros per Orientem Græcos, & interprete discipulo eius Rufino, Latinos plerique in Occidente lectitant. Et in Præfatione ad l. 4. Comment. super Hierem. dicit hanc ἀπαθείας καὶ ἀναμαρτησίας hæresim post Pythagoram & Zenonem a Grunnio (quo scommate Rufinum notat) præ cæteris Origenis discipulis inductam fuisse.

F Rufinus insuper Latio sermone donavit Xysti Philosophi, sub Xysti Martyris nomine, librum qui definiebat, quia libertatem arbitrij sui permisit hominibus Deus, vt purè & sine peccato viventes, similes fiant Deo. Quòd Templum sanctum est Deo mens pura, & Altare optimum est ei cor mundum, & sine peccato. Denique quod Vir castus & sine peccato, potestatem accepit à Deo esse filius Dei. Quæ addactis supra Theodori Mopsvesteni, & Ibæ Edesseni sententiis perfectè consonant.

G His autem Rufini versio Pelagium sic imbuit, vt ipse ista S. Augustino ausus sit obiicere, quæ & sanctus Doctor verè Xysti Martyris esse reputans, ad sensus Catholicos inflexit l. de nat. & grat. c. 64. S. Hieronymus Epist. ad Ctesiph. & l. 4. in Hierem. cap. 22. solito Grunnij vocabulo Rufinum redarguit, quòd huiusmodi librum Xysti Martyris nomine publicum fecerit, sub Annali titulo. Ex quo Rufinum in aliquibus de arbitrij libertate à S. Hieronymo notatum dixit Gelasius Papa in Conc. Rom. 70. Episcoporum.

Præterea Rufinus, dùm Romæ degeret, coràm Cœlestio peccati traducem abnegavit: vt Cœlestius ipse in Conc. Cartag. hac in re ingenuè confessus est: si S. Augustino credimus, id ex istius Concilij actis referenti l. de pec. orig. c. 3. Cœlestius dixit: Sanctus Presbyter Rufinus Romæ qui mansit cum S. Pammachio. Ego audivi illum dicentem, quia tradux peccati non sit.

Iure itaque meritò Mercator noster dixit, quòd Rufinus Pelagiana dogmata Romam primus invexit: qua de causa S. Augustinus l. de pec. orig. c. 22. Pelagium & Cœlestium non absolutè dicere voluit huius perversitatis authores, sed assertores atque Doctores, per quos ea latius reptaret atque cresceret. Si Authores non sunt inquit, sed hæc ab aliis didicerunt: Assertores tamen atque Doctores, &c.

H (q) PELAGIVM.) Seu Patrio nomine Morgan, id est, Marigenam, seu ex Pelago natum. Huius viri laudes, quem nondum hæresis infecerat, S. Augustinus prosequitur l. 2. de pec. mer. c. 16. l. 3. c. 1. n. 3. & l. de gestis Pelag. c. 22. Epist. 120. & l. retract. cap. 33.

(r) GENTE BRITANNVM.) Non ex Armorica, vt vult Danæus: neque ex Scotia, vt putat Vossius, sed ex Britannia citeriori, quæ Anglia modò dicitur, vt infrà patebit. Hunc S. Augustinus Epist. 106. & S. Prosper in Chronic. cognominant Britonem, ab eodem S. Prospero in Car. de ingr. c. 1. Coluber Britannus nuncupatur, & c. 34. Anguis Britannus.

(s) MONACHVM.) Sic eum vocat S. Augustinus libro de gestis Pelag. cap. 14. 20. 13. 35. & lib. de hæresib. hæres. 88 sic & eum nuncupant S. Ioann. Chrysost. Epist. 16. ad Olympiad. Isidorus Pelusio. lib. 1. Epist. 13. & alii. Cuiusnam autem Cœnobij Monachus fuerit Pelagius, non ita constat apud omnes. Hunc Monachum

A fuisse Monasterij Bancorensis, vulgò Boncor seu Bancor, nemo repugnat. Quandoquidem verò famosa duo huiuscè nominis in Britannicis Insulis extitere Monasteria: vnum in Valtonia Hiberniæ Provincia ad sinum Fregusij situm, vndè & & Boncerium Hibernicum dicitur: alterum in Britannia propè Castriam, quod indè Bancerium, seu Brancerium Britannicum solet nuncupari. Vni alij, alij alteri Pelagium addicunt. Quòd non in Hibernico; sed in Britannico Pelagius Monachum induerit, mihi fit certissimum ex ipsa Hiernici Bancorij fundatione, quæ Pelagio longè recentior est, anno videlicet 551. istud enim illustre Cœnobium in Vallonia primus construxit S. Comagella, seu Congelo, seu Comengellus, aut Congallus, aut Congallo, qui & Kevinus in Vsserij Indice Chronologico ad annum 498. Is natus anno 516. vno sæculo Pelagio iunior, Bancorense Monasterium exadificavit anno 552. cui ipse per annos 50. præfuit, & nonagenarius anno 600.
B denatus est: iuxtà Iocelinum & Annales Valtonienses. Huiuscè Britannici Banchorij Abbatem Pelagium constituunt Rudolphus Cestrensis l. 4. Polychr. c. 31. & Ioannes Timmthensis in vita S. Albani.

(t) TVNC DECEPIT, &c.) Ab anno 397. quo Rufinus è Palestina Romam rediit, ad annum 400. quo ipse Aquilegiam se recepit, vt suprà notavimus, sub Anastasio S. Pontifice, qui ab anno 398. ad annum 402. sedit: & ad quem Rufinus biennio post discessum ab vrbe Româ scripsit suæ confessionis symbolum. Vt iam diximus. Hinc Annales Anglo-Saxonicos emenda, qui Pelagium dicunt, pestiferum virus evomuisse Maximi Tyranni tempore, & Ioannem Maiorem, qui lib. 1. de gestis Scotorum cap. 17. id vult contigisse sexennio post, videlicet anno à partu Virginis 349. quo tempore Rufinus nondum Romam repetierat, nec eum Pelagius & Cœlestius audierant.

(u) QVIQVE MOX AVSVS IN APOST. PAVLVM COMMENTARIOS CONDERE.) In priori Commonitorio Marius Mercator de istis Pelagij commentariis, quorum habeb. 2 exemplaria, ita scribit. Ausus
C est memoratus (Pelagius) ante vastationem vrbis Romæ (sub Alarico anno iuxta Baro. 410.) in Apost. Paulum commentaria condere. Vbi & observat huiusmodi libros in causa fuisse, cur Pelagius cum Cœlestio pariter à Sosimo Papa fuerit damnatus. Istorum etiam commentariorum meminit S. Augustinus in prima sua adversus nascentem hanc hæresim disputatione. Post paucissimos dies, inquit S. Augustinus lib. 3. de pec. mer. cap. 1. legi Pelagij quædam scripta, quæ in Apost. Pauli epistolas expositiones brevissimas continerent. Et cap. 12. Quemadmodum, inquit, & Pelagius, cùm eandem ad Corinth. Epistolam tractaret, exposuit. Eas quasi expositiones vocat lib. de pec. orig. cap. 2. Quas nomine Pelagij circumferri fidem facit libro de gestis Pelagij cap. 16. Iam verò circà huiusmodi Pelagij commentationes, gravis movetur controversia: verum brevissima ista expositiones, quas tanquam Pelagij Sanctus Augustinus profert, & quas Pelagius condidisse dicitur à Mario Mercatore, illæ ipsa sint quæ inter Sancti Hieronymi opera vulgò edita leguntur. I. Dubitandi ratio est; quòd & inter Ambrosii volumina breves etiam in Sanctum Paulum commentarij perantiqui reperiantur, qui Pelagium olent; & tamen alij sunt ab his quos habet Sancti Hie-
D ronymi tomus octavus. II. Quæ & vehemens est, quòd argumentationes, quas Sanctus Augustinus ex illis Pelagij expositionibus adducit libro 3. de peccat. mer. cap. 2. 3. 8. num. 10. Et quasi iisdem verbis, quibus eas legit, se inferere profitetur cap. 1. num. 10. eiusdem libri, nequaquam in istis, quæ Sancti Hieronymi putata sunt, posita inveniantur. Nihilominùs tamen mihi nullo dubio constat brevissimas expositiones, quas inter Sancti Hieronymi opera volvimus, non alias esse ab iis quæ apud Sanctum Augustinum Pelagij nomen obtinuerunt. Quandoquidem ea, quæ Sanctus Augustinus ex istis excerpsit, in illis reposita sint. 1. Sanctus Augustinus libro de gestis Pelag. cap. 16. locû istum ad Romanos 9. Non volentis neque currentis, &c. A Pelagio datam expositionem sic edocet. Sunt enim, inquit, quædam expositiones Epistolæ Pauli, quam scribit ad Rom. quæ Pelagij esse dicuntur: vbi hoc E
quod scriptum est, non volentis neque currentis, &c. non ex persona Pauli asserit dictum, sed eum voce interrogantis & redarguentis vsum fuisse, &c. Scholiastes verò Pseudo-Hieronymus eadem Apostoli verba sic explicat. Si non est volentis neque currentis, vt quidam putant, quare iste currit dicens, cursum consummavi? vndè intelligitur quòd hic interrogantis voce vtitur, & redarguentis potiùs quàm negantis. 2. S. Augustinus l. 3. de pec. mer. cap. 12. expendens hoc Apostolicum 1. Cor. 7. Sanctificatus est vir infidelis, &c. Eam Pelagij explicationem inducit: Aut sic accipiendum est, ait S. Doctor, quemadmodum & nos alibi, & Pelagius cùm eandem ad Cor. Epistolam tractaret, exposuit: quòd exempla iam præcesserant; & virorum, quos vxores; & fœminarum, quas mariti lucrifecerant Christo, &c. F
Quod idem à Pseudo-Hieronymo sic expressum est: Exemplum refert, quia sæpè contigerit vt lucrifaceret vir mulierem, &c. 3. S. Augustinus eod. lib. cap. 4. dicit: Et ipse Pelagius non vno modo id (ad Rom. 5. qui est forma futuri) exposuit. Et verè quidem in brevissimis, quas Pseudo-Hieronymus dat, expositionibus, illud Apostoli testimonium plures habet intellectus, quos in editis videre in promptu est.

Et, ne huic parti quidquam defuerit, Marius noster, in edito à P. Labe Commonitorio, eas interpretationes ingerit, quas à Pelagio dicit prodiisse, & quas in Pseudo-Hieronymo terimus: In Epistola igitur, ait Mercator, cùm ad illa loca venisset (Pelagius) vbi Vas electionis ita loquitur: propterea, sicut per vnum hominem in hunc mundum peccatum intravit, & per peccatum mors; & ita in omnes homines mors pertransiit, hactenùs credidit exponendum. Ita ergò idem (Pelagius) ait: per vnum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, exemplo, inquit, seu imagine vsus est, quia sicut, cùm non esset peccatum per Adam subintravit; sic, & cùm non remansisset iustitia apud aliquem, vita per Christum reparata est. G

Et in omnes homines mors pertransiit. Cùm sic, inquit (Pelagius) qui peccant, similiter & moriuntur; neque enim aut in Abraham, aut Isaac, aut Iacob mors pertransiit, de quibus Dominus ait: Hi omnes vivunt. Hic autem propterea dicit omnes mortuos, quoniam multitudine peccatorum non excipiuntur pauci, sicut & ibi, inquit (Pelagius) non est qui faciat bonitatem, non est vsque ad vnum. Et iterum illud, inquit, omnis homo mendax. Aut certè in illos omnes pertransiit, inquit, (Pelagius) qui humano ritu, non cœlesti sunt conversati. Et post pauca: Sed regnavit mors ab Adam vsque ad Moysen etiam in eos, qui non prævaricaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ: sive cùm non esset, inquit, (Pelagius) qui inter iustum & iniustum discerneret, putabat mortem se omnium dominari; sive in eos qui mandatum tanquam Adam prævaricati sunt: hoc est: de filiis Noë: quibus præceptum est vt animam in sanguine non manducarent; & de filiis Abraham, quibus circumcisio mandata est: sed & in eos, qui præter mandatum Legem contempserant naturalem. Qui est forma futuri, quoniam, inquit, (Pelagius) sicut Adam præter coitum à Deo formatus est, sic & Christus ex H
Virgine, fabricante Spiritu Sancto, processit; sive, sicut quidam dicunt, forma à contrario; hoc est, vt sicut ille caput peccati, sic & iste caput iustitiæ sit: sed non sicut delictum, ita & donum; ne in forma, inquit, (Pelagius) æqualitas putaretur. Si enim in vnius prævaricatione multi mortui sunt, multò magis donum & gratia Dei per vnum hominem Christum in multos abundavit: Plus valuit, inquit Apostolus, gratia in vivificando, quàm peccatum in occidendo: quia Adam se solum & suos posteros interfecit, Christus verò & eos qui tunc erant in corpore, & hos qui posteà futuri erant, liberavit. Has Pelagij Commentationes adducit Marius Mercator loc. cit. quas omnes, diversa duntaxat vocularum lectione, in Pseudo-Hieronymo legimus, vt

A enivis istas invicem comparanti sit obvium. Mihi itaque certò sit certius Pseudo-Hieronymum hunc Commentatorem non alium esse, quàm Pelagium; qui, vt Marius dixit, ausus est in Pauli Epistolas Commentarios condere.

Ne tamen in proposita difficultate quis hæreat; non inficias ierim in illis expositionibus, quæ inter S. Hieronymi scripta circumferuntur, eam non legi argumentationem, quam ex Pelagij expositionum libro S. Augustinus exscripsisse se declarat l. 3. de pec. mer. c. 2. Sic ergo, S. Augustinus ait, illis argumentatio posita est. Hi autem, inquit, (Pelagius) qui contra traducem peccati sunt, ita illam impugnare nituntur. Si Adæ, inquiunt, peccatum B etiam non peccantibus nocuit; ergò & Christi iustitia etiam non credentibus prodest, quia similiter, imò & magis dicit per vnum saluari, quàm per vnum antè perierunt.

Sed nec ausim negare in Pseudo-Hieronymo non haberi, quod S. Augustinus in eo Pelagij libello positum legebat: nempè quòd iste suā alieno nomine sententiam sic proderet. Deinde aiūt, si Baptismus mūdat antiquū illud delictum, qui de duobus baptizatis nati fuerint, debent hoc carere peccato: Non enim potuerunt ad posteros transmittere, quod ipsi minimè habuerunt. Illud quoque accedit, inquit (Pelagius) quia si anima non est ex traduce; sed sola caro, ipsa tantùm habet traducem peccati, & ipsa sola pœnam meretur; iniustum esse dicentes, vt hodiè nata anima non ex massa Adæ tam antiquum peccatum portet alienum. Dicunt etiam, inquit, (idem Pelagius) nullà ratione concedi, vt Deus, qui propria peccata remittit, imputet aliena. In quibus omnibus videsnè, obsecro, inquit S. Aug. c. 4. lib. cit. vbi hæc omnia refert, quemadmodùm hoc totum Pelagius non ex sua, sed ex aliorum persona indiderit scriptis suis. Nec solùs S. Doctor ea, ex Pelagij libro exscripsit: sed & Marius Mercator in priori Commonitorio eadem ex eodem libro deprompsit. Lege & iudica. Cùm C tamen in cæteris breuissima Pseudo-Hieronymi expositiones consentiant iis, quæ S. Augustinus & Marius Mercator ex Pelagij libro proferunt; nec Ambrosiaster, aut alius ea contineant, certum maneat Pseudo-Hieronymi Commentationes eas esse, quas S. Augustinus & Marius Pelagij esse nobis tradiderunt. Quæ autem modò in editis Pseudo-Hieronymi desiderantur, deleta postmodùm aut excisa censeo: ista dicam à Pelagio non quasi expositiones eo in codice posita fuisse; sed tanquàm adiectas alieno nomine, & aliena persona, vt S. Aug. eo cap. loquitur, insertas sententias: quæ propterea in Pseudo-Hieronymi Commentariis, quasi extra rem fuissent, facilè dimissa sunt.

(x) CVM AD ILLVM LOCVM, &c.) Hoc maximè Apostoli testimonio originale peccatum arguitur. Vndè & Pelagius quàm maximè studuit illud ita exponere, vt per vnius hominis peccatum mors non corporis, sed animæ dumtaxat, in mundum intrasse, & peccatum ad posteros sola imitatione transire intelligeretur. Id testatur S. Augustinus, scribens ad Marcellinum l. 1. de pec. mer. c. 9. Hoc autem, inquit, Apostolicum testimonium, in quo ait, per vnum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, conari eos quidem in aliam novam detorquere opinionem, tuis litteris intimasti. D Sed quidnam illud sit quod in his verbis opinentur, tacuisti. Quantùm autem ex aliis comperi, hoc ibi sentiunt, quòd & mors ista, quæ illic commemorata est, non sit corporis, quam nolunt Adam peccando meruisse; sed animæ, quæ in ipso fit. Et ipsum peccatum non propagatione in alios homines ex primo homine, sed imitatione transiisse.

(y) COELESTIVS.) Hunc Scotum, seu Hibernum notat S. Hieronymus in Procemio libri Comment. ad Hierem vbi de Cœlestio sit: Nec recordatur stolidissimus & Scotorum pultibus prægravatus. Pultes enim in Scotia, sicut etiamnum in Armorica nostra, sunt in victu familiari. Illum insuper progeniem Scoticæ gentis nuncupat S. Hieronym. in Præfat. l. 3. in Hierem.

(z) NOBILIS NATV.) Ex genere Salomonis Damnoniis Cornubia, vt testatur Vsserius l. de Britannic. Ecclesiar. primordiis pag. 786. E

(aa) ILLIVS TEMPORIS.) Triginta circiter annis antequam Marius Mercator id scriberet; cùm Cœlestius simul cum Pelagio Romæ Rufinum audivit, quod circa annum 400. reposuimus.

(bb) AVDITORIALIS SCHOLASTICVS.) Idē quod Marius in priori Commonit. ait: Discipulus & auditor.

(cc) EVNVCHVS, &c.) Vnus Marius hic, & in eis. Commo. id de Cœlestio refert. Sacerdotium nihilominùs Cœlestius consequutum est: ab eo enim Canones non prohibent, Eunuchum vtero matris editum.

(dd) ERVDITVS.) S. Hieronymus non sic eum celebrat in Epist. ad Ctesiphon. vbi eum dicit per solæcismorum, & non, vt sui iactant, Syllogismorum spinetа decurrere. Et in Præfat. l. 1. in Hierem. Cœlestium his esse: F Nuper, inquit, indoctus calumniator exurgit. At S. Augustinus libro 2. ad Bonifac. cap. 3. benignius illum excipit, dùm eum acerrimi ingenij virum commendat.

(ee) A PELAGIO PRÆDITO INSTRVCTVS) In priori Commo. Discipulus & auditor Pelagij. Et infrà: Cœlestius eius (Pelagij) discipulus. Et paulò post: Discipulus eius Cœlestius. A S. Hieronym Cœlestius Pelagij discipulus, tamē Magister & Ductor exercitûs. S. Augustinus l. de hæresib hær. 88. de Pelagio & Cœlestio eius discipulo hæc habet: Quem (Pelagium) Magistrum Cœlestius sic secutus est, vt sectatores eorum Cœlestiani etiam nuncupentur. Vincent. Lirin. in Commonit. 1. c. 34. ait: Discipulum eius Cœlestium. Idem tradunt quotquot de Pelagio & de Cœlestio scripsere. Hunc ab ipso prius Rufino instructum fuisse, suprà notavimus ex S. Augustino l. de pec. orig. cap. 3.

(ff) AVSVSQVE PALAM, &c.) Occultè enim (inquit S. Hieronym. in Procem. in lib. 4. Hierem.) docebat Pelagius quod apertè negabat, suis artibus simplices decipiens. Vndè neque ex sua, sed quasi ex aliena G persona suas sententias inducebat, maximè in S. Pauli Epistolarum expositionibus, de quibus suprà: In ipsis quasi expositionibus, ait S. Augustinus lib. de pecc. orig. cap. 21. non ex sua persona est ausus obiicere, sed ibi hoc dicebat, vbi multis notissimus erat, & quod sentiret ac diceret, latere, non poterat. Diu etiam post, sensum suum Pelagius secretò tenuit, nec nisi fidelissimis commisit, quos arte sua decipiebat, iuxta S. Hieronymum Præf. ad lib. 1. in Hierem. & Præfat. ad lib. 4. Nec enim in ipsa Palestina Synodo mentem suam prodidit; sed fallaci responsione Patrum anathema elusit, mendaci ipse anathemate damnans quod mente tenebat; vt patet ex S. Aug. lib. de gestis Pelagij & aliis.

Audacior verò Cœlestius passim erroris sui sensum publicè disseminavit, & Romā in Africam detulit. Vnde & ipse prior in Concilio Carthaginensi damnatus est: apertiorem hunc Cœlestium, vafriorem verò Pelagium animum fuisse indicat S. Augustin. lib. de pecc. orig. cap. 6. Attendite, inquit, quid Cœlestius apertissimè dixerit; & ibi videbitis quid vobis Pelagius occultaverit. Cœlestius quippè adiungit & dicit, in remissionem, &c. Hunc sensum suum vobis apertè Pelagius vel timuit, vel erubuit, quem discipulus eius palam & sinè vllius obscuritatis ambagibus, apud Sedem Apostolicam profiteri nō erubuit, nec timuit. Et c. 12. Quid, inquit S. Doctor, H inter illū (Pelagium) & Cœlestium distabit; nisi quòd ille apertior, iste occultior fuit; ille pertinacior, iste mendacior; vel certè ille liberior, hic astutior; &c.

(gg) HIS VERBORVM SENTENTIIS, &c.) Hos vulgavit circa annum 413. & 414. Cœlestius in Sicilia, quo confugerat damnatus à Synodo Carthaginensi. Et hæc capitula et plurimum Hilarius Syracusanus ex Sicilia direxit ad S. Augustinum, qui & illis respondit in Epistola 89. Vbi & eorum authorum suspicatur Cœlestium. Hæc eadem iterum in Synodo Palestin. ex Herois & Lazari libellis Pelagio obiecta sunt, & ab omnibus, ab ipso etiam Pelagio voce tenus, damnata, vt refert S. Aug. l. de gestis Pel. c. 11. & 13. & lib. de pec. orig. c. 11. & 12. Ea enim omnia cap. Pelag. occultè saltem docuisse, ... (Epist. inter August. 88.)

Cælestij sive alterius fuissent, in dicta Synodo mendaciter damnavit S. Augustinus demonstrat, l. de pec. orig. cap. 13. 14. 15. &c. singulas hasce sententias Marius Mercator in priori Common. iam protulerat, quas in isto describit.

(*bb*) ADAM MORTALEM FACTVM.) *Et hoc ipse Augustinus statuit in libris ad Marcellinum, & aliis; qui & se id dixisse fatetur l. 2. oper. perf. c. 68.* Quia poterat mori, poterat namque peccare. *In hoc a Pelagianis dissentiebat quod moriturum hominem dicerent, etiamsi non peccaret.*

(*ii*) QVONIAM PECCATVN ADÆ, &c.) *Cælestius a Rufino illud edoctus est; quod cùm ipsi in Conc. in hac causa. I. Carthaginiensi obiectum fuisset à Paulino Diacono Mediolanensi; Cælestius respondit.* Dixi de peccati traduce me dubium...audivi illum (*Rufinum*) dicentem quia tradux peccati non est. *Hæc S. Augustinus libro de peccat. orig. cap. 2. & 3. Posteà in Sicilia Cælestius, vt diximus, id asseruit: tandemque in vrbe Româ Sosimo Rom. Pont. libellum obtulit, in quo expressè definiebat, quod parvulorum animam obstringit originale peccatum: vt S. Aug. eod. lib. lib c. 2. declarat.*

(*kk*) QVONIAM INFANTES QVI NASCVNTVR, &c.) *Id id Concilio Carthagin. obiectum est Cælestio qui respondit.* Iam de traduce peccati dixi, quia intrà Catholicam Ecclesiam constitutos plures audivi destruere, nec non & alios astruere; licet quæstionis res ista sit non hæresis, &c. *Vt tradit S. Aug. l. cit. c. 4.*

(*ll*) QVIA NEC PER RESVRR. &c.) *Hæc Pelagianorum argumentatio, quam S. Augustinus l. 3. de pec. Mer. c. 2. ex Pelagij commentariis in S. Pauli Epistolas exscripsit; & quam Iulianus Augustino sæpius opposuit, Vt infrà notabimus.*

(*mm*) QVONIAN INFANTES, ETSI NON BAPTISENTVR, &c.) *Non Cælestius modò; sed & Pelagius & Iulianus pertinaciter tenuere infantes non baptisatos habere vitam æternam, sed non intrare in Regnum Cælorum, Regnum Dei ab æterna vita stultè separantes. Vt ex S. Augustin. discimus, maximè in libris ad Marcell. in libro de peccat. original. & in libris contra Iulianum: fallaciter tamen ipsi dicebant parvulos, etsi nullius peccati rees, baptisari in remissionem peccatorum; ne diversa baptismatis genera facere viderentur. Hanc ipsorum fallaciam prodit S. August. libro de grat. Christi. cap. 6. 31. 32. & 33. Et lib. de pec. orig. c. 4. 5. 6. &c.*

(*nn*) QVÆ QVINQVE CAPITVLA, &c.) *Has Cælestij sententias Pelagio tanquam ipsius magistro obiecit in Synodo Palæstina libellus Herotis & Lazari Galliæ Episcoporum: & ad eas Pelagius fictè respondit.* Reliqua verò & secundùm ipsorum (*Herotis & Lazari*) testimonium à me dicta non sunt, pro quibus satis-facere non debeo. Sed tamen ad satisfactionem S. Synodi anathematizo illos qui sic tenent aut aliquando tenuerunt. *Quo mendaci anathematismo sibi satisfactum Synodus censuit: si S. Augustino sit fides, lib. de gest. Pelagij c. 11. vbi ex istis id concludit.* Videmus igitur & tenemus non solùm à Pelagio, verùm etiam à sanctis Episcopis, qui illi iudicio præsidebant mala perniciosissima huius hæresis esse damnata. Adam mortalem factum. *Et cætera capitula quæ iterum producuntur à S. August. eod. l. de gest. Pelag. c. 33.*

Epist. Aug. 88 & 89.

(*oo*) ADIECIT PRÆTEREA, &c.) *Duo hæc, quæ sequuntur, capitula cum præaddictis, à Cælestio tradita sunt, & ad S. August. ex Sicilia ab Hilario Syracusano missa. Quæ S. Doctor confutat epist. 89. quæ est ad hunc Hilarium. l. de gestis Pelagij, cap. 11. & lib. de pec. orig cap. 11. ea pariter esse Cælestij Marius in priori Commonit. confirmat.*

(*pp*) POSSE ESSE HOMINEM SINE PECCATO, &c.) *Hanc impeccantiam à Rufino ex Evagrij superbas positæ ἀπαθείας sententiis, Pelagius Cælestiusque didicerunt. Vt iam suprà notavimus, vbi de Rufino qui in hanc sententiam ductus fuerat à Theodoro Mopsuesteno, a quo hominem posse si velit esse sine peccato sicut Christum, assertum fuisse in notis iam dedimus. Vnde S. Augustinus, c. vltimo de gest. Pelag. inter Pelagianas blasphemias hanc recenset,* quod anima nostra possit esse sine peccato, quemadmodum Deus.

Iovinianus amplius, excesserat; qui iam Romæ anteà docuisset hominem post baptisma non posse peccare. Quem Ioviniani errorem secutos esse Pelagium & Cælestiū scribit S. Hieronim. in epist. ad Ctesiphon. cùm tamen Iulianus ab istius erroris invidiâ alienum adeò videri voluerit, vt in sua confessionis libello parte 3. numero 8. cum execrationis horrore damnaverit Iovinianistas qui dicunt hominem post baptismum nullo modo posse peccare. *Quin & hunc errorem ipsi Augustino affigere tentaverit, quasi qui diceret hominem in Christo renatum habere necessitatem boni, & ita consentiret Ioviniano. Quam calumniam notum vt dilueret S. Augustinus lib. 1. oper. perf. c. 98 respondit:* Imò se dicere hominem quamlibet iustum in hac vita non posse ducere vitam ab omni peccato liberam. *Illud autem Cælestij capitulum & ab ipso Pelagio, & à Iuliano cæterisque sectatoribus obstinatè fuisse defensum habemus ex S. Aug. l. 2. de pec. merit. c. 3. & 15. lib. de Spir. & litt. lib. de nat. & gr. cap. 1. & 17. lib. de grat. Christi cap. 48. 49. & 50. lib. de gest. Pelag. pluribus capitibus. Et passim in libris contrà Iulianum.*

Quandoquidem verò ipse S. Augustinus, etiam dum adversùs Pelagianos scriberet, omnia vitare peccata hominem posse cum Dei auxilio, frequenter posuit: & Ecclesia eos anathemate damnat, qui dicunt hominem non posse cum Dei adiutorio mandata servare: vt quid erroris & damnationis sit in isto Pelagianorum capite deprehendatur; aliqua paucis annotanda sunt. I. Pelagium ita dixisse hominem posse esse sine peccato; vt tamen id non posse nisi per gratiam, asseruerit, testatur ipse S. Augustin. lib. de nat. & grat. cap. 10. 11. 44. & 45. & lib. de gest. Pelag. cap. 6. & 14. II. Præter insitam naturæ possibilitatem admisisse Pelagiū divini auxilij necessitatem. Quippe (*Deus*) ipsam possibilitatem (*inquit Pelagius lib. 3. de lib. arbit.*) gratiæ suæ adiuvat semper auxilio. *III. Istud gratiæ auxilium in eo constituisse, quo Deum dicebat operari in nobis velle quod bonum est.* Operatur in nobis (*subiungit Pelagius*) velle quod bonum est, velle quod sanctum est; dum nos terrenis cupiditatibus deditos, & mutorū more animalium tantummodò præsentia diligentes, futuræ gloriæ magnitudine & præmiorum pollicitatione succendit; dùm revelatione sapientiæ in desiderium Dei stupentē suscitat voluntatē; dùm nobis suadet omne quod bonum est. *Hæc in S. August. lib. de grat. c. 6. & 10.*

I V. *Pelagius facilis permittebat ita hominem posse vivere sine peccato, vt tamen ex adultis nemo fuerit aut sit qui non aliquod commiserit peccatum: adeò vt totam in possibilitate quæstionem concluserit. Id liquet ex S. Augustino lib. de natur. & grat. cap. 7. & 42. & lib. de gest. Pelag. c. 6. 11. 12.* Aliud est, *inquit Pelagius*, quærere an possit esse aliquid; quod ad solam possibilitatem pertinet: aliud vtrum-nè sit. Nos de sola possibilitate tractamus...idem iterùm repeto. Ego dico posse esse hominem sine peccato. Tu, Augustine, quid dicis? non posse esse hominē sine peccato. Neque ego dico hominē esse sine peccato: neque tu dicis non esse hominem sine peccato. De posse & non posse; non de esse & non esse contendimus. Nam nullus est mundus à sorde: & non est homo qui non peccet. *Et in c. 6. & 3.* Non autē diximus quod inveniatur aliquis ab infantia vsque ad senectam qui nunquam peccaverit &c. *In c. 42. Pelagius inducitur in libro suo de Natura sic disserens.* Sed esto, consentiam quia omnes peccatores fuisse testatur (*Apostolus*) Dicit enim quid fuerint; non quòd aliud esse non potuerint. Quamobrem etsi omnes homines peccatores possent probari; definitioni tamen nostræ nequaquam id obesset; non tam quid homines sint, quam quid possent esse defendimus.

Nihilominus tamen Pelagius & alij eius clientes pertinacissimè semper contenderunt sanctos nonnullos fuisse qui nullum vsquam peccatum habuerunt.

Hinc

A Hinc, vt ex citatis & pluribus aliis locis patet, laudes Sanctorum in scriptis suis celebrant, quasi qui ab omni sorde peccati non mundati, sed mundi fuerint. Hinc & calumniantur Augustinum Sanctis detrahere; quos, quod Christi Sanguis purgaret, & quotidie per orationem dimitterentur, absque vlla pietatis iniuria, in Sanctis constituebat.

Hoc Pelagiani docuerunt: Vt autem quid de his S. Augustinus senserit discernas, observa 1. S. Augustinum firma fide tenuisse, hominem non sine adiuvante gratia posse esse sine pecc.. Id docet lib. 2. de pec. mer. c. 6. vbi quadruplicem circa hanc quæstionem instituit. 1. Vtrum esse possit. 2. Vtrum sit. 3. Si non est, cùm possit esse; cur non sit. 4. Vtrùm qui omninò nunquam vllum peccatum habuerit, non solùm quisquam sit, verùm etiam potuerit aliquando esse, vel possit. His ita propositis, ad primum sic respondet: Si à me quæratur, vtrùm homo sine peccato possit esse in hac vita, confitebor posse per Dei gratiam, & liberum ejus arbitrium. Nam (vt iam superius initio capitis dixerat) qui dicunt esse

B posse in hac vita hominem sine peccato, non est eis continuò incautâ temeritate obsistendum. Id Marcellino confirmat S. Augustinus l. de Spiritu & litt. c. 1. 35. & 36. quod & fortiùs defendit contra inanem Pelagij gratiam in lib. de nat. & grat. cap. 10. 38. 61. &c. Sed & l. de gratia Christ. c. 43. 48. & 49. Pelagio S. Ambrosium commendante, qui in 1. Luca ex Zacharia & Elisabeth laudibus, arguisse videtur hominem posse esse sine peccato: S. Ambrosium opponit, vbi gratiæ necessitatem docet, & vbi in Isaiam scribit, quod. Si minutiùs excutias, immaculatus esse nemo possit, quia nemo sine peccato. Quibus Ambrosium sua prius dicta minutiùs excutienda correxisse S. Augustinus l. de gratia, c. 49. vltrò fatetur. Synodi etiam Palestinæ Patres hanc sententiam quòd homo per gratiam possit esse sine peccato, comprobarunt; & eis S. Augustinus l. de gestis Pelagij c. 30. & 33. sic assentit, vt tamen non definitum putet, in corpore mortali, an in gloria cœlesti ea sit hominis complenda perfectio, vt sine vllo prorsus peccato sit. Quasdam insuper

C definitiones ex Sicilia missas, Cœlestij nomen praeferentes S. Augustinus accepit; quas etsi non certò teneret esse Cœlestij, qui iam è Sicilia recesserat, eas tamen illius placitis, quæ alio in opere, cuius Cœlestius certus auctor erat, S. Doctor legerat, invenit planè conformes. In illis ea maximè quæstio movetur, vtrùm homo possit esse sine peccato. Quod Cœlestius ea ratione definit; hominem posse esse sine peccato, quia peccatum vitari potest, aut peccatum non est. Huic definitioni S. Aug. l. de perfect. Iustitiæ adversùs illas Cœlestij argumentationes composito, c. 2. respondet vitari posse peccatum, si natura vitiata sanetur gratia Dei, &c. Ibidem Cœlestius hominem posse esse sine peccato concludit ex eo, quòd homo debet esse sine peccato, non aliud autem debet quàm potest. Quod solvit S. Augustinus eo cap. dicens, quòd si homo id debet, potest: Nec tamen cùm vult, continuò potest, sed cùm fuerit adhibita curatione sanatus. Eodem iterùm cap. Cœlestius illud definitum confirmat, quia præceptum est hominem sine peccato esse: cur autem præciperetur quod fieri omninò non posset? Cui S. Augustinus reponit consultissimè id

D præcipi, ut homo medicinam requirat. Denique toto hoc libro S. Augustinus contra Cœlestium contendit sic hominem posse esse sine peccato; vt id minimè possit, nisi per Christi gratiam, quæ nos liberet de corpore mortis huius. Et opus istud sic concludit, vt aliquorum sententiam reprehendere non audeat, quibus visum est homines nonnullos reverà sine peccato per gratiæ auxilium vixisse.

2. S. Augustinus censuit hominem nullum hîc vivere, aut vllum vnquam vixisse, neminémque post hac victurum sine peccato, id est, qui non aliquod aliquando commiserit, aut committat propria voluntate peccatum. Excipe D. N. IESVM-CHRISTVM, nec de de Beata Virgine putes hîc haberi quæstionem. Hæc S. Augustinus l. 2. de pec. mer. cap. 7. vsque ad cap. 19. & lib. de spir. & lit. c. 1. 2. & 36. lib. de nat. & grat. cap. 34. 36. (eo cap. Sanctam Virginem excipit) 36. 38. 61. 64. & 63. l. de grat. Christi

E c. 48. 49. & 50. fusiùs id versat l. de gest. Pelag. c. 11. 12. 30. 35. 36. & lib. de perfect. iustit. cap. vlt. in speculo c. 73. Epist. 89. & 95. lib. 1. ad Bonif. c. 13. l. 3. c. 5. & 8. l. 4. c. 7. 10. 11. 12. Enchir. c. 64 & alibi.

3. In primis adversus Pelagianos certaminibus S. Augustinus nullum fuisse, vel esse hominem qui, quantumlibet iustus, vixerit aut vivat sine peccato ita sustinuit; vt tamen id non esse Fide Catholica certum definire non ausus sit, nec Sanctos reprehendere, quibus contrarium visum est. Nulla, inquit l. de nat. & grat. c. 63. vel non magna hæc quæstio. Et cap. 64. Inter pios benè quæritur. Librum suum de perfect. iust. hac sententia claudit: Postremò si excepto .... Salvatore, asseruntur vel fuisse, vel esse in hac vita aliqui homines justi sine aliquo peccato, sive nunquam consentiendo desideriis ejus, sive quia pro nullo peccato habendum est, quod tantum est (id est tam leve) vt hoc pietati non imputet Deus, non nimis existimo reluctandum. Scio enim quibusdam esse visum, quorum de hac re sententiam non audeo reprehendere, quanquam nec defendere valeam.

F Ambrosium intelligit in c. 1. Lucæ.

4. In Concilio illo Africano, cuius Canones Milevitani dicuntur, tanquam Christianæ Fidei veritates definivit. 1. Non humiliter, sed veraciter, nec alieno, sed suo nomine ab vnoquoque Sanctorum in hac mortali vita oratione quotidiana dici, dimitte nobis debita nostra; &c. quia peccatum habeant. Consule hos Canones, nempe 6. 7. & 8. qui Milevitanæ Synodo tribuuntur. Vnde S. Augustinus Epist. 95. quam cum aliis quatuor Episcopis Innocentio Papæ direxit: dimissa hac quæstione vtrùm in præsenti, vel in futura duntaxat vita, possit homo esse sine peccato: id vnum exigis, vt in hac carne nemo, quantumvis iustus, vivat sine peccato, vt veraciter dicat, dimitte nobis debita nostra. Nobis autem sufficit, inquit S. Augustinus cum aliis Episcopis, quòd nullus fidelium in Ecclesia Dei reperitur quolibet profectu excellenti atque justitia, qui audeat dicere sibi non necessariam precationem Orationis Dominicæ, dimitte nobis debita

Hos Canones isti Concilio Milevit. iure adiudicant.

G nostra, & dicat se non habere peccatum, quamvis jam sine querela vivat, Non enim qualecunque etiam tentationis humanæ, sed grave peccatum est, quod in querelam venit. Iam non quæstionis, sed Fidei rem esse iudicavit sanctus Doctor, quotidie peccata committi à justo, quæ quotidiana oratione dimittantur. Sic lib. 1. ad Bonif. c. 14. Neque enim, inquit sanctus Augustinus, quisquis sic desipit, vt dicat ad baptizatos non pertinere Dominicum illud præceptum: Dimitte & dimittetur ... multi baptizati fideles sunt sine crimine: sine peccato autem in hac vita neminem dixerim ... non quia peccati aliquid remaneat, quod in baptismate non remittatur: sed quia in nobis in hujus vitæ infirmitate manentibus, quotidie fieri non quiescunt, quæ fideliter orantibus, & misericorditer operantibus, quotidie remittantur. Hæc est Fidei Catholicæ sanitas, quam Sanctus vbique Spiritus seminat, non pravitatis hæreticæ vanitas & præsumptio spiritus. Certàm itaque sit omnes sancti Augustini libros, in quibus, vt supra vidimus, non vult reluctandum iis qui aliquos iustos sine peccato hîc vixisse sentiebant, compositos fuisse

H antequam isti Canones conditi fuerint. Istos autem alij Synodo Milevitanæ, alij posteriori Concilio Carthaginensi vendicant: quos Milevitanæ Synodo nobis iure adiudicare videtur citata sancti Augustini & aliorum quatuor Episcoporum Epistola, qua Synodi istius, cui interfuerant, doctrinam Innocentio Summ. Pont. exponit. Et iuxta hæc liber de perfectione iustitiæ, prorsus extendus est huiusmodi Canonibus, hinc Epistola, & libris ad Bonifacium, in quibus iam definitum habetur, neminem hîc sine peccato vivere; quod in l. de perfect. iust. Sanctus August. non ita certum iudicabat, vt oppositum auderet reprehendere.

5. Quodnam gratiæ auxilium admitterent Pelagiani, præter naturalem possibilitatem, quæ possit homo esse sine peccato, & mandata Dei custodire, si velit, sancto Augustino obscurum fuit, vt ipse fatetur l. de gratia

A *Christi, c.6.* Hanc autem, *inquit*, naturalem possibilitatem, quòd adjuvari Dei gratiâ confitetur (*Pelagius*) non est hîc apertum, vel quam dicat gratiam, vel quatenùs eâ naturam sentiat adjuvari. *Ex aliis tamen locis, quibus Pelagius sensum suum magis aperuit, S. Augustinus colligit eo gratiæ & adjutorij nomine à Pelagio nihil aliud intelligi præter legem & doctrinam:* Sed sicut aliis locis *subiungit S. Aug.* in quibus evidentiùs loquitur (*Pelagius*) intelligi potest; non vult aliud accipi quàm legem & doctrinam (*non verò subministrationem virtutis Spiritus S.*) quâ naturalis possibilitas adjuvetur. (*Non quâ vt velimus & agamus donetur.*)

6. Pelagio dicente Deum per gratiam suã operari in nobis velle quod sãctum est, stupentem suscitare voluntatem, & nobis suadere omne quod bonum est; ab istis ambagibus S. Augustinus vt sese expediat, ad legem & doctrinam ablegat illam omnem gratiam, quæ dumtaxat exhortatur & suadet, quocumque verbo id exprimatur: B Etsi inter docere & suadere, vel potiùs exhortari, *inquit S. Augustinus l. de gratia Christi c. 10.* distare aliquid videtur: etiam hoc tamen doctrinæ generalitate concluditur, quæ quibuscumque sermonibus, vel litteris continetur.

7. Tandémque vt homo possit vitare peccata, S. Augustinus exigit à Pelagio, vt omni verborum remoto fuco, eam, si vult esse Christianus, confiteatur gratiam, quæ ita suadet vt persuadeat, quæ ita vocat vt trahat. Sed nos, *concludit S. Augustinus*, eam gratiam volumus iste aliquando fateatur, quâ futuræ gloriæ magnitudo non solùm promittitur, verùm etiam creditur, speratur & amatur: nec suadetur solùm omne quod bonum est, verùm & persuadetur. *Quam videlicet Christus ipse demonstrat, innuit hic sanctus Doctor, cùm dicit,* nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. *Et paulo post:* Dixi vobis quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo. Hanc, *inquit S. Augustinus*, debet Pelagius gratiam confiteri, si vult C non solùm vocari, verùm etiam esse Christianus. *Adeo de gratia quæ trahat & persuadeat summa fuit quæstionis inter S. August. & Pelagium: & S. Augustino Christianus non fuit qui hanc gratiam non confiteatur, quæ non tantum det posse, sed & velle & operari, sic suadendo vt persuadeat, sic vocando vt trahat.*

(qq) QVONIAM LEX SIC MITTIT, &c.] *Id quia Catholici damnabant, Pelagiani ab eis dici iactabant Spiritum Sanctum adiutorem virtutis in Veteri Testamento non fuisse; Quam calumniam S. Augustinus vt eluat, Vetus Testamentum illud intelligi docet, quod est à Monte Sina in servitutem generans, Legem quæ prævaricationis causa posita est, quæ iram operatur, litteram quæ occidit, non habens spiritum vivificantem: Et ita ad Vetus Testamentum eos pertinere, qui, etsi post Christum veniunt, littera serviunt, & in spiritu non ambulant, per quem diffunditur charitas in cordibus nostris, Evangelij verò nomine ea discernitur Lex, quæ scripta est in cordibus filiorum Dei, promissam dans hæreditatem, Lex* D *Fidei ex qua iustus vivit, & quæ per dilectionem operatur, & spiritum habet adiuvantem; adeò vt ad illam attineant omnes qui, etiam ante Christum, in spe erant Christiani, nec in timore Legis littera serviebant, sed à spiritu adiuti Legem ex charitate implebant. Hoc S. Aug. toto libro de spiritu & litt. & l.3. ad Bonif. c.4. & alibi luculenter edisserit.*

(rr) HÆC ATQVE HVIVSMODI ETIAM IVLIANO, &c.] *S. Augustinus lib. 1. adversus Iul. cap. 7. & aliis pluribus locis Pelagium vocat Iuliani Magistrum. Quid ergò mirum si discipulo arriderent placita Magistri? Iulianus hic, vt ipse Marius infrà declarat post S. August. lib 1. contra Iul. c.4. filius est Memorij, seu Memoris Episcopi Capuani, ad quem sanctus Augustinus scripsit Epistolam 131. cum multis sincera erga Memorium, & Iulianum eius filium, tunc Diaconum, benevolentiæ testimoniis. Matrem habuit, vt Marius ibidem tradit, Iulianam primariam fœminam.* E *Fuit Iulianus, Gennadio teste, ingenio, doctrina, & facundia præcellens, adeò, vt si Vossio credimus, Romanus Demosthenes vulgò diceretur. Vxorem adolescens duxit, vt sanctus August. indicat l.3. adversùs Iul. c.14. & 21. Iam tam vocat sanctus Paulinus in Epithalamio. Nihilominùs sive defuncta, sive ex consensu dimissâ Vxore, Episcopus ordinatus est * ab Innocentio. Hunc Episcopum Eclanensem dicit Marius Mercator infrà, agens contra Theodorum, vbi & illud expendemus. Iulianum non tam à Pelagio aut Cœlestio, quàm ab ipso Theodoro Mopsuesteno eruditum facit Marius infrà in Prologo ad Sermonem Theodori: priùs tamen sive Romæ, sive in Siciliæ, ab eo auditos puto Pelagium & Cœlestium, quibus ipse palam adhæsisse non creditur, priusquam ab Innocentio Episcopus fuerit consecratus; nec dum iis erroribus favebat, cùm eum Diaconum S. Aug. commilitonem in Epist. 131. amicissimè salutavit.*

* Marius in priori Commonit.

(ff) CVM PRÆFATIS PERSONIS ... DAMNATA.] *Vt in Conciliis de more fit, quæ errore damnato, in eos etiam qui huiusmodi errores professi sunt nec eos eiurant, anathematis sententiam dicunt. Pelagiani autem, seu Cœlestiani cum erroribus suis, pluribus tum Ecclesiasticis, tum politicis iudiciis sunt proscripti.* F *Cœlestius qui audacior fuerat primus in Concilio Carthag. hâc in re 1. deferente Paulino Mediolanensi Diacono, iuxta Mercatorem in priori Common. auditus, convictus, & confessus damnatus est circa finem anni 411. vel ad subsequentis initium, hoc est, fere quinquennio ante alterum Carthaginense, quod an. 416. constat esse celebratum, & quod in Epistola ad Innoc. Papam prioris illius Carthag. Synodi quinquennio ferè ante convocatæ expressò meminit. Ab huius Concilij sententia Cœlestius ad Apostolicæ Sedis examen provocavit, ex Africa Romam fugiens. Acta huius Synodi habemus in Marij Mercatoris priori Commonit. & apud S. August. l. de pec. or. c.2. 3. & 4. lib. de gestis Pelagij, c.11. & 35. & l.2. retractat. cap. 33. & in Epistola Concilij alterius Carthag. ad Innoc. a. 416.*

Pelagio post hæc in Palestina suos errores disseminante, habitus est Hierosolymis Episcoporum conventus anno 415. die 30. Iulij, diebus videlicet 47. ante Festum G *Encæniorum, quod est 14. Septembris. Huic Synodo præfuit Ioannes Episcopus Hierosolym. quo iubente Orosius Presbyter Carthaginensis, qui ex Africa sanctum Hieronymum adierat, fide sincera exposuit quid in Concilio Carthag. gestum esse in causa Cœlestij. Is insuper Pelagium denunciavit: sibi nempe ipsummet Pelagium dixisse docere se, posse hominem esse sine peccato, & mandata Dei facilè custodire, si velit. Cùmque diu hinc inde disputatum fuisset, Latini, qui malam interpretis fidem deprehenderant, Latinos Iudices expostulorunt, & ita in illo Conventu id vnum decretum est, quòd videlicet ad Innocentium Papam Fratres & Epistolæ mitterentur, & omnes quod ille decerneret, sequerentur: imposita tandem Pelagio silentij lege. Hæc Orosius in Apologetico, & sanctus Augustinus lib. de gestis Pelag. c.14. & 16. ad Innocent. autem nec Fratres, nec Epistolæ missa sunt.*

H *Vtrùm Diospoli, seu Lidde in Palestina sub eiusdem anni 415. finem, alterum convocatum est Concilium, cui Eulogius Episcopus Cæsariensis & Metropolita præfuit, acceptis Herotis & Lazari Episcoporum Galliæ libellis, contra nefandas Pelagij novitates. In eo sederunt Episcopi quatuordecim, qui Pelagium, cuius dolos non noverant, obiectas assertiones fictè damnantem, pronunciaverunt Catholicum. Huius Concilij acta scripsit S. Aug. toto libro de gestis Pelagij, lib de pec orig. c.11. lib. 1. contra Iul. c.5 l.2. retract. c.47. & Epist. 106. & 107.*

Hinc Pelagius scribere non erubuit suas definitiones ab ista Synodo, quam deluserat, fuisse comprobatas, vt S. Aug. indicat in Epist. ad Innoc. Sed & istis inimicis gratiæ Christi incauta hæc Synodi istius sententia furentibus adeò animos dedit; vt nec S. Hieronymo, qui contra Pelagianos pro Christi gratia litteram ad Ctesiphontem, & Dialogos scripserat; nec Eustochio, nec Paulæ, nec

aliis

A alüs Virginibus Deo sacris parcerent, quæ Catholicæ de Christi gratia veritatibus firmiùs adhærebant. Stragem hanc S. Augustinus vltimo cap. libri de gestis Pelagij sic describit: De his autè, quæ post hoc judicium, ibi à nescio quo cuneo perditorum, qui valdè in perversum perhiberetur Pelagio suffragari, incredibili audaciâ perpetrata dicuntur, vt Dei servi & ancillæ ad curam S. Hieronymi Presbyteri pertinentes, sceleratissimâ cæde afficerentur, Diaconus occideretur, ædificia Monasteriorum incenderentur: vix ipsum ab hoc impetu atque incursu impiorum in Dei misericordiam turris munitior tueretur: tacendum nobis potiùs video, & exspectandum quid illic Fratres nostri Episcopi de his tantis malis agendum existiment. Iure itaque meritò sanctus Hieronymus Epist. 79. hanc Synodum miserabilem vocat. Et de hoc facinore ad Eustochium, Paulam, & alias Virgines iustè conqueritur Innocentius in Epist. ad Ioannem Hierosol. qui favebat Pelagio: & in B Epist. ad Hieronym. in qua paratum se dicit ad dandos Iudices, qui tantum scelus vindicent: ac etiam in Epist. ad Aurelium, haud dubiè Carthaginensem. Hæc enim multo dolore Carthaginenses audierant, vt à S. August. cap. cit. accipimus.

Dum autem hæc ita moverentur, Pelagius & eius discipuli, quasi parta victoria, insolescentes ficto professionis certa mendacia liberius prodiderunt: quibus apertis, Catholici rursùm instant vt tertia Synodus cogatur, quæ Pelagium iam certè & palàm hæreticum, mendacémque illius confessionem anathemate condemnet.

Hinc tertium in Syria celebratum est Concilium, cui Theodotus Antiochiæ Episcopus præfuit, & quo Pelagius, merita damnationis sententia, è sanctis Hierosolymorum locis passus est. Huius Concilij historiam vnus, quem noverim, Marius Mercator in priori Commonit. nobis tradidit. Sed postmodùm, inquit, euidenter deprensus (Pelagius) insistentibus accusatoribus, à posteriore Synodo, cui sanctæ memoriæ Theodotus An-C tiochiæ præsedit Episcopus, atque detectus (Pelagius) à sanctis quoque ac venerabilibus Hierosolymorum locis est deturbatus. Convocata est hæc Synodus circa finem anni 416. quo decessit Ioannes Hierosolym. & ei Praylius successit: vel anni sequentis exordio, quo Theodotus ad Praylium hac de re litteras misit, teste Mario, penes quem erant exemplaria; & quo Praylius isto in Pelagij gratiam ad Innocentium scripsit: & ipse Pelagius in sui purgationem, iuxta Baronium ad hunc annum 417. Antiochiæ autem congregatam hanc Synodum, hæc Marij Mercatoris verba, Antiochiæ præsedit, videatur innuere.

Hæc dum in Syria Conciliis gesta sunt, ab aliis in Africa Pelagius & Cælestius, cum erroribus suis, anathemate attriti fuerunt. Nimirum à Concilio altero Carthagin. 67. Episcoporum, cuius acta exciderunt: & à Concilio Milevitano in Numidia, 60. Episcoporum, D quinquennio fermè post primum Carthag. hoc est an. 416. celebratis. Si fides sit Epistolis Synodicis, & Epistolæ quinque Episcoporum ad Innocentium, qui anno sequenti, antequam extremum diem clauderet, huiusmodi errores cum authoribus suis, ab Ecclesia eijciendos declaravit, & Ecclesiastica communione privavit in rescriptis suis ad duo hæc Concilia, & ad quinque Episcopos.

Innocentio successit Sosimus, & eo sedente Cælestius qui ad sedem Apostolicam provocatione, vt diximus, neglecta, Ephesum, & Epheso Constantinopolim confugit, indéque ab Attico Constant. Episcopo depulsus, Romam perrexit, & Sosimo libellum suæ fidei obtulit, se Innocentij litteris consensurum promittens. Hinc Sosimus, vt notat S. August. l. 6. contra Iul. cap. 12. primitùs cum Cælestio leniùs egit; ac etiam in ipsius commendationem ad Afros Episcopos scripsit. Quo Sosimi favore Cælestius ad simplices decipiendos abusus est, vt Marius in priori Commonit. observat.

Nihil ista morantur Africanos Episcopos, qui Cælestij fraudes & ambigua iam dudum noverant; iámque facta conventu instantiùs vrgent vt Cælestius, vel ea sincera confessione damnet, de quibus in Conc. Carthaginensi primo convictus est; vel ab Ecclesia liminibus arceatur. E Horum autem litteris acceptis à Sosimo Cælestius se subduxit examini; & ita ipsius Sosimi iudicio damnatus est: iuxta Marij Mercatoris priùs Commonitorium, & S. Aug. l. 2. ad Bonifac. c. 12.

Quartò illius in Africa contra Pelagianos Conventus meminit Marius Mercator, eo, quo posuimus loco cit. referens, post sanctum August. qui in Epist. 2. ad Valentinum Abbatem & Fratres, mittere se ad illos significat huiusce Africani Concilij litteras ad Sosimum. Quod, inquit August. Papæ Sosimo de Africano Concilio scriptum est. Quòd autem Africanum illud Concilium, cuius Synodicam cum Carthaginensis & Milevitanæ Synodi, & quinque Episcoporum, nec non plenarij Africani Concilij Decretis, sanctus Augustinus misit ad Valentinum, sit in rebus Pelagij tertium Carthaginense, aliud omninò à cæteris Africanis, sive Carthag. primo & altero, sive à Milevitano, sive plenario totius Africæ, ea probant. 1. S. August. citat. ad Valent. Epistola distinctissimè discernit à Conc. Carthaginēsi, & Concilij Numidiæ, F & à plenarij Concilij definitionibus, istam Africani illius Conventus Epistolam; cui subiungit Sosimi Constitutum ad vniversos totius orbis Episcopos. 2. Nec Africanum illud est, quod plenarium & vniversale, ex tota scilicet Africa, vocatur. Tum quia antecessit Sosimi sententiam contra Pelagianos toto orbe promulgatam; iuxta cit. S. August. Epistolam ad Valent. Africanum verò plenarium non nisi Bonifacio sedente clausum est, vt infrà. Tum quia plenarij illius Consilij litteræ non ad Sosimum, qui obierat, sed ad Bonifacium, qui successerat, directa sunt: Domino Beatiss. & honorabili Fratri Bonifacio, Aurelius .... & cæteri numero ducenti septem, & decem ex omni Concilio Africæ. Augustinus verò citata ad Valent. Epist. & lib. 2. ad Bonif. c. 3. scribit ab Africano Concilio, seu ab Africa Episcopis missas esse ad Sosimum litteras. Tum quia Imperatorum placita, quæ haud dubiè Sosimi Sum. Pontif. iudicium subsecuta sunt, data reperiuntur pridie Kal. Maij Honorio XII. & Theodosio VIII. Coss. hoc est, pridie quàm plenaria G Africæ Synodus congregaretur, vt profert hæc præmiolu Concil. istius præparatio: Gloriosissim. Impp. Honor. XII. & Theodos. VIII. Aug. Coss. (id est à 418) Kal Maij Carthagine in Secretario Basilicæ Fausti, cùm Aurelius Episcopus (Carthag.) in vniversali Conc. consedisset .. placuit .. vt quicumque dixerit Adam primum hominem mortalem factum, &c. Tum quia inter Sosimi Epistolas vna, quæ 10. est, scribitur ad Concilium, sub ista inscriptione: Sosimus Aurelio ac cæteris, qui in Concilio Carthag. adfuerunt. Data 12. Kal. April. Honorio Aug. XII. Cos. & accepta 3. Kal. Maij. Itaque Concilium illud Carthag. sub Sosimo celebratum est, & quidem ante Kalendas Aprilis, vt plurimùm mense Martio anni 418. Denique quia, vt S. August. l. de pec. orig. c. 21. & 22. tradit, Sosimus, qui Pelagij libellum & litteras acceperat, Pelagij & Cælestij doctrinam damnavit, directis per totum orbem litteris, postquam H Africani Concilij rescripta legit, quæ per duorum mensium tempus vacarant. At quod aliud Concilium in Africa sub Sosimi Papa temporibus conclusum est? Convocatum est ergo Concilium contra Pelagianos tertium Carthag. circa anni 418. initia, vel finem præcedentis. Ad illud Sosimus scripsit 12. Kal. April. eiusdem anni 418. Epistolam quæ 3. Kal. Maij accepta est. Pridie verò Kal. Maij iisdem Coss. sacra Impe. xiii adversùs eosdem.

Tandem eodem anno 418. Kal. Maij Carthagine congregata est Synodus vniversalis ex tota Africa, 217. Episcoporum. Huius adversùs Pelagianos Decreta extant in tomis Conciliorum.

His ab Ecclesia sic constitutis Imperatores ann. 419. edicto cavent vt præscribenda ab Aurelio definitioni, ut Pelagij Cælestijque, suos errores pertinaciùs defendentium, certè iustæque damnationi: Episcopi subscriberent, quod qui renuerent, suis sedibus deiicerentur. Hæc in Epistola Imp. ad Aurelium Episcopum Carthagin. co

stanti

A *stauri illius ac præcedentis potiùs vigore commoti decem & octo Episcopi, qui Pelagij partes sustinebant, ad Rufum Episcopum scripserunt, teste Augustino lib. 2. ad Bonifac. cap. 34.* Romanos clericos jussionis terrore perculsos non erubuisse prævaricationis crimen admittere; ut contra priorem sententiam, quâ Catholico dogmati affuerant (*declarantes Cælestij & Pelagij libellos esse Catholicos*) postea pronunciarent malam esse hominum naturam.

Itaque ipsis S. Augustini simul ac Marij Mercatoris temporibus, damnata fuit hæresis Pelagiana cum suis auctoribus, seu defensoribus. 1. A Carthag. Synodo anno 411. 2. A Palestina Concilio, cui præfuit Ioannes Hierosol. ann. 415. in quo licet nihil fuerit definitum, silentium saltem Pelagio indictum est. 3. A Synodo Diospolitano, eodem anno, præsidente Eulogio Episcop. Cæsariensi. 4. A Conventu Antiochia ut puto, ann. 416. sub Theodoto Antiocheno. 5. Ab altero Concil. Carthag. & à Synodo Milevit. eodem anno. 6. Ab Innocent. Sum. B *Pontif. an. 417. 7. A Concilio Carthag. contra Pelagianos sub Sosimo anno 418. 8. Ab ipso Sosimo, eodem tempore. 9. Ab Imp. Honorio per edictum pridie Kal. Maij, eiusdem anni 418. 10. Ab universali, seu plenario totius Africa Concilio apud Carthag. an. 418. Kal. Maij. 11. Per Imp. constitutum de subscriptionibus anni 419. Unde S. Augustinus lib. 3 contra Iulian. c. 1. ait.* Vestra verò apud competens judicium communium Episcoporum modò causa finita est. Nec ampliùs vobiscum agendum est, quorum ad jus examinis pertinet, nisi ut prolatam ex hac re sententiam cum pace sequamini.

Nec tamen his cesserunt Pelagiani, & præ cæteris Florus, Orontius, Fabius & Marcellinus Pelagiani furfuris Episcopi, qui ab his omnibus decretis ad futurum Concilium provocantes, toto orbe damnati, à suis sedibus pulsi & urbis despilli ad Nestorium Theodori Mopsvesteni discipulum & Episcopum CPolitanum, transfugerunt ipso Ephesini Concilij sui tempore, à quo & ipsi proscripti sunt, ut infra notabimus, ubi de Pelagianorum C *cum Nestorianis fœdere.*

(*ll*) LIBRORUM QUOQUE NUMEROSITATE, &c.] *Tot iudiciis cum in Oriente, tum in Occidente damnatam hæresim Iulianus Eclanensis Episcopus ut defenderet, & prostratam erigeret, præter epistolas ad Sosimum, quas incassum cecidisse videbat, post Sosimi tempora scripsit * libros quatuor adversus Augustini unum* de nuptiis & concupiscentia, & *ipsos ad Turbantium Episcopum direxit, qui* tunc in Iuliani erroribus erat, sed ab eis paulopost recessit. Post Sosimi tempora, inquam, duas enim ad Sosimum litteras scripsisse se, priusquam librum aliquem exersus fuisset, ipse fatetur in eo opere quod octo libris complexus est, ut refert S. Augustinus lib. 1. op. perf. cap. 18. Pontificatus autem Sosimi tempora unicum annum, paucis adiectis mensibus, complevit. Adde quod his in libris fervere adhuc adversus eos nefariam seditionem conqueritur, pulsis videlicet Episcopis Imperatoris edicto post Sosimi & Conciliorum Africanorum iudicia. Hanc Iuliani querelam* D *deducit S. Aug l. 2. de nupt. c. 1.*

* Hos confutat S. Aug. l. 2. de nup. libris sex contra Iulian. & passim in op. perf.
* S. Aug l. 1. op. perf. c. 1. & l. 5. c. 4

Iulianus autem iam tum Episcopus, sicut & Turbantius, vel ex hoc uno probatur, quòd Turbantium fratris Beatissimi & Consacerdotis dilectissimi nomine his in libris Iulianus salutat. Ut apud S. Aug. l. 3. contra Iul. c. 17. & lib. 1. op. perf. c. 1. videre licet.

* In præf. ad cant. cant.

Duos insuper alios libros, si Beda meretur fidem, unum* de Amore, *& in* Cantica Canticorum *alterum, Iulianus edidit ut concupiscentiam laudaret, velut insitum naturæ bonum. Tertium Beda adiicit, quem Iulianus* de bono Constantiæ *composuit. Cætera Iuliani opera mox notabimus.*

(*mm*) PUERILIS, &c.] *Sic Beda l. in Cant. Iulianum dicit puerulum in Pelagij caverna enutritum, non quod Iulianus in Ephebis tunc fuerit. Sed quod ætate, sicut & sensu iunior, Pelagij magisterio fuerit addictus. Quo sensu & S. August. post hæc tempora Iulianum vocitat iuvenem lib. 1. contra Iulianum cap. 6.* Iste juvenis invenisse se putat, &c. *Et paulò infrà.* Unde iste juvenis confundatur, *c. 7. & aliis.* E

(*xx*) DIVERSIS TEMPORIBUS DIVERSOS CONDIDIT LIBROS.] *S. Augustinus librum unum de nuptiis & concup. adversùs Pelagianorum obtrectationes & errores scripserat circa annum 418. Deinde, ut diximus, quatuor Iuliani libris ad Turbantium, alterum de nuptiis circa an. 419. imprimis reposuit, & posteà circa annum 421. sex libros contra eosdem Iuliani codices conscripsit: duabus autem Pelagianorum Epistolis circa annum 424. ad Bonifacium Papam quatuor libros direxit: tandémque octo Iuliani libris singulos oppositus responsionis libros totidem circa an. 429.*

(*yy*) SEQUENTI VERÒ, &c.] *Id est alteri, quem etiam* de nuptiis *inscripsit S. August. adversùs schedulas ex quatuor Iuliani libris collectas: Iulianus octo libros rependit, ut discimus ex S. August. præfat. ad opus perf. & lib. 1. cap. 1. 7. 12. 13. 16. 34. & 50. & lib. 3. eiusdem* F *oper. cap. 143.* Octo libros, *inquit August.* uni meo reddis, *& lib. 4. c. 5.* Contra unum meum istos tuos octo conscripseris. *Hinc illorum errorem corrigo, qui Iulianum octo suos libros sex Augustini adversùs ipsum voluminibus reddidisse censuerunt. Etsi enim sex Augustini contra Iulianum libri editi fuissent, priusquam octo suos posteriores Iulianus effudisset, ut constat ex 64. cap. lib. 1. operis perfecti.* Sexto nostro, *inquit August.* responsum est quarto tuo. *Et cap. 71.* Secundo libro tuo . . . jam respondi quarto meo *cap. 113.* ad id quod in quarto libro tuo . . . in sexto nostro tibi responsum est, *c. 167. l. 3. & l. 4. c. 3. non his tamen, sed libro secundo* de nuptiis *octo sua volumina Iulianus opposuit: sive sex istos August. libros Iulianus nescierit sive se scire dissimulaverit.*

(*zz*) OCTO ULTIMIS VOLUMINIBUS.] *Iulianus itaque ubi rescivit Augustinum unius libelli compendio effusam quatuor libris verbositatem irrisisse: octo voluminum mole Augustinum seniorem opprimere voluit.* G *Ut singuli tum S. Augustini, tum Iuliani posteriores libri ubivis contestantur.*

(*aaa*) AD FLORUM, &c.] *Quem beatissimum Patrem Iulianus nuncupat lib. 3. ad eum, cap. 161. & lib. 4. cap. 5. Florus hic omni dubio procul unus est ex quatuor Episcopis, qui ultimùm cum Iuliano damnati à Cælestino Sum. Pont. Constantinopolim confugerunt ad Nestorium illius civitatis Episcopum, apud quem iniustè se suis sedibus deiectos conquesti sunt: * ut ipse Nestorius scribit in duabus litteris ad Cælestinum, qui & contra eos rescripsit ad Nestorium. In prima enim Nestorij epistola expressum Flori nomen inter cæteros lusco Pelagianos Episcopos legitur; sicut & in epistola* Ephesina Synodi ad Cælestinum, quâ se profitetur iis omnibus assentire quæ à Cælestino constituta sunt in depositione . . . Iuliani, Persidij, Flori, Marcellini & Orontij.*

* In Conc. Eph. 1. p. c. 16. 17. & 18.
* Act. 5.

(*bbb*) FINGENS MULTOS, &c.] *Antequam Iulianus octo ista ad Florum volumina scriberet, S. Augustinus non solum librum alterum* de Nuptiis, *& sex libros contra Iulianum ediderat, ut suprà demonstratum est: sed & libros quatuor ad Bonifacium, contra Iuliani & aliorum epistolas, iam fuisse compositos liquet ex lib. 1.* H *cap. 85. & 94. ad Florum, in quibus Iulianus meminit huiusmodi librorum Augustini ad Bonifac. unde & fit apertum quod Iulianus non alios finxit ignorasse S. Augustini libros, quàm sex illos quos contra Iulianum edidit. Id igitur ei Marius Mercator hic exprobrat.*

(*ccc*) INNUMERABILIA CONVICIORUM PROBRA.] *Iulianus conviciorum ferax vel ex istis ostenditur.* Contumelias tuas, *inquit S. August.* & verba maledica, Iuliane, quæ ardens invidia libris quatuor anhelasti, &c. *Sic Augustinus exorditur libros contra Iulianum, quem in c. 3. rursum alloquitur.* Nunc ergo quia video te à veritate desertum, ad maledicta esse conversum, &c. *Et lib. 2 c. ult. convicia, quibus Catholicos Iulianus insectatur. S Augustinus profert & repellit. Ipso verò l. tertij primo cap. Iuliani probra*

sic

sic despicit. Ne superfluis immoremur, omitto tumultus maledictorum & conviciorum tuorum, sive quæ in principio congessisti operis tui, sive quæ per omnes eosdem quatuor libros penè nunquam spargere destitisti. *Conviciatorum prodigum hunc dicit Augustinus lib. 1. op.perf.* Si emeres, *inquit S. August. Iuliano*, ista convicia, prodigum te diceren: Gratis tibi adjacent. Cur non eis saturis, quibus maledicum animum pascis? *Quæ enim maiorum non erat iudicio, aptum erat calumniæ.* Convicia sunt ista, *ait August. lib. 3. cap. 126. oper. perf.* non judicia, vellem vt judicare posses. Conviciari autem quis imprubus non potest? *Maledicam tandem & inanem Iuliani loquacitatem S. Augustinus lib. 3. op. perf. c. 171. sic comprimit.* Libris tuis, juvenis Iuliane, apparet te contra libros meos non invenire quid dicas, & quærere calumnias, quas nobis loquaciter & inaniter ingeras. *Iniquiùs Marius Mercator hæc pertulit.*

(*ddd*) Singvlis responsionibvs svis ad singvla capitvla, &c.] *His non respondeo, inquit August. in præfat. ad opus perfectum, eius verba proponens, eisdémque subiungens responsionem meam ad loca singula, &c. Hinc colligere licet octo etiam libros in opere perfecto a S. Augustino fuisse repositos octo Iuliani voluminibus.*

(*eee*) Plvmbeos pvgiones, &c.] *Sic August. lib. 1. contra Iul. c. 4.* Quæ tuorum argumentorum vel acies vitrea, vel plumbei pugiones in illorum conspectu exeri audebunt?

(*fff*) Ad vnam pravam rediit, &c.] *Verè toto hoc opere Iulianus hunc errorem nititur stabilire, quem à Theodoro Mopsvesteno, primo, vt iam diximus, ipsius perversitatis magistro maximè edoctus fuerat; ab ipso enim, vt testis est Mercator, instructior factus, octo istos adversùs August. libros emisit.*

(*ggg*) Sola avtem imitatione, &c.] *Hunc sensum Iulianus prosequitur lib. 2. ad Florum à cap. 47 ad cap. 56 & alibi passim; quem S. Aug. iisdem capitulis in op perf. & aliis in locis confutat.*

(*hhh*) Ego qvoqve respondi.] *Marij Mercatoris subnotationes, etsi a S. Augustini doctrina nihil recedant, imò ei planè consentiant; aliæ tamen sunt à singulis sancti illius Doctoris ad Iuliani capita responsionibus. Vt quisquis legit, facilè iudicat.*

(*iii*) Venerande presbyter Pienti jvssisti, &c.] *Hinc non leviter conicio Marium Mercatorem Sacerdotio non fuisse insignitum. Quis autem fuerit Pientius ille Presbyter, à nemine disco.*

(*kkk*) Gloriemvr nos tantis viris, &c.] *Illis scilicet omnibus qui cum in Oriente, tum in Occidente contra Pelagianos tulerunt sententiam, vel Catholicam fidem asseruerunt. Sic S. Augustinus Iuliani calumniis impetitus gloriatur se socios habere sanctos Ecclesiæ Doctores. Cernis, inquit l. 1. contra Iul. cap. 4. cum quibus maledicta tua sustineam, &c.*

(*lll*) De nobis medio, &c.] *Ex prima Iuvenalis Satyra, in quâ versus hic sic canitur.*

Nunne libet medio ceras implere capaces
Quadruvio?

NOTÆ IN
COMMONITORIVM.

1 Ad Florvm.] *Vnus ea ætate Florus fuit Monachus Adrumetinus, qui cùm gratia Christi veritatem & virtutem defenderet, ab æmulis fratribus, qui pro arbitrij libertate plus æquo contendebant, iudicatus est ita Dei asseruisse gratiam vt liberum negaret arbitrium. Quod cùm S. Augustino detulisset, ipse ad eos librum scripsit* de gratia & libero arbitrio, *deposcens simul vt ad eum Florus ille mitteretur. Hunc autem vbi S. Augustinus audivit, in eo Apostolicam & Catholicam fidem invenisse gavisus est, quæ liberum arbitrium & ad malum & ad bonum confitetur nos sic habere, vt in malo faciendo liber sit quisque iustitiæ servúsque peccati: in bono autem liber esse nullus possit, nisi fuerit liberatus ab eo qui dixit:* Si vos Filius liberaverit, tunc verè liberi eritis.

Hac Flori fide cognita, non Florum, sed illos potiùs S. Doctor dicit esse corrigendos, qui humanæ libertati nimium tribuentes, Florum, quasi qui de illa minus rectè sentiret, apud S. Augustinum accusaverunt. Sed &, quod à nemine observatum lego, cùm S. Augustinus in exordio libri sui de gratia & liber. arbitr. *dixisset quòd* sunt quidam, qui sic gratiam Dei defendunt, vt negent hominis liberum arbitrium: & *quòd* sunt alij (*inter istos fratres*) qui, quando gratia defenditur, negari existiment liberum arbitrium: *Et propter illos omnes hunc librum se scripsisse professus fuisset non eodem loquitur in lib. 2. retract. cap. 66. vbi hoc opus tangit. Iam enim S. Augustinus non dicit inter eos fratres fuisse quosdam qui sic gratiam defenderent, vt liberum arbitrium negarent; sed advertit solummodò aliquos fuisse in illis fratribus qui sic liberum defenderent arbitrium hominis, vt negarent Dei gratiam, & propter eos scripsisse se librum* de gratia & libero arbitrio. *Id autem sanctus Augustinus non alia ratione correxit, nisi quod Florum Adrumetinum, quem de negata libertate arbitrij, alij fratres temerè insimulaverant, postmodùm noverat in Apostolica fide de Christi gratia & arbitrij libertate rectissimum semper ac firmissimum stetisse. Hæc de Floro Monacho S. August. epist. ad Valent. l. de corr. & gr. c. 1.*

Alter Florus, ad quem Iulianus octo suos adversùs S. Augustinum libros dirigit, Adrumetino prorsùs adversatur. Is enim Episcopus fuit Pelagianæ pravitatis contra Christi gratiam pertinacissimus defensor, qui cum Iuliano damnatus & depositus est, vt suprà iam notasse me memini.

(2) Sed cvrrant ad evm qvi clamat, Ivgvm mevm svave, &c.] *Hæc verba Iuliani profert S. Augustinus lib. 1. oper. perf. cap. 111. Nec prioribus illis Marius Mercator quidpiam reponit: quibus tamen obiicere potuit, quòd sanctus Doctor Pelagianis, &, præ cæteris Iuliano centies opposuit. Illud videlicet:* Grave jugum super filios Adam, à die exitûs de ventre matris eorum, &c. *Ex quo S. Augustinus peccatum in parvulis arguit, cùm sub Deo bono & iusto nemo possit esse miser, si non sit peccatum. Sic in l. de pec. mer. c. 35. 36. & 37. lib. 3. contra Iul. cap. 3. lib. 4. cap. vlt. parvulos intuere, quot & quanta mala patiantur ... quid autem restat, nisi vt causa istorum malorum sit aut iniquitas, aut impotentia Dei, aut pœna primi veterisque peccati? sed quia nec iniustus, nec impotens est Deus: restat quod non vis, sed cogeris confiteri, quod grave iugum super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum non fuisset, nisi delicti originalis meritum præcessisset. Idem in lib. 6. contra Iul. c. 10. & 11. & lib. 2. op. perf. c. 81. & pluribus aliis.*

(3) Sed innovationis tibi sermo est.] *Hac fraudis suspicio ex innovationis nomine S. Augustinum non tenuit qui & ista voce nonnunquam vsus est lib. 2. de pec. mer. cap. 8.* Sicut innovati. *Et lib. 2. de nupt. c. 11.* Baptismus ex illo valere cœpit ad innovationem hominis, &c.

(4) Vocavit de tenebris, &c.] *Hoc testimonio sæpè sæpius sanctus Doctor singulos homines, ipsos etiam parvulos in tenebris, hoc est in peccatis, iacere demonstrat, lib. 1. de peccat. mer. cap. 24. lib. 2. de nupt. cap. 2. lib. 6. contra Iulian. c. 10. lib. 1. ad Bonif. c. 6. lib. 1. op. perf. c. 64. & alibi pluries.*

(5) Item in lib. 5. c xvii.] *In editis operis perfecti voluminibus est prima pars c. 16*

(6) Sponte decrescentivm] *In editis melius legitur,* spontè crescentium.

(7) Contra ipsam veritatis rationem valet.] *In excusis* contra ipsam veritatem valebit.

(8) Apostoli Pavli adservnt natv-

A RALE PECCATVM.] *In edito op. perf. cit.c.* Apostoli sermonibus asserunt. *Iulianum autem, in confessione Fidei, eam profitetur:* Renuimus, *inquit*, naturale peccatum (*sic vocat illud quod origine trahitur*) vel si quo alio nuncupatur, &c. *Et infrà*: Condemnamus. . . . . & hostemus eorum (*Manichæorum*) similes qui sub assertione naturalis peccati, asserunt nuptias ab anthore Diabolo extitisse. *Sic Iulianus Catholicos sugillat, qui ex concupiscentia peccatum ad posteros transire asseverant.*

(9) AD HÆC.] *S. August. loco cit. huic parti nihil opposuit, quam tamen aliis pluribus in capitulis plenissimè confutavit. Iuliano enim exprobranti quòd Augustinus diceret naturale non esse, sine quo natura non est, S. Augustinus ita respondit lib. 4. contra Iul. cap. 9.* Ego autem non dico, vt me dicere affirmas, naturale non esse sine quo natura non est: sed dico naturale appel-
B lari vitium, sine quo nunc natura humana non nascitur; quæ tamen non sic instituta est ab initio, ideóque & hoc malum non ab illa prima institutione naturæ, sed à primi hominis mala voluntate originem ducit. *Et l. 5. c. 8.* Naturalem, *inquit*, esse libidinem, & ego dico, quia cum illa nascitur omnis homo.

(10) NEMO DICIT NATVRALE, VEL NATVRAM ESSE PECCATVM.] *Quid? Marius non legit Augustinum qui, locis addactis dicit naturale esse vitium, & naturalem esse libidinem? Bene Marius legit, qui ab Augustino non sic dictam esse naturale peccatum intelligit, vt ipsum vel natura sit, vel à natura; sed vt ex natura vitio sit, cum quo omnes iam nascimur, vt infrà se explicat. Quo sensu Cælestio quærenti, an naturale sit peccatum, iam responderat l. de perf. iustit. c. 2.* Naturale non esse peccatum, sed naturæ prælertim vitiatæ, vnde facti sumus natura filij iræ.

(11) SED ORIGINALE.] Nam, *vt ait S. August. l. 5. oper. perf. cap. 9.* Originale peccatum significantius, quàm naturale dicimus, vt non Diuini operis, sed hu-
C manæ originis intelligatur.

(12) NEC ABSVRDE ABVSIVE DICI POSSE NATVRALE, &c.] *Quod S. August. l. 2 de nup cap 8. contra Iul. sic versat:* Si semen ipsum nullum haber vitium; quid quod scriptum est in libro Sapientiæ, (c. 12) nequam est natio illorum, & naturalis malitia ipsorum. Semen enim illorũ erat maledictum ab initio. Quomodò est ergo cujuslibet hominis malitia naturalis, & semen maledictum ab initio, nisi ad illud respiciatur, quod per vnum hominem peccatum intrauit. &c. Quid est ergo malitia naturalis hominis, & semen maledictum ab initio: & procreari naturaliter in captivitate, & interitu, & natura filij iræ? Nunquid in Adam natura ista sic condita est? absit. Sed quia ab illo vitiata sic per omnes jam naturaliter encurrit, & emit vt ab hac perditione non liberet, nisi gratia Dei per I.C. D. N.

D (13) QVOD NATVRALE EST, POSSIT ET ORIGINALE DICI, &c.] *S. Aug l. 2. de pec mer. c.* 10. Quâ iracundiâ, *inquit*, nisi quâ sunt omnes, sicut Apostolus dicit, naturaliter, hoc est, originaliter filij iræ. *Idem in l. de perf iust. c. 2.*

(14) VERBA IVLIANI OSTENSVM EST, &c.] *Eadem prorsus in edito opere perf. referuntur eodem cap. 16. nisi quòd pro* adversaria ejus, *in editis legitur*, adversarii, id est. *Eodem etiam Iulianus iam posuerat, l. 1. c. 3.* Eo ipso, *inquit*, quàm sit Divinæ Legis imperitus interpres & prophanus appareat, quisquis putat ejus sanctione defendi, quod justitia non potest vindicari. Nam, *vt c. 4. prosequitur*, si Lex Dei fons est ac magistra justitiæ, auxilijs quoque ejus, Dei æquitas adjuvari potest, impugnari non potest. *Iterum id assumit Iulian. eod. l. c. 27 & 10.*

In MS. Præmonst. leg. vendicare.

(15) AD HÆC.] *Hoc c. 16. sicut & lib. 1. oper. perf. cap 27. & 30. nihil aliud S. Augustinus Iuliano respondet:* Quare non fateris, *inquit*, ab Omnipotente justo grave jugum super filios Adam, &c. ex hac æquitate est grave jugum super filios Adam. *Ac si Augustinus*

E *in Iulianum sic argueret: Cùm Deum sustineas iustum, vt Deus sit: vndenam grave iugum super filios Adam, à die exitus ventris, si non sit in origine peccatum. Nam, vt se ipse explicat l. 1. cap. 4. Iuliani argumentum sic retorqueat:* Vos quod dicitis, potiùs non potest vlla justitiæ ratione defendi: quia miseria genus humani, a qua nullum hominum, ab exortu vsque ad obitum, videmus alienum, non pertinet ad Omnipotentis justum judicium, si non est originale peccatum.

(16) VERBA IVLIANI AVT SI FORTE, &c.] *In editis, vt c. 58. l. 2. oper. perf referuntur, multa corrigenda sunt. In iis sic legimus:* Aut si fortè, quoniam peccatum voluisset intelligi Diabolum maniam, aliter dogma tuum stare non potest, Adam ex se concepisse & peperisse responderis, Apostolum quidem non hoc sensisse nulli dubium tu verò quid sexui tuo volueris evenire monstrabis. *Quod, vt puto rectiùs legeretur:* Aut si forte peccatum voluisset (*Apostolus*) intelligi Diabolum: quoniam aliter dogma tuum stare non potest, nisi Adam ex se concepisse & peperisse responderis: Apostolum quidem non hoc sensisse nulli dubium, tu verò quid sexui tuo volueris * evenire monstrasti.

In edit. Viguer.

F (16) Legendũ vt est in Maio, cui conformis est Cod. MS. Præmonst. * In Cod. Præm. l. monstraba.

(17) AD HÆC EVRIDEZ, &c.] *Sic Aug. lib. 5. contra Iul. c. 6.* Vos estis ruina morum . . . vos pudoris interitus, &c.

(18) PHILISTION.] *Prasseasic, vel, iuxta Philoaem, Sardianus Comicus. Is scripsit Comœdias, Biologicas: de Sophistis fabulas continnavit, Philogelum seu risus amantem, qui de Tonsore est, composuit. Effuso risu extinctus fertur ante Socratis tempora. Idem creditur, qui & Philistion Nicaensis, vt istud Epigramma denotat. Qui multis gemitibus refertam hominum vitam, risu miscuit ac temperavit, Nicaeasic Philistion. Consule Suidam, & Stephanum in verbo,* Νικαια.

(19) LENTVLVS.] *In componendis Mimis claruit, vt ex Apologia Hieron. contra Rufin. testatur Crinitus l. 4. c. 7.*

G (20) MARVLLVS.] *In Mimicis confingendis Marij Marulli laudatur ingenium, Romæ vixit eo tempore, quo Cæsar Antonius imperabat. De illo scribit Martialis inter Mimographos hunc recenset S. Hieronym. in cit. Apol. illius etiam meminit Crinitus cap. cit.*

(21) MARTIALIS.] *Marcus Valerius Martialis genere Hispanus, Bilbili natus, oppido Celtiberiæ: Iunior Romam perrexit, Salibus facetus, verbo lascivus, vixit tempore C. Plinij, qui eum supra modum commendat.*

(22) PETRONII.] *Is turpia mitiore verborum honestat, vt magis placeant, non vt minùs noceant, fragmenta operum eius quæ supersunt, etiamnum teruntur à pluribus.*

(23) SCATVRIGINIS CONREGIONALIS TVÆ, &c.] *Istis Marius Iuliano rependit, quæ ipse in S. Aug. impiè evomuerat lib. 1 c. 48. ad Floram. Hic tu Sacerdos religiosissime (inquit Iulianus August.) Rhetórq; doctissime exhalas tristius & horridius aliquid, quàm vel Conssensis Vallis, vel puteus Averni, imò scelestius quàm ipsa in his locis Idolorum cultura commiserat.*

H Portò per AMSANCTINAM SCATVRIGINEM, intelligit Amsanctos valles quos Virgil. 7. Æneid. sic describit:

Est locus Italiæ medio, sub montibus altis,
Nobilis, & fama multis memoratus in oris,
Amsancti valles.

Locus hic in Campaniæ latere situs: vnde & Iuliano conregionalis rectè dicitur: fœtorem autem teterrimum exhalat ex aquis sulphureis, vt observant Servius Pomponius & alij in hosce Virgil. versus.

AVERNI LACVS. *Ibid.* Averni lacus de quo Virg. l. 2. Georg canit.

Tyrrhenúsq; fretis immititur æstus Avernis.

Avernus enim lacus est in Baiano Campaniæ sinu, in quem mare Tyrrhenum influit. Adeo autem fœtidi odoris est, vt aditus inferni & ipse infernus non rarò vocetur. De eo scribunt Servius, Pomponius, Donatus & alij in l. 7. Æneid. & in lib. 2. Georg.

A Atabulus *Ibidem.* Atabulus est ventus Apuliæ peculiaris,& singulariter infestus,de quo Horat. lib.1. Satyr.5.hæc scribit:

Incipit ex illo montes Apulia notos,
Ostentare mihi, quos torret Atabulus . . .

Atabulos autem pestifer dicitur ἀπὸ τοῦ ἄτας βάλλειν.

(24)Tu-ne S ac B.Recor.Memoris Episcopi Filius,&c.]*Iniam petulantioribus aut erius, Patris illius, & qui Capuanus Episcopus fuerat, memoriam & modestiam S.Aug.ante Marium iam opposuerat l.1. contra Iul.c.4.* Ego certè,*inquit S.Aug.*B.memoriæ Memoris Patris tui non immemor, qui mecum non parvam inierat amicitiam colloquio litterarum, téque ipsum mihi charissimum fecerat: cùm te viderem in libris tuis non antelucano convivio temulentum, sed insano convicio turbulentum,&c. *Et c.62.l.1. oper.perf. Cùm Iulianus effrænis maledicendi libidine S. August. matrem convicio lacerasset:ipse parentum Iuliani laudes prosequitur, raro maledicentiæ castigandæ exemplo.*

B (25) Objecerit.] *Eo loci Marius vnam ex Iuliani sororibus lapsam, lapsámque Iulianum non obscurè indicat.*

(16) Item in eod.L.c.57.]*In editis est c.59. & quidem relic è post c.85.*

(17)Verba Iuliani.Non enim dictum,&c.] *Hic nonnulla præmittuntur in l.2.c.29.op.perf.*

(28) C. Piemont. sensum. (28) Sensim adficiens.] *Typi melius,*sensum adficiens.

(29) C. Piemont. corporibus ante peccatū docentur (29) Corporibus docetur.] *Non malè excusi scribunt:* Corporibus ante peccatum docetur.

(30)Ad hæc] *S.Aug.ibid.c.Respondet non sola libidine fieri,vt duo sint vna, caro; vt fit in Christo & Ecclesia, in quibus nulla libido est: Et si homo non peccasset, vir & vxor coniungi potuissent non pudenda libidine.*

(31) Theatrum Arbitri.] *Id est Comica Petronq.qui & Arbiter dicitur, de quo suprà.*

C (32)Valerii que.] *Scilicet AEditui, qui ad exprimendos Veneres, aptissimus laudatur ab Aulo Gellio lib.19.cap.9.de quo scribit Crinitus l.2. c.26.Vel Valerij Catulli, qui natus Verona, eo tempore quo Terentius Varro, Roma claruit. Is non obscuro loco natus dicitur.Priapo carmen decantavit. Hunc Martialis commendat. De ipso Crinitus l.2.cap. 27. quos omnes horret pietas & castitas Christiana.*

(33)Constat ... libidinem insitam naturæ.] *Marius hic consentit Iuliano l.1.c.71.ad Florum, dicenti:*Naturalem esse omniũ sensuum voluptatẽ. *Vel potius Aug.l.2.de nupt.c.9.vbi ait:Potest voluptas & honesta esse. Licèt quatenus libido, natura vitium est, ad malum trahens,& magna vasa,vt Marius hic loquitur,de castitatis arce deijciens:* Libido illa, *inquit Aug.l.2.de nupt.c.13.*erubescenda .. non fuit .. ante peccatum.

(34)Divinæ Scripturæ non libidinem, &c.]*Hic Marius nonnihil ab Aug. deflexit,qui in Scripturis sacris carnis concupiscentiam iam intelligit,qua vitiata natura morbus est:* Sicut, *inquit S.Aug.l.4.contra*

D *Iul.c.2.*eam (*libidinem*) Divinus sermo appellare consuevit carnis concupiscentiam.

(35)Sed si mandatum,&c.]Non eis fuerat immoderata,&c. *Similia respondet S. Aug.l.1.c.71. & l.4. c.26.oper.perf. & alibi.*

(36)Item in eod.l.c.62.]*Est in ed.c.63.*

(37) Verba Iuliani. Ille quippe non dixit,&c.] Non *integrum capitulũ sextum, sed finem dumtaxat;nec singula verba ex ordine, sed mentem Marius hîc inseruit. Idem Iulianus iam in vno ex quatuor libris ad Turbantiũ,eadẽ ratione exposuerat illud Apostoli. Per vnum hominem peccatum intravit...in quo omnes peccaverunt:*Vt scilicet, *inquit Iul. eo loco,*non in vno homine omnes homines peccasse intelligantur originaliter, & tanquam in massæ vnione communiter. sed propterea quia primus hominum ille peccavit,id est,cùm imitantur illud non cùm generantur ex illo.

(38)Ad hæc.] *Marius Iuliani eodem argumenta hic vrget,quo S.Aug. praaddu&am ipsius Commentatiorẽ l.6.contra Iulian.c.24.& l.4.ad Bonif.c. 4. dissoluerat,nõ sola mortem, sed cum ea peccatũ in omnes homines pertrãsisse ex eo demonstrans, quòd* si peccatum in omnes non pertransisset,non omnis homo cum lege peccati, quæ in membris est,nasceretur: nec omnes homines morerentur,quia non erat iustum sine crimine transire supplicium.*Vnde merito Mercator exclamat:* En egregius iusti iudicij Dei defensor, &c.

E (39)Extiterit imitator.]*Adeò ad hunc de imitatione intellecti, quâ sola peccatum ad posteros trãsire docebã,Iulianus cũ aliis Pelagianis detorsit omnia Apostoli testimonio,qua per vnũ hominem peccatũ intrasse, & & in vno peccasse omnes, & ipse in condemnationẽ clarissimè demonstrãt. Quẽ sensũ a fide Catholica alienum requit S.Doctor l.1.de pec.mer.c.2.9.10.ad 15.& l. de nat. & grat.cap.9.l.2.de nupt.c.27.l.6.contra Iulian.cap.24. & in opere perf.pluribus locis.*

F (40)Doctores nostri temporis,&c.]*Hæc verba Iuliani sunt in præf. ad quatuor libros, quos Turbantio dicavit;vt ipse fatetur l.1.cap.7.ad Florum,vt responderet August.qui l.2.de nupt.cap.3.ista Iuliani verba produxerat.*

(41) Nefariæ quæ adhuc fervet seditiones,&c.] *Sic vocat Pelagianorum depositionem,& exactionem iussio Sosimi iudicio & Imperatoris edicto statutam.*

(42)Per ruinam totius Ecclesiæ,&c.]*Quo dolore Iulianus erumpens clamabat:*O quàm dignè Hieremias (*c. 9.*) cum Prophetarum choro & Sanctorum omnium exclamaret:Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fõtem lacrymarũ,vt insipientia populi peccata defleret,quia Ecclesia Christi Doctores suos (*Pelagianos*)expellit. *Hæc refert S.Aug.l.5.contra Iul.c.6. vbi Iulianum ista excipit.* Si flere salubriter velles,hoc fleres,quòd illo es implicatus errore,eiúsq; te lachrymis ab eadem nova peste dilueres, quid ergo miramini, si de Paradiso foras mittamini?&c.

G (43)Non intelligentes, &c.] *Hunc Iuliani timorem quo de iusta propter suã fictam persecutione magis gloriatur quàm timet,S.Aug.l.2.de nupt. c.3.sic comprimit.* Tam scelerata sentienti quid tibi prodest non metuere. Quid tibi fit vt tibi salubriter metuas...Mater Catholica ideo te terret(*Sosimi Papa constitutio,& edicto Imper.*) Quia tibi & aliis à te timet. Et si per filios in aliqua potestate positos agit vt timeas,non id agit crudeliter, sed charitate, &c.

(44) Achroeum.] *Id est inverecundum & impudentem,ex verbo χρώζω colore tingo.Errorem tamen scriptoris hoc suspicor.*

(45) Pyrrhum.] *Vnus Pyrrhus est Phliasius, Timarchi filius, discipulus Timonis Philosophi. Nihil ille certum esse dicebat. Alter Pyrrhus est Plistarchi filius, Eleus Philosophus, tẽpore Macedonis,Olympiade 101.& vltra floruit. Is assiduè Brisonẽ audivit,qui tamen & Clinomachi fuit discipulus. Sensit nihil honestũ vel turpe natu-*

H *ra, sed consuetudine & lege. Hæc Suidas. Hunc potius quàm illum à Mario denotatum fuisse,ex Achroëso inverecundo conijcimus,si non sit error in eo nomine.*

(46)Loxias.]*Apollo,qui obliquè & ambiguè vaticinabatur λοξὸς enim idem quod obliquus Loxias autem Iulianus à Mario Mercatore dicitur propter ambiguas eius definitiones,quibus 1.mortem transire non crimina,& ita supplicium sine culpa infligi responderet.2.Baptismum sic dari parvulis in remissionem peccatorum, vt nullum tamen in eis remitteretur peccatum,&c.*

(47)Vis poenam esse sine merito poenæ.] *S.Aug.l.4.ad Bonifac.c.4.* Trahendo mortem sine meritis mortis.

(48) Desseris de illa te hic morte disse,&c.] *Pelagiani hãc mortis animæ à corporis separatione d finitionem in ipso erroris exordio invenerãt,quæ in quæstionibus ad August.missis,nõdum nominato hac heresi,sic erat posita.* Adam sic creatum, vt etiam sine peccati merito moreretur, non pœna culpæ, sed necessitate

A naturæ. Et illud quod in lege dictum est, quâ die ederitis, morte moriemini, nõ ad mortẽ corporis, sed ad mortẽ animæ, quæ in peccato fit, referre conantur: quâ morte mortuos suscitavit infideles de quibus ait: *Sine mortuos sepelire mortuos suos. Hæc S. Aug. l. 1. de pec. mer. cap. 1. vbi ea sic revincit.* Quid ergo respondebunt, cùm legitur hoc Deum primo homini etiam post peccatum increpando & damnando dixisse, *terra es, & in terram ibis. (Gen. 3.)* Neque enim secundùm animam, sed, quod manifestum est, secundùm corpus terra erat, & morte ejusdem corporis erat iturus in terram. Quamvis enim secundùm corpus terra esset, & corpus, in quo creatus est, mortale gestaret: tamen si non peccasset, in corpus spirituale mutandus, & in illam incorruptionẽ, quæ fidelibus & sãctis promittitur, sine mortis periculo *(al. supplicio)* transiturus . . . proinde si non peccasset Adam, non erat exspoliandus corpore, sed supervestiendus immortalitate & incorruptione, &c. *Id agit S. Doctor toto fere hoc libro à cap. 2. ad c. 7. maximè, &*

B *l. 3 cap. 3.*

(49) Toto orbe. &c.] *S. Prosp. c. 20. contra Collat.* Constitutionem *(Plenarii Conc. Afric.)* contra inimicos gratiæ Dei totus mundus amplexus est veraci professione. *Et in Chron.* Concilio, *inquit*, apud Carthag. habito 214. Episcoporum ad Papam Sosimum, Synodalia Decreta perlata sunt, quibus probatis per totum mundum hæresis Pelagiana damnata est.

(50) Infantes etiamsi non baptisati, &c.] *Vitam æternam à regno Dei Pelagiani sic discernebant, vt parvulis sine Baptismo decedentibus non regnum Dei, sed vitam æternã concederent.* Terreont autẽ, *inquit S. Aug. l. 1. de pec. mer. c. 20.* isti sententia Dñi dicentis *(Ioan. 3.) nisi quis natus fuerit denuo, non videbit regnum Dei.* Quod cùm exponeret *(Christus)* ait, *nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non intrabit in regnum cœlorũ.* Et propterea conantur parvulis non baptizatis, innocentiæ merito salutem ac vitã æternã tribuere: sed quia baptizati non sunt, eos à regno cœlorũ facere alienos,

C nova quadam & mirabili præsumptione, quasi salus ac vita æterna possit esse præter Christi hæreditatẽ, præter regnum cœlorũ, &c. *Et c. 28.* Nec est alius vlli medius locus, vt possit esse nisi cũ diabolo qui non est cũ Christo. Hinc & ipse Dñs volens auferre istam nescio quam medietatem, quam conantur quidã parvulis non baptizatis tribuere, vt quasi innocentiæ merito sint in vita æterna, sed, quia non sunt baptizati, non sint cum Christo in regno ejus, definitivam protulit ad hæc ora obstruenda sententiam, vbi ait: *Qui mecum non est, adversùm me est.* Rursùs istam, *vitæ æternæ à regno Dei sejunctionem movet S. Aug. l. 1. de pec. mer. c. 30. & aliis in locis.*

(51) Epistola quam ad Sed. Apost. &c.] *Iulianus l. 1. ad Florum, c. 18. vt refert S. Aug. l. 1. op. per. eod. cap. ipse dicit duas epistolas se scripsisse ad Sosimum Papam. Scripsit & ipse, post Sosimi tempora, litteram ad quosdam Romæ decipiendos. Fatetur & insuper l. 2. c. 178. Epistolam se, cum septemdecim aliis Episcopis Pelagio faventibus, misisse ad Rufum Episcopum Thessalonicen-*

D *sem. Contrà duas huiusmodi posteriores epistolas S. Aug. quatuor ad Bonifac. Pap. libros confecit.*

(52) Convictus.] *A Sosimo, qui vt conjicere licet, ad Iuliani litteras rescribens, illum hortatus est vt iam dãnatos à tot Conciliis & à suo prædecessore errores ipse dãnaret. Vel etiam à Cœlestino, qui Iulianum, vt credere fas est non priùs sua sede deiecit, iuxta ipsius Cœlestini ad Nestor. epistolam, & S. Prosperi chronicon, quàm ipsum monitionibus & exhortationibus convenerit.*

(53) Detrectasti.] *Iulianus in sua confessionis libello, damnationi Pelagii atque Cœlestii subscribere his refugit.* Nec dãnamus, *inquit*, inauditos, nec defensamus absentes. *Item:* Absentium damnationem, ob Dei timorem, subscribere non audemus. *Quorum tamen damnatos errores manifestè defensabat. Nullo itaque iure Iulianus, & eius cõplices, in epist. ad Rufum, vt refert S. Aug. l. 4. ad Bonif. c. vlt. conquerebantur quod* de simplicibus *Epi-*

E *scopis, sine congregatione Synodi, in locis suis sedentibus extorta subscriptio est: Iulianus autem subscribere detrectans a Sedis Apostolicæ iudicio ad plenariam Synodum provocavit, vt ipse in suo libello significat.* Certa sit, *inquit*, Sanctitas vestra nos ad audientiã plenariæ Synodi provocasse. *Cuius provocationis iniustitiam S. Aug. c. vlt. librorum ad Bonifac. sic despicit.* Aut verò congregatione Synodi opus erat, vt aperta pernicies damnaretur; quasi nulla hæresis aliquando, nisi Synodi congregatione, damnata sit: cùm potiùs rarissimæ inveniantur, propter quas damnandas necessitas talis extiterit, multóque sint atque incomparabiliter plures, quæ, vbi extiterant, illic improbari damnarique meruerunt, atque inde per cæteras terras devitandæ innotescere potuerunt. . Orbem Catholicum quoniam, Domino eis resistente, pervertere nequeunt, saltem commovere conantur, cùm potiùs vigilantia & diligentia pastorali, post factum illis cõpetens sufficiénsque iudicium, vbicunq; isti lupi apparuerint, conterendi sint, &c. *Iam ante l. 2. contra Iul. c. vlt. iniquam hanc Iuliani obmurmurationem S. Aug. re-*

F *presserat & l. 3. c. 1. ac etiam in serm. 2. de verbis Apostoli, post Innocentii rescripta dixerat:* Causa finita est. *Denique Marius in priori Common. expressè testatur quòd,* Iulianus & reliqui complices subscribere detrectantes, non solùm Imperialibus Legibus, sed & Sacerdotalibus Statutis depositi atque exauctorati, & omni Italia deturbati sunt.

(54) Iterata: Quis est assertor, &c.] *Has omnes Iuliani positiones nemo hactenus dederat: Cùm huiusmodi Epistolarum Iuliani ad Sosimum nihil supersit.* Qui est assertor, &c. *Iulianus in sua confessionis libello 3. part. n. 21. protestatur cum omni execratione quòd,* quicũque asserit quòd neq; per Adã omne genus hominum moriatur, neque per Christum omne genus resurgat, contra Apostolum sentit dicentem; sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificantur. *Quo Apostoli testimonio S. Aug. l. 2. de nupt. c. 27. & 29. & l. 2. contra Iul. c. 5. & 6. l. 6. cap. 4. & l. 4 ad Bonif. c. 4.*

G *comprobat nec peccatũ sola imitatione transiisse, nec mortẽ sine peccato omne genus hominũ pervadere: & ita Iulianũ premit, vt iste Apostolo se consentire finxerit. Fallaci enim intellectu Apostolicum illud à Iuliano adduci, Marius sine fictione hic prodit.*

(55) Qua fraude... quos omnes dicas, &c.] *Cum verbis illis Apostolicis mors in omnes pertransiit, in quo peccaverũt omnes. Ex vno in omnes. In Adam omnes moriuntur, ad confitendum in singulis hominibus, etiã parvulis, peccatum sicut & mortem Iulianus constringeretur: ab illis, vt se expediret; hâc voce,* omnes, *non singulos homines, sed multos, in quibus genus humanum censetur, exprimi confixit. Et eo sensu ab Apostolo dictum volait,* Omnes, *&*, omnes, *vt intelligantur multi, cùm Apostolus ipse, iis locis quibus dicit:* In omnes pertransiit. In quo omnes peccaverunt. In omnes homines, *dixerit quasi seipsum explicans*, vnius delicto multi mortui sunt. Peccatores constituti sunt multi. *Iusti constituentur* multi. *Hunc verò Iuliani sensum Marius Mercator hic indicat & improbat, quẽ S. Aug. iam ante exposuerat*

H *& everterat l. 2. de nupt. c. 27. & expressiùs l. 6. cõtra Iul. c. 27. vbi Iuliani mentẽ sic explicat:* Cùm verò multos, quod dixit *(Apostolus)* posteà, non vis intelligi omnes; quod priùs *(idem Apostolus)* dixerat: ideo existimans dictũ fuisse, multos, ne omnes intelligerentur. *Quod S. Aug. ex absurdo sic reprobat:* Poteris hoc dicere & de semine Abrahæ, cui promissæ sunt omnes gentes, non omnes gentes ei fuisse promissas, quia dictum est alio loco, Patrem multarum gentium posui te. *Quo sensu reiecto genuinum huiusmodi locorum intellectum S. Doctor sic tradit:* Est autem sanus intellectus, ideò sic locutam Scripturam, quia possunt esse aliqua omnia, quæ non multa, sicut omnia dicimus Evangelia, & tamen brevi numero, id est, quaternario continentur: & rursùs possunt aliqua esse multa, non tamen omnia, sicut multos dicimus credere in Christum, non tamen omnes credunt . . . Quod autem dictum est,

in

in semine tuo benedicentur omnes gentes,& *Patrē multarum gentium posui te*. Easdem OMNES,& MVLTAS,& easdem MVLTAS, OMNES esse monstratum est. Ita etiam cùm dictum est, per vnum in omnes trāsiſſe peccatum;& posteà, per vnius inobedientiā peccatores cōstitutos multos; ipsi sunt MVLTI, qui & OMNES. Similiter cùm dictum est, *per vnius iustificationem in omnes homines* . . . & rursùs dictum est, *per vnius obedientiam iusti constituentur multi*, non aliquibus exceptis, sed eosdem MVLTOS OMNES oportet intelligi. *Eadem iterùm S. Aug. l. 2. oper. perf. c. 135. 136. 144. ad 149. & 175. 176. 209. 215 &c.*

Quod tamen S. Aug. sententia aliis in locis posita, quâ voce, omnes, *non intelligit singulos, non adversatur; cùm certum sit, non singulos homines constitui iustos per Christi iustitiam. S. Aug. enim se ipse ibidem sic explicat:* Non quia omnes homines justificantur in Christo, sed quia omnes qui justificantur, non aliter possunt justificari quàm in Christo; Sicut possumus dicere in aliquam domum per vnam januam intrare omnes, nō quia omnes intrant in eandem domum, sed quia nemo intrat nisi per illam. *Et his ita expositis, S. Doctor sic concludit:* Omnes ergò ad mortem per Adam; omnes ad vitam per Christum: *quia sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur.* Id est, ex prima origine generis humani nemo ad mortem nisi per Adam, & nemo per Adam nisi ad mortem, & nemo ad vitam nisi per Christum, & nemo per Christum nisi ad vitam. *Quod quàm à Pelagiano intellectu alienū sit, licèt non de singulis procedat, S. Aug. ita discernit:* Vos autē dum nō omnes, sed multos, sive per Adam condēnatos esse, sive per Christum liberatos vultis intelligi, horrenda perversitate Christianæ religionis estis infēsi: si enim salvi erunt aliqui sine Christo, ergo Christus gratis mortuus est. *Vbi S. August. contra Iulian. sic omnes vult intelligi ab Apostolo citatis omnibus locis, vt tamen non colligantur singuli, sed distribuātur, hoc est vt quisquis peccatum habet ante regenerationē, in Adamo peccaverit, vt quisquis non regeneratus habet condemnationē, ex vno Adam venit in condemnationem, vt quotquot iusti constituuntur, per Christi iustitiā constituantur. Pelagiani verò ne quidem de singulis distributivè praeadducta Apostoli verba intelligi permittebant: alioquin parvulos, quotquot moriūtur, in Adam mortuos fuisse, vel inviti concessissent. Vnde triplicē vocis istius, Omnes, sensū apprehendo. Vnū qui colligit singulos homines. Sic, in quo peccaverūt omnes, & similia. Alterū qui singulis speciali aliqua ratione spectatis, nēpe sub attributione aliqua cōgruit. Sic, in Christo omnes vivificabūtur, & hujusmodi alia. 3. Qui multis convenit, sed non singulis, ne quidē in eusdē attributionis cōsideratione positis. Sic, omnes inutiles facti sūt, &c. Primū sensum Pelagiani tenebāt, vbi de natura bono res erat: ac etiam Catholici tenent, vbi de natura vitio res agitur. 2. Probant Catholici cū Augustino, etiam vbi de speciali beneficiorum Dei præparatione movetur quæstio. 3. Soli Pelagiani admittunt, vbi de hominum lapsu disputatur.*

(56) CUM CONSTET OMNES, &c] *Marius hic Apostolicum illud 1. Cor. 15.* Sicut in Adam omnes, &c. *ad singulos omninò homines extendit; quoniam illud de morte & vita corporis, juxta litteram, assumit. Quo sensu & ipse Aug. l. 1. de pec. mer. c. 8. adversus nascentem heresim eo testimonio vsus est.*

(57) INTER INDISCIPLINATAS AIS, REPVTO QUÆSTIONES.] *Iulian. in sue confessionis libello 1. par. n. 22. ait:* Si quæ sunt alia, quæ vel contra Fidē Catholicā veniunt, vel ad indisciplinatas pertinent quæstiones, simili execratione dāmamus. *Qua professione ea, quæ ad indisciplinatas pertinent quæstiones, disjungit ab illis quæ contra Fidē Catholicā veniūt, vt inter indisciplinatas quæstiones peccatū originis & alia deputaret, quæ ad Fidē Catholicā non spectare contendebat. Sic, quòd infātes in eo statu sint, in quo Adā fuit ante prævaricationē, Iulian. hic extra Fidem posuit. Sic Pelagius & Cælestius asserebant,* istam, (*de originis peccato*) præter Fidei periculum, esse quæstionē. *Teste Aug. l. de pec. orig. c. 23. sic Cælestius in Conc. Carthag. dixit de traduce peccati*, quod quæstionis res sit ista, nec hæresis, *vt refert S. Aug. eod. l. c. 4. & 23 sic Pelagius in Palæstina Concil.* Anathematizo, *inquit*, quasi stultos, nō quasi hæreticos, siquidem non est dogma. *Quid nempe inveniatur aliquis ab infantia vsq; ad senectam, qui nunquā peccaverit: nec proinde in ipsa origine, & alia, quæ ad viduam adulatoriè scripserat. Hæc Aug. l. de gestis Pelag. cap. 6. Sic Pelagius Iuliana vidua, Demetriadis virginis matri, suggesserat ad fidei Catholicæ veritates non attinere ea, quæ ab ipso negabantur, vt subindicare videtur S. Aug. ep. 143. ad Iulian. Sic tandē Pelagianorum novissimi, vt testatur S. Aug. libro de dono persever. c. 20. contra gratuitam, quam S. Doctor defendebat, Dei prædestinationem dicebant;* Non opus fuisse hujuscemodi disputationis incerto, minùs intelligentium tot corda turbari: quoniam non minùs vtiliter, sine hac definitione prædestinationis, per tot annos defensa est Catholica fides.

Verùm alia omninò ratione S. Aug. discernit dogmata quæ de Fide sunt, à quæstionibus illis in quibus, vt ipse loquitur, salva Fide, quâ Christiani sumus, aut ignoratur quid verum sit, & sententia definitiva suspenditur, aut aliter quam est, humana & infirma suspicione conjicitur. *Et primò quidem S. Doctor extra Fidei veritates constituit plures quæstiones, quas in l. de pec. orig. c. 23. sic subjicit.* 1. Qualis, vel vbi sit Paradisus, vbi cōstituit Deus hominem ... cùm tamen esse illū Paradisum fides Christiana non dubitet. 2. Vbi nunc Elias & Enoch .. quos tamen non dubitamus ... corporibus vivere. 3. Vtrùm in corpore, an extra corpus in tertium cœlum sit raptus Apostolus. 4. Quot sint cœli. 5. Vtrùm elementa quatuor, an plura sint. 6. Quid faciat Solem Lunámque deficere. 7. Cur antiqui homines tamdiu vixerint. 8. Vbi potuerit Matusalen vivere, qui in Arca non fuit, qui, sicut in plerisque Codicibus & Græcis & Latinis numerantur anni, reperitur supervixisse diluvio. *Et in l. 2. de pec. mer. in fine libris quatuor, de origine Animæ, lib. 3. ad Bonif. c. 8. & 10. epist. 157. & alibi dicit: vtrum anima sit propagata ex anima, aut à Deo creata, magnam esse quæstionem & obscurissimam, seu de re obscurissima disputationem, de qua prohibet aliquid temerè definiri, & magis libet ignorantiam confiteri. Et de his Cælestinus Papa ad Gallia Episcopos scripsit*, profundiores verò, difficilioresque partes incurrentium quæstionum, quas latiùs pertractarunt, qui hæreticis restiterunt, (*S. Aug. maximè & S. Hieronymus*) sicut non audemus contemnere, ita non necesse habemus asserere.

2. *S. August. contra Pelagianos errores, Catholica fide credidit & credenda docuit ea omnia quæ in epist. 107. ad Vitalem, his verbis professus est.* Pervenimus autem in ea quæ ad fidem veram & Catholicā pertinere firmissime scimus... quoniā ergo propitio Christo Christiani Catholici sumus. 1. Scimus nondū natos nihil egisse in vita propria boni seu mali; nec secundùm merita prioris alicujus vitæ, quæ nulla propria singuli habere potuerunt, in hujus vitæ venire miserias: sed tamen secundùm Adam carnaliter natos contagium mortis antiquæ prima nativitate contrahere, nec liberari à supplicio mortis æternæ, quod trahit ex vno in omnes transiens justa damnatio, nisi per gratiam renascantur in Christo. 2. Scimus gratiā Dei nec parvulis, nec majoribus secundùm merita nostra dari. 3. Scimus majoribus ad singulos actus dari. *Hoc est, esse necessariam.* 4. Scimus nō omnibus hominibus dari: & quibus datur, non solùm secundùm merita operum non dari, sed nec secundum merita voluntatis eorum quibus datur, quod maximè apparet in parvulis. 5. Scimus eis, quibus datur, misericordia Dei gratuita dari. 6. Scimus eis, quibus non datur, justo judicio non dari. 7. Scimus quòd omnes astabimus ante tribunal Christi, vt ferat vnusquisque secundùm ea quæ per corpus gessit, non secundùm ea, quæ, si diutiùs viveret, gesturus fuit, sive bonum sive malum. 8. Scimus etiam parvulos, secundùm ea quæ per corpus gesserunt, recepturos vel

A bonum vel malum . . . id est, tempore quo in corpore fuerunt, quando per corda & ora gestantiū crediderūt vel non crediderunt, quando baptizati vel nō baptizati sunt, quando carnem Christi manducaverunt, vel non manducaverunt, quando & sanguinem biberunt vel nōn biberunt. ..9. Scimus fœlices esse mortuos, qui in Dño moriuntur; nec ad eos pertinere quidquid acturi fuerant, si tempore diuturniori vixissent. 10. Scimus eos, qui corde proprio credunt in Dñm, suâ id facere libertate ac libero arbitrio. 11. Scimus pro eis, qui nolunt credere, nos, qui jam credimus rectâ fide agere, cùm Deum oramus ut velint. 12. Scimus pro eis, qui ex illis crediderunt, tanquam de beneficiis rectè ac veraciter, & debere nos Deo gratias agere, & solere. 13. *In l. de gratia Chr. c.* 10. Hanc debet gratiam cōfiteri, quâ nec suadetur solùm omne quod bonum est, verùm & persuadetur, si vult non solùm vocari, verùm etiam esse Christianus. 14. *Ex lib. de dono persever. c.* 23. Prædestinationis hujus fidem, quæ contra novos hæreticos (*Pelagianos*) novâ sollicitudine nunc (*à S. Aug.*)

B defenditur, nunquā Ecclesia Christi non habuit. *Hac, quam gratia symbolum dicere possumus, S. August. fides.* Nec sanè, *inquit epist.* 143. *Iuliana*, parvus est error illorum, qui putant ex nobis ipsis nos habere, si quid justitiæ, continentiæ, pietatis, castitatis in nobis est . . non vobis videatur error iste mediocris, &c.

(58) MORTALEM QUIDEM FACTUM, &c.] *Hic Iulianus defecit à Pelagiano dogmate quòd supra positum est hominem moriturum sive Adam peccaret, sive non peccaret.*

(59) CAPITULO 65] *Est in ed. c.* 66. *& hæc infrà Marius Mercator regerit.*

60 C. Item, damnationi. (60) DAMNATIONI.] *In ed. minùs rectè legitur,* dampnationi.

(61) ÆMULATOS.] *Hoc verbo Iulianus eludit c.* 66. *in excusis, cui S. Aug. ibid. respondet:* Mortem, quâ omnes morimur . . . . non vis ex peccato in omnes fecisse originaliter transitum: ne cogaris fateri simul etiam originaliter transisse peccatum, sentis quippe

C quàm iniquum sit sine merito transisse supplicium. *Quod & Marius suprà exprobravit Iuliano:* En egregios justi Iudicij Dei defensor, &c.

(62) QUÆ PRÆVARICATIO, &c.] *In typis est, c.* 67.

(63) MORS AUTEM JUDICIALIS, &c.] *In ed est c* 68. *adeò ut Marius Mercator simul hic tria Iuliani capitula compegerit, nempè* 66. 67. *&* 68.

(64) STEMMA.] *Marius usurpare hic voluit nomen istud Iuliano familiare l.* 1. *c.* 5. *ad Florum, & l.* 2. *c.* 156.

(65) UTRUM PECCATUM SUBSTANTIA ESSET, AN NATURA AN RES ALIQUA ACCIDENS] *Marius in Iulianum retorquet dilemma quo ipse in libris ad Turbantium sic instabat. Peccatum vel est natura vel accidens. Res autem quæ in subiecto est, sine illa re esse nō potest in qua subiecta est, &c. Cui S. Aug. l.* 5. *contra Iul. c.* 14. *respondit, peccatū non esse naturam, sed accidens; & qualitates quidē sine subiecto in quo sunt esse non posse, sed*

D *afficiendo in aliud transire, non emigrando. Simili dilemmate Catholicos Cœlestius implicare voluit.* Quærendum est, *inquit*, quid sit peccatum, naturáne an accidens? Iterum: quid est peccatum, actus, an res, &c. Quæ S. Aug *l. de perfect. iust.* dissolvit.

(66) VERBA IULIANI, &c.] *Hæc etiam Aug. refert l.* 3. *contra Iul. c.* 3.

(67) GRATIAM BAPTISMATIS, &c.] Continuâ largitate, &c. *Iulianus dicebat:* Mysteriorū Christi gratiam multis locupletem esse muneribus. *Et quòd hinc* potiùs suos approbat, quòd ante proprium voluntatis obsequium hoc quod in eis fecit, beneficiorū sublimet augmentis. *Ex S. Aug. l.* 6. *contra Iul. c.* 3. *Hoc Iulianus iterùm edisserit l.* 1. *c.* 35. *ad Florum.* Nos igitur, *inquit*, in tantùm gratiam baptismatis omnibus utilem ætatibus confitemur, ut cunctos, qui illam non necessariam etiam parvulis putant, æterno feriamus anathemate. Sed hanc gratiam locupletem spiritualibus donis credimus, quæ multis opima muneribus, ac reverenda virtutibus, pro infirmitatum generibus, & humanorum

E statuum diversitatibus, unica remediorum collatrice, quam munerum virtute medicatur. Quæ cùm admovetur, non est mutanda pro causis: jam enim ipsa, dona sua pro accedentium capacitate dispensat. Sicut enim artes omnes non pro diversitate materiarum, quas arripiunt excolendas, ipsæ quoq; detrimenta aut augmenta patiuntur: sed idem semper atq; uno modo se habentes multiplici decorantur effectu. Ita una fides, unum baptisma, & multiplicantur, & dilatentur in donis, nec tamen in mysteriorum mutantur ordinibus. *Quæ Marij locum præclarè illustrant.*

(68) AD HÆC.] *S. Aug. l.* 3. *contra Iul. c.* 3. *sic respondet:* Hoccinè est totum, cur vobis de baptismate parvulorum faciendam non existimatis invidiam: quasi quisquam nostrùm vos dixerit negare, parvulos baptisari oportere. Non eos dicitis non debere baptisari: sed, pro magnitudine sapientiæ vestræ, res mirabiles dicitis. In Sacramento Salvatoris baptisantur, sed non salvantur; redimuntur, sed non liberantur; lavantur, sed non ab-

F luuntur, exorcisantur, & exsufflantur, sed à potestate Diaboli non eruuntur. Hæc sunt sententiarum portenta vestrarum, &c.

(69) NEMO ERIT PRETIUM REDEMPTIONIS.. PRO LIBERO, &c.] Nam undè liberantur, si nulla servitute peccati tenentur obstricti; *ait S. Aug. l.* 1. *de pec. mer. c.* 24.

(70) EX QUA RENOVANDI, &c.] Cur nascatur denuò, *inquit Aug. l.* 1. *de pec. mer. c.* 30. nisi renovandus? unde renovandus, nisi à vetustate? quâ vetustate, nisi in qua vetus homo noster crucifixus est cum illo, &c.

(71) UNDE MUNDANTUR, &c.] *Aug. l.* 3. *c.* 3. *contra Iul. ait:* Si abluuntur, quid in eis latebat immundū, &c.

Nullàne ergo pœna erit non baptizatis parvulis non intrare in regnum cœlorum, &c. *Hâc ratione S. Aug. innumeris locis ostendit vitiatam in parvulis originem, quia si innocens esset, natura intelligens à regno Dei justè non posset excludi, quia est imago Dei.* Unde imago

G Dei, *inquit S. Aug. l.* 1. *de pec. mer. c.* 30. non intrat in regnum Dei, nisi impedimento prohibente peccati. *Et contra Iulianum l.* 3. *c.* 3. *Marius similia prorsus loquitur.* Vos, *inquit*, excellentissimi amatores illius vitæ quæ futura est æterna cum Christo, nullam pœnam putatis esse imaginem Dei in æternum exulare à regno Dei: cum si parvam pœnā esse diceretis, non esset hæc vox beati amatoris illius regni, sed miseri contēptoris. Porrò autē, si, quòd huic causæ sufficit parvā saltē pœnā fateamini esse, quæ magna est, ut imago Dei non sinatur intrare in regnū Dei. Obsecro aperite qualescunq; oculos, & videte quâ justitiâ pœna ista infligenda sit parvulo, quem clausis oculis originali obnoxium negatis esse peccato. *Iterū l.* 5 *c.* 1. Iustus est Deus. Quid mali est, quod innocentem hanc ejus imaginē prohibet intrare in regnum ejus, si non est peccatum, &c. *Eadē in c.* 11. *&* 15. Ne, *inquit*, à regno Dei pereant imagines Dei, quod sine malo fieri qui dicit, nec amorem habet, nec timorē Dei. *Et l.* 6. *c.* 4. *post mediū, lacnlentiùs verè c.* 10. *ait:* Quid igitur eum offenderunt, quos pariter innocentes, mundos, à se ad imaginem suam creatos, innu-

H merabiles ab isto munere alienat (*Deus*) separans tot imagines suas à regno suo? si hoc eis non erit malum, non ergo amabunt regnum Dei tot innocentes imagines Dei: si autem amabunt, & tantum amabunt, quantùm innocentes amare debent regnum ejus, à quo ad ipsius imaginem creantur, nihilne mali de hac ipsa separatione patientur? *Iuliano tandem sic exprobrat l.* 3. *oper. perf. c.* 99. In regnum Dei nō intrare imaginem Dei, nullam esse contumeliam deputatis: ipsum enim regnum sic amatis, ut non ibi esse, non saltem levem pœnam credatis hominis esse, sed nullam. *Hæc Aug. qui intelligentem creaturam à regno Dei, si sit innocens, negat posse excludi. Neque hanc iniustitiam, ex pacto, vel ex statu in quo res sunt posita, sed duntaxat ex imagine Dei, quam creatura intelligens insitam & individuam habet, S. Aug. ubique repetit.*

A (72) De quo Sacramento vox Salvatoris est: nisi manducaveritis, &c.] *Hoc argumento sancti Patres adversus Pelagianos demonstraverunt parvulos, sine Sacramentis salutis & vitæ, non solùm non intrare in regnum cœlorum, sed nec habere vitā æternam; & ita in eis esse peccatum originis, cùm nondum sint apti ad actus propriæ voluntatis. Sic Innoc. epist. ad Conc. Milev. sic Gelas. epist. 2. ad Honorium Dalmatiæ Episc. & epist. ad omnes Episc. in Piceno. Sic Aug. l. 1. de pec. mer. c. 20.* Auferatur ergo jam dubitatio: Dñm audiamus; non quidem hoc de Sacramēto sancti lavacri dicentē; sed de Sacramēto sāctæ mēsæ suæ, quo nemo rectè, nisi baptizatus, accedit, *nisi manducaveritis Carnem meā, & biberitis Sanguinem*, non habebitis Vitam in vobis. Quid vltra quærimus? *Idē attigit in c. 23. accuratiùs verò in c. 24.* Optimè, *inquit*, Punici Christiani baptismū ipsum nihil aliud quàm salutē, & sacramentum corporis Christi nihil aliud quàm vitā vocant. Vnde, nisi ex antiqua, vt existimo, & apostolica traditione, quā Ecclesiæ Christi insitum tenent, præter Baptismū & partici-B pationē Dominicæ mēsæ non solùm nō ad regnū Dei, sed nec ad salutem & vitam æternam posse quemquam hominum pervenire. Hoc enim & Scriptura testatur secundùm ea quæ suprà diximus. Quàm qui aliud tenent, qui Baptismum nomine salutis appellāt, nisi quod dictum est, salvos nos fecit per lavacrum regenerationis .... Quid aliud etiā, qui Sacramentum mensæ Dominicæ vitā vocant, nisi quod dictum est: *Ego sum panis* Vitæ, *qui de cælo descendi*. Et, *Panis quem dedero, Caro mea est, pro sæculi* Vita. Et, *si non manduc ... non habebitis* Vitam *in vobis*. Si ergo, vt tot & tāta divina testimonia cōcinunt, nec salus, nec vita æterna, sine baptismo & corpore & sanguine Dñi, cuiquam sperāda est, frustrà sine iis promittitur parvulis. Porrò si à salute ac vita æterna hominem nisi peccata non separant: Per hæc Sacramenta, non nisi peccati reatus in parvulis solvitur, &c. *Tandem in l. 3. cap. 4. & l. 3. op. perf. cap. 56. id absolvit.*

(73) Quod ... sine Baptismo nullus vsurpat.] *Vt S. Aug. suprà l. 1. de pec. mer. c. 20.* Quo nemo C ritè, nisi baptizatus, accedit. *Et lib. 3. oper. perf. cap. 38.* Quem cibum & potum ad regeneratos pertinere, velis, nolis, cogeris confiteri.

(74) An jubes ... dicere hanc, de Carne et Sanguine Domini sumendo, non esse sententiam generalem, &c.] *Eodē Pelagianos S. Aug. sic vrget l. 1. de pec. mer. c. 20.* An verò quisquā etiā hoc dicere audebit, quòd ad parvulos hæc sententia non pertineat, possintque sine participatione corporis hujus & sanguinis in se habere vitā; quia non ait, *qui non manducaverit*, sicut de baptismo, *qui nō renatus fuerit*: sed ait, *si non māducaveritis*, velut eos alloquens, qui audire & intelligere poterant: quod vtiq; non valent parvuli: sed qui hoc dicit, non attendit quia nisi omnes ista sententia teneat, vt sine Corpore & Sanguine Filij hominis vitā habere non possint, frustrà etiā ætas major id curat. Potest enim, si non voluntatem sed verba D loquentis attendas, eis solis videri dictum, quibus tunc Dñs loquebatur; quia nō ait, qui non mānducaverit; sed, si non manducaveritis. Et vbi est quod, eodem loco, de hac ipsa re ait (*Ioan. 6.*) *panis, quem ego dedero, caro mea est pro sæculi vita*: Secundùm hoc enim etiā ad nos pertinere illud sacramentum intelligimus, qui tunc nōdum fuimus, quādo ista ... dicebat, quia nō possumus dicere ad sæculum nos non pertinere, pro cujus vita Christus suā carnem dedit. Quis autem ambigat sæculi nomine significatos esse, qui nascendo in hoc sæculū veniunt? Ac per hoc etiam pro parvulorum vita caro data est, quæ data est pro sæculi vita; &, si non manducaverint carnem filij hominis, nec ipsi habebunt vitam. *Idem docet S. Aug. l. 3. contra Iul. c. 1. l. 4. ad Bonif. c. 4. & 6. ac in epist. 107. & aliis in locis.*

Equidē scio à Conc. Trid. Patribus in c. 4. sess. 21. declaratum fuisse, parvulos non obligari ad Cōmunionem. Et in can. 4. sic definitū: Si quis dixerit parvulis, antequam ad E *annos discretionis pervenerint, necessariā esse Eucharistiæ communionē, anathema sit. Quæ quomodo Roman. Pont. & SS. Patrum sententiis non adversentur, ex his intelligo. 1. Nemini dubiū parvulis, in prima Ecclesiæ ætate, concessā fuisse corporis & sanguinis Christi perceptionē. 2. Plures tamen parvulos solo baptismi Sacramento renatos decessisse, de quorū tamē salute nullus Patrū dubitasse legitur. 3. Ipsos etiā Catechumenos in baptismi voto cum pœnitētia morientes salvos fuisse, certū semper mānsit, licèt aliud nōnullis aliquādo visū sit. Ex quib⁹ cōficio realē corporis & sāguinis Christi susceptionē non exigi à parvulis, vt æterna vitæ salutē consequātur. Superest ergo huiusce māducationis legi ac necessitati fieri satis à parvulis per Ecclesiā, cuius ore credit parvulus, propositū & voluntatē actu sumendi corpus & sanguinē Christi statuto tēpore, quod ab Ecclesia nō minùs definiri potuit quā, quo tingerētur, ipsa olim præscripserat. Hoc si minùs fit, cū cæteris sentiat velim, non tam realis manducationis, quàm realis participa-* F *tionis corporis & sanguinis Dñi, id est incorporationis cum Christo, necessitatem etiam parvulis præscribi. Hunc sensum innuit S. Aug. maximè in l. 3. de pec. mer. c. 4.*

(75) Quòd Salvator ... Græco eloquio Iesus, &c.] *Idē arguit S. Aug. l. 1. de pec. mer. c. 23. 26. & 27. & l. 2. c. 29. ac l. 2. de nup. c. vlt. l. 1. op. per. c. 53. & l. 4. c. 13.* Sinite Christū parvuli esse Iesū. Non sunt bona dicta, Iuliane, negare Christum parvulis esse Iesum.

(76) Commodius esse arbitror, vitandæ prolixitatis, &c.] *Id Marius mutuatus est ab Aug. l. 1. de pec. c. 26. vbi ait:* Nimis lōgum fiet si ad singula testimonia disputemus. Vnde cōmodiùs esse arbitror acervatim cogere quæ occurrere potuerint; vel quæ sufficere videbuntur, quibus appareat D. Iesum Christū non aliam ob causam in carne venisse, ac factum obedientem vsque ad mortem crucis, nisi vt hac dispensatione misericordissimæ gratiæ, omnes quibus tanquam membris ... caput est ... vivificaret, salvos faceret, liberaret, &c.

(77) Et post paululùm idem ipse. Non solùm autem, &c.] *Ab exscriptore vox ista, paululùm,* G *interiecta est: Vel Marius hic memoria lapsus est. Hic enim locus est, ex c. 5. ad Rom. quem nullo medio subjicit Apostoli verbis ex c. 2. ad Corinth.*

(78) Quod circumcisor, &c.] *Ex Circumcisionis Sacramento non semel S. Aug. Pelagianos, ipsúmque Iulianum compressit, maximè l. 2. de nupt. c. 11. & 28. & l. 6. contra Iul. c. 7.*

(79) Redemptionem ... nescio quam confictam, &c.] *S. Aug. eodem mucrone transfodit Iulianum l. 3. contra ipsum c. 3.* Cæterùm rogo te, *inquit Aug.* quomodo potest intelligi ista redemptio, nisi à malo redimente illo qui redemit Israël ex omnibus iniquitatibus ejus? vbi enim redemptio sonat, intelligitur & precium. Et quod hoc est, nisi preciosus Sāguis Agni immaculati I.C. de hoc autem precio quare sit fusum, interrogamus alium? Redemptor ipse respōdeat, dicat ipse Mercator: Hic est, inquit, Sāguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorū. Pergite adhuc, &, H sicut dicitis, in sacramento Salvatoris baptizantur, & non salvantur, redimuntur, & non liberantur .. sic etiā dicite: funditur pro eis Sanguis in remissionem peccatorum, sed nullius peccati remissione mundantur. Mira sunt quæ dicitis; nova sunt quæ dicitis, falsa sunt, quæ dicitis. Mira stupemus, nova cavemus, falsa convincimus. *Idem tractat in c. 5. eiusdem lib. & iam id egerat lib. 2. de pec. mer. c. vlt.*

(80) In consequentibus Epistolæ prædictæ.] *Scilicet 1. Io. 1. ex qua superiùs hæc verba dedit:* Quod si in lumine ambulaverimus, &c.

(81) Item idem Qui dedit semetipsum, &c.] *Exscriptoris adhuc, vel authoris lapsum hic nota, qui priori Ioannis Epistolæ ea verba tribuit, quæ sunt Pauli scribentis ad Titum.*

(82) Sed judicium, &c.] *Hanc sententiam ex 3. cap. Evangelii secundùm Ioan. Marius adjungit, adducto testimonio ex prima eiusdem Ioan. Epist. c. 5.*

A (83) SI IGITVR NON HABET (*parvulus*) SINE HOC SACRAMENTO VITAM, &c.] *Idem argumentum prosequitur Aug. l. 1. de pec. mer. cap. 20. & l. 6. contrà Iul. c. 9.*

(84) THEBANI MONSTRI.] *Sphingem intelligit, quæ apud Thebas quæstionibus prætereuntes ita stringeret, vt se expedire non possent. De qua consule Fabulas.*

(85) ELABORATO IN CILICIA, &c.] *Hactenùs ignotum latuerat, in qua Asiæ parte extremum hoc opus Iuliani perfectum fuisset.*

(86) VNAM (*mortem*) QVÆ SECVNDÙM ANIMAM EST, CHRISTVM NON HABVISSE: QVONIAM NON ITA NATVS EST VT CÆTERI HOMINES, DE VOLVPTATE CARNALI, &c.] *Iulianus magnis argumentationibus ostendere conabatur libris ad Turb. Christi carnem, quæ erat ex Virgine, cuius caro sicut & cæterorum ex Adam fuerat propagata, esse per omnia nostræ similem: vt inde concluderet non esse in nobis carnem peccati, ne ipsa Christi caro peccati caro sit, vel dicatur. Quod S. Aug. l. 5. contra Iul. c. 15. sic redarguit:* Si
B dementis est dicere, quòd aliqua res possit esse similis rei quæ non est, sine dubio caro Christi non est caro peccati, sed similis carni peccati. Quid restat, nisi vt intelligamus, nisi eâ exceptâ omnē reliquā humanā carnē esse peccati? Et hinc apparet illam concupiscentiam, per quam Christus concipi noluit, fecisse in genere humano propaginem mali: quia Mariæ corpus, quamvis inde venerit, tamē eam non trajecit in corpus quod nō indè concepit. Cæterùm corpus Christi inde dictū esse in similitudine carnis peccati, quia omnis alia hominū caro peccati est, quisquis negat, & carnem Christi ita carni comparat nascentiū hominum cæterorum, vt asserat vtramq; esse puritatis æqualis, detestandus hæreticus invenitur. *Et aliquibus interpositis:* Caro itaque Christi, mortalitatem de mortalitate materni corporis traxit, quia concumbentis concupiscentiam non invenit... assumens tantùm ex illa (*Virgine*) mortalitatis infirmitatem, qualis non erat ante peccatum vt esset
C ista.... similitudo carnis peccati.

Iulianus adhuc in libris ad Florum, lib. scilicet 4. c. 51. ostendisse se iactat in lib. 5. ad Turb. irrefragabiliter necesse dici etiā Christum reatū de Mariæ carne traxisse, si crederetur naturale (*sic originale vocat*) peccatū. *Quod & latè prosequitur vsque ad c. 60. & sic concludit:* Ac per hoc in eâ naturâ nō potest esse peccatum, cùm in illo, in quo tota est, nihil iniquitatis inventum est. *Has omnes Iuliani blasphemias S. Aug. l. 4. op. perf. à c. 51. ad 60. singulis responsionibus castigat.*

Id iam ante Iulianum vtcunque moverat dictum illud Lactantii: Oportuit Magistrum Doctorémq; virtutum homini simillimum fieri, vt vincendo peccatum, doceat hominem vincere posse peccatum. *Quod S. Aug. cuius scriptoris hoc esset tunc nesciens, in lib. de nat. & grat. cap. 61. exponendum dimisit authori;* dum tamen nos minimè dubitemus peccatum Christum in se non habuisse quod vinceret, qui natus est in similitudinem carnis
D peccati, non in carne peccati, &c.

Catholicam hanc fidem de humana & intemerata Christi generatione S. Aug. Laurentium docet in Enchyr. c. 34. 37. 38. 39. & 41.

NOTÆ AD
THEOD. MOPSVESTENI
SERMONEM, A MARIO
Mercat. translatum & expunctum.

1 GRÆCVS SERMO, &c.] *A Mario infrà dicitur* expositio Fidei. *Et in Concil. 2. Constant. collat. 4. sub ea inscriptione profertur.* Sceleratum symbolum impij Theodori; *de quo acta eiusdem Synodi hæc loquuntur.* Et postquam lectæ sunt blasphemiæ Theodori Mopsvesteni, & impium ejus symbolum, Sancta Synodus exclamavit, hoc Symbolum Satanas composuit: Anathema est, qui hoc Symbolum composuit. Hoc Symbolum Ephesina prima Synodus vnà cum authore ejus anathematizavit.

B *Ex quo anathematismo liquet illud idem Theodori Symbolum esse; vt ex ipso etiam textu constat, quod in Ephesina Synodi act. 6. à Carisio Philadelphiæ Presbytero & Oeconomo cum libellis oblatum est. Postquam enim canâ iam senectute, vt scribit Hesychius, Theodorus libros suos* de Incarnatione, *seu potiùs contra Verbi Incarnationem composuisset, totius impietatis summam in symboli formam morti proximus redegit, quæ simplicioribus decipiendis foret aptior.*

Ecthesim hanc à Theod. Nestorius accepit: & ann. 428. factus Episcopus, ascitis Anastasio, Photio, & aliis, Iacobū quemdam eorum clientem ad Lydiæ Ecclesias, & maximè ad Philadelphiensem, cui præsidebat Theophanes * *Nestorii fautor, dirigit cum litteris commendatitiis, & prænotimato symbolo, cui duas adjecerunt definitiones, vnam* de Pœnitentia, *& alteram* de Paschate, *vt illarum specie Philadelphienses quartadecimanos ad communem Ecclesiæ fidem reducere se velle simularent.*

* Ex Act. 7. Synod. Ephes.

F *Iacobus hic, qui in vna subscriptione Reverendissimus Episcopus dicitur, & in altera scribitur Reverendissimus Chorepiscopus, Philadelphiam pergit, & Catholico nomine Symbolum istud Philadelphiensibus tanta arte proposuit, vt plures incauti velut Orthodoxæ Fidei expositioni vltrò subscripserint. Illis vnus Carisius huiusce Ecclesiæ Presbyter & Oeconomus, cuius nonnulli etiam in suis subsignationibus meminere, firmior sese opposuit, quorum invidia ipse à communione & à sacris arcetur tāquam hæreticus. Hinc pravam hanc fidei expositionem, seu magis sceleratum Symbolum istis firmatum subscriptionibus, Synodo Ephesinæ detulit legendam & reprehendam, ipse suæ fidei rationem exponens. Et quidem, statim atque lecta est in Ephesina Synodo, anathematis sententiam sustinuit. Ista ex act. 6. illius Synodi discimus.*

G *Vigilius Papa in suo constituto circa illud Symbolū observat 1.* * *per Antonium & Iacobum, nomina dumtaxat Presbyterorum habentes, directam fuisse impiam hanc expositionem. 2. Ab Ephes. Synodo ipsam reprobante, nihil vspiam de Theodoro fuisse probatum, nihilque adversùs Theodori nomen fuisse pronunciatum.*

* Id euā in actis Conc. Chalc. Act. 1. profertur

Verùm Iustinianus Imp. in sua recta Fidei confessione, Symbolū istud à Theod. impiè compositum, his declarat & execratur: Impio Theodoro nō satis fuit, super alias ejus blasphemias, ad suum errorē male interpretari Symbolum 318. SS. Patrum; sed etiam contempto eo, aliud Symbolum exposuit omni impietate plenum, in quo anathematisare ausus est eos, qui aliter sapiunt, (*omnis, inquit, qui diversa ab his sentit, anathema sit*) vel tenent.

Taceat autem nec Synodus Ephesina, nec Chalcedonensis hoc Symbolum à Theod. Mopsvest. compositum dicant; licèt etiam Synod. Florentina Nestorianum, sive Nestorij Symbolum istud * *passim proscribat: nihilominus certum mihi*
H *stat à Theodoro Mopsvest. editum esse hoc Symbolum, ex Conc. Const. 2. ex Imp. Iustiniani confessione, ex Hesychio, & maximè ex nostro Mercatore, qui eo tempore scribens illud Theod. Mops. deputat.*

* Col. 11. 13. & 20.

Porrò Symbolum istud ab Ephesina 1. à Chalced. & à Constant. 2. anathemate damnatum est, & in * *Florentina reprobatum denunciatur, vt superiùs adducta testantur.*

* Cit. loc.

2. THEODORI.] *Quem natalibus illustrem facit Ioannes Chrysost. epist. 1. ad ipsum, postquam lapsus fuerat. Is fratrem habuit nomine Polychronium, qui in Apameēsi Ecclesiæ Episcopus sedit, iuxta Theodoret. l. 5. Hist. Eccl. c. 39. & l. 10. tripart. cap. 34. Ipse cum Ioanne, qui Chrysost. posteà dictus, & Ecclesiæ Constantin. Episcopus ordinatus est, & Maximo, qui Seleucia apud Isauros Episcopus fuit, eloquentiæ studebat sub Libanio, è cuius schola, & ex fori strepitu, in quo iam versabatur, vt innuit Ioannes in Parænesi 1. ad Theodorum, antequam annum vigesimum ageret, eum cum Maximo Ioannes pertraxit ad Carterij & Diodorij asceterium, vt*

Christiana

A *Christiana Philosophia toti vacaret. Hæc Sozom. lib. 8. cap. 2. Socr. lib. 6. cap. 3. Theodoret. lib. 5. cap. 39. Niceph. l. 13. c. 2. & l. 14. cap. 30. Photius l. 96.*

Hunc, priusquam vigesimum annum attigisset, ad sæculi voluptates reversum luget Ioannes eis. Parænesi: ab illis verò ad pœnitentiam, exhortante Ioanne, fuisse conversum; adeò vt Ecclesia Antiochena relicta Tarsum, ad Diodorum, haud dubiè iam tunc huiusce loci Episcopum, transmigraverit, vnde in Mopsuestia sedem vocatus est, scribit Hesychius in Hist. Eccles. & in Collat. 5. Conc. Constant. II. ac etiam in Epist. Pelagij II. ad Eliam Aquilei. n. 13. refertur.

Baronius tamen ad an. 428. hunc negat à suis libidinibus conversum. Sed magis ego crediderim Hesychio: nec enim ad Ecclesiæ Mopsuestenæ regimen assumptus fuisset, si, quibus se dederat, voluptatibus immersus iacuisset.

B QVONOAM) *Theodorus itaque iam obierat, dum Marius Mercator hæc scriberet. Quo tamen anno Theodorus decesserit, non via est Scriptorum Crisis. R. P. Labe in Biblioth. Theodorus circà an. 430. vel antè denatus videtur, quanquam alij ad annum vsque 435. aut 457. eius mortē dimittunt. Incerti authoris libellus de Scriptor. Eccles. qui Isidoro & Ildephonso subiici solet, Theodorū Mopsuestenæ vrbis Episcopum vixisse scribit vsq; ad Imperiū senioris Leonis, hoc est ad an. 457. Theodoret. l. 5. c. vlt. & Niceph. l. 14. c. 30. ponunt Theodorum devixisse, dum Theodotus Antiochenam Ecclesiam regeret, quem sicut & Theodorum humana deposuisse, & sedem anno 427 Baronius non improbabiliter censuit. Ex autem Theodoreti & Nicephori testimonio, & ex Marij Mercatoris priori Commonitorio apertè conficitur Theodorum Mopsuest. vltrà annum 428. non processisse: Nam iuxtà Theodoretum obiit sedente adhuc Theodoto, quem antè annum 429. decessisse declarat Marij Mercatoris Commonitorium, in quo legitur:* Sanctæ memoriæ Theodotus Antiochiæ Episcopus; *hoc autem Commonitorium anno 429. editum iam suprà notavimus ex inscriptio to Floric & Dionysii Cōsulatu.*

Quod ad hæc tempora Theodorus pervenerit, vel proximus accesserit, Marius Mercator non obscurè indicat,
C *vbi admonet à Iuliano octo posteriores libros adversus Augustin. elaboratos fuisse in Cilicia; quò Iulianus pervexerat, vt Theodorū de his consuleret & audiret: vt suprà observavimus. Et huiusmodi libros anno 427. conscriptos nō malè ponit Ruvius in vita S. Aug. Chronolog. Itaq; anno 427. Theodorum carne exutum reor cum Baronio.*

EPISCOPI MANSISTENI.) *Pro Mopsuesteni. Theodorum Mopsuestenæ Ecclesiæ in Cilicia Episcopum scribunt Sozom. l. 8. cap. 2. Socr. l. 6. cap. 3. Theodoret. & alij. Is Episcopatum hunc triginta sex annis gessit, teste Theodoret. l. 5. cap. vlt. Ipsum autem libellus Armeniorum Proclo Constantin. oblatus sic describit:* Fuit aliquis pestifer homo, magis autem fera, hominis habens formam diabolicam, mentito nomine Theodorus, qui schema & nomen Episcopi habuit, in angulo & ignobili loco orbis terrarum latitans, in Mopsuesteno secundæ Ciliciæ, vili oppido, verè quidem & principaliter à Paulo Samosateno descendens, licèt Photino & cæteris hæresiarchis in libro de Incarnatione D.N.I.C. in suo toto proposito ipsis verbis inveniatur vlus, & si quid peius.

D 3 HVNC EGO.... VERBVM OS VERBO TRANSFERRE, &c.) *Scilicet propter diligentiorem fidem. In hoc Augusl. imitatus, qui S. Basilij de originali peccato Græcum testimonium eādem ratione interpretatus est l. 1. contrà Iul. c. 5.* Quod etsi reperi, *inquit S. Aug. interpretatum*, tamen propter diligentiorem veri Fidem, verbum è verbo malui transferre de Græco.

4 PRAVVM EIVS.... SENSVM, &c.) *Plures quidem Theodori Mopsuesten. Doctrinam à pravo sensu vindicare susceperunt; & præcæteris Theodoretus & Ibas: sed longè plures non verba solùm, sed & Theodori intellectum æquiori iure, cum Mario Mercatore damnarunt, tū in Ephesina Synodo Act. 6. tum in Chalcedon. Act. 10. tū maximè regulari indubitaque sententia in Concil. Constantinop. II. cuius Acta singula Theodorum Mopsuestenum, discussis eius definitionibus, palam hæreticum proclamant,*

E *testanturque nomen ipsius nec in Dypticis Mopsuestenis vsquam fuisse descriptum.*

5 NESTORIVM ... QVONOAM EPSCOP.) *Denato itaque Nestorio, hoc est, post annum 436. quo ipse decessit, translatū est Theodori Symbolum à Mario Mercatore, antè annum 440. vivente videlicet adhuc Iuliano, vt infrà notabitur.*

7 SECVM MALE DECEPIT.) *Hoc est, in eos, quibus ipse seductus est, errores traxit. Theodorus enim Mopsuestiæ Episcopus, vt chiro diceret Ario & Eunomio Verbi Divinitatem peraegantibus, & Apollinario Christū merè hominem mentienti, impias ipse in Christum, & eius Matrem blasphemias evomuit. Et quidem Theodorus extrà paræciam, hoc est, Diœcesim, scilicet Antiochiæ in Syria, cui proximus erat, & vbi Nestorius Presbyter degebat; dum sermonem haberet palam in Ecclesia dixit, quòd Homo Iesus similis est cæteris hominibus. His haud dubiè & similibus sermonibus Nestoriū decepit. Hincque Theodorum Nestorij Magistrum protestantur omnes, Cyrillus,*
F *Liber. Armen. Liberatus, Iustinianus, & alij.*

Cyrillus epist. ad Lamponem Presbyterum, & ad Clericos, Theodorum vocat patrem perfidiæ Nestorij. Quod & Pelagius II. epist. ad Eliam Aquileie. f. n. 12. refert. Et epist. ad Rabbulam Edesso Episcopum. Idē Cyrillus scribit, quod Nestorij impietas procedit ex illius radice, qui de Cilicia erat, Theodori Mopsuest. in altera Cilicia. In epist. etiam ad Theodosium, lectā & relata in Concil. Constant. II. Coll. 5. dicit quod Diodorus Tarsensis, & Theodorus Mopsuestenus impietatis Nestorij patres fuerunt.

* *Iustinianus Imper. Epist. ad Episcopos Constantinopoli congregatos, Theodorum scribit Nestorij Doctorem & Præceptorem. Rabbula Edessenus epist. ad Cyrillum lecta in Concil. Constant. II. Coll. 5. & relata à Pelagio II. in epist. n. 13. asserit, quòd Nestorius latens Theodori viras effuderit. Eadem leguntur in Liberati Breviario, & in libello Armeniorum.*

Hæc igitur Nestorianæ impietatis origo, Diodorus Tarsensis Episcopus in Cilicia primæ fuit illius mali fons, vt
G *loquitur Cyrillus in litteris ad Successum Neocæsareæ in Isauria Episcopum. Et in epist. ad Ioannem Antioch. lecta in Concil. Const. II. Coll. 5.* culpabiles, dicit, sectas Diodori & Theodori, &c. *Hos errores Diodorus edocuit tùm in libris de Spiritu Sancto. Iuxta Photium Bibli. lib. 22. tùm in libris contrà Incarnationem, vt tradit Cyrillus epist. ad Acatium Melitenæ Episcop. lecta in Coll. 5. citati Concil. in quo & ipse Diodorus damnatus est. Vt habetur in actis Coll. 5. & 7. & testatur etiā Photius lib. 18. Vndè vi à & altera Theodos. & Valentiniani lege, quæ in Conc. cit. Coll. lecta est, Diodori simul cum aliis scripta damnata sunt.*

A Diodoro impias huiusmodi contra Divini Verbi Incarnationem novitates edoctus est Theodorus, tùm ab ipso in Monasterio instituerctur, & cùm Tharsi maneret, vt suprà vidimus. A Theodoro tandē eas Nestorius didicit, vt notavimus: & sub Nestorio eas defenderunt Anastasius, Photius, Iacobus, Antonius & alij.

* VOLENS INSINVARE, &c.) *Licet enim libros hæreticorum cum execratione proponere. Sic Anastasius ipse Summus Pontifex, editam à Rufino Periarchon translationem approbavit in epistola ad Ioannem Hierosolymi-*
H *tanum.* Approbo, *inquit*, si accusat authorē, & execrandū factū populis proponit, vt iustis tandē odiis teneatur, quem iamdudùm fama consternaverat.

8 IVLIANVM EPISCOP. OPPIDI ECLANENSIS) *Sic Prosper in Chronic. ad Consulatum Theodosij XVIII. hac tempestate Iulianus* ECLANENSIS. *Sic legunt Ioan Scaliger & Arnold. Pont. iuxtà maiorem tùm excusorum, tùm M. SS. partem, quomodo Eclanensem agrum legimus in libro de limitibus agrorum.*

Eclanum, sive Æculanum, quod Ptolomæus Aeculanum vocat, est Oppidum Hirpinorum, seu Lucaniæ in vlteriori Principatu Regni Neapolitani, ab Equotutico, vulgò Foggia, Oppido nō obscuro Apuliæ, 25. mille passibus distans. Æculani meminit Appianus Alexandrinus. Eclani etiam habetur apud Antoninum August. in Itiner. Scaligerum & Arnoldum Pontic. Eclanum autem alij volunt esse

Oppidum Campaniæ: undè Iulianum à Gennadio & à Beda, in præfat. in Cantic. dictum putant Campaniæ Episcopum. Nonnunquam ab iisdem & à Gelasio in Conc. Roman. Iulianus vocatur Celanensis; quod factum crediderim per transpositionem litterarum C. & E. ita ut Celanensis scribatur, pro Eclanensis: sicut & ex incauta coniunctione litterarum C. & L. composita littera D. scriptum legitur Edanensis, pro Eclanensis, *apud Petrū Diaco. lib. de grat. c. 8. Atelanensis verò, & Atellensis, sive Atelenensis, & voce corruptâ dicitur in Prosperi Chronico. Deniq; in Epistola Antiocheni, Hemerij, Teodoreti & aliorum Orientalium Episcoporum ad Rufum Thessalonic. Iulianus ad quē Rufus scripserat, dicitur piissimus & sanctissimus* Ecclesiæ *Eridica Episcopus. Quod autem Iulianus iste sit Pelagianus, colligitur ex Iuliani Pelagiani ad Rufum Epistola, de quo in notis ad Commonitorium diximus: & ex Rufi ad Iulianum litteris, quo familiarem inter ipsos necessitudinem testantur. Verùm quæ, & ubi sit ista Eridica, nemo est qui dicat Ericusam sive Ericodem, vulgò Alicur, insulam Siciliæ, ad quam Iulianum tandem profugisse tradunt, cuivis suspicari liceat.*

9 HVNC SECVTVM ESSE THEODORVM, &c.) *Non Nestorianæ dumtaxat, sed & Pelagianæ hæreseos prima semina Theodorum Mopsvest. iecisse, in notis ad Commonit. iam suprà indicavimus: sicut & ipsū Iulianū Theodori fuisse discipulum; & eo Doctore posteriores octo libros contrà Aug. in Cilicia elucubrasse. Sed quid causæ est, quòd Marius Mercator hic, ubi Theodori impietatibus contrà Divini Verbi œconomiam repugnat, Iulianum Theodori discipulum inducit? Id ab eo factum puta, ob strictum Pelagianos inter & Nestorianos fœdus. Vnum enim illorum omniū caput est Theodorus iste Mopsvestenus, qui & suis adversùs Christi gratiā Pelagium, Cælestium & Iulianū erroribus imbuit, & pravis contrà personæ unitatem in Christo impietatibus Nestorium decepit. Tanta quoq; Pelagianorum cū Nestorianis societas fuit, ut Iulianus, Florus, Orentius, Persidius ac Marcellinus Episcopi, à suis sedib. ob hæresim Pelagianam deiecti, Constantinopolim transfugerint ad Nestorium, ut ipse suis ad Cælestinum Rom. Pontif. litteris significat. Magna deniq; doctrinæ Pelagianæ & Nestorianæ affinitas est: qui enim dicit hominem nullo originis vitio esse corruptum, & posse, si velit, mereri adoptionem filiorum Dei, ut Pelagiani tenebant: nō longè recedit ab eo qui confitetur Christum hominem ita nobis per omnia similem esse, ut meruerit fieri, & dici filius Dei non natura, sed adoptione; ut Nestoriani sentiebant. Et ita illud Prosperi verum est:* Vbi desinit Pelagius, ibi incipit Nestorius. *Pelagius negāt naturam humanā esse in Adamo peccante vitiatam; ideòq; credit non reparatore, sed solo egere doctore, & imitationis exemplo. Nestorius infert Christum nullâ necessitate esse Deū, cùm purus homo possit esse plenè sanctus, dignumq; imitationis exemplum. Pelagianus dicit patere in Christo Domino, quid sibi ipsi dare possit humana libertas; & quò evectus ille, Pelagianus credidit per humana merita hominem quemvis posse ascēdere. Nestorianus concludit: si volo, fio & ego Deus, sicut & Christus Deus factus est. Id enim Ibas Edessenus dixisse accusatus est: & Theodorus lib. 1. in Evang. Ioan. ait: Filius dicitur non secundùm Deitatis naturam, sed secundùm quod erat domesticus Deo. Et l. 2. de Incar. Homo Iesus nihil differt à connaturalibus hominibus, quàm quòd ipsi gratiam dedit Deus: & quidem (l. 14. de Incar.) secundùm meritorum præscientiam, quæ quàm Pelagiana simul ac Nestoriana sint, quis Catholicorum non intelligat?*

Tandem is erat Pelagianorum & Nestorianorum consensus, ut in Pseudo-Synodo Ephesina, cui Ioannes Antiochenus præfuit, Pelagiani dogmatis capitula à Nestorianis approbata sint, ut non obscurè indicat S. Gregorius l. 6. Epist. 31. & apertè l. 7. Epist. 47. sicut ex opposito Sancti Patres in legitima Synodo Ephesi eo ipso tempore congregata act. 5. Nestorianos simul ac Pelagianos proscripserūt. Et cuivis observare licet, quòd Iulianus in suo Fidei confessione studio R. P. Garneri edita, de Christo nihil profitetur, nisi quod Nestorianus quivis confiteretur.

Hanc Pelagianorum & Nestorianorum concordiam Photius in Biblioth. l. 54. ex quodam exemplari alterum ab Occidēte Episcopis adversùs Nestorianas impietates, sic describit: Hic (*liber alterum*) refert eandem esse Nestorianam & Cœlestianam hæresim; testemque laudat Cyrillum Alexan. Episcopum, qui ad Theodos. Imp. Nestorianam & Cœlestianā hæreses cōspirare scribit. Planū id est, *inquit*, (*liber iste*) Cœlestiani enim de Corpore seu membris Christi, hoc est, de Ecclesia petulantes iactant ista, non Deum ipsum, id est, Spiritum Sanctum fidem ipsius, omniaque ad vitam, pietatem & salutem necessaria privatim dividere unicuique prout velit, sed constitutam hominis naturam, quæ per transgressionem & peccatum à beatitudine excidit, atque à Deo separata morti tradita est, pro merito voluntatis uniuscuiusque Spiritum Sanctum & vocare & expellere. Nestoriani verò de ipso etiā corporis capite Christo eadem sentire & affirmare audent. Asserunt enim, quandoquidem nostræ Christus naturæ sit particeps factus, & Deus omnes homines similiter salvos fieri velit, unumquemlibet etiam per arbitrij sui libertatē, proprium peccatum corrigere, & Deo dignū se facere.

His perfectè consonat, quod Leporius in Gallia Presbyter Pelagianus (ut Gennadius & alij testantur) Theodori, tacito licet nomine, contra personæ Christi in duabus Naturis unitatem, impias blasphemias ante Nestorium secutus est, & secutū se postea accusat, eas damnans, ne à Deo damnetur; ut ipse à S. Aug. correctus & emendatus scripsit in libello suæ fidei, qui editus extat.

10 EXARATO MARI, &c.) *Idē suprà in Commonit.*

11 CVM SOCIIS.) *Nempè Floro, Orentio, Persidio, Marcellino & aliis Episcopis Pelagianis, qui ad Nestorium transfugerunt.*

12 VT... INDE INSTRVCTI OCTO CONTRA FIDEM... VOLVMINA CONDERET, &c.) *Octo videlicet libros, quos ad Florū Iulianus scripsit contrà S. Aug. de quibus Marius Mercator in Common. supra iam dixerat:* Id nunc isto opere post tam longum tempus in Cilicia elaborato (*haud dubiè apud Theodorum Mopsvestiæ*) ingesta. *Consule notas ad Common.*

13 AGNOSCAT... IVLIANVS EX HAC TRANSLATIONE, SI LEGERE NON FASTIDIERIT, &c.) *Hinc fit evidens Mercatoris hoc opus, vivente adhuc Iuliano, hoc est, ante an. 440. quo Iulianus carnem posuit, fuisse compositum.*

14 SEQVE POST DE CILICIA DISCESSVM, AB EO IN EPISCOPORVM PROVINCIÆ SVÆ CONVENTV ANATHEMATE ESSE DAMNATVM.) *Ex quo intelligitur habita Synodus Episcoporum Ciliciæ circa annum 427. postquàm Iulianus, perfectis octo adversùs Aug. libris, à Theodoro recesserat, ut puto, Constantinopolim. Et in ea Synodo Theodorus ipsemet, cum cæteris Episcopis, Pelagiana dogmata damnavit; sincera an fide ficta, iudices. Cùm autem eo tempore nulla legantur celebrata in Oriente Conc. contrà Pelagianos: Et una dumtaxat apud Photium l. 52. Baron. ad hunc an. 427. Binnium, R. P. Labe, & alios Conciliorum Collectores, Synodus occurrat, quæ videlicet anno 427. sub Cælestino Papa, Messalianis, seu Euchitis relapsis pœnitentiam negaverit, iuxta Photiū l. cit. Sisinnius, & Theodotus Antioch. morti proximus interfuerunt. De hac Synodo Mercatorem hic intelligerem, & in ea damnatos à Theodoro Pelagiano, quos Messalianis Sanctus Hieron. adiungit.*

Nec ab hoc sensu me removet, quòd Baronius & alij nullum huiusce Conc. locum designant. Si enim Photium, à quo uno id habetur, attente legissent, in ipsa Sisinnij & Theodoti Synodica expressum advertissent, quòd in urbe Constantin. ad Sisinnij consecrationem, & proinde ad finē anni 426. vel initium 427. coacta sit ista Synodus. At si Constantinopoli, quomodo hæc Synodus à Mario Mercatore dici potuit Conventus Episcoporum Provinciæ Theodori Mopsvesteni? à Mario sic dictam intelligo, vel quia Theodotus Antiochenus ipsi adfuerit; nec quidem ex ea Provincia solus; plures enim Episcopos, videlicet Theodorum & alios ex Cilicia & Syria ad hanc Synodum, simul cum Theodoto Antiocheno fuisse convocatos conicere est.

A *Vel dicam Episcopos Pamphyliæ in Cilicia, & inter eos Theodor. Mopsuest. accepta Sisinnij & Theodoti Synodica, alterum in Cilicia, & maximè in Pamphylia apud Sidam, vulgò Condalor, quæ illius Metropolis est, Synodum habuisse contrà hæreticos Messalianos, qui Pelagianis se iunxerant, utpotè qui iugi contemplatione ab omni prorsùs peccato mundos servare se posse crederent. Istos enim hæreticos ex Antiochia à Flaviano Episcopo pulsos in Ciliciam, & maximè in Pamphyliam confugisse, testatur Theodoretus lib. 4. cap. 10. & Niceph. lib. 11. c. 15. hæc coniectio. Alter iudicet.*

15 Expositio Fidei Theodori. *) Seu Græcis sermo, seu Symbolum Theodori, de quo multa in notis suprà ad verbum, Græcus sermo.*

16 Credimus in unum Deum, &c. *) Sic hæretici professionem Catholicam suis erroribus præmittere solent. Sic Pelagius in sua confessione ait:* Hæc nostra Fides.... quòd unus est Deus, &c. *Sic Iulianus in libello* B *sua Fidei:* Credimus in Deum Patrem, &c.

17 Quam neque per Filium existentiam accepisse, &c. *) In Conc. Chalced. versione legimus* substantiam; *in Constantin.* essentiam; *in Ephesino,* subsistentiam; *in Græco textu,* ὕπαρξιν.

Hunc istum Symboli locum, tanquam Catholicum, & ab Ephesina Synodo approbatum, adduxit Ephesinus disputator in Conc. Florentino Coll. 20. ex eo probare contendens Catholicam Fidem non credere Spiritū Sanctum à Filio procedere. Quod Provincialis Collectator sic reprobat in Collat. 22. eiusdem Conc. ut eo loci alteram Nestorij, cuius hoc esse Symbolum dicit, hæresim exprimi demonstret à Conc. Ephes. & à Cyrillo anathematismis confixam.

Theodorus itaque sic asserit, Spiritum Sanctum esse Spiritum Filij, ut tamen neget quod Spiritus Sanctus à Filio esse habeat. Et hanc illius propositionem defendit Theodoretus contra nonum Cyrilli anathematismum, ubi ait: Si proprium Filij Spiritum Sanctum, siquidem eiusdem naturæ; & à Patre procedentem dixit (*Cyrillus*) confitebimur, & ita suscipiemus vocem; si verò tan- C quàm à Filio, & per Filium subsistentiam habentem, ut blasphemum excutiemus, &c. *Quæ & in Conc. Florent. Coll. 20. adducta sunt.*

Hic autem observandum, quòd non una vox semper fuerit Sanctorum Patrum de Spiritûs Sancti processione. Et quidem 1. in Symbolo Apostolorum, & in Nicæno primo, nulla fit confessio processionis Spiritus Sancti. In Symbolo Constant. contra Macedonianos, qui Spiritum Sanctum inter creata censebant, Ecclesia profitetur Spiritum Sanctum à Patre procedere, ubi nec Filius exprimitur. Tum in Toletanis Symbolis, & tandem in Nicæno secundo additum est, Filioque. 2. Non una vox ubivis Sanctorū Doctorum de Spiritus Sancti processione à Filio. Nonnunquàm aliqui dicunt, quod Spiritus Sanctus est naturâ à Patre, & per Filiū in creaturas effusus. Ita Cyrillus Orat. ad Regin. n. 3. Eulogius Alexand. in 5. Orat. apud Photiū l. 230. & Gregor. Naz. in Symbolo, quod ipsi à Deo revelatum testatur S. Greg. Nyss. ut refert Ephesinus in Coll. 20. Conc. Florentini: Spiritus Sanctus, *ait Cyr.* est à Patre, naturâ per Filium in creaturas effusus. *Eulogius dicit:* Spiritus quoque Sanctus procedens ex Patre, & D principium quidem habens Patrem, sed per Filium in creaturas descendens, &c. *Grego. Naz.* Spiritus Sanctus, qui à Deo subsistentiam habet, per Filium apparuit hominibus.

Aliquando dicunt, quòd Spiritus Sanctus est Spiritus Filij; sed non est à Filio: ut Damascenus, cuius locum adducit Scriptor Græcus in 3. parte Conc. Florent. Spiritum, *inquit,* Filij dicimus; ex Filio verò nō dicimus. *Aliquandò exprimunt Spiritum à Patre procedere per Filium; ut vulgò Tractatores Græci: & aliquandò Spiritum Sanctum à Patre & Filio procedere, ut Latini Scriptores; quorum omnium, tùm Græcorum, tùm Latinorum collecta testimonia proferuntur in Conc. Florent. coll. 21. & 22.*

Græci autem Spiritum Sanctum procedere à Filio pronunciare nonnunquam refugiebant. 1. Ne ista confessione Patrem abnegare viderentur fontem Deitatis. 2. Ne ex E *Patre, Filioque veluti ex duobus principiis & duabus spirationibus Spiritum Sanctum procedere permitterent; ut in Conc. Flor. sess. ult. declaratur ad excusandas Græcorum disputationes. Alij verò non concedebant Spiritū Sanctum à Patre procedere per Filium; ne Filius inæquale principium, ac velut instrumentum duntaxat huiusce processionis crederetur; ac etiam ne, sicut omnia, quæ facta sunt, per Verbum facta sunt, Spiritus Sanctus creatura deputaretur, si per Verbum à Deo procedere diceretur. Alij autem Spiritum Sanctum à Patre esse per Filium efferunt, ut ordinē emanationum divinarum exprimant, quò Pater à nullo est, Filius à Patre existit, & habet quod ex ipso Spiritus Sanctus sicut & à Patre procedit.*

Hæc vocum magis quàm sententiarum in Orthodoxis Patribus dissonantia, in varia tandem movit animos, & graves adeo contentiones invexit Latinos inter & Græcos, ut hi audientes in Symbolo Conc. II. Nicæni additum F *fuisse* Filioque, *& à Latinis hoc Symbolum, cum ista additione, inter Sacra decantari, ab istis recesserint contendentes 1. quòd anathematis pœnam incurrant, qui, contra Ephesinæ I. Synodi Regulā, Catholicæ Fidei Symbolo quidquam adiiciant. 2. Quod nec verum sit Spiritum Sanctū esse, seu existentiam & subsistentiam habere à Filio. Hinc Græcorum schisma, & ab Ecclesia Latina defectio. Qui tamen ad unionem à Latinis sæpius invitati sunt; abeunte sæculo undecimo, ætate & studio Anselmi Cantuar. sub Urbano II. & Paschali II. ætate & eruditione Humberti, sub Greg. IX. ineunte sæculo 13. ætate & labore Eugenij IV. in Conc. Florent. medio scilicet sæculo decimo-quinto. Cætera dimitto, quæ hac de re gesta sunt.*

Iam verò quem sensum habet locus hic Theodori, à Theodoreto vindicatus? Provincialis in Conc. Flor. disputans si credamus, neuter sano intellectu dicit verum, cùm nec Ephesina Synodus, nec Marius Mercator hanc Theodori & Theodoreti sententiam, quasi minùs Catholicam redarguerint; ac absona sit ab aliis Catholicorum Tractatorum definitionibus, maximè Damasceni, quid prohibet eam eo sensu intelligere, in quem inflectunt Damasceni & aliorū sententias; quod nempè Spiritus Sanctus non sit à Filio, G *tanquā à principio, quod à Patre aliud sit, nec per Filium, tanquam organum, sed à Patre, tanquā à fonte Deitatis; & à Filio, tanquā qui eandem prorsus cum Patre spirandi virtutem ab ipso Patre accepit; & unicum proinde est cum Patre, Spiritus Sancti principium.*

18 Quoniam Dei Verbum hominem suscepit perfectum, &c. *) Sic in textu Græco. At in Ephesina translatione legitur, Deus Verbum. In Latina versione Constant. Conc. ponitur, Deus verum hominem suscepit. Theodorus & Nestorians hominem perfectum à Verbo Dei susceptum ita confitebantur, ut propriâ, singularique sua subsistentia homo existeret, in Christo gratia coniunctus Deo. Ut exponit Cyrillus in Epist. de recta Fide ad Theodos. Imp. n. 6. &c.*

Catholici verò hominem perfectum à Verbo susceptum sic definiebant, ne solam carnem à Verbo assumi, cū Apollinari sentire se declararent, ut S. Cyrillus eadē Orat. n. 16. 17. &c. indicat. Et ita more Catholico vera erat adducta sententia, quæ in Theodoro erat blasphema.

19 Ex semine Abraham, &c. *) Theodorus in* H *libro ad Baptizandos, ait.* Quod dicitur de Filio suo ex semine David, non de Deo Verbo professus, sed de assumptâ, servi formâ. *Et Cyril. epist. ad Monachos Ægypt. n. 17. & 18. ait.* Quo denique modò semen Abrahæ apprehendit, Carnisque & Sanguinis Deus Verbum particeps effectus sit. Nam si ut merus homo nostri similis mente concipitur: Quomodo semen Abrahæ, tanquam naturaliter quippiam extraneum, & à se alienum apprehendit? Quomodo propriæ carni, ut per omnia fratribus assimiletur, communicasse dicitur? Nam quod alteri assimiletur ex dissimili ad similem formam transferatur oportet, &c. *Et in orat. 2. ad Regin. num. 10.* Dei verbum Abrahæ semen apprehendisse asserimus. Nam secundùm carnem ex Iudæis natum est, & per omnia fratribus assimilatum, formam servi accipiens & in similitudine hominum factus.

A 20 HOMINEM NATVRA PERFECTVM EX ANIMA RATIONALI.) *Hæc Theodorus profitetur contra Apollinarium; & lib. 3. adversùs eum similiter scribit, quod Verbum Dei* animam humanam suscepit immortalem, & sensus participem. *Errant enim qui, vt ait Cyrill. Epist. de rectâ fide ad Theodos. Imp. n. 6.* etsi vnigenitum Dei Verbum verum hominem factum, & incarnatũ credant, non tamen censent carnẽ, quã assumpsit, anima rationali, & mente simili nostræ præditã perfectam, animatamq; esse. Etenim Verbum, quod ex Deo est; & templum, quod ex sanctâ Virgine, in vnam perfectam vnitatẽ contrahentes dicunt Verbũ in ipso inhabitasse, & propriũ fecisse sibi corpus hoc assumptum; ipsum verò implere locũ animæ rationalis & intelligentis. *Vide n. 17. & seq. eos explodit, qui, vt planã & apertam rationẽ redderent vnionis & compositionis duarũ naturarum in Christo, dixerunt Carnem à Verbo per modũ animæ perfici & assumi. Vbi S. Cyrillus pluribus probat ipsam etiam animam à Verbo susceptam fuisse; aliòquin nec Christus verè fuisset homo. Vide & eius orat. 2. ad Regin. n. 9.* B

21 ET CARNE HVMANA CONSTITVTVM.) *Contra eos, qui, vt Cyrillus ait epist. cit. n. 6.* Verbũ ex Deo Patre genitum in hominis forma apparuisse, vltrò cõcedunt; sed non sumpsisse ex Sancta Virgine Deipara carnẽ: mentiuntur verò solum esse mysterij apparentiã.

22 VIRTVTE ET POTENTIA SPIRITVS SANCTI.) *Cyrill. epist. cit. n. 35. ait.* Qui verò creaturæ per sanctificationem apud Deum reformatæ initium extitit, ipse præ aliis ex Spiritu genitus, vtpotè absque viri mulierisque congressu in lucem fusus.

23 INENARRABILITER COPVLAVIT SIBI, &c.) *Nec tamen eo verbo aliam Theodorus agnoscit in Christo quàm bonæ voluntatis vnionem inter naturam hominis & divinam.* Neque enim, *inquit Theodorus lib. 7. de Incar.* secundùm substantiam, neque secundùm operationem coniunctio Verbi cum homine facta, sed per bonam voluntatem, eo quòd omnia perficit per eam. *S. Cyrillus cit. epist. ad Theodos. n. 23. incomprehensibilem ostendit Incarnationis modum, & in c. 8. libri de Incarn. tam dicit esse in Christo naturarum vnionem, quæ nõ sola voluntate & operatione fit, sed quæ omnẽ vnionem, quæ* C *in creatis rebus est, rationem excedit.* Vnio ipsa, *inquit Cyrillus*, multis modis perficitur. Seiuncti enim nonnulli affectu, sorte & voluntate, & discordantes inter se, vniri dicuntur per reconciliationem socialem, deposita simultate. Vniri etiã dicimus ea, quæ sibi coniunguntur, vel per appositionem, vel per admistionem, vel per temperationem. Quoties igitur vnitum esse nostræ naturæ Dei Verbum dicimus, omni humana cogitatione vnitionis eius modus videtur esse superior. Neque enim per vllum è suprà dictis modis facta est, sed ineffabilis est prorsùs, & fortassè nulli penitùs nota, nisi soli illi omnia scienti Deo... Sed, si oportet homines res omnem intelligentiã transcendentes coniectare; dicimus quòd conveniat cogitare... talem esse vnionẽ ipsius Emanuel, qualem quispiam cogitare possit esse humanæ naturæ cum suo corpore, &c.

24 PROPTER QVOD SVPER OMNEM PRINCIPATVM... AB OMNI CREATVRA ADORABILIS, &c.) *Theodorus l. 6. Comm. in Ioan.* Propter hanc, *inquit*, D cum Deo Verbo coniunctionem, Christus ab omnibus honoratur hominibus. *Et l. 14. de Incar.* Vt qui Verbum adorant, in Christo, tanquam in Imperatoris imagine, Verbum quasi videant & honorent *& l. 3. adversus Apollinarium.* Istum virum suscitavit à mortuis, & per inseparabilem coniunctionem à se factam, talium participem fecit, vt & adorationis communionem haberet. *Ex ea verò adoratione Christum non esse merũ hominem, sed Deũ iure colligit epist. cit. ad Theod. n. 10.* Deus Verbum mansit quod erat.. quamobrẽ sancta illa.. cœlestium spirituum multitudo vt illum primogenitũ terræ adoret, æque ac nos mandatũ accepit.. hinc illud Pauli. Et cum inducit primogenitum in orbem terræ, dicit, & adorent eum omnes Angeli eius, &c. *& n. 31.* Ergo-ne

E Emanuelem, vt solum hominem adorabimus? minimè gentium. *Quod in epist. ad Regin. n. 6. iterum prosequitur. Hanc adorationẽ Emanuel nec ipse Nestorius negat.* Adoro, *inquit infrà*, hunc cum Trinitate, tanquàm Divinæ cooperatorẽ authoritatis. Propter occultum adoro, quod oculis paret; Separo naturas, coniungo reverentiam.

25 TANQVAM INSEPARABILEM CVM DIVINA NATVRA HABENS CONIVNCTIONEM.) Per inseparabilem coniunctionem, *inquit idē Theodor. lib. 3. adversùs Apollin.* Inseparabilis est Deus eius qui paret. *Ait Nestorius infra.*

26 NEQVE DVOS DICIMVS FILIOS, NEC DVOS DOMINOS.) *Marius Mercator ad hæc exclamat: Quis ergò ferat ista garrientem ad decipiendos simplices? Duos enim esse Filios, vnũ naturâ, alterũ adoptione in Theodori & Nestorij doctrina nullo ambiguo intelligitur.* Quandoquidem vnum Christum, *inquit Cyrill. cit. epist. ad Theod. n. 6.* in duos secernunt, alterũ qui ex Virgine hominem perfectum; alterũ ex Deo Patre Verbũ; F &c. *Et epist. ad Regin. n. 6. ait.* Illi autem qui Sacram Virginem Θεοτόκον Deiparam esse imperitè negant, coguntur necessariò duos dicere Filios Dei, &c.

27 VNVS FILIVS SECVNDVM ESSENTIAM VERVM DEVM... CVI ISTE CONIVNCTVS, COMMVNEM HABET FILII NVNCVPATIONEM ET HONOREM, &c.) *Theodorus, & cum eo Nestoriani, solum Verbum Dei dicebant in Christo esse Dei Filium natura seu essentia. Hominem verò non esse nisi nuncupatione vel adoptione Filium Dei. Hunc errorem S. Cyrillus epist. ad Theodos. n. 6. sic exponit:* Hic siquidem natura & verè Filius est, qui est ex Deo Patre Verbum. Hic verò (*ex Virgine natus*) est Filius secundùm nominis similitudinem cum vero Filio. Quandoquidem Vnigenitus ab initio per se est Dei Filius; homo, quẽ suscepit, cùm Deus natura non sit, propter eum, à quo assumptus est, qui verè Filius Dei est, eodẽ cũ ipso nomine appellatur.

28 NON SICVT VNVSQVISQVE NOSTRVM EX SS EXISTENS APPELLATVR FILIVS DEI. VNDE ET PLVRES FILII DEI DICIMVR) *In editis nullis legitur*, Filius Dei. Filij Dei. *Sed duntaxat*, G appellatur Filius. Plures Filij dicimur. *Non ea ratione nos Filij Dei nominamur & sumus, qua Christus est, & dicitur Altissimi Filius.* Nos, *inquit Cyrill. Epist. ad Monachos Ægypt. n. 56.* quãquã Spiritu Sancto iniungamur, neq; non per gratiam in Dei Filios cooptemur, & Dij interdum quoq; nominemur, nostræ tamen naturæ mediocritatẽ nõ ignoramus. Sumus enim de terrâ, & inter servos numeramur. Ille verò naturæ nostræ legibus nõ continetur, sed natura & veritate filius, totiusq; universitatis Dominus est, atq; è Cœlis ad nos delapsus, *& n. 15.* Nos Spiritu ipsius locupletati; in nostris enim cordibus hic inhabitat, inter filios Dei censemur.

29 OMNEM HABERE FIDEM.) *In excusis omnibus legitur*, omnem habere illius fidem.

30 VNVM IGITVR DEVM DICIMVS, ET DOMINVM IESVM CHRISTVM, &c.) *In aliis scribitur:* Vnum igitur Filium dicimus, &c. vnam etiam ex coniunctione personã in Christo, & duas simul personas. Quandò, *inquit Theodorus l. 8. de Incar.* naturas discernimus, perfectam naturam Dei Verbi dicimus, & perfectam personam; nec enim sine persona est subsistentiam dicere perfectam: perfectam autẽ & hominis naturam & personam similiter. Quandò autẽ ad coniunctionẽ (*voluntatis & operationis vt suprà explicuit*) respicimus, vnam personam tunc dicimus, &c. *Cyrillus verò ait Epist. ad Theod. n. 24.* Is, qui ex Patre genitus, & is, qui ex muliere natus est, nõ alius & alius, sed vnus est Emanuel, vnus Christus Iesus; *Orat. 1. ad Regin. passim prohibet dividi Christum. Et Orat. 2. ad easd. n. 2. ait.* Nõ alium esse dicimus Filium eum, qui ante sæcula ex Dei Patris essentia genitus est; & aliũ rursum, qui novissimis temporibus ex muliere natus, & legi obnoxius factus est: sed vnum eundemq; tam antè verã illã Verbi cum humana carne coniunctionẽ, quàm post eam. Hic enim ex Deo Patre secundùm naturam Filius, assumens

A fibi corpus animatum & ratione instructum, natus est, carnaliter ex Sancta Virgine & Θεοτόκῳ Maria; nec tamen in carnem mutatus est; siquidem illam ita assumpsit, vt esset sine iniuria Deus.

31 QVEM VNXIT DEVS SPIRITV SANCTO, &c.) *Typis non exprimitur* Spiritu Sancto; *sed tantum,* Spiritu, *Theodorus l. 3. adversus Apollin.* ad hæc omnia (*iustificationem, de Diabolo victoriam, miraculorum operatione, benè agendum*) Christus unctus est Spiritu qui habitat in eo, & ipsum ad omnia adiuvat. *Et in Comment. in Epistolam ad Hebreos:* Quẽ unxit Deus Spiritu Sancto, mercedem habet iustitiæ. *Et in lib. ad baptisandos:* Iesum quem unxit Spiritu; neque enim coniunctionem suscepisset illã, nisi priùs immaculatus factus, illã meruisset. *Vnde Nestoriani vt notat Cassianus lib. 5. de Incar. c. 3. dixerunt Dominum nostrum post baptisma factum esse Christum unctionis mysterio, &c. in oppositum*
B *verò S. Cyrillus Epist. ad Monach. Ægypti n. 10. 11. & 16. unctionis argumento demonstrat Christum esse Deum natura & subsistentia. Cum unctio gratia & sanctificationis sola non satis sit, ut qui natus est, verè cũ Deo æqualis gloria, eiusdemq; potentia & maiestatis censeatur: alias & erimus nos, quos Spiritus unxit, Deo pares. Theophilus Alex. serm. adversus Origenistas, vt Cyrill. Epist. ad Regin. refert, ait:* Ideircò nomen hoc, *Christus,* soli quoque Verbo quod ex Deo Patre ortum est, vt seorsim, ac per se subsistere consideratur, convenire asserunt. Nos autẽ ita sentire, aut loqui nequaquàm dicimus; quandoquidem Verbum ob id Christus vocatur, quia exultationis oleo, hoc est Spiritu Sancto, à Deo Patre inunctum est. Inunctio autem illa ratione assumptæ humanitatis illi convenit.

32 TANTAM AD ILLVM ADAM, &c.) *In editis omittitur,* Adam.

33 ET SECVNDVS ADAM APPELLATVR, &c.) *In Conc. II. Const. legitur,* secundus homo Christus secundus Adam, *inquit Cyrill. post Epist. ad Regin.* appellatus est; vt autem primus Adam deiecit nos in interitũ; ita secundus Adam nos provexit ad vitam, non vt ho-
C mo communis, nostri causa, mortem perpessus, ne in illo mortui maneamus; sed tanquàm Deus in carne passus, exinanitus secundùm humanitatẽ, vt nos in illo suscitemur qui proprium Templum divinitùs exsuscitat.

34 SICVT PORTAVIMVS IMAGINEM TERRENI, PORTEMVS ET IMAGINEM CÆLESTIS.) *S. Cyrill. Epist. cit. ad Theod. n. 20. hunc locum expendens, imaginem terreni intelligit peccandi propensionẽ, & mortem quæ hinc oritur: & imaginem cælestis, id est Christi, exponit constantiam in sanctitate, reditumq; & instaurationẽ ex morte & corruptione ad vitã & immortalitatem. Hunc eundem locum iterùm explicat in Orat. 2. ad Regin. n. 5.*

35 ATQVE ADEO OMNIS, QVI CONTRA HÆC SENTIT, ANATHEMA SIT.) *Sic explicat Theodori Symbolum. Et huiusce anathematis audaciã ferre non potuit Iustinian. Imp. in sua confessione, vt supra notavimus.*

36 IMO NOS TIBI, &c.) *Incipit Marij Mercatoris refutatio, in qua Theodorum, quasi adhuc viveret, frequens alloquitur, quem tamen iam dudum è vivis excessisse, certis argumentis probatum est: nisi dixeris à Mario compo-*
D *sitam hanc Symboli confutationem, vivente Theodoro, sed non editam fuisse cum Prologo, nisi post Theodori decessum.*

37 CÆTERA HABERE PRIVILEGIA, NON GENVINA, SED PER GRATIAM PRÆSTITA.) *Theodorus ipse palam in Ecclesia Antiochena dixit, quòd homo* Iesus *similis est cæteris hominibus, nullam habens differentiam, præter eam quæ gratia ei dedit; vt in libello Armenorũ relatũ est. Quod & in l. 2. de Incar. posteà scripsit. Et in lib. Comment. in Mat. ad hæc verba,* Hic est Filius meus &c. *ait:* Insania est evidens de Verbo Dei putare hoc dictũ, quod de illo præ cæteris dilectis & per adoptionem filiis est. *Et in Epist. ad Hebræos:* Filius, *inquit,* secundùm quod gratiã filiationem assumpsit; Deitate sola filiationem possidente. *L. 12. de Incar. vnum dicit filium natura, alterum relatione; quia Deus erat in homine nato, affectu voluntatis, non secundùm naturam. Et alio in*
E *loco:* Gratia Filius, qui ex Maria est homo; natura autẽ, Deus Verbum. *Quas omnes Theodori blasphemias Conc. Const. II. Can. 4. anathemate damnavit:* Si quis dicit secundùm gratiam, vel secundùm operationem, aut relationem, aut affectum aut virtutem, unitionem Dei Verbi ad hominem factam esse, anathema sit. *Sed & iam Athanasius iam longè ante dixerat in lib. de Incar. Verbi:* Confitemur... non duos Filios, alium verum adorandũque, nempe Filium Dei, & alium ex Maria hominem non adorandum, factum Filium Dei secundùm gratiã, tanquàm & homines; sed ex Deo vnum Dei Filiũ, qui & Deus est, & non alium... si quis autem alium Filium Dei, alium Mariæ per gratiam, instar nostri, adoptatũ professus fuerit, tanquàm duo sint filij, alter Dei secundum naturam, qui ex Deo genitus est, alter secundùm adoptionis gratiam, homo videlicet, qui ex Maria na-
F tus est, &c. anathema sit. *Hunc Athanasij sensum passim exprimit Cyril. Epist. ad Regin. n. 9. vbi & Theophilum Alex. profert dicentem:* Vnus ergò Filius, & Dominus est Christus; non eo sensu dicimus quo illi; quasi nimirùm Emanuel secundùm gratiam tantùm Deus, aut Filius, aut Dominus sit nominatus.

38 CALVMNIARIS TANQVAM DEVM IN CARNEM VERSVM ESSE SENTIENTIBVS.) *Aliqui enim affirmabant Verbum ex Deo natum in ossium & nervorũ, carnisque naturam demutatum: vt refert S. Cyr. Epist. ad Theod. quem errorem Theodorus & Nestoriani iis affingebant, qui in Christo unum natura Filium Dei prædicabãt, Deum & hominem. Imò Cyrill. cit. Epist. n. 10. eos vehementer redarguit, qui Verbũ nõ ex Maria carnẽ sumpsisse, sed in carnẽ esse demutatũ asserebant. Et Epist. ad Regin. n. 6. ait:* Verbum credamus carnem factũ esse, nõ quòd in carnem demutatũ transierit, sed quòd carnẽ ex ipsa Sancta Virgine susceperit, humanamque nativitatem.

39 QVOD ABSIT VT VEL QVISQVAM HOC DEMENTISSIMVS DICAT. &c.) *Marius Mercator nondùm audierat aliquos ista effutiisse, quos Cyrillus redarguit.*

40 FACTVS EST HOMO, QVOD NON ERAT,
G FILIVS DEI, DEVS VERVM, NON DEPONENS QVOD ERAT, &c.) *S. Cyrill. Epist. ad Monach. Ægypti n. 23. ait:* Etsi nostri causa in exinanitionem voluntariam sese demisit. Hoc ipsum tamen Divinam gloriam illi non auferet, nec à suprema illa excellentia, quam super omnes habet, vllatenùs ipsum excludet; mansit enim Deus in Incarnatione seu humanatione.

41 QVI SI ERGO PERAT ISTA NARRANTEM, DVOS DEI FILIOS EVM VERE IS TANTVMMODO AD DECIPIENDOS SIMPLICES PROTESTARI NON DICERE, &c.) *S. Cyrill. epist. ad Regin. n. 8.* Existimo, *inquit,* vos... perspicaci oculo illos internoscere, qui imposturam moliuntur, & sermonibus suis pietatis larvam inducunt.. Nam, vt palàm dicere liceat quod in rei veritate est, Dominum qui eos redemit, hoc est, Christũ negant. Verumtamen metuentes offensionẽ piorum & zelum, confitentur quòd Deus est, & Dominus, & Filius Dei qui de Sancta Virgine genitus est. Si quis ex rudioribus istos sermones eorum percipit, censet statim illos, quæ recta sunt & convenientia,
H & non à veritate aliena, secundùm quod probabile est, loqui. Verùm qui dicta eorum exactiùs perscrutatur, & iusto pondere librat reperit id fucatũ & versutum. Sunt enim Dij multi, & multi Domini, & in Cœlo & in terra... nobis tamẽ vnus est Deus Pater, ex quo omnia, & vnus Dominus N. I. C. per quem omnia. .verum ipsis propositum est non animo profiteri Virginis Filium esse Deum ac Dominum, eadem cum Patre authoritate præditum, sed verbis tantùm hoc ipsum simulare. Existimant enim homini ad nostram similitudinẽ ex Sancta Virgine prognato, cùm Filiationis, tùm Dominationis gloriam, per modum cuiusdam gratiæ, ac per progressus obvenisse.

42 NEQVE QVÆ INFIRMA SVNT HVMANITATIS, NEQVE QVÆ DIVINA SVNT, AB VLLA SVNT PERSONA SEPARANDA.) *S. Cyr. post. epist ad*

Rey

A *Regin.ex Scripturis Christum esse Deum demonstrans,ait:* Quomodò descendit de Cœlo Filius hominis; siquidem facta illa Caro ex muliere nata est? Erat sanè Caro Verbi propria. Vnus est igitur Christus & Filius. Ita quæ Verbi sunt, propria carnis facta sunt. Quæ verò carnis sunt propria Verbi evaserunt, solâ peccati labe exceptâ. *Et Anathematiſ.* 4. Si quis duabus personis, sive hypostasibus eas voces attribuit, quæ in Evangelicis & Apostolicis scripturis passim occurrunt, & alias quidem velut homini seorsùm à Verbo Dei præcisè considerato ascribit; alias verò vt Verbo soli, quod ex Patre est, convenientes, anathema sit. *Quod sic ipse declarat:* Sunt itaque illius omnia non solùm Divina, sed etiam humana...omnes itaq; Evangelij voces sive humanum quid illæ sonant, sive Divinum, vni personæ tribuimus.

(43) NON NOVELLA HVNC SED VETERE, &c.) *Theodori &* B *Nestorij hæresis priscis quidem hæreticorum opinationibus erat adversa: vt scribit Cyrillus epist. ad Theod. illis videlicet, qui Carnis Christi veritatem, aut perfectum in Christo hominem abnegant, vt Manichai, Corinthiani & Apollinarista. Illis verò utcunque consentiebat, qui Christum ita prædicabant verum hominem, vt Deũ esse ipsũ diffiterẽtur: vt Paulianista, & Photeiniani, quamvis & ipsis in eo repugnarent, quòd in Christo duas naturas, Divinam & humanam agnoscerent, sed non vnius subsistentia nexu coniunctas. Hinc Cyrill. cit. epist. scribit hæresim Nestorianam ipsis etiã Photeinianorum sententiis contrariam.*

(44) PAVLI SAMOSATENI.) *Antiocheni quondã Episcopi, qui ob negatam Christi Divinitatem damnatus, & a sua sede deiectus est, Antiocheni Conc. iudicio, quod Nicæna I. Synodus confirmavit. Ab eo Theodori, sicut & Nestorij, hæresim profluxisse testantur Cyrll. epist. ad Clerũ Constant. data 3. Idus Aug. Theodos. XIII. & Valentiniano III. Coss. Obtestatio Cleri Constant. qua distinctius arguit. Nestorium eiusdem sententia fuisse cum Paulo Samosat. ante 160 annos ab Orthodoxis Patribus anathemate perculso. Hac integra profertur in 1. Conc. Ephes. c. 13. Eiusdem Cleri supplicatio ad Imp. qua ib. c. 30. legitur.* C *Liberatus in Brevia. c. 8. & Armeni in suo libello,* Theodorus, *inquiunt*, verè & principaliter à Paulo Samos. descendens.

Neque his obstat quod ipse Nestorius, teste Baron. ad an. 428. in Paulũ ista iactarit Sic pereat Paulus Samos. qui nudam nobis Dominicam delitravit humanitatem, &c. *Nec quòd Socrat. l. 7. c. 32. Nestorij dogmata a Pauli Samos. placitis secernit. Etsi enim in rei veritate eadem esset Doctrina; non vna tamen fuit professio: & licet, in Theodori & Nestorij sensu, vna in Christo intelligeretur natura, humana videlicet, adeò vt Christus merus homo videretur, in quo veluti in iusto Deus habitaret; & ita re idem esset cum Ebione, Photeino, & Paulo Samos. intellectus; Theodorus tamen & Nestorius Christum Deum simul & hominem ore profitebantur, & eos percellebant qui in Christo non nisi hominem prædicarent.*

45 MARCELLI GALATÆ.) *Ancyra Episcop. Is Photeini fuit Magister.* Marcus, *inquit Innoc. I. epist. 20. ad Laurentium Senensem Episcopum*, author est nefariæ Doctrinæ Photeini, *ab urbe pulsus est.*

46 PHOTEINI.) *Syrmiensis Episcopi, cui impius* D *Iulianus hac scribit in litteris, quas habet Facundus Hermi. l. 4. c. 2.* Tu quidem, ô Photeine, videris verisimilis & proximus salvare, benefaciens nequaquam in vtero inducere quem credidisti Deum. *Cyrill. epist. ad Theod. n. 6.* Non desunt, *inquit*, qui in tantam stultitiam & impietatem prolapsi sunt, vt Verbum quod ex Deo est, anhypostaton, hoc est, sine subsistentia esse dicãt: Verbum autem simpliciter hoc quod secundùm solam pronunciationem intelligitur, in homine fieri. Hi sunt Marcellus & Photeinus. *Hesych. ait:* Photeinum Theodorus imitatus est, &c. *Vide & Pelag. 2. epist. ad Eliam Aquilei. n. 13.*

E NOTÆ IN ALIAM

MARII MERCATORIS Epistolam.

ALIA EPISTOLA.) *Hanc à Mario Mercatore scriptam puto, vivente adhuc, sed iam damnato Nestorio, cuius obitum nullâ notâ designat, sed dumtaxat damnationẽ.* Et hinc, *inquit in fine Epist.* inde damnatus est.

2 SAMOSATENI PAVLI, ATQVE NESTORII EST ISTA DOCTRINA, &c.) *Marius Mercator hic describit ea, in quibus Nestorius a Paulo Sam. dissentiebat, & in quibus cũ illo consentiebat. Quod & plures post Marium Merc. præstitere Monachi in sua supplicatione contra Nestoriũ, qua extat in 1. p. Conc. Eph. c. 30. expressius verò clericis Constant. publicè proposita testificatio, in* F *qua hac posita sunt.* Quicunq; hanc carthulam accepturus est; obtestor per S. Trinitatem, vt eã ostendat Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Lectoribus & Laicis Cõstantinopoli habitantibus, eiusdemque exemplum ad evidentẽ hæretici Nestorij confusionẽ, ipsis largiantur; vtpotè qui eadẽ prorsus sẽtiat quæ Paulus Samos. ante 160. annos à Cath. Episcopis anathemata condẽnatus. Quæ autem ab vtroq; dicta comperiuntur, ea ad hunc modum se habent. Paul. Samos. ait Maria Verbũ non peperit. Nestorius ab eius sensu nõ recedens. Nec, ô bone vir, Maria Divinitatem. Paulus. Neq; enim erat ante sæcula. Nestorius. Et Matrẽ in tempore assignant Divinitati quæ temporum creatrix est. Paulus. Maria Verbum suscepit, & non est Verbo antiquior. Nestorius: Quomodo igitur Maria genuit antiquiorẽ seipsã. Paulus: Maria genuit hominem nobis similem. Nestor. Homo est qui ex Virgine genitus, &c. *Quæ perlegere quivis potest 2. p. Conc. Eph. c. 13. Socrates & Liberatus locis cit. similiter exponunt Pauli Samosateni & Nestorij sententias.*

3 QVI NON SVBSTANTIVVM, SED PROLATIVVM, &c.) *Hunc errorem Marcello & Photeino Cy-* G *rill. ep. ad Theod. n. 6. tribuit, & eũ revincit n. 13. 14. & 15.*

4 EX MERITO IESV CH. SINGVLARIS NATIVITATIS, ET INCOMPARABILIS VITÆ DIGNVM FVISSE HABITVM &c.) *Theoph. serm. contra Orig. referente Cyrillo in ep. ad Regin. ait:* Illorum institutũ & scopus...est persuadere eum, qui ex muliere natus est, hominẽ esse vnum quempiam, qui per propriã, hoc est, humanã virtutem dignum se præbuerit, qui honorem quoq; coniunctionis cum Dei Verbo assequeretur, & insigni prædestinatione eligeretur. *Liberatus in Brev. c. 2. idẽ astruit.* Nestorius Const. Episc. novum Ecclesiis molitur errorem inducere, prædicans Christum hominem tantùm, non etiam Deum, natum; eiq; Divinitatem collatam esse pro merito. *Ipse S. Aug. l. 4. oper. perf. c. 83. morte iam proximus nascentem hunc errorem, cui ex Pelagianis, Iulianus & Florus favere videbãtur, sic carpit. Iuliano hac respondẽs:* Dicis etiã claro testimonio perdoceri quòd suscepti hominis iustitia Filio Dei nõ de naturæ diversitate, sed voluntaria actione subsistit, itane verũ? Na hoc quidem Christus diversum habuit in natura, quòd ita de Virgine natus est, vt iã esset nõ hominis, sed etiam Dei Filius? Ergone ista susceptio, H quæ Deũ & hominem vnam fecit esse personam, nihil vlli homini valuit ad excellentiam iustitiæ, quam dicis ei de volũtaria actione substitisse? Siccine vos contra Dei gratiam defensio liberi arbitrij præcipites agit, vt etiam ipsum mediatorem, vt esset Dei Filius vnicus, voluntate sua meruisse dicatis; & falsum esse quod tota confitetur Ecclesia, credere se in IESVM CHRISTVM Filium Dei Patris omnipotentis, vnicum Dominum nostrum, natum de Spiritu Sancto & Maria Virgine? Secundùm vos enim non à Verbo Dei homo susceptus est, vt ex Virgine nasceretur, sed natus ex Virgine, suæ posteà voluntatis virtute profecit, & fecit vt à Verbo Dei susciperetur; non talem, ac tantam voluntatem illa susceptione habens, sed ad illã susceptionẽ

tali

tali ac tanta voluntate perveniens. Nec Verbum Caro factū est in vtero Virginis, sed posteà merito hominis, & eius humanæ voluntariæq; virtutis. Ex quo vos sequitur etiam illud, vt quomodò illum creditis à Verbo Dei propterea susceptum esse, quia voluit; sic multos credatis ita suscipi potuisse, si etiā ipsi similiter voluissent; vel posse si velint, &c. *Quod & ibam dixisse suprà notavimus. Hunc errorē iterum configit S. Aug. l. de præd. SS. vbi Christū nō ex meritis prædestinatum esse ostendit; & alibi passim istam impietatē Theodorus professus est l. ad baptizandos.* Neq; enim cōiunctionē suscepisset illā, nisi priùs immaculatus factus illā meruisset. *Sed maximè in lib. 14. de Incarnat. Vbi Verbum in Christo ex meritorū præscientia inhabitare docuit. Huiusmodi autē blasphemias anathemate percussit Conc. Constan. II. can. 12.*

Notæ in alium.

1 ALTA.) *Hæc Marij Mercatoris de Nestorij erroribus epist. meritò præcedentem subsequitur, vtpotè quæ post Nestorij, quē dicit quondā Episcopū, mortē scripta sit.*

2 NESTORIUS.) *Genere Germanicensis iuxta Socr. l. 7. c. 28. & Liberat. c. 4. Is in Monasterio S. Euprepij Antiochenis Solitarius egit, ad quod postea depositus confugit, si Evagrio Epiphaniensi sit fides. Ex Monasterio in Ecclesia Antiochena Presbyter ordinatus est, ibique impia, quæ Theodorus effuderat, dogmata, ebibit, vt iā suprà notatū est.*

3 QUONDAM.) *Hic ergo tractatus à Mario post an. 436. quo Nestorius decessit, conscriptus est.*

4 EPISCOPE CONST.) *Tribus mensibus à morte Sisinnij Eccl. Const. Episcopi, qui 9. Cal. Ianuarij Hierio & Ardaburio Coss. obijt, Nestorius à Theodosio Iuniore Arcadij filio ad illius Ecclesiæ sedem evocatus est; aliis Proclum, Philippum aliis postulantibus. Cui Ecclesiæ præpositus est 4. Id April. Fælice & Taur. Coss. hoc est, an. 428. hæc Socrat. lib. 7. c. 28. & 29. Liber. c. 4. & alij.*

5 NONNULLA AD PLEBEM BLASPHEMIARUM DICTA, &c.) *Nestorius vbi primùm Episcopus consecratus est, ea effutire, ac etiā in concionibus proferre ausus est, quæ Dominicæ Incarnationis evellerent Sacramentū. Imprimisque Catholicæ veritatis Doctores impugnat, tanquā novitatis, Apollinarisque & Arij sectatores, quasi qui Dominicā in homine unionem ad cuiusdam contemperationis confusionem passim commiscerent, & apertè blasphemarēt Deum Verbum Patri consubstantiale, originis initium de Christotoco Virgine sumpsisse, quā & Θεοτόκον seu Deiparam, dicere auderent, Deitatē Vnigeniti ad originem carnis referentes, & commortificantes carni; blasphemarent etiā carnem coniunctam Deitati ad Deitatem transiisse, & sic totum Oeconomiæ mysteriū corrumperent. Has Nestorius contrà Catholicos Patres calumnias scripsit in epist. ad Cælestinū Papam, quæ incipit,* fraternitas nobis. *Dum autem verā Ecclesiæ Doctrinam ad istas impietatis blasphemias Nestorius traduceret, suos ipse evulgabat errores. Profitebatur quidem Christum esse Deum & hominē perfectum ex corpore & animo rationali. Sed non unam Dei & hominis in Christo personam agnoscens, in duas personas Christū discerpebat. Adeo vt Verbi & hominis in Christo non alia esset nisi nominis, gratiæ, & voluntatis societas; nec Verbum esset homo; nec homo Deus in Christo. Hinc Θεοτόκον, hoc est, Deiparam, Sanctā Virginem dici nō sustinebat; sed bene Christotocon seu Christi Matrem, vel Θεοδόχον, id est, Dei susceptricem: solo æterno Patri nomen Θεοτόκου tribuendum volebat.*

Hæc novi erroris semina spargebat Nestorius in Concionibus, per homilias quas ad populum habebat, ac etiam per schedulas, quas ad Monachos in Ægyptum direxerat. Quod vbi rescivit Cyrill. Alex. Ecclesiæ Episcopus, Commonitorium ad Fratres in Ægypto scripsit, simulque Nestorium hortatus est per litteras, vt à perversa doctrina resipisceret, alioquin se cum eo communionem retinere non posse. Hæc ex huiusmodi Commonit. Cyrilli, & ex eius epist. ad Nestor. & ex Nestor. epist. ad Cyrillum.

Cùm autem huiusce Cyrilli epistola, sex commonitorij ad Ægypti Monachos exempla Constantinopolim delata fuissent, & à plurimis laudata; Nestorij, & eorum, quos Antiochia ad Ecclesiā Constant. evocaverat, animus rebellis adeò incensus est, vt nihil non auderet. Dorotheus quidam Episcopus Marcianopolitanus, (qui Nestorianæ Pseudo-Synodicali relationi subscripsit) vir turpis lucri cupidus, Sacra faciente Nestorio elata voce pronunciat, Si quis Mariam dixerit Θεοτόκον, *hoc est, Deiparam,* anathema sit. *Quam impietatis audaciā non modò non repressit aut corripuit Nestorius; sed Sanctæ Communionis sacris muneribus, quæ Dorotheo statim exhibuit, sacrilega manu cumulavit.*

Applaudente pariter Nestorio & sedente, Anastasius Presbyter palā in Ecclesia primus edixit vt Dei genitricē, Θεοτόκον, Mariā nullus dicere præsumat, quoniā Maria homo fuit, & Deum ab homine generari omnino est impossibile. Vt tradūt Socr. l. 7. c. 32. & Liberat. c. 4. Hæc autē fere omnes adeò exhorruere perversitatē, vt ex inde plebs Const. Senatus magna pars & omnia Monasteria ab illorū communione abstinerent, qui sentirent ista vel proferrent.

Eo ipso tempore idem Anastasius Cyrilli sententiā missā ad Solitarios in Nestorij sensus tentans pertrahere, hæc de Cyrillo iactabat: Ille quoq; Sacram Synodum (*Nicænam*) vocis huius Θεοτόκον, *hoc est, Deipara,* nullā vsquā mentionē habuisse fatetur. *Quod & Cyrillus concedit à Concilio non expressum fuisse, eo quòd per id tempus nihil istorum moveretur. A Photio etiam, aut ab alio eiusdem furfuris homine, scripta sunt cavillatā adversùs Cyrilli Commonitoriū ad Monachos Editum est & quaternio sub hac inscriptione:* Adversùs eos, qui, propter vnionē, vel Vnigeniti Divinitatem minuunt, vel humanitatē Deificant. *Et hi duo Codices ad Basilium Martyrium Diaconum directi sunt. Horum omnium fidem faciunt Epist. Cyrilli ad eos, qui mussitabant quòd Nestorij heresim comprimerent. Epist. eiusdem ad Cælestin. Epist. eiusdem ad Acacium Berœensem; & Ep. eiusdē ad Cleric. Const. quæ incipit,* ΑΝΕΓΝΩΝ *Et Epist. Cyr. ad Nestorium, cuius prima vox* ΑΝΔΡΕΣ.

Romam vsque harumce disceptationum, & schedularū rumor pervenit ad Cælestinum Summum Pontificem, qui studiosè cuiusnā essent, an Nestorij, isti libelli novū errorem circumferētes, inquisivit. Cyrill. verò rursùs Nestoriū ad rectam Fidem compellit, per Epistolam cuius initium, ΚΑΤΑΦΛΥΑΡΟΥΣΙ, *quā Ecclesiæ fidem de Verbi Dei dispensatione proponit & firmat. Hinc respondit Nestorius per Epist.* ΤΑΣ μὲν, *Cyrilli sensum penitùs invertens, & suos errores firmiùs stabiliens.*

Scripsit Cyrillus, & ad eos qui Nestorij molestiam de Cyrilli rescripto ad Monachos, ipsi significaverant. Huius Epist. initium ΕΠΕΙΝΗ, *in qua Dorothei iniustum anathema adversùs eos, qui Mariam dixerint Θεοτόκον, pandit stringit. Scripsit & ad Nestorij quendam studiosum, qui contrà Nestorium dicta per calumniam reputabat. Hæc Epistola sic incipit,* ΟΙΔΑ; *in ea sinceram erga Nestorium dilectionem protestatus, hortatur vt Nestorius palam faciat, non esse vera, quæ de illius fide evulgata sunt.*

Inter hæc Clerici Constant. libellum supplicem Imperatori porrigendum ad Cyrillum mittunt, contrà Nestorium: in eo ipse nonnulla corrigit, & illam controversiā in aliud forum deduci postulat per Ep. ΑΝΕΓΝΩΝ, *quam ad Clericos Const. scripsit. In ea etiam falsam Anastasij, quam suprà adduximus, interpretationem emendans ostendit vocē, Θεοτόκος, Sanctæ Virgini posse tribui ad Nicæni Concilij mentem: & quaternionem Nestorij sententias exhibentem confutat.*

Hæc dum agerentur, Iulianus, Florus, Orontius & Fabius Occidentales Episcopi Pelagiani Constantinopolim transfugerunt, quasi qui Orthodoxi ab Orthodoxis persecutionem paterentur. Istorum causa vel obtentu, Nestorius ad Cælestinum Papā scribit, vt qua ratione se habeat circa huiusmodi Episcopos possit rescire & quæ sit eorum fides; simulque indicat eorum, qui Verbum Dei ex Virgine natum, & ipsam esse Θεοτόκον confitentur sententias non modicam Orthodoxæ Fidei esse corruptelam, & Apollinarij Ariique impietati esse affines.

Id cùm Cyrillus didicit; scripsit ipse Cælestino Rom. Pont. cui omnes Nestorij adversùs divinum Verbi Incarnationē blasphemias exponit, vt à Sancta Sede audiat virùm

A in Nest. cõmunione debeat permanere. Eâ tamē lege suas litteras Possidonio deferendas cõmisit, vt eas minimè offerret, nisi Nestorij data fuisset schedula: vt refert Petrus Presbyter, Alex. Primicerius Notariorum, in act. I. Con. Ephes. initio.

Hanc Cyrilli Epistolã Cælestinus accepit, dùm priorem Nestorij Epist. latinè vertendã curaret: cuius mora impatiens Nestorius alterū ad eundē de iisdē direxit. Cælestinus verò his omnibus tū Cyrilli, tū Nestorij litteris, huiusque libellis quos ei Ant. reddiderat, attentè perlectis, tandē Nestorio rescribit epist. Aliquantis, qua eius errores acriter redarguit, vehementerq; conqueritur, quòd Pelagianos exceperit, quos expulit iustè damnatos. Et præcæteris Nestorio mandat, vt nisi intra decimū diē à susceptis, pravū suum dogma aperta & scripta confessione damnaverit. Alexandrinæ doctrina, quæ cum Romana & universali est eadē, per omnia consentiens ab Ecclesia Catholica B communione deiectum se sciat. Dat. 3. Id. Aug. Theod. XIII. & Valentin. III. Aug. Coss.

Eodem die Cælestinus huius rei iudiciū Cyrillo Alex. committit per epistolam quæ incipit, Litteræ, Cyrillo mandans, vt Sedis Apostolicæ vice & potestate Nestorium, nisi intra dies decem nefariam doctrinã suam conceptis verbis detestetur, & Rom. Alexandrinæq; Ecclesiæ Fidem profiteatur, à sua Sede depellat, & huic Ecclesiæ prospiciat.

Ipso quoque die Cælestinus Clero, populoque Catholicæ urbis Const. scribit, eos in fide firmans; &, quos Nestorius iniustè deposuerat, suis officiis restituens. In ea epist. Paul. Samos. quondã Episcop. Antioch. à sua sede, propter eandē hæresim, deiectū fuisse Cælestinus meminit: dicit & libellos, seu quaterniones, quos ab Antioch. acceperat cum litteris Cyrill. ipsiusmet Nestorij subscriptione esse signatos. Vnde non immeritò censuerim post hæc editum esse illum disputationē quæ publicè proposita fuit, & in Const. Eccl. palàm recitata, in qua nempe demonstratur Nestorius eiusdē esse sententiæ cum Paul. Samos. ante centū & sexaginta annos ab orthodoxis Episcopis anathemate damnato. Hæc disputatio extat in 1. p. Conc. Ephes. c. 13.

Eodem insuper die, 3. videlicet Id. Aug. iisdem Coss. Cælestinus scripsit epist. optaremus, Ioanni Antioch. Iuvenali Hierosol. Rufo Tessalonic. & Flaviano Philip. pro Nesto- C rij excommunicatione & depositione, nisi ad rectam fidem intra decem dies se converterat.

Ioan. Ant. epist. quas cùm à Cælest. Rom. Pont. tùm ab aliis Episc. acceperat, ad Nestoriū cui erat coniunctissimus, misit, simulque propria epistola hortatur eum, vt cum cæteris Catholicis sentiat.

Cyrillus verò Nestoriū intrà decem præstitutos Cælestini epist. dies ter admonet, ol testatorque ei singula orthodoxa τῦ συμβόλου, Fidei de Incarnatione capitula proponens, quæ profiteretur; & ex opposito duodecim errores, quos anathematizaret; unde & 12. Anathematismi vocãtur. Simul etiam Cyril. ad Clerum, populumq; Const. & ad Monachos Const. litteras scribit, vt Nestorio nequaquam cõmunicent, si suos, intrà præscriptum tempus, errores non eiuraverit. Prima epist. incipit: ΟΥΣ μὲν. Altera, quæ est ad Monachos, ΤΗΣ Θεοσεβείας.

His omnibus efferatior Nestorius alios 12. anathematismos, 12. Cyril. anathematismis adversos conscripsit, quos habes in 1 p. Conc. Eph. c. 29. Et ipse Ioan. Ant. iuxta Liberat. c. 4. posteà mandavit Andreæ Samosat. & Theodoreto Cyro Episcopis Nestorio faventibus, vt scripto respon- D derent 12. Cyrilli capitulis.

Inter hæc à contumaci Nestorio Catholici recedunt, & præ aliis Monachi, qui illius hæresim execrantes, flagellis subiiciuntur, & ab Imperatorum Ministris dirè vexati, Synodum convocari precantur sua ad Imp. epistola. Quæ in 1. p. Conc. Eph. c. 30 legitur. Hæc Imperatores tunc favere Nestorio subindicat. Ipsi etiam perturbatas à Cyril. Eccl. conqueruntur in epist. quã ad eū dirigunt: quibus vt pacem conciliare valeant, meritò censent Doctrinam à Patribus in Conc. esse discutiendam, missis ad singulos Metropolitanos litteris, quibus in vnū cogantur ad propositarū quæstionum examen. Vt habetur in c. 31. prima p. Conc. Eph.

Imperatores itaque Ephesum convocant Cyrill. Alex. & E alios provinciarū Metropolitanos, litteris Constantinopoli datis 13. Cal. Decemb. Cõsulatu DD. nostrorū, sẽper Augg. Theodosij XIII. & Valentiniano III. extãt in c. 32. prioris partis Ephes. Synodi.

Ad Synodum pergit Cyrillus, qui Rhodi scribit ad Cler. populumq; Alex. deinde Ephesi. hoc habes in c. 33. & 34. primæ part. eiusd. Syn. Ad eam pergit & Nestorius cum Ireneo ei coniunctissimo viro, & magnificentissimo comite, vt habetur in fine Epist. Imp. ad Synodum; hæc incipit ΠΑΝΤΩΝ, Et refertur in prima p. Syn. c. 35.

Imperatorum littera ad Capreolum Carthaginiensem Africæ Metropolitanum pervenerunt in diebus Paschæ; & iam è vivis excesserat Aug. Hipponensis, quem maximè postulabant. Hoc testatur epist. Capreoli ad Synodū, quæ in act. 1. lecta est. Et Liberat. c. 5. Breviar. fidē facit quod Imperator sacram scripsit B. Aug. Hipponensi Episcopo, per Ebagrium Magistrianum, vt ipsi Conc. præstaret suã F præsentiam. Qui Ebagnius veniens Carthaginem, audivit à Capreolo ipsius urbis Antist. B. Aug. migrasse ad Dñm.

Dies Sacra Pentecostes erat præstituta primæ Sessioni Cõcilij. Quandoquidē verò Ioan. Antiochenus moram faceret, ne videlicet Nestorij Antiocheni quondam Presbyteri depositioni subscriberet, sexdecim dies vltrà concessi, quibus Ioan. Antioch. expectaretur. Eo tamen necdùm adveniente, nihilominùs cõgregata est Synodus die octavo & vigesimo mensis Payni, hoc est 22. Iunij, in Ecclesia magna S. Maria, pridie iam per Episcopos facta Nestorio prima monitione, seu citationes, vt Synodo se sisteret sua Doctrina in ea redditurus rationē. Vt huiuscè Synodi actu declarãt.

In prima actione lectis palam pluribus litteris, recitatisque quaternionibus, qui errores Nestorij nomine subscriptos continebant, Episcopi Nestorium ab Ecclesia communione separant, & à sua sede, omniq; Ecclesiastico gradu & officio deiiciunt. Et die sequenti, nempè 23. Iunij, hæc Concilij sententia Nestorio sub his verbis significata est. Nestorio novo Iudæ. Agnosce te propter impias prædicationes tuas, & adversùm Canones contumaciam, vigesimo secundo die mensis Iunij præsentis, iuxta Ecclesiasticarū Sanctionum Decreta à S. Synodo depositum, atque ab G omni Ecclesiastico gradu alienum esse. Cætera, quæ contrà Nestorium & impiam eius doctrinam in Conc. Ephes. gesta sunt, vide in actu huiuscè Concilij, quæ hic referre non nostri instituti est.

HIC EIVS PRIMVS... SERMO EST, &c.) Marie Mercatori primū hunc Nestorij Sermonē debemus quem nullus hactenus audierat. Ipsi Mercator nullas responsiones reddidit; confutata putans hæc dogmata, si exposita fuerint.

MARIA Θεοτόκος SI DICENDA EST, &c.) Theodorus Mops. Nestorij Magister, paulò antè iam negaverat B. Virginem esse Θεοτόκον. Quæ blasphemia Catholicū populū cùm movisset, palinodiam cantare compulsus est, si Leontio Bizant. credimus in l. 3. c. 15. Et quidem Theodorus l. 12. de Incarn. permittit Mariã dici Θεοτόκον; sed eo sensu, quo Deus erat in homine, qui ex Virgine natus est; nõ eo, quo ipse Deus natus esset ex Virgine; vt ibidem seipse exprimit. Iam verò Theophilus Alex. in Serm. contra Origenistas, omnium Patrum testimonio definierat S. Virginē esse Θεοτόκον. Hoc vnum, inquit Theoph. referente Cyrillo in epist. ad Regin. non prætermiserim, optimos ac sapientissimos quosq; Patres, quotquot antè nos extite- H runt, omnes S. Virginem appellarunt Θεοτόκον. Nihilominus tamen Anastasius quidam Presbyter & Dorotheus Episcop. Marcianopolitanus, & ipse Nestorius in homiliis ad populum, & per schedulas sacrum hoc nomen Sanctæ Virgini detrahere ausi sunt, vt suprà advertimus. Sed illud potentiùs vindicarunt, & Mariam Θεοτόκον asseruerunt Cyrill. epist. ad Cælest. epist. ad Clerum Const. epist. ad Nestor. epist. ad Iuvenalem Episcop. ep. 3. ad Nestor. ep. 2. ad Clerum Const. ep. ad Monachos Ægyp. n. 3. 4. 27. ep. ad Regin. n. 9. Et anathematismo primo & in suis defensionibus. Si quis non confitetur S. virginem Θεοτόκον, hoc est, Deiparam, anathema sit. Et alibi pluribus locis. Proclus Cizicœ deputatus Episcopus hom contra Nestorium n. 9. Ipse Ioan. Antioch. in epist. ad

Nestor.

A *Nestor. vbi scribit quòd nomen hoc Θεοτόκος nullus unquā Ecclesiasticorum Doctorum repudiarit. Hanc denique blasphemiam, qua S. Virginem Θεοτόκον negat, anathemate damnavit Synod. Const. II. can. 3. 4. & 6. & post eam Iustinianus Imp. in sua confess. anathem. 4. 5. & 12.*

8 PAVLVS ERGO MENDAX DE CHRISTI DEITATE DICENS...SINE PATRE, SINE MATRE, &c.) *Hanc ipsam hæresim ex eodem Pauli testimonio confutat Proclus Cyzicus in homilia, quam, sedente Nestor. in Eccl. Const. habuit:* Πῶς ὁ αὐτὸς ἀμήτωρ καὶ ἀπάτωρ κατὰ τὸν Παῦλον; εἰ ψιλὸς ἄνθρωπος, οὐκ ἀμήτωρ, ἔχει γὰρ μητέρα. Εἰ γυμνὸς θεός, οὐκ ἀπάτωρ, ἔχει γὰρ πατέρα. Νῦν δὲ ὁ αὐτὸς ἀμήτωρ μὲν, ὡς πλάστης· ἀπάτωρ δὲ ὡς πλάσμα. *Hoc est,* quomodò iuxtà Paulum sine Patre & Matre est: si purus homo, non sine Matre est; habet enim Matrem. Si purus Deus, non sine Patre est; habet enim Patrem. Nūc verò ipse quidem sine Matre est, tanquam factor: sine Patre verò est, tanquam factura.

B

9 NON MARIA PEPERIT DEVM, &c.) Nec verò dicimus, *inquit Cyrill. epist. ad Monach. Ægyp. n. 17.* divinitatis naturā à muliere editā, &c. Idē verò, *ait Cyzic. hom. cit. n. 9.* in sinu Patris, & in vtero Virginis, &c.

10 SED PEPERIT HOMINEM DEITATIS INSTRVMENTVM. &c.) *Cyrill. epist. ad Mon. Ægyp. n. 16.* Si neq; verus Dei filius est Christus, neque natura Deus; sed sicut & nos, nihil & aliud quàm homo, aut Divinitatis INSTRVMENTVM, nequaquā per Deum salutem consecuti sumus, sed per eum qui nobis similis, nostri causa, *mortuus, alterius virtute resuscitatus est,*

11 NEC CREAVIT DEVM VERBVM SPIRITVS SANCTVS, &c.) *Idem in quatern. 24. lect. in act. 1. Conc. Ephes. Nestorius dicit.* Animadverterūt ergo Patres ... si pro eo quod incarnatum dicimus, genitum diceremus necessariò consecuturum, Deum Verbum vel Filiū esse Spiritus Sancti, vel duos habere Patres *Si verò factum assereremus, hinc rursùm infert Deum Verbum esse Spiritus Sancti creaturam.*

12 DEO VERBO TEMPLVM FABRICATVR, &c.) *Nestorium in quatern. 6.* Possibile fuit templum; non Deus, qui vivificat patientem.

C

13 NON EST MORTVVS INCARNATVS DEVS, SED ILLVM, QVI INCARNATVS EST, SVSCITAVIT.) Quomodo ergo, *inquit Cyrill. epist. ad Mon. Ægyp. n. 23.* vita mortē oppetivisse dicitur. Non aliter sanè, quam mortē in propria carne patiens. *Et n. seqq. fusius id expendit ex hominum morte; in qua non anima, sed sola caro deficit; & tamen non caro, sed homo dicitur mori. Vnde idem Cyrill. epist. ad Theod. n. 23. ait.* Sanè licet Verbum per se emori nequaquam valeat, attamen carne illius emoriente, ipsum quoq; mortem perpessum rectè perhibetur. *Idē in anath. 12. & in eius declaratione.*

14 NON PER SEIPSVM DEVS EST, QVI IN VTERO FIGVRATVS EST, &c.) *Eade in seq. tr. leguntur. Illud enim à Gabriele dictum,* Ecce concipies & paries Filium, &c. *Homini, non vero Filio Dei, qui natura Deus est, convenire dicebat Nestorius. Vt testis est Cyrill. cit. ep. ad Theod. n. 6. Et ipsō Nestorius in quatern. 16. qui in act. 1. Ephesina Synodi lectus est, expressè dicit.* Non per se & secundùm se Deus est, quod in vtero formatū est. Nō per se & secundùm se Deus est, quod in monumento conditum est, &c. *Vt in tract. sequenti.*

D

15 SI SIC ESSET, ESSEMVS HOMINIS VERE CVLTORES, &c.) *Et quidem Cyrillus orat. 2. ad Regin. fatetur ac docet, quòd si Christus est merus homo, anthropolatriæ rei convincimur.*

16 QVONIAM IN ASSVMPTO DEVS EST ILLE QVI ASSVMPSIT; QVI ASSVMPTVS EST, APPELLATVR DEVS, &c.) *Eadem in Tract. seq. posita sunt. Theodorus Mops. in interpretatione Symboli Nicæni sic exponit:* Intelligit (*S. Synodus*) eum, qui assumpsit, esse Deum; & eum, qui assumptus est, esse hominē qui Deo cōiunctus est. *Nestor in quatern. 15. qui in Ephes. Syn. act. 1. recitatus & reprobatus est, hæc ipsamet verba habet.*

17 DVPLEX NATVRARVM, VNVM EST PROPTER VNITATEM, &c.) *Videlicet, voluntatis & operationis, non subsistentiæ & personæ. Solā enim dignitatis & voluntatis coniunctionē Nestorianos admisisse ex pluribus iam adductis constat. Vnde Cyr. Anathem. 3.* Si quis, *inquit,* in vno Christo post vnionē dividit hypostases, coniungens eas sola societate secundùm dignitatē, sive authoritatem vel potestatem, & non potiùs per coniunctionem secundùm naturalem vnionē, anathema sit. E

18 IESVS, *inquit,* HERI ET HODIE, IDEM IPSE ET IN SÆCVLA.) *Eo Pauli testimonio Cyrillus post epist. ad Regin. ostendit Christū esse Deum. Et epist. ad Theodos. n. 40.* Etsi Verbum, *inquit,* factum est caro, mansit tamē quod erat. Scriptum est enim, Iesus Christus heri & hodie, &c. *& n. 41.* at secundùm carnem præterito tempore non erat. Restat igitur vt ipse sit Verbum quod erat in principio apud Deum, & quod in tempore Caro factum est.

Notæ in Tractatum alium. F

TRACTATVS ALIVS.) *Hunc esse alicuius Nestoriani protestātur impia blasphemia, quas continet, iis prorsùs similes quas à Theodoro, & à Nestorio suprà audivimus. Hūc esse alicuius Episcopi suadēt ista.* Nihil est Pastore miserius, &c. *Hūc deniq; ipsiusmet Nestorij opus esse mihi probatur, ex eo quòd eadem tractatus hic loquatur, quæ Nestorius in præcedenti sermone; vt in notis observavimus ad hæc verba.* Non per se Deus est, &c. *& infra notabimus. Et in quaternionibus 15. & 16. eius nomine subscriptis, & cum ea subscriptione recitatis in act. 1. Ephes. Concilij: quos proindè ex isto tractatu transumptos non dubitaverim.*

2 THEATRICAS FABVLAS, &c.) *Æquiùs Nestorianorum commenta Cyrill. Epist. ad Theod. n. 5. vocat nugas, venerandasque Fabellas,* τὰ σεμνὰ μυθάρια.

3 TANQVAM IDEM (*Deus*) SIT PANNIS INVOLVTVS ET MORTVVS, &c.) *Atticus sanctus Episcopus, Cyrillo referente in Epist. ad Regi. dixit:* Qui Cælum nubibus tegit, fasciis involvitur; qui Rex est, in præsepio deponitur. *Et Ioan. Const. vt idem ibid. refert, ait:* Qui in Solio sublimi considet, is in Præsepio ponitur, qui peccatorum vincula dirumpit, fasciis constringitur. G *Nestoriani verò dicebant, eod. Cyr. teste in Or. 2. ad Reg. n. 54.* Si verè Deus erat, & Filius secundùm naturā Dei Omnipotentis, cur homicidarū manus nō effugit.

4 VT DOMINVS CHRISTVS IN NOS BENIGNITATEM SVAM EXTENDERET, PERICLITATVR APVD EOS DE DEITATIS DIGNITATE DECIDERE.) *Contra hunc errorem Cyrill. ep. ad Theod. n. 31. scribit:* Verbi natura humanitatem assumens, non est mera humanitas; imò verò vincens propria gloria naturam quam assumpsit, in immota vivit perennitate divinæ Maiestatis & excellentiæ. *Et in orat. 2. ad Reg. n. 55.* Licet humanā naturā assumpserit, & ad mortem vsq; secundū carnē sit factus obediens, non iniuria fuit Deum esse, sed mansit vt Deus erat. *Proclus cit. hom. n. 23.* Verbum, *inquit,* ad nos descendens, & nostra assumens, ab excellentia sua non decidit.

5 NON ERGO MORTVVS EST DEVS, SED SVSCITAVIT, &c.) *Cyr. ep. ad Theod. n. 43. & 44.* Christus, vt homo, moritur; qui, vt Verbum, est mortis Dominus, etiā dū est in carne. H *Et Orat. 2. ad Reg. n. 14.* Etsi crucifixus vt homo, resurrexit Deus, & propter resurrectionem creditur quòd Deus est, & Dei secundùm veritatem Filius...vnus igitur idemq; & solus existens Christus Iesus, mortuus secundùm carnem, vt homo, dicitur; resurrexisse autē secundùm Divinitatē, vt vita.

6 AVDI, ô APOLLINARI, &c.) *Nestoriani Catholicis Apollinarij dogmata affingebant, vt eo nomine communem Ecclesiæ fidem liberiùs proscinderent, & suos faciliùs disseminarent errores. Sic Ioannes Antioch. iustam Nestorij depositionem iniquiori ferens animo, Pseudo-Synodum Ephes. cogit cū aliis suæ partis Episcopis, inter quos insignis sedebat Theodoretus Cyri Episcopus. In ea Pseudo-Synodo Ioannes hic Cyrilli doctrinam esse Arij & Apollinarij & Eunomij impietati consonam, & hæreticam de-*

A elacavit; depositionisq; Cyrilli Alex. & Memnonis Ephesini, & excommunicationis omnium qui Nestorij defectioni consenserant, & adhærebant Cyrillo, sententiam pronunciare ausus est; Cui Theodoretus inter alios subscripsit hanc suam contra Cyrillum, quasi qui Apollinarij, Eunomij & Arij dogmatibus plena capitula divulgaverat, sententiam Ioannes Imperatori per Epistolam veluti Synodicā denunciavit. Similia quoq; ad Clerum Const. ad Senatum Const. ad populum eiusdem urbis, sed & ad Regin. diversis Epistolis, quas in huius. è Pseudo-Synodi Actis legimus; post Act. 1. Ephesina Synodi. Insuper Ioannes & eius socij interpellati dicere, cur Cyrillum & Memnonē deposuerunt, responderunt: quoniam Apollinaristæ sunt, & Ariani, & Eunomiani, à nobis sunt depositi. Huius responsionis schedulam dederunt iis, qui tertia citatione Ioannem vocabant ad legitima Synodi iudiciū. Hi tandē Nestorij clientes in sua ad Imperatorem relatione dicunt: Cyrillus &

B Memnon propter impium Apollinarismum, quē ex capitibus, quæ Cyrillus emisit, deprehendimus, exauthorati sunt.

Verum ab ista calumnia Cyrillus suam, seu potius Ecclesiæ fidem, in act. 6. Ephesini Conc purgat istâ confessione: Nos, inquit, nullo vnquā tempore Apollinarij, aut Arij, aut Eunomij doctrinam probavimus.... Anathematisamus autem & Apollinarium, & Arium, & Eunomiū .. Photeinum, Paulum... & præter hos Nestorium, & qui ei communicant, & eos qui sequuntur placita Cœlestij, sicut & Pelagij, quibus nunquàm consensimus. *Sed & ipsa Synodus Cyrilli & Memnonis doctrinam ab hac nota vindicat in Epist. Synod. ad Cœlestin. Proclus etiam cit. Hom. n. 6. hanc iniuriā à Catholicis depellit, vbi huiusmodi hereticorū errores exponit, & refutat. Diversas Apollinaristarum hæreses describit S. Aug. in oper. perf. l. 47. 48. 49. & 50.*

7 Dextera exaltatus est Dei: non tamen dextera adiuvante verbum Deum. &c.) *Ad hæc Cyrillus Orat. 2 ad Regin. n. 50.* Exaltatur Verbum Dei, & eius humanitas, tametsi secundùm naturam altissimus sit semper. *Et n. 51.* Quamvis ergò Pater Christum ex mortuis exsuscitasse dicatur, Filium tamen circa proprij corporis exsuscitationem non otio-

C sum inveniemus. Sic enim Iudæos alloquitur; solvite templum hoc & in tribus diebus excitabo illud.

8 O insania Ariana.) *Sapea dixit*, tu quoque impietas Ariana. *Nam vt de se scribit Cyrillus in epist. ad Acacium Melitena Ep.* Opinati sunt (*Nestoriani*) & Arij quoque blasphemiis me assentiri, propterea quòd vocum differentiā nolim agnoscere; & has Divinitati, illas verò humanitati convenire, & magis competere dispensationi in carne: ego verò quòd ab huiusmodi erroribus immunis sim, id tua integritas aliis testari facilè potest. Scripsi itaque ad illius (*Ioan. Antioc.*) pietatem, me neque cum Ario, neque cum Apollinario sensisse vnquàm.

9 Audi Paulum de Deo ratiocinantem... qui cum in forma Dei esset, &c.) *In oppositum Cyrillus epist. ad Monach. Ægyp. num. 23. 24 & 25. hoc Pauli testimonio demonstrat Christum verè Deum esse & hominem: nec ad Apostoli illius dicti veritatem satis esse quòd verbum inhabitet in homine: alioquin & patrē seipsū exinanivisse, qui in omnibus iustis inhabitat. Et in orat. 2.

D ad Regin. n. 19. eadem Pauli verba explicans ait.* Ipsum itaque Dei Verbum secundùm naturā humanā sponte ad hæc propter nos se demisisse, & in propriæ nihilominùs excellentiæ culmine secundùm divinam naturam permansisse credimus.

10 Quem constituit hæredem universorum... qui est splendor gloriæ: hæredem secundum carnem: splendorem gloriæ Paternæ secundum Deitatem) *Eodē habet Cyr. vbi ex Epist. ad Hebræos probat Christum esse Deum: tractatu videlicet post Epist. ad Reginas.*

11 Accipiens Apostolus Christi nomen, tanquam duarum naturarum appellationem significativam, absque

E suo periculo, eum et servi formam, et Deum nuncupat, &c.) *In quatern. 15. Nestorius hæc Apostoli verba*, hoc sapite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cùm in forma Dei esset, exinanivit semetipsū, servi formam accipiens, *sic exponit.* Non dixit, hoc sapite in vobis, quod & in Deo Verbo, quod cū in forma Dei esset, servilē formā accepit. Sed voce Christi, tāquā vtriusq; naturæ notionem complectente, accepta, sine periculo illum, & servi formam sumpsisse affirmat, & Deum nominat. *Et in quatern. 17.* ista hæc, *inquit*, Christi, aut Filij, aut Domini nomina duarum naturarū sunt significativa; & modò hanc, modò illam, modò vtramque significant. *At Cyrillus Epist. ad Mon. Ægy. n. 18. rectiùs hoc Christi nomen interpretatur.* Cùm planū ergo sit, *inquit*, Dei Verbum á Carne seiunctum, & quasi per se separatim subsistens, Christum rectè dici non posse;

F sed id nominis eatenùs in illud convenire, quatenùs homo factum est.

12 Sed obscurabat in exolutione: *Scilicet humana natura.* Adventûs causam disce, *ait Cyzicenus cit. hom. n. 5.* humana natura propter peccata multis obstricta debitis tenebatur: neque quod debebat, vlla ratione dependere poterat. Per Adamum namque omnes peccato quasi chirographum dederamus, omnesq; Diabolus in servitutem redegerat. Etenim corpore nostro permultis passionibus subiecto, velut carthis vsus, nostræ venditionis pretia ostentabat, &c. *Cyrillus or. 2. ad Regin. n. 52. & 31. hac fusiùs.*

13 In ipso... nostræ obitum naturæ solvebat.) *Quòd Christus per fidem sit propitiatio, ex Scripturis prob. t Cyrill. or. 2. ad Reg. vt concludat necesse fuisse, vt idem esset & Deus, & in orat. 2. n. 7. ait:* Pretium pro peccatis omnium vnus nequaquam persolvisset, si merus homo tantùm extitisset... atque adeò ad humani generis liberationem, vnius carnis mors abundè sat fuerit, propria enim erat Verbi quod ex Deo Patre natum est.

14 Non nudus Christus, o calumniator; sed homo simul et Deus, &c.) *Sed non dicit, vt Proclus Cyzicenus cit. n. 6. ὁ ἐκ παρθένου τεχθεὶς θεὸς*

G *καὶ ἄνθρωπος*, hic ex Virgine natus Deus & homo.

15 Secundum Apollinarem, &c) *Apollinarius Laodicenus Episc. de Incarnatione Domini, Arianorum blasphemiam secutus est, asserens contraria Paulo Samosat. carnem & omnipotens Dei Verbum unius prædicavit esse substantiæ, contentiosissimè asseverans Verbū Carnem factum, vel aliquid Verbi in carnem fuisse conversum atque mutatum, non autem Carnem ex Maria Virgine sumptam. Hæc de Apoll. Liberatus c. 3. Breviarij. Adversus Apollin. scripsere Diodorus Tarsensis, Greg. Nazi. Basilius, & Theodorus Mopsu. vt fidem facit etiam Liberatus, qui tamen in eo corrigendus est quod à Theodoro Mops. probatum dicat vnam esse in Christo personam.*

16 Adoro hunc cum Divinitate, tanquam Divinæ cooperarium authoritates.) *Nestorius idem in quaternio 16. ait:* Hunc autem cum Divinitate, tanquam Divinæ Maiestatis cooperatorem adoro. *Vndè non leviter coniecisse me puto, huiusmodi quaterniones ex isto Nestorij tractatu transcriptos fuisse. Hunc verò errorem Cyr. epist. ad Mon. Ægypt. n. 19. & 21. impetit, demonstrans Emanuelem non hominem*

H *simpliciter Deiferum, aut velut instrumenti loco assumptū, sed Deum incarnatum.* Quòd si quis, *inquit*, illum nihil aliud quàm merum organum contenderet; is vel invitus veram filij rationem illi auferret. Quòd si illum, qui ex muliere ortus est, ad ministerium assumptum dixerint, vt miracula per cū ederentur... eadem licentia quemlibet sanctorum Prophetarum, & præcipuè Moysen Divinitatis instrumentum extitisse asseverent &c. n. 23. Nequaquam ergo templum illud, quod ex S. Virgine sumptum est, organi loco acceptum dicimus.

Propter occultum adoro quod oculis paret, &c.) *Idem Nest. in quatern. 15.* Deum in homine confiteamur, hominem credamus ob coniunctionem cum omnipotenti Deo simul adorandū. *Cyrill.* Alij legunt pro vier Folum cdor, id est Templū,

epist.

A *epist. ad Reg. ait.* Cùm adoratio soli Deo debeatur, quia Christum esse Deum ambigat, qui etiam in cœlo adoratur. *Et orat. 2. ad eund. n.* 12. Vos adoratis quem nescitis. Nos adoramus quem scimus. Obieceris fortè hic quispiam adorare, esse incongruum Divinitati & supremæ Verbi naturæ. Quomodo ergò, si Christus verus est Deus, seipse inter eos ponit qui adorare debent? Vnus itaque Christus qui quidem, vt homo adorat; vt autem Deus ab vniversa creaturâ adoratur. *Hæc verba iam suprà notis illustravimus.*

18 SEPARO NATVRAS, SED CONIVNGO REVERENTIAM.) *Supra iam ista protulimus cum notis, quibus hic addere iuvat Cyrill. anathematis.* 8. Si quis dicere audet hominem assumptum vnà cū Dei Verbo adorandum & glorificandum, Deum, tanquam alterum cum altero, esse connominandum; & non potiùs vna adoratione Emanuëlem adorat, vnamque illi glorificationem tribuit, quatenùs Verbum caro factum est, anathema sit. *Et ipse in declaratione huiusce anathematismi ait:* Si quis ergò illum simul adorari dicit, tanquàm hominem seorsum, cum Dei Patris Verbo tanquam alterum ab ipso, & non secundùm veram vnionem coniungens B in vnum Christum & Filium & Dominum, vna adoratione adorat; iuste subiicitur huic anathematismo.

19 QVONIAM IN ASSVMPTO DEVS, QVI ASSVMPSIT, TANQVAM ASSVMPTI CONIVNCTVS, APPELLATVR DEVS. &c.) *Eadem Nestorius iam in Tractatu præcedenti protulerat: & rursum in quatern. 19. posuit, vbi ait:* Sic & illum qui secundùm carnē est Christus, quia Dei Verbo coniunctus est, Deum nominamus, apparenter scientes vt hominem. Audi Paulum vtrumque prædicantem. *Ex Iudæis est Christus secundùm carnem, qui est Deus super omnia.* Primò hominem esse fatetur; mox ob eam quam cum Deo sortitus est, societatem, hominem illum Deum appellat, &c.

20 ET SI OMNEM SCRIPTVRAM SCRVTERIS, NON APVD EAM VSQVAM INVENIES MORTEM DEI ESSE CONSCRIPTAM; SED AVT FILIO, C AVT CHRISTO, AVT DOMINO ASSIGNARI, &c.) *In quaternione 16. relicto & recitato in Act. 1. Ephes. Synodi Nestorius hæc ipsamet verba loquitur; adeò vt mihi certè certius sit 1. Nestorij esse hunce Tractatum, 2. ex eo exscriptos fuisse illos quaterniones, qui Nestorij nomine subscripti in Ephesina Synodo Act. 1. damnati sunt.*

FINIS.



THEODOTI EPISCOPI Ancyrani

Expositio in Symbolum Nicænum:

Interprete Luca Holstenio prodit nunc primùm Ex Bibliotheca Barberina.

D

S. D. N. CLEM. IX. PONTIFICI Maximo.

Franciscus Cardinalis Barberinus Felicitatem.

Lib. 3. Dial. c. 1. SANCTVM PAVLINVM Episcopum Nolanum S. Gregorius, te & cognomento Magnus, scribit eum per gloriosam servitutē charitatis, hortum in Africa colentem, quotidie ad mensam suo Regi olera virentesque herbas deferre consuevisse. Hortus mihi Bibliotheca est, nec nimium ista discrepant; cum Librorum, & Arborum tam sit antiqua cognatio, vt hæ illis à primæva origine materiam, & nomen suppeditasse memorentur; nec desint qui Viridaria quædam, & Syluas felices Arborum scientiæ, Exhedras libris instructas rectè vocari putent posse. Talia ego cuiusdā mei Pomarij ne quotidianos, vt S. Paulinus sui, fructus proferam servitus negotiorum facit, per quæ nimia rarò vacat, non dicam excolere; sed vel revisere plantas istas, amœnissimi mihi alioqui ac dulcissimi prospectus. Tamen qualescumque per intervalla inde fructus contingat decerpere quin ii, Sanctitati Tuæ iure sint quàm optimo debiti, ambiget nemo; gratos quidem fore, Tua nota Eruditio, ac toties testatus Literarum, præsertim Sacrarum, & Ecclesiasticarum, amor, dubitari non patitur. En igitur, Pater Beatissime, Opus Patris antiqui, apprimè Theologicum, syncerissimè orthodoxum, valde laudatum Veteribus, huic ævo penitùs ignotum, Posteris vtile, quod cum ante hos triginta, & quod excurrit, annos proximè ad Editionem apud me paratum, nuper fortè reperissem, decrevi emittendum F sine mora; etiam Religioni duceos, quod tamdiù pressérim. Adest commendando monosculo tempestivitas quædā; quod Liber de Incarnatione Divini Verbi subtilissimè disputans, per ipsam anniversariā memoriam tanti Mysterij feriis Sacri Adventus offertur, accedit & felicitas auspicij, quod Theodotus, bene ominatum nomen, ad Vestræ Sanctitatis Pedes sistitur, qui sub finem labentis anni, tum imminentem septuagesimum huius sæculi, tum alios inde plurimos, Tuæ Beatitudini faustos, florentesque, suo, nostro, & Orbis vniversi auguretur voto, quod vt ratum qui potest habeat Deus, Ætatemque nostram, & Ecclesiam vniversam tam exoptata gratia fortunet, orare, ac venerari non desistam.

LECTORI.

INterpretatio Latina huius opusculi Lucæ Holstenij τοῦ μακαρίτου elegans & accurata est Labor: Græca ipse descripserat ex antiquo Codice. Vtrumque contextum invicem comparatum erudita eius manu, nota consignatum Anni M. D.CXXXI. fundum huius Editionis habuimus. Theodotus Ancyranus Scriptis Autor inter Christi annos CCCCXXX. & CCCCXL. fama doctrinæ, ac G virtutis potissimùm clarus, Libris contra Nestorianos tunc vigentes vtilissimè vulgatis, quorum ideò meminisse in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum S. Hieronymus non potuit, quia iam anno Christi CCCCXX. decesserat. Meminerunt Gennadius Massiliensis, & Augustodunensis Honorius, sed vterque cum errore in Scriptura nominis, Theodorum pro Theodoto vocantes, quos Possevinus in Apparatu secutus. Epiphanius Diaconus Opere relato inter Acta II. Concilij Nicæni Act. VI. effusè celebrat Theodotum hunc nostrum, & Lucubrationum ipsius longum contexit Indicē, secundo (huc quod pertinet) inter eas loco hanc eius Expositionem Symboli Sanctorum Patrum Concilij Nicæni, memorans. Est in Bibliotheca Barberina pervetustus Græcus Codex Catenam Patrum Græcorum in Librum Actorum Apostolicorum copiosissimam continens: in qua ad illa verba Cap. III. Autorem verò vitæ interfecistis, Luculenta describitur χρῆσις Theodoti Episcopi H Ancyræ, quam ad verbum legere licet in hoc libro. Inter Patres ducentos Magnæ Ephesinæ Synodi Theodotus idem loco septimo subscriptus reperitur. Iam quanti eum venerandus ille cœtus æstimaverit, facilè declarat, quod duas eius bene longas Homilias alibi ab eo dictas, eò quia de controversia, quæ erat in manibus tractarent, Patres legi publicè curarunt, & auditas laudarunt. Ambæ in Actis Ephesinis hodie leguntur, quibus & tertia adiungitur ab eo illic in S. Ioannis Evangelistæ festo habita. Istarum omnium Orationum, vti & huius quam damus, stylus purus est, non ita sublimis, sed clarè proposita: modus disputandi argutus & pressus, sed disertus, argumenta ex locis verè Theologicis, Scriptura, ac Conciliorum efficacissimè deducta; sic tamen vt acrimoniam temperamus, leuis

A *qua'ā placiditas suavissimè condiat, ast ibusq;ira quamvis iusta in detestabiles Hæresum Autores, alenm quasi quoddā sēper innatet Christiana, ac paterna charitatis, qua omnia cum Legenti cuilibet palā appareant, comminiscer equidē neque vnde Sixtus Senensis hauserit, quod affirmat de hoc nostro Teodoto dialectico illum more, & valdè obscurè scribere. Vide tu ipse, Lector, & indica.*

Lib 4. Bibl. Senc. pagi. 349. Edit. Colonie an. 1575.

THEODOTI Episcopi Ancyrani, cui Photius in Bibliotheca Cod. CCXXXI. *Sancti appellationem tribuit, hæc feruntur Opera, quorum indiciū, partim ex ipsius Testimonio in huius Opusculi fine partim ex Actis Ephesinis, partim ex Epiphanio Diacono in Actis II. Concily Nicæni, ad Nos vsque pervenit.*

Homilia. I. in Christi Natalem.
Homilia II. in Christi Natalem.
Extāt ambo Græcè, & Latine Tom. v 1. Conciliorū Edit. Regia Paris. à Pag. 184. ad 218.

B Homilia contra Nestorium Ephesi habita in die S. Ioannis Evangelistæ.
Extat ibidem à pag. 212. ad 226.
Expositio in Symbolum Nicænum, *qua nunc prodit.*
De Spiritu Sancto Libri Tres.
Contra Nestorium ad Lausum, Libri Sex.
Orationes I. in Lumina.
II. In Heliam.
III. In SS. Petrum, & Paulum.
IV. In Claudum sedentē ad Portam speciosā.
V. In eos qui talenta acceperunt.
VI. In duos Cœcus.

THEODOTI EPISCOPI Ancyrani

Expositio Symboli Sanctorum trecentum octodecim Patrum Concily Nicæni.

C ANIMÆ tuæ Christi amore succensæ firmitas, & constantia in fide nequaquam fluctuat: licet Inimici infidelitatis zizania superseminent. Cum fidē à maioribus quasi per manus traditam acceperis, pietatem vitæ tuæ præsidium, ac munimentū habes, quandoquidem vera hæc fides & terrarum orbem ad meliorem statum perduxit, & errorem extinxit, & Dæmones profligavit, & religiosum Imperiū quibusvis triumphis splendidius exornavit, atque ipsa rerū experientia orationi meæ testimoniū perhibet. Etenim pijssimi Imperatores plures tyrannos precibus eminus prostratos subverterunt: & Barbarorum dementiam fidei armatura, & maiorū pietate muniti sæpenumero propulsarūt, nam vbi ipsi fidē immotā servant, Deus ipsorū imperiū ab omnibus insidiis cōservat: quemadmodū enim Barbarorum incursus corporibus periculum affert, ita Dæmon adversus animas bellum excitat sermonibus errorum veritatem oppugnans, atque hæc lenius Dominus alia ratione significans pulcram ad Discipulos suos narrationem instituebat, sermonem quidē pietatis bo-
D num semen, at super inseminatas infidelitatis doctrinas zizanis appellans, & doctrinam agriculturam cælestem vocans, fructus verò rectè credentium pietatem intelligit, neq; enim tanto gaudio perfruitur Agricola manipulos colligens, quantum Christus lætatur veram fidem apud constantes percipiens nam quod ipse exierit ad seminandū verbū, inquit, *Ego ex Patre ex-vi. & veni in mundum.* & quidē vox, *exivi*, deitatis condescensionem, sivè demissionē indicat; altera autem, *veni*, proprie significat maiestatem. Cæterum & causam ostendit adventus sui, dum ait; *exivit seminans seminare.* Sed ipse quidem bonus agricola bonum veræ fidei sermonem disseminavit: ostendens semetipsum Deum propter homines hominem factum: non hominem nudum à Deo honorum prærogativa ornatum, vt quidam opinantur: sed vt dixi, Deum commercium cum hominibus susci-

E pientem, hæc enim præcipua est gloria, & salus hominum, humana suscepisse, & hæc quidem de semetipso affirmat; & Deum semetipsum ostendens & hominē. Illud quidem propria sua natura existens, hoc autē hominum amore factus, nam & hominibus condescendit, ideo factus est homo, verè illud existens quod apparebat: & permansit quod erat nō illud deponens, & hoc factus: non mutans Deitatem, sed suscipiens ex Maria Virgine humanitatem: non desinens esse quod erat, sed factus quod non erat. Idem enim vtrumque de semetipso affirmat; & Deum se esse significans proprio Patri coæqualem, dum ait: *Ego, & Pater vnum sumus.* Item, *qui videt me, videt & Patrem meum*, & hominem semetipsum ostendens cum diceret: *quid me quæritis interficere hominē, qui veritatē vobis locutus sum?* non quidem alium aliquem significans divinis proprietatibus;
F alium verò indicans passionibus humanis. Sed semetipsum vnum, eundemq; & Deum vocat, & hominē ostendit, vnus quidem idemq; erat, & illud existens, & hoc ostendens Nam & Patri semetipsum consubstantialem, & hominibus dignitate parem ostendit, illud quidem existens per naturam, hoc autē hominum amore suscipiens, neq; enim humanitas à divinitate seiuncta erat; vt aiunt illi, qui Christum nunc dividunt, & ex mysterio faciunt æquivocationem, verborum artificio fidei nostræ simplicitatem perturbantes, vt humanitate à divinitate separata, & salutari hac vnione dissoluta, ascititiis rationum commentis dispensationem penitus tollant, dicunt enim nobis, qua in re dispensatum fuerit, si quemadmodum semper, ita & nūc Deus ab homine erat divisus? sed Dei dispensationem per exinanitionem dicimus; quod ipse Deus Verbū factus est homo, non mutans naturam, sed miraculosè efficiēs vnionem, & hæc dispensatio omnem humanam rationem exuperat, ideoque magnus ille Paulus humanas passiones ipsi Deo attribuit: non Deitatem passibilem docens, sed Dei Optimi Maximi miraculosam erga homines compassionem exprimens, nam Deus pro hominibus humana sustinere cupiens, & natura passionum
G nequaquā capaci præditus, descēdit vt vniretur passibili, vt vnionis passionē quoq; Deo communē faceret, quandoquidē Dei natura passiones suscipere non poterat, & hoc magnus ille Paulus significās dicebat: *Prædicamus Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam nemo principe huius sæculi cognovit. Si enim cognovissent, non vtique Dominum gloriæ crucifixissent*, & quidem Dominus gloriæ est impassibilis; sed vniens sibimetipsi, quod pati poterat, crucem subiit. Idem quoque magnus ille Petrus commemorabat cum claudum ex vtero matris suma omnium cum admiratione sanasset, & Iudæis fixis oculis eum intuentibus, & miraculo attonitis in hæc verba responderet: *Viri Israelitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute, aut pietate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, & Deus Isaac, & Iacob, Deus patrum nostrorū glorificavit filium suum Iesum quem vos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti, vos autem sanctum, & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis: auctorem verò vitæ interfecistis.* Atqui auctor vi-
H tæ nostræ immortalis est: sed vnitum mortali interfectum asserit: nam vnio cum Deo non permittit passionea in solo homine circumscribi, ideò autem vnigenitum Dei filium Iesum appellat, hoc nomen puerulo illi ex Maria nato impositum fuisse significans, rursusque eumdem & Iesum vocat, & auctorem vitæ appellat, eumdem simul & creatorē universiū, & hominem, qui mortē gustavit ostendens. Et ne aliū hunc ab illo cogites, Paulus humanis divina permiscēs, vtraque de vno, eodemq; pronunciat, ostendens Deum hominē factū, ideoq; eundē partim operantur instar Dei, partim vt hominem passionibus obnoxium nemiq; am mutato Deo, nec speciem qua apparuit mentiente Mirabilis enim facta fuit vnio, nam si naturarum confusio vnionem efficeret, id quod factum est nequaquam esset miraculum, nunc verò signum aliquod,

A & illud quidem miraculosum tibi ostendit. Noli igitur rationem quærere in iis, quæ supra rationem facta, & miraculosè perpetrata fuerunt virtute divina: quæ quidem naturæ rationem suscipit, sed humanum intellectum exuperat. Nam si generationis secundum carnem rationem proferre nequis (eandem enim & Virginem esse, & Matrē evasisse, naturæ ratio ignorat, sed Dei virtus, ac potentia id ostendit; & omnes, qui se Christianos esse gloriantur, id vnà nobiscum vtiq; fatentur) quinam ineffabilem Dei cum homine vnionem ratione exquiris? Ego verò existimo homini rectè sentienti inprimis sciendum quid de Deo quærere, & quid credere oporteat; quæcumque enim secundum nostram naturam operatur, ea exquirere, & cogitando pervestigare licet: sed quæcumque supra rationem, naturámque nostram miraculosè perpetrat, ea fide tenere, non rationibus exquirere debemus. Cujusmodi B est hoc ipsum orationis nostræ subjectum. Propositum erat Deo pro hominibus pati fecit quod voluit: *omnia enim quæcumq; voluit Dñs, fecit.* Non secundum Divinā naturam passibilis factus: absit Sed potens facere, quod vellet, subiit nativitatem ex virgine; quandoquidem jam ante homo fieri subierat. Qui ergo genus nostrum suscepit, nativitatem non abhorruit. Atque hoc ipsum ostendens magnus ille Paulus ait: *misit Deus, filium suū factum ex muliere:* quoniam illū qui erat & qui factus est, gratia vnum fecit, Deo miraculosè id efficiente, naturis non mutatis. Vbi ergo nūc ille est, qui clamat: heus bone vir, Maria nequaquam Deum genuit? solvis ò homo Dei ad homines condescensionem: hoc enim est Deum hominibus condescēdisse, quod natura Deus existens generationē hominibus salutarem subiit. Tollis generationem? solvis igitur & salutarē condescensionem. Improbas gratiam? ergò & salutem perdidisti. Pudet te ejus quod factū est? Pudebit ergo tui & Dñm IESVM in regno cœlorū. *Quemcumque enim*, inquit, C *pudet mei, & meorum sermonum, eius & me pudebit coram patre meo, qui est in Cælis.* Et nisi Deus foret qui humana sustinebat, sed humanitas adinstar nostri à Deitate sejuncta, neutra naturarū pudendum quid operabatur. Homo enim prædicabat virtutem, Deus autē sanabat infirmitates, quid igitur erat, cujus nos nequaquā pudere debere dicebat: cum homo nihil faciat dignum pudore: nec Deus quidquam propria Divinitate minus abjectiúsq; suscipiat? quoniā verò cum Deus esset, humana sustinuit, ne passiones Deo probro ducentes, & dispensationis te puderet, quam ex affectu erga homines operatus est, ideò dicit: *quemcumq; pudet mei, & meorum sermonum, pudebit & me illius in regno Cælorū.* Hæc verba audiēs magnus ille Paulus exclamabat: *non enim pudet mē Evangelij:* Et quid pudoris habet Evangelium, ô admirāde Paule? qua suspicione ductus dicis: *non pudet me Evangelij?* virtutem prædicas; misericordiam Dei doces, infirmos sanas, dæmones ejicis, mortuos resuscitas. Quid igitur est, quod gloriabundus D dicis, *nō me pudet?* Deū, inquit, humana propter homines passum dico: quod multis probrosum videtur, ejus verò non me pudet. Neq; enim passibilem naturam introduco, sed Dei erga homines misericordiam doceo. *Christū enim*, inquit, *prædicamus crucifixum: Iudæis quidem scandalū, gentibus verò stultitiā.* Et quis est ille crucifixus Christus? dic quæso. *Ipsis autem electis Iudæis*, inquit, *& Græcis prædicamus Christū Dei potentiam, & Dei sapientiam:* hæc à Græcis stultitia existimatur: nam vbi Græci audiunt Dei sapientiā crucifixam, risū largum extollunt: putantes Deitatē passibilem credentibus annunciari. Quocirca noli Deum infirmum existimare, passionibus animū intendens: sed potētiæ eius magnitudinem cogita, qui per infirmitatē, vt credebatur, nostram infirmitatē solvit. *Quod enim infirmū est Dei, fortius est hominibus*, inquit Paulus. Ecquid ergo infirmū est Dei, nisi quia meā infirmitatē illius factā esse cogitet? quomodo enim infirmus est cœlorū conditor? quæ infirmitas ejus, qui omnia verbo creavit? quid infirmū Dei qui terrā incognitis terminis constrinxit? sed quia meā infirmitatē sibi propriam fecit, qui nostras infirmitates E dissolvere voluit, ideò inquit Paulus: *quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.* Quoniā verò *quod stultum est Dei, sapientius est hominibus*, vt idem Paulus ait, quidnā stultū Dei vocaverit, nisi illud, quod nos de Deo dicimus, natura impassibilē subire passiones? quod quidem Græci stultū judicāt, dum fidem rebus adhibere nesciū, animi cogitationibus omnia curiosius investigant. Nos autem hanc Dei virtutem, & excellentiā esse affirmamus. Sed illud, inquit, quod stultū quidem à Græcis judicatur, à nobis autē sapientia creditur, sapientius hominibus factū est. Peccatū enim quod mundi sapientia nō dissolvit, dispulit illud quod stultū Dei credebatur: quod nobis quidem fide dignū, Græcis autem atq; infidelibus stultitia censetur. At nos fidei demonstrationē in rebus ipsis habemus, qui infirmitatis illius, quæ Dei esse existimatur, vsum fructumq; percepimus: illa enim languores nostros sanavit. Et quod stultum censebatur F Dei, pietate mundi sapientiam vicit. Nequaquam ergo passiones reijce, nec quod infidelibus stultum videtur, accusa. Ista enim, quæ ab infidelibus dicuntur, dispensationem corrigunt. Quid igitur rationem miraculorū Dei quæris, nec beneficia animadvertis? Verum quoniā nonnulli infidelium cogitationibus semetipsos tradentes, Christiani quidem volūt existimari, Dei autem miraculis credere non volunt; qui vnum quidem filium dicunt; duo autem sub voce filij significari intelligunt: & vnum Christum asserunt, sed appellationem illam æquivocam constituunt, vt hominem à Deo disiungant, & Deum Verbum ab homine separent, atque vnionem dividant, quam Deus dispensatione efficiens Cœlum hominibus aperuit. Nam Dei in terris apparitio homines cœlorum cives effecit, & naturæ nostræ gloriam tollunt, dum Dei cum hominibus communionem ex amore erga homines dispensatam improbare conantur. Si enim neque Deus humana cum hominiG bus communia habuit, ita vt ipse voluit, quantúmque par erat; neque homo deitati fuit vnitus, sed suis proprietatibus, & natura alterum ab altero fuit divisum: dicant nobis, quænam fuit dispensatio? qualem dicent Dei condescensionem? quis semetipsum exinanivit, in forma Dei existens? quis semetipsum humiliavit in sublimitate deitatis constitutus? quis pauper factus est cum esset dives secundum deitatem? Quomodo Dominus cruci affixus est, nisi ipsi vnio cum eo, qui clavis affixus pendebat, intercederet? quomodo verò principem vitæ Iudæi interfecerunt; nisi per omnia ei, qui mortuus est, vnitus, nec vlla re ab eo sejunctus fuerit? & quomodo filius hominis ex Cœlo descendit, nisi descendenti arctissimè fuit vnitus? non vt deorsum permaneret, sed vt vna secum elevaret vnitum. Non conscendes, ô homo, vnà cum Deo, nisi Dei condescensionem confitearis. *Vnus est, qui descendit idem, qui & ascendit*, inquit Paulus: non alius & alius, sed vnus idémque est. Nequaquam divisos, nec duo post vnionem existens. Nam *qui descendit*, inquit, *idem est, qui* H *& ascendit super Cælos, vt impleret omnia*, quæ quondam duo apparebant, dispensatio vnum effecit. Quapropter noli post indissolubilem vnionem duos amplius dicere. Quod gratia vnivit cogitatio non dividat. Idem hoc & Sancti Patres docuerunt, qui ab Apostolis dispensationis mysterium acceperunt. Hoc de vnigenito trecenti, & octodecim Patres Nicææ congregati constituerunt. Quos dum se sequi affirmat ille, qui Christum duo esse putat, repugnat illorum sententiis fidem eorum penitus abnegans: cum enim omnes illi quemadmodum vnum patrem, ita & vnum filium asserant, hic dum duo sub filij appellatione significari statuit, fidem abnegavit illorum, qui vnum filium dicunt. Sed vt clarius constet, quod dico, ipsa Patrum verba exponam interpretatione eorum non extrinsecus, sed ex ipsismet illorum verbis petita. Expositio ergo fidei ipsorum hoc modo sese habet: *Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem factorem omnium visibilium, & invisibilium. Et in vnū Dominum*

A IESUM-CHRISTUM *filium Dei unigenitum, natum ex patre, hoc est, ex substantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, tam quæ in cælo, quàm quæ in terra: qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est, qui passus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in Cælos, qui venturus est iudicare vivos, & mortuos. Et in Spiritum Sanctum. Eos verò qui dicunt, erat aliquando cum non esset. item, antequã gigneratur non erat. Et, quod ex non existentibus factus sit, aut ex alia subsistentia sive substantia. Qui dicunt, vel mutabilem vel variabilem esse filium Dei, hosce anathematizat Catholica, & Apostolica Ecclesia.* Hæc Patrum verba sunt, quæ fidem de unigenito nobis exponunt, & instar normæ alicujus omnem humanam cogitationem dirigunt. Quemadmodum enim norma sensum circa ligni rectitudinem errantem corrigit, obliquitatem arguens; ita & hæc oratio hominum B intellectum dirigit, qui fidem nostram suis cogitationibus pervertere cupiunt. Hosce & nos sequamur, verbis ipsis credentes, non quæstiones nectentes. Aiunt enim illi, credimus, non demonstrationum rationes adducimus. Credamus ergo & nos, ea quæ diximus, ita se habere, & ab omni curiosa inquisitione penitus abstineamus. Neque enim nos, quæ à patribus credita fuerunt, corrigimus. sed hæc ita à Deo facta fuisse, fide intellectum nostrum confirmante, confitemur. Adeo ut Christianorum consortio alienus sit, quicumque diversa sentit ab hac expositione; etiamsi probabile quid de fide nostra dicere videatur. Nam nec quisquam eorum, qui extra Ecclesiam sunt, principium scientiarum sibi demonstrari postulat, sed fide à magistro principium suscipit, nullam contra idipsum controversiam movens: principium ergò fidei de unigenito hæc Patrum expositio est. Cum enim de C unigenito disquisitio ab ipsis institueretur, quod tunc temporis Arius, uti nunc Nestorius, super pietatis sementem zizania superseminaret, gloriámque unigeniti infringere conaretur, & unigenitum quidem Verbum Patris esse diceret, sed dignitate, & gloria Domini destitutum: idcircò congregati tunc temporis Patres, ut & hoc tempore, legem pietatis nostræ proponunt; omnibus sophismatis de unigenito simpliciorum aures occludentes. Ideóque cum de unigenito ipsis proposita esset disquisitio hanc fidei regulam Sancti Patres exposuerunt, principio facto à Patre licet nulla unquam quæstio de Deo Patre fuerit. Quinam ergo expositionis principium faciunt à Patre, cum nulla de eo esset quæstio? quoniam sapienti, & magno quodam consilio munimentum fidei nostræ parabant, primo loco nominabant patrem. Sed cognoscemus ipsorum sapientia, si verba eorum accuratè attendamus. *Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem factorem visibilium omnium, & invisibilium.* Ecquis eorum, qui sanè sapiunt, atque intellectu secundum naturam utuntur, hoc ignorat; omnibus D quidem hoc manifestum est, sed Patres orationem suam hoc modo ordiuntur, non ut rem omnibus notam dicant: sed quia sicuti unum Patrem, ita & unum Dominum IESUM CHRISTUM noverant, præmittunt Filio unum Patrem: ut quemadmodum de Patre intellexisti, *unum Deum omnipotentem*, ita etiam de unigenito Filio unum intelligamus: nec duo sub filij appellatione significari putemus. Sicuti enim dicentes unum Patrem nequaquam duplicem de eo cogitationem indicant, sic & unum dicentes filium Dominum nostrum IESUM-CHRISTUM, nullo modo duplicem significari volunt. Nam in Deo, nec Patris appellatio duo significat, nec filij nomen duo significata indicat. Hoc ergo docentes SS. Patres à doctrina de uno Patre exorsi, unum quoque subjungunt Filium unigenitum, Dominum nostrum IESUM-CHRISTUM: ut unitate Patris unum quoque intelligendum esse Filium cognosceremus. At ille, qui novo verborum commento

simplicitatem fidei nostræ perturbare conatur, sed à E Christo præpeditus fuit, commune pluribus & filij, & Christi nomen esse asserit: ostium hoc blasphemiis adversus Christum aperiens: & in servatore nostro duas diversas res hisce nominibus significari affirmat; quorum utrumque unum quidem nomen, res autem duas esse dicit: & appellationem quidem unam esse ait, duo autem ponit significata. Sed heus tu, si ut unum Filij nomen dicis, ita unum intelligis rem significatam; unum filium affirmas, & Patres sequeris. Sin unum dicis Filij nomen, & unum Christi nomen ponis; hoc autem nomine diversas substantias significari asseris, non consentis cum SS. Patribus credentibus in unum Dominum IESUM-CHRISTUM eodem modo, uti crediderant in unum Deum Patrem omnipotentem, nam si de Dei nomine apud eos quæstio esset, atq; unum Filium dicerent, tum tua cavillatio haberet locum; qui nomen quidem unum, significata autem plura ponis. Si vero nominum apud eos exigua fuerit ratio, F unum autem unigenitum Filium appellarint; quid relicto significatu nominis inhæres? quodque illi rem ipsam attendentes unum dicunt, id tu ut unum nomen, res plures significans, exponis? nam & hanc SS. Patrum de Filio locutionem interpretans Nestorius in literis, quibus Cyrillo Archiepiscopo Magnæ Alexandriæ respõdet, qui liberis verbis defenderat pietatem, & per epistolam deferendi erroris auctor illi fuerat. atque ad redarguendum ipsum, fidem trecentorum & octodecim Patrum proposuerat: huic, inquam, Nestorius in hæc verba rescribit: *& si aures mihi ad fraternam medelam præbueris, ipsas tibi Sanctorum illorum voces adducam, vindicans eas à calumniis, quæ & ipsis, & per eas divinis literis affinguntur.* Deinde appositis Sanctorum Patrum dictis ita subjungit: *Credo igitur in Dominum* IESUM-CHRISTUM. Hic statim fraudem impudentissimam animadverte. Nam cum SS. Patres unum Filium intelligi volentes dixerint: *Credimus in unum Dominum* G IESUM CHRISTUM: suffuratus ex verbis SS. Patrum vocem, *unum*, ut locum habeat introducendi duas significationes vocis, *filij*, sed deprehensus es in furto, ô bone vir: subtrahens id, quod in fide nostra præcipui momenti est. Neque enim illi dixerunt: Credimus etiam in Dominum IESUM-CHRISTUM, ut tu falsarius affirmas. Sed dicentes: *Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem*: subjungebant: *& in unum Dominum* IESUM-CHRISTUM. Tu verò subtracta voce, *unum*, quæ de Filio dicta fuerat, huc furto januam errori aperis: ut dicere queas, & vocis filij, & Christi duas esse significationes: quarum altera natura, altera gratia gloriosum ostendat: & ut hac ratione Christianos seducere possis, ne pro nobis crucifixum colant; quippe per gratiam præ aliis à Deo gloria ornatũ. Iis enim qui per naturam quid obtinent, non opus est, ut habeant per gratiã Dei. Ubi etiam mirari subit, quinã Nestorius ea, quæ præcipuè ad rem faciunt, ex Patrum expositione subtrahẽs, ut obtegat hæc ipsa, sese expositionem fidei ipsorũ probare dicat. Si enim probes quæ H dixere, non subtrahas id quod maximè ad rem pertinet. Si autem de Patrũ expositione id subtrahis, quod fidem ipsorum maximè indicat, tanquam opinionibus tuis repugnans, quid cũ illis te consentire dicis, quibus obtemperare non velis? sed Patrum auctoritatem veluti escam proprio errori apponens, simpliciores hac ipsa in errorem trahis, simulans quidem te antiquam prætendere fidem; sed ad proprium errorem verborum subtractionibus eam pervertens. Quoniam verò idem ille nomen IESU solius humanæ naturæ appellationem vocat: hoc enim nomen, inquit imposuit Virgo infanti, secundùm Angeli prædicationem, dicentis: *vocabis nomen eius* IESUM. Et hæc continuò in ore versans in suo adversus Magnum, & Sanctissimum Episcopum Cyrillũ, scripto ait: *Cùm ergo natus esset* IESUS *in Bethlehem Iuda.* Item *de qua natus est Dominus* IESUS-CHRISTUS Item *invenerunt* IESUM *in medio Doctorum*: ubique appellatione IESU humanam naturam indigitari

volens.

A volens. Ecce vt Patrum traditio vnanimi suffragio
hanc ejus sententiam omninò subverrat. Nam illum
ipsum ea Patre natum, consubstantialem Patri, &
IESVM, & Christum, & Filium Dei appellatunt: nuspiam alterum ab alterutro proprietatibus separantes.
Nam cum dicerent: *Credimus etiam in vnum Dominum* IESVM-CHRISTVM, subjungebant, *filium Dei*:
hunc ipsum intelligentes, ne alium quidem hunc,
alium verò intelligas illum vnigenitum, natum ex Patre, hoc est ea substantia Patris: vnum scilicet, atque
eundem. Nam etiamsi aliquid dicant, quod non intelligimus secundum naturam, vnio tamen idipsum verum esse ostendit. Ideòque de Filio dicebant: *Deum
de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero,
consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt.*
Hunc eundem cum isto intelligentes: quandoquidem
cum prius esset iste, factus est hic. Quapropter nomen
B IESV ad vnigeniti significationem proferunt, vnum
eundémque scientes, & Deum Verbum, & hominem
factum. Nestorius autem IESVM veluti lacte nutritum nihili facit: & vt annis crescentem despicit: &
vt circumcisionem suscipientem deitate privat: non
deitatis illius majestatem lædens; sed ipse semetipsum
& gloria, & salute privans. Et dum hæc dicit, fidei
expositione se niti ait. Sed Nicæni Patres, ô bone
vir, IESVM non tam contumeliosè tractarunt: sed
vocabant ipsum filium Dei vnigenitum, genitum non
factum, consubstantialem Patri: eo quod arctissima vnio secundum dispensationem hunc illum efficiat. Quandoquidem & iste antea non mutatus factus
est hic. Non enim mutatus est quoad naturam, sed
mirabiliter effecit dispensationis vnionem. Quapropter Sancti Patres post vnionem Dei ad hominem non
jam amplius duas res intelligentes, meritò cum
IESVM dicunt, Deum Verbum designant, & secundum Theologum loquentes: Verbum quod oculis videbatur, IESVM interpretantur: non confundentes
C naturas, sed vnionem ostendentes. Propterea IESVM
Mariæ filium ex Deo genitum, & non factum; item
Dominum gloriæ crucifixum sacræ literæ affirmant,
Paulo dicente: *Si enim cognovissent nequaquam Dominum gloriæ crucifixissent*, vt secundum nihil omninò Dominum gloriæ ab eo, qui ligno affixus fuit,
separes. Vnio enim effecit vt Verbum hoc impassibile ea, quæ passibilis naturæ erant pateretur. Illud
enim vnio est, quod vnitorum propria in vnum conveniant. Ita vt & hæc, & illa de Filio dicantur. Ideò
Apostolus, *Dominum gloriæ crucifixum* esse dicit. Rursúmque nobis ait: *Vnus Dominus* IESVS-CHRISTVS
per quem omnia. Et illum IESVM intelligens, &
hunc Dei Verbum appellans, per quem omnia facta
sunt. Vnde & Nicæni Patres, ponentes Dominum
IESVM CHRISTVM, vnum dixerunt filium vnigenitum, non appellatione, aut honore tantum, sed re
ipsa. Quocirca etiam hunc consubstantialem Patri,
& propter nos incarnatum, passúmque dixerunt:
vnione mirabiliter facta, non natura confusa. Si
D enim Virgo mutata non fuit, & mater facta est: nec
mutata virginitate partus contigit, Deo miraculosè
Virgini partum producente; quid miraris, si Deus
in passibili natura volens passionem suscepit, non
impassibilitatem deponens? qui enim opus non habebat virginitatem solvere, vt matrem faceret; ille
pati volens non opus habebat virtutem suam mutare. Habet enim virtutem miraculosè aliquid perpetrantem supra naturæ rationes. Propterea & Deus
mansit & homo factus est; & IESVS, & CHRISTVS,
& Verbum appellatur. Item: patitur, & impassibilis secundum naturam permanet: crucifigitur etiam,
& incomprehensibilis secundum substantiam manet:
& mortem suscipit, & mortis imperium obtinet: illa quidem miraculosè perpetrans, tanquam Deus
existens; hæc autem sustinens, vtpotè homo factus.
Ita hic, & moritur, & à morte non detinetur & patitur, & passiones solvit: hæc quidem operans deitate; illa autem propria carne sustinens. Ipse, inquam, sustinens, non alium sustinentem videns: nam E
& Petrus Iudæos alloquens, eadem de IESV Nazareno iisdem verbis dixit, dum ita ait: *Viri Israelitæ
audite verba hæc*: IESVM *Nazarenum*; à terrena patria
ita vocat: postea verò filium Dei esse significat. Finis
enim sermonis ostendit vnum eundémque & terrenum, & cœlestem esse. Eundem & ea inferiori hac
regione, & ea superna gloria procedentem. Quantum quidem alterum fuit ante sæcula: alterum verò
postea propter nos factus est. Ait enim: *Viri Israelitæ, audite verba hæc*, IESVM *Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus, & prodigiis, &
signis, quæ fecit Deus per illum in medio vestri, sicut
& vos scitis: hunc definito consilio, & præscientia Dei
traditum, per manus iniquorum affigentes interemistis:
quem Deus suscitavit solutis doloribus mortis.* Ostendens vnum eundémque & hominem esse, & Deum,
qui à morte teneri non poterat. Mortuus enim est, F
inquit, & impossibile erat teneri illum à morte. Nam
mortuum esse hominem indicat: à morte autem teneri non posse, arguit Deum: vnum eundémque &
Deum existentem, & hominem factum significans.
Ideòque Nicæni Patres ne IESVM adoptivum quemdam filium Dei, & alium secundum naturam filium
suspicemur: (ita enim errore decepti sentiunt distinguentes illum, qui secundùm naturam est, à crucifixo: vt illum admittentes; hunc contemnamus: &
filium Dei adorantes, quem & Plato confitetur,
Christum repudiemus; solam humanam naturam honore provectam IESVM nominant, atque eam appellationem deorsum detinent, & ab altero illo tam
re, quam naturæ proprietatibus separant.) horum
opinionem subvertentes dicunt IESVM: hunc *genitum ex patre*: & subjungunt; *hoc est ex substantia
eius.* Quod & Magnus Apostolus Petrus à Domino
vnà cum reliquis Apostolis interrogatus fecit: cum
enim Dominus ipsis diceret: *Quem me dicunt homines filium hominis?* nonnulli respondebant dicentes:
Alij Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiam, aut vnum ex Prophetis. Deinde cum Do- G
minus ostenderet eos, qui hujusmodi dicebant Filium
Hominis quidem honorare, sed rei veritatem non attingere: interrogat Apostolos numquid sublimius de
ipso sentirent, & ait: *Vos autem quem me esse dicitis?* Sed animadverte, quod de Filio Hominis quæstionem proponens hæc dicat. *Cui respondens Simon
Petrus dixit: Tu es Christus filius Dei vivi.* Non hominem illum, vt multi, per gratiam honore decoratum vocans: sed confitens ipsum vnigenitum Dei
filium esse, hominem scilicet factum, & hunc pro illo agnoscens, nec vspiam res illas dividens. Quidnam ergo Dominus? nunquid increpat Petrum, vt
non discernentem naturas: neque dividentem filium
hominis à deitate Verbi? numquid objurgabat, veluti deitatis, & humanitatis naturas non separantem?
an potius beatum eum prædicabat, dicens: *Beatus es
Simon Bar-Iona: quia caro, & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in Cœlis est.* Etenim H
cum de visibili id affirmaret, quod ea natura visibili non didicerat, beatus pronunciatur, vtpotè illud, quod de carne dixerat, non à carne, & sanguine edoctus, sed à Patre, qui in Cœlis est. Nam
Deum Verbum in carne apparentem cognoscere, reverà ad Dei Patrísque cognitionem pertinebat. Quocirca & Nicæni Patres IESVM hunc filium hominis,
de quo etiam Dominus Petrum interrogabat, vnigenitum appellabant consubstantialem Patri: idem
cum magno Petro de ipso dicentes, & Petri dogmatum vestigia sequentes. Hunc enim IESVM confitentur filium Dei vivi, genitum ea patre, hoc est, ea
substantia ejus, consubstantialem Patri. Ne enim
errones isti IESVM adoptivum filium existimarent,
subjungebant Sancti Patres, *vnigenitum ex Patre
natum.* Deinde accuratius fidem explicantes dicunt:

Deum

A *Deum de Deo*, hunc scilicet IESVM: *lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, quæq; in Cælo, & quæ in terra*: ea de filio hominis affirmantes, quæ Petrus breviter confessus beatus judicabitur: at postquam ostenderant Christum Iesum esse illum ipsum filium ante sæcula. Vide qua ratione iterum vnigenitum ante sæcula hominē factum ostendant, reciprocis hisce attributionibus dispensationis salutiferæ vnionem probantes, & vnum eundémque ostendentes Deum existentem vnigenitum, & hominem propter homines factum. Postquam enim Dñm IESVM CHRISTVM consubstantialem dixissent Patri, eundem non alium propter nos homines, & propter nostram salutem descendisse, & incarnatum, & hominem factum, passumque, & resurrexisse tertia die aiunt. Postquam enim dixerant, vnigenitum Deum Verbū descendisse, ne localem Dei B transitū intelligeres: (deitas enim omnia implet, à propria creatura nusquam sejuncta,) explicāt illud *descendisse*, dum aiunt, *hoc est, incarnatum esse*: nō solùm habitantem in carne, sed incarnatū dicunt, Dei hominísque vnionē accuratius hoc loquendi modo indicantes. Hoc enim, inquiunt, est descendisse, carnis expertem incarnari propter hominem salutem, natura nequaquā mutata: nam dogmatum securitati rursus consulendū, quæ omnem temeritatis januā errori præcludant. Non enim mutata natura Deus homo factus est, (absit) sed vnionē miraculosè perficiens; non passibilis factus secundum naturam, sed patiens ob arctam cum passibili communionem: nam si nuda Dei natura passionē sustinuisset, revera Deum passibilem argueremus: At si credamus, Deum pro hominibus pati quidem voluisse, natura autem passionē non recipiente, propterea passibili vnitū esse, & hac vnione passionem suscepisse: non passibilē Deum sed misericordem dicimus; non infirmum, & impotentem propter passionem, sed potentem supra natu- C ram. Propterea Sācti Patres cum incarnatum dixissent, subjunxerunt, hominem factum: præsupponentes, vt dixi, hisce verbis deitatis, & humanitatis summā vnionem: quam ob causam secure subjungebant, de Deo, dicentes, eum passum esse: non vt naturam Dei passibilem intelligeremus; sed Deum patientē, eò quod quàm arctissimè cum passibili vnitus esset. Nec mireris, quod verba audias, quæ rationem superant: ipse natura superior erat: hominum enim natura ex semine oritur: sed Servator ea quæ supra nostram naturam sunt miraculosè effecit, non enim indigebat semine, & factus est homo: miraris hoc fide credens, & non scrutaris rationibus? ergo & illud crede, quod de Virgine credēdum accepisti. Si enim Virgo mutata non fuerit, & mater facta est; etiam Deus non mutatus factus est homo: Sicuti ista recipis, admirans, & nequaquam curiosè pervestigans, ita etiam hæc admitte, Dei condescensionē prædicans, & naturæ rationes nequaquam movens. Et hæc, & illa Dei miracula fuēre: vna fide vtrū- D que disce, nec teipsum in infinitas quæstiones conjice: ne hujusmodi quærendis, fundum quidem rationis subeas, enatare autem non valens, in ipso quæstionis fondo fidei simplicitati immeritos naufragio perdas. Nam dum nos calumniatur, simpliciores decipit: quasi nos Deum passibilem esse affirmemus, quoniam propter ineffabilem, atque inconfusam vnionem cum passibili, passiones Dei proprias factas fuisse dicimus, quas per operationem miraculosam Deo tribuimus, non secundum mutationem substantiæ. Si enim passibilem passum esse diceremus, id quod factum est, miraculum non esset, nam passibilem pati secundum naturæ rationem accidit. Ego verò miraculum tibi dico, vt fide tantum, quemadmodum alia miraculosè à Deo perpetrata, credas, nec amplius ad naturæ rationes recidas. Hoc enim passibile dicitur, & ab omnibus agnoscitur, quod naturam obtinet, quæ pati potest, etiamsi passionem non sustineat: nam lignum combustibile est, etiamsi nunquam igni tradatur. Corpus autem sectile dicitur, etiamsi nunquam acumini ferri exponatur:

E quippe ex natura, non ex actione rebus hujusmodi appellationes obtigere. Quomodo ergò Deum passibilem dicis, qui eam naturam, quæ pati possit, habere non dicis? miraculoso enim modo passionem sibi ipsi adoptavit, passibili mirabiliter vnitus: non autem secundùm naturam eam sustinuit. Quocirca etiam Sanctissimi Nicæni Patres à Spiritu Sancto ad fidei consensum, concentúmque reducti, ipsum Deum Verbum, Patri consubstantialem, natura sua, sicut omnes scimus, impassibilem, propter nos hominem, & propter nostram salutem descendisse aiunt, hoc est, incarnatum esse: vt Verbum carnem factum esse scias. Si verò incarnationis vocem necdum intelligas, hominem factum esse dicunt: deinde eundem passibilem pronunciant, vtpotè hominem factum. Hoc enim erat hominem esse, humana pati: quod cum errabundus in fide animo capere non posset, sed miraculum ad rationum disquisitionē produxisset, existimavit passibi- F lem esse Deum, qui in natura impassibili humanas passiones sibi proprias fecit. Neque verò passibile alia aliqua ratione est passibile, quàm quod naturam habeat, quæ pati possit: quandoquidem nec Beata Virgo hominis genitrix est, neque enim capax est partus permanens virginitas: at Maria permanens virgo Deum Verbum hominem factum peperit. Numquid ergo omnis virgo hominem parit, quia vna virgo peperit? nequaquam: quare nec Deus passibilis, quia semel per dispensationem propria sua carne passionem sustinuit. Idcirco Sancti Patres Nicææ congregati fidenter & Deum passum asseruerunt, & passibilem non docuerunt: quidquid enim per dispensationem, & sapientiam miraculoso modo factum fuit, id nemo sapiens naturæ rationi tribuit. Postquam ergò Sancti Patres de Vnigenito ex Patre nato dixerunt, incarnatum, hominem factum, passúmque esse, subjungunt deinde, illum resurrexisse tertia die: hoc G enim passionis Dei emolumentum erat: hic fructus mortis, quam Deus pro hominibus subiit: nam vt secum resuscitaret naturam mortalem, immortalis humana nobiscum participat Quod & magnus ille Apostolus Paulus perspicuè indicare volens, dicebat: *Conresuscitavit, & consedere fecit in cœlestibus in Christo*, non dicit *resuscitavit*, sed *conresuscitavit*: vt non solius hominis mortem, & resurrectionem, sed & resuscitantis ipsum intelligas: qui sapientia sua, non autem naturæ mutatione hæc sustinuit: vnde etiam non mortalem, sed misericordem, hominúmque amantem vocamus. Nam morte mortem abolevit, & passionibus passibile persanavit. Dicant enim, *Quis exinanivit semetipsum vsque ad mortem, mortem autem Crucis*, nisi Deus cum hominibus spontè, non autem naturæ necessitate eam participans? *Hoc enim sentiatur in vobis*, inquit, *quod & in* CHRISTO IESV, *qui in forma Dei existens, non rapinam existimavit esse æqualem Deo: sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus vt homo: humilia-* H *vit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis.* O Paule admirande quid ais? *qui in forma Dei existens*, ideóque *æqualis Deo* cognitus, *semetipsum exinanivit*: & quænam exinanitionis forma? dic quæso: *formam*, inquit, *servi accipiens*: & siquidem solummodo servi formam assumpsisset, exinanivit semetipsum? Sed modum, inquit, considera, quo servi formam assumpsit, & cognosces quod priùs semetipsum exinanivit. Si enim non condescendens Homini Deus hominem assumpsisset, formam servi tantum accepisset, neque exinanivisset semetipsum: quoniam verò ipse, inquit, homo factus est, *inventus enim est, vt homo*, ait Paulus, *humiliavit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis*; meritò dicebat, quod *semetipsum exinanivit, formam servi accipiens*. Quomodo enim in forma Dei existens, nec rapinam existimans esse æqualem Deo, semetipsum exinanivit, dicant nobis qui gratiam

dispensatio

A dispensationis in Christo negant. Sed dicere non possunt quomodo Deus semetipsum exinaniverit, qui Christum quidem eximiæ dignitatis hominem esse aiunt: Verbum autem carnem factum esse non volunt: nam qui errorem istum publicè prædicare ausus est, suffuratur hoc loco ex apostolica doctrina illud *exinanivit semetipsum*, metuens hunc sermonem, vtpote qui Dei cum rebus humanis communionem ostẽdere possit; quam ipse omninò negavit; non Deum hominem factum, sed hominem gratia deificatum Christum appellans: nam vbi Magni Cyrilli admonitioni contrario scripto respondet, injecta in literis ad magnum illum virum dicti hujus apostolici mentione, tanta cum arte illud explicat, vt orationis perversionem ignorantes in errorem abducere possit. Sed vt clarè constet, quod dico, ipsa Decepti verba ex epistola illa apponã, vbi sic ad verbum loquitur: volens Apostolus, inquit, ea quæ passionis sunt inferre, ponens priùs Christi nomen, commune naturæ vtrique, vt paulò antè dixi, orationem vtrique naturæ convenientem adducit, quid enim ait?
B *hoc sentiatur in vobis, quod & in Christo Iesu, qui in forma Dei existens non rapinam existimavit esse æqualem Deo*; & sequentia tanquam sibi contraria reticens, subjungit: *sed ne singula replicem, obediens factus vsque ad mortẽ, mortem autẽ crucis*, atqui haud multa sunt interjecta Apostoli verba: hoc enim dũtaxat in medio habetur, *exinanivit semetipsum formam servi accipiens*. Sed illud quasi prolixum transcurrit: egregiè enim hic homo furtiva verborum subtractione veritatem obumbrare novit: Sicuti enim superiùs ex SS. Patrum professione subtrahens illud, *& in vnum Dominum*, licentiam sibi ipsi permisit, Christi nomen pluribus naturis commune esse dicendi: ita hoc illud, *exinanivit semetipsum*, orationi subtrahit, tanquam sufficiens ad docendum, quod Deus ad rerum humanarum communionem descenderit. Sed nequaquam latuit impostor
C ille, quin argueretur, licet potiora ac præcipua orationis subtraxerit. Cum enim multa furtim ex contextu subtrahens pudore suffunderetur, metuens ne in furto deprehenderetur, quamvis nolens, sequentia tamen Apostoli de Vnigenito verba apponens, arguitur manifestè, quod præcipuam incarnationis partem improbet, communionem scilicet & commercium Dei verbi cum humana natura: dum enim de illo dicit, *obediens factus vsque ad mortem, mortem autem Crucis*, falsatæ fidei manifestè arguitur, quodque malè soli homini passiones tribuat. Si enim in forma Dei existens & æqualis existens Deo obediens factus est vsque ad mortem, mortem autem Crucis: perspicuum est, quod idem erat patians, non deitatis naturâ, sed propriâ carne, quam arctissimè sibi ipsi vniverat: sed Deceptus ille, dum omnes naturæ limites convellere aggreditur, alia quidem furtim subtrahens, alia falsis rationibus sophisticè pervertens, januam defensionis Iudæis aperit, levem illorum culpam circa Crucem ostendere volens, quippe qui hominem solummodo Cruci affixerint, neque quidquam attentaverint adversus Deum. At SS.
D Patres in Nicæâ congregati ipsum Vnigenitum Filium Dei, ex Patre genitum non factum, hoc est ex substantia Patris consubstantialem Patri, & incarnatum, & hominem factum, & passum esse dicunt; reticentes hactenus brevitatis causa modum, quo impassibilis passus est, non enim deitatis naturam passibilem introducunt, sed arctissimam Dei verbi cum passibili natura conjunctionem docent: quam & causam esse dicunt passionis Dei: & vt mortis fructum doceant, IESVM CHRISTVM, Patri consubstantialem, propter nostram salutem incarnatum, passúmq; ostendunt, & resurrexisse tertia die, ascendisse in Cœlos, & venturum judicare vivos, & mortuos: nam vt cognatum haberemus Iudicẽ, Deus immutabilis fit homo, vt Iudicis consanguinitate confideremus, qui nullam ex propriis meritis habemus fiduciam: etenim, quia terribilis est, vt Deus, etiam desiderabilis nobis fit vt homo, vt eundem simul & metueremus, & desideraremus;

E potentia quidem incutiente metum, cognatione autem excitante desiderium: venit ergo judicare vivos & mortuos, qui humana mecum communia habet, vt justus sit Iudex, judicans ex iis affectionibus, quas ipse prius nobiscum habuit communes, & vt misericors sit Iudex, juxta magnum Apostolum, quippe qui *ex iis, quæ passus est, obedientiam didicit*. Nam licet omnia cognosceat Vnigenitus, eò quòd sit Deus: attamen experientiam cœpit eorum, quorum natura Deitatis, neque erat, neque facta fuit capax: nam assumptam ex Maria Virgine naturã sibimetipsi vniens illa experimentum cœpit eorum, quorum expers erat natura Deitatis. Sed qui Dei ex Virgine nativitatem accusat mysterium sapientiæ Dei ignorare videtur: neque enim hæc nativitas Deitati principium dedit, sed exordiũ fuit incarnationis Verbi, quia enim homo fieri dignatus est. Deus ante sæcula existens; principium verò humanæ existẽtiæ est nativitas, cæpit principium dispensationis, hoc fundamentum rebus supponens, & semper existens, homo esse incipit: illud quidem, vtpotè Deus, hoc autem,
F vtpotè & homo fieri dignatus: quod & Nicæni Patres significatati manifestè scripserunt de Vnigenito his verbis: *qui verò dicũt, erat aliquando cũ non esset, itẽ, antequam nasceretur, non erat, & quod ex non existentibus extiterit, vel ex aliena subsistentia sive substantia, vel mutabilem, & variabilem Filium Dei esse dicunt, illos anathematizat Catholica, & Apostolica Ecclesia.* Etenim ne Deitatis Vnigeniti principium nativitatem intelligas, anathematizant eos, qui dicunt: *erat aliquando quando non erat*; exterminãt quoq; à spe Christianorum eos qui dicũt, *quod antequã nasceretur non fuerit*: alienos quoque à salute nostra constituunt, qui Christum ex nõ existentibus extitisse asserunt; atqui si tantum homo fuerit, juxta errores illos, divina dignitate honoratus, ex non existentibus secundum impiam illam linguam extitit. Sed quia ille, qui est ante sæcula, factus est homo, eos qui ex non existentibus Christum extitisse dicunt, à salute, & spe Christianorum rejiciunt, atque
G hæc quidem hoc modo. Verùm ne secundùm mutationem Deitatis Vnigenitum hominem factum intelligeremus, anathematizant quoque qui mutabilem, vel variabilem filium Dei esse dicunt: neque enim transmutatio divinæ naturæ vnigenitum hominem exhibuit: sed dispensatio quædam, & ineffabile divinæ Sapientiæ miraculum: hoc enim admirandum esse dicimus, quod Deus factus sit homo, permanens Deus: quod miraculum dum errantes illi rem communem ostendere volunt, rationibus scrutantur, quod rationis captum superat: & verbis miraculum enervatu contendentes ad inutilium rationum disquisitionem conversi sunt: nam vanum reverà, & temerarium est, rationibus perscrutari, quæ miraculosè suprà rationem contigêre. Si enim omnia Dei miracula rationibus rimari, ac palpare velint, nullum sanè relinquent miraculum, neque vllum à Deo signum & prodigium perpetrari concedent isti naturæ observatores omnia miracula vi detorquentes: nam rationes omnium pervestigare, est miracula dissolvere, & Deum in suis erga nos miracu-
H lis sese oblectantem ad iram provocare. Quocirca & Zachariam patrem Ioannis Baptistæ silentio Deus condemnabat, quod gratiæ miraculosè perpetratæ modum curiosiùs inquireret: non fidem adhibens tanquã miraculo, sed rationes miraculosæ operationis Dei exquirens, & dicente Gabriele: *Elisabeth vxor tua* (ea autem sterilis erat) *pariet tibi filium*: ipse eorum quæ dixerat rationem petit, dicens: *& vnde hoc mihi futurum sciam?* sed quia demonstrationem miraculi quærebat, silentio condemnatur: demonstrationem eorum, quæ quæsiverat, silentium accipiens, & lingua Sacerdotis punitur, quæ subservierat ad incredulitatem; vt Zachariæ silentium nos omnes doceret, Dei miracula cum silentio suscipere; omnibúsque persuaderet, Deo miracula perpetranti credere, neque eorum, quæ novo modo supra rationem fiunt, rationes exquirere. Atque hæc quidem SS. Patres Nicææ con-

gregati

A gregati de Vnigenito cognita habuerunt, & Ecclesias credere docuerunt: Cæterum de Spiritu sancto, quia nulla tunc quæstio erat, satis habuerunt majestatem Divinam indicare, dicentes paucis verbis; in juxta Patrem, & Filium etiam in Spiritum S. credere: nam qui dicunt, nos etiam in Spiritum S. credere, quemadmodū credimus in Patrē, & Filiū, æqualem dignitatem eorū, in quos creditur, significāt: nam fides honore, & dignitate æqualis, illorum in quos creditur Deitatem honore æqualem ostendit: nec enim quisquā eos docere existimet, nos in servū simul & dominū, vel in creatorem simul, & creaturā: vel in majorem, ac minorē Deum credere: nam quibus non intercedit ejusdem naturæ communio, iis sanè neque vna eadémque fides ab hominibus competit. Verùm illud obiter nunc dictum sit de Spiritu S. de cujus divina majestate plenius in aliis tribus libris disputavimus: quos si legeris, Spiritum S. B pari honore cum Patre, & Filio conglorificatum ex sacris literis disces. Nos verò hoc tempore tibi, amicorū dilectissime, hæc orationis nostræ dona offerimus, qui quidem ex rei propositæ dignitate verba facere non possumus, attamen sufficienter eos, qui nunc circa fidem errant, non quidem ex nostro fundo, atque ex nobismetipsis, sed partim ex Sacra Scriptura, partim ex fide à SS. Patribus Nicææ congregatis exposita refutavimus.

FINIS.

MAGNI SANCTIQVE

ARSENII DOCTRINA

ET EXHORTATIO.

NOTA.

C DE S. Arsenio vide Martyrologium Romanum & notas Baron. ad diem 19. Iulij: Ejusdem vitā habes apud Surium eadem die. Piosca ejus sententiæ passim repertuntur in viris Patrum Orientis P. Rosueidi, hanc autem doctrinam & exhortationem eruit ex M.Ss. Codicibus P. Combefis O.P. & Latinè reddidit.

FRATRES ac Patres, quicquid tandem aliquis negotij aggrediatur, ratio aliqua finisq; proprius præeat necesse est, quo se operi accingat. Rationem verò ac causam, cur à sæculo fugam nobis ineundam duximus, nullam aliam dicerimus, quàm vt animum emundantes, quæ huic comes est emundationi, salutem consequamur. Adhibenda igitur nobis pro virili diligentia, vt nosipsos emundemus; præsertim verò interiorem hominem, penes quem & gravior incumbit belli moles, & victoria difficilior est. Sunt enim multi, qui emundandis carnalibus sordibus, ac peccato quod ope- D re præstatur, eliminando, continentiæ plurimum exhibuerunt, jejuniáq; & vigilias adhibuerunt, ac reliquis strenuè corporis afflictationibus functi sunt; ad animi autem sordes quod attinet, perfectámque emmundationem, nihil, aut parum quid admodum curaverunt; quanquam non in eo nobis sita professio est, vt carnis duntaxat, sed vt etiam spiritus emundationi studeamus. Atqui multis sanè ea incessit cura, vt scortationem ac carnales reliquas libidines affectúsque diligenter caverent: vt autem occultiora vitia eluerent, putà invidiæ, inania gloriæ, vanæ suæ opinionis & jactantiæ, amoris pecuniarum (omniúmque vitiorum deterrimi, superbiæ) séque horum molestiâ liberarent, pauci admodum curavere: Hinc fit, vt dimidio mutilam hi emundationem obtineant; quinimo majori potiorique parte immundi perseverant; suntque statuis similes, foris quidem sæpius auro, aut etiam ære fulgentibus, cùm intus immunditia omnique alia vilissima materia infercitæ sint. His nos itaque etiam obscuris vitiis ac affectibus majorem in modum, emundari studeamus. Quin ne hoc

E quoque nos lateat, Fratres, hostem nostrum diabolum, multis variisque machinis hoc moliri vt seducat; bonique ac honesti specie, in foveam malorum ac exitium trahat. Putà, hospitalitatem colere admonet, & vt adventantes fratres læti suscipiamus, quibuscum pari mensa cibum potúmque sumamus. Hujus ratio, charitatis bonum, túmque adeò sensim obrepens ac illiciens, eò occultè trahit vt ventri serviamus; indéque libidinibus ac voluptatibus impudicitiisque ad nauseam vsque inquinemur. Aliis rursus eleemosynam suadens ac benignitatem, inque egenos beneficentiam, per eam occasionem pecuniarū amorem accendit, & vt avaritiæ œstro insaniant. Aliis aliorum vtilitatem, ita capiendis escam subseminans, auctor fuit vt solitudinem quasi inutilem cjúsq; otia desererent, & vt sæcularium vulgo colloquia miscerent; quandoque etiam suasit, vt & cum fœminis, velut jam arrepta imperturbationis arce, F idipsum incautius præstarent: inque eum modum libidinosos ac voluptatibus deditos miseros effecit. Alios omni cogitationum æstu liberos sinens, eáque ratione elidens, quod cunctis vitiis superiores viderentur, in superbiam extulit, sicque facilè prostravit. Quandoque verò etiam, dando belli inducias pugnáque abstinens, erga eos maximè, qui ad vitæ religiosæ agones se nuper contulissent, sui securos esse, nec cura sollicitos seductor induxit, hincq; adeò in segnitiem impellens, atq; labores neglectim habere faciens, repente adortus vti debiles atque inermes, innumerabilium cogitationum æstum illis commovit atque miscuit conturbavitque, quo & sæpius profundo vitiorum mersit. Aliis rursus suasit vt sibi ipsi, tanquam jam majorem modum consecuti, confiderent, & vt aliorum creditas cogitationes acciperent, affectúsque & libidines atque prælia detegentes audirent: quodque necdum suos ipsi affectus atque vitia probè eluissent, cùm auditorum memoriam formásque libidinosè animo primùm immisit, túmque etiam ad carnem polluendā miserabili eos casu præcipitavit. Cùm igitur sic varij ac multiplices, G quosq; ægrè deprehēdas, sint tentatoris assultus, magna quoq; nobis opus erit cautione ac vigilantia, animóq; bono curâ intento: vt eo illustrante, his quæ sunt mala, vt bonis, imprudentes non vtamur, nec in noxia, cœcis animi sensibus, incidamus: sed vigilemus ac sobrij simus, sedulò considerantes vnde, quando & quomodo ille adoriatur: inque nullo prorsus per præsentiæ animi absentiam ac socordiam, offendamus.

SANCTI EVCHERII

EXHORTATIO AD MONACHOS.

(Alia ejus opera habes Sæculo 5 hujus Biblioth. part. 5. pag. 812 hæc exhortatio H supra est ex codice regularū edito per Lucam Holstenium.)

QVID vobis exhibeamus, fratres charissimi, quod & nobis dicere, & vobis audire dignum sit? Quid vobis loqui audemus, quos etiam tacita admiratione suspicimus? quid nos ædificabimus vos verbo, cum vos nos ædificetis exemplo? Docebimus vos quid agatis, qui jam miramur quod agitis? Quid ergo dicturi sumus? Vt deseratis mundum, quem jam deseruistis? Vt contemnatis divitias, quas jam multi contempsistis? Vt fugiatis cupiditates, quas jam fugistis? Vt eligatis salubriora, quæ jam elegistis? Aperiam igitur in exultatione communi os meum, adimplens illo qui dixit: *Aperi os tuum, & adimplebo illud.* (Ps. 80. 52) Loquar ergo apud vos dilectissimi, non expavescens; ne sit vnius verecundia, vbi lætitia multorum est. Divinum opus est vnde gaudemus. Diu discas quòd benè doceas. Vtinam secūdum meritum vestrum dignè vobis prædicare os nostrū possit. Quod rectè alij prædicant, vos impletis: quod alij loquuntur, vos facitis: quia Angelorum vitā homines adhuc in terra positi exhibetis. Nam illam conversationem cœlestem, quamvis pauci illic videbunt, vos facitis jam hic videre. *Vos estis*, sicut Salvator ait, *lux mundi*: (Mat. 5.) Vos lucerna illa super candelabrum

posita,

A posita. Si quis ab hac lucerna remotus est, inuolvatur necesse est mundi tenebris. Quisquis autem se huic lumini appropinquauerit, ille vtique habebit oculos videndi, qui & habuit aures audiendi. Hæc ergo lucerna vt clarissimum lumen habeat, implenda est semper oleo misericordiæ, pietatis, mansuetudinis, humilitatis, obedientiæ, charitatis.

Humilitas verò maximè excolenda est, quæ nos iustis æquat, Angelis iungit, Deo appropinquare facit. Hæc est, quæ non ruinam, non præcipitium, non lapsum timet, quia humilitas vnde cadat non habet. Vis ergo non cadere? non extollaris. Vis non resiare? non inflaris. Nam & ex hoc bene quidam ait: Quicquid tumet, sanum non est. Superbia enim, quæ est humilitati contraria, quid aliud quam tumor est? Sed sicut corpus cum tumore, ita anima cum superbia sanitatem non habet. Eccl. 3. 22. *Humilia ergo temetipsum, & altiora te ne quæsieris*. Attamen si quis vult superbus esse, habet in se vbi exerceat superbiam suam. B Superbiat mundo, despiciat conuersationem sæculi, pro nihilo habeat concupiscentias eius, aduersum vitia insurgat, aduersum ipsam superbiam sit superbus, & sub pedibus suis habeat potentiam, diuitias, cupiditates, & cætera quæ mundo dominantur. Quæcunque hic putantur magna atque magnifica, tanquam purgamenta & stercora superbiæ laudabili rigore contemnat: satisfaciet superbiæ suæ, cum se animo & supra ipsos etiam Reges viderit. Hic tamen si tam sanctè superbus esse voluerit, contemptor quidem erit mundo; sed humilis erit Christo. Erit quidem ibi elatus, sed hic subditus: propterea enim se in illis erigit vt se facilius ad hæc deponat.

Hanc ergo humilitatem si intente custodierimus, etiam vera illa obedientia sine labore seruabitur. In qua obedientia, dilectissimi, vtique compunctio manifestatur. Compunctus enim corde est, qui se minimum iudicat. Quando audeat voluntates suas exequi? Quando audeat resistere auctori eius qui præceperit? Vnde & G Hebr. 13. 17. Apostolus, *Obedite*, inquit, *Præpositis vestris*, & reliqua. Sed nunquid is qui præcipit solus in laude est? Nec ille qui obtemperat, dilectissimi, sine laude erit. Ille meretur regendo gloriam, hic obsequendo. Ad magnum ergo decus & mercedem ab vtroque tenditur, dum alius bene consulit, & alius bene consultis obtemperat. Hanc obedientiam maximè Salvator noster inculcauit nobis, qui non solum dum nos redemit, sed etiam dum obedientiam docet, saluare nos voluit: æqualis enim Patri obediuit Patri. Et quomodo obediuit? Philip. 2. 8. Numquid in re facili obediuit? *Vsque ad mortem*. Et qualem mortem? *mortem autem crucis*. Nec solùm obtemperauit, sed etiam voluntatem Patris voluntatem suam fecit. Facere enim quæ iubemur etiam inuiti possumus: illa vera obedientia est, cum ea quæ vult ille qui præcipit, ea incipit velle qui paret. Scriptura sacra ait: Thr. 3. 27. *Bonum est homini cum portauerit iugum à iuuentute sua; sedebit singulariter & tacebit.* Ponamus ergo adiuuante nos Christo ori nostro ostium & seras, & verbis nostris stateram. D 1. Tim. 3. 13. Apostolus namque ait: *Qui bene ministrauerit, gradum bonum sibi acquirit*.

Et hæc quidem, dilectissimi, non ad instruendos vos loquor; sed vt humilitatis & obedientiæ bona quæ exercetis, in verbis meis recognoscatis: quæ bona quæ ad æternum Dei regnum vos trahunt, optimus vt indesinenter possideatis. Mat. 10. 22. Neque enim qui cœperit, sed *qui perseuerauerit, hic saluus erit*. Ei autem qui vult saluus esse, hic certandum est. Si quis in pugna, quando acies ordinatur, & contra aduersarios statur, loco suo recesserit, deinceps ignauus ac refuga habetur. In hoc quoque loco milites Christi aduersus diabolum videntur quasi in acie ordinati stare: deserere certamen & discedere hinc, non solum ingloriosum, verum etiam periculosum est. Manendum est in hoc eodem loco; vt tenentibus nobis quod tenemus, non alij coronas nostras accipiant. Manendum & permanendum est; vt hic gloriosissimè pugnantes, quietissimè nauigantes tutissimam vitam in studiis spiritalibus transigamus, & apprehendamus vitam æternam, in qua vocati sumus. E

Salvator noster loquitur: Matth. 5. 14. *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita: neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt.* Rectè ergo tam illustris lucerna sub Monasterij modio constituta ad Ecclesiæ translata est candelabrum. Et sanè modius iste Euangelicus bene Monasterio comparatur vbi nihil agitur absque mensura. Habent enim illic vniuersa dimensa, omnia facta aut dicta æquissimâ ratione prolata tenent ad vicem modij modũ. Bene ergo spiritali intellectu per hanc figuram Monasterij interpretamur, quæ ad similitudinem modij nihil soleat in se habere permixtum. Nam sicut triticum à paleis segregatum, ita de sæculo separatos recipere consueuit; & post Domini ventilabrum, qui mundat aream suam, eiectis foras excrementis tanquam puriora iam grana intra se electos suos continent. Proinde sicut modius Monasterio, ita candelabrum Ecclesiæ comparatur; quia cum sit in edito vel in conspicuo constituta, splendorem ad se trãslatum oculis efferens, lumen sibi impositum cunctis ostendit. F Accensus ignis rationabiliter profertur vt luceat: parum enim prodest latens bonum, parum lucet lumen absconditum. Exalta, beatissime Pontifex, sicut tuba vocem tuam: celitus edissere; reuela quem in secretis effodisti thesaurum tuum; sparge opes quas conquisisti: diuitias quas in eremo parasti palam esurientibus effunde, adiuuante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Deo Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

SENTENTIA SANCTI EVCHERII *ad Monachos.*

IN hunc ferè modum artifex mundi Deus cum cætera animalia prona in humum fingi iusserit, solum hominem rectum sublimemque factum habitudine ipsa corporis ad contemplationem sui prouocauit. Hunc non intellexisse, læsisse est. G Intelligimus autem, si obseruantiam mandatis eius afferamus. Maxima vero mandata hæc sunt; Deut. 6. 5. Matth. 22. 37. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota anima tua.* Intolerandum quæso aliquid aut ingratum præcipitur? Diligi se à nobis iubet, cuius donum est, quæ in nobis, quæque intra nos nostra sunt. Hic immortalitatem tribuit; hic eandem decepto reparauit; hic nobis constituens legem; hic Prophetas emisit; hic postremo propter nos vnicum filium suum à cœlo descendere, nasci, attrectari, mori passus est. Nonne hic diligi se, si non admoneat præceptis, cogit beneficiis: Ps. 115. 12. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Vt diligam eum ex toto corde meo, & ex tota mente mea, & ex tota anima mea. Sequens mandatum est: Leuit. 19. 18. Matth. 22. 39. *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Ad huius vero mandati obedientiam non tam præcepto, sed natura ducimur. Quid enim tam commune cunctis, quàm diligere proximum? aut quid tam proprium humano generi, quam hæc quæ etiam ex nomine ipso tracta est humanitas? H Nam quid aliud magis quàm hic affectus nos à belluis discernit? ita non reseruatâ charitate, feritas est. Et tamen non in hac, vt in plerisque rebus, beneficium tantum damus, sed mutuas connexæ charitatis vices, fructum eius non magis præstamus quàm capimus. Namque dũ proximum amamus, vt à proximo amemur necesse est. Diligamus ergo omnes cum ex toto corde nostro, qui legem sancit, vt mutuo nosmetipsos diligamus. Reliqua mandatorum Domini his præceptis continentur. Namque ista huiusmodi sunt, vt si quis ea tantum custodiat, omnia implet. Atque hæc etiam ante aduentum Dei Salvatorisque nostri seruata sunt. Nobis vero recentioribus insuper præceptis, & Christo, cuius sumus, inhærendum est, dicente Apostolo: 1. Cor. 6. 20. *Nostri enim non sumus, & non estis vestri: empti enim estis pretio magno: glorificate & portate Deum in corpore vestro.* Dedit nobis pretium, id est, qui & pretium est; vt iam non nostræ, sed voluntati pareamus suæ. Hinc itaque Redemptor noster ad electos

A suos loquitur; *Vos de hoc mundo non estis.* Hinc & ille:
Ioan. 15. 19. *Exite de medio eorum & separamini.* Cuius voces ausa-
2. Cor. 6. 17. cuti, secedentesque, velut post tergum cum vitijs suis mun-
dum reliquimus. Quod ergo secessionis huius erit pre-
tium, ipse Dominus noster Iesus Christus indicat di-
Math. 16. 24. cens: *Si quis venit ad me, abneget semetipsum, & tollat
crucem suam, & sequatur me.* Portemus ergo crucem
nostram, carnis desiderijs, id est, vitijs repugnantes vo-
luptatibusque eius prauis nihil indulgendo. Crucifixit
Rom. 13. 14. corpus qui non viuit corpori. Huius igitur *curam ne
feceritis in desiderijs:* quia non minus per illecebras
suas infestum est nobis & aduersum, quam ille Princeps
aëris huius indefessus hostis noster, qui retrahere nos
à cælorum mittere regno contendit. Denique hæc ipsa
illi ad decipiendum sæpè machina est. Et reuera cum ipsi
nos in anima simus constituti, extrinsecus sit corpus;
ideo à Deo vt hic ibi datum est, hic interim dum ille re-
surrectionis dies venerit, relinquendum est. Dubiumne
B est magis nos custodire debere quod est proprium, quam
quod externum nobis est? Nobis potiùs consulamus
quàm corpori, quod planè non minus quàm diuitiæ ac
reliqua, quæ quodam nostra diximus, deserendum?
Mortificemus enim membra nostra, vt viuamus vita,
quæ hanc non tam vitam quam pretium vitæ esse pro-
bat. Non nunc quidem primò de turbidi sæculi cœno
emergimus. Cui tempori quippe apud hæc præcepto-
rum ars videri potest. Inculcandum tamen nobis est,
vana huius mundi gaudia, vana illa omnia, quæ semper
volentes inuitique amisit, piè nos quod mortalitati
debent Deo reddere. Angusti abiectique est animi, qui
non spes suas vltra hoc sæculum porrigit. Quapropter
in futura nos extendentes facultatum & voluptatum
Gen. 19. præteritarum obliuiscamur. Lot beati coniux testis in
æternum manet, respicientem retrorsum euadere ad
superiora non posse. Quid negotij est conuerti ad ea
quæ semel spreueris? quanquam si consideremus, & ne
vel hinc vanæ sit locus gloriæ, non spreuimus ea ne-
C que abiecimus; sed fœnore maiore commutauimus.
Contempseramus sanè quæ reliquimus, si ob hoc cæ-
lum cœli non speraremus. Nec tamen ea ipsa, quæ
reliquimus nostra sunt: nam cum ipsi nos simus eius à
quo instituti videmur; agnoscendum est eius esse quæ
reliquimus, & quæ desideramus. His igitur apud ani-
mum obliteratis quæ iam repudiata sunt, sectemur iusti-
tiam, beneuolentiã, pietatem, mansuetudinem, fidem, cha-
ritatem. Custodiamus thesaurum, quem Christi pauperes
gerunt & in vasis fictilibus depositum tueamur. Firmis
est insistendum vestigijs: quia quod scandimus iter lu-
bricum est: & quò difficilius carere delicto potest, in
hoc esse debet maior custodia. Sed ne dubietas in labo-
ris fideique huius spe sit, audiamus quæ iustis iniu-
stisque merces maneat. *Qui credit in me habet vitam
Ioan. 5. 24. æternam*, ait Dominus. Quis ergo credentibus vel ti-
mentibus Deum finis est, quibus æterna vita erit finis?
At è contrario præceptis Domini non obtemperantibus
Math. 25. 41. quis denunciatur exitus? *Discedite à me maledicti*, ait
D Dominus, *in ignem æternum, qui preparatus est diabolo
& Angelis suis.* Videtis qui vtrumque meritum termi-
nus consequatur. Si ex hac, quæ promittitur, vel pœ-
na vel gloria, vna tantum res nobis remota, alia de-
nunciaretur infinita; sic quoque incitamenta ad bene
viuendum proponi putarem. Nunc verò an illud ma-
gis refugiendum sit, an istud magis ambiendum: cum
hinc magna sint supplicia, hinc magna sint præmia?
Et tamen etiamsi merita nostra, retributio digna non
sequeretur, quid fieri rectius ab homine posset, quàm
indultam vitam castè ac piè viuere; sanctitatemque
eius, cuius imaginem gestaret, æmulari? Adde quod
per ineffabilem Domini nostri misericordiam ad bea-
tam vitam minis præmijsque etiam sollicitamur. O
quam pulchra illa, spretis fideliter sæculi huius rebus,
aduenies post, Domini in vos fidelis remuneratio,
cum illa coruscanti sede gloriæ, sanctorum choris
mixti verum Dei Filium agnum sequemur: pariterque
in hac vita Christo consepulti, in illa pariter exul-
tantes regnabimus? *Indigna sunt passiones huius tempo-* E
ris ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Atque Rom. 8. 18.
idcirco vt huius gloriæ non expertes simus, vitæ huius
voluptate non capiamur. Vita enim nostra abscondita
est in cælo. Nihil in hoc mundo speremus. *Spes enim
quæ videtur non est spes.* Nec multitudinis refugiamus Math. 22. 14.
exemplo: *multi enim sunt vocati; pauci vero electi.*
Nec inchoato studio lassemur: non enim qui cœpit, sed
qui perseuerauerit saluus erit. Gulæ, libidinis, auaritiæ, Marc. 13. 13.
iræ, vanitatis, superbiæ, vna est debellatrix tot criminum
continentia: cuius optimus erit custos timor, si
meminerimus in conspectu Domini nos semper sitos.
Gaudium ac tristitiam tunc magis nostram ducamus,
cum proximorum sunt. In oblectationibus æquè de-
testanda nobis sit linguæ & aurium prurigo. Hæc filij
mei memoriæ, hæc obseruationi mandate; nec longus
in his custodiæ labor erit. Quantuli enim vt su-
mus vitæ huius sunt dies in nobis? Propterea quia si-
cut scriptum est *sæculorum fines decurrerunt*, non esse F
diuturnum potest, quin nos si non communis, pro- 1. Cor. 10. 11.
pria saltem absolutio, ad iudicem nostrum sponso-
remque meritorum Dominum transferat. Hæc au-
dientes tacitis ora lachrymis rigant: tantus eorum erga
beatitudinem futuram in huiusmodi exhortationibus
affectus est. Sic itaque beatissimus Paulus mysticis im-
butus disciplinis, devovens militiam Regi sæculorum
Deo, per stipendia innocentis vitæ præmia consectatur
æterna.

✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠

SANCTI PATRIS NILI
Abbatis, Tractatus seu opuscula ex codicibus manuscriptis vaticanis, Cassinensibus, Barberinis & Altaempsianis recens eruta. G

IOSEPHVS MARIA SVARESIVS Episcopus olim Vasionensis Latinè vertit & notis illustrauit.

Accedunt eiusdem S. Nili Epistolæ 657. ex interpretatione Leonis Allatij ad editas jam sæculo quinto, parte 2. hujus bibliothecæ, 335. à P. Possino S. I.

AD CANDIDVM LECTOREM.

H *PRÆMONENDVM te, Lector, existimaui, ne tibi esse offendiculo ex Euagrij operibus hic legere Nilo adscripta quædam, nempe centum γνώμας plus minus, & παράλληλα γνωμικά, & narrationem de Pachom. ac Epistolam dogmaticam. Quamuis enim Euagrij fuerint illa pura puta, nihilominus à Nilo emendata fuerunt, non minus quàm Enchiridion Epicteti: Et licet in sexto Concilio Oecumenico act. 18. referatur, in Synodo quinta sub Iustiniano Imperatore Constantinopoli habita, contra impugnatores Dei Origenem, Dydymum, & Euagrium, sententiam damnationis prolatam, attamen in eorum lectione peruersionis periculum non videtur timendum. Certe & Tertulliani libri de fuga in persequutione, de exhortatione castitatis, de Monogamia, de Pudicitia, deque ieiunio aduersus Psychicos, qui scripti sunt ab ipso iam tum Hæretico, vt sanctus Hieronymus monet Libro de script. Eccles. contra Ecclesiam editi sunt, nec minus propterea leguntur, quemadmodum*

&

A *& Origenis ipsi ἀρχῶν Libri à Sancto etiam Hieronymo in Latinum versi, etsi scateant erroribus ab Ecclesia condemnatis. Quin Dydymi liber de Spiritu sancto, quem ille ipse Hieronymus Latinitate donauit; inter opera sancti Hieronymi, tom. 8. Commentaria In omnes Epistolas à Pelagio concinnata deprehendit sanctus Augustinus, & tomo 9. Epistolam Demetriadis exaratam nomine, & Symbolum ad Damasum & alia plura constat Pelagianismum redolere, imo praferre, & haresiarcha vaferrimi fætum esse, nihilo secius relicta sunt & publicata. Sic sinit excrescere zizania vsque ad messem cum tritico Paterfamilias, ita celsis & altis adiacent abrupta & pracipitia, sub balsametis latitant vipera, argento stibium adnascitur, imo è veneno Mithridaticum, è noxiis feris & serpentibus, Theriacum, & nullum est volumen tam execrandum, è quo non liceat haurire, atque aliquid vtile decerpere. In istis sane opusculis Euagrij à Nilo Interpolatis nihil ab Ecclesia Sacrosancta fide alienum,* B *dissonum nihil. Euagrium autem non adeo pertinaciter opiniones suas prauas defendisse multi asserunt, & si quid non correxisset, à Nilo emendatum fores.*

SANCTI PATRIS NILI AD Agathium Monasticam vitam agentem

PERISTERIA SEV TRACTATVS, de Virtutibus excolendis, & vitiis fugiendis, exemplo Peristeriæ clarissimæ eo sæculo fœminæ.

De Peristeria, vide libellum insertum actioni tertia Concilij Calcedo- C *nensis, vbi & ipsius testamenti mentio habetur.*

SECTIO PRIMA.

PRÆFATIO.

CAP. I.

CVm mihi moris sit intempestiuos declinare sæpè importunorum hominum congressus, vti nosti (Honestissime Agathi) & in locis ab hominum frequentia potius remotis conuersari, quoties necessitas aliqua me coëgisset è domuncula prodire; deambulantem hesterna die ante ciuitatem, & quasi per oscillationem pendulis deliciis gaudentem grato nemoris aspectu, & modulatione auium in eo musicè circumsonantium, aërisque sereni, & auræ puræ spiritu, me adibas gradu quidem lentiori, id enim præferebas poplite vacillante incedens quasi segnius, & persimilis homini emergenti recens è frequentibus lapsibus. Conijciebas enim ex animi fixa intentatione, quod erat res ipsa, haud de nihilo esse solitudinem, sed habera otium omninò arguebas aliquid laudabile, & non inertem esse D quietem, nisi quid contemplationis dignum mentem conuersatione detinebat. Vbi tamen me parum annuentem, tibique attendentem non sine oblectatione vidisti, accedens, & salutans, atque meecum deambulans caussam sciscitabaris istius meæ meditationis, & addiscens, quod esset perscrutatio, & sollicitudo quæstionis scriptitandæ, manum accipiens, orique applicitam deosculatus, & subridens valde hilariter, aiebas, te quoque ipsum aduenisse, afferentem & aliam nobis curam, & argumentum scriptione dignum, quod permultis vtile esse, & ab ea, quæ nunc vsurpatur, luxuriosa viuendi consuetudine, ad temperantiam conuertere posset.

CAP. II.

E IBi ego, quamuis satis superque occupatus essem, pro virium mearum modulo, in psalmorum expositione; auidus tamen, promptusque ad nouas scribendi occasiones, sollicitè à te percunctabar: quænam illa esset? & quam vtilitatem lectoribus, vel qui nunc sunt, vel in posterum futuris posset afferre? Cum vanitas expansa vbique retium suorum omnium indagine, & cunctos comprehendat, & implicitos detineat, quippe quæ tensis circum circà laqueorum instar diuitiis, dignitatibus, potestatibus, deliciis, & inhonestis oblectamentis, in eo quemque capit, in seruitutem redigens, ad quod inuenit magis pronum; neque iam solum ventris, cæterarumque corporis necessitatum mancipia nos facit cogens, sed pecuniarum partarum iniustè thesauros, aliis præ fame tabescentibus, conseruare compel- F lit, & conseruare diligenter, quæ perperam accumulata sunt, aliquibus, qui nec his fortassis vsuri sunt honestè, ita vt duplici pœna damnetur ille, qui collegit opes; hinc quidem, quis cum deberet misereri infirmorum, iniustitiam erga eos patrauit, inde verò quod ea, quæ illis debita abstulit, aliis profligatè viuendi materiam, congessit, qui sæpenumero cum sufficientia vitam sobriam ducere potuissent, quandoquidem opum affluentia doceat ambire illicita, rerum vetitarum lusum in vnoquoque, sumptuum fouens subministratione, & ad vltimum sensim perducens intemperantiæ terminum.

CAP. III.

TV verò PERISTERIAM, vt fama prædicat, claram dignitate, atque, vt ipse affirmas, clariorem animi virtutibus, nobis studiosè admodum proponebas, multas & magnas matronæ res bene gestas enarrans, continentiam, amorem erga pauperes, con- G tinuam diuinorum oraculorum meditationem, ingem orationem intensam cum cordis compunctione, effusam pecuniarum in egenos erogationem, temperantiam oculorum, & ipsius cogitationis, de peregrinis, inopibusque defunctis curam honorabilem, commiserationem erga eos, qui miseri erant quamcunque ob caussam, venerationem erga Dei cultores, & erga Monasticam vitam sectantes curam, ac sollicitudinem, & eorum, quæ necessaria sunt corpori, communicationem, vt quibuscum simul quietem agere, & collaborare propter iugum matrimonij prohiberetur, cum his, subministrando res ad victum conducentes, conuersaretur, præbens ipsis vacuum curis huiusmodi tempus, & in partem illius lucri, quod è Dei famulatu nullis occupationibus distracto prouenit, veniens. Hæc & plura his commemorabas, adiungens insuper assiduas in tentationes, & afflictiones ipsam incidere, idque astu diaboli, non obscurè significans eum certare aduersus illam, vndequaque ipsam oppugnando.

CAP. IV.

H ATqui ego in primis quidem miratus sum, si planta, quam affirmas eiusmodi, reuera germinaret hoc nostro æuo, in quo arbores infructuosæ, & agrestis materiæ plane longè superabundant mansuetis & frugiferis, atque læta surculorum propagine luxuriant, radicibus quidem altissimis adeò fundatæ, vt conuelli non possint, ramis autem in latitudinem immensam protensis diffusæ, foliorum verò comis simul implexæ, & densè adumbratæ, ita vt nullatenus bonæ cogitationis radius fundum cordis imum consuetorum prauitate operum obscuratum calefaciat vnquam. Rursus vero superfluum censens, & vanum, diligenter, atque curiosè perscrutari, num quis sit huiusmodi necne? Prompto animo ad scribendum accessi, quod argumentum magnopere profuturum viderem, etiamsi nemo facta, & opera fidei faciendæ caussa, affe-

A tat. Citò enim persuadet oratio, vbi rerum ipsarum natura testimonium perhibet, & ipsa veritas, atque conuenientia etiam sine vllo exemplo digna videtur auditori, cui fidem habeat, eum adducens ad euidentiam, neque contradicendi tempus valdè contendere assueto præbens.

CAP. V.

NAm quemadmodum cœlo nubilo Solem esse, cursumque suum perficere, atque hyberna tempestate in plantis fructum contineri nemo ambigit, præcedentem experientiam cum habeat magistram inuiolatam: ita bonum omnes confitentur bonum absque vlla contradictione, licèt videatur mala consuetudo detinere mentem ad mala obstrictam, atque præpeditam, conscientiam enim pudet veritati approbatæ perfricta fronte se opponere, & existimat illa turpe, atque in primis reprehendendum, rei manifestæ mera conten-
B dendi libidine resistere. Cogitabam præterea id, quod olim quibusdam factu possibile fuerat, ne nunc quidem volentibus esse impossibile, cum ipsa natura similem in omnibus & tunc, & nunc seruet cursum, nec legitimum præbeat impotentiæ prætextum iis, qui ob consuetam, diuturnamque pigritiem ad ea, quæ vtilia sunt, præclaras istas veterum, quà virorum, quà mulierum actiones fieri nequaquam potuisse statuunt. Adeoque nullatenus existimabam, incredibile fore omninò, esse etiam nunc aliquem, qui animi voluntatem ad beatorum illorum hominum religiosam vitam æmulandam excitet, virtutisque fructus excolat: cum natura iisdem adhuc viribus ad nouos ramos, & læta germina è veteri trunco producenda, polleat.

CAP. VI.

SI enim Noë generatione, quæ tunc erat, condemnata ad excidium per diluuium, totoque genere hu-
C mano aquarum inundatione deleto, solus inuentus est, qui Deo placeret: & inter Barbaros longa iniquitatis consuetudine efferatos, iustissimus, & verus homo Iob, tanquam pulcherrimum lilium inter spinas densissimas, germinauit: si regio circum Sodoma igne fulmineo conflagrata charum Deo, & hospitum amantem Loth habuit: si deinde diuersa tempora Rhaab, & Deboram, Estherque, ac Iudith, Phœben, & Priscillam, & Dorcada, & Lydam, aliosque multos protulerunt: & in omnibus subinde generationibus vnus aliquis vita præfulsit, qui natiuæ nobilitatis imaginem temporum vitio quasi euanescentem, splendidis rursus coloribus depingeret; ne penitus restincto vitali fomite priscæ, & bonæ vitæ iis, quæ de sanctis, qui bene vixerunt, litteris sunt consignata, denegandafides censeretur, dum nemo propriis operibus probat fieri potuisse ea, quæ historiis prodita sunt. Qua ratione non absurdum esset, ô amicissimum caput Agathi, aliis alio tempore emergentibus, non & nostro
D (vtcumque videatur propter errorem dominantem admirabile) dicere reperiri animam, quæ bonis operibus testetur suam cum illis beatis cognationem, & hisce ornatam, quas commemoras dotibus.

SECTIO II.

De Temperantia, seu Abstinentia.

CAP. I.

PRæclara igitur res est temperantia, vt pote reliquarum omnium virtutum principium, & fundamentum. Domat quippe corpus, veluti pullum equinum lasciuientem, sensimque cicuratum ad modestiam, luxum eius comprimendo indigentia, redigit, animique affectus bene refrænat, & ad bonam frugem reuocat, quos luxuria nimium ceruicosus ad habenas excutiendas impellit, exsultantes proterve, ac tenaciter insolescentes, & rationi, quæ aurigæ vice loca tenet, molestiam facessentes, quæque vix tandem valet, quò velit, ipsorum impetum velut æstro agitatum reuellere, & abducere. Hoc namque omnes homines edocere videtur Sapiens Ecclesiastes Salomon, vbi corpus suum primum quidem ob commensuratam victus rationem deduci, atque parere facile alloquitur hisce verbis: Age experiar te in gaudio; cognoscens verò experimentum illud minimè conueniens, eo quod ægrè dominaretur motibus carnis, quos anteà nullo negotio compescebat, dicit gaudio saginanti carnem: Cur istud facis? Voluntatem præter morem attrahis ad ea, quæ nolo, mentem grauatam, atque occulta quadam delectatione gestientem tecum rapiens per præcipitia fers; circumagis inter foueas, & hiatus, partim renuentem, & partim consentientem rationem non necessitate cogis ad turpissima, non inuitam tyrannicè torques non insuauiter tyrannide pressam. Eccles. 2. 1. E F

CAP. II.

HViusmodi enim sunt, qui aduersus voluptatem pugnantes, & aduersus oblectamenta luctantes, ne capiantur in eo, in quo resistunt, fluctuant; in eo, in quo videntur contradicere, consentiunt; hinc obnituntur, illinc pertrahuntur, curruntque ad ea, ad quæ nolunt, & ad ea, quæ odisse se putant impulsi adducuntur. Quandoque fugiunt iam comprehensi, quandoque pertæsi transfugiunt, nunc truduntur, nunc accurrunt, assentiuntur tanquam inuiti, animoque vincuntur, & victos se quasi nesciant elati, atque gaudentes. Et hoc fortassis est, quod Paulus ait: Condelector legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me lege peccati, quæ est in membris meis; Et iterum: Quod non volo hoc ago, & quod odi hoc facio: haudquaquam introducens legem peccati insitam, neque sensus carnis potestatem absoluto imperio dominantem animo docens, nam hoc pacto seruos esse peccati oporteret omnes homines, eo quod iugum illius excutere nullomodo possent. Nos verò iam scimus eos, qui volunt, non animo solum libertatem consequutus, sed & in seruitutem redigentes corpus, & affectibus imperantes, spontaneum voluntatis arbitrium ad libertatem, & seruitutem ipsa re, atque opere ostendere. Rom. 7. 22. Ibid. 15. 16. G

CAP. III.

ETenim quamdiu cibus carnem saginet, sensus carnis insurgens tyrannidem exercet subditis leges imponendo eorum, quæ velit: sed vbi afflictionibus, quæ liuidum efficiant, & dura corporis tractatione humiliatur, submittit se instar mancipij, & melioribus legibus subesse persuadetur; neque iam amplius rationem trahens abducit in exitium, sed potius ab ipsa deducitur ad salutarem obedientiam. Et horum vnusquisque sibimet ipsi testis est, non ignorans, quæ nos cogitare cogat ventris saturitas, & quid indigentia abstinentiaque versare animo consulat: cùm ille in absurdas dispumet libidines, ista verò & moderatè commotas eas reprimat, & interdum ferino more frendentes mansuefaciat, & cicures reddat, & clara voce atque penetrabili dicat, quod à Deo dictum fuit ad Iob: Ecce bestiæ, apud te fœnum æquè ac boues comedunt. Significans scilicet perturbationes animi à belluina feritate ad statum iumentorum, & subiectionem translatas fuisse, iamque omninò cicuratas redditas, vtcumque adhuc eam spirare videntur; nam in quibusdam præ temperantia mortuæ sunt penitus effœtæ. H Iob. 40. 10.

***

A

CAP. IV.

Iud. 4. Sic Iaël adacto per maxillam clauo Sisaram sustulit, hostilem sensum perimens, non amplius maxilla materias dapsiles ambitiosè suppeditante passioni, sed frugaliter tantum ipsi præbente quæ opus erant ad vitam necessario conseruandam; adeò vt videretur adesse potentia, & non actu. Iud. 15. Sic Sampson in Asini maxilla percussit alienigenas fortassis, quod aliter id facere non potuisset, nisi maxillam gulæ ventrique inseruientem actius manus virtute comprehendens, & veluti pugno constringens ipsam, & circumscribens iudicio, tenuisset, ne in delicias, & insatiabiles cupiditates diffueret. Natura quippe maxillam ventris ministram, & adiutricem effecit, dentibus quidem incisoriis veluti ligonibus comestibilia dispertientem, molaribus autem quemadmodum molis veris comminuentem, & alimentum paratum per gulam veluti per canalem cauum, & B præcipitem ventris mari inexplebili transmittentem, Eccl. 1. 7. illudque à Salomone dictum proclamantem; Omnes torrentes eunt ad mare, & mare non erit repletum. Idem enim reuera est venter, & mare; cum ambo insatiabili hiatu infusa flumina absorbeant, & alter concoctione, alterum salsedine ingesta absument, aliud rursor nutrimentum appetant, & hiatum neutiquam claudant, nec vllum solatium sitis ex continuo, & perenni fluento percipiant.

CAP. V.

Atque ob hanc causam præclara res est temperantis, quia inflammationem affectuum, & nimium tumorem superbis è fastibus deprimit, & humiliat ad id, quod æquius est, meliusque, ac æstum ipsorum præsternit, procellamque ab impetuosis multiplicis ciborum paraturæ ventis excitatam tranquillari C efficis, atque serenitate indigentiæ ad sudum velut habenis reducens, & exundantem mitigans fluctum. Et vero in eorum, quæ ad voluptatem conducunt, inopia, placidè quodammodo venter se in ordinem redigi patitur; non irritat quippe quod abest, perinde ac id quod coram suppetit, ipsoque aspectu commouet appetitum ad desiderium. Sed cum omnium rerum ad luxum pertinentium opiparè, & onerantium aliquem vndique copia affluit, temperantia summæ philosophiæ laudem obtinet; nisi sicubi in abundantia laudabilia opera suspicione parsimoniæ nimiæ corrumpere tentent parasiti condemnantes eum præ animi angustia. Pariter enim est altum, & effusum mare, commotosque imò è fundo vortices non madefacto per siccum transire pede; ac rectum vitæ cursum frugali victu discretum distinere; ita vt nec cupiditas circumfusum hinc inde profluentibus dulcedinum apparatibus eum inundet. Vt sapiens Salomon rectè dixerit temperantia animi propositum dilaudans: Cantic. D c. 1. v. 9. Decoratæ sunt genæ tuæ, sicut turturis. Nam gena, nutritionis instrumentum cum sit, decoratur temperantia, dum turpem voracitatem, & exquisitis condimentis ciborum gaudentem reprobat.

SECTIO III.

De vana gloria.

CAP. I.

Sed cum gena instar turturis exornatur, quando virtutem coarctat, & laudem ab intuentibus declinare pro viribus affectans studiosè occultat, veluti turtur solitudine vtens, quasi spatio facinus obuelans suum, animique proposito latitans; etiamsi omnes magna voce opus eius acclament. Tunc autem factum in vanam gloriam degenerat, quando animus ad ostentationem spectat: quamdiu verò non respicit E ad venandum gloriam humanam, etsi quovis lumine lucidior virtus emicet (oportet enim, cum ipsa lux sit propriis splendoribus ipsam effulgere) voluntas ab omni ostentatione, fastuque remota est, sola soli placere studens Deo, nihil curans spectatores, neque si inspiciant illi, neque si dilaudantes applaudant; vanum existimans, & futile quidquid ad æternam remunerationem nihil confert: quamvis laudantium plausus supergressi nubes, aërem, ipsumque feriant insonando æthera, recidunt enim deorsum, vtpote qui sunt quasi cantus procaces cicadarum, & vnà cum strepitu arteriæ desinunt, nullum verò iuuamen, lucrumque animæ afferunt; quin potius maxima eam iniuria lædunt, inflant enim ad dementiam, & laudum voluptate operis mercedem euacuant. Hoc ipsum Propheta docens aiebat: Isa. 3. 12. Qui vos beatos dicunt, ipsi vos decipiunt, & semitam pedum vestrorum dissipant; vanam scilicet ingerentes persuasionem profectus ad res bonas impedientem. Dominus autem in suis verbis adhortatoriis inquit nonnunquam: Matth. F c. 6. v. 3. Nesciat sinistra tua, quid facit dextera tua, interdum. Mat. c. 5. vers. 16. Luceat lux vestra coram hominibus: & bonum agere præcipiens, & ab ostentatione auertens. Si enim occultari non potest vrbs super montem posita, & viæ iustorum lucis instar elucent; cur ergo aliquis adsistat publicè facem præferens laboribus boni operis, quod mox per se ipsum elucere poterit, præaccendens ad ostentationem, & intempestivè persuadens voluptatem gloriæ cupidam?

CAP. II.

Etenim si gloriæ desiderio tenetur, quod tamen à ratione abhorret, eam excipiat, quæ opus subsequitur, & non præoccupet ipsam apparentia, tuba canens antequam faciens, & debitum honorem repetens præmaturè. Qui enim dixit: Luceat lux vestra G coram hominibus; Matt. 5. 16. opus ipsum clamare, sed non iussit operantes prædicare: vt & virtus suam habeat gloriam, & animi propositum reprehensione careat, bonum non ob humanam gloriam, sed ob Dei remunerationem aligens. Nisi tamen ad perfectionis metam & hoc deficiat; cùm non alterius rei, sed ipsius boni causa bonum eligi sit sanctum. Filiorum enim hæc est conditio, mercenariorum autem ilia, superior quidem eâ quæ seruorum est, namque pœnæ formidine hi omnia faciunt; inferior tamen conditione filiorum, eo quod haudquaquam amore bonum, verum mercedis operetur expectatione. Cupidè namque qui opus aggressus est, fructum arbitratur desideratæ rei operationem, inque laborando voluptatem percipit, & ipsum laborem pro mercede sibi deputat, atque pro eximio præmio semper amata re impensam fatigationem. Quandoquidem omne, quod fit cum amore, leue, ac facile euadit, etiamsi valdè sit laboriosum, propensione operantis erga illud occultante laborem, & explanante asperitatem ad facilem operationem. H Vincit etenim semper laboris molestias alacritas, superiorque difficultate, quæ in operando est, efficitur, sensumque laboris obliterans præ comitante voluptate, adeo vt labor oblectamentum sit potius quàm labor; & ea, quæ putabatur molestia, sit iucunditas.

CAP. III.

Cæterùm affectos istos insidiosos in multis planè emortuos, & effœtos esse, magnus Paulus ostendit, primum seipsum talem introducens, & sic virtutes à se patratas aliis iniungit, ab experientia id fieri posse probans, quod ipse iam fecerat. Ait enim, Christo confixus sum Cruci. Gal. 2. 20. Viuo autem iam non ego: mortem suam vocans, quod nullis amplius passionibus moueretur. Idemque & omnibus post seipsum præcepit: Colos. 3. 5. Mortificate mēbra, quæ sunt super terram, fornicationem, impuritatem, intemperantiam, libidinem,

A concupiscentiam malam: nam corporis ad huiusmodi vitia protensiones temperantia exsolvuntur, recta verò ratione intempestiuos eios impetus reprimuntur. Danda est opera nempè, secundum quemdam externum sapientem, non solum quò numella fiat valida, sed & canis gracilis macie, vt illa moderatè attracta trahat, non autem hic viribus valens trahat quò velit.

SECTIO IV.

De Lectione, & Oratione.

CAP. I.

IIs autem, quæ dixi, haudquaquam cedunt Lectio, & Oratio, quin potius præclariores sunt: magnæ quippe existunt, & ad honestam vitam quamplurimum conferunt. Nam posteaquam mens didicit per sensus sensibilium rerum figuras, species, & colores, & B magnitudines eorum, quæ videt, seorsum ope suscipiens, ipsorum in quiete ipsa solet etiam refricare imagines, rerum quandoque inutilium, interdum quoque valde perniciosarum memoria turbam sibi rursus effingens, & in seipso tumultum intempestiuum commouens cogitationum, adeo vt nullum amplius intellectus locum habeat ad bonam aliquam excitandam cogitationem, præ multitudine eorum, qui iam ipsum præoccuparunt, conceptuum animi, quique præcluserunt, aditum rebus vtilibus, atque bonis. Ideirco bona est oratio atque lectio, quia vanam illam euagationem cessare faciunt, compescentes cogitationem ad ea, quæ non oportet, temerè oberrantem, & eam apud se ita vtiliter retinentes, ne vnquam à tam bona occupatione distrahatur. Quid enim comparari contendive cum eo potest, vt mentem pascas sermonibus, & contemplationibus quasi conuiuiis excipias, quarum & sincera sit delectatio, & vtilitas perpetuò duret, dum exemplis veterum ad eorum virtutis æmolationem deducitur, salu- C taremque piè viuendi informationem inde imprimit; per contemplationes verò euolat, ad diuinam lætitiam, & educta ex his quæ deorsum sunt, illis quæ sunt superius, inhærendo, speculator cœlestia, & vsque ad ipsam naturam beatam pertingit, eiusque fructus decerpit quoad potest sustinere, quos percipiunt Seraphim circumeuntia thronum vniuersum.

CAP. II.

ORatio fortassis etiam maioris vtilitatis rationem continet, nempè vt colloquamus cum Deo nos sistit, & longa consuetudine Dei amicitiam nobis conciliat, vtpote ad disponendos affectus, conseruandosque apta, & maxime erga Deum, qui etiam viles homines ad dilectionem admittit, & consortium cum illis non pudet eū habere, quamdiu constans desiderium ipsis fiduciam suggerit. Si enim seruis ad dominationem sese efferentibus, & fastu turgido herilis auctoritatis fidem D conseruare studentibus accepta beneuolentiæ pignora confidentiam tribuunt: quanto magis piè viuentibus erga Deum fiduciam a[illegible]ebit vita secundum eius mentem, & voluntatem instituta, qui non ex metu tremorem adeò pauidum, sollicitumque requirit, quantum hilari libertate gaudet ex dilectione.

CAP. III.

Act. 8. 27. Deut. 6. 7. LEctio effecit, vt Eunuchus Æthiops viri nomine appellaretur, vtque dignus esset Apostolico occursu, & colloquio; atque ad Christi cognitionem viam ei commonstrauit, & eum ad Baptismi gratiam perduxit. Lectio lege, & ea quidem vetustissima præcipitur; Deut. 6. 7. dicente Moyse: Meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque consurgens. Qui maximam temporis partem assiduæ verbi Diuini contemplationi ad exercitium sanitatis animæ attribuit, vix exiguam eius particulam relinquens E necessariis corporis vsui: aliter obsequens Dominæ, & aliter ancillam tractans; & illius quidem curam ad prolixum tempus extendens, istius verò, quantum conuenit ad sufficientiam, vacationem cum mensura circumscribens. Ita vt in hoc quoque anima omnium confessione primas ferat, neque corpus vllo modo ei se comparatū æquo iure glorietur, aut habeat vanum æqualitatis prætextum. Lectioni prima in Psalmis beatitudo Psal. 1. tribuitur, quippe quæ animum ad virtutum fructum producendum largè rigat. Nam qui in lege Domini meditatur die, ac nocte, ille & beatus est, similisque ligno plantato secus decursus aquarum, cum & foliis, hoc est morum graui compositione condecoratus sit, & fructu pietatis in occulto pectoris recessu sit onustus; continua meditatione perennis adaquationis instar præbente illi perpetuum vigorem, & pari naturæ incremento interna non minus augente, quàm externa. F

CAP. IV.

QVemadmodum enim folia tegumento, & ornamento sunt plantæ, & fructibus custodiæ; sic & vita composita ad pietatem, & corpore modestiam præferens, & quæ interna sunt animi bona, moderatione obumbrat, Deo cultori agri fructum seruans illæsum, neque feris corrumpentibus peruium exponens. Nam vana gloria Psal. 79. 14. aper est ex sylua, & ferus singularis, & pedibus, atque dentibus sata exscindens, nisi humilitatis sepimentum circummuniat, & aditus ipsius præcludat. Atque hæc quidem meditationis Diuinorum eloquiorum sunt emolumenta, delentis ex animo turpem, & noxiam omnem imaginationem, & imprimentis tabulæ illius formas sacrosanctas, instruentisque veluti statuis recordatione rerum Deo dignarum memoriam. At Oratio mentem ab omni sensibili cogitatione abstrahit, ipsique omnium supremo Deo colloquentem, & quæcumque G velit, cum fiducia flagitantem sistit, tempore etiam inter orationem interiecto ita hominem purè viuere docet vt eum decet, qui cum Deo conuersatus sit, & non multo post ei rursus colloquuturus.

CAP. V.

EA propter Paulus perseuerandum in Oratione docet, vt consuetudinem longa familiaritate confirmet. Rom. 12. Colos. 4. Ac rursus: In omni loco iubet orare, ne quisquam ad orandum negligentior vano prætextu se quasi longius à templo, in quo oratur, dissitum causetur. Quin & ideo locus omnis orationi est idoneus: quia nihil iuuit Iudæos accedentes ad orandum inquinatis manibus, & ædem putam abominandis facinoribus profanantes, innoxia sacri templi conditio. Sicut enim Deus orantes hoc modo, quamuis ad ipsa templi penetralia, circumplexi sedulò propitiatorium, manibusque implexis Cherubim alis, adorent, auersatur execrans Isa. 1. 15. H sicut impios dicens: Si extenderitis manus vestras ad me, auertam oculos meos à vobis, & si multiplicaueritis orationem, non exaudiam vos: manus enim vestræ sanguine plenæ. Ita puro corde, sanctisque operibus inuocantes ipsum admittit, & eorum preces omnimodo exaudit, attendens animi affectum; etsi locus sit indifferens, vti videtur.

CAP. VI.

SIc ad Cornelium adorantem in domo Gentili, cum adhuc templo sua constaret veneratio, accedens Angelus dicebat: Orationes tuæ, & eleemosynæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei, non ad ascensum Act. 10. 4. fiducia templi vsæ, quasi subuectæ, verum alis boni propositi, seu intentionis rectæ, perinde ac per cursum delatæ ad eum, qui eas benignè, fausteque suscepit. Sic Oratio Ionæ è profundo maris vento prospero ve- Ion. 2.

lum

A velum implens ad cælum euasit, & ad Diuinas aures appellens portui fuit inuecta, neque plurimis aquarum Luc. 18. 11. fluctibus iactata, quemadmodum illa Pharisæi, quæ sacro in templo naufragium passa, & vna cum onere totomercium submersa periit stridendo; quandoquidem nec illa poterat eluctari è fluctibus, neque per mare cursum directum tenere, cum exundaret sentina, propterque grauitatem superbæ de se opinionis haud valeret emergere, cùm prora madida, & puppis circumfusa, vndis tumoris, & iactantiæ desuper ingruentibus obrueretur. Dan. 3. Oratio tribus pueris in camino comes, coëgit flammam profugere, & extra fornacem circumuagari quærentem insidiatores adolescentium; cum enim locum suum interiùs orationi concessisset, & carbones reliquisset vrendi vi destitutos, Chaldæos circa caminum inuentos validè depasta combussit; Intùs propriam operationem coërcens præ reuerentia corporum, quæ circumdederat oratio & efficaciam suam exterius ostenB dens circum corpora veluti circà materiam leuem, & arentem. Oratio Leones in lacu famelicos exhibuit temperantes, cumque venter gemeret ob septem dierum inediam obiecto pabulo apposita persuasit generositatem Philosophico animo profiteri potius eligentes violentiam famis tolerare, quam aggredientes virum sanctum Danielem lædere, quem iure neglecto Barbari condemnarant ad illud mortis genus, homines crudeliores belluis declarati, & implacabiliores comparatione sanguinem deuorantium ferarum, & in suæ iniustitiæ redargutionem, confestim illarum iustitiam excipientes naturali calculo, conseruantium ipsum, quem ij misero, & luctuoso mortis supplicio addixerant.

CAP. VII.

4. Reg. 2. ORatio Diuinæ dignitatis honorem constituit Heliæ, non solùm quia assumptus fuit in cælum, currum ignis quadriiugum habenis regens, quod terra C non amplius dignum conuersatione sua locum haberet, & mereretur imposterum æthercam regionem, ipsumque incolere cælum; sed quia elementis Verbo à Mundi Conditore productis ad subsistendum verbo quoque 4. Reg. 1. imperauit; interdum æthereum ignem ad exurendas omninò victimas debitas deducens, modo in Ochoziæ 3. Reg. 18. Duces fulminalem detorquens, alias ex auctoritate cælum verbo claudens, & terram orbam efficiens ad fructus progignendos per triennium, sexque menses præ siccitate, atque omnis herbæ consuetam quotannis germinationem prohibens, quam Diuina iussio statis temporum circulis induxerat naturæ lege deinceps à prima ordinatione decurrens: nec vlla illam ad obediendum retardauit dispectio suspicabunda indignationis Dei, quasi Propheta stultè, furioséque auderet ea, quæ proprium eius auctoritatem excedebant: ministrauit verò studiosè, vti Creatoris amico, & imperanti tanquam propriis rebus amici, iure persuasum habens se subesse ad omne ministerium Deo similiter, & Dei amico; quanD doquidem secundum quoddam prouerbium, amicorum quæ sunt, communia existunt, qui communem in suas inuicem res potestatem ostendunt, propter charitatem exequantem eminentias, & æqualitatis lege inæquales dignitates quasi lege lata conciliantem.

CAP. VIII.

Exod. 16. 14. ORatio Moysis mare diuisit, & cœlum fecit perinde ac si excultum foret, producere manna, & ex arida Exod. 17. petra aquæ torrentes eduxit, & manuum extensione gentem integram hominum belligerantem conuertit in fugam. Oratione vniuersum exercitum Elisæus videndi 4. Reg. 6. facultate priuauit, & qui ad ipsum perdendum venerant, eos captiuos adduxit; ita vt non solum insidias ei, vti proposuerant, struere nullas valerent, sed neque sibi ipsis opitulari possent, cum visus corporeus qui potissimum adiuuat, deficiens cessare fecisset simul & arma, & manus. Nihil enim imbecillius est cæcitate, quæ haud potest vllam iniuriam inferre ei, quem non videt, E sed ipsa iniuriæ facilè est obnoxia, quia eum, qui in ipsam insilit, vicissim non videt, vt propellat. Vnde etiam oculis orbatos præclarè vulgaris consuetudo loquendi nominauit impotentes, cum vti nullo corporis membro possint ad ea, quæ volunt, etiam si viribus, atque robore ipsos etiam in certaminibus Gymnicis diligenter exercitatos antecellant. Oratio Petri vincula dissol- Act. 12 uit, carceris ianuas aperuit, ferream portam noctu dimouit; Paulo quoque, ac Sila circa mediam noctem Act. 16. orantibus concussus est terræ motu carcer interior, in quo adstricti erant, & vincula soluta sunt vniuersa: lumen repentè in habitaculo effulsit, custodem carceris supplicem custodum statuit, effecitque, vt procidens ad pedes salutem expeteret, omittensque insanum lucrandi studium, vtilitatem animæ procurare persuasus est; crudelitatem, quam ex frequente consuetudine cruciandi contraxerat, statim conuertit in ampiam clementiam non ille deinceps quotidianos sibi reditus flagris exige- F bat; non ille deinceps exposcebat à miseris vinctis tributum nempe decimam è contributione prouenientem, solatium præbens triste colloquiorum, & aliis miserabilibus subuectans calamitates immedicabiles. Non amplius boias collis, compedes pedibus, & manibus circumdabat mutua manicarum vincula, & obscuris includebat tenebris, duritia pœnæ grauius sibi adaugens detestabilem prouentum, quem etiam vnusquisque indigentium subministrare compellebatur, potiùs eligens fame contabescere, quàm ea, quæ diximus, perferre malorum genera.

CAP. IX.

CVncta hæc vno compendio carceris custos dedidicit, subitamque vinctis exhibuit compassionem, quod mens miraculosi terræ motus aliud ex alio conferat. Cum enim orantibus Apostolis simul fundamenta carceris commouerentur, & lumen habitaculum perfunde- G ret, atque vincula vniuersorum dissoluerentur, omniaque aperirentur ostia; expergefactus verò custos carceris, qui solus absque cura dormiebat, vinctis insomnem noctem ducentibus, ob eas quibus vnusquisque premebatur curarum anxietates, petito lumine irrupit, & tremefactus procidit ad pedes ipsorum dicens: Domini; quid me oportet facere, vt saluus fiam? Et Dominos vocauit, & heros compellauit, quos vtique ante miraculum & vultu austero, & aspera voce percellebat, sceleratos, noxios & seruos pœnæ vocans; procidit ad pedes, quos ante in ligno extenderat; & multis honoribus sibi conciliare studebat, quos in carcerem interiorem coniectos tenebris incluserat: postquam Oratio vndequaque mirabili modo dignitatem ipsorum detexit, qui tanquam scelerati contumelia carceris fuerant vexati. Et tanti est tandem Oratio (vt silentio præteream alia plurima fastidientium caussa, & inappetentia ad prolixas enarrationes laborantium, licet illæ sint vtilissimæ) ipse Dominicus homo, Luc. 22. Dominus omnium opus habuit oratione, cum Iudæo- H 42. rum impetum, & Crucem susciperet, & in mortis certamine, vt erat verè homo, versaretur, postquam & alias plurimas humanas sustinuit passiones ad confirmandam dispensationem Incarnationis, vel vt homines edoceret, quouis tempore insistendum esse orationi. Nec enim tantum tunc, quando aduersitatum vigebat tempus, necessitate compulsus orat, sed omni metu remoto etiam sæpiùs idem facit, solus in monte orans, vt nos Matth. 15. 23. discamus, & ante afflictiones, & in afflictionibus ipsis vacare orationibus, quæ sunt aptæ soluere etiam apparentium periculorum difficultates, quin priusquam tentationes ingruant, eum libera sponte colere, ac venerari, qui in necessitatis articulis auersatur eos, qui ita remissi sunt, & distracti animo, perinde, ac si nunquam Dei auxilio indigere deberent.

A

CAP. X.

Luc. 21. 40. IDeo namque dicebat & Apostolis: Orate, ne incidatis in tentationem, quod voluntariam Orationem ante tentationē in ipsa necessitate sciret flectere adiutorem Deū ad præbendum celeriter supplicanti id, quod postulat; cum ille iam pridem oret, atque ob temporis prolixitatem iure mereatur, quod petit. Si enim iniquū Iudicē, neque Dei metu perculsum, nec hominum quemquam veritum cōtinua viduæ importunitas adegit, vt eam, quæ Luc. 18. 3. iure ipsi competebat, vltionem ei adiudicaret; & amicum dormientem occlusis iam foribus negantem se panes daturum, quia pro consuetudine contingit dormien- Luc. 11. 81. tibus esse pigros, permouit ipsa instantia, & inuerecundie, vt exsurgens necessaria præberet: quomodo constans oratio non commouebit Deum clementissimum, vt cuicumque petitioni benignè annuat? Nec enim hoc reticetur, quod Deus multò promptior est hominibus ad

B

Matth. 7. 9. beneficiendum. Ait enim alicubi Dominus: Quis ex vobis est homo, à quo si petierit filius suus panem, nunquid lapidem dabit ipsi? aut si petierit piscem, nunquid serpentem ei porriget? Et per comparationem, Diuinæ bonitatis excellentiam ostendens subiungit, dicens: Si ergo vos, mali cum sitis, nostis bona dona dare filiis vestris; quanto magis pater vester cœlestis dabit bona petentibus ab eo?

CAP. XI.

ALiquando vero Saluator ipse volens hoc ipsum ostendere, & cupiens persuadere illis, qui ambigunt, an naturalis affectus ratio vincat Dei amorem, aut Is. 49. 15. cum humana superet commiseratio? Nunquid (inquit) obliuiscetur mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et dicens insitam naturæ proprietatem, docet curam, & sollicitudinem spontaneam. Ne autem

C

quod quibusdam accidere solet rarissimè, ex ipsa similitudine suspicandi occasionem præberet, idem de prouida Dei beneuolentia significari; neve exempli allati imbecillitas ipsam veritatis læderet dignitatem, consequenter subiungit: Et si oblita ipsa fuerit, ego tamen non obliuiscar tui, ait Dominus; hunc naturæ defectum haud quaquam transire in se sustinens, cum Diuina natura passioni nulli sit obnoxia, quemadmodum caducis hominibus euenire solet, vt interdum odium irrationale, aut forsitan & rationabile extinguat naturalem affectum prædominantem, obliuionem inducens genitoribus, atque abalienationem erga suos fœtus, quasi nullum habeant cognationis ad illos vestigium. Verum magna, & mirabilia ista beneficia si cum iis, quæ sequuntur, conferantur, parva, & admodum tenuia arguentur, in vnam personam operantem ipsa, adstantemque, non autem in omnes, aut saltem plures transeuntia. Nam hominem ciuile, & sociabile, non autem solitarium, & à com-

D

munione abhorrens animal esse oportet, qui afferat vtilitatem in quibuscumque potest, & curam, quoad maxime licet, vti argumentum communis effectus exhibeat; membrorum ad ea, quæ propinqua sibi ipsis sunt, mutuam operam imitando.

CAP. XII.

SIcut enim vnumquodque horum in corpore non separatam gerit, ac peculiarem sollicitudinem, verum communem operationem ad mutuam, & reciprocam sui curam obtinet, ac alterum alteri, & vniuersis singula naturæ lege inseruiunt; & manus curat corpus, & pedes incessu suo aliò illud transferunt simul, & oculus lucem præfert, luminis ministerio inoffensam ad operandum viam præstans. Aliud ad sedendum, & aliud ad decliuandum est vtile, proprioque labore aliorum defatigationem solatur. Alia veluti quædam molitrices, atque pistrices frumenti diligens, & accuratum præstant ministerium. Maxilla cibum comminuit, gula eumdem transmittit, vti canalis, ventriculus excipit, stomachus in chilum, iecur in sanguinem conuertit, & per venam irrigat totam animantis massam: & licet vnumquodque aliis videatur allaborare, suam tamen re vera vtilitatem

E

commodumque procurat, è communi labore sufficientem cibum sibi trahit, resumptumque in propriam transmutat qualitatem, facitque digestionem, seu expressionem ita vocatam à doctoribus Medicis, quæ est diuersorum eduliorum in sanguinem, & exinde in corpus, & rursus in eorum peculiares functiones transelementatio, & transitus, dissecta in singulos qualitate illa, quam confert nutritiua, alteratiua, & auctrix potentia, inque aliud efficta in alio, & alterum in altero. Quod enim oculo accedit, illi assimilatur; quodque vnguibus adiungitur, & capillis, eamdem imitatur speciem coloris; quodque carnibus insinuatum in earumdem figuram transmiscetur; quodque ad ossa transit, in eorumdem solidum robur confingitur; quodque commigrat ad viscera, iisdem permiscetur. Et totum denique

F

planè transmutatum in cuncta, transfiguratur ad ea, quæ sunt accommodata, ex vna eademque ciborum materia in multiplicem varietatem transformata, secundum illud, quod inest naturæ, artificium, & humani simulacri formam semper eamdem conseruantia, & quotidie massæ, seu molis substantiam concretam alterantia instar fluminis, & eumdem, & diuersum efficientia fluxum eius, quod videtur.

CAP. XIII.

ITa vnusquisque nostrum sibi ipsi nullam ad rem sufficiens, aptusque, ac aliorum in omnibus opis indigus est constitutus, quod sapienti consilio optimus ille vitæ nostræ dispensator instituit, vt refractarios homines, quibus vecordia dominatur, necessitate victus ad concordiam deduceret, quia mutuus humanitatis habitus ipsos haudquaquam ad fœdus reuocaret. Ecquando

G

enim superbus, & tumore opinionis propter diuitias inflatus, cum artifice manu opus faciente, propterque paupertatem abiecto lubens ad colloquium veniret, dum grauitatem, & dignitatis auctoritatem sibi semper austeritate tueri cupit, nisi necessitas cum eo communes conferre sermones, & linguam ipsi æquali alloquio mutuari compelleret; licet hoc non sine magno supercilio, forsitan existimantem, maximam inferri iniuriam dignitatis suæ fastui pari sermonis consortio cum eo, quem censet obscurum, & vilem? Iam verò necessitas exæquat inæqualitatem, & humile reducit ad sublime, & excelsum demittit ad id, quod repit humi, morum misturam, & sensuum parem efficiens conditionem prælonge consuetudine. Propterea & domuum structor, & agricola, & nauta, & mercator, & singuli quique artes manuarias exercentes in conspectum eorum, qui primas dignitates obtinent, accersiti ventitant, usque non propter eiusdem generis necessitudinem, sed propter suam artem vsui sunt, & quos naturæ lex non coniunxit, eos

H

vitæ vsus congregauit. Quomodo igitur, si ars, & peritia opificem diuiti notum, & familiarem reddit, commiseratio veritatis iudicantis mendicum non reddet ei cognitum, & familiarem, inopemque conciliabit vt eum conuocet, suaque ipsi commoda impartiatur aliquando, aut saltem quippiam ad necessarium vsum leuamenti ab eo ille accipiat? Cum multi turpem, & probrosam existiment istorum familiarem conuersationem, & propter fastum è diuitiis prognatum conuiuas eos pudeat accipere, quos Dominus Iesus suo loco in extremo iudicio extitisse prædicabit, dicens: quod hiscè fecistis, mihi Matth. cap. 25. v. 40. fecistis. Verum famelicum despiciemus fame tabescentem, & nudum frigore rigentem præteribimus, & mortuum vt aliquod immundum animal proiectum derelinquemus, vt nec debitum naturæ officium, non sepeliendo corpus, præstemus, neque terra occultando de more, communem fœditatem, quam parere consueuerunt putridæ, & tabo, sanieque diffluentes corporis carnes; nosmetipsos vero inmodicis interim fomentis

curabimus

A curabimus, & vltra fas studebimus proprio cultui, terrenam statuam exornantes, & compositum puluerem circumpolientes, vt affulgeat in foro vestimentorum florido apparatu, vtque condimentis saginetur coquorum, omnem vndequaque voluptatem excerpentes.

CAP. XIV.

INduebatur purpura, & bysso & olim ille diues, quem nomine suppresso Euangelium commemorat, & sybaritica mensa diu, multumque implebatur, Lazarum abiectum ante atrium, & micas appetentem præteriens sine vlla prorsus commiseratione, iactumque oculi, si quando in illum deflexisset, in alteram partem valde cautè restringens, vt ne vlcerum ipsorum recordatio comessanti tædium pareret, nauseamque prouocaret, seque ad vomitum commoueret, dum illum conspiceret præsentem. Sed neque abegit eum à foribus, ita disponente B Deo, vt continuò miserabili ad ianuas iacente & hoc spectaculum exhiberete, aut quodammodo temporis spatio ad misericordiam emolliretur, aut non haberet ad defensionem inhumanitaria congruum prætextum, perinde ac si non vidisset. Neque iacentis misertus est, durum, & asperum indicans animum, vt argueretur ipsis canibus immitior esse, mansuetudinem naturæ abdicans peruersis moribus, & illum despiciens, quem animantes beneuolæ hominibus rationis expertes curabant, fortè credentes illum fore cognatum suum, appetentem nempe micas, quibus, & ipsæ quandoque dignæ habentur, interdum etiam indigentia laborant. Sed quando ille quidem in ostentatione splendidarum rerum, iste verò in miseratum, somniom huius vitæ transierunt, & præsentis scenæ deposuerunt laruas; contrariam, & longè diuersam commutarunt rerum verarum conditionem; Illum etenim è deliciis breuissimi temporis suscepit caminus ignis ad dolores accensus; hunc verò post exiguam molestiam consequuta est æterna lætitia; eratque C rursum inter illos, sed non cuiusmodi antea, inæqualitas, contraria verò illi quæ olim ipsis inerat; jamque Lazarum, vel potius Abrahamum, qui eum in sinubus ferebat, ex animo, & cum intento clamore rogabat Diues, fortassis enim illum propter pristinam despicientiam alloqui verecundabatur: Ideo relicto eodem, Patriarcham orabat hisce verbis. Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et O miram vim passionis! quomodo humilem è superbo, & impudentem è supercilioso supplicij necessitas effecit? Quomodo non puduit ipsum petere vt mitteretur ad pœnam subleuandam is, quem arescentem fame, & afflictum vlceribus ipse minimè fuerat miseratus? quomodo ausus est obtutu suo intueri, quem viuentem ne obliquo quidem oculo dignatus erat spectare? quo pacto confisus est dicere, illius indigere se digito, quem sanie stillantem abhorruerat antea? qua ratione haud erubuit guttam aquæ flagitare, D qui pauperem mica indigentem dedignatus fuerat? Verum è flamma voce impudenti sic proclamauit: Mitte Lazarum: perinde ac si foret obstrictus ad remunerationem beneficentiæ sæpius perceptæ. Talis verò necessitas cogit omnia inuerecunde audere, excogitans, vndecumque sors obtulerit, adinuenire grauibus è malis liberationem.

CAP. XV.

ET cur non responsum dedit hoc magnus Patriarcha veritati consentaneum ad ipsum? Nunc ô miser! misericordiæ vsum didicisti, quando te vndique incensa flamma circumdedit? nunc compassionem bonam esse iudicas, dum ipse in eius indigentia constitutus es? Et cur ergo mala patientes tam imperiti fuisti sensu? Nunc agnoscis Lazarum, quem in pauimento abiectum ingrediens, egrediensque non agnoscebas; iam tenebris abscessere gramiæ, & veritatem satè aspicis, transijt nox caE ligiuosa, & obscura vitæ, inque diei luce vides quomodo res naturæ sese habeant: dereliquisti super terram somniorum imaginationem, & conspicis, quæ te circumstant vera visione. Tunc debueras cogitare de misericordia, quando materiem habebas, diuitias nempe ad benefaciendum accommodatas; quando licebat porrigere bucellam petenti; quando nudum putrefactis tabulis obtegere potuisti frigora torpentem; quando in tuo erat arbitrio ægrotantem curare; quando affluentia congestarum opum præbebat occasionem opportunam benemetendi. Illius enim sementis messis est, quæ hic percipitur, misericordia: nunc vero metere quæris, quod non seminasti, & colligere quæ non dispersisti, & accipere, quæ non posuisti, misericordiam postulans, quam non exhibuisti indigenti, & commiserationem, quam proximo non præstitisti, & viscera compassionis, quæ occlusisti vicino; medicum habebas immitis duritiæ tuæ præ foribus, neque sanatus es, cum morbus adhuc recens F remediis cedere poterat, nunc manus adhibere desperatis rebus tempus non permittit: occalluit enim malum; non amplius fomentis mitioribus sed peracerba deinceps sectione, atque inustionibus oblædentibus indigens, mitte (inquis) Lazarum; mittam ipsum, Dic mihi, tanto locorum interuallo distantem, dum semper ipsi propinquus existens ad ipsum numquam inclinatus es. Dicam vt intingat digitum in aqua, & ardentem (vt ais) linguam tuam refrigeret: dum tu ipsum esurientem micis non refocillasti? sed cum, inquis, te cruciari, num eo te persuasurum, vt misericordiam impetres, putas? Erat & ille in doloribus, neque tu eius miserebaris; Tu nunc cruciaris in camino ignis, ille affligebatur in camino paupertatis, nec enim minùs paupertas rodit quam ignis, dum illa egestate torquet quemadmodum corporis superficiem torret vrendo ignis; si tunc fame tabescentem fuisses miseratus, nunc in igne flagrans eiusdem miserationem caperetis. Si tunc esurie, vulneribusque oppugnato compassus fuisses, nunc in flamma dum puG niris, veniam obtineres, imo nec vidisses vnquam tormenti huius, quo contineris, locum, verùm cum Lazaro degeres in meo sinu refectus vt ipse. Tantum etenim præstat beneficentia erga egentem, vt non solum educat ex mœroribus, verum & in lætis constituat gauisurum, nunc autem tacens perfer supplicium, nihil enim post sententiam Diuinam prolatam deprecatio fontis iuuat; illud misericordiæ, & veniæ tempus erat, istud rigidi, iustique iudicij: illud indulgentiæ, istud retributionis earum rerum, quæ rectè, vel perperam gestæ sunt, illud stadium, & certamina, & fossæ, seu gradus, istud remuneratio laborum: qui vicit isthic, coronas hic refert, qui succubuit, lapsus suos interaia lucta non emendat in præsenti. Solutum est etenim certamen, & cessauit erratorum correctio, illic pœnitentia corrigebat peccata, & Iudicem inflectebant preces, & lachrymæ ad benignitatem; Nunc misericordia nullum habet locum, sed seuera, & sine compassione iustitia immites retrudit ad pœnam absque misericordia, Iudicium enim, secunH dum oraculum diuinum, sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam.

Iacob. 2, v. 13.

CAP. XVI.

NIhil tale iustus ille supplicanti respondit; probe sciens, superfluum esse, vbi res ipsæ fidem faciunt verbis eas commemorare. Verum autem illi eloquitur, & cuncta declarat, memento (inquiens) quod bona tua in tua vita recepisti, & similiter Lazarus mala: videbantur, ait, purpura tibi, byssus præclara ad decorem, iudicabas bona quotidianum conuiuium splendidum, delectabaris voluptate rerum, quæ in vita dulces sunt, deliciis ad libitum refertus incedebas, Quid nunc tempestiuum existimas appetere, quæ nunquam vel per somnium cogitasti? Recepit & mala Lazarus, non quidem, quæ censebat ille mala: amabat enim ea cum silentio tanquam bona, sed tu ea existimabas mala: necesse quippe illum, qui iudicat illa bona, opinari mala ista, dum

eligendo

A eligendo partem delectabilium, eam, quæ contrariorum est, inutilem, & reiiciendam demonstrat; si communicasses homini mala patienti tunc abs te despecto, nunc tempus esset vt in partem felicitatis cum ipso admittereris, si tunc solamen eius egestati præstitisses, haudquaquam verbis istis opus tibi foret; nam etiam tacenti tibi vicem ille compassionis retulisset. Et vt verum hoc esse scias: Ecce patrem vocas me appellatione sola honorans, & fili, audis statim, condignam compellatione ista copiosam remunerationem veluti fructum reportans. Si Lazarum opere illic honorasses, vtique opere opportuni beneficij præmium congruum recipiens, mercedem retulisses. Verum te multa fortassis inflauit felicitas & vanæ gloriæ tumor animum perstrinxit, vt nunquam è tanto splendore, quo conspicuus eras, pœnæ te obnoxium credideris, non norunt præsentis eam, quæ isthic erat, dignitatem, neque splendidè suspiciunt eos, qui illic accedunt, omnes pari honore ad iudicium excipientia, & dignitates, non B ex opinione, sed è veris virtutis fructibus agnoscentia. Quamobrem iudicatus fuisti crudelior bestiis; canes namque mansueta, & cicurata sunt animalia; Tu verò nullo fore opus tibi vnquam existimasti; cum enim canes, qui medendi facultatem ab ipsa sunt sortiti natura, lingua propria vulnera curare didicerint, eamdem erga omni auxilio destitutum exercuerint, & adnascentes sordes lingendo emundauerint, quò cicatria penitus pura esset ab innuctis sanie liberata; oportuerat & te erga contribulem exhibere quantumcumque posses solamen, & inopiam eius rebus necessariis suppeditatis subleuare, vt saltem catellis haud impar vti parem erga ipsum gerens in necessitate curam, æstimareris, te namque, sicuti videbatur canes ad pietatem adhortantes, continuo ventitabant ad pauperem, cumque non poterant voce te docere quid facere debueras, ipso clamabant opere; dum concessam in nobis à natura medelam, ea vtentes libenter exhibemus, clarum est, quod ad cætera quoque sumus promptissimi, si ea, quæ sunt C necessaria, conferendi facultas adesset. Quocirca cum victum præbere non possimus, qui & ipsi plurimum temporis permanemus sine cibo, & præ necessitate illo, qui hominibus vetitus est, interdum vescimur, consolationem ea, ad quam idonei sumus, ope delata offerimus exhibentes compassionem, & obsequio modico nostram ad omnia promptitudinem, si vires adessent, propalamus.

CAP. XVII.

QVod enim vitium nostratum concedit hactenus modulus, cum sollicitè opere ipso præstemus, id nostram quoque ad cætera voluntatem promptissimam arguit, monstratque non animum, sed inopiam in causa esse tarditatis in his, quæ non procuramus studiosè. Verùm iste immitis, & inhumanus euadens gratiam vel micæ, non quod gutta sufficeret ad flammam illam mitigandam, nec enim fluuius influens extinguit ignem D accensum ad tormentum, sed vt manifestè ostenderet, eum, qui hac in vita destituitur affectu misericordiæ, in futura quidem exorsurem nec vel tantillum illud obtenturum vt rigore, ac seueritate iudicij extremè cognita, beneficiis erga pauperes præsentes promissorum bonorum remunerationem nobis præparemus, & huius vitæ bona corruptibilia istbic in thesaurum recondamus vtiliter, instar debiti reposcentes à Iudice, quæ pauperibus fœnori collocauimus non contenti pœnæ effugium pro lucro accipere. Si enim, iuxta Salomonis Prou. c. 19 v. 17 prouerbium, fœneratur Domino, qui miseretur pauperis, fœnerans qui habet persolutorem tam commodum, & æquum, cuncta det fœnori, quæ possidet, vt multiplicata omnia isthic inueniat, nec quidquam vanitati relinquens, cuius tamquam malè derelicti pœniteat ipsum; nam quidquid non impenditur ad beneficentiam inane verè, atque inutile est, cùm neque subsequatur, nec ibi nos præueniat. Et si proximos, agnatos, filios, &

E fratres, cæteraque ordine cognationis arctissimæ vincula commemoret; vtique nisi homo paupercuius, & inops fuerit, inueniet idoneos hæredes, qui in bona succedant. Idcircò vnumquemque decet vale dicentem cognationibus, & amicitiis numerosis, sibimet ipsi propinquum, & amicum fieri, cuncta secum transferendo, aut præmittendo, quo commigrat, vt libenter discedat ad commigrationem euocatus, plurimam congeriem opum incorruptarum sibi in futurum repositam illic cernens, neque transitum timeat miserabiliter derelinquens diuitias materiales, quarum affectu vanè in hac vita tenebatur.

SECTIO V.

Quod Animæ amantium diuitias vitæ cupidæ ægrè hinc diuellantur in hora mortis.

F

CAP. I.

HAnc ob causam hominum diuitias amantium, & auarorum animæ, dum separantur à corpore, plerumque torquentur, & exeuntes & redeuntes; attractæ, atque retrocedentes, & sudorem excitantes in testimonium pugnæ quam conserunt; ne diuellantur à corporis tabernaculo; eoque apertè manifestantes, quod præsentium rerum magno detinentur affectu, dum conuertuntur continuò ad ea, quæ dimiserunt, & ægrè secedunt, eò quod rebus hærent præsentibus alligatæ. Verùm si boni, quod viderent ibi, aliquis impulsus euocaret; omninò ad illud currere properarent, inspicientes futura multò floridiora quàm hæc, quæ derelinquunt, & contemnentes hæc, quæ deserunt, ob illorum nobilitatem. Talis erat & alter ille diues, qui morbum inexplebilitatis adaugebat vberrimis agri fructibus, qui Luc. c. 12 v. 16 G exstruebat horrea incessanter, & ampliora ædificabat, eo quòd cum prima horrea essent angusta ob antiqua frumenta recondita, non haberet, vbi fruges ex agricultura perceptas reponeret, & egentium vsui destinatas intus occludebat custodiis munitissimè constructis, ne diriperentur, & solam se nutriendi studiosam animam suam alloquebatur, multosque in annos augurans ipsi securam fruitionem, cum, sicuti sententia diuina ostendit neque diem crastinam erat visurus. Iustum enim erat secundùm veritatem, vt qui neminem socium fruendi admittere statuerat, nec ipse earum, quas somniarat, particeps foret deliciarum, sed vt subitò raptus caperetur, & ad pœnam inhumanitatis traheretur. Nunquid enim tunc deerant pauperes confecti fame, vt enascentia terræ germina ineptè asseruarentur in futurum? An non erant rerum necessariarum indigentes digniores, & magis fidi, qui anteuerterent in eorum perceptione vermes ingratos epulones; dum ipsi meliori ratione consumpsissent, quæ paulo post illi absque vlla gratitudine absumpturi erant? quemadmodum crudeles quidam, & immites matricidæ deuorantes, ob H alterius inopiam alimenti, genitrices suas, & post iniquum pabulum ex horreis reptantes, & prodeuntes in publicam lucem, eius dementiæ, qui frumentum custodiebat, apparent vltronei testes; ita sancto Iudice iudicante, vt & malè coaceruata perirent, nec tamen ille querelæ aduersus prouidentiam haberet rationabilem occasionem. Cùm enim solus sibi propriam vindicasset communem omnium abundantiam, clathris, vectibusque sollicitè cœleste donum occludens, ac muniens longamque inde ac plurimos in annos sibi fruendi voluptatem proponens; iuste Deus, quæ donauerat, ex conditoris recipit, nullo illum damno propriorum laborum afficiens, nam contradictoria quæ construxerat ipse, dereliquit ei salua. Quanto vero studio vsus procurauit, vt frumentum prodiret in publicum per plateas circumactum manifestè, ad irrisionem, atque ludibrium eius, qui mille machinas excogitauerat, vt sibi plurimo tem-

pore

A pore ſeruarentur incorrupta luxus fomenta ; ſectis quidem lapideis tabulis pauimentum ſternendo, parietes verò inducendo opere albario, & per feneſtras introducendo auras exterius flantes, vt recondita perflarentur, & noxam corruptionis effugerent continuâ ventilatione agitata?

CAP. II.

SEd nihil eorum, quæ callidè ſtudet homo, Diuinam voluntatem eludit, nec immutabile iudicium vincit humanæ mentis adinuentio, quod vana reddit ſtudia exiſtimantium perficere aliquid poſſe diligentia propriarum vitium. Ecce igitur amens nihil prætermiſit eorum, quæ ad ſecuritatem ſpectabant, & tamen ſpe ſua excidit: Satta tecta ſunt horrea, & quod repoſitum fuerat, nuſquam comparet, clauſtra, & ſignacula oollatenos læſa ſunt, & frumentum aufugit, paries non fuit effuſſus, neque ſublatum eſt tectum, & horrea ſuot exinanita; ſaluus ſunt omnia ſecuritatis præſidia, integra
B cuncta, & fruges extra procedentes ſpectantibus admirationem, coacervatori etiam multum dedecoris præbent, qui nullo modo poterat occultare dementiæ ſuæ exprobrationem, tot habens inhumanitaria accuſatrices tineas, quas nutus Diuinus mirabiliter ſub dio diſperſit in exiguo puluere, derelinquentes iatus monumenta ſtultitiæ ad recordationem perpetuam dementiæ, qua, qui collegerat illa, captus fuerat; vt derelictum puluerem cernens, vanam animaduerteret humanam prouidentiam,
Lucæ c. 12. v. 18. neutiquam dicens quæ antea dicebat: Anima habes multa bona repoſita in annos plurimos, comede, bibe, lætare; ſed in exitu rei verom illud deprehendens, quod Eſaias, cum Superno Numine afflabatur, Deique Spiritu correptus agebatur, dixit: Sicut ſomniat ſitiens
Iſaiæ c. 29. v. 8. tamquam bibens, & poſtquam fuerit expergefactus, adhoc ſitit, anima autem eius in vanum ſperauit; ſic impiorum diuitiæ difflabuntur, & puluerìs inſtar diſpergentur, quamvis in penetralibus intimis reconditæ ſint
Aggæi C c. 1. v. 9. ad prouidendum conſeruationi. Sic etenim Deus ipſe homines hoc modo affectos alloquitur: Intuliſtis fruges veſtras in theſauros veſtros, & illic exſufflaui ipſas. Præcipuè verò is iuxta ſuum propoſitum longævus, vtrum iſtæ fuerint, vel non fuerint, ne id quidem nouit, præuertit enim prematurè raptus harum corruptionem, dum mente volueret prolixam fruitionem; cùm ſine vlla dilatione, ipſa nocte eius anima expetita fuiſſet, nec dicere quidem potuiſſet, quemnam illorum, quæ relinquebat, vellet eſſe dominum. Par enim erat, vt imposterum ob domini penuriam occopatæ res authoritate, & poteſtate à ſulo nil commune cum altero habere volente communes fierent, quæ vnicuique ad vſus facultatem aderant pariter propoſitæ: & quoniam cum inopibus eas habiturum ſe communes non propoſuerat ſibi in animo, neque cogitauerat ſpontè dilargiri, quæ vel inuito erant dimittendæ; neceſſe erat, vt defraudatus, & ea, quam ſomniabat, crapula æternam ſubiret damnationem.

CAP. III.

D SI namque mendicis beneubli, collata egenis centuplici fœnore recipientes vitam pro iiſdem hæreditant interminabilem, vtique & illi, qui afflictum ſine vlla conſolatione prætereunt, priùs eo nomine mulctantur, quòd qui nullo fuerit beneficio affectus, non egit vnquam gratias inclementibus; poſteà deduntur ſupplicio puniti magis à conſcientia, quàm ab experientia, quòd pecunias, quæ per beneficentiam verſus egenos debuerant ad ſuas animas redimendas pretium eſſe, damnationis cauſam ſua ſibi parcitate effecerint, terribilem, & tremendam illam iure pro facinoribus ſuis audientes ſen-
Matth. c. 25. v. 41. tentiam dicentem: Ite in ignem æternum præparatum Diabolo & Angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare; ſitiui, & non potaſtis me. Vtque mihi videtur, erunt non tantum miſerandi ob pœnam, quantum propter ſtultitiam deridendi, quod ad parcendum ſumptui cuidam exiguo, talem tantamque punitionem prælegerint; cùm nec hiſce, quæ ad delicias præparauerant quanto tempore imaginabantur, fruiti ſint, & pro E rebus derelictis horrendas, & peracerbas ſubiere damnationes: quia ſcilicet non vſi fuerunt propriis opibus ad comparandum ſibi ſolatium, præmittendo illas omnes per baiulos pauperes illuc, vbi deliciis fruituri erant, vice pœnarum, quas ſubeunt; ſed ſuis laboribus locum dederunt aliis profligatè viuendi, vnde & eorum loco meritò quoque ſuſtinent ſupplicium.

SECTIO VI.

Quod meritò puniuntur qui facultates promiſcuè quibuſcunque relinquunt.

CAP. I.

ETenim qui ſucceſſerunt in bonis, ſi ſumptus laboraſſent penuria, potuiſſent à peccaris abſtinere, quæ F perpetrandi libertatem eis pecuniarum exuberantia dedit, quaſi viam ſternens mutui voluntaria ad ea, quæ approbat, ipſam operis facilem poteſtatem. Neque mihi quiſquam nugas effutiens obſoletum illum prætextum grauiter ediſſerat, filiis & nepotibus, inquiens, ſe ſeruare opes ad vitam honeſtè decenterque tranſigendam. Experientia quippe occluſit os omne, quod illud prætexebat, vanam oſtendens re ipſa huiuſcemodi genitorum curam. Quot enim paupeculis è progenitoribus orti in tantam peruenerunt opulentiam, vt his, qui percelluntur admiratione circa vanas res, exiſtimarentur inuidendi? Quot autem filij ſplendidis parentum opibus ſuccedentes in extremam paupertatem redacti ſunt, qui cum aut violenter à potentioribus oppreſſi, & omnibus ſimul facultatibus ſpoliati fuiſſent, aut eas diſſoluta vita, vel turpibus obſequiis paulatim deuoraſſent, ad extremum vix neceſſarium victum inueniebant? Ita vt
G cunctis manifeſtè demonſtretur futilis congregantis proſpectio, deſiſtere faciens exemplis præcedentibus in poſterum ab iſto inani labore, & perſuadens habere propriæ ſalutis rationem; poſterorum adminiſtrationem in Deo reponentes, qui de illis diſponet, prout iudicauerit rationabile, vel ex humilibus excelſos efficiet, aut conſeruabit eos in dignitate, quàm à genitoribus relictam acceperunt. Nam ſi eorum, quæ filiis relinquuntur, incerta eſt ſtabilitas, in confeſſo verò eſt lucrum, quod fit ex beneficentia: cur non manifeſtum incerto decernitur præferendum, quod ſemina ibi perſuadet ſerere, vbi copioſa, & indubitata frugum collectio ſperatur? Et ſi verò certa ſucceſſoribus eſſet poſſeſſio, nec vlli contradictioni obnoxia; quis adeò ſui ipſius hoſtis, atque inſidiator eſt; vt abundantem luxus materiam poſteris ſuis transmittendi gratia, ipſe ſupplicium ſibi eligat æternum, nec propriam ſalutem potiorem aliorum voluptate ducat, aut ſaltem etiam in æquali trutina ponat propria cum hiſce, quæ, vti veritas vult ſunt aliena, nihilque proficiunt in futuro ſæculo? Nihil enim vllus ſuæmet ipſius animæ æquiparare debet, quandoquidem
H vnuſquiſque ſolus pro ſe ipſo iudicio ſit ſiſtendus, nullum à cognatis, vel amicis præſtò habiturus coram Iudice patrocinium. Vnde quoniam eleemoſynæ, & opera bona confidentiam in illo tribunali præbent; his potius ſollicitè ſtudendum, minuſque procuranda affectio erga cognationem, repoſita in Deo gubernatione omnium rerum, qui diſponit vniuſcuiuſque vitam ad illud, quod magis conducit; niſi noſtrum hac in parte peior irrationalibus ſit ſtatuenda conditio, qui Diuinæ prouidentiæ munia nobis arrogamus, dum approbamus curam circa filios, quæ ſæpenumero ſuo fine, ac ſcopo fruſtratur, vt dictum eſt, eò quòd multi ex poſſeſſionibus quamplurimis relinquuntur omni ex parte nudi, & abſque lare. Oportet enim, quidquid prudenti diſcurſu à nobis ipſis non didicimus, id, ſicut alia multa, à brutis animalibus addiſcere. Feris etenim, & reptilibus, auibus, & iumentis omnibus natura exitn diſciplina, edocens

ipſa

A ipsa quousque oporteat curam impendere progeniei,
nempè catulis, & pullis, tenerisque aniculis, donec eis
non suppetunt vires ad parandum sibi victum suopte
ingenio; cùm verò illæ adfuerint, cessare faciens à cu-
ra, quæ ex cognatione procedebat, & vnicuique libe-
ram potestatem victus sibi comparandi committens.
Ad eos fortasse, qui rationis dignitate sunt dotati, pu-
dore suffundendos, quod ipsis irrationalibus bestiis
gerant se stolidiùs, quippe qui Deum ipsum iniuria affi-
ciunt, perinde ac si non sufficeret ad prouidendum pro-
priis operibus, eò quòd omnem ad seipsos trahant de
progenitis sollicitudinem, & præ multa circa illos cura
de sua ipsorum salute nihil omninò cogitent: quasi non
forent sibimetipsis plusquam illis propinquiores, & ma-
gis apti ad eorum, quæ sibi conferunt, studium.

CAP. II.

B Est enim cognatio corporum propinquo è sanguine
sata familiaritas, necessitudinis vinculum, eò vsque
pertrahens, quousque corporum connexa est linea, alium
ex alio serie suspensum colligans ordine; morte autem
nexum coniunctionis dissecante, horum cognationis
iura soluta sunt, vnoquoque ad rationem reddendam
circa proprios actus attracto, tuncque agnoscente penu-
riam, quam sibi ipsi molitus est, quando nullum vnde-
cumque auxilium licet excogitare, cum subsidij mate-
Psal. 48. v. 8. ries simul atque tempus præterierint. Frater ex necessi-
tate illa non redimit fratrem, pater non eximit filium
supplicio, mater natum punitum, precibus minimè li-
berat; filius non eximit genitorem: cessant istæ necessi-
tudines, & iudicij metu victæ desinunt. In illo tribuna-
li vir non nouit mulierem, quam fortè desideratam
perdidit; mulier nihili reputat virum, quem vehementi,
& ardenti dilectum amore prosequuta est, quia angor
animi excedens dissolvit recordationes propensas affe-
ctuum carnalium. Et sæpè quidem qui successit in sub-
stantiis à progenitoribus relicta, eò quòd eam bene dis-
C pensauit indigentibus, stat coram iudice dilaudatus ob
benefacta, & hilari vultu promissa recipit præmia; qui
verò eam dereliquit, ad pœnas præceps trahitur, eò
quòd nihil ex ea boni contulerit in egenos alteri salutis
procurandæ materiam opportunam, labores scilicet suos
relinquens, & ipse nihil quidquam sibi propriis miser
Prouerb. cap. 28. v. 8. operibus proficiens. Præclarè sapiens Salomon in Pro-
uerbiis ait: Qui diuitias coaceruat sibi cum vsuris, &
multiplici fœnore, ei, qui egenorum miseretur, con-
gregat illas, & sibi ipsi auctor fit supplicij ob auari-
tiam, & aliis bonæ remunerationis propter beneficen-
tiam. Hæc cùm ita se habeant, quænam insania est eo-
rum, qui semper desipiunt, & neque in tempore mor-
tis timendum illud tribunal cogitant?

SECTIO VII.

*De iis, qui in tempore mortis nullam suæ salu-
tis curam habent; sed & testamenta scri-
D bentes iubere se dicunt de his, quo-
rum potestatem non habent.*

CAP. I.

Concedatur enim contemptoribus istis, securita-
tem in hac vita fuisse occasionem obliuionis eo-
rum, quæ profutura erant: cur etiam in decessu ipso
non commouentur? quando terribilis instantia repe-
tentium animam viget continuò ipsam trementem ad
exitum, & horrendis figuris exterret, si aliquatenus pru-
dentem, & in futurum conducibilem de rebus suis ratio-
cinationem suscipiat; quando Dæmones peccatum ex-
probrantes, & ad seipsos eam trahunt minitabundi in
regiones horridas, & tristissimas, ita vt ante tormen-
tum sufficiat ad supplicium obstupefaciens pauor; quan-
E do conscientia, couerti solita ad flagitia commissa con-
tremiscit eam, quæ ipsam manet, condignam peccato-
rum pœnam: inde namque fit, vt corpus iaceat sudore
madefactum, & scaturientes latices signa interni labo-
ris prodant, atque tumultus occulti argumenta oculis
manifesta ingerant. Sed fortassis spe viuendi tunc etiam
blandiuntur patronis, & amicis, & cognatis, ob ea, quæ
derelinquunt, inutilem de cætero affectantes ex ipsis
beneuolentiam; forsitan autem & iudicant rerum hoc
decere censentes honestum, vt quæ (sicut arbitrantur)
non consequuntur ipsos, quò emigrant, prædictis de-
relinquantur ad bonam memoriam, quæ non amplius
vtilis pœnas subeuntibus. Cui enim vsui grata com-
memoratio beneficiorum constituto in doloribus into-
lerabilibus, cuius cruciatus inconsolabilis vocibus gra-
tulatoriis neutiquam alleuiatur? Subsequi tamen, licèt
præmissa non fuerint, ista possent, si pauperibus dere-
licta fuissent, & ei, qui ipsa detulisset, magnum sola-
tium præbere inibi, quò abeunti vacuis manibus neque
F fœnerari, neque gratiam recipere, neque alio quocunque
modo beneficium vllum adipisci licet.

CAP. II.

Vti ostendunt vnà cum imprudente diuite quinque
fatuæ Virgines: ille namque guttulam aquæ ad lin-
guam refrigerandam petiit in flammis ardens, hæ verò
parum olei, quod non attulerant, & nullus dedit de
suo: quod ipsæ potuerant afferre, nec tamen attulerant. Eccles. c. 9. v. 31.
Atque ideò sic monet Ecclesiastes, dicens: Mitte pa-
nem tuum super faciem indigentis, quia in multitudine Ad Galat. c. 6.
dierum tuorum inuenies illum. Apostulus verò: Dum vers. 10.
tempus habemus operemur bonum, proprio enim tem- Matth.
pore metemus non deficientes. Ipse autem Dominus: c. 6. v. 19.
Thesaurizate vobis ipsis Thesaurum in cœlis. Qui ante- & c. 19.
quam necessitas ingruat, faciendum consulunt, vt ne v. 21.
quis ignoratione proprij commodi futuro gaudio mul- Luc. c. 12.
ctetur, si conuenientium præsidiorum expers discedat, v. 44.
G remaneatque non solùm sine mansione, verum etiam
videndo alios fruentes gaudiis plurimam sustineat affli-
ctionem. Etenim indigentia moderatè affligit eum, qui
aliorum luxu non prorritatur, desiderio quodammodo
quiescente, vbi non habet extrinsecus, quod exacer-
bet recordationem: et cùm præ oculis sunt epulæ, &
conuiuæ hilariter se mutuis propinationibus inuitant,
graue tormentum infligit cupiditas aspectu rerum iucun-
darum excitans appetitum, & dum in partem venire cu-
pit, vehementissimo afficitur mœrore. Cùm autem co-
gitauerit, quod possibile erat, id, quod per impruden-
tiam impossibile euasit, & quod propter propriam stulti-
tiam destituitur deliciis, quæ in aliorum sunt potestate;
afflictio eò fit durior, quò impossibilitas est certior pœ-
nitentiâ errorem admissum corrigendi, neque viam in-
ueniendi vllam, qua facultas pateat tempus captandi,
quo præbeatur occasio bene constituendi rursùs id, quod
malè olim dispositum fuerat.

SECTIO VIII.

H *Quod hi, qui ad eum deueniunt morbum, vt
nulla tangantur doloris compunctione, in exi-
tu vitæ prætermittentes cura habere quod
ad se ipsos spectat, hæredibus res suas trans-
mittere satagunt.*

CAP. I.

Et hæc quidem minimè animaduertentes plerique,
testamenta in gratiam agnatorum conscribunt, suam
scripto peruulgantes amentiam, & existimantes præferen-
dos alios sibi ipsis in ratione administrationis. Si enim
naturæ lex filios parentibus proximos esse voluit; ni-

A hilominus salutis desiderium, sui quemque potissimam
babere curam docet, vbi cogitationem ad tempus iudicij
conuertit in quo suam propriã quisque horrens expectat
sententiam, neque aliunde, si malè res suæ se habuerint,
Ezech.c. sperans auxilium. Viuo enim ego (inquit Dominus) si
14.16. fuerint isthic Daniel, & Iob, quia nec filios, nec fi-
lias suas liberabunt sed ipsi soli saluabuntur; peccator
autem in peccato suo morietur. At illi, qui tam gene-
rosi sunt contra se ipsos nullum sentiendo dolorem,
animaduertentes se tunc à nemine subsidium habituros,
vnumquemque autem ex propriis operibus saluandum,
aut damnandum, prætermittentes quæ sua sunt, cura-
re, vtque & ipsi in parte sint saluandorum, sollicitudi-
nem omittentes, hæredibus transmittere satagunt, qui
videlicet tristibus vultibus, & demissis mœstitiam spe-
cie præferentes, læto verò intus babitu animæ cogi
tant de fruendo his, quæ fuerunt derelicta: & ipsi qui-
dem post exequiarum curam, voluptatem percipiunt
è laboribus alienis, sese iucundè conuiuiis exsaturan-
B tes; isti autem verè mœrorem luctuosum ad continuum
pœnæ dolorem secum deferunt.

SECTIO IX.

Sugillatio eorum, qui testamenta scribunt.

CAP. I.

ET quam feriæ sunt omnes ipsorum Testamen-
tariæ præfationes! Mihi quidem (inquiunt) vi-
ta sit, & meorum bonorum dominium possim ha-
bere, priusquam largiantur. Declarantes id non se
facere ex animi sententia, antequam beneficium con-
ferant; necessitati morem gerere, non voluntati suæ
indicant: vitam vt degant, propriarumque rerum do-
minium habeant, precantes; posteaquam verò id mi-
C nimè conceditur, transmittentes quibuscumque illa,
quæ & ipsi vellent accipere, aut retinere non pos
sunt. Sit mihi vita. Verùm diceret ad ipsum appo-
sitè veritas: Sit tibi vita. Heus tu; Sed quid hacte-
nus viuendo ad vitam vtilitatis præbuisti? Quem præ
fame pereuntem cibasti? Quem tecto carentem exce-
pisti hospitio? Quem debitorem exhaustum vexatum
liberasti? Quem plangentem dominorum crudelita-
tem à dura seruitute absoluisti? Cuiusnam eorum, qui
diuitiis frustrati sunt, paupertatem consolatus es?
mendicitatis ærumnas, quamvis pro parte, ipsi al-
leuiasti? Quid viuere velle dicis, nullo alio de te id
dicente? dicerent verò multi omninò, si præterito
tempore bonum te præbuisses: vnusquisque rursus
talem expecturum te persuasus foret, qualis ipsi &
olim fuisses. Sit tibi vita. Quam ob causam? vt distri-
buas opes pauperibus? vt nunc facias quod antea non
fecisti? vt imposterum ad necessitatem expleas vnicuique
ex eo, quod tibi superfluum est? Licet id tibi & morien-
D ti facere, multosque habere pro tua remissione orantes;
quin etiam, & si nullus oret, neque Deum roget, ipsum-
met opus commendatum te Iudici sistet, & deducet ad
Regnum præparatum vna cum iis, qui pauperem esu-
rientem nutrierunt. An vt & alios adhuc acquirens cen-
sus, molliter quidem ipse suauibus deliciis quàm diutis-
simè perfruaris, plurium verò tuos derelinquas opum
successores, rursum autem illis potiaris? Vt quid eas
hucusque male dominans obtinuisti, nullius è tantis pe-
cuniis subleuans egestatem? Cur verò & tua dicis, quæ
ad vsum præsentis vitæ concessa, & ad communem
indigentium dispensationem? vnde ipsa importasti,
vt tua vocares, quæ antiquiora sunt tua natiuitate? Non
aliunde intulisti vita ingrediens, non tecum nato extite-
runt, non ipsa possidens materno prodiisti ex vtero, vt
non secus ac corpus tecum natum, ita diceres tua tibi
coæua; reperisti, vsus es, derelinquis. Quo pacto tua vo-
cas, quæ ante te, & post te omnibus pariter ad arbitrium
sunt proposita? Tua erant, si tradendo ea adquisiuisses:
E constanter tua erant, si ea in cœlum per eleemosynas, vti
thesaurum, recondidisses. Morte tibi distributionẽ tui do-
minij dissoluente, frustrà deinceps distribuis ea, quorum
tempus & invito tibi potestatem adimit. Nunc igitur
progredere sine diuerticulo, & transmigra quantocyus
paucas breui tempore peractæ vitæ vice multarum pro-
lixioris iustè subiturus pœnas. Ecquid diuturnum tibi,
& grauius præparas supplicium, exoptans vsque ad ex-
tremum senium tibi protendere vitam peccatis refertam,
vt pro longa inibi diuersatione longum excipias, & pro-
tensum tormentum?

CAP. II.

SVbiungentes posteà: Volo, & magnopere volo; ad-
iiciendo mandata, & in rebus, quæ non amplius pro-
priæ imposterum sunt, profusam liberalitatem erga agna-
tos ostendendo, atque eum plerumque in finem, si fortè
superviuerent, seipsos patronis, & amicis commendando,
F & quæ sibi visa fuerunt corroborando signaculo, videli-
cet ad fraudem impediendam; facie retorta moriuntur,
videntes ea, quæ hic sunt, vti aiunt probabiliter qui so-
lent grauiter se gerere, quasi fallaciam rerum, quemadmo-
dum se reuera habent quia exhorrescunt loca timenda,
& terrica, quæ ipsis simul omnia apparent. Risus quippe
indicium est irrisionis, qui quidem debebat in vultibus
morientium spectari; siquidem veluti risu digna, quæ di-
mittebantur, subsannassent; nunc autem tamquam ama-
ris medicamentis degustatis adstringunt contrahentes
vultum præ auersatione; anima, quem habuit ex iis, quæ
illic aspexit, sæuis rebus affectum exprimente, figura vi-
sus, & specie apparente absconditam sui ipsius molestiam
manifestè demonstrante. Natura etenim speculum animæ
finxit vultum, tales in semetipso formas adumbrantem,
quales intus illa mouet affectus, donec passiones sua pro-
dit claris, & dilucidis argumentis. Sic dolor arguitur è
mœstitia: ita gaudium indicatur profusione voluptatis:
G ita cura significatur cogitatione intensiore: sic iracundia
patefit asperitate, nec alia species oris potest conforma-
ri præter eam, quam impetat occupatio mentem in-
uadens.

CAP. III.

NAm statim fraus omnibus innotescit, cum simu-
latio nequeat veritatis imagines exprimere dili-
genter, quia non potest vt plurimum alia passione do-
minante exhibere specie conformi, quæ ad alteram per
tinent; quamvis enim ab illa celeriter ad istam mutare
formam conetur, celare diu fictam speciem haudquaquam
valet, eo quod vultus ocyus transformatur, & illam
recipit figuram, quam effingit occulto naturæ consen-
su passio, quæ intus versatur. Ego verò & quinque Vir-
gines, quas Scriptura sacra fatuas nominauit, ad hunc
ordinem spectare arbitror, quæ secum quidem habebant
Virginitatis lucernas, oleum autem non intulerant in
vasis suis, quod ad ignem lucernæ nutriendum humore
H suo illum irrigando erat idoneum, & inde fatuitatis no-
men appositè susceperunt, quod cùm virginitatem,
quæ difficilis est, & propè impossibilis, rectè seruas-
sent, quod leuius erat, & valdè facilè neglexerunt;
certantes contra naturæ tyrannidem, insanientem con-
cupiscentiam refrænantes, æstuantem voluptatis flam-
mam extinguentes, sensum carnis lege spiritus quasi
camq coërcentes, carbones ardentes, hoc est luxuriæ
memoriam, affectumque absque læsione conculcantes,
ad commiserationem tamen indigentium permanserunt
immotæ, vbi non labor, nec sudor, nec vlla fati-
gatio, sed voluntas sola sententiam animi sine vexa-
tione perduxisset ad effectum; & cum eam, quæ diffici-
lis est expugnatu, multisque certamen ciet, passionem de-
clinassent, isthic ceciderunt, vbi arbitrium sententiæ abs
que labore propositum perficit, & nitorem virginitatis
caligine auaritiæ obtenebrarunt. Ideircò turbatæ exclama-
bant circum fora oleum vndequaque perquirentes,

A quando vendentes illud fores occluserant. Quæ enim negotio iam peracto supeteſt negotiatio, vbi nemine indigente vlla re, neq; commutetionem faeiente tempeſtiuè ei, qui oleo eget, ceſſente eutem publico mercatu, & neceſſariorum vniuſque cõmercium taddente impoſſibile? Si namque Virginibus tantus eaſtitatis labor, cùm non adeſſet miſericordia, invtilis fuit, & ipſæ thalamo ſponſi excluſæ ſteterunt miſetabilibus vocibus clamantes: Domine, Domine eperi nobis; & intus audientes veint iracunda loquela infrementem ſponſum, & dicentem: Amen dieo vobis, neſcio vos, vndenam ſitis: ecquid audite fas eſt, & quam iracunda, & aſpera cum voce eos, qui præter immiſericordiam mille aliis detinentur vitiis? Nonne illud omnino, & adeò horridè, quod ad eorum ſimiles prolatum eſt: Ite in ignem æternum præparatum Diabolo, & Angelis eius; eſurini enim, & non dediſtis mihi manducare? Illis quidem ſatis ſuperque fuit ſupplicij vice & ſponſi thalamo excludi, & eo ſolo puniti, quòd nec intus eum prudentibus

B eſſent Virginibus, cruciante ipſas interim cogitatione, dum conſiderabant, quæ foret intra thalamum oblectatio. Hi verò præterquam quod ſunt eeperces omnis bonæ conſolationis, inevitabilem, & acerbiſſimam luent pœnam, duplici ſupplicio puniti, quorum vnum ipſos tormento ignis inextinguibilis afficiet, alterum verò eſt, quod efficere ſolet ehorum fruitio, cui poterent intereſſe ipſi, nec interſunt propter negligentiam propriam, non minori dolore animam flagellans ee pœnitentia, quàm corpus exeruciet exterius, quod eſt ab igne ſupplicium.

CAP. IV.

O Quantum miſericordes eetulit compaſſio! ô quantùm immiſericordes dapeeſſit inhumanitas! Illos ad regnum Angelorum indueit, iſtos cum Dæmonibus, & Diabolo in gehennam ignis devolvit præcipites. Tanta in liberalitate vtilitas; & tantum in iocõmu-

C nicatione damnum ineſt. Idq; velde conuenienter: quandoquidem hæc quidem accedit proeimè ad benignitetem Dei, iſta verò haud longè à Sataniee inuidia abit. Nam qui hominem contribulem famelicum, & egentem à fœneratoribus vſurariie oppreſſum non miſeratur; quomodo is ad Dæmonum ſtatum non degener irtuit, cum quibus iuſtè communi pœna damuatur particeps eorum malitiæ, quorum naturæ non eſt eonſors. Sic verò & iumentum, & fere, & reptile ſeu ſerpens nominatur, qui ad imaginem Dei effictus eſt homo, cum prauis moribus æmulatur, quod à natura non accepit, & nobilitate ſua ſecundum naturam tranſit ed ignobilitetem repugnantem naturæ. Vides tu, quiſquis es, iacentem in ſolo, medioque in foro genere tibi coniunctum hominem ſine tecto, ſine foco, ſine cibo, nec habentem ſubens vel centunculum, qui inter humum, & rebefacta latera inteteedat; nullum tegumentum ſuperiniectum, quod à frigore, vel ab æſtu poſſit eum de-

D fendere, niuium iaculationibus, & ſolis radiis pariter expoſitum ſub dio, nude naturæ ſecreta oculis omnium oſtentantem, neque valentem præ fame voce ipſe vti ad rogandum, motu manus, & nutu palpebrarum vix flexibilium ægrè amplius ſignum deprecationie edentem, ſurſumque anhelantem, & præ inopie iam animam agentem curſim prætetis, forſitan etiam ad cibum capiendum tempore prandij ſtimulatus, & neque te inflectit quod ipſe pateris, ad compaſſionem, nec eſurienti te indulgere facit eſuries tibi ipſi magiſtra, è tuis de elienis effecta malis, quamvis non ſit neceſſitas ſimilis; tu enim fortaſſe nedum heſternam crapulam digeſſiſti, neque multiplex eſca, qua venter inexplebilis fuit refertus, adhoc eſt eahalata, verum adhuc malè olentes fumos eructas; ſolum iſtum præteritæ voluptatis inte fructum percipiens, quòd ipſe perfruaris inſuauitate faſtidioſa vaporum ſurſum emiſſorum: ita opifice Deo diſponente illa, quæ ad naturam ſpectant, vt nidores ex ore prorumpentes de proeimo ſuſcipiat olfactus,

E vt ipſe præ aliis impleatur ſui ipſius graui tædio. At illius inedia multis iam à diebus perdurat, & pro fortuita, & viliſſime eſca ipſius appetitus intolerabiliter inſanit e i vnicam breuemque bucceliam directus, nam abundantiam à diutino tempore dedidicit, & habitum, vt petuo egeret, neceſſitete inopiæ acquiſiuit ſenſim inuitus. Prætereà non conſideras, hunc tibi eſſe Lazarum, quie non vides ipſum in ſinu patriarchæ iudicatus. Videbis enim, neque addubites: nam eodem certamine probat; eadem loce ſortiuntur, & ad idem damnantur tormentorum qui eadem ſcelera patrarunt. Tu verò & magis impius es diuite; ille namque ſeltem recumbendi ſpetium ſecurum ante proprias fores conceſſit, non eum expellens; ſuſtinenſque videre aſſiduè, iniucundum pertulit aſpectum corporis vlceribus ſcatentis & fœtidi, fœdum exhibentis ſpectaculum ob puris riuulos iugiter diffluentes, ad quos eccurrebant canes ad illecebram guſtus, ingredienti, & egredienti impeditiorem tranſitum reddentes; nunquam tamen vel ipſos abegit, vel eos,

F propter quos confluentes aditum anguſtum efficiebant: ſcriptum etenim foret; ſi quidam illud feciſſet, ſicut & alie, iſtud vtique; tacetur verò, quandoquidem factum non fuit, vt oſtendatur, quod certè etiam in admodum malis eſt alique ſcintilla ingenuitatis naturalis effulgens proprio ſplendore, cum ſuſcitatur, & quamvis prauorum habituum caligines illam obſcurent obumbrando, penitus tamen extingui ea non poteſt. Tui verò virgarij lictores neque concedunt appropinquare portis panniſ obſitum: tantùm abeſt, vt locum habere ad ſedendum vel ad decumbendum permittant; mendicum mutationem ad res peſſimas portendere opinantes, huiuſque voces ſupplices inter infeuſta omiua reponentes.

CAP. V.

ET quid Lazarum, pauperis dignitatem imminuendo nomino? Chriſtus dieit, in ipſo ſe eſſe, & ea, quæ erga ipſum præſtita fuerint, ſibi propriè attribui.

G Quæ namque vni (inquit) iſtorum feciſtis, mihi feciſtis. Et quid ſe paſſurum eepectat quiſquis pauperem, & in eo Chriſtum eepellit, & contemnit: dum externum amictum centonum indecenter deſpuit, & latentem purpuram non reſpicit ſignificantem eum, qui eſt intus, Regem: vilitatem veſtitus ſubſannans, & imaginis dignitatem non perſpiciens; ſordes corporis cogitans, & animæ puritatem non intelligens: nec enim Chriſtus diceret eſſe ſe iſtum, niſi tunc multam intus honeſtatem peruidiſſet. Tu autem ſi Regem plebeia veſte indutum ſpectares, & boni alicuius procurandi cauſe, occultantem ſuam dignitatem humili ſpecie; omnis perficere tentares, & omne adhiberes ſtudium, donis vt ipſi, plurimiſque obſequiis notus fieres, etſi vniuerſas facultates in eum impendere, & cunctis opibus nudum te ſtare oporteret; probe ſciens, quæ in neceſſitate ipſi exhibuiſſes beneficis, ſuo tempore copioſè remunetanda. Tunm verò Iudicem cur non tibi concilias beneficiis erga indigentes, volentem nune muneribus vt eum promereatis, vt tunc iudicet indulgentiùs pro erogatione ocenlte manifeſtam ſalutem largiturus: quemadmodum

H Prætor, ad fauendum pecunias accipiens in iudicio, & ei, qui litigans contendit, indulgens palam, quod ſpetauit? Huiuſce rei teſtis eſt infallibilis Dominus dicens, cùm oranti, tum eleemoſynam elargienti, vt ne tuba canas ante te, ſicut hypocritæ; ſed fac in ſecreto, & in abſcondito bonum; & Pater, qui videt in abſcondito, reddet tibi in eperto; qui clendeſtinas erogationes non obvolvit ſilentio, ſed prædicat coram vniuerſa creatura, & ipſe confitetur ſe accepiſſe quidquid accepit pauper mediator, vti domeſticus & familiaris notus. Quod enim vni feciſtis iſtorum, mihi feciſtis, apertè dieit ipſe Iudex. Et hoc fit non ſecundum legem humanam; contrarium verò conſequitur illi, quod apud nos obtinet; in præſentiarum enim prætor in neceſſitate acceptum negat donum, ſuſpicatus periculum, quia hoc furtum eſt, & damnationem affert, & quie confeſſus eſt id ſe auſum eſſe, reus ha-

Matth. c. 25. v. 40. & 45.

Matth. c. 6. v. 2.

betur,

A betur, & pœnæ sit obnoxius; servus est quippe, qui ius dicit, & lex pariter seruilis est. At vbi iudicans & ex potestate mera iudicat, & à pœnis, quæ præstitutæ sunt criminibus, cùm sit Dominus, non vetatur absolvere: bonum est peccatum confiteri, cum venia confessionem assectetur, neque pœna subsequatur; & donum non occultatur à Iudice, cum nemo pro throni præeminentia beneficentiam eius, vti non rectè impensam, possit calumniosè accusare, neque deputare furto munus acceptum, vt pote pauperis intercedentis, & rei tribuentis ex beneficentis profectum, vt illius quidem corporis necessitas, huius verò animi lapsus opportuna dispensatione subleuetur, neque ob compassionis defectum condemnetur absque misericordia ad incessabile supplicium. An verò planè sides tanquam figmentum fabulosum futuram comminationem Iudicij? Sed non ridebis experientiam, quamvis nunc subsannes auditum. Inuenient enim te nunc temporis, quæ præparata sunt supplicia, & comprehendet pœna sine vlla remissione,
B quando deplorare imprudentiam nihil iuvabit, & vera intueberis, quæ prædicata sunt, & nullam vndecumque reliquam opitulationem excogitari posse, quemadmodum illi, qui sibimetipsis hic applaudebant per omnem terram absque vllo impedimento luxuriantes ad arbitrium, & dicentes: Ne prætereat flos vernus, coronemur rosarum caliculis, & vino pretioso, & vnguentis impleamur, vbique relinquamus signa lætitiæ. Sapient. c.2 v.17

CAP. VI.

HViusmodi namque sunt, qui sensum occludentes ad res futuras, liberam rerum omnium potestatem habere volunt ex animi sui sententia, pronus ad audendum quidquid placitum est prompti; cùm nulla consideratio iniustos impetus animi retineat. Sed postea quam hinc ad Iudicium emigrarint, iamque terribiles operum hîc commissorum pœnas ibi experientia didicerint, & pauperem iustum iniquè habitum multa fiducia niti apud Iudicem vident: ibi pœnitentia ducti
C flebilem rursus occinunt palinodiam: dicunt enim pœnitentes; Hic est, quem habuimus in derisum, & in similitudinem improperij: nos insensati vitam ipsius æstimabamus insaniam, & finem illius sine honore. Ecce quomodo computatus est inter filios Dei, & inter Sanctos sors illius! Ista dicentes illos sacra Scriptura retulit, posteros eorum instruens, & edocens plurimam gerere pauperum tamquam iustorum hominum curam commendauit. Omninò etenim persuasos esse oportet istos fore eos, quos Dominus sibi ipsi honore pares non dedignatus est confiteri, hac ratione fortassis superbos pudore confundens, vt ad compassionem inflectantur, quando eos ad misericordiam non inclinauit necessitudo ex eadem gente; si namque (inquit) vti cognatum secundum naturam non misereris, veluti me ipsum propter dignitatem curato: vilitati pauperis auctoritate personæ propriæ reuerentiam concilians, & animi promptitudinem ad benefi-
D centiam, non vt in obscuro, & ignobili aliquo sed in nobili, & venerando, & amico suo exercendam exhortans. Quemadmodum enim mendicantis miserandus aspectus non facilem efficit datoria liberalitatem, vel vt tenuis ipsa, & accipientis conditioni commensurata fiat extorquet; ita reuerentia, quæ ex obtutu ipso concipitur mente, gratiam prouocat honoratam, vt ne species veneratione digna offendatur munere, quod tenuem decet & omnes quidem Apostoli, atque Prophetæ, ac iusti, & ante omnes Dominus sedulo exhortantes eleemosynam præcipiunt. Alij quidem dicentes: Frange esurienti panem tuum, & egenos vagos indue in domum tuam, si videris nudum, operi eum, & eos, qui sunt de semine tuo cognatos ne despexeris. Alij verò: Bonum facientes non deficiamus; tempore namque proprio metemus. Alius: Peccata tua eleemosynis redime, & alter: Fœneratur Deo, qui miseretur mendici, & Dominus: Facite vobis amicos ex mammona iniqui-

Sapient. c.5. v.3.
Esaia c. 58. v. 8.
ad Gal. c.6. v.9
Daniel c.4 v. 24.

E taria, & rursus: Beati misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur. Ea tamen, perinde ac nemine quidquam loquuto de ipsa, negligitur, & profundæ traditur obliuioni, multis fortasse opinantibus, neque se vllis distineri peccatis, neque misericordia indigere, ac si omnia bene gessissent. Quod si verum esset, debebant tamen ipsi impeccabilitatis imaginatores imitari benignitatem Dei, & cuivis homini quacumque de causa infelici, sicuti patri generis, si non spe remunerationis, at impulsu optimi habitus, misericordiam impendere. Deus etenim cum nulla re indigeat, tantum vt prosit, curam adhibet sine vlla retributione, naturali misericordia miserens cuiuscumque miseratione egentis, Solem suum oriri faciens super malos, & bonos, atque pluviam effundens super iustos, & iniustos: similiter & hoc docens, in omnes indigentes sine discrimine misericordiam exhibere, qualescumque tandem hi sint; quamvis mali, quamvis boni fuerint. Nam qui beneficio indiget, ope, qua eget, subleuari debet, non autem iudicari, vtrum iustus vt illam mereatur, an iniu-
F stus: quemadmodum solis, & pluviæ vnà cum iustis, licet sit iniustus prouidentiæ benignæ largifluo munere fruitur, ita hominum quoque gratis iuvandus, quoniam & hi habent sibi Divinum quid insitum è sua constitutione, similemque creatoris docent exhibere bonitatem.

Prou.c. 19. v.17. Lucæ cap.16. v.9. Mat. c.5. v.7.
Math.c 5. v 45

CAP. VII.

VErùm tanta nunc inæqualitas occupat vitam mortalium, vt alij quidem non sufficiant curis diuitiarum, neque præ multa sollicitudine opum somni capiendi tempus habeant, secundum dicentem: Saturato diuitiis terræ, non est qui dimittat ipsum dormire redditus vndique dinumerantem, & menstrua fœnora computantem calculis, nocturnumque spatium impendentem, vt ne paruum aliquod lucrum depereat memoriam latens; aliis verò ne quidem necessariæ vitæ adminicula suppetant, propter alimenti autem penuriem contemptim edormiant, idque maximo deputent lucro, quòd
G dum sopor somni protenditur ipsis, suam non persentiunt egestatem: nonnullis desertæ hominibus extent, auratæque domus oblongæ, coruorum, & noctuarum forte verò & dirorum Dæmonum spatiosa diuersoria; aliis autem neque suppetat tricubitale corporis receptaculum, quo regantur: aliquibus argentum inseruiat etiam ad ministeria inhonesta, ad excipiendas nempe vrinas, & purgamenta ventris, extensum in vasa multo pondere grauia; aliis nec adsit testa, qua sitientes aquam ori admoueant: nonnullis marcescant situ putridæ vestes ingentis pretij, & barbaricæ dementiæ; aliis verò desit & centunculus attritus operculum turpitudinis: aliquibus mensæ omnigenis eduliis capiendis angustæ sint, è terra petitis, ex aëre, & aquaticis; nihil enim est, cuius gustum non delibet voluptas, laxissima retia quacunque extendens, quibus concludat & quæ in maris fundo, & quæ in ætheris propinquis, conuexisque tractibus diuersantur, atque in ambitiosam oblectationem eorum, qui voluptatem amant, conuertit,
H cum reclamet satietas ventris laborantis, nec inseruire amplius sufficiat inexplebilitati nunquam saturatæ cupiditaria, cuius neque sistit effrænem impetum vasorum intestinorum repletio, cum vtendi terminum non quod sufficit existimet, sed nihil vt eorum, quæ apparata fuerant, relinquatur; sic ergo disruptis vasis, neque hisce interdum pondus satiationis sustinentibus, vacua, & abundans est ipsa gula præ ingluvie molestè ferês, quòd aliqua reliqua sint, deque ventris arctiore conqueritur mensura, quòd recipere tot nequeat, quot ipsa insano appetens desiderio admittit, ad quæ ardenter concupiscens inhiat appetitibus, qui nullatenus contineri possunt; aliorum verò desiderium dependeat & ab vnica buccella, cum in deliciis hi habeant vel ex parte necessitatem consolari; nam satietas alias ex aliis excogitationes voluptatû nouas comminisci facit, easq; plurimas, neque paululum in his, quæ vsitata sunt, procedit, nisi continuæ sint successiones earum rerum, quæ delectant, & vicissim

Eccl.c.5. v. 12.

A sibi mutuæ, peregrinarum escarum subsidio languorem cupiditatis subleuantes, & gustum lenientes alia, & alia ciborum qualitate. Ita egestas & necessarium persuadet caristimandum carum, vt adimpleas vacuum ventrem, non vt cupiditatem oblectes, præcipiens. Quomodo igitur si quis hominum, qui nunc ita sunt affecti absque misericordia, & pertranseunt iacentes in triuiis infirmos, & in angiportia circumuagantes, atque in foribus molestiam inuerecundè iogerere coactos, nec non eos, quos pudet publicare propriam sortem demutatam, quòd mendicare sint insueti, & fame contabescere præeligunt apud se, quàm notia sibi apparera indecorè sustineant; hos in metallis, atque carceribus consumptos præ vinculorum ærumnis, & necessitate lapidicinæ; istos qui in monumentis, prætoptisque montium cacuminibus sacro morbo absumuntur, è quibus alij quidem propter offensionem morbi suspecti adire vrbes, atque vicos minimè audent veriti, ministratione illos nemo dignetor, quio lapidibus obruantur B propter infirmitatis vitandæ diligentem animaduersionem, alij verò orbati pedibus ad deambulandum, & ad tependum manibus, omnes domi otiosè desident, quemadmodum arburum stipites absque ramis, destituti membris ad quemcumque motum idoneis non dicat iustum esse Domini iudicium, videns eos quidem ex tanta calamitate translatos ad requiem, seipsum autem è tanto luxu transeuntem ad supplicium. Quo pacto verò & in animum inducet suum supplices ad Iudicem voces emittere, ille ipsa, qui ad supplicationes iodigentium absque vlla compassione permansit, & omni tempore immitis, & propriam conscientiam habens, quæ priusquam Iodea ad ipsum præstet, eum de præterita inhumanitate condemnat? Hic verò violentus, & tyrannicus, diripiens, absurbens, spolians, abigens, exterminaos, calumniaos, ageos, ferens, & io seruitutem abducens, omnium denique omninò vitam perturbans, nullam prætermittens malignitatis speciem, & quantum potestas, viresque concedunt vt faciat, penitus in imum C fundum Tartari sponte sua præceps descendit, redargutionem de tantis sceleribus subeundam deteriorem iodicans, quàm dolorem ea tormentis. Ista namque finis te vera conuenit illis, qui potentia noo ad beneficentiam, sed ad maleficium vtuntur, erga proximum, & ea, quæ congesserunt, derelinquunt quidem aliis ad vitæ ambitiosæ abusum, sibi verò ipsis æternam percipiunt pro fructu pœnam.

CAP. VIII.

O dementiam! O vesaniam! Ecquid præbet præter splendidam fruitionem, ne dicam necessarium vsum propter eos, qui ad debilitatem corporis subleuandam indulgere gratiosè aliquid volunt, & cupiditati; quid plus (inquam) præbet auaritia, vt vniuersam terram peragremus omnigenæ acquisitionis desiderio, Britannos. Hesperios, Mauros; ad Orientem verò Thebas, & Indorum regionem adeuntes, vndique ad nostrum D vsum luaui accommoda conducentes, pecuniarum verò thesauros immensos ad coëmendatum rerum comparationem coaceruantea: mensam enim oportet variè instructa tum ex his, quæ in propriis fundis nascuntur, tum ea illis, quæ veniunt in foro, eamque magnificam, & tafertam, vt expleatur venter velut immanis quidam hiatus simillimus heminæ; etenim moltis est reuerà inexplebilis, & vastus, etsi non amplitudine venæ, sed insatiabilitate appetitus, & semper vacuæ cupiditatis, quæ nunquam impletur, quodcumque verò indicat visus, capere affectans. ideò calumniæ, & tyranoides, ideo grassationes, & rapinæ, ideò sic illum, & hunc statim alius cogit illata vi; gradum promouente ad hos semper magis dominantes Tyrannide, & eos qui nunc iniuriam faciunt debilioribus, paulo post præparante ad iniuriam à potentioribus excipiendam, & excogitante rapinæ prætextus specie non inhonestos. Est quippe ingeniosa io adinueniendis auaritiæ coloribus ipsa, & iura reddens, consilia supponit vt videntur, persuabilia rapinæ apta. Sic Iezabel audientem, quòd vineam Nabuthæ vicini vir eius E Achab percupierat, grauiter simol, atque callidè hunc rapinæ scopum disponens, apparuit, vt & concupitum caperetur, nec esset, qui de rapina conquereretur: calumniata etenim eum qui possidebat vineam, blasphemiam in Deum, & Regem protulisse, occidit, & sic vineam vacantem domino accepit, cùm nullus esset, qui patefaceret calumniam ignaris, eo, qui reclamare poterat, sublatu è medio. Verùm nunc fieri audet, & grauiora hominibus, exercita iam satis beneficio temporis iniquitas propter experientiam, & consuetudine adeò prouecta, vt multo magis artificiusa existat. Filij namque viuentes paternis priuantur facultatibus, & fratres fratrum hæreditates alienant, & vxores bonis eiiciuntur mortuorum maritorum, proclamantes de iniuria, nec exauditæ. Horum enim singulis violenter oppressis defensio damni videtur esse donum regium, Rex enim fortsitan bona domioo vacantia petentibus rationabiliter conF cedere potuisset; aliis verò aliorum bona iuste largiri nequit præbens exteris, quæ aliis legitimè proueniunt ex hæreditate, spectantque ad eos, qui debent successiue illa suscipera iure cognatioois, quæque ad decedentes pertinebant.

CAP. IX.

SEd auaritia grauiter omnia, & persuasibiliter commiscetur, ac veluti sapienter, & Reges decipit petitionibus facile circũuenientibus, & specie decoram sumit licentiam aduersus quoslibet, quæ deorsum sunt, sursum, & rursus quæ sursum suot, deorsum efficieos, moltis vndique calamitatum intolerabilium causa existens. Atque ideò plerique passorum iniuriam experimento sistuntur impudenter, corrogantes, & splendidis opibus spoliati, & ex aliorum beneficentia indigentes miserias enarrando constiterunt, tragico more affectum excitantes, & lacrymarum riuis fidem necessitati conciliantes, & ægrè aliquibus suadentes, vt pretium panis sibimet ipsis inopibus porrigant; cum dicant esse solemne mendicantibus G res huiusmodi confingera, multaque ad deceptionem iactare, qui nobilitatem, qua carent, simulant, & iacturam pecuniarum, quam nunquam fecerunt, deplorant, naufragia verbosè fabulantur, & latronum ementiuntur incursus, prætexunt seruorum fugam, qui expilarunt ipsos, & reliquerunt sic indecenter compositos, vt amictus ille miserabilia, & lacrymas mereoa ostentat: huiuscemodi vociferationes emittentibus callido consilio ad captaodas stipes crassiores eiecti fuerunt è terra, vernis, possessioaibus, & pecuniis orbati, honesto victo, famulorum ministerio: & nullo vspiam solatio quisquam eos dignatur; quin etiam comicè irridentur, dum infelices fortunas falsas tragico sermone frustra deflere censentur. Suspectum quippe falsi verè semper est; quod ea apparenti credibile veteres felicitates renunciat, & si vera dici videantur, cum fidem adsciscendi nullum eorum, quæ dicontur, certum sigoum habeat, non conuenientibus vsquam vllibi factis cum verbis. Vnde taciti comH pelluntur tolerare paupertatis ærumnas, intempestiuum rati detegere rerum suarum statum credere nolentibus, cum potius Iudibrij, qoàm compassiouis sermonas ipsorum occasionem suppeditent: & quidam equidem ea his vagantur alias ea aliis demutaotes patrias quas hactenus ignotas ad vitæ ministrationem forsitan idoneas intẽto animo conspicati sunt, quidam verò permanent illis in locis, in quib. eos comprehendit calamitas, migrare dum piget, quà præ virium imbecillitate, quà propter incertũ futuri, præsens quod experti sunt, ambiguo, qualecumque id foret siue peiua, siue melius, præferentes meriro & coosolantes semetipsos, quòd licèt cæteris boois fortunæ per tyrannidem fuerint eiecti, liberia attamen elementis fruendi facultatem simul habent minimè prohibitam, & cum his, qui magnos spiritus ducunt propter potentiam, æqualem in ipsis vsum habent. Istam inuiolabilem possessionem à suo Creatore adepti, vt ne omnino deiecti animi mœrore concidant, perinde ac si nulla

A ex parte in vniuersas res creatas haberent aliquam potestatem. Quocirca spirant, vbicumque vo luerint, aërem istum haudquaquam vetitum, hauriunt è fontibus, fluminibus, & stagnis pro libito vsi potu largissimè, & magna eum libertate se se circumluunt, idque si non in vrbibus, atque vicis (fortitan etenim inibi distributa aqua ad irrigationem istis tamquam nihil possidentibus non attribuitur) in desertis saltem, & incultis locis cum securitate, quantumque visum fuerit, pariter bis perfruuntur, nemine impediente solis fulgurem & oculis, & toto corpore excipiunt, cum nemo, vt maximè velit, radium inde vibratum cohibere queat, neque diuiti opibus eminenti amplius aliquid diuidere, quam pauperi, propter humilitatem, valeat. Vbi enim subtracet materia, cuius natura distributionem patitur, maiorem partem arripiunt diuites auari, non permittentes penes alios esse, quæ habere ipsi student; indiuiduarum autem rerum communis omnibus simul vsus conceditur, & alius alio nihil plus habet ad participandum, cum natura cunctis æqualem distribuat portionem, & his,
B qui plura sibi vendicare volunt, nou præbeat occasiones discordiæ.

CAP. X.

QVis enim aëtis segmentum sicut terræ vel pecuniæ præcellenti sua potestate seorsum obtinens pro se ipso separatum ab vniuersis diffuso in omnibus particulatim creaturas? Ecquis veto instar pecuniarum, aut rerum pretiosarum solis iubar, aut calorem intus vti thesaurum seruet solus, eo sibi peculiariter quæsito perfruens, . . . quando nox sub terram, aut nubes coacta cuttentem occultat polum? Aqua licèt in riuulis exantlata videatur in multas partes diuidi, vnoquoque bauriente in accipiendo sibi propriam factam vendicante;
C vberrima tamen scaturiginis abundantia vsum eius inter plutes non sinit esse litigiosum; sed æque atque res indiuiduæ possidendi desiderium sedat, superfluum penitus arbitrante illo, qui ratione pollet atque vanum, sibi propria asserere velle ea, quæ communia omnibus natura donauit, æqualem vtendi potestatem præbens, & dominium pariter cunctis adimens; idque veluti recondirum in penetrali asseruite, cuius omnibus vtendi copia perpetuò proposita est, & ad manum, potestate prompta ad fruendum cupiditatem possidendi sedante. Quandoquidem id, quod ratum, & difficile paratu est, priorae desiderium, certamen concitans, ne præoccupetur ab alio, non commouet tamen illud, quod ipsa semper ex abundantia despectum est.

SECTIO X.

De Beatorum conuersatione, & Diaboli
D malignitate.

CAP. I.

CVm igitur (ô amice) eo modo se res habeant, quo dictum fuit, & tanta iniquitas in sæculo dominetur, vt piscium cuncti vicem imitantes deglutiant minores, & à potentioribus deuorentur: inueniendus est aliquis, qui aut magni Moysis exemplo modò percutiat Exod. c. 2. v. 12. Ægyptium, qui percusserat Israëlitam; modò verò populares contribules inter se pugnantes cohortetur ad concordiam, & dicat: Fratres estis, vt quid inuicem vobis iniurias infertis? aut secundum Abacum, opem quidem laborantibus, afflictisque ferat, sed cum tedarguendi puniendique facultatem non habeat, Deum conueniat precibus aduersum iniquitatem tunc grassantem, & zeAbacuc. c. 1. v. 2. lum orationis ad eum libertata ostendat. Ait enim: Vsquequo Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te iniuriam patiens, & non saluabis me? non ipse in semetipso passus iniuriam (Propheta enim erat, & omni noxa superior extitit) sed malitiam exosus aliorum iniuriam vindicari rogabat. Quocirca infert subinde dicens: Quare ostendisti mihi labores, & dolores, videre miseriam, & impietatem? quia impius prævalet aduersus iustum: & facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem. Quantum erat bonum, & quantum solamen afferebat oppressis, cum in doloribus sublcuabantur condulentis compassione? Cæterùm sicut iniquitas est alios tyrannide opprimere, & damnis, contumeliisque vti lutt aspersione offendere; ita & rebus necessariis priuare indigentes illis. Etenim tot vnusquisque homines iniuria afficis, quot com possit, beneficiis non iuuat. Atque hoc ipsum Dominus verum esse ostendens, non eos, qui afficerunt iniuria, non eos qui fraude circumuenerunt, sed eos, qui non erbarunt esurientem pauperem, qui non domi exceperunt peregrinum, qui non visitarunt decumbentè, qui ad inclusum carcere non accesserunt, & vinculis compeditum neque re, neque verbo vllo modo sunt consolati, addixit igni æterno: maximam hanc iniuriam iudicans, & rem omnino duram non vti facultate ad benefaciendum his, qui egent. Nam etiamsi F
lex Diuina nihil disertis verbis de misericordia exercenda præcepisset; ipsa tamen natura magistra hanc legem tacita voce constituisse videtur, dum intimum homini affectum indidit è compassione. Quandoquidem verò & lex sacris libris expressa commonefacit insitam natura facultatem officij sui, exstimulans, & excitans animi propensionem ad beneficentiam erga egentem: nonne igne grauius meretur supplicium, qui hatum neutra ad humanitatis sensum inflexus commouetur, & licèt eius socordiam externa tedarguat testimonia, internaque conscientia exprobret, ipse tamen aut parsimonia, aut immisericordia supinus semper, & ad benefaciendum ignauus permanet? Verùm enimverò si hospites domum deducit exemplo Abraam, & adinstar Lot ex plateis viatores ad se trahit, & orphanos prandio excipit, & viduis indigentibus necessaria suppeditat, & omni egeno id efficitur habitu, quod suppleat illud, quod deficit, vniuscuiusque necessitatibus, prout facultas tulerit, adaptatus; secundum magnum Iob; si protectorem mortuorum cadauera (vti fecisse fertur iustus ille Tobias) sepulcro componit, & Dei cultoribus peregrinantibus tectum, lectumque, ac mensam cum Sunamitide præbet, & iuxta Abdiam, eos, qui secesserunt, & in tuguriis, & in speluncis vitam degunt, victum subministrando fouet; si exigente necessitate etiam liberis propriis præfert iustum egentem, virtuti natutam postponendam ratus, quemadmodum Saraphthia Vidua, quæ vnicum pugillum farinæ possidebat, & illum, in fame charissimis filiis tabescentibus esurie obtulit Heliæ Prophetæ; si persistit verbi Diuini meditationi, exemplo Eunuchi in curru legentis, & ostendentis, quantum operæ huic studio impenderet domi, cui etiam in itinere tam sollicitudine deditus erat; si orationibus, & eleemosynis vacat cum Cornelio, cui dixit adstans Angelus: Orationes tuæ, & eleemosynæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei; eoque adnuntiante faustè opera sua Dei conspectum meruisse operans intellexit; si operam dat ieiuniis Paulum æmulatus, quæ ille in parte gloriationis suæ reponens, inquit: In ieiuniis multoties, in fame, ac siti, gemini huius tyraonici violentissimi affectus, famis scilicet, sitisque tolerantia sese speciosè adornaus propter eos, qui negligentius ad rem petantiam sunt dispositi affuetudine deliciarum ventri velut exactori mancipati; vt quamuis desiderium philosophiæ ipsos non eò pertrahat, cupiditate falsarum laudum permouiantur: nam de quo meritò quis gloriari potest, id vtique commendationis omolno non est expers: cur non iudicabitur omnib. illis æqualis ponderis, qui prærogatiuam vnumscuiusque peculiarem obtinet & solus id est, quod erant simul isti omnes, propria vita complexus quasi per capita præclaras singula rum ætatum dotes, veterumque veritatem, non signa mentorum probabili apparatu, sed perspicuo testimonio operum luculenter demonstrans. Res quippe, quæ internarrandum sæpenumero, quia præter opinionem est, vt detur incredibilis, si ipso confirmetur opere, quadu

Genes. c. 18. c. 6. Genes. c. 19. v. 1.
G
Iob c. 29. v. 15.
Tob. 1. v. 20.
4. Reg. c. 4. v. 10.
3. Reg. c. 18. v. 4. & 13.
Erat hic dispensator Regis Achab.
3. Reg. c. 17. v. 13.
Actor. 8. v. 17.
Act. cap. 10. v. 4
H
2. Cor. c. 11. v. 27.

indubitata, neque vtrùm fieri possit, necne, ambigendi occasionem ampliùs præbet.

CAP. II.

ET quomodo fœminam (*Peristeriam*) adeò effulgentem vitæ conuersatione velles latere Diabolum honestatis osorem, eamque non exercitatam tentationibus persistere statueres tantas prouocandi eidem subministrantem ansas? Si etenim vnusquisque illorum, qui vnum aliquod & alterum bonum opus feliciter peragunt, habet aduersum se hostem validè conspirantem: quo pacto ipsam moltis adortis decoratam, & vnam omnium simul certaminibus oppugnatam sedere oporteret otiosam; in stadio esse, nullum tamen habere aduersarium; vnctam, & manus tamen haud coserere; adspersam puluere intra fossam, neque concitare in se vllum colluctatorem, lacessere illum, nec ad pugnam irritare; virtutem operari, nec dolore percellere auctorem mali; Deò placere, & non expergefacere serpentem ad inuidiam, solitum liuore obtrectare his, qui ad illum honorem progrediuntur, è quo ille sua negligentia excidit? Et hac de causa omnes Sancti oppugnati fuerunt ab illo; neque vllus est, qui aliquid Deo placitum vel animo proponat, vel re perficiat, quin aduersarium, & insidiatorem eum habeat, qui infestissimo odio mortales prosequitur, non aliam ob causam, quam quod iustè agunt, quòd Christo Seruatori studeant, isc amici, ipsum verò solum deserant, vel eum paucis æterno supplicio valdè puniendum, plurimos, quin & omnes secum pertrahere cupientem. intendit enim forsitan omninò execrandus veniam cum omnibus assequi, si genus vniuersum hominum pœnæ obnoxium inueniretur, necdum Diluuij exemplo satis superque, quanta sit Diuinæ sententiæ seueritas, edoctus, non inflexæ ad commiserationem ob multitudinem iudicatam, propter peccatum punitioni addictam. Siquidem hoc solatium ducit puniri cum multis, alleuiante, vti videtur, tormentum communicatione ipsius multitudinis, quamvis in eo, quemadmodum in omnibus fallatur; ecquid enim iuvat patientem nomenum eorum, qui eadem patiuntur, vnoquoque dolorem proprium tolerante infinitum, neque dispertitum aliis: sed sufficit fortassis invido ad sui solatium supplicij sola quamplurimorum perditio, & si nihil aliud inde penitus lucretur ipse commodi. Proprium est quippe hoc inuidiæ, calamitatem eorum, quibus invidet, concupiscere, & mutationem è claritudine in vilitatem, nullum aliud percipiendo solamen ex miseri ærumna, quàm quod acquiescat solummodo forsitan; si tamen eueniat quod cupiebat, oblectatus de illius, cuius inuidia flagrat, deiectione felicitatis, ob quam affligebatur prius, & contabescebat.

CAP. III.

ITa etiam recens effictum ex humo Adam, ac Diuinæ imaginis vix dignitate donatum, adeptum omnis simul creaturæ dominationem aggressus fraude, ac dolo, cum non haberet causam manifestam, qua ipsum inuidiæ scopum assequeretur, adhuc & præcepti, ac honoris nouperrimè delati memorem, decepit per imposturas Dei æqualitatem promittendo, vt & donato priuaretur honore. Nihil enim tunc armorum suppetebat, quibus subigeret vsque belli imperitum; non fornicatio, nec dum enim ad libidinem titillabatur; non aspectus oculorum; non affectus animi, non auaritia, non enim erat materias concupiscentiam ad occupationem protitans; non inuidia, non vanæ gloriæ appetitus, non odium, non dolus, cum nullus esset, aduersus quem commoueretur; vti confestim in Cain cœperunt hæ passiones gestire veluti passis alis, Abelis probitate ad æmulationem prouocatæ. Vnum duntaxat ille sibi ad astruendam fraudem profuturum norat amorem, & appetitum maioris honoris. Verus quippe hic affectus, naturæque simul cum homine, sed non ad honorantis contumeliam, verùm ad reuerentiam, & honorem concessus. Nam dignitas, quam vt Deus promittebat ille, qui primùm pluralitatis Deorum nomen voce vsurpauit, & paritatem imperij vnici perturbauit Deorum appellatione eam infuscans, ab homine acquiri poterat virtutis studio, rapina verò inuadi transgressione mandati non poterat; cum ea sit peccati natura, vt honorem auferre, non proferre valeat. Statim igitur ille homo propter contumeliam in eum, qui honore ipsum condecorarat, post præcepti transgressionem spoliatur dignitate, priuatur dominio, deponit imaginis honorem, ad eam, quam paulo ante habuit, reuertitur vilitatem, terra rursus, atque puluis nominatur absque Diuinæ effigiei, quæ materiali figmento consors adhibita erat, mentione. Conuenienter deinceps ferarum iras timet, venena serpentum, belluarum ferocissimarum vires, quibus erat paulo ante propter imperium metuendus, hisce factus est subditus; & simul ac Deo non paruit, vno momento cunctis excidit, quibus hucusque propter obedientiam præfuerat. Hanc enim ipsi legis loco iniungens abstinentiam vnius plantæ proposuerat rerum conditor, cum alia nulla materies (vt dictum fuit) exercendi ad obedientiam tum esset eum, qui lege constringendus erat, necessarioque debebat, vt aliis omnibus imperaret, habere præceptum aliquod significans ipsi seruitutis iugum, vt quando superbiendo supponeret se præesse creaturis, & imperare tot, & tantis animantibus, comprimeret confusam præ potestate mentem, cogitando se subesse legi, subditumque esse mandato, quandoquidem maioris imperij timor informare ad molestiam inferiores, vt ne tumeant, solet, & quod inflatur superbia, cùm sentit se principatum in alios obtinere, & apprehensione superioris potentiæ ad moderationem castigando redigit, audaciam insolescentem ad iniuriam inferendum cohibens interdum recordatione supereminentia principatus, & vindicis.

CAP. IV.

VErùm non vsque adeò quid faciendum esset, terrenus ille potiùs quàm Deo similis Adam animo suo dispexerat, totum se suo consultori maioris honoris accipiendi causa permittens; etiam neglecto mandato, quod conseruando satius erat certum possidere honorem conuenientem naturæ suæ, quàm sublimiorem, incertumque expectando, eum etiam, qui inerat, perdere, ac numquam obuentura sperando, præsentis iacturam eligere. Qui verò cùm audierint Dominum dicentem: Estote perfecti, quemadmodum Pater vester cœlestis est perfectus; (Matth. c. 5. v. 48.) & singulis quibusque virtutibus imitando Patrem perfectum, ad hunc statum peruenire consequenter per iter studuerint perfectionis, effecti sunt misericordes in primis, & humani, & compatientes, & eleemosynarum elargitores; hæc enim ad patris deducunt perfectionem: iure merito pristinam recuperant dignitatem cum imagine, desideratam ardenter illam suscipientes appellationem, non ab eo, qui decepit olim generis primum auctorem, verùm ab eo Deo, qui semper veritatem scit tueri, in quibus ait: Ego dixi Dij estis, & filij altissimi omnes. (Psal. 81.) Adeoque homo ad hoc ipsum comparatus erat, neutiquam verò cognitionem habens, quis esset tanti muneris auctor, merito sua excidit deceptus spe, dum iniquo fidem habuit incitanti ad illam dignitatem peruenire: nec enim perspexerat impostoris artificiosam fraudem, qui cum id machinaretur, vt ne ipse homo appellaret ad eum, quem promiserat honorem, consuluit eò tendere modo impossibili, vt quem potuisset assequi, non posset malè ambiendo pertingere; vtque quod iusta ratio concesserat, illud perderet iniusta affectatione, actu veteratorio circumuentus ab eo, qui ad sibi obsequentes, & morigeros suos euertendos, nihil assiduè non molitur.

CAP.

A

CAP. V.

CÆterum Diuinæ imaginis notas fuisse, quæ feris obediendi reuerentiam incutiebant, tempus deinde atque ipsa rerum experientia demonstrauit; nam quæcumque nunc ad peccatorum vergunt exitium, eæ iustis obsequentes nocendi vim reprimere coguntur. Ita Babylonicæ fornacis ignis corporum Sanctorum ne crinem quidem tetigit, at super iniustos maximo erumpens impetu, flammam ad cubitos quadraginta nouem ardescentem effudit ad absumendos, qui circa fornacem erant, Chaldæos, quos veluti siccam stipulam, & arida cremia deuorauit; ipsam verò puerorum struem inferius orientem, luto aut glareis imbecilliorem, impotentioremque reliquit, ita vt neque potuerit calcantium vestigia lædere; nam sarabara colore nitida, & libera ipso fumi odore gestantes cæterum debili ac fluxo ad corruptionem corpore omniuoram ignis vim superantes. Ita quoque leones in lacu macerati, septem enim diebus

B

fame macerati custoditi sunt absque vllo cibo, Barbaris insitam ipsis natura immanitatem inopia victus irritare arbitrantibus; omninò ne quidem ausi sunt ad Danielem accedere, ne aspectu terribilis velut impetus iustum

Daniel c. 14. v. 33.

affligerent, & dum ille cibum ab Abacum illatum comederet, manebant temperantes, & ne tum quidem ad illicitum prouocabantur pabulum; nec enim ad famelicum cibandum iustum venire iussit per aëra sublimem è Iudæa in Babyloniorum regionem Angelo perferente Abacum prandium portantem, qui Mosem, & Heliam quadraginta dierum spatio sine cibi necessitate conseruarat; sed vt magnum, & stupendum valde miraculum patefaceret, leones ieiunium sapienter professos promulgans dum homo in eorum conspectu cibum capiens manducaret, neque multorum dierum indigentiam soluentes, dum consuetum, gratumque ipsis corporis humani ferculum tamquam in mensa fuerat propositum.

C

Erat enim hic consuetus eorum cibus; quibus duo singulis diebus humana corpora ad mortem damnatorum illorum objiciebantur sumenda. Ita continuum maris rubri æquor ab vna littoris ora in aduersam diuisum est & fluida, lubricaque natura marina imitata est corpus solidum, densumque, ad vtrumque latus altissimo fastigio assurgens in murum, viamque præbens Regiam populo transeunti, quam Moses digna fide ex tempore stratam per maris medium præter opinionem muniebat. Vbique adeo diuina imago Dei famulantibus reuerentiam conciliat, eosque cunctis in rebus verendos reddit.

CAP. VI.

CVr igitur Athletis molesta est exercitatio luctandi scientiam eos edocens, neque periclitari permittens, breuique labore ad ferendos labores alliciens, neque sinens insidias vsque ad damnum peruenire? Fortasse vero molestia non afficit illos, qui norunt luctum ex

D

Apostolica monitione, qua inquit: Afflictio patientiam

Ad Rom. c. 5 v. 3.

operatur, patientia verò probationem, probatio autem spem, spes verò non confundit, afferens vtique secum quæ sperantur, neque expectationem eludens. At iis est molesta, qui ad athleticum laborem remissiori sunt animo, & præ ignauia propria atque socordia ad alienorum certaminum conspectum deficiunt mœrore, quemadmodum & magni Iob vxorem sermo fert dixisse marito

Iob. c. 2. v. 9.

confligenti cum ærumnis: Quousque sufferes constanter? non sustinens forsitan videre, quæ ille ferebat patiens. Illud enim: Vsquequo sufferes constanter? ipsam fuisse afflictam ostendebat adspiciendo ea, in quibus ipse tentatus constanter tolerabat: non enim ait, Quousque pateris, vel dolore atque ærumnis affligeris? sed, vsquequo sufferes constanter? Quod plane significabat, [illegible] non morbo compari, nec generosum animum ad[illegible]itari, sed patientiam viri vanam reprehendere, neque conuenientem; eam consulere mali protensionem deplorare, non verò patienti condolere. Istiusmodi quippe sunt effœminati, atque muliebres, & cum in laboriosas, aduersasque res incidunt, non solum non vngunt ad fortitudinem masculam eos, qui decertant sermonibus, sæpius animum fatiscentem roborantibus, verum etiam auferunt illius præsentes vires, & diffringunt, indignantes, perinde ac si mala essent intolerabilia, & eos, quos iuste deberent prædicare beatos, veluti miserabiles deplorando, atque deflendo. Audiuisti Diuinam vocem dicentem: Vir qui non suffert tentatio-

E

nem, à Deo improbatur. Quid ergo miraris, si tentan-

Iacob c. 1. v. 12.

tur, qui Deo bene placent? Nondum hoc tibi persuaserunt exempla iustorum, qui antecesserunt, plena pressuris, & sudoribus athleticis? Nonne didicisti Iobi pietatem, & insidias ab inimico generis humani aduersus illum? Ipse non ad ostentationem, neque respectans ad inanem gloriam, opera sua præclara, & recta narrauit; verùm ad æmulationem prouocans eos, qui audiunt, & ad imitandum, commemorauit suum erga peregrinos studium. Foris (inquiens) non manebat hospes, &

F

ostium meum cuique venienti fuit apertum, fuam de

Iob c. 31. v. 32. Ibid. v. 17.

viduis, atque orphanis eram: Si verò & buccellam meam comedi solus, & non communicaui pupillo, & non exiuit vidua de ianua mea sinu vacuo; oppressorum iniustè patrocinium suscepimus: Iudicium, quod non noueram, exquisiui inuestigans, & iniquorum molas contriui, de medio dentium eorum rapinam eripui; affectum erga domesticam familiam compatientem, quam potentia naturam exscindens, & debiliorem submittens præcellenti viribus in seruitutem redegerat. Quod si &

Ibid. v. 13.

despexi iudicium famuli mei, aut ancillæ meæ, cum ipsi mecum litigarent; non reiiciens penitus ipsorum iura vilitatis contemptu, sed suum locum concedens iustitiæ edisserendæ, & præbens impulsum ad libertatem ea æquo loquendi, ac tempus, vt ne defraudarentur sibi subditi verborum facultate, silentium ducentes præ metu. Et tantæ modestiæ caussam adiungit hisce verbis: Nonne sicut ego factus sum in vtero, & illi quoque fa-

Ibid. v. 15.

cti sunt? Facti verò sumus eodem in ventre. Vnde ex

G

æquali sorte nascendi dignitatis æqualitatem rectè deducit, & eos, qui per insaniam sunt tumefacti, admonet, ne iumentorum instar eadem lege natos imperiis supra facultatem, & sine remissione fatigent; verùm potiùs propria virtute illorum dirigere vires exhortatur. Par enim in omnibus est naturæ imbecillitas, ob quam celeriter animal laboribus immoderatis dissoluitur, oporterque, fatigationem esse commensuratam robori, & eam rursus vt consequatur idonea intermissio, quò reficiat vires suas exhaustas labore, & rursus ea ad opera recentes & efflorescentes redacat. Ne quis verò fortassis iusti verba ad pompam humanam, ostensationemque prolata suspicetur; testis eorum, quæ dicta sunt, Deus

Iob c. 1. v. 1.

adest, propria voce illius obsignans sermones, & ait: Erat homo ille irreprehensibilis, iustus, verax, Deum colens, abstinens ab omni opere malo.

CAP. VII.

H

SEd quia non est æquum pugilem probatum semper manus conserentem exerceri, reapse verò ad experimentum edendum corporeæ exercitationis, vt ostenderet fortitudinem, procedit aduersarius ad certaminis præsidem robore præfidentior, & torosa ceruicis specie athletam verbis extenuat; vanam dicit, & sine comprehensione ioculatoriam esse pugnam, & priuatum, atque vmbraticum certamen, opinionem fortitudinis imaginariam, minimè verò fortitudinem perfectam esse ait; exposcit ipsum ad luctam exhiberi, aduocat in stadium, & antè experimentum imitans Goliath in confesso esse victoriam penes se gloriatur. Etenim ille ad iactantiæ disciplinam, discipulus huius, & iste illius magister; atque in operibus ambo suis pollicitationibus sunt inferiores; in denunciationibus gloriosi, & arrogantes, at in congressu debiles & languidis impotentiores. Irridet, & despuit tanquam deuictum; in rebus secundis ait eum benedicere, blasphemum verò prænuntiat

A comparitururum, si spolietur iis, quæ ipsum splendidum apparere faciunt; calumniatur, vt alium specie, alium in veritate rei existentem. Figmentum cauillatur eius pietatem, & laruam simulatam eius verecundiam, remunerationem earum, quas recepit, gratiarum vocat iustitiam affectatam, omnia facit, vt dilaceret sanctum, dum calumniandi occasionem apud Deum se reperisse putat. Gen.c.3. v.4. Sic alias simili calumnia Deum apud hominem traduxerat tanquam inuidentem ipsi cognitionem boni, ac mali, & ideo esum fructus ipsam præbentis prohibentem, vt ne fieret sicuti Deus cognoscens bonum, & malum. Sed nihil apud Deum mentiendo profuit; nec enim, vt olim erga hominem fraudi opportunum se habebat. Apprehendit pugilem, vt expetierat, induxit in stadium, constituit in pedato & fossa, pugnamque inchoans summas manus iniecit: exuit eum facultatibus, & comperit opibus meliorem; abstulit liberorum chorum, & natura superiorem agnouit, eiecit ex Regia dignitate, & gloria B sublimiorem vidit; corpus vulneribus putrefecit, & animi patientia eum carnis affectus superasse didicit; insumpsit suæ artis commenta, nec inflexit eum, qui medium se amplexu constringendum nequaquam præbuit; omnes fraudis prehensiones adhibuit, nec de suo gradu extulit, qui efferri non poterat. Lassatus est iaculis contectis tentationum, & neque plagarum vestigium impressit; pharetram exhausit, neque generosum læsit; defecerunt passiones præ patientis alacritate, & illas infligens de cætero inops consilij erat, dubiusque excogitandi modum, quo Victorem Olympicum posset aggredi aptè, & honorificè, merito pudore suffusus, postquam victus fuerat, de iis de quibus ante prælium se iactitarat magnificè, intuens eum coronis, & præmiis insidentem tolerantia superiorem, & quod in patiendo se se exhibuerat fortitudine nunquam remissa præditum, in quibus stabat aduersus eos, qui tænias, & præmia ambiebant certatores, proclamans clara voce: Ecce C ego appropinquo iudicio meo. Scio, quòd iustus apparebo Quis enim est, qui iudicium sit facturus mihi, vt nunc obmutescam? Quasi dicat: cecidit aduersarius, deuictus est hostis, deiectus est inimicus, iacet, & præ pudore se occulit. Quis est, qui iudicium sit facturus mihi, vt nunc obmutescam? quando victoria mihi præbet occasionem loquendi, quando verbis veritatem attestatur opus, post experimentum minime suspectam reddens promissionem. Et illum quidem magniloquentia, qua, priusquam simul confligeremus inuicem, vsus est, traducit velut in triumpho, nunc leuitatis, & temeritatis effecta irrefragabilis redarguno; me verò, qui tunc obseruaui silentium, nunc ad eas enarrandas rea oculata fide perspicuas lacessunt sermones, qui non exhibent incertis promissionibus dubium & anceps quicquid pollicentur.

SECTIO XI.

D *De Iosepho, & Susanna, & quod maius fuerit certamen Iosephi eo, quod aduersus beatam Susannam susceptum fuit.*

CAP. I.

QVid verò & Iosephum corporis simul, & animæ pulchritudine splendentem in vincula coniecit, & illotum exantlare fecit ærumnas? Nonne studium continentiæ ipsi omnium istorum caussa extitit, cum ea (mulier) non impetrato, quod sedulò contendebat, iracundia ob frustratum adulterium concepta, apud insipientem maritum ad querelas se se accingens, amoris dulcedinem in furorem mutauerit inhumanum? Vestis enim, quam protulit, ac si vis ipsi fuisset illata, accusatio erat violentiæ, non quam ipsa sustinuerat, sed quam intulerat adolescenti derelinquenti, vt, aufugiens euaderet insultum peccati, vtque honore in se ipsum delato priuaret, indumenta, per quæ illa attraxit. Postea quam enim illa frustratam se fuisse sensit ardenti li- E cet cupidine, furensque ira, illud vnum agebat, vt eum, qui, vt sibi videbatur stultè, indecenterque egerat, è medio tolleret, ne passim irridens ipsam apud omnes traduceret quasi conuicè, ob ipsius insaniam æstro percitam. Dan.13. Susannam quoque ad simile mortis periculum decepta calumniis sententia deduxit, quod & istic iniusti amatores, & Iudices meritò graue sibi futurum existimarent viuentem ante oculos conspicere consciam huiusmodi facinoris, quod ipsi fuerant ausi, ob quod magna ratione ludibrio haberentur, eò quòd indigna, & ætate atque dignitate attentarunt; quippe qui in extrema senectute, in qua æstus cupiditatum marcescunt, & deflorescunt naturali cursu sponte sua detumescentes, tunc ad torpem delapsi essent tabiem, cumque exoleti, ac vigore destituti forent, pudicæ tamen procl fierent impudici. Verùm dispicienti multi discrimen, vbi plerisque fortè videtur res eadem esse, subit animum distin- F ctiùs explicare id, quod propter apparentem similitudinem causa est, vt idem fortassis esse videatur; non quo non habeant mulieres æque gloriari atque viri, sed ne quis eorum, qui sacras Scripturas perlegunt, rerum, quæ similes esse videntur, occultas diuersitates temerè transcurrat, cum veritatem diligenti obseruatione & attenta consideratione vix deprehendere tandem possit. Quis ergo eorum, qui non sedulò animum aduertunt, neque caussas accuratè perscrutantur, Susannam eodem, atque Iosephum, certamine conflictatam non dixerit, cum tamen dispari certamine illa pugnauerit multoque remissiori, si absque præiudicio ex opere ipso iudicetur? Potest quippe ipsa in vtroque casu eadem plane esse quoad Castitatis rationem, quamuis non eandem excellentiam haberet actio vtraque, ex euentu, non ex animi affectu pari honore orbata, ne videamur cauillari pudicæ virtutem, quæ læderetur hactenùs certato certamine in eo, quod existimaretur non posse maiora Forte enim perfectiorum facinorum bene gestorum habuisset robur, etsi G proposito certamine visa sit, comparatione Ioseph minora præstitisse. Nam vbi paritas, iuuenculam in senes molestiam facessentes; & adolescentem in iuuenculam, quæ vim inferebat, incidisse? canitie reuerendos, & ætate florentem? pudorem atque reuerentiam aspectu ipso incutientes, & visu accendentem desiderium? insuetos, & familiari conuersatione notam penitùs? ex improuiso irruentes, & quotidiano sermone, gestibusque meretriciis circumsedentem? mortem minitantem, & libertatem promittentem? eos, qui poterant infligere metum in luctam; & eam, quæ ad blanditiis fascinandum, & demolcendum obsequiis apta erat id quoque, quod ad assensum voluntatis tandiù nutu recusabat? perterrentes tumultu, ac metu, animumque vel maximè in libidinis furorem pronum, magis obtundentes præ impetu, quam ad mitescendum prouocantes; & precibus effringentem omninò ad affectum infractum sensum? Quod autem præ omnibus ad amorem conci- H liandum, vel auertendum potentissimum assignatur, ætatis est æqualitas, vel inæqualitas: altera quidem non consentit senibus, in quibus nihil erat quod oblectaret; ille iuuenis iuuenculam explosit, quæ idonea erat accipere id quod impellebat.

CAP. II.

NIhil enim conciliat (vt videtur) consensus huiusmodi, quàm ætatis æqualitas, & familiaris consuetudo: quarum illa æquæuum cum coæua confidenter agere suadebat; hæc verò longo vsu, etiam valdè asperos mores complanat, & alienatos ad amicitiam prouocat. Ea verò ætas, quæ vigorem ætatis, florisque deposuit gratiã, non delectat quod adhuc pulchritudine nitet, quamuis ipsa eodem oblectetur, cum nullum habeat illicium, quo possit quod improbitor inescare. Multos alios præterea virtutis caussa per mille calamitates probatos inuenies, alios quidem pie viuere, cultumque diuini Numinis curantes; alios verò religiosam prudentiam,

æquita

A æquitatem cæterarumque virtutum moralium statum excolentes; alios, qui ignorantiæ errore deceptos in rebus bonis atque honestis diiudicandis ea, quæ ipsos latebant, docent, & ad vtilia exhortantur, vt vita ipsorum reducatur ad id, quod conducit: quoniam omnes,
2. Tim. 3.12. qui piè volunt viuere in Christo Iesu, secundum Sanctum Paulum persequutionem patientur, quod iustè agendo sunt graues iniquis, & fortassè solo etiam aspectu molesti, & ea de caussa persecutione vexati, quia etiam tacentes improbitatem redarguunt, comparatione vitæ propriæ improborum vnicuique malitiam exponentes.
Ioan. 15. 20. Ioan. 16. 2. Luc. 6. 22. Verùm Dominus & Apostolis, quod futurum erat prænuncians ait: Vt me persequuti sunt, & vos persequentur; & absque synagogis facient vos, & eiicient nomen vestrum tanquam malum; vt præparato satis animo aduersus ea, quæ prædicta fuerant, leuiter ferrent ærumnas meditatione patientiæ, ipsumque discriminis experimentum sibi redderent facile. Vnde statim
B confessos Pharisæorum, vincula, carceres, calumniæ, contumeliæ, iniuriæ, verbera, pericula mortis, quiduis denique aliud nihil ipsos turbauit, neque vt libertatis quidquam loquendi remitterent, effecit. Iam enim ipsorum animo sedebat sententiis etiam peiora perpessu, quam quæ minitabantur, experiri, eosque præparata iam antè facilitatem eis omnem contemnendi crudelitatem præstabat. Ideò duodecim numero cum tantum essent ad vniuersam gentem furibundam liberrimè prædicarunt, interdum quidem dicentes: Non possumus, quæ vidimus, & audiuimus non loqui: aliquando autem:
Act. 5. 29. Si iustum est in conspectu Dei vos potius audire, quàm Deum iudicate. Alias & ad iniurias iuste deueniebant, obloquendo his, qui veritati aduersabantur, eumque illis plurimis pauci ipsi, & cum potentibus, vt videbatur, imbecilliores: Dura ceruice, & incircumcisis auribus, & corde, vos semper Spiritui sancto
Act. 7. 51. resistitis, sicut patres vestri, & vos. Ita scilicet iustus zelus non respicit multitudinem eorum, qui possunt iniuriam inferre; non iram, non potentiam
G aduersariorum æstimat, ignorat minas, nescit periculum. Ad vnum tendit cum alacritate, dicere verum, & mendacium notum facere, ne delitescens quosdam perdat simpliciores.

CAP. III.

QVid ergo homini rectè, iustéque agenti circumfusæ vndique afflictiones mali afferunt magno cum terrore insurgentes, & euanescentes facilè; vehementi irruentes impetu, sed magno quoque impetu pertranseuntes; violenter concutientes, & discussæ violentiùs; vadis, breuibusque illidentes, neque facientes naufragium; examinantes igne aurum, sed probatius exhibentes? Sic in Cantico anima perfecta tentationibus tole-
Cant. 4. 16. randis exercitata fiduciæ plena ventos euocat; Surge (inquiens) Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata: tunc persuasa, maiorem fore virtutis
D fragrantiam, quando ipsam turba tentationum euentilauerit, quæ bonum habitum tandiù otiosum commoueant ad operandum, eumque ad lucem producendo percelebrem, illustremque reddant. Hac ratione vniuscuiusque Sanctorum virtus effulsit, quæ latere potuisset, nisi discrimine fuisset exercitata, & sub modio foret occultata, nisi supra candelabrum posita extitisset, splen-
Gen. 22. didum noui propositi lumen per opera fulgurans. Quis enim nouisset magni Abrahami pietatem, nisi imperata filij cæde obedientia generosum eius animum prædicasset; ita vt armasset contra vnigenitum, & dilectum filium paternam manum, promptè illam extendens, neque deiectione mæsta vultus doloris animæ passionem ostendens, permanens verò tali cum mentis serenitate, quali perstitit cum hinnulum cerui aut vitulum, aut
Iob. 1. agnum in precibus suspicatis Deo sacrificabat? Quis autem Iobi animum philosophia obfirmatum nouisset ad tam multiplicem suorum cladem; nisi gratiæ de singulis rebusque rebus actæ ipsius magnitudinem animi clara

E voce testarentur? Neque enim veterator vno exitio abstulit omnia, ne vno calamitatis ictu dolorem eius velut in compendium contractum redigeret, qui poterat extendi multipliciter, & iteratis nuntiis partitis, ipsi audienti luctum reddere acerbiorem; nec enim primo loco charissimis eius pignoribus conuiuantibus superinjicit ædes, ea subuersione domum in sepulcbrum conuertens, & sanguinem cibis, carnesque pinsens, vna cum lapidibus, ne animus maiori malo hebescens, & stupens nullo minorum sensu afficeretur; sed gradatim sigillatim peruadit omnia à tenuioribus ad res maioris momenti transcendens; & alium subinde nuntium grauiorem præcedenti, numero, & qualitate damnorum illatorum apparat, vt calamitas per incrementa exaggerata magnum, & graue, ac asperum vulnus desperationis animo infligeret. Ordine scilicet à leuioribus principiis progressus vsque ad vltimum ictum deuenit, qui & sapientem viri constantiam maximè declarauit. Nam vt
F domum subuersam, & liberos interemptos edidicit, cum ante cæteras omnes facultates sibi periisse audiisset, discidit vestimenta sua, & totondit comam capitis, quò ei, qui alia eripuerat, & quæ auferre non poterat, vltrò concederet, & naturali sapientia Euangelicam anteuerteret admonitionem: Si enim quis (inquit) acceperit tunicam tuam, dimitte ipsi & pallium. Hoc ille præ- Matth. 5. 40.
ueniendo præstitit libera sponte, profitens non doluisse se de damnis, quæ videbantur inuito sibi accidisse, & indicans euidenti argumento animi laetum tandiù sensum.

CAP. IV.

NAm qui vi quidquam eripienti, & quod non aufert vltrò dat, vtrique posteriori ea magnanimitate ostendit, se etiam primùm licet necessitate sit ereptum, non ex necessitate tamen concessisse, nec animum vi coactum, etsi qui vi rapuerunt, tyrannicè videantur egisse, cum illud quoque acceperint, quod & non concedere
G valens; ex animi proposito concessit sponte præbens quod ei, qui videbatur eripere, fecisse inuitus putabatur. Et Ioseph verò, & Susanna, & Iephthe laterent, illi quidem pudicitia celebrati, & hic veritate. Iste Iud. 11.
namque vt rem in bello bene gereret, si deuicisset hostes, qui superiores erant copiis, & peritia rei militaris, promisit quodcumque ipsi primum occurreret pro priarum rerum obuium, in holocaustum oblaturum, vnica filia ipsi obuiam veniente casu, quæ miro in modum dilecta erat, non fregit promissum, pietatem naturæ anteponens, & viscera prodens potiùs, quàm Deo nuncupatum votum, & confessionem irritam facere, licet in filiæ cæde dolor esset intolerabilis. Et aliorum quidem egregia facinora clara cum essent, perspicuam in ipsis actibus, manifestamque laudem excipiebant. Iosephum autem, & Susannam cum dolore strenuoque simul certamine infamiæ sententia, & condemnatio subsequebatur, quæ non solum virtutis admirationem
H occultabat, verum etiam intemperantiæ vituperio inuoluebat. Id vero homini sapientiæ studioso multam facessit molestiam, cum ex quibus oportuisset eum dilaudari, & celebrari, ex his opprobrium experitur. Sed apud Deum magnam, & inæstimabilem conciliat gloriam, & venerationem, quod pro bono opere magnum subiuit laborem, & opinionem prauam de se, cum vera non esset, æquè moderatè tulit; ac si fuisset vera. Ideoque Dominus ad difficultatem huiuscemodi magnanimitatis consolandam dicebat: Beati estis, cum maledixerint Matth. 5. 11.
vobis, & persequuti vos fuerint, & dixerint omne malum verbum; & reliqua; duplicis virtutis duplicia præmia ponens & respondentem molestiæ præbens remunerationem ad subleuandum grauem mœrorem in labore susceptum. Etenim quando humilis sapiens superbiæ, liberalisque rapinæ, & castus luxuriæ, atque crapulæ, & voracitatis sobrius, & mansuetus proteruiæ, & serius scurrilitatis, & contritus simulationis reus traducitur, ibi iure merito duplex debetur merces, quarum

A ...tera propter opus, altera propter calumniam coronat ...

C A P. V.

T... erat magnus Iob, & suarum sibi virtutum con... & aduersus amicos exprobrantes sibi contra... non contendens rixando in diluendis falsis opprobriis, & intempestiuis; sed suo quoque ipsis accedebat assensu, & calculo suo in promptu comprobabat. Ait enim: In veritate scio, quod ita se res habet. Et planè conatur demonstrare, quod ita est reuera, deinceps subiungendo: Quomodo enim erit iustus mortalis apud Dominum, aut ab operibus suis irreprehensibilis vir? Quod videtur commune naturæ crimen, proprium sibi facit, vt ne ipse censeretur eximere se se ab ea, quam illi exprobrabant, improbitate. Vnde etiam iure duplicia recepit omnia; alia quidem, velut à grassatore illis spoliatus, alia verò ad remunerationem sapientis constan-
B tiæ super his, quorum iacturam fecerat, exhibitæ. Adeò afflictiones non solum iniuriam nullam, sed maximam quoque vtilitatem afferunt, & afflictum, si fortiter perferat, illustrem reddunt. Verùm neque ad discrimina vsque, ærumnas vitæ nostræ moderator perdurare diù sinit, neque certamen vltrà vires decertantia produci permittit. Si verò & dispensando permittat nonnunquam aliquid præter opinionem, maius miraculum efficit ipse supplendo adminiculo gratiæ defectum præ debilitate naturæ, vt qui natandi imperitos assuefaciunt, ipsi eos propè aduatantes supportant, & sustinent viribus destitutos, & alterutra manu alleuantes, donec vires exhaustæ interquiescendo reparentur, & artem eo modo docent, & non patiuntur in periculis
1. Cor. c. 10, 13. demergi. Ita enim Paulus quodam loco ait: Fidelis Deus est, qui non patietur vos tentari suprà id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Alio autem loco: Nolo vos (fratres) igno-
2. Cor. c. 1. v. ... rare de tribulatione, quæ facta est in Asia; quoniam
C suprà modum grauati sumus supra virtutem ita vt tæderet nos etiam viuere. Vbi verbis istis, secundum vires, & supra vires, diuinam cooperationem suppeditasse robur dicit, ad faciendum, vt exitus tentationum tolerabilis euaderet, & salus in desperatis periculis non solum opinionem, sed & propè fidem excederet.

C A P. VI.

Gen. 12. QVomodo enim Sarra eum in libidinosi Regis manus incidisset peregrina, & aduena, cum neutiquam auxilium aliud præter Diuinum ex alto sperandum ipsi foret, maritus enim præsens quidem, & ad opem ferendam obstrictus, adeo erat ad illam præstandam inualidus, vt occultaret coniugium, & prætexeret cognationem vocans sororem vxorem, & thori sociam consanguineam præ mortis metu, quòd sciret alienigenæ mulieris pulchritudine ad insaniam vsque forentes inimicos implacabiles existere, quicumque riualium suspicionem præbeant, & promptos esse ad cædem vsque
D progredi, vt ne quem haberent, qui adamatæ animum ad seipsum circumtraheret, atque securitatem contubernalis conuictus zelotypiæ cura interturbare posset) quando sobsederunt omnia omninò prompta & expeditissima ad manuum iniectionem, tunc ex ipso etiam lecto, sine vlla contumelia liberata fuit, cum viscerum conuulsiones Tyrannum prohiberent adulterino congressu, & furibundam cupidinem dolores intensissimi restinguerent? Quid post decubitum, & complexum expectandum erat amplius, quàm probrum, cum propter barbari multam intemperantiam passio retineri non posset, cum pulchritudo irritaret concupiscentiam, cum libido furoris stimulum ad illicitam voluptatem concitaret, cum materia quæ accendit inflammatque omnia, prompta adesset; & ipsa quidem vellet violentam oppressionem effugere, nec tamen violenti impetum cohibere sufficeret vel corporis robore, vel verborum adhortatione, nam semel accensus in voluptuariis affe-
E ctus nulli rei cedit, cum ratione carens neque dictis attendat, neque suaderi queat? Sed reperit virtus mulieris etiam in rebus adeo angustis industriæ modum, quo se incontaminata conseruare debuit, dum protervum amatorem propriis sibi cruciatibus coëgit esse intentum, & occultorum tormentorum doloribus profundum ardentis libidinis incendium restinxit.

C A P. VII.

De Davide, & Gedeone.

QVo pacto verò mansuetissimus, & innocentissimus 1. Reg.
David sæpius in Saülem sanguinarium incidens euasit præter omnem spem ex eius manibus illæsus, & indemnis; qui nunc hoc, nunc illo modo saluatus fuit, ita vt suæ salutis rationem probabilem reddere non posset, cum vnumquodque miraculum, & rationis, & orationis omnem captum exsuperet? Quomodo autem F
parricidam Absalonem Tyrannidis reum conuicit nul- 2. Reg. 18. 2.
lis hominum manibus apprehensum? Nam quercus fugientem ipsum comprehensum sursum rapuit, & conspicuum edito in loco suspendit, cunctisque indulgentissimi patris iniuriam vindicare volentibus promptum paratumque ad cædem exposuit, suique defensione priuatum dignam insani conatus hanc pœnam persoluere coëgit, vt proderetur ab exanima brutaque planta ad necem. Qua ratione Gedeon cum trecentis peditibus vniuersam Madianitarum gentem arenæ præ multitudine assimulatam à pubertate vsque interficiendo deleuit cum nulla eos vndecumque adoriundi occasio se se ostende-
ret? Nam res vniuersim considerata ne animi quidem Iudic. c. 7. & 8.
cogitatione ob ingentes aduersariorum copias tantum audere facinus permittebat, neque adhuc narratio somnij fidentiorem eum reddidisset. Nonne formidantem, & ad obediendum segniorem Deus ipse in hostium castra descendere iussit, exinde audaciam ipsi tribuens, G
quam fides ipsi nondum experto Diuinam opem quasi socialem negabat? Nam nescio quo somnium suum enarrante audiit, Mactra panum hordeaceorum prouoluta euertit castra Madianitarum. Et cum alius rursus satis aptè comparationem istam explicans dixisset, Hunc esse gladium Gedeonis & exercitus eius; ipse ea narratione audita in bonam spem erectus est prudenter coniiciens tenuitatem sui exercitus panibus illis hordeaceis significari, qui prouoluti hostium castra nullo labore dissipaturi essent, neque id manu conserta cum inimicis propria, sed voluente ipsos, atque rotante Diuinæ virtutis instinctu. Etenim quod voluitur, obuia quæque percellere, atque affligere videtur: sed caussa eius rei in illius, qui conuoluit, atque protrudit acriter, robore consistit.

C A P. VIII.

De Sampsone, atque Ezechia.

QVo pacto Sampson mille armatos solus asini ma- H
xilla percussit, & cum sitiisset è certaminis contentione defessus nulla vsquam scaturigine, nullo riuulo apparente, ex vno maxillæ dente molari laticem
aquæ large prorumpentem hausit, eandem scilicet & Iudic. c. 15. v. 15.
telum aduersus alienigenas arripiens, & fontem ad medelam sitis, qua premebatur post victoriam, nactus? Quomodo Ezechias cum ne aspectum quidem Assyrij exercitus totam regionem prædatorio agmine confertim addensato contegentis sustineret, domi suæ exorans manè mortuos conspexit, neque hastam vibrauit, neque scutum obiecit, nec arcũ tetendit, neque gladium manu strinxit, neque aliud opus militare vllum exhibuit: vnus autẽ Angelus vnica velut tessera tantã cædem sine strepitu edidit, neque interemit vniuersos quod totam gentem internecione delere scopus non esset, sed tot dumtaxat, quot sufficeret ad incutiendum suis terrorem, quo fugerent, & perculsi obstupescerent? Quis lapides grandinis telorum vice demisit è nubibus in hostes coarctando, &

alios

A alios mutuo perturbauit, velut hostibus ex improuiso irrumpentibus, in mutuam suam cædem grassantes, dum aduersarium interficere sibi quisque videtur, quo pacto victoriam tunc temporis pio, & religioso populo sine pugna præstitit?

CAP. IX.

De Elisæo, deque Israelitis.

4. Paralip. 32. 21.

QVomodo Propheta Elissæus latuit hostes perquirentes, cum vndique cinctus eorum copiis neque conspiceretur, & ad suam eos regionem deducens non cognosceretur, ipse nequissimis illis ducem se præbens, cum faciliùs inferre, quam accipere iniuriam posset, oculis eorum caligine offusis, & errantibus plane in peruestigando? Quomodo Ægyptiis persequentibus Israëlitæ in manus non inciderunt

Gen. 3. B

ipsorum, cum à tergo haberent eos castrametantes, ante mare longè, latéque diffusum, hinc inde solitudines inaccessas, & montes excelsis iugis elatos, vndique conclusi difficultate effugiendi, quemadmodum iactus piscium intra sagenam clausus in manibus aduersariorum? Qua ratione mare secessit; Quomodo aqua è continente in continentem porrecta stetit, fundum arenosum sterile relinquens ad viam, qua equi, currusque commigrarent, muniendam? Quo pacto fluctus fuso ære solidiùs concrescentes obduruerunt? Qua ratione aquæ natura ad defluendum in præceps prona instar muri in tantam altitudinem excitata surrexit, & persequutione pressis iter miraculoso modo apertum resecuit, hisce vtrinque absque vllo obstaculo pelagi segmenta resorbendo, vt transirent, & illos refluo confluxu adopertos ad vnum omnes extemporario cum iumentis simul & hominibus sepulchro recondens? Quomodo in solitudine cœlum cibum ipsis nulla terræ cultura productum perpluens nonnunquam quidem manna, interdum vero

C coturnicum matrem supernè ningens mensam laboris pariter, & artis condimenti experiem apparauit? Quo pacto petra dura, & humoris minimè particeps ex arefactis terræ cauitatibus aquarum ductos ad leuandam sitim diu collectam relaxauit, tributum refundens quod nunquam prius exsoluerat? Qua ratione Iordanes mare imitatus his, qui pedibus transibant, fluentum oppositum dissecuerit, alteram quidem partem procliui defluxu sinens ad mare deuolui, alteram autem sistens in primis, post eà verò retrogrado cursu reuocans, deinde etiam vsque ad fontes ipsos placide restagnantem consistere iubens: explicatu difficile est. Nemo enim Diuino miraculo interpretando sufficit, quod ex seipso naturæ totius seriem valet excedere, & persuasibilia facilè superare solet sophismata eorum, qui argutias excogitant. Quomodo vespæ exerentes aculeos suos, velut concessa à natura arma, pugnarunt pro populo, & septem gentium deditarum regionibus expugnatis pacatam Dei ductu militantibus tranquillamque terram tra-

D diderunt, ita vt neque deuictis caussam probabilem suæ cladi prætexendam dereliquerint quasi in multitudine manus, & graui robore deuictis; & ansam superbiendi ademerint illis, quibus gratuito sortis munere absque vllo labore res fugitiuorum obuenerant, & non in virtutis, reique bene gestæ præmium acceptæ fuerant quemadmodum vrbes bello quæsitæ solent.

CAP. X.

De tribus Pueris, & Daniele, Iona, & Aarone.

QVo pacto vis ignis deuorans omnia in tribus pueris vrendi operationem repressit, neque permisit calorem ad corpora corruptioni obnoxia vel appropinquare, extra caminum propriam virtutem exserens, & iterus modo admirabili quiescens? Qua ratione feritatem, atque famen simul insitos à natura affectus super Danielem Leones temperarunt in parte Philosophiæ ista præ hominibus mansuefacti, & septem dierum pertulerunt abstinentiam obiecto pabulo: cum ratione instructi homines nec vnius diei ieiunium sustineant, vbi materies edulij adsit, & libera facultas eius capiendi nemine vetante præbeatur? Quomodo Balenæ venter, qui lapides concoquendo absumebat & dicto citiùs iniecta digerebat, tribus diebus, totidemque noctibus vnà in adeo humido, calidoque loco Ionam conseruauit incorruptum, è terrestri in marinum animal conuertens, & rem in corruptionem facilè pronam incorruptibilem præstans, naturamque aëria respiratione viuere assuetam in piscium naturam transfundens, quæ aquam insueto more trahit naribus pro consueto, & connutrienti aëris elemento? Qua ratione virga Aaron sine cortice, sine succo, arida, & germinandi virtute iam pridem effœta, cum, vocata in dubium Sacerdotij fide, rei necessitas signi ostensionem exposceret, derepente omnia mirabiliter recepit, corticem, florem, propagines, folia, fructum, & dispertitam in hæc singula vegetandi facultatem, vnico temporis momento, & surculum exhibens efflorescentem, & fructibus onustum baculum, qui paulò ante manibus gestatus incedentis gressum firmare videbatur.

E

F

CAP. XI.

De Apostolis, deque Dei Genitrice.

Act. c. 12. v. 7.

QVomodo carceres sollicite clathris obserati Apostolis egressum nullatenus impeditū præbuerunt ianuis passim apertis, & pessulis ac vectibus cōcussis? Quomodo vincula manicarum expassa sunt, eaque adeo diducta, & laxata fuerunt, vt manibus, pedibusque concesserint facilem exitum? Et quod maius reuerà omnibus, & admirandum exsuperat omnem orationem: quo pacto Deus Verbum, quem vniuersum hoc non capit, & qui vniuersa circumscribit potentiæ suæ magnitudine, Virgineo sub vtero volens comprehensus est? & qua ratione

G venter fœtum nullo conceptum semine genitum fabricatus est, & virginitatis signa salva, & illæsa seruauit

Iob. c. 38 v. 10. Ioan. c. 20. v. 19. & 26.

transiens ostia ventris, vt Iob eloquitur, & nullum egressus vestigium ostentans? Nam vt alio tempore ianuis clausis ingressus est ad Discipulos suos, ita tunc est egressus, qualem inuenit, talem naturæ officinam derelinquens, nec vllam arcanis illorum claustrorum vinculis corruptionem inferens, vt hisce argumentis partus verè ostenderetur admirabilis, & Diuinus. Hæc quidem omnia, & plura hisce facta sunt, & fide recepta. Sed eorundem demonstratio, Dei auctoris infallibili vtitur certitudine, nec explicari possunt oratione, quæ operum stupendorum impar est enarrationi, & caligat ad miraculorum magnitudinem inscrutabilem.

CAP. XII.

QVo circà si virtus quidem impugnatur, facilem verò sine sollicitudine victoriam obtinet; quando-

H

Ps. 33. v. 8.

quidem Angeli, aliæque Diuinæ potestates, atque ipse Dominus etiam hominem iustum custodiunt; Immittet enim Angelos Domini (inquit) in circuitu timentium eum, & eripiet ipsos. Et ipse Deus ad Abrahamum: Noli timere Abraham; ego protector tuus sum, & ad Hieremiam: Ecce posui te vt ciuitatem munitam. Et quasi murum æreum, munimentum omnibus Regibus Iuda, & Principibus eorum; & bellabunt aduersum te, & non præualebunt contra te; quia tecum sum; vt liberem te. Ecquid commotus animi imbecillitate ad certantium sudores consternaris inuidens tanquam ignarus rei coronas ipsis? respiciens labores, & non cogitans præmia? succumbis laboribus, & spe mercedum haudquaquam erigeris? præsentes afflictiones deploras, neque potius lætaris de futuris retributionibus? Semper enim commoda, quæ expectantur, præsentes labores consueuerunt subleuare, & lucri cogitatio molestiam in opere ipso exantlandam leuem efficit, præ maiori commodo minoris incommodi difficul-

Gen. cap. 15 v. 1.

Hiere. c. 1. v. 18; & 15. v. 29.

tatem

A tatem nullam existimans. Nonne Paulum ludipatientiæ magistrum his, qui cum præsentibus colluctantur afflictionibus, succlamantem, dum animi alacritatem multitudine calamitatum collabentem rerum sperandarum fiducia excitabat, audisti, quando dicebat: Non sunt
Ad Rom. c.8.v.18. condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis? Annon eum suas afflictiones proprias enarrantem ad solatium afflictorum audiuisti; vt ne qui aduersis exerceri videntur, quasi grauissima tolerantes, quæ nullus alius posset sufferre, dissoluti fatiscant? Nec enim gloriæ cupiditate abreptus
Gal.1.14 sua commemorat certamina, qui ait: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Neque quemadmodum illi, qui prurigine linguæ laborant, gestit dicere, quæ silentio non valet occultare. Sed cum sciret solatio esse afflictis, cum audiunt eadem iam alios passos esse, & cum discunt, vt alia olim euenerunt, quæ nunc ipsis contingunt, eruditique ea ferre quoque patienter,
B ex quo audierunt alios eadem generose pertulisse, euulgare ideo ea audet, quæ occulta esse obnixe studebat, dum & suæ virtutis momenta denuntiat, & vanæ gloriationis specie non extollit animum; sed soli multorum vtilitati consulit, & ad hoc nauat operam, vt omnes ad operandum bonum æmulatione accendat, & ad pericula pro pietate adeunda alteri alterum honesta committat ambitione.

CAP. XIII.

Hanc ob caussam adinstar hominis iactantis, & gloriosi, cum multa libertate verborum sua certamina
1. Cor. c.11.v.23. extollendo commemorat. In laboribus (inquiens) abundantius, in mortibus frequenter; in fame, & siti; in frigore, ac nuditate; in periculis crebrò: ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte, atque die in profundo maris fui. Vbi cum studio veritatis ambit rerum abs se gestarum ac strenuatum
C magnitudinem ostentare, vt qui libenter labores sustinent, habeant, quod æmulentur imitando, & dum ad eius certamina non pertingunt, modeste de suis sentiant, vtpote longe ab illius virtute remoti. Etenim si & ipse de illis, qui eo tempore cum eo præclaris operibus edendis contendebant, ait, quod abun-
1.Cor. 15.v.10. dantius omnibus laborauit: quis hoc nostro sæculo viuentium gloriari audeat se ipsi metiri, & gloria coæquandum, quando ista non solum facta, sed etiam creditu, quod facta fuerint, multis dura sunt & difficilia?
2.Tim. 3.11. Qualia mihi (ait iterum) facta sunt Antiochiæ, & Iconij; quales persequutiones sustinui; & ex omnibus eripuit me Dominus. Vbi vocem, eripuit, velut escam ad pericula subeunda simul audacter posuit, & dum quisque certus est nihil sibi euenturum mali in tentationibus, bono eas animo adeat, nec operi se accingere tergiuersetur, cum exemplo iam ante ea periculis erepti quasi pignus habeat persuadeatque sibi idem euenturum. Et rursus aduersus eos, qui resurrectionem tollunt, &
D frustrà ærumnas hic tolerari statuunt, quia post mortem nullum tempus percipiendi laborum suorum fructum laborantibus restat, contendens, hisce verbis vti-
1.Cor. 15.32. tur: Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi; quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? Mentione illa regenerationis mortuorum se non frustrà certasse, neque temere tot afflictiones tolerasset ostendit, sed spe, atque expectatione futuræ post resurrectionem remunerationis optima ratione ærumnas tolerasse momentanearum afflictionum nunquam desituram lætitiam expectans.

CAP. XIV.

Gal. 6. v. 19. Vnde & cunctis suis sectatoribus ita præclarè præcipit dicens: Bonum facientes non deficiamus; tempore enim suo metemus non deficientes. Vbi manipulorum spe laborem impendendum sationi consolatur. Et vbique existimationis morbum coërcere non cessat, vt & bonum perficiatur, & iactantia bonum opus instar
E parasiti non assectetur, quæ præclarè gestis rebus semper se se comitem implicare amat, nisi aduigilent bonorum operum studiosi. Nam quasi necessitate coactus fuisset proprias virtutes commemorare, vt hoc artificio auditores ad imitandum cohortaretur, gloriationem huiuscemodi stultitiam appellauit; vbi & opera ipsa æmulanda fore commemorando ostendit, & prohibet iactare ac efferre se operibus, accusando stultitiæ nomine gloriationem. Eodem quoque modo iterum ait, eorum Philip. c. 3. v. 13.
quæ retro sunt se obliuisci, & ad ea, quæ priora sunt, extendi, idem alia ratione vtrinque astruens. Qui enim opera iam peracta respicit, ad insaniam quodammodo inflari consueuit; at qui spectat quantum ad perfectionem desit, illum humilem, atque modestum esse necessum est; cum ex eo, quod perspectum non habet, vtrùm eo, quò tendit, sit peruenturus, maxima humilitatis occasio ipsi suppetat. Quapropter vt qui proficiunt F
in bono, semper rectè composito, minimeque inflato sint animo, non quid peractum fuerit, sed quantum ad propositum finem assequendum adhuc supersit, spectare consulit. Nam animus ad hoc intentus, & rerum desideratarum cura anxius tempus non habebit cogitandi de operibus peractis, neque sequentem inde concipiendi amentiam. Quorum enim ita est affectus animus, illis Angeli quidem adsistunt, vt nullis obnoxij sint iniuriis, ministri; ipse verò Dominus Deus, quæ vitæ vsus requirit, præsens vniuersim suppeditat accuratè vt certamen eorum directo itinere ad supernæ vocationis brauium, sine vlla necessitatis corporeæ distractione, ac impedimento facile decurrat.

CAP. XV.

De Iacob.

Hoc est enim, quod magnus ille Iacob multa edo- Gen. 48.v.16.
ctus experientia dicebat: Deus, qui pascit me ab G
adolescentia mea. Angelus, qui eruit me de cunctis malis vtriusque opem in Mesopotamia expertus, baculo solo instructus peregrinationem suscepit, & multis cum opibus reuersus est domum, & Diuinæ potentiæ adiutorio, vt ipse ait, erutus de cunctis malis. Nam cum minas Esaü metuens fugam arripuisset, rursus verò rediisset metu fratris inhumani necdum deposito; non verbis illum ad fiduciam cohortatur applaudens Deus, quibus Abraham, & Hieremiam videtur alloquutus; sed ipsa re, atque opere ei persuadet, quod omnes insidias struere paratos, robore superaturus esset: & visio- Gen. c. 32.v.24.
ne diuinitùs obiecta quemdam viri specie cum ipso luctaturum committit, qui ipsi versus auroram vigilanti cedere simulatè in lucta, & in pugna victoriam concedere videbatur, vt fiducia aduersus homines concepta, ex eo quod Angeli apparentis, & colluctantis ipsi, fortitudini præualuisset, bono inde animo abiret persuasus se omnes insidias exsuperaturum: & vt hae de re visionis exciperet mysterium, ait recedenti ipsi: Contra H
Deum fortis fuisti, & contra homines præualebis, quasi diceret: Abi confisus hoc robore. Quis enim hominum resistet fortitudini, quæ cum Deo colluctari valuit? Vnde & generosus Dauid spei plenus, dum Absalon eum delectis totius populi militibus eum persequeretur, confidenter aiebat. Non timebo millia populi circumdantis me in gyrum, quòd Diuinæ virtutis præsidium circumcingentibus hostibus potentius esse sciret. Item: In pace in idipsum dormiam, & requiescam, quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me. Ita enim erat solus spe melioris, seu cælesti confirmatus, vt solus tantam multitudinem hostium minime metueret; sed singul cubitum concessisset sine cura dormiret: illis interim præ sollicitudine vigilantibus, & cura se macerantibus, quomodo multi vno potirentur: & quidem meritò.

A

C A P. XVI.

SI enim, vti dictum est, immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum: cur vano labore se conficiunt, qui iustum exterius inutiliter gyro cingunt, quem securior custodia interius iam circumuonniit, quæ incursus externos arcet. Qua enim iniuria paupertas Philosophum, & exercitatorem ipsum afficit, quem neque vanissimarum rerum custodia sollicitum habet, & cui omnia ad vsum pro libito sufficiunt: quandoquidem omnis creatura ei veluti omnium Domino subseruit, & obsequium voluntari eius obnixum vti donum affere, eum illis, qui maximè gloriantur diuitiis, quæ victui sunt necessario congrua & ipsa desunt? Quas enim opes non exhausere fames, quæ litteris Diuinis proditæ fuerunt? Quæ frugum horrea non destituerunt?
B
Quando lingua Prophetica Cælum, & nubes, terramque vniuersam simul obfirmauit; cum fontium quidem venæ in ipsis telluris adytis exaruerunt; neque stilla, neque ros desuper cecidit super terram; campi autem diutino squalore in saxeam obriguerunt duritiem, nec herbam, nec fœnum, nec florem vernum vspiam producentes: vbi iumentorum, & ferarum atque volucrum demortuis cadaueribus oppleti erant montes, & valles; hominum insuper iuuenum, senumque planctus erat, sensimque contabescentium mors miserabilis, aspectus quoque mortuorum odiosus, atque intolerabilis putrescentibus passim per fora corporibus, & sanie, taboque diffluentibus, quæ viuentibus vitam morte reddebant duriorem, non illa tantum videntibus, sed præterea spirantium adhuc mala; matres deplorantes liberos charissimos in sinubus animam agitantes, filios parentibus, & parentes filiis præ alimentorum penuria exhalantibus animam assidentes, amicos assiduè adhærentes amicis coram expirantibus; nec vllo eos subleuantes subsidio, cum vel vna panis buccella deficientem tunc spiritum
C
reficere, solatiumve aliquod afferre potuisset. Talis enim est necessitas famis, vt vnumquemque sui potiùs, quam aliorum curam habere cogat. Et quod in hoc malo maxime miserandum, cui adhuc paululum victus superest, miserabile morientis in oculos ingerat exitium qui vno, eodemque tempore, & illi pro affectu humanitatis ingemiscit, & propriam necessitatem ineuitabilem cogitat, suique ipsius curam potiorem ducit, quàm proximi. Quid profuerunt tunc opulentis pecuniarum thesauri; vbi frumentum, quod emas, nullibi est? Quid vero lanceæ argenti ponderosæ iuuerunt, quæ præ obsoniorum penuria abiectæ? Nihil enim illorum famem sedat, neque curare valet egestatem. Cessant artes coquorum, cessat dexteritas perita pocillatorum; cessat reliquorum ministeriorum turba, feriantur frumentarij, & conditores ciborum, feriantur cupediarij, feriantur tibicines & cithara canentium chori. Omnes enim simul vna necessitatis mœstitia occupat, vnamque victus
D
inopiam omnes ingemiscunt. Quid autem eo tempore detrimenti attulit iustis voluntarius pretiosarum rerum defectus, qui paratam, facilemque mensam vbicumque volunt, inueniunt?

C A P. XVII.

3. Reg. 16. 17. & 18.
REx igitur erat tunc temporis Acchab, & Helias, atque Elisæus Prophetæ: ille quidem multa terræ possidens iugera, & opum thesauros luculentos, quippe Regios; hi verò rerum omnium penitus egeni, sine lare, sine pecunia: ille purpura amictus, & omnem apparatus Regij pompam circum se obtinens; hi autem melote & pelle ouina accincti, & famulorum ministerio destituti. Ille tamen montes pererrabat, & valles, herbam ventri solando requirens: hi autem, vbi comedendi tempus eos occupasset, ibi abundabant copia congruentium ciborum. Præcipiebant viduæ, vt ipsis afferret dapes: & cum pugillum solum haberet farinæ domi, turbam esurientium filiorum despiciens, istis pugillum

E
pinsens ex eo panem subcinericium proferebat. Nulla apparuerat messis, & hisce pro area erat hydria campi nō fuerant consiti; & his pluebat farina terra infrugifera erat, & ex hydria germinabat seges: horrea frumento stipata defecerant; & pugillus non deficiebat. Ex itinere defessi dormiebant, & post somnum experrecti ab Angelis victum necessarium accipiebant cibati pane, & aqua: quin potius cum dormirent excitabantur à sanctis Potestatibus, quemadmodum Domini euocati à famulis, qui deseruiunt huiuscemodi vsibus, ad paratas epulas: Dege- 3. Reg. 17. v. 4.
bant in solitudine deserta, & corui panem ipsis ex orbe terrarum mane afferebant, & carnem vespertinam. Et vndenam accipiebant? Nec enim alimentum huiusmodi facile erat paratu, & quidē tempore famis, ab auibus consuetis immorati in deuorandis cadaueribus, & vix inde ad saturitatem recedētibus. Et quod mirandum tunc maxime, etiam in tanta rerum necessariarum inopia conuiuas alios dapsiliter inuitabant, nec sui tantum tali tempore curam habentes, quasi paulò post sibi ipsis, vel ægre, vel nullo etiam modo cibum reperturi, si quod tunc supererat, alij absumerent, sed & ad alios plures prætendebant donum magnificè, nunquam defuturam gra- F
tiam confidentes, quamdiu persisterent in iustitia, cum gratia Diuina ad hasce res comparandas sit ingeniosa, & existimet se debere dignis corporis vsui necessaria veluti tributum aut vectigal. Nolite etenim solliciti esse hac de re (docens inquit Dominus) dicentes; quid manduca- Math. c. 6 v. 31
bimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Scit enim Pater vester cælestis quia his omnibus indigetis, & quod operanti bonum hæc ipsa vti debitum, & non vti gratuitum munus elargitur.

C A P. XVIII.

HIsce dictis adiungit, quod dignus est operarius ci- Math. c. 10 v. 10.
bo suo. Centum enim viros nutrierunt vna vice ij, qui decem tantùm habebant panes, qui pauci quidem G
erant, si multitudinem exsaturatorum attendamus, saturarunt tamen, & reliquiis saturitatem polliciti sunt Nam 3. Reg. 4. v 43.
cum minister audisset: Appone, Appone hominibus panes, & comedent, & magis verisimilitudinem rei, quam iubentis auctoritatem attenderet, diceretque: Ecquid apponam ista coram tot viris? præclarè conuiuij præsidea fide obfirmati aiunt: Appone, vt comedant, & superérit. Et comederunt, & superfuit secundum verbum Domini; vt præcederet miraculum famuli, viamque sterneret, qua miraculum Dominicum admitteretur. Semper enim veritatem præcurrunt imagines, quæ amentibus os obstruerent Iudæis, vt quando calumniari conarentur tamquam incredibilia vel impossibilia Dominica miracula, rerum antecedentium exemplis confunderentur, & ab intempestiuo contendendi studio cessare cogerentur, vtque illi Dominicum miraculum impudenter oppugnare pudore suffusi erubescerent, cuius figuras in seruis eius sine contentione suscipere poterant.

H

C A P. XIX.

De Filio semper Virginis.

ITa eosdem contradicere Virginis Filio, & ratiocinationes temere specie probabiles dum gestiunt, quasi natura fœtus constitutiones non possit operari sine iactu prolificorum seminum, non sinit terra in principio sine vlla semente omnigenas germinans fructus; nam Verbum Diuinum vtrique fuit semen. Huic quidem Gen. 1. 11.
dictum fuit: producat terra herbam virentem, & seminantem semen iuxta genus; & hoc mandatum vertit in naturam, statimque diuersus fructus non ex alia vlla caussa antecedente, præterquam solo è verbo, germinavit, quos eduxit mandatum. Ista verò audiunt: Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi Luc. 1. 35.
obumbrabit tibi; postquam ipsa dixerat: Quomodo erit istud mihi; quoniam virum non cognosco? Et carnem citra moram Verbum effecit, atque

A templum diuinum vox hæc construxit. Ita post triduanum tempus è Ceto Ionas prodiens incorruptus ora obstruxit iisdem volentibus Domini Resurrectionem post Ion. c. 2. trea dies dicerem possibilem, dum te simili similem credibilem persuadet, & volentes cauillari non sinit impudenter nouum miraculum eludere, dum veteri miraculo in manifestam impudentiam eos prorumpere vetat.

CAP. XX.

EOdem modo vt ne dicant quinque panum miraculum, è quibus saturati sunt virorum ad quinque millia, fieri non potuisse: decem panibus homines centum lautè exceperunt famuli eius, exiguo miraculo veluti pignore promittentes maius, & quod in minori miraculo semel fieri potuit, etiam in maiori ostenderunt possibile; materia, & cum per plus paucos, & cum per B minus plures nutricare opus esset, eodem modo obtemperante multiplicanti gratiæ & suam operationem non ex quantitate, sed ex virtute omnibus notam faciente. Sed hæc Iudæis refellendis dixisse sufficiat. Cæterum qui tunc centum viros exceperunt conuiuio cum decem panibus; alio tempore grassante adhuc fame ollam 4. Reg. 4. 40. herbis plurimis refertā coquere ministros iusserunt, cūque post coctionem eas gustu nimis deprehenderent amaras, ob herbam noxiam penitùs immistā succo (hoc enim dicens demonstrabat, Mors in olla, vir Dei) pugillum vnum farinæ in totam coctionem iniici iubentes, quod paulo ante propter amaritudinem lassis esui videbatur ineptum ad manducandum, reddiderunt esculentum commodè, & famelicis ad esuriem subleuandam vtilissimum. Hisce hymnorum cantor præclarè accinit Psal. 33. v. 11. David, Diuites (dicens) eguerunt, & esurierunt; Inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono: prædicta pro verbi veritatis testimonio certo, & indubitatu habens, cui fides omninò est adhibenda. Hæc & C Matth. c. 6. v. 26 Dominus velut obsignans sigillo dicebat: Respicite volatilia Cæli, quoniam neque serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater vester cælestis pascit illa. Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quod neque Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut vnum ex istis, supponens ea his, quæ singulis horis cernimus, posse homines facili negotio, & absque vlla Matth. c. 6. v. 33 molestia vitam ducere. Quærite namque, ait, Regnum, & hæc omnia adiicientur vobis. Vt enim minimè videretur dixisse ad inanem iactantiam, & suspectum vaniloquium: Nolite solliciti esse, quid manducabitis, aut quid bibetis, aut quo operiamini; exemplo liliorum, & volatilium cohortationem suam confirmat; quorum illa vestium decorem, ista vero victum sine labore, & sine cura suscipiunt à prouidentia Diuina: simulque reuocat in mentem nobis viuendi modum, quem ante inobedientiam Adam profitebatur; vt nullus dubitare queat D de promissionis effectu, quod victum neque terram colens, vti nunc fit, neque laboriosa, sine molestia habiturus esset: & ad præsentes parandi necessaria difficultates respicit, vt absque labore vescuntur feræ bestiæ, & reptilia viuunt, & volatilia, quæ nos docent infallibilitatem illius, qui huius vitæ fuit legislator, & auctor. Nam & eamdem ob caussam plantæ, quæ hominum manib. excultæ quotannis feruntur, herbis silvestribus debiliores sunt, cum illæ à cultoribus irrigentur, & ægrè multa cum cura ad desideratam perfectionem perueniant; hæ autem semel iussu Diuinum mandatum exortæ in suis primæuis radicibus virescant, & semper frondosissimos, atque florentes alant ramos ad argumentum irrefragabile, quod nostræ quoque res, dum à Diuina obedientia non recedimus, eodem modo florere, fructumque spontaneum sine vllo impedimento præstare possunt.

CAP. XXI.

E AD hanc ergo volentes inducens Dominus vitam solutam curis, vt bona operemur, adhortatur, & ne curemus de corporis indigentia; dicens: Scit Pater vester, quoniam his omnibus indigetis & Dignus est operarius victu suo. Neque hac in re incredulitatis suspicionem relinquit vllam, quasi homini Dei opus operanti rerum conuenientium quidquam deesse possit; Matth. 6. 32. Matth. c. 10. v. 10. quemadmodum Athleta, qui pietatis ad certamen nomen dedit, descriptusque fuit, & quotidie legitimo more decertat, obsonia quidem, & præsentis seculi diaria ad vitam in carne sustinendam à Munerario accipit; coronas autem post stadia decursa manens in futuro sæculo non ex oleastro, aut apio, aut lauro caput redimituras ramis expectat, sed diadema pulchritudinis, & sertum gloriæ, atque honoris præclarè contextum; vti ait David: Gloria, & honore coronasti eum. Et præter hæc F Psal. 8. v. 6. omnia, præmia æternæ vitæ accipiens, voluptatis Paradiso perfruitur: quam secundum Apostolum oculus 1. Cor. 2. v. 9. non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Talia enim Deus præparauit diligentibus se: quæ ob excellentiam splendoris neque verbis enarrari, neque oculis spectari possint, & animi desiderium excedunt Nam quodcumque tandem ad voluptatem magnum, & mirabile quis cogitare studeat, minus profectò, multòque inferius imaginabitur iis, quæ Sanctorum deliciis sunt decenter apparata. Quandoquidem solet intellectus rerum sensu cognitarum in se ipso formare imagines; quarum verò ab ipsis sensibus formas non excepit, effigiare illas volens, indefinita sibi effingit simulachra, & per inane pergens, & cogitatione imaginatur non subsistentia: dum alias forma alia incidit, & antecedentem oblitterat; eo quod non subsit species perspicua, quæ vagabundam illam sustinere queat.

CAP. XXII.

G SI enim in Deserto manna illud concessum, etiam cum manibus contrectaretur, oculisque cerneretur, Exod. 16. 15. dubium nihilominus relinquebat, quidnam rei esset? nulli earum rerum quas experimur, comparandum aspectu, & qualitate, sed peregrino quodam, & diuerso ab vsitatis sapore pollens: quisnam probabili coniectura exprimeret quæ ipsum manna incompatabili præstantiæ gradu superant, & quamcumque sensuum comprehensionem excedunt, tum cognoscenda nunc sui desiderio flagrantibus, vbi ipsa experientia nos eius fruitionis docebit excellentiam, & labores exantlatos exiguos fuisse magnitudo præmiorum, cum remunerationum spem supergredietur obuia felicitas? Nec mihi quisquam eorum, qui hactenus bene agere neglexerunt, rem nimis inceptu seram esse prætexat, & cum pigeat manum operi admouere, quasi tardius inceperit, & ægre, vel nullo etiam modo ad virtutis perfectionem pertingere possit. Nam & magnum reuera interuallum, & longitudo prolixa viæ, quæ ad eam perducit. Fateor & ego id fore; sed intento studio ocyus confici eam, & eos quoque, qui à prima adolescentia lento gradu processerunt, præuenire, & tanto interuallo post se relinquere, quanto animus impellitur antè maiori de- H siderio; vt isti quidem parum, vel nihil omnino à loco, vnde cœperant, ob pedum motum ignauum valdè, segnemque promoueant; hic autem æquali volucribus cursu & ad propositum scopum, aut proxime perueniat, vel etiam intus plane attingat necessum est. Non secus ac nauis cum ex ipsa statione recto cursu ad portum defertur, & cum plenis subit velis, dum aliæ gubernatorum negligentia vagantur per mare, sinusque velorum linteorum continue exinaniunt, nunc hanc, nunc illam in partem obliquis conuersionibus Etenim nisi gubernator, vbi ventus secundus à puppe adspirat naui onerariæ, vela semper turgentia & plena seruet, cursumque rectà dirigat ad ventum ferentem suo afflatu, segniùs

procedere

A procedere nauim necessum est, quæ venti propellentis impetum semper subterfugit, & declinat.

CAP. XXIII.

HAnc ob caussam præclare Paulus decurrentibus in stadio hunc cursum superclamabat vociferans: 1.Cor. 9. v. 20. Sic currite, vt comprehendaris. Ita iubens nos intendere velocitatem, & temporis angustias concitatissimo impetu tanquam vi occupare, vt viam longo temporis spatio emetiendam studio obnixo, & pertinaci cursu velociter absoluamus. Longum hoc viæ spatium cum perspexisset cursor ille velocissimus Dauid, qui ait: Psal. 118. v. 32. Viam mandatorum tuorum cucurri; supplex Deum orat, vt sciat inuocans, quantum sibi vitæ tempus supersit, & vtrum ad obtinendum propositum ipsi sufficiat. Ait enim: Psal. 38. notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum, quis est vt sciam, quid desit mihi. B Deinde cum persuasus esset longissimo se adhuc abesse interuallo, neque, quod reliquum erat temporis, ipsi ad illud, quod iam elapsum erat, proportionem habere; quamuis è carceribus ad metam vno ferretur per aërem currens spiritu: desperata pedum velocitate volucres, & sublimes naturas ad certamen prouocat, & ait: Psal. 54. v. 7. Quis dabit mihi pennas sicut Columbæ, & volabo, & requiescam? Nam ex mutua spatij, temporisque commensuratione ita demum se peruenturum cognorat collineando si sublimi vitæ genere tamquam pennis in altum sublatus sollicita diligentia quidquid medium interiacet, perlaberetur, atque ita desideratam perfectionis metam contingeret.

SECTIO XII.

De Parabola vineæ, & operariorum mercede conductorum ad diuersas horas.

CAP. I.

C PArabola quoque vineæ, in quam diuersis horis Math. c. 20. interdiù ingrediebantur operarij mercede conducti, qui à mane vsque ad vesperam eam excolere debebant, alij post alios, sicut exhibuit tempus, dictis consonare videtur. Eamdem enim omnes acceperunt mercedem, & ipsos Paterfamilias eodem honore dignatus est; quin potius vltimi primis fuere prælati, & parem summo mane laborantibus argenti denarium, ac quidem primo loco, tulere. Quem fortè quis fructum ea liberalitate largientis existimet profectum; ego, quod est, iustum præmium ipsis collatum iudico. Nam si vna cum murmuratoribus istis vocati non obtemperassent, sed postea pœnitentia ducti accessissent nouissimi ad opus, digni fuissent mercede, eius temporis quo opus fecerant; sed quia tum, cum conducerentur, promptissimum animum ostenderant, quid iniustam ipsis negligentiam falso imputas? D Nam ea posteriori diligentia perspicuum fuit, non minùs eos sedulos futuros, si priùs operi adfuissent. Hoc enim querulis illis, non tam gaudentibus de proprio honore, quàm alios sibi comparari dolentibus, Dominus domus significans dicebat in defensionem; Math. 20. 13. Amice non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conuenisti mecum in diem? Tolle quod tuum est, & vade. Volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi. Aut non licet mihi in meis facere, quod volo? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Quo & eorum æmulationem iniustam reuincit, & suam benignitatem esse iustitiam impletam ostendit. Quia præter sententiam otium obiectum miseris illis noluit esse detrimento, animum, & non euentum rei spectans. Otium enim illud neutiquam ea ignauia, verum è casu prouenit. Nam illud: Nemo nos conduxit: ignauiæ suspicione ipsos liberat, stantes paratos ad opus faciendum. Sed otium in conductorum defectum reiicit. Vnde ille, qui reddit vnicuique secundum opera sua, rectè E partem diei laborantibus, integram mercedem, non minus ac reliquis toto die incumbentibus operi, reddidit; re potiùs, quam verbis ostendens, ea dignos fuisse, qui priores diei horas ideo traduxerant otiose propter necessitatem quia defuerat conductor, qui vocaret ad opus, & non voluntas laborandi è pigritia. Atque hæc quidem benignitas pariter & æquitas fuit Patrisfamilias, eos non fraudare, quibus fraudi tempus fuerat, neque permittere ipsi vt noxam subirent, innoxio cum essent animo, cum iure non possent accusari negligentiæ, qui à summo mane parati fuerant ad opus; ac fortasse paucis etiam horis integrum opus totius diei perfecerant, quod viribus integris recentes, animoque prompto aggressi magna cum diligentia exercuerunt: ideoque iudicauit æquum esse, vt non minus denario acciperent, qui operam denario dignam præstiterunt, etiamsi solidum per diem non laborassent. Nam qui conducendo eos dixerat: Ite & vos in vineam meam, & operamini; & quod iustum erit, dabo vobis: F cum minime mendax sit, dando eis denarium, quod erat iustum, dedit; nec frustra largiebatur, quia mercedem iuste respondentem labori, non tempori dabat. Hanc enim ob caussam, eos aliis etiam prætulit, quos in laborando pares patri quoque mercede honorandos iudicabat; sed quod angusto temporis spatio præuerterant eos, quibus longitudo diei segnius laborandi securitatem dederat, primo loco, eos tanquam gnauos, & industrios vocabat ad præmia; vt & hosce honorando, & istos increpando, segniorum excitaret animos ad boni operis studium. Nouit enim aliorum honor alios ad laborem incitare, qui amore gloriæ res etiam suprà vires arduas subeunt. Verùm (ô absurdum inuidiæ affectum!) aliorum commodis inuident æmulantes, qui nullam ipsi sentiunt iniuriam: aliorum lucrum proprium damnum existimant; murmurant, vbi nihil ipsis decedit; aliorum felicitate vruntur: deficiunt, & macerantur, dum alios claros, & illustres vident. G Hosce nouissimos (inquit) æquales fecisti nobis, qui portauimus pondus diei, & æstum. Temporis diuturnum spatium proferunt, cum ad sui defensionem, vt videtur, non possunt ostendere se plus operis præstitisse: eo se videntur iactare, vnde condemnationem merentur; tempus metiuntur, & tempori opus haudquaquam respondere non cogitant.

CAP. II.

QVid enim profuerunt Patrifamiliàs æstum sustinendo, si negligenter interim, & segniter laborabant: cum ille opus requirat, non inanem molestiam; & curam vineæ, non vanum in ea totius diei, & horarum impendium? illa enim ordinis operantium commutatio, qua primi fiunt nouissimi, & nouissimi primi, nihil aliud erat, quam istorum quidem diligentiam, illorum, verò negligentiam ostendere. Si enim singuli tantumdem adhibuissent studij, operamque tempori respondentem præstitissent; quam habuerunt caussam rationabilem murmurandi, H qui mercedem, de qua in pactis conductionis conuenerant, recipiunt, licet & aliis eadem multiplicata daretur: nisi quod eos inuidia torquebat, quæ cum multos alios, tum eos maximè affligit, qui aliorum honoribus cruciantur? Nec enim eos murmuraturos fuisse existimo, si laborassent absque nouissimis illis, & soli mercedem constitutam recepissent non habentes vllos, aduersus quos æmulationem exercerent. Nunc verò æmulorum honor inuidiæ concitauit affectum, non commouendum vtique, nisi alij visi fuissent præferri: parua, comparatione propriorum, æstimantes, quæ illorum erant, & mercedem, quam ex condicto acceperant, gratam, acceptamque habuisse debuerant (nulla re ad inuidiam ipsos vellicante nisi quia primi fuerant honorati) eam murmurantes accipiunt, ideo tantommodo dolentes, quod aliis videbantur inferiores æstimati: non solum nacti seipsos in parte mercedis eiusdem admissos, sed & cernentes, quod breuiori laborantes tempore æqualiter præmia ca-

A dem obtinuissent. Accepisti heus tu, quod tuum est. Quid te angit, quod alios tantumdem accipiat; Tua merces non est imminuta. Quid doles, quod alios, vti tu quidem letis, plus quam tu accipiat? Nisi alium accepisse leties tantumdem atque tu acceperas; vtique bonum consuluisses conuentam mercedem: sed quia alius vna tecum accepit, tuum tibi videtur exiguum. Nihil amplius accepisti? At neque id constituisti, neque accepturum te sperasti. Quid ergo nulla affectus iniuria, voce iniuriam passorum submurmuras? Quid tuum damnum plangis, vbi nihil amisisti? Cur Patrisfamilias munificentiam tamquam iniquam traducis? Cur gratiosa commilitatione dignis exhibitam appellas inæqualem distributionem? Si mercedem tibi pactam subtrahens alteri tulisset iniquus reuera fuisset, alij conferens aliena, & in alienis siue suo sumptu magnificentiam animi ostendens. Si verò & tibi debitum integrum persoluit, & illis de suo commodum vel beneficium obtulit: quid quereris de

B benefactore pariter, & beneficij receptore; præ animi peruersitate calumnians eos, qui nullam tibi rationabilem occasionem præbuere conquerendi, & proprium affectum aliorum in crimen conuertis, simulque condemnas & erogantem beneficium, & eum, qui illud etiam recipit: vt non castiges affectum abhorrentem à ratione: rem sanctam iudicans alienis bonis non inuidere, neque dolere de his, ob quæ alij gaudent; Huiusmodi quippe inuidia mœrorem ex lætantium gaudio percipit, ipsa in doloribus semper versatur; postquam his, quibus inuidet, non immittit ea, in quibus vellet ipsos versari, mala. Tu vero & operarium extra vineam velles stare penitus otiosum, & Athletam aduersario destitutum, omnino sine vlla exercitatione desidere latentem, ita vt nemo scire possit eorum, qui addiscere debent, quo virium robore polleat. Velles militem, qui pugnando in hostes optimè mereri poterat laudem, sub tecto in vmbra, & cubiculi recessu puellarum more enutriri in thalamo. Velles acquisitam habitu fortitu-

C dinem rebus gestis non inclarescere, & metu laborum inuidere ipsi coronas. Ego verò Olimpionicem, vt ad omne certaminis genus præparetur, adhortor; fortitudinem enim Virorum virtutem exercitatam appello; non corporis specto imbecillitatem.

CAP. III.

GEnerosum verò animi affectum æstimo; qui inimico variis ad tentationem modis insidianti, diuersimodè variisque viis decipienti occurrit, & quemcumque impetum eius peritus est excipere dextre. Nam Paulus, qui varia eum moliri nouit, omnesque ad subuertendum machinas; paratos vult esse, vt resistant omnes ex præscripto suo eius insultibus. Etenim quandoque armans eos scuto fidei, & lorica iustitiæ, & galea salutis, & gladio spiritus: nonnumquam velut pugiles vrgens ad luctas, & dicens: Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus Principes, aduersus potestates, aduersus mundi

Ephes. c. 6. v. 12.

D Rectores tenebrarum sæculi huius, aduersus spiritualia nequitiæ. Vt simul & hostium multitudinem addiscentes, & quod in tenebris pugnant, atque natura sunt inuisibiles, sobrij sint semper vigilantes, & manus ad arma expeditas habeant, omnino quò resistant. Posteaquam enim secundum sapientem Salomonem somnus ab inimicis eiectus est, nec illi dormiens, neque somnum capiens, nisi malefecerint. Insomnem habent (inquit) oculum & milites, vt obseruent hostium insultus, vt ne quid patiantur ob negligentiam contra voluntatem. Et consulit ocyus decurrere ad supernæ vocationis præmium, & custodire nos ab eo, qui simul currit, necubi concurrentem secum, quasi crure subiecto subuertas, & pugnare manus iactantem quasi certa lege quidem, quando non adsunt aduersarij, exercitationis caussa, qua edoceatur peritia; quando vero aderunt decertabuntque stataria in pugna, non per vacuum aëra circumferre manibus arma, ipsum verò eorum caput perfodere, atque vnguibus discerpere. Inde

Prou. c. 4. v. 16.

Psal. 10. v. 3.

E Dominus cum Rectores mundi, qui sunt tenebrosi aduersarij, sagittis feriunt obscura in nocte leues corde, atque in caligine omnes insidias adstruunt, in ista negotiatione hoc lucrum comparantes quod difficilè, vel nullatenus deprehendantur, vti noxam inferant, & non inspecti insidias insultando faciant. Sint (ait) lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes, volens nos zona quidem bene succinctos ad cursum, ardente verò lucerna custodiri à concurrentium iniuria. Hoc enim Paulus dicebat. Sic curro non quasi in incertũ lumine vsus viæ duce, vt in pulchro cursu non concidam. Dauid autem. Lucerna pedibus meis lex tua, & lumen semitis meis, ad viam mandatorum tuorum deinde currendam irreprehensibiliter, & apposita ab ipsis hærentia semitæ scandala declinans; hæc quidem prouide, illa verò impetu, citissimo cursu supersiliens, semel progressus elata in altum ratione, & deinceps secure circumspiciens vndequaque,

1. Cor. 9. v. 26.

Psal. 38. & 118. v. 105.

F quæ sunt offendicula in medio.

CAP. IV.

QVemadmodum enim demorsum à serpente perturbat & funis in orbem spiræ modo proiectus, metu efformante visum ad suspicionem, & cogitationem transmittente ob periculum, quod expertus est. Ita post peccatum admissum hunc (Dauidem nempe) rerum desiderabilium etiam vsus non prohibiti percellebant metuentem necubi dolus aliquis inimici delitesceret, qui in ipsis ad peccatum, escam deceptionis proponeret, ea, quæ sunt permissa, ad aliquid vetitorum pellicere machinantis: sicuti traxerat olim aspectu mulieris deducens ad insidias interdicta lege adulterij. & hoc manifeste patet, inde, quia cum desideraslet in bello aquam Bethleemiticam, neque indulsit sibi, cum allata ei fuisset, vt ipsam biberet. Qui suam fassus ob sitim cupiditatem, propriam-

2. Reg. 11. v. 4.

2. Reg. 23. v. 16.

G que demonstrans continentiam, arbitrabatur, quod, vi concupiscentiæ licentiam castigasset, libertatem ei ad omnem aperuisset voluptatem. Alius vero quidam è Diuinis Apostolis Leonem etiam nominat inimicum, nullum damnũ inferentem seuerioribus habitudinibus, quibus ad insidias struendas studebat, & ferarum speciem ad terrendũ deinceps imitantem, harum imaginem subinduens, quò possit latratum instar formidinem incutere. Ait quippe Aduersarius noster diabolus tamquam Leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui resistite generose, rugitu quidem illius exitialem furorem ostendens, & verbis, cui resistite fortes, indicans quod robur habere debeant ferarum confectores ab exercitatione, cum naturam insitam virtutẽ corroborent quotidie frequentibus actibus. Nec enim fugere, dixit, aut diuerti à fera frendente; verum resistere ipsi, & contra eam progredi contentione magna mandauit. Sciens vnumquemque vim habere ad propugnandum propriam securitatem, & cognata arma ad iniuriam propulsandam, & inseparabilia inesse omnibus.

1. Petri c. 5. v. 8.

H

CAP. V.

RVrsus Paulus submonet dicens. Exhibite membra vestra arma iustitiæ Deo, hisce docens eos, qui sapiunt, ferire aduersarium, quibus ab ipso insipientes feriuntur. Vt oculus quidem pugnet contra quidquid per aspectum decipere potest, auditus autem expugnet praua colloquia bonos mores corrumpere valentia, at odoratus ab odoribus seu vaporibus solitis relaxare atque dissoluere constantiam robustam valde auertatur, gustus verò succos exquisite conditos ob nimiam dulcedinem respuat, & tactus corpora fascinantia præ mollitie, atque læuitate ad voluptatem non attendat, manus verò redundans distendatur ad erogationem, & pedes secundum Salomonem properantes ad male faciendum, viam mandatorum percurrant festinanter; atque lingua maledica verba benedictionis effundat. Sic enim fiunt arma iustitiæ, quæ fuerant arma peccati

Ad Rom. c. 6. v. 19.

Prou. c. 1. v. 16.

A in contrarium versa, & reiecta, quæ antea propter abusum possidentium, ipsis perniciem afferebant. Idcirco asper, & iracundiam spirans resurgit, & aduersus eos, qui ab ipso defecerunt, & Deo adhæserunt, Tyrannus accelerans, quod aufugit denuo retrahere veluti mancipium sibi longa consuetudine acquisitum, & variis tentationibus subigere iterum aggreditur; vndique afflictiones commouens, & vndique calamitates, vt in malitia deducta vita, quia non perturbabatur tumultibus, iudicata tolerabilis, compellat cursus recurrere ad voluptatium vitæ genus, dissolutumque, velut ad tranquillum portum, eum, qui tentationibus, quasi procellis in pelago iactabatur, dicentem omnino illud in de- Exod. 14. v. 12. serto laborantium. Melius erat nos Ægyptijs seruire quam in ista solitudine mori, optabilius enim iudicat, qui diligit desidiam, obaudire cupiditatibus, quam bellum gerere cum illis, quando viderit virtutis viam asperam, & difficilem, & multis vndequaque affligentibus, B obsessam, eus quidem qui amici aliquando fuerant, demum euasisse inimicos, & ipsos persequi retro, volentes abducere in seruitutem, vero autem hostes, atque Num. c. 20. v. 18. & 20. ignotos occurrere, & progressum ad bonum obiacens prohibere, sic plures hucusque ignotæ gentes quoad potuerunt, Israëlitas prohibuerunt transitu dicentes. Non transibis per nos, inuidentes, quæ ipsis conducebant ad profectionem. Pharao vero habens adhuc ipsos penes seipsum fugam meditantes; dicebat illis; qui cum Exod. 5. v. 9. ipso ad hæc cooperabantur. Aggrauentur opera hominum istorum, opinatus vacationem ab operibus ipsis fore ad arrogantiam pertinacem velut assuefactionem, cum secessissent autem, studiosè persequutus est, non permittens eos, vti volebant, & nati erant, liberè agere, in seruitutem verò rursus abducere, possidereque festinans ingenuos, & liberos, cum huius conditionis forent, & esse semper possent. Verum hi quidem tenace propositi ratione eius seruitium effugientes omnem patienter tulerunt ingruentem malignitatem, donec ad de- C sideratam peruenerunt felicitatem; hi verò non valdè iudiciosè derelinquentes, neque perferentes difficilia virtutis principia (dura etenim principia cuiuscumque operis, ac morosa, illorumque maximè opera, quæ laboriosa sunt ante habitum comparandum) de reditu disserebant in Ægyptum, dominum rursus eligentes, quem aliquando probe probauerant, expertique fuerant crude- Numer. 14. v. 4. lem, multoque dignum odio, dicebant quippe, statuamus nobis ducem, & reuertamur in Ægptum; facilem rati reuersionem per viam peractam cum multis ærumnis, & rursus, quia non erant monumenta in Ægypto, eximus ad moriendum in Deserto; dicentes id propter desidiam virtuti, & vitio conterminam, cum qui neutiquam declinauerit à malo, ex confesso versetur in bono, intereà tamdiu custodiens hoc, & illud, donec ab altero fugiens, & in altero vtrumque poplitem firmiter fixerit, non titubando adhuc vt prius, nec aliquando quidem huc vergendo, interdum verò illuc præponderando.

D

CAP. VI.

TAlis enim est, qui secedit à praua consuetudine, vt plurimum quippe trahitur retro, etsi deducatur in partem anteriorem, progrediens parum in ea re, cui studet, & rursus à vetusta habitudine coactus tepedate, & versatilibus inclinationibus plerumque hinc seinflectens & illinc, donec multa exercitatione, & tempore diuturno dediscat ipse priora, secunda verò habere paratus sit consueta perinde ac translatus ab ætate puerili ad virilem, & à præsente ad vlteriorem, neutiquam, quantumvis velit, potens: incongruum enim est corpus quidem ex lege naturæ consequenter ætates mutare, à puerili ad senilem vsque grauitatem transeundo; & canitie nitere condignè ad conciliandam auctoritatem, atque statu fore fulgidum, & reuerendum. Animam autem non promouere proprium progressum in bono, neque in virtute complere legitime ætates ex alia transgredientem in aliam, sicque peruenientem in perfectionem dignissimam E dilectione; inhærere verò statui puerili insipienti, atque illi, qui post ipsum, gaudet iuuenilibus cupiditatibus, & in prouecto corpore iouenem adhuc & vegetum esse, florentéque, in hisce reprehensibilibus vniuersim sese oblectantem, quibus subrij, frugiqur adolescentes neque vel tantillum delectati sunt, quod verò discrimina ætatum mutantur, & ipsa ex infantia progreditur ætas ad perfe- 1. Cor. 3. v. 2. ctionem, edocet aliquando Paulus dicens Tanquam par- Ephes. 4. v. 13. uulis in Christo Lac vobis dedi potū, non escam, nonnūquam verò, quousque occurramus in virum perfectum in 1. Cor. 13 v. 11. mensuram ætatis plenitudinis Christi, & rursum, quando erā parvulus, loquebar vt parvulus, sapiebam vt parvulus; cogitabam vt parvulus; quando autē factus sum vir, euacuaui quæ erant parvuli: Novit verò & eos, qui semel geniti sunt, & rursus alia egere generatione è luce iterum in vterum reflectentes, quibus ait. Filioli mei, quos Gal. 4. v. 19. rursum parturio, vsque dum formetur Christus in vobis, F fœtus imperfectos iterum faciens probatos in Christi figura notas præferentes, neque bene secundum imaginem efformatos, si quo pacto, quod monstruosa speciei est, deponentes, transmutent in integrum, & numeris omnibus absolutum, & assimilati ei, qui genuit, & germani ipsius, neque suppositi, & spurij filij agnoscantur, facilius verò oportebat animam transcurrere status, quam corpus ætates, quanto tempore istud necessitatibus inseruit, & naturæ legibus subiacet, potestatem nequaquam habens transgrediendi ad illud ad quod tempus non transducit, neque supergredi valens propinquantem ætatem, & insilire post ipsam inordinato motu; vnaquaque ætate definitum tempus ipsi præbente, neque permittente vt transcurrat ante præfinitos æui status, & ad vicinam pertranseat. Illa vero firme ac certa deliberatione remaneus in præsente, quamdiù velit, & ad aliam transiens quando vult, nullum habet obstaculum quin transgrediatur eas, quas in medio comprehendit, licet ipsi à summo ad summum prosilire saltu agili, & statim ac fuerit introducta, conse- G qui perfectionem mente, ac studio transeundo ad ea, quæ proponit sibi stabili, & immota ratione, ab hisce, quæ damnauerit ipsa.

CAP. VII.

De his qui sequuti sunt Moysis. propositum.

SI qui desiderio libertatis huiusmodi, quod Moyses habuit, flagrarunt immutabili constantiæ robore communientes propositum suum, omnibus casibus sinistris, qui acciderunt ipsis, euasere superiores, hostium quidem multitudinem, quæ sub oculos cadere vniversim non potest, minime formidantes, famem verò, atque sitim, quæ dominationem exercent in corpus, temperanter tolerantes; quando- H quidem fides indubitata speratæ fruitionis alleuiabat labores imminentes bona expectatione consolans ærumnas, quas præsentes experiebantur, & quæ præ manibus erant dolore acerba, futurorum bonorum delectatione attemperans, nouit quippe mens splendida occupata ratiocinationibus haud multum ea his, quæ perturbant, afflictionibus sensum percipere, & præsentia, quæ molesta sunt, reprimere meditatione bonorum, quibus fruiturus post hæc erat eam ob rem creatura ipsis ad eorum vsus transmutabatur aptè, & mare quidem efficiebatur continens, cum insequerentur eos fugientes Ægyptij, præbens iter siccum diviso pelago, & vtrimque præsegmina aquæ erigens in sublime, fluenta recta lapidescentia, sistensque fluxum iteratum abrupte, & glaciem adstrictis ansis, donec pertransierunt saluati; saxum verò durum, & humoris expers lacum, & pelagus constituit circa ipsum copiosis è profundo ductibus scaturiens ad bibendum, & iucundis laticibus: Cœlum vice terræ messem fecit

A manuæ, non insitam frugem deorsum ningens, & esu-
rientibus subito parans mensam sine labore non so-
lum implentem ventris indigentiam, sed vniuscuius-
que appetitum mutatione qualitatis explentem; cu-
ius enim quis escæ memoria desiderium captauerat, il-
lius gustum reperiebat in illo, arbitratus iam sese come-
dere, quam cupidè appetebat, vna materie inseruiente
multiformiter omnium appetentiis, & imitante in gustu
omnigenæ qualitatis sensationem. Aqua amara fuit edul-
cata, & ex alia confestim mutata fuit in aliam qualita-
tem, facta suauis potio pro ea, quæ paulo antè molesta
erat & insuauis gustui. Aër oua parturire nescius verè
peperit reginam Coturnicum, ipsamque impellens flatu
violento ex ipsis cumulauit tentoria eorum, qui alimen-
to indigebant, venationem sine rebus exhibens ipsis aues
in manus tradens: nox in diem conuertebatur columnâ
ignis illustrata; interdiu solaris flamma reprimebatur,
nube, quæ super multitudinem ferebatur, mediamque
B sese interponebat ipsi, ne radiis, qui è polo protende-
bantur, dum pedibus incedentes iter facerent sub dio,
præ nimio calore æstuarent, eius verò superexpanso
quasi tecto obumbrarentur, commodum iter pedestre
peragentes, & conuersantes quemadmodum contu-
bernales, neque peregrinantes per nudam vndique,
nullaque ex parte vmbrosam solitudinem. Non inuete-
rata fuit ipsis vestis, non calceus, in colore spatio an-
norum quadraginta continuò perdurantes. Non periit
iumentum subiuge, cui natura non dederat tamdiu su-
peresse. Non morbus, non grauamen, non febris,
non frigoris rigor, non quidquam aliud, quod corpo-
Pf. 104. 37. ribus solet accidere, inualetudinis ipsis contigit: non
erat enim in tribubus ipsorum infirmus. Vicerunt Dei
gratia naturam, cum potiores euasissent infirmitate, quæ
oritur ex ista, coniunctasque corpori noxas, & ægri-
tudines repulissent. Hostium legiones formidabiles ad
conflictum, alter super alterum, licet sine vulnere de-
turbati, ceciderunt; hocque signum erat manus eos cly-
C peo protegentis, atque propugnantis. Muri nulla eius
humanæ manus machina impellente Diuino dumtaxat
nutu disiecti corruerunt. Gentes plurimæ, populique co-
piosi vi occulta imminuti, ac extenuati sunt, vacan-
tem, & securam ad habitandum terram ipsis relin-
quentes.

CAP. VIII.

Psal. 43. 3. ET hoc erat, quod hymnorum scriptor deinde dice-
bat Dauid: Gentes abolcuit manus tua, & trans-
plantasti ipsos; nec enim in gladio suo possederunt he-
reditate terram, & brachium eorum non saluauit eos,
sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vul-
tus tui; quia complacuisti in eis. Describens eorum,
qui Deo bene complacuerunt, securitatem in omni-
bus, quomodo quæque ipsis perficiat vtilia, à
prouidentia Diuina iustam consequentibus supernam
tutelam, ac inconcussam vndique ob spem in eum,
D qui saluat, obtinentibus firmitatem. Isti enim sunt,
Psal. 45. 3. qui dicunt: Non timebimus, dum turbabitur ter-
ra, & transferentur montes in cordibus marium.
Etsi totus mundus exagitatus turbetur, ac tumul-
tuetur mutua malorum serie circumdans, non me-
tuemus, neque tremmemus, quemadmodum hi, qui ad
omnem strepitum expectatione grauis alicuius mali at-
toniti, etiam contingentes sonitus accommodatè ad
eam, quam habent suspicionem figurant, & imaginan-
tur. Nihil etenim infirmius conscientiâ stimulata pra-
uæ memoria actionis, cuncta inimica, & hostilia existi-
mante, atque parata ad vltionem, per quam interiùs
nutrit assiduam expectationem punitionis ob iniqua,
quæ perpetrauit; quamtumvis nemo sit conscius, nec
redarguere valeat à turbata interiori accusatione, & om-
nes rerum occultarum conscios esse rata. Verùm non
sic se habet, quæ omni carens nequitia pura est, con-
scientia: magnam quippe fiduciam habet ipsa, nulla ex
parte rationabilem condemnationis caussam perspiciens

& confidens audacter, quod penitus semper omnibus in- E
superabilis erit, habensque viaticum confidentiæ liberæ
innocentiam, & interdum quidem dicens: Si aduersum Psal. 26.
me castrorum metatio instruatur, & acies, non timebit 3.
cor meum. Interdùm verò: Non timebo à decem mil-
libus populi circuminsilientium in me. Quod autem ta- Psal. 3. 7.
lis sit & in verbis, & in operibus vir, qui spem suam fi-
git in Deo, manifestum est eodem Dauid supradicta asse-
rente, qui animatus hac fiducia nudus quidem armis bel-
licis, aduersus armis communitum, adolescens verò ad-
uersus Gigantem audacter obuiam ibat contra famosum 1. Reg.
Goliath, & baculo lapidibusque assumptis tantum per- 17.
inde ac si pergeret contra canes, euro vno ictu lapidis,
tanquam canem deiecit, non robore corporis, virtute ve-
ro muniminis, in quo dicebat se habere fiduciam, vene-
randi nempe nominis Dei. Hoc enim munimine con-
fisus abiit, & verbis sententiam suam palam faciens. In-
quit enim: Tu venis ad me in gladio, & hasta, & clypeo;
ego vero progrediar ad te in nomine Domini Dei exer- F
cituum aciei Israël, his vnicis armis ad tantæ agressionis
apparatum instructus. Hic enim vibrati lapidis iactum ad
scopum eius, quem prouocarat, direxit, & diffregit ære
munitum caput, atque impudentem percussit frontem,
& insolentem deiecit in humum, prosternens elatum ani-
mi superbia.

CAP. IX.

QVoniam verò hæc opera puerilis fuerant manus,
quæ tanta potuit, quanta vix potuisset è machina
saxa eiaculante saxum manuale vibratum excussumque
ac multo cum impetu allisum; etiam dum persecutio-
nes ab hostibus pateretur, qualis erat fide, talis deprehen-
sus est experientia, nihil vnquam passus eorum, quibus
eum persequentes vexare studebant; cum semper potior
omnibus euaderet insidiis, & è periculis, commenta,
artificiaque omnia superantibus, nullius gerens curam,
saluaretur. Sic illum quondam à Saüle depulsum & exa- G
gitatum protexit petra vtrimque obumbrans ab vtroque 1. Reg.
latere, separansque perquirentem, & perquisitum, vt in 23.
nocuus custodiretur, qui à multitudine lædi poterat. Sic
in sylua comprehensus à filio Absalon hostiliter eum 2. Reg.
aggresso, cum non haberet exercitum oppositis copiis 18.
parem proportione (ad paucos enim redactus omnino
milites, cogebatur ad pugnam immisceri) ipsis lignis,
& arboribus saltus vtebatur commilitonibus aduersùs
eos, qui exercitum in ipsum iniustè ducebant; vnam
quamque arborem ad vim propulsandam pugnatorum in-
sultantium armans; idque per ipsa ligna efficiens, quod
vel multitudo manuum experimentis aptatum ad ho-
stibus resistendum vix perpetrasset. Plures enim (ait)
deuorauit, atque consumpsit saltus, quam ensis hau-
sit. Vna etenim quercus, post inclinationem belli, fu-
gientem corripuit parricidam, comam eius apprehen-
dens, ipsumque ex, qua ferebatur, mula deiiciens velu-
ti Dux in victoriæ signum captiuum detinuit adolescen-
tem, triumphans conspicuè de insanæ audaciæ infesto H
auctore: aliæ vero aliunde, & vndecumque quercus
omnes velut, ensibus aduersarios subtus confodiebant
contra ipsos surculis vt gladiis visæ. Sic alias cir-
cumseptus vndique hostium multitudine securus dor-
miebat; hicque somnus omnis metus expers signum
erat, se nihil eos curare, à quibus circumdabatur,
quo scire volentibus, spei fiduciam ostentabat, atque
argomentum, quod in dubium reuocari non poterat.
Vnde interdum quidem dicebat gloriabundus: Ego Psal. 3. 6.
dormiui, & soporatus sum; exsurrexi, quia Dominus
suscepit me: Auxiliatori inter dormiendum corpus
committens, ac possibilitatem auxilij statim reipsa edis-
cens; nam cum exsurrexisset, inuenit seipsum tutè
à custode, vt ab ipso Deo, communitum. Inter-
dum verò ait: Omnes gentes circumdederunt me; Pf. 117.
& in nomine Domini vltus sum in eos. Hoc de- 16.
nuo vsus munimine aduersus eos, qui struebant ipsi
insidias, quemadmodum aduersus Goliath olim vsur-

pauerat

A panetat illud. Agnouit etenim experientiâ virtutem ac
1. Reg. 17. 47. efficaciam potentiæ quippe vix de funda lapidem directè
Psal. 43. 6. iaculatus vehementi plaga statim deiecit aduersarium.
Hunc æmulati eius posteri rectè dicebant ad Deum : In
tuo nomine nihili faciemus insurgentes in nos : riden-
tes, & subsannantes illos, dum Diuinum aderat auxilium,
eosque taliter disponebat, vt eos etiam despuerent. Quod
Psal. 22. 4. verò licèt viles, apti tamen sint ad manibus contenden-
dum, rursus demonstrat inquiens : Si ambulauero in
medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu
mecum es. Quia pericula mortifera tunc submergunt,
quando longe absumus à Deo, verè eius indigni subsi-
dio : propè verò, & proximè fide, atque operibus illi
existentes, omnibus insidiis atque noxis superiores eu-
dimus, excelsa manu in altum extollente nos, & eri-
piente à periculis hisce inferioribus potentiâ quidem
pollentibus, sed non valentibus vel attingere illos, qui
Esa. 43. 2. vita supergrediuntur huiuscemodi nocumenta. Hoc Deus
illis, qui tali statui appropinquarunt, dicebat : Si tran-
B sieris per aquam, flumina non te concludent; & si per
ignem transieris, flamma non aduret te : quia tecum
ego Dominus Deus. Eo quòd ab elementis cito cor-
rumpentibus viuens animal nullo modo læderetur, hoc
quidem per aspirationem viscera inflammante, illo vero
per ipsam aspirationem attracto, huiusque spiritum re-
stinguente; ostentans propriæ dominationem potentiæ,
ita vt natura ipsa terminos mutet, & exitialia efficiat sa-
lutaria, quando aliqui beneficio digni per ea incedunt.

CAP. X.

SI autem cum propinqui sumus Dei, tanta gratia per-
fruimur ad tutelam, & ab ipso procul dissiti, om-
nibus subditi existimus ad iniuriam, tanquam omni
auxilio destituti: studendum iustitiæ, quæ nos esse facit
Prou. 28. 1. Deo proximos, præstatque, vt nihil patiamur, & vt si-
mus imperturbabiles, & intrepidi. Quoniam secundum
C sapientem Salomonem, Iustus, vt Leo confidit : natu-
ram generosam animalis, & nulli terrori obnoxiam, ob
vitæ fiduciam vsurpans, & audacter in quodlibet in-
gruens malum insurgens; quia persuasus est propin-
quum esse sibi propugnatorem. Ille igitur, qui dicit in-
digentibus auxilio, & procul propter morum peruersi-
Isa. 59. 1. tates ab auxiliatore Deo positis: Nonne potest manus
mea te saluare? aut aggrauata est auris mea, ne te audiat?
Verum iniquitates vestræ separauerunt in medio vos, &
me. Ille inquam declarauit verbis quidem animi pro-
pensionem, quod ad opitulandum paratus sit; adiecit
verò causam ipsum ad hoc prohibentem, inquiens : Pec-
cata vestra diuiserunt per medium vos, & me; vt quan-
do non accederet ad ferendam opem, à querela foret
alienus, cum non afforet conditio digna, vt afferretur
auxilium in his qui egebant auxilio, eo quod Deo non
appropinquarent, nec enim procul discretis & seceden-
tibus ab eo solitum est approximare. Hoc & Patriarcha
D Abraham Diuiti egenti adiutorio dicebat : Magnus hia-
tus in medio nostrum, & vestrum constitutus est. In eo
luculenter, & eleganter ostendens, quod non solum à
Deo dissiti sunt, sed & à viris iustis longo interuallo hi,
qui iusti non sunt; & nihil iuuari possunt ex misericor-
dia, quia procul separantur moribus ab hac proximitate
ad misericordiam. Quis verò sit status Deo approximans,
docet David, dum inquit : Propè est Dominus his, qui
contriti sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Nulla
quippe re Deus perinde delectatur, ac moderato sensu :
& maximè quando rerum rectè gestarum materia subsit,
quæ potest facilè ad vesaniam mentis inflare, & cogita-
tio in sese moderanda repressa permanet, non elata ina-
niter recordationum auris ipsam in sublime consueratum
efferre propter facinora præclarè patrata, neque con-
scientiam extollens in bonis, quæ meminit se peregisse
secundum animam. Talis est, qui iuxta Legis manda-
tum in nocte pascha celebrat; & talis, qui Azymum,
seu non fermentatum panem comedit. Alter quidem
velut in tenebris latere in his, quæ facit, studens lau-
E dem promereri & secundùm Dominicam admonitio-
nem abdens in penetrali, quæ agnita venerationis glo-
riam afferrent. Alter se se compescens, & sine fastu
remanens post opus, qualis & ante patratum opus exi-
stebat. Huiusmodi namque Azymum est, quod non se
eleuat ad tumorem, seu fastum, sicut fermentatum, &,
quando opus habet igni admoueri, tunc quoque humili
remanens forma designat eum, qui modestè sentit de se
in consectanda virtute. Quemadmodum enim ignis fer-
mentum, nisi erit cum Azymo subactum, seu constipa-
tum, eleuat in altum, ac facit vt intumescat in figuram
quæcumque ipsa fuerit : sic virtus animam ad vecordem
elationem lacessit, nisi firmum iudicium efficiat, vt do-
num ea custodiat inconcussum.

CAP. XI.

TAlis verò est illa, ad quam sermo sacer, ait: Col-
lum tuum sicut monilia. Hæc autem virtutum co-
F pia, & inter eas omnes virtutes humilitatem attestans;
collo quidem rectitudinem, & altitudinem institutæ
conuersationis, monilibus verò indicans prudentiam.
Sicuti namque superbi collum vocat neruum ferreum,
quia est inflexibile, & arroganti sui existimatione ad al-
titudinem protenditur, atque iactantia obdurescit : ita
monile virtute præditi, ac de se modestè sapientis nun-
cupat aureum, à figura quidem statum, à materia verò
innuens probationem, quandoquidem & monile à re-
cta figura flectitur in circulum & qui rectam vitam de-
git, vergit ad id quod est humilius; nam eo modo qui
nunc ipsam alloquens dicebat, Collum tuum sicut mo- Cant. 1. 10.
nile, post pauca inquit : Quasi Turris Dauid collum Cant. 4. 4.
tuum, & rursus : Collum tuum sicut Turris eburnea.
Nonnumquam equidem virtutis erectionem indicans, Can. 7. 4.
vitæque sublimis exercitationem; interdum humilita-
tem de se sentiendi; quandoque verò statum inaccessum
cogitationibus vanæ existimationis. Nec enim in turrim
eburneam ascendere potest aliquid aut progredi, nisi ha- G
beat quod apprehendat, prolabitur quippe lubrice, dum
tentat accedere, propter læuitatem. Sic neque plano sen-
sui applicat se cogitatio elata vndique circumpolito ex
asperitatibus vanæ gloriæ. Ipsa nempe in anima subli-
mitates, & gradus pro consuetudine assentandi, & com-
placendi hominibus, quasi secando distinguens, facilem
præbet ascensum vesaniæ ingerens existimationem sui,
ac tumorem in iis, in quibus aliquis sibi visus est rectè
fecisse. Idcircò aliquando quidem Dominus ait : Beati
humiles corde. Interdum verò : Quando feceritis, quæ Luc. 17. 10.
vobis fuerint demandata, tunc dicite, quod servi inuti-
les sumus; quod debemus facere, fecimus. Beatitudinis
lucerna nos dirigens per huiusmodi virtutem ad id quod
est vtile ac bonum; meditatione verò humilium verbo-
rum nos instituens ad moderandam animi elationem. Qui
namque seruum inutilem seipsum semper edicit, & man-
data sibi à Domino tamquam necessarium debitum sese
fuisse exequutum arbitratur, nihil vnquam de seipso
magnum concipiet mente, nec inter filios seipsum an- H
numerare vnquam audebit, cùm debitum ministerij de-
mandati persoluerit, simulque ostenderit, quod in eis,
quæ perpetrauit, non adeò sibi placuit, vt ex tali coustu
ac studio gloriam, & honorem aucuparetur. Hæc virtus
sepes, hæc aliarum virtutum murus est, quæ custodit
inuiolatos animæ thesauros ingentis pretij. Ob hanc
vrgentur quidem, & oppugnantur omnes sancti, & qui
nunc similiter vitam illorum æmulantur, vigilare coacti,
& sobrij semper esse propter hostes murum expugnan-
tes, ne diffracto muro, quæ diuturno tempore fuerant
acquisitæ, diuitias confestim insilientes diripiant. Nequa-
quam tamen damno afficiuntur vllo in propugnaculis
confidentes vigilanter, & cogitationes dementiæ insul-
tantes quasi telis repellentes istis dictis, Serui sumus in-
vtiles; quod fecisse debuimus, fecimus. Sic namque haud
permittunt intus ingredi superbiæ affectum; nam ille
cuncta comparata deuastat, & captiuum deinde abducit
ad propriam voluntatem animum, qui plurimum labo-

A rauerat ad acquisitionem. Neque verò latronibus motis est rudera effodere, in quibus nihil subterra repositum est; neque piratis, imponere nauibus non subactis ad portandum thesauros pecuniarum; sed inaniter laborantibus; non enim stulte aggrediuntur inquirere scrinia diuitiis vacua, & laborem sustinere vanum. Vnde ab hisce hostibus impugnatum, & perturbatum eò amplius in bonis operibus locupletari existima, quò plures habet collidentes, & molestiam facessentes. Idque gaude magis, quàm verecundare, quod ad patriam ab isto inquilinatu discessuri sunt dilecti multis rebus sibi comparatis opulenti, & coronati ante Deum stabunt, non solum quia generosè decertarunt, & è certamine circumfluentes opibus revertuntur; verùm & quod pugnantes latere studuerunt in pugnis illos, qui spectatores hîc aderant, integrum, & solidum applausum sibi ipsis custodientes in futurum, & laudibus humanis illam gloriam ineffabilem minimè imminuentes.

B

CAP. XII.

De Gloria preparata his, qui Eleemosynas erogant.

O Quanta præbebit tunc pauper tempestivè nutritus? Quantas præstabunt, & quas remunerationes alia bona opera complaudente natura; quando in frigore coopertus vestimento, & post mortem tumulo religiosè illatus, & ægrotus in morbo diuturno curatus, & hospes domi susceptus, & detentus in carcere subleuatus solamine, & subsidio, conspicientur ante solium abeo, qui novit quæ passi sunt; benefactorem recognoscentes, & ab ipso recogniti: quando terribilis omnibus Iudex gratiam in beneficio affectos collatam sibi datam reputans dicet: Quod istis fecistis, mihi fecistis? Quantas computas (dic mihi) diuitias pro hac dulcedine, & pro ista suavi voce? Quantas laudes illi acclamationi perillustri comparas: suscipiente omni creatura eum, qui prædicatur veluti voce preconis, & nequaquam inuidente (nec enim tunc tempus invidiæ dabitur) admirante autem, & beatum ipsum in bonis, quibus condecoratur, renunciante? Ecquam dices oblectationem earum rerum, quæ in sæculo sunt, talem & quæ ita possit excitare animum ad iucunditatem? quale gaudium isti gaudio adæquari par, & idoneum; qualem voluptatem, quæ vel huius voluptatis vestigium referat? qualem gloriam, & si aliquantulum contendentem ad hoc excellens decus, quamvis regnum ipsum dixeris: & eo fulgido apparente, minimè hoc illud imitatur, in quod iste introducetur, quem verbum significauit Scripturæ; cum Regnum dolores affetat incolumi, & turbas habeat, & metus, vt decus illud multam pacem, & inducias atque cessationem à bello adducat. Hoc est opibus vti præclarè. Hoc est possidere pecunias, neque custodem thesauri aliis seruati agere. Hoc verè propria sibi facere, quæ hactenus existimata fuerant propria. Hoc seipsum hæredem, & successores laborum propriorum constituere, nec permittere suas possessiones his, qui nullo nobis erunt vsui in necessitate Iudicij. Hoc est ea, quæ terrea sunt transferre in Cœlum. Hoc ea, quæ transeunt facere stabilia. Hoc est temporaria transmutare in æternam fruitionem. Hoc dispensare verè mammona, & amicos ex ipsis parare, qui post mortem recipiant nos in æterna tabernacula; hic quidem absque lare, verum illic hospitia excipientes in præsenti sæculo sine tecto, & in stupendis cellis amplexantes tunc eum, qui consolatus est isthic; indigentiam, & graue necessitatis onus alleuiauit communicatione illorum, quæ corporis ad vsum pertinebant.

Math. 25. 40.

C

D

CAP. XIII.

HOc est esse prudentem dispensatorem à Deo datorum bonorum, & erubigine insumptis pecuniis emere Regnum nunquam desiturum; præsentibus futura; & distribuere istis ea, quibus subsistere queant, quorum possessionis est fideiussor fidelissimus & idoneus cautor ipse horum omnium Dominus Deus, qui cum fœnoribus non centuplicatis, sed duplo centesimis reddet tempore suo, quando vtilis erit eorum qui fœnori dant, receptio & vsus opportunus ad diuturnam æui infiniti voluptatem. Hoc est thesaurizare in cœlo, plurimamque sibi comparare ibi consolationem, clam facere bonum, & conspicuam, illustremque suscipere gloriam apud omnes creaturas; coarctare humilitate pecuniarum thesaurum, & non dare facilem aditum per vanam gloriam expilatoribus ipsius. Quod enim sunt repositoria, & ostia, & vectes pecuniis ad securitatem, id est bonis operibus modesta prudentia occultans illa, nec vnquam præbens his, qui mœnia effodiunt, rapinæ occasionem. Ista virtus & acquisita custodit, & exhibet industriam ad acquirenda ea, quæ nullatenus fuere acquisita. Ista gratias agere Deo in omnibus edocet, & quæ obvia præter omnibus accidunt infelicia consolatur bonorum futurorum expectatione. Ista retinet iracundiam impellentem ad vltionem inimicorum quemadmodum canem rabientem detinens eam æquanimi ratione. Ista invisam, & ignotam existimat pari pretio ac perpetem animæ dignitatem, non prosperam fortunam luteam breui se tempore pompaticè traducentem. Hæc persuadet vt censeatur caput, & dominus vir, illi quasi membrum subiacens gubernatori in omnibus subesse instruens. Sic etenim mundi conditor Euam alloquitur: Ille tui dominabitur. Et Paulus, quod mulier revereatur virum, & Sarra illud persuasa Dominum compellat Abrahamum, honorans ipsum, quem Legislator honore præceperat affici. Hæc vernam fouere atque benevolentia mulcere veluti contribulem consulit; quod potestati subiugatum est ad operam ministerij, in labore relaxans exhortationibus ad fiduciam, & quod semper ex conscientia perterretur, assurgere iubens ad moderatam audaciam, vt ne remaneat deiecto vilique omninò animo, & infortunium, quod ipsi contigit, accuset Deum, qui hanc inæqualitatem fieri permisit. Hæc adiuvare constituit commiserando eum, qui affligit in mendicitate, perfectumque virtutibus quasi militem membris integrum Regi Deo sistit. Etenim ab iis qui militum delectum habent, ætas corporum excernitur, è Catalogo seu Numero deponitur qui forsitan in aliquo defecit, & à Deo non probatus est penitus; qui non omnibus, quæ conveniunt, perfectus; & absolutus neglecto prorsus bono passim dedecorat pulchram aliorum rectè factorum formam. Vnde studendum est æquè virtutibus omnibus, eæque omnes observandæ. Siquidem propositum est imaginem exornari secundùm exemplar, & Divinis gratiis splendidè fulgere, non autem opprobriis animæ pulchritudinem abolentis. Qui enim iuxta * Petrum totam legem impleverit, lapsus verò fuerit in vno, factus est omnium reus. Claudicans iure merito in reliqua lege circa perfectionem, quam studeamus consequi ad gloriam omnia omnibus præbentis Dei. Amen. Estote igitur vos perfecti (ait Salvator) quemadmodum Pater vester cœlestis perfectus est. Ipsi gloria in sæcula. Amen.

E

F

Gen. 3. 13. Ephes. 5. 33.

G

Iac. 2, 10.

Math. 5. 48.

H

SANCTI PATRIS NILI Tractatus de voluntaria paupertate, seu nihil possidendo:

Ad venerationem dignissimam Magnam Diaconissam Ancyræ.

CAP. I.

NVper quidem conscribentes tractatum ad eos, qui negligentius Monasticam vitam degunt, affatim increpauimus eos, demonstrantes, quantum ab Apostolicâ diligentiâ digressi sunt, dum circa futilia istarum possessionum studio detinentur, neque minus victus distractionibus,

* De hac Magna illustri fœmina vide Palladium in historia Lausiaca cap. 135. apud Rosweydum in vitis Patrum, lib 8.

A nibus, quam illi, qui viuunt amore diuitiarum flagrantes, immiscentur. Nunc verò quoniam oportet & vestrûm, qui obseruatis regulam paupertatis, vti se habuit ab initio, inviolatam; & eorum, qui secundùm vos eam custodiecunt, zelum dilaudare; necessum est dicere quæcumque eos, qui manifestè amant lege præscriptum institutum viuendi, ad eius electionem excitant, deducuntque ad præoptandum id, quod convenit. Sicut enim vitij condemnatio pudore suffundens eos, qui ipsi adhærent, convertit, vt consilium demutent pœnitentes in melius: ita rei honestæ laus & eos, qui se ignavè gerunt, excitat, vt ad illam proximè accedant desiderio gloriæ, plaususque ipsos inescans, & trahens alacriter ad seipsam, priusquam prudente ratiocinatione dispexerint humanorum encomiorum nullam vtilitatem, ac reuerà vtilem aspexerint gloriam, qua Deus pietatem excolentes exornat, & impræsentiarum ipsos eorum, quæ operati sunt, præmiis illustrans, & coronans in tempore iudicij super omnem naturam rationalem, quando B vnicuique iustè iudicans reddet non secundùm hîc errantem opinionem, verum vbi purè se res habet, iuxta rerum gestarum veritatem. Si enim his, qui commiserati sunt contribulem egestate confectum, ex compassione dicit: Venite benedicti Patris mei, hæreditate prehendite paratum vobis regnum: quomodo non iisdem eos vocibus alloquetur, qui parum quidem carnem curauerint, & tantummodò quantum coëgerit necessitas viuendi, plurimum verò tempus in occupatione animi impenderint assidui, & hanc curam habuerint, quo pacto ipse purus, & à sordidis cogitationibus impollutus ante illum consistat, qui occulta cordium iudicaturus est, & examinaturus rationes quomodo se habuerint ad vnumquemque affectum perturbantium, siue amoris siue abalienationis? Illi quippe, qui propensi visceribus ad misericordiam versus cognatos, & hi qui ad Philosophiæ illecebras sunt proni, pariter sunt retributione digni apud Iudicem. Sicut enim misericordes non dolent divitiis imminutis erogatione quotidianâ, delectantur verò potius eo, quod in egenos insumpserunt: C ita cupiditas rerum præsentium non premit eos, qui nihil possident, parati verò sunt ad exultandum, & iucundandum, quandoquidem despicatui habent, quæ ab aliis habentur in pretio; & quia liberati occupatione curarum vanarum, liberâ ratione præsident operationi præstantiorum omnium, velut intermissionem agentes illarum, atque inducias, quarum multi seruitium assumpserunt inutile, nulliusque commodi.

Matth. c. 25. v. 34.

CAP. II.

Nollem tamen, vt quis arbitretur sine labore fore, & facile quid factu priuationem possessionum. Nec enim eius nomine invitam paupertatem nunc dicimus, quæ contingens è necessitate affligit mentem, quando censet involuntarium esse molestum; sed placitum, spontaneum, quo quis eligit paucis esse contentum; auctoritate quidem rationis effectum, laborem tamen & illud præbens, eò vsque dum habitus naturam induens exercitatio exhibeat tolerabile, quod diuturno tempore visum fuerat perdifficile, atque factu impossibile. Æque D enim decora corporis visio, & splendida materies pecuniæ prouitat cupiditatem ad desiderium, & generosam animam expostulat vtrumque, atque indiget robustia lateribus, vt ne cedat iis titillantibus; neque adhæreat illecebræ captatoriæ ipsarum, quæ consueuit inflectere ad consensum etiam animos, qui videntur firmiter stabiles. Verum laudabiles equidem, atque admiratione digni, qui nunc affectantes mediocritatem paupertatis, non vna cum his, qui multa possident, abrepti sunt latè credula leuitate cogitationum; neque mentem illigarunt inanibus sollicitudinibus. Ingerunt enim instabilibus quæcumque minimè conveniant, zelum imitationis apparatus maximè corporeus ad voluptatem, & ad honorem humanum plurimam habens aptitudinem. Longa siquidem consuetudo edocuit eos, qui fatuè sapiunt, beatos existimare copia abundantes, qui sua in opulentia E gloriam recipiunt, & eximiis apparatibus ambitiosè luxuriantur. Magnos itaque verè oportet iudicare, atque generosos eos nuncupare, quemadmodum qui victores in palæstrâ evasere ex certantibus scilicet probabiliter cogitationibus, & hinc inde contendentibus veluti persuasoriis gesticulationibus, decere tunc multorum opinionibus assentiri, & perinde iam apparentibus bonis calculum approbationis dare, ac si verè bona forent, neque recusare, quæ communi opinione iudicata sunt honore digna, neque refugere possessionem earum rerum, quæ ad vsum à Conditore fuerunt expositæ, & tumore simulatæ philosophiæ futilem redarguere possessionem, quæ verè, neque frustrà conducit ad subsistentiam. Pugiles enim isti verè probati, nec aduersariis media cedentes, neque dimoti à fossis suis, quia per medium nequeunt apprehendi, qui nempe propositæ in recto iudicio tutò firmarunt, nec inflexi sunt ad terrenas materias suscipiendas, vitam minime circumversatilem præ confusa magis existimantes, & moderato victu honestè sibi eam ab F omni perturbatione semotam componentes. Mens autem non sufficiens plurium rerum curam gerendo, vacationem, non præbet intellectui capessendi consilia decentia animæ, impedimentis verò negotiosis liberata luculenter, quod vtile est, perspicit, & in hac commoditate opportuna intrepidè oblectata, quòd ex multiplicibus vinculorum sæcularium huius vitæ necessitatibus sese, cum expedierit soluta peragit, quæ sunt optima, nullatenus præpedita, quin propensa sit optimo impetu ad illa, à nulla è sollicitudinibus multarum materiarum, quæ solent velut obsidendo circumsilire.

CAP. III.

Valdè quidem sunt admiratione illi digni, & superiores omni laudum præconio, quas eloqui possemus, etsi istos prætergrediantur diligentia, & intra terminos perfectæ paupertatis præ ipsis sint: quia & ad G æmulationem trahunt eos, qui nunc sunt, amplexatos imitationem, seque ipsos liberant ab amente vecordia, in rebus honestis, quas perficiunt, studentes per eorum vestigia progredi, & deficere ob desertionem. Quemadmodum vero virtute superare eos, qui præferunt iactantiam, & arrogantiam, infert: Ita ipsos non assequi custodit mentem cohibitam, ne vel in his, in quibus vincitur affligatur, vel in illis, in quibus videtur provehi, efferatur. Nemo autem eorum, qui nunc sunt, eò vsque aut accedit, aut accessit ad virtutem Sanctorum veterum, quorum conversatio sine domu, sine foco, & sine vestibus fuisse literis proditur, semper in locum è loco demigrantium, & fortuitis dapibus sese suaviter pascentium, & cubantium vbicumque, vtque sors ferebat; & insidiantes, ac persequentes: non vt impræsentiarum honorantes, atque circumsectantes multos habentium. Istos enim describens exprimit Paulus, hisce verbis, quibus dicebat: Lapidibus obruti sunt, secti sunt, in occisione gladij occubuerunt, circuierunt in pellibus ovinis, H in caprinis, destituti, obtriti, malè habiti, quibus dignus non erat mundus. Etsi enim aliquis ipsorum, qui nunc sunt, æqualem honorem ac ipsi, instituto ac proposito imaginetur, & operibus pariter videatur ipsos æmulatus esse, deficit in virtutis cultu, & studio, in qua illi periculum subierunt, subsequentem gloriam laborum consolationem accipiens, qua Beati omnino fuerunt orbati, viatica persequutionum vice laudis nacti, & sæuarum mortium speciem. Non erat illis tectum, & cella; non lectus, non mensa: indumentum ex ovium pellibus, & pilis; alimentum diei incurrentis subitaneum, nulla habita cura de crastino. Præceperunt enim secundum propositum Philosophicum Domini abhortationem, in qua dicit: Respicite ad Cœli volatilia, quia non seminant, neque metunt, neque in horrea congregant, & Pater vester cœlestis nutrit ipsa, & torsus: Considerate lilia agri quomodo crescunt, non laborant, neque nent. Quæ vsui corporis sunt necessaria, scientes sequi, quando Deo

Heb. 11. 37.

Matth. 6. 28.

ibid. 28.

A istis præbenti complacere adfuerit, & possessio Regni Cœlorum ante omnia exquiretur summo studio.

CAP. IV.

NObis verò præparatus est cibus diuturnus, & vestimentum alternum pro tempestatibus, & domus à frigore, atque æstu, omnique simul ab iniuria defendens, pecuniarum autem, & fundorum, alteriusque supervaceneæ materiæ possessio non neglecta est. Et vbinam nostra ipsis illorum sunt æqualia, quibus imaginationis corporeæ cupiditas nullum afferebat impedimentum, sed purum aliquod desiderium diuinarum rerum ipsos sublimes attollens semper persuadebat eorum, quæ in terra splendida censentur, memoriam deponere? Nihil habebant in terra præter corpus, quod natura detinebat deorsum graue, & ad fruitionem supremam difficulter traducendum, quoniam & illud secum habere desiderabant, vbi mente diversabantur, quæ in Cœ- B lo sunt bona intelligentes, nusquam divulsi ab ea, quæ ibi est, delectatione, atque commoditate; nisi natura ipsius rursum converteret ad necessitatem corporis, cunctos (præ simul vincti respectu) huiusce curam gerere, neque mutationem norant facilem experientia, & convenientem Indicat quippe verè detrimentum omnis sapiens, & ad breve quamvis tempus ministerij circa carnem curandam occupati. Illud tempus præclarè elapsum existimans, quod ad rerum meliorum opus insumpsit: sciens solùm ibi laborem sese reperturum, qui ad animæ profectum fuerit impensus, non eum, qui attributus sit ad curam famulatus corporis; tempore vsus consulando necessitatem, & post vsum non existens, heri commode conducens, & hodie minimè assistens.

CAP. V.

HViuscemodi quippe vsus corporis fluxus, & prætereuntes, prætereuntis ad præsens, & præsentis C ad futurum minimè providentiam exhibens; medicansque id, quod instat, & ad indigentiam, quæ deinceps erit inutilis. Labor autem virtutis semen est fructus indeficientis, & ipso in opere conscientiam oblectans expectatione fruitionis, & post transmigrationem hinc, iuventus bene decens conferensque ad æternam delectationem, nec habens irritum id, quod pertransitur, nisi passio irrationalis vanæ gloriæ exinaniat quæcumque collegerit, & quod necdum ad opus perductum fuit iuxta constans propositum, numeratum æquè, ac ea, quæ perfecta sunt, postquam iudiciosè susceptum creditum est, perinde ac si verè absolutum foret ex his, quæ infallibiles sunt, pollicitationibus. Quamvis enim tempus minime habuit ad operationem aptum, quod ex sententia studiosè fuit destinatum, nec ad opus peruenire potuit, ita iustè diiudicante veritate, vt & quod ad hominum placitum existit, iudicetur actio absoluta omninò, quæ foret perfecta, vti se habuit desiderium, nisi necessitas aliqua prohibuisset ad metam progredi. Et D verò iustum id fuit verè, & divino calculo iudicante in occultis condignam illam mercedem voluntati propensæ porrigi, cuius causa opus illa procurauit diligenter, & ad quam prospexit à principio vsque ad finem scopus non transmutatus ab altero in alterum. Scinduntur enim sæpius contraria à contrariis, & quod proponitur, in oppositum ordinem transit, quando quod ad hominum gloriam existit, sapiente ratione directum fuerit, quasi habuerit laborem invtilem; quod autem ipsius boni causa proponitur superueniente cogitatione gloriæ cupida, neutiquam præsumptum scopum assequitur, dissecatur verò à contrario, & in illum vniversim transit. Sic enim & ad melius à peiori, & ab eo ad meliorem ex aduerso transferuntur ratiocinationes, nonnunquam salubriter, interdum verò perniciosè commutari invicem ad id, quod conducit è diligenti studio, aut ad id, quod non convenit, ex ignavia spontanea voluntatis.

E

CAP. VI.

IDeo ad bonum agendum procedentibus Dominus ait eos adhortans: Quando tu oraueris, ingredere tuum (Matth. c. 5. v. 6.) in penetrale, & clauso ostio Patrem tuum ora in abscondito, & rursùs: Quando facies eleemosynam, noli tuba canere ante te; ostentationem vti valdè noxiam refugere iubens. At Propheta dicens, quod Mercedes congregans congregauit in sacculum pertusum, ostendit, (Agg. 1. 6.) quomodo deperit labor corrupto scopo insani amoris gloriæ tamquam sacculum disruptum prætercurrens mentem non obstinatam moderato animi sensu, Thesaurus quippe ille est, & munimentum firmiter vndique (Matt. 6.) constructum, vbi tinea, & ærugo non absumit, neque fures effodiunt, & furantur. Tinea porro intelligitur sui existimatio, quæ intus gignitur, & abolet ea, in quibus consistunt bona; latrones autem exteriores laudes significant insultantes, atque rapientes præ amentia, & tumore confertim pretiosa quæque opera multo F labore virtutis congregata. Quemadmodum etenim tinea materiam absumit, ex qua substantiam accepit, & latrones murum effodientes exportant, quæ plurima cum cura coaceruata sunt: sic cogitatio quidem ob elationem in bonis operibus, acquisita delet; laudes verò per homines circumforaneos, & collectitios perfodiunt vanas, leuesque mentes, & nihil bonorum immittunt intra, vtpote forinsecus introductæ legitimeque per foramen aurium eiectæ. Sed nullus adeò passioni est obnoxius, neque blanditiis appetitus gloriæ soporatus, vt iacturam omnem propriorum laborum sustineat: quin vigilabit potiùs saltem dum perfoditur, ac insidiatores è medio tollet, antequam detrimentum inferant, eos in ipsa perfossione considerationis feriens, priusquam Sol ortus fuerit manifestè, & consideratiuam efficiat operationem.

CAP. VII.

G

HOc enim lex perspicuè denunciat: Si in perfossione (inquiens) fur fuerit deprehensus, & percussus (Exod. 22. 2.) mortem obierit, non erit cædes, si verò Sol super ipso facto exortus sit, cædes esse arguetur. Demonstrans veniam obtinere adhærentiam stultarum cogitationum in mente quemadmodum nocturnam imaginationem. Deceptio est enim verè omnis inimicorum communis rapina; ob insultum coadunatum, & veniam meretur; post verò prædantis sollicitam, multiplicemque curam, & claram animadversionem lædentis convenienter deinceps consequitur pœna. Est verò deliberati animi lapsus spontaneus condescensio, & non ignorantiæ involuntarius vsus; & manifesto malo consentiens iustè fit reus, quia adhæsit per passionem inflexus hosti veluti in solari luce deprehensus, nec totis viribus præliatus aduersus inimicum apparentem, vt in aggressione ipsa noxiarum perceptionum, perfossione adhuc incipiente ipsos percutiat, & deiicit mortuos in pugna. Sic enim deinceps H sine certamine vitam transegisset, & legem delectationis in eorum fruitione collocasset, quorum iacturam parum abfuisset, quin amare defleret. Talis erat & qui dicebat: Ex ore ipso feratum extrahebam duo crura, & (Amos 3. 12.) imam auriculæ partem, antequam deglutiretur: ipsa sumens, & sibi ea vendicans cum imperio. Siue namque ratiocinatio fuerit cupiditatis terrenorum negotiorum pedibus implicita, & progressum in melioribus tamdiu prohibens, siue sermo corrumpere per auditum bonos valens mores; illa quemadmodum feras ore hiante rapta retinentes membra, nocere non permittit, præueniens noxam ipsorum studiosa manu & vigilantia proximam violentiam arcens.

CAP. VIII.

NEc enim minùs periclitatur eo, qui est in ore feræ belluæ, is, qui passione incipit detineri, nauter pro-

pè

A pè absit quin capiatur. Quemadmodum & erat ille vt devoraretur, nisi evigilans ocyus transcurrisset fugiendo exitium imminens. Vnde qui pastoritiæ periti erant artis, David, & Iacob gloriabundi de custodia, scientiaque circa ipsam exacta; ille quidem, ait: Vrsæ guttur
1.Reg. 17. 34. comprehendi, & leonis elisi, hoc est, devorstum vitæ
Gen. 31. 39. incolume reddidi. Hic verò: Captum à bestia non tuli, à meipso rependi furta diurna, & nocturna; nullam ad operationem mortiferam irrationabilium, & brutalium cupiditatum pervenire finens, si verò & aliquid eorum, quæ sunt magis indifferentia, & in quibus non magnum subest periculum, mentis elatione interdum, verbi gratia, si quid eorum, quæ non ita decent, dictum sit, aut dicente alio auditum sit, statim subreptum è domo redde, contento studio adimplens, quod per errorem prætermissum fuit, & efficiens per correctionem quantocyus, vt id referatur aliorum bonorum in numerum, vt sit integrum; ac minimè vitiosum simul totius corpus virtutis in nullo deficiens, neque mutilatum partiB bus, quæ ad ipsius pulchritudinem naturali formæ venustate concurrunt. Qui verò præses in Apostolorum choro, & semper in his Dux præstantior fuit, Petrus, qui & pisces verticulo expiscatus est, & homines vivos cepit gratia, feram belluam, & eius insanum furorem ad vorandum demonstrat dicens: Adversarius vester
1.Pet. 5. 8. diabolus tanquam leo rugit quærens, quem devoret.

CAP. IX.

Discamus nos diligenter, quòd primùm quidem aliquis ex pigritia in leonis ore ponitur, vtque devoretur vtrique præparatur, & ad exeundum promptus est. Sibi verò cæteroquin negligens, aut cautè studens; alterutrius horum auctor constituitur; auctoritate propriæ sententiæ eligens quodcumque vult, vel in parte saluatorum, vel in pereuntium spontè situs. Et idcirco omninò & magnus Paulus inimici machinamenta clarè despiciens, nec ignorans eius artes ad exitium simpliciorum ipsas stupidè admittentium è multa pusillanimitate,
C in ore leonis existentem extrahi iubet adhortando, &
2.Cor. 2. 7. consolando plurimum, ne fortè (inquiens) præ nimia tristitia absorbeatur, qui propinquus hocce modo est, & vt cadat illinc, si audebit adductus suasionibus permulcentium pusillanimitatem; & vt devoretur, si desperatui habitus seipsum desperans abiiciat. Cùm tantam igitur difficultatè habeat via, quæ deducit ad Regnum, & sit angusta, vtrinque circumdata præcipitiis, ac præruptis scopulis; quænam est vtilitas ingemiscentes præ gravitate onerantium pecuniarum, vel inhiantes ad laudantes, vel vituperantes tentare hoc per iter progredi, vt non licet? Etenim curæ rerum materialium distrahentes continuò trahunt deorsum: & ad gloriam, vel ignominiam respiciendi facilitas sive hinc, sive inde casum efficit, evectione ad quodcumque expeditum præbente lapsum, eo quod oculus ibi non occupetur, vbi plurimam sollicitudinem securum esse exigit, adesse vero, eandem vult vigilantem; vix quippe sic etiam progressus absque
D casu succedit, cùm difficultas multa præbeatur ob angu-
Matth. 7. 14. stias, & præcipitia. Nam si secundum Dominicam vocem, arcta est, & pressuris referta via, quæ ducit ad vitam; convenit omninò expeditum esse, & experrectum eum, qui per ipsam transit, neque gravatum onere, atque inter gradiendum variantem, neque hac & illac sine metu circumspicientem. Ingens est nempe vtrinque, ac valde durum periculum; quæcumque enim obuenit et deflexio, ad dehiscens barathrum deferret in exitium.

CAP. X.

Ideo & Dominus, & Paulus aliquando abdicationem possessionum præcipiunt dicentes: Ne possideatis aurum, neque argentum, nec æs in vestris marsupiis. Et:
Matth. 10. 9. Ne sollicitè cogitetis in crastinum. Et: Habentes alimenta, & tegumenta, his contenti simus. Et: Nemo militans implicetur negotiis sæculi. Interdum verò ne ad E
Matth. 6. 4. gloriam stupidi efferamur consulunt effantes: Quando ieiunatis; ne sitis sicut hypocritæ vultuosi, exterminant
1. Tim. 6. 8. enim facies suas, vt videantur hominibus ieiunantes. Et:
2.Tim. 2. 4. quando oratis, ne sitis sicut hypocritæ; solent quippe in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab ho-
Matth. 6. 16. minibus; eorum, qui retro sunt, obliuiscentes; ad eos
Ibid. v. 5. verò: qui ante sunt, se extendentes. Nam qui eo modo se habet, non tantum extollitur ob ea, quæ rectè agit, quantum deprimitur ob ea, in quibus deficit à proposito, vt perficiatur sollicitè curans, non ad ea, quæ perfecta sunt, conversus, siquidem ea, quæ quis operatus est, sæpius vaniores instant ad dementiam; quæ vero exposcunt effici, mentem cohibent incertitudine, an terminum sint habitura, dolorem afferentia antequam fiant. Vnde Dominus ad summam virtutem tendentes obsfir-
Luc. 17. 10. mans, ne inanis gloriæ lapsum paterentur, ait: Cum feceritis omnia, quæ vobis mandata fuerunt, tunc dicite: Servi invtiles sumus; quod fecisse debebamus, fecimus.
F Gaudere quidem adhortans veluti de impleto debito, non autem permittens & magna sapere. Debitum enim erat, quod redditum est, non donum spontaneum: & eum, qui rependit in Christum, nefas est tanquam benefactorem extolli iactabundum quia gratè reddidit, quæ ingratus reponere debuisset exactori per supplicia.

CAP. XI.

Apostolus verò non solum ea quæ retro sunt tradi oblivioni iubet, memoriam ipsorum sciens respicere faciles ad iactantiam; sed & vtrinque mandat obser-
2.Cor. 6. 7. vari diligenter insultus, quando dicit. Per arma iustitiæ à dextris, & sinistris; per gloriam, & ignominiam; per infamiam, & bonam famam; quasi fallaces, & veraces. Non minus enim eum, qui ad perfectionem contendit, lædunt, quàm laudes tumefacientes, vituperis, quæ animi sensa deprimunt abiectè, ac dissolvunt quidquid est animosum demissione animi, ac tristitia. Quamobrem
G oportet currere per scopum ad bravium supernæ vocationis, & dignè currere, simulque haud elatè. Illud
1. Cor 9. 24. enim, quod dicitur; Sic currite, vt comprehendatis, quamvis serò, tandem aliquando assequi facit, quod studetur. Multa est quippe longitudo, & pennis magis, quàm pedibus vtendum ad comprehensionem. Sic ete-
Ps. 54. 7. nim qui sibi hoc suaserat dicebat: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Illud verò vigilanter hinc, & inde subiicit molestiam exhibere laqueos, quandoquidem funes extendunt pedibus inimici dextris, & sinistris restibus machinantes capere illos, qui benè currunt; gloriam, & bonam famam inde ignominiam, & infamiam, & quod est in sæculo reprobatum struentes, vt præparatis vtrinque insidiis si vna prævaleat, aut omninò cadere faciat, aut saltem cursum inhibeat ad breve tempus, vt impediat tamdiu progressum ad bonum, atque is perfectione, ad quam studiosè tendit, frustretur. Quid verò etiam sic calumniantia falsò contristant cogitationem? aut quid ad miraculum
H eam efferentia delectant, atque instant ad dissipationem?

CAP. XII.

Enimverò si ex calculo hinc desumpto apud incorruptum Iudicem approbaretur, pulchrè hominibus placere: quis curam adhiberet, cum inde natam gloriam ad fidem futuri pro testimonio adduceret, & reddendæ rationi minimè obnoxius ostenderet ea his, de quibus constitit apud Iudices, qui hic sunt. Sin verò frustra fuerit habitus, & approbatio, & gloria eorum, quæ indicata sunt in præsenti sæculo, & quæ penes nos; nudæ autem factorum, & cogitatorum adstant imagines, argumenta clara cogitationum vilium, & vrbanarum, atque operum effectæ, & iudicatæ non ea iis, quæ plerisque visa fuerunt, sed ea illis, è quibus consistit veritas: temerarius, & vanus vere conatus est velle ipsis suadere, quomodo nostra sese habent, quorum plena fides nihil

A nor apod fupremam iostitiam, qoæ videt ea, quæ funt, aduuat, nec his, quæ existimantur, assentitur; cognoscens ea, quæ facta sunt, oeque se accommodat patrocinio eorum, qui teotant appositè ad persuadendum demonstrare mendacium veritatem, & efficacia sermonum fraudulenter excogitatorum audientiom seotentiam (vti volunt) disponuot, cùm tes aliter sese habeant io se, aliter appateant in imaginatione decepta. Vbi verò res, qoæ nunc sub aspectum deductæ sunt, transformaotut, imaginatio, quæ heti clatè appatebat, nunc quasi laritans est, non qualis eensetur, ad commendationem, aut reprehensionem à permultis iosusurrata, quibus voluptas est omnino, & delectatio, aliena quærete, & contradicere sibi ad invicem, prout teorpora sunt opportuna; elaborantibus penitus non quod vtile est, propter vacationem ooo omnibus congruentem ad id, quod oportet.

CAP. XII.

B VErùm cùm triplex sit via summæ in præsenti vita paupertatis, mediæ scilicet, & materialis, & plurima possidentis (Vna etenim erat ab initio, & mandata diuinitus ab Orbis conditore, & pariter ab omoibus observata, absque sollicitudine, & omnifariam immaterialis, quam sciderunt posteà in has diversas, prout variè ad quæque propentè inclinabant divisæ homioum sententiæ) Necessum est de vniuscuiusque proprietare differere; ac quæ vtilitas participibus, aut noxa ex illis cousequatur; & quænam privilegia conveniant, & tribuantur ab eo, qui leges præstituit à principio, nobisque vitæ statum posuit? Iudicabitur enim ipsa præ aliis omninò hooorarior, ac veritatis etiam à valdè improbis exoratæ dignitas erit io confesso, etsi decepti delectationis illecebra in contrariom sese dispositos operibus exhibeant, neqoaquam ratiocinatione delectum facienter eius, quod prodest. Quænā igitur præcepta fuit homi-
Gen 3. 10.
C ni primùm effecto vita? Manducabis (inquit) fœnum agri. Et ne quis ratiocinationes ad hoc ounc persuasibiles inquirendo cōmoveret, vtrùm animal rationale deceat belluinus, vt videtur, victos? prohibet curiositatem indagationis auctoritas eius qui præcepit. Fortè verò & magis congruus fuit homini, & magis idoneus, quàm quæ ab aliis, qui secundum imaginem Dei conditi sunt, quæreretur anxietas è nimiis deliciis aggrauans intellectum, & perspicaciam rationis obtenebrans atque vigilantiam. Quod enim hæc ita se habuerint anteà, consideremus, an, vt videtur, sit rationabile; promittit enim demonstrationem Conditoris sollicita cura, qui in vtilitatem suæ creaturæ semper omnia efficit, & indulgentia sua naturas nostras propensiores in peius dispooit ad id, quod est vtile. Nam post traosgressionem, atque inobedientiam non dereliquisse vti repudiatum contemptorem improvidum; altera verò via primom errorem correxisse, atque demom ad Idolorum cultum furentes posteros convertisse, vt sibi sacrificium offerrent; & aliàs aliter, prout
D tempora ferebant singulis sese accommodasse, & eorum intempestivis propensiooibus vsum esse è converso ad id, quod oportet, quemadmodum langoentium inmedicatorum perniciosas cupiditates sapienter commutando ad id, quod est salutare: providentiæ summæ opus est compatientis infirmitati eorum, qui gubernaotor, & ea procurantis, quæ eo vsque agere præsens potentia valet, ad id quod conducit.

CAP. XIV.

STatim igitur non ferentem satietatem honoris præcellentis, & illa indeficiente delectatione lasciventem adibat, frequentabatqoe ipsum (primum hominem) ad colloquium quotidianum, cum indigeret animi oblectatione, propter solitudinem, & defectum consolantium tum in otio lubens ipse Deus: omnis quoque fructus arborum, quæ in paradiso erant consitæ, fruitionem ad eius arbitrium commisit, vno solo abstinere iubens, nō invidia degustationis, verùm exercens iam tunc ipsum ad E obedientiam, cùm alia non esset materia apta ad ferendam legem, vt sciret, qui aliis viuentibus animalibus præerat omnibus, quod & ipse legi subditus est, & præceptum habet, subiectioois erga præcipientem signum manifestum. Eiiciens verò è primis, & minimè ipsi convenientibus deliciis fastidiosis, noo dimisit tamqoam inobedientem destitutum cura, neque cum transgressus fuisset maodatum, suo priuauit omninò auxilio: secundam autem ipsi lege præscripsit rursus vitam statui congruam; concessa quiete convenienter, vt par erat, non vsum, iubens opere, atque labore alimenta comparare; quandoquidem otio sibi indulgens nescivit in obseqoio Dei persistere, & in ipsius conversatiooe perdurare, cum corporeorum laborom vacationem ageret. Pelliceas ei tunicas circumponit, operiens simul tunc appatentem, non autem quaodo mandati custos erat, pudore plenam nuditatem, & quibus indumentis vti oporteret, tacens verbo, ac re ipsa docens, & demum in vestimentis innovatam
F mollitiem inde reprimens facile parabili veste & haud operoso indumento illam multo antea sugillans quæ ounc obtinet luxuriem.

CAP. XV.

QVænam igitur illi magis conducebat, proderatque viuendi ratio? Illane, quæ, cùm lex ipsi ediceretur, cooslitora fuerit? an illa, ad quam condemnatus fuit, postquam mandatum neglectui habuit? Quando potiebatur omnigena voloptate, deliciisque contemplationis in paradiso, atque vsufructu variarum plantarum? an eum agriculturæ laboribus ærumnosè incumbens, in sudore vultus alimenta percipiebat? Quando fructus, quos optarat, sine sollicitudine decerpebat, & vndique manu colligebat, qoodcumque tunc oblectabat eum, ipsius protensione id solum quod erat comestibile diuellens, & appetitum pro quibus non laborauerat excipiens epulis pascebat esca cupidinem ad desiderium movente ipsam ex-
G plens, & natoraliter condita dape consolans? An quando rutrum, atqoe bidentem, & falcem manu tractabat, sulcans aratro terram, quæ sponte sua paulò ante producebat necessaria, & quæ vsui erant seminans, irrigans, metens, transferens manipulos, triturans, terens, ventilabro expurgans fruges, & post hæc triticum conficiens, artificiis molarum frumentum frangens, pinsens, aquæ farinam permiscens, coquens igne, sicque laboriosum valdè panem apparans? Quando audiebat amicos Dei sermones, & animam ineffabilibus per auditum verbis oblectabat? Ao cum concutiebantur eius aures mugituum, atque balatuum, & ruditiuum turbulentis sonis! Illa siquidem paupertatis, ista vero vitæ prædiuitis sunt propria. Illa divinis præstituta sunt legibus; at ista humanis accommodata sunt cupiditatibus. Illa Dei spe nixa pendent, & habent iugiter inde deductam fragilitatem; ista ad vanitatem appellunt subsultantia magno cum periculo, & plurimam habent cum infelicitate cognationem.

CAP. XVI.

H HOrum porrò testis est experientia, & ea quæ quotidie contingunt, sensus ipsos certos reddunt, quod ea quæ probabilia visa sunt, sæpe spem elusarunt; at numqoam opem frustrata est cura & providentia numinis. Ecquis enim non nooit damna, quæ culturam agri comitantur? qois ignorat ea, quæ fructus consequuntur, detrimenta? Pluviæ persæpè, qoæ ipsos enutriunt, malè mulctarunt: ventorum importunorum flatus aut immoderatè perflaverunt, aut inflammaruot, & disperdiderunt; grādo spicam prominentem, & segetem, quæ iam germinauerat, cum impetu afficiens comminuit: torrentes ex imbriom inordinata copia fruges etiam dum erant sob tributa accumulatæ, distruxere, & prorsus iovtiles reddidere. Bruchus, rubigo, eruca, aliaqoe plurima scarabei formam habentia animalcula valde ingentem ooiunt inferre noxam. Absisto dicere in ipsis horreis ingenitos

vermiculos

A vermiculos grano, qui reddunt laborem omnem agriculturæ inutilem. Rursus autem quis tempore non edoctus est eam, quæ à Diuina prouidentia præbetur, securitatem? quomodo Dei cultoribus sine labore, & sine vlla molestia, quando est opus, exhibet illa congruam alimoniam, & (dum qui omnibus machinamentis vsi fuerant, vt ciborum abundantia gauderent, diuites, egestate, & inopia tabescerent) quandoque in ipsa confidentibus, vndecumque vult mirabiliter paratam instruit mensam; nonnunquam è nubibus minimè aratis non seminatum panem in solitudine deserta manna præbens, interdum etiam è mari coturnicem magnam deducens; aliàs sitientibus ex arida petra profundens vberes latices: vtroque vt alimento humido, & sicco ingentem expleret necessitatem, atque diuersis eduliis subleuaret appetitum innatum, ne ad vniformem victum elangueret.

B

CAP. XVII.

QVis coruos instruxit bis per diem fame grassante Heliæ deportare nutrimentum? Quis in hydria pugillum farinæ diffusum tanto tempore sufficere fecit? Quomodo Elissæus decem panibus centum homines satiauit reliquiis vsus pro testibus saturitatis? Aut quo pacto rursus in lebete decoctum amarum ea herba exitiali in esui aptum transmutauit, vt expleretur necessitas eorum, qui tunc indigebant nutrimento? Non erat his præsto bos, nec arabilis terra, nec reliquus apparatus agriculturæ: & quo pacto semper adducebantur illis affatim necessaria corpori, itaut nulla re indigerent? Aliis adsunt semper quæ ad cultum terræ conueniunt, nihilque negligitur eorum, quæ ad gignendos fructus ab humana diligentia conferuntur. Et quanam ratione multorum indigi remanent, totis viribus studium his, quæ insita sunt adhibentes, nullumque fructum penitus è labore decerpentes? Qui spei erga Deum se-

C curus est euentus; mendax verò humanæ confidentiæ scopus, audens fidere his, quæ videntur rationi consentanea, & frustratus expectatione, iure merito, iudicans ea, quæ mirabilia & præter opinionem, impossibilia; & ea quæ consueta sunt arguens fore certa, ad extremum persuasus experimento, quod hæc quidem ambiguum, & accidentalem habent successum quæcumque videntur à nostra solertia pendere: at in confesso, & necessario eorum euenit vtilitas, quæ proueniunt è diuinæ gratiæ perenni fonte, cum prouidentiæ fluenta sint copiosa, & opipara. Dixit alicubi præclarè Dominus, & cum ipso consonè scriptor hymnorum Da-

Matth. 10, 10. Ps. 33. 11. uid; ille quidem: Dignus est operarius nutrimento suo. Hic verò: Diuites eguerunt, & esurierunt; in-

D quirentes autem Dominum non minuentur omni bono. Ostenduntque inde eos, qui Dei vacant famulatui, certam obtinere victus subministrationem, quæ sit merces ante eam, quæ existimatur, mercedem, & congruens decenter interim operi, & debita ministerio corporis. Illa namque proportione quadam correspondens labori manet animo custodita in futuro. Hæc autem cooperanti ad ipsam vitam, simulque perficienti ad cultum diuinum animali, corpori scilicet, debitè quasi cibus subministratur, veluti subiugali vehenti id quod operatur, & indigenti cura vt satisfaciat ministerio, donec iugo subiectum est, & seruituti, cui suppositum fuit à conditore.

CAP. XVIII.

HÆ sunt prærogatiuæ prioris paupertatis. Hæc præmia, & pignora vitæ diuulsæ à circumfluentibus negotiis. Hæc animalis rationalis decens conuersatio, famulatum exhibere Deo, & accipere quæ deueniunt, velut ex horreo ipsius: sperare

E in illa gubernatione, & eam percipere, quæ ab ipsa est, in omnibus retributionem: despicere terrena, terramque habere sua bona munifice largientem ad commensuratam fruitionem: nihil in hoc mundo possidere, & cum auctoritate, quandocumque oportet, illius bonis vti; seruire sincerè Creatori, & creaturam ad ea, quibus opus est, pro vsu quasi tributum colligere, vt lubet: hic inquilinum esse, & inibi habitationem eligere, vbi verè est habitatio: nihil ducere dignum studio eorum, quæ hic manent, ea verò pluris facere quæcumque contingunt ad illum terminum. Hanc statuit mundi opifex hominibus ab initio viuendi rationem, & hanc ipsi obedientes sancti omnes egerunt, nec habuerunt terræ quantulamcunque mensuram quam ipsi sub dominij titulo possiderent; & ex omnibus terris tributa colligebant, ea, quæ necessaria erant, vbicumque reperire obtingebat, quasi Domini percipientes. Non erant propter diuitias, & potentatus insignes apud homines, & feras

F flectebant ad reuerentiam præ virtutis eminentis dignitate. Non erat ipsis seruile famulitium exercens artificia ad corporis mollitiem, & ministrabant ad necessitatem ipsis Orbis terrarum portiones. Non aderat ministerium iumentorum onera ferentium ad transportanda ea, quæ conuehenda erant; et coruí ea deferebant, ipsorum ocyus explentes indigentiam.

CAP. XIX.

AMici Christi effici puritate vitæ studuerunt, & in amici possessionibus pro libito cum libertate disposuerunt: imperarunt cœlo, vt exhiberet alimentum egentibus, & manna ipsis, vti fuerat imperatum stillit; ipsum aliàs occluserunt ad insipientium doctrinam, & illud consuetam percupiens tribus annis, & sex mensibus pluuiam cohibuit portans graue pondus tempore congestum paulatim in abyssum, quasi vterum grauidum, propter eos qui mandabant. Pluit verò & illud aliquan-

G do ignem, cum iussum fuisset comburere quosdā impios, & grandinem tamquam funda iaculatum est aliàs aduersus alios iniquos ad scopum directis ictibus, & plurimam in ipsis internecionem patrauit, id nutu iustorum illorum edocente. Terram disciderunt ingenti hiatu, & seditiosos simul cum tentoriis, & animalium multimodis gregibus ad subterraneos deduxerunt specus. Profundum pelagus effecerunt continentem terram ad viam Regiam muniendam, & terram sine aqua stagnata ad copiosū vsum eius, qui antea penuria laborabat aquæ. Fluuios transierunt pede neutiquam madefacto, ambularunt in ignis camino, & ignis damnū non norūt, quemadmodū gelida aqua corporibus cum flamma confligentes, & eo quod facilè corrumpitur vincentes id, quod voraciter corruptionem infert: traditi sunt furibundæ iræ belluarum ad escam, nec vllum experimentum earum feritatis acceperunt, oratione quasi carmine cicurante ad mansuetudinem ipsas lenientes. Tenebras obscuras illuminarunt columna ignis; meridianum ardorem inhibue-

H runt, viamque carpentibus nube vti tentorio feruidum aërem protexerunt. Aquam amaram, infœcunditatis terræ caussam aliam potabilem sitientibus, & ad feracitatem frugum idoneam exhibuerunt his, qui possidebant illam regionem. Sterilibus dederunt liberorum progeniem, & eos qui mortui sunt ex ipsis, viuentes illis reddiderunt. Tyrannis magna satellitum hastatorum multitudine septis obstiterunt; bellicas acies dispositas triuerunt; hostium phalangas oppositas verterunt in fugam; insidiatorum insultos excogitatos euitarunt indemnes; carceribus exsiluerunt, cum ianuæ virtute inuisibili fuissent ipsis reclusæ vinculis liberati fuerunt, mirabiliter compedibus, quibus detinebantur, soluti; minas cædium à Principibus intentatas, & furentium populorum iras præterierunt absque periculo semper, nullum vmquam graue omninò malum experti.

CAP. XX.

ET hæc omnia, atque hisce plura iustis illis acciderunt, quia mundanas curas multiplices auersati diuino cultui incubuerunt sedulitate indiuulsa; ob libertatem, quam cum Numine habebant ad præcipiendum reuerendi omni creaturæ effecti. Indicat, quinam isti fuerint, Scripturæ sacræ Historia, & nomina per ordinem ex Acthoa manifesta facit singulis miraculis singulos addiscere volentibus notos reddens. Et longum vtique nunc foret, simulque superuacaneum istos enumerare; cum sermone passim clari existant etiam his, qui neque valde studiose Diuinam in Scripturam inciderunt, ex meditatione verò delectationem capientibus; & forte cogitationum mœstarum abductionem. Ita enim, à quibus accuratè opus elaboratur, & dictio prodest ad contemplationem, mentem intellectionibus præoccupans, & aliis aliàs dictis ipsam quasi manu deducens ad prudentiam, discretionemque occurrentium, quæ consequenter, ac successiuè semper suscipiunt sollicitudinem rei præteritæ, & eam extendentis; quousque insideant commonentia cogitationem, dilatantia sapientiæ amorem, qui quotidie ipsam prouchit, & ducit iustè ad finem, ad quem inducitur.

CAP. XXI.

SCitis verò & eos qui nouo in Testamento nihil possederunt, Ioannem Christi Præcursorem, & simul Apostolorum Chorum, à quibus Monastica vita exordium duxit: quomodo ille quidem sponte desertam solitudinem cœpit incolere; locustas comedere, & mel siluestre, vsus verò indumento è pilis cameli confecto; ij autem Dominicæ obedientes adhortationi vnica cum tunica processerunt, & alimento (prout tempestas dabat) inuento vbicumque degustato, nihil possidentes (vti fuerant edocti) vsque ad baculum, & peram, quæ potissimum viatoribus plurimo sunt vsui, vt ne his fortè visi confidere, fiduciam erga Deum obtunderent, his, quæ visu conspicua sunt, confisi, neque facultatis inuisibiliter cooperantis rationem ducentes, quæ honestis, & docilibus impartiti gratiam gubernatricem non abnuit, nudam verò illam integumento ab omni vult exhiberi, ad conuenientia, & vera dispertitam similiter hominum dexteritatem in seipsam innitens, neque sinens circumtrahi his, quæ putantur ipsi cooperari ad securitatem rerum, quæ dispensantur. Verum age ne Sanctorum continuæ circa res Diuinas occupationi, inductæ ab Adelphio Mesopotamiæ, & Alexandro, qui exiguo tempore Regnatricem Constantinopolim inquinauit, pigritiæ portam aperiamus prætextum segnitiei ad operandum: quippe qui finxerunt perpetuò videri perseuerare in oratione; & pueris recentibus, & viris etiamnum quoad corporis robur vegetis, quippe illud plurimis laboribus debuissent edomare, pro lege statuerunt nihil operari per animi remissionem, & in ipsis passiones concitarunt, præbuerunt intellectui licentiam ipsarum materiæ adhærendo vacare otiosè, donec apparens oratio cum non esset quod dicebatur, omnino deperiret.

CAP. XXII.

CArnalium verò cupiditatum turbulenta recordatio non solùm haud permittit colloqui cum Deo, sed & cogitationum fœdarum imaginationibus mentem contaminat, quæ videbatur ad orationem composita. Perseuerare namque in oratione pulchrum, & mentem exercere ac colloquium Dei. Id verò eo modo, quo tempus pacis non fiat belli tempus, neque protensione temporis vltra id, quod conuenit, detur aditus inimicis passionibus consuetis in captiuitatem redigere ratiocinationes ad cogitationes ineptas, tanquam sacro asylo orationis auulsas, & tyrannicè adductas ad sapientiam carnis; ea cæterum præcurrentes ratiocinationibus, quæ illa dominans dicere cogit. Quis ergo huiusmodi illorum, qui rectè sapiunt, qui dixerit esse pugnam inuicem aduersantium, & ancipitum ratiocinationum, quando hæc contradicit illi, & illa contendit persuadere quodlibet, & vnaquæque ad manifestam vsque victoriam contra aliam ex aduerso pugnat, & non pugilatum, aut Quinquertij bellum, atque vtinam saltem sic; honestum enim haberetur consistere, & dimicare aduersus ea, quæ perturbant, nec instar seruorum emptitiorum trahi nihil repugnantes. Sæpius enim abstracti à verbis orationis sequimur cogitationes abducentes, neque renuimus, neque ægrè ferimus, quod quidem esset mentis non assentientis, propellentibus ad ea, quæ non conueniunt, & speciem quidem exhibet orationis; acclines enim, prouolutique in genua, id agere intuentibus apparemus, at cogitationi obuersantur imagines deliciosæ, cum amicis beneuolè disserimus, inimicis iracundè conuitia ingerimus, epulantibus bene conuiuamur, cognatis domos ædificamus, plantamus, itinera facimus, commercia exercemus, ad Sacerdotium per vim tracti, dispensamus quæ ad Ecclesias quas suscepimus regendas, pertinent cum multa circumspectione, & horum plura percurrimus adhærentes vnicuique dictorum, prout nouit affectus ad vnumquodque disponere mentem.

CAP. XXIII.

ORatio autem istud non vult; verùm intellectum habet purum ab omni huiuscemodi animi sensu, non abreptum volutatione; sed quodcumque illud sit, valde tamen honestum, præter propositum, neque terrenæ rei assumit sensum; at quasi Numine afflatum, & ab his quæ consueta sunt, & amica corpori exemptum, ibi vbi, & proposuit occupari, conuersationem reuerenter instituendo, & tantam mensuram habeat occupatio, quam erga se impendit, quantam præbet habitus exercitatione acquisitus, vt absque distractione quisque insistat in ea. Ne igitur decipere liceat simpliciores, atque orationis, & exercitationis Monasticæ pariter inexpertis mandent maioris operis colore apparente, cessare ab eo, quod minus videtur. Scopus enim magis ipsis est, vti claret, quæ ab aliis apparata sunt comedere, non quæ manibus suis defatigatis parta, honesto prætextu vacandi circà orationem speciosoque vultu colligentibus condimenta; quàm viuere sicuti conducit animæ, & corpori. Qui namque dispertitur tempus ad opera, & ad orationem, sicut ad hoc, vel illud est aptum, corpus quidem edomat labore, eiusque incompositos motus mitigat, vti magis conuenit: animam verò cum corpore laborantem, & remissionis cupidam ad orationem quasi leuiorem deducit promptis, ac vigentibus viribus. Solatium enim assumit opus alternando, & ipsum transmutando ab alio in opus alterum, vti mœrore angitur, dum in vno diù commorans aggrauatur vnico, singularique modo, gaudet autem varietate operationis, quasi laborem intermittens, ac reponens, à quo cessare videtur, recens; accedit velut incipiens quod est aggrediendum.

CAP. XXIV.

QVi verò desidiam adamat, nutrit in pigritia passiones, præbetque occasionem cupiditatibus licentes sese permouendi ad ea, ad quæ natæ sunt, maximéque tempore orationis, quando mens tota conuersa est ad id, quod turbat cor percurrens ratiocinationibus, quæcumque affectus obuersans suggerit, vice colloquendi cum Deo, ab eoque postulandi, quæ conueniunt, & remouent inhonestorum apprehensiones: rationes verò itidem orationis inflectens in rationes malitiæ, vel impuritatis, aut ad id, ad

quod

A quod vergit dominans menti, & ipsa ad ea, ad quæ affectum est, abutens. Id ipsis contingere probè sciens Paulus, pigritiam vehementer criminatur, mala ex ipsa progenerata ordine referens; ait enim: Enunciamus vobis, fratres, & adhortamur vos in nomine Domini nostri IESV CHRISTI, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, neque secundum traditionem, quam à vobis receperunt. Ipsi enim scitis, quemadmodum nos oporteat imitari, quoniam non inordinati fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore, atque defatigatione noctu diuque operantes, ne quem vestrum grauaremus, non quasi non habuerimus potestatem, sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam & cum essemus apud vos, hoc denunciabamus vobis, quoniam si quis non vult operari, neque manducet. Audiuimus enim, apud vos quosdam inordinatè ambulare nihil operantes, sed curiosè agentes. B Iis autem, qui eiusmodi sunt denunciamus, & obsecramus per Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, vt cum silentio operantes suum panem manducent.

CAP. XXV.

PLurimis argumentis exaggerat asperam reprehensionem; etenim inordinationem appellans pigritiam, & vt ne manducet, proponens, qui non laborat operando, seque ipsum die ac nocte in opere defatigatum, in formam, & delineationem exemplarem exhibens, & non illos ipsos, sed alios de iisdem arguens, & subtrahens ab eis valetudine firma perfruentes, ac si morbo pestilenti detenti essent; plurimam, & intolerandam ostendit indignationem. Enimvero multis multorum malorum causa est pigritia, quæ præ otio consueta vitia valde auget, & quæ hactenus insueta erant edocet, innouatrix quippe est, multum faci- C litatis habet ad mala noua excogitanda; eamque præclarè Paulus in prædictis, & aliis in compluribus demonstrat abominandam, & fugiendam exhortatur, irascens, dolens, increpans; omnémque contendens studiosè modum, vt flectat inordinatos, quemadmodum ipse loquitur, vel inquietos incusso pudore, quò (1. Thess. 4.) cum silentio tranquillo laborent, & erga eos, qui foris sunt, incedant honestè. Sciens laborem esse anchoram mentis ipsam præparando vt appellat ad portum securè. Quamuis turbines vndique instent procellosi, & impetuosæ tempestates, ac vehementes venti flatibus violentis minitantes naufragium, stat ipsa inflexa inhærens operi velut anchoræ, parúmque se offerentibus fluctuat cogitationibus, sed non ad periculum subeundum auulsa, quandoquidem ventis concutientibus fortius est vinculum.

CAP. XXVI.

D SIc qui sub prætextu, quòd oporteat in oratione perseuerare, repudiant opus manuale non modò non orant, cum nequeat intellectus ad id, quod flagranter desiderat, sine incertitudine se extendere; verùm etiam distracti supra modum propriarum vitium circa plura minimè conuenientia, corpusque insolescens enutrientes perquàm lautè, efficiunt inhabile ad orationem per hoc ipsum; quòd putant otio animæ præbere securitatem, implicante ipsam labyrintho cogitationum, è quibus expedire se nequeant. Corpus quippe labore fractum, retinet ad se intellectum, qui debeat, non secus ac oculi, intentè præsens esse rei, cui studet, & illis cooperari ad effectionem, vt in eo non offendat errabundus: sin vero sit molle ac remissum, dat ipsi facultatem ve circumagatur affectibus ea in remissione suscitatis, & ipsum ad vnamquamque suggestionem concupiscentiæ circumtrahentibus subactum, & captiuum.

CAP. XXVII.

E SI mens igitur præsens, instansque operi perfectam operationem elaborat, absens verò eam defectuosam exhibet, & multum ab eo, quod decet, dissitam: quomodo habebit contensionem & firmitatem in oratione, dum qui eam dirigit, diuulsus est passionibus, & continuò decidit non dico ex omninò perfecta ecstasi, sed & è verborum attentione? Est etenim præcipua, summaque perfectorum oratio raptus quidam mentis, & eorum, quæ secundum sensum sunt, omnimoda ecstasis suspiriis ineffabilibus spiritu ad Deum accedente, qui videt cordis dispositionem expansam, quemadmodum libellum inscriptum, & formis mutis sine voce suam propriam voluntatē declarantem. Sic ad tertium vsque cœlum raptus fuit Paulus, qui (2. Cor. 12. 2.) siue foret in corpore, seu extra corpus, nesciebat. Sic alias in Templo, cum oraret in ecstasi mentis, audiuit sensu F cordis (auditus nempe corporis cum aliis sensuum or- (Act. 22. 18.) ganis oriabatur propter ecstasim) dicentem Dominum: Egredere hinc ocyus, nec enim suscipient tuum de me testimonium. Sic Petrus ascendens in superiorem do- (Act. 10.) mus partem ad orandum, visionem lintei vidit, in qua bestiæ omnes, & pecora & reptilia terræ, & volatilia cœli inerant significantia humanorum statuum differentiam. Sic à Deo apud Iob præsignatus exstitit Accipiter sur- (Iob 39. 26.) sum extendens pennas immotè respiciens ea quæ ad Austrum, specie quidem orantis compositionem nomina verò sacram ipsius mentem patefaciens.

CAP. XXVIII.

SEcunda verò à prima oratio est dicere verba mente prosequente illa cum compunctione, & sciente ad quem deducit supplicationem. Intercepta verò cogitationibus corporeisque sollicitudinibus confusè permista precatio longè dissita est à statu orantis. G Nam si orans semetipsum non audit ad plurima instabilis, neque scit, quænam visus est pronuntiare verba: quo pacto Diuinam obtinebit audientiam istis attendentem, quibus ipse attendere distractus vndique minimè potuit? Nam qui dicebant: Intende sup- (Ps. 16. 1.) plicationem meam; & auribus percipe orationem meam, & Fiant aures tuæ intendentes ad vocem de- (Ps. 129. 2.) precationis meæ; mentem vniuersam habebant eò studiosè conuersam, & minimè diffusam in ea, ad quæ diffundi & dissipari solita est negligentium vagabunda cogitatio.

CAP. XXIX.

EO itaque modo se habuit Sanctorum paupertas, vt paulo antea dictum fuit, ac præstitit ipsis (eam amplexis) prærogatiuas, quotquot per ordinem edisseruisse contigit. Habet verò & media plurimum post illam vtilitatis temporibus, & necessitati H corporeæ congruens: etsi enim talis non est, quæ vendicet sibi primas, nec de honore æquali ad supereminentem institutionem gloriari possit, tamen partibus in secundis consistere, atque bis, qui in tertio & quarto ordine negligentius viuunt, cedere non sustinet, & à perfectione non tantum deficie, quantum diuersæ viuendi formæ præcellit. Primi siquidem Sancti animæ soli viuebant, & Deo, qui hanc fecit, nullam corporis habentes rationem: vnde tempestiuè quæ necessaria erant habuerunt sine sollicitudine bene congrua non reposita in penuariis cellis, & educta velut ex horreo appositè ad tempus ex Diuina voluntate. Qui verò post ipsos fuere, curam gerentes necessarij solatij ad mulcendū corpus, neve animal neglectum deperiret præter voluntatem eius, qui vtrumque coniunxit, prouidentes, manibus vtebantur ad opus tempore, quanto ad ministrandum necessitati opus erat ineuitabili; reliquo verò, quod supererat, tempore; vacabant animæ curandæ, precibus, & lectionibus, ac exercitatione in rebus

A conuenientibus sibi ad honesta profectum, vti decebat, procurantes.

CAP. XXX.

AT qui horum postremi, fuere cum omninò foreni carnei, se totos terreni simulacri famulitio addixerunt, terram excolentes, iumenta nutrientes, agitantes mercimonia, omnemque commerciorum artem præter consectantes, non quæcumque carnis ad vitã fouendam sufficiunt, habere volẽtes verùm quæcumque exhiberent ipsos non inferiores his, qui lepidi ac elegantes opibus circumfluunt, vt exinde illustres demonstrentur, affectantes; quandoquidem ex instituti obseruatione gloriã sibi non pepererunt, è sumptuosa elegantia sibi ipsis, vti censent, fore insignes. In eoque luculenter seipsos amentiæ arguunt, quòd estimationem laudi ducunt, ac in hisce videri, & admirationi fore, in quibus digni sunt ludibrio, atque risu. B Quemadmodum enim quæ vnicuique instituto sunt aptata, dant facilè motus vt recipiantur: ita quæ haud congruunt, etsi aliunde laudabilia, plurimam sortiuntur repugnantiam ad illud, quod non est his accommodatum. Nullus igitur virum aureo capillorum nodo, & lapillis ingentis pretij exornatum 'dilaudauerit, neque muliierculam fibula, & læna circumuestitam approbauerit. Ornatus enim, quem vnicuique natura distribuit, innouatione fit desitionis argumentum.

CAP. XXXI.

QVibusnam itaque in confinio vtrinque sunt propinquiores? Iis omnino, quibus magis approximant opere; & horum cognationem velut acclamando exposcunt, quibus prope student esse vitæ tatione. Non enim quandoquidem ordine sunt velut interstitio diuisi, vergunt similiter mox in vtramque partem; affectant enim suos duces, ipsis C continuo inhærent, & recenti vestigio ipsorum insistunt; ab iis autem, qui inferiores sunt, tantum absunt, quantum currentes ab iis, qui pedetentim inceduut, aut ab his qui identidem subsistunt, paulatim separantur. Nam quæ communio bis, qui opibus affluunt, ad eos, qui nihil possident? Quæ consonantia his, qui sapiunt ea, quæ sunt carnis, cum his qui sapiunt ea, quæ sunt spiritus? Quæ pars his, qui in negotiis confusim permisti sunt, cum famulantibus Deo absque curis sæculi? Isti Apostolicè dereliquerunt, quantumuis forent exigua, quæ possidebant, illi & ea, quæ non habebant, acquisierunt. Hi quidem silent quieti modestiam intus curantes, atque grauitatem; isti verò pugnantes veluti quinquertio inualescunt super pecuniis, & possessionibus. Hi quidem de cælestibus bonis aduersus spiritualia nequitiæ legitimè certant, vt luctatores; isti autem de terrenis cum possessionum consortibus bellum gerunt pariter ab ipsis bello appetiti. His equi- D dem tempus impenditur ad curam salutis animarum; at istis vix omnis vita sufficit ad multimodas occupationes corporis distributa. Hi profectò procul negotiis victitantes eos, qui intuentur, disponunt ad gratias agendas: verum isti blasphemiarum auctores aduersantur illis nihil dignum mandato Diuino perficientes.

CAP. XXXII.

Phil. 2, 15. HIs quidem dicit Paulus, Lucetis vt luminaria in mondo, splendentes prorsus conuersatione insigni, & æmulationis bonæ spectantibus effecti paradigmata: at istis;
Rom. 2, 24. Per vos blasphematur nomen meum, cum scilicet institutioni contraria perpetretis, & habitum circumferatis contradicentem operibus. Vnde conuenienter hi suspiciuntur, illi verò despiciuntur & despuuntur; hi beati prædicantur, illi autem miseri deplorantur; hi diliguntur iure merito, illi autem non iniuria odio habentur. Quis nempe non amabit merito eum, qui omnino ab- E lienatus est à tumultibus externis, & vitam amplectitur quietam, & absque negotiis? Quis non diligit obstupescens auersum à contentiosis lucris in societate acquisitis, ac odiis, & aggressionibus eamdem artem profitentium, vsque ad intra domum solitudinem præcauentem item ne faciat quid perniciosum, aut similiter patiatur; non turbantem, neque turbatum; non iniusta patrantem, nec iniusta patrare volentem, & cui nec iniuria potest inferri: alterum enim, quamuis posset, animi sententia non amplectitur; alterum vero non subsistit, non apparente materia, in qua ei damnosa instigatur iniuria?

CAP. XXXIII.

QVis vero sermo non odiosum efficiat eum, qui dicit se mutasse vitam, & tamen ipsius distractionibus implicatur? gloriatur se contempsisse mun- F dum, & tamen ad furorem vsque rebus, quæ in eo sunt, adhæret? denuntiat se terrena despicere, atque operibus promissionem ementitur? habet, vt ait, ludibrio, quæ apud homines elegantia, & compta censentur; & his studiosius, quam alij homines, incumbit? vale dixit vanitati, cum ab illa nullatenus sit separatus? profitetur Crucem, & mortem suam abrenuntiationem; nullumque mortificationis indicium ostendit? Existi ex Ægypto bone vir: quid tibi, & operi lateritio reliquum superest? Iter facis per solitudinem desertam properans contendere in terram promissionis; quid vanis immoraris opificiis? Tardus viator ad longam pergrinationem effectus es. Multum studium requirit cursus propositus: ne vageris errabundus per itinera impermia, vt ne passim excidas à fine quieto, quem appetis? Iniecisti manum aratri stiuæ; quid conuersus ad ea, quæ retro sunt, Regno cælorum euadis inutilis? dimisisti Pentapolis incendium; quid circumspicis desiderans videre, quæ G ibi fiunt.

CAP. XXXIV.

SVstulisti Crucem, sequere Christum omnia relinquens, patrem, nauim, retia, & omnis artis instrumenta, & post hæc habitudinẽ omnẽ, & memoriã cognationis; nam plus hisce omnibus diligi vult, cui te consecrasti, Christus. Cum ipso mortuus es, consepultusq; ipsi beata sepultura exemptionis à passionibus. Quid viuentiũ passiones rursus sustines, plurimam carnis curam ad cupiditates ciendas aggerans? Pauculo solatio corpus indiget; id procura, quandoquidem ipsi interim colligatus es, vt etiam ad virtutis opera perficienda illud habeas cooperans, & animæ progressus minimè impediatur per exiguum tempus volens totum habere, vixque illo breui ad necessitatem dignus habitus. Qui autem boum curam gerens, & pecudum greges quotidie enumerans vitibus, atque nemoribus, & aruis consitis, ac hortis semper deseruit, cum non suf- H ficiat diurnum spatium ad horum ministerium: quomodo, aut quando reminiscendi Dei tempus habebit? quando psallet? quando deprecabitur? quando vacabit exercitio moralis, & naturalis, & Theologicæ contemplationis? si verò & hoc possit ratò fieri quasi digressio ex multis occupationibus quomodo putam porriget Domino supplicationem mente non diuulsa ab his, quorum gerit multam sollicitudinem, & curam? Quo pacto motiones affectuum assequetur, vt dignoscat discrimen motationis hesternæ, atque hodiernæ in melius, vel in peius? qua ratione cogitationum adinueniet interplicationes aliarum ex aliis variè succedentium inuicem, & efficientium obseruationem perdifficilem?

CAP. XXXV.

HOnesti namque præcedunt turpibus; auaris compatientes, vt viderut, & misericordes; iis, qui

A sunt veterum iniuriarum memores, ij, qui correctionem denunciant patris, quæ doloris causas commouet; vanis, atque superbia elatis ij, qui perfectionem virtutis pollicentur; omnes tandem, malos anteeunt ij, qui videntur vrbani permulcentes imaginatione honesti desiderati tamdiu eos, qui sunt inexperti huiuscemodi deceptionis, postremò verò se ipsos aduersariis mutatos, conuersosque exhibentes, & deceptionem rursus emendare vix, aut nullatenus valentes deinceps. Mens quippe bis, quæ iam ratiocinata est, affecta, quamuis fraudem persentiscat, ægrè ab illa dimouetur, plus illecta delectatione rerum suauium, quantumcumque ad fugiendam noxam rerum inutilium prouehatur. Sic igitur cum hæc sese habeant, tantoque indigeant studio, quomodo tibi tempus idoneum de reliquo subterlinquitur ad inanem laborem, præter fas? An non vides, quomodo per diem negotia, noctu verò te atterunt eorum recordationes, dum tempus indultum

B quieti vertunt in tempus doloris? Tunc enim ipsæ illos, qui fines transilierunt, illos, qui fructus corruperunt, qui prohibuerunt irrigationem, qui pascua depasti sunt, & quocumque alio modo damnum dant, vel dederunt, transuersoa degentes in vnumquodque prout contendunt, ac certant, agunt in furorem ad vindictam animæ irascibilem vim; somno verò, & quieti tempus minimè præbent, ne quidem orationi, quæ indiget multa vndequaque tranquillitate, & vacatione, atque in parte exhibet animum à curis vacuum.

CAP. XXXVI.

1. Cor. 7. 32. QVid enim dicit Paulus? Volo vos absque sollicitudine esse; & adjicit: Qui sine vxore est, curat ea, quæ Domini sunt, quomodo ipsi placeat; sed qui duxit vxorem, cogitat, quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori. Itaque si Deo seruire sine solli-

C citudine non licet, quare non ducunt vxores, & illarum graue onus, molestumque non sustinent, qui non sunt sollieiti, quomodo placeant Domino? Nihil enim discrepant ab his, qui coniugati sunt, qui sunt pariter, atque illi eorum, quæ ad mundum pertinent, sollieiti; nec habent quod querantur in hoc, imò potiùs, quod condemnentur multò magis. Illis enim aliquantulum saltem veniæ impertitus est Ecclesiastes, qui suscipientes molestiam inanis laboris, vt transmittant exiguum vitæ solatium natis suis, qui fortè intempestiuam parentis orbitatem paterentur, ne tutoribus

Eccl. 4. 8. & 5. 15. quoque præsidioque careant, & rerum necessariarum indigentia pariter attriti omnibus vndiq; vrgeantur ærumnis in omnibus collisi. At horũ manifestã condemnavit dementiam dicens: Vnus est & secundus non est ei siue filius, siue frater non est ei, & cui laborat hic ad ventum? valdè huiusmodi hominem accusans, quia successoribus liberatus, propter quos acquirendi labor defensionem præbet fortè speciosam, non vsus sit vaca-

D tione ad id, quod opus est, tempus, quod à multis deperditum fuit, vtile sibi efficiens ad animæ bona comparanda. Esto enim quod ad illud, Nihil solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis, aut quid bibatis,

Matt. 6. 25. Luc. 12. 22. aut quo induamini, labascat ob modicam fidem, addubitans, an adsint necessaria, an non adsint ipsi, dum Deo inseruit? At cur non se accommodat illi. Haben-

Tim. 6. 8. tes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus: & labores, quos hi, qui solliciti sunt, quæ sunt mundi, ad opera carnis seminant, illos per noualis serit, quæ spectant ad spiritum, è quibus metate licet vitam æternam? sed totus in terrena declinavit omni tempore totis viribus animum crucians, quantum haber, & quanto egentem otio corporis vtilitatem, si ad necessitatem eius tantum respiciat, neque per multiplici, & delicato apparatu diffundatur in pelagus voluptatum?

CAP. XXXVII.

E SI enim iuxta Paulum Debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus; quare non ipsi ministramus pauca, obvios cibos, & faciles ipsi dando, vt ne debitum perturbemus; animæ autem viuamus spiritu, iis omninò adlaborantes, quibus & necessario debemus operationem, cum singularis existat, nec vllo modo corrumpatur excrementis? Præclarè Salomon enim, qui dimisit agriculturam animæ, & multam terræ curam diligenter gerit incusans ait: Dereliquit vias vineæ suæ, errauit à tramitibus proprij agri, progreditur verò per inaquosa in deserto, & terram extensam in sitieulosa, congregat verò manibus colligens sterilitatem. Error enim vere est corporearum rerum, supra quam oportet, immensa cura, & deuiatio inducens ad vagabundum per inaccessas solitudines, Rom. 8. 12.

F habensque pro fine laborum nullum fructum, quorum studium nihil confert ad futuram vitam. Hoc & quidam Propheta deplorans clamat sonorè dicens: Væ ei, qui congregat sibi, quæ sua non sunt, & aggrauat vinculum coli sui firmiter; nonne, quod ad virtutem non conducit, pondus improprium, & impar esse affirmans laboranti, quo studium ab inanibus rebus auertat, & traducat illud ad res vtiles, vt habeat, qui operatur, sibi in Cælis velut in thesauro collectam propriam possessionem, laborem scilicet, ad diuturnam oblectationem, neque finem habituram vllum; vbi iis, qui circa vana laborauerunt, vsque ad aquæ frigidæ guttam deerunt necessaria, tunc affatim gaudens, perfruensque deliciosè bonis, quæ præmisit, quæque secum connexit prudens dispensator propriorum laborum factus. Exemplar quidem nos esse aliorum hominum Diuinæ volunt leges, & irreprehensibilitate vitæ cunctis præbere inoffensum callem. Cuius igitur rei eràdemus ipsis exemplar si plus,

G quam ipsi, studiosiua ad vanas res propensi? quomodo verò ipsis erimus procul ab offendiculo, si plus quam ipsi occupemur rebus hisce, quas contemnere edocti sumus, & quoad opinionem assentimur, sicque his offensiones ponendo, decem millia quotidie scandala, dum putant esse certamine, quæ à nobis studiosè perquiruntur; nihilque nocere circa illa contentiosam ambitionem ad Religionem, pietatémque.

CAP. XXXVIII.

MAla namque eorum, qui esse videntur honestiores, probioresque non omnibus & imitanda, maximè simplicioribus, absqua inquisitione statuuntur. Nequaquam ea auderent, inquiunt, si (vti censentur) reuera essent mala. Ideò virtute præditam vitam dirigens magnus Paulus, præclarèque prospiciens iis, qui despiciunt simpliciorum offensionem, ait: Si viderit 1. Cor. 8. 9.

H te aliquis habentem scientiam in Idolio recumbentem; nonne conscientia eius cum sit infirma, ædificabitur ad manducandum Idolothyta? indifferentiam in quacumque te vno constringens reatu, & ostendens, quemadmodum ea, quæ patrantur ab his, qui magis scire quid conducat, existimantur, facilè inferiores adducunt ad imitationem, opinantes id ædificationem, & neutiquam fore boni destructionem. Istud enim significatum fuit obscurè per illud (ædificabitur) Progressum (ait) putabit, & profectum in melius eius, quod spectauerit imitationem. Etenim dicens: Aedificate alterutrum, vtilitatem, quæ ex mutuo ad mutuum, lege mandat, vt vnusquisque bonum operans exciter alium; ad efficacem illius operationem factus ipsi delineator ad perfectionem particularibus accessionibus. Quibus autem molis asinariis, & quibus maris profundis abyssis digni sunt, vt puniantur, qui se talium scandalorum auctores simplicioribus constituerunt, & ipsos magis fortè propendentes, vt progrederentur in parsimonia, prouocarunt ad multimodas opes 1. Cor. 10. 2. & 13. 10. 1. Thes. 5. 1.

A contentione discordi excitata contra eos, & manifestè, quæ noxia erant, capessentes? Zelus enim ait viro ab amico eius, & in vrbanis, seu honestis, atque in vitiosis pariter superare proximum præsumente. Nam talem compellit contentionis ardor vincere in quacumque te iurgantem; nec enim sic addictum in discrimen iniustè potiorem esse, ac iustè vinci turpe, atque probrum esse iudicat. Magis autem sciunt illud omnes experientia quo pacto ad ea: quæ conducunt, discordia pigrescat, & contentio sit otiosa, & lenta. Sin verò aliquid inutile, aut inconsultò ab aliquibus fiat, aut præter sententiam, in prompru æmulatio adest, & imitatio absque mora expeditur, quæ videtur defensionem habere paratam, quod alios deducentes subsequantur, adscribendo causam his, qui inchoarunt, non autem his, qui illecti fuerunt exemplo.

CAP. XXXIX.

B
Agg. 2. 13.
ET hoc forsitan Propheta quidam demonstrat interrogans antiquum populum, & ipsorum responsione confirmans veritatem ipsius: Si tangatur (dicens) caro sancta pallio, aut pulmento, sanctificabiturne pallium, aut pulmentum? Et responderunt: Minimè. Et dixit: Si attingat hæc pollutus in anima, an contaminabitur? Et dixerunt: Contaminabitur. Ostendentes manifestè quod rerum vitiosarum potius quàm honestarum spectatores recipiunt impressas formas, & ad istarum imitationem plus quam ad illarum vergunt propensi, praua edocti consuetudine apprehendere ea, quæ nocent præ his, quæ prosunt: & quomodo non veriti sunt contemptores formidandas minas his, qui scandalum generant, propositas, duplicem sibimet ipsis in futuro sæculo punitionem insipienter procurando tum quòd prætulerunt melioribus peiora; tum quòd præbuerunt aliis malefaciendi argumentum,
C affectu erga res vanas valdè propenso inhiantium stupidè circa ipsas plurium appetitum violentas cupiditates rursus inflammantes. Et Iudæorum quidem aliqui non abnuentes possessionum abdicationem præter legem spontè illam sunt amplexi, absque sollicitudine Diuinum cultum exsequi volentes, in tentoriis ac tabernaculis inhabitantes, atque se auertentes ab omni re, quæ mentem distrahere posset ab optimis, vt aiebant ipsi interrogantibus illos, & cupientibus addiscere vitæ conuersationem rectiùs innouatam: Vinea vel ager, aut domus non erant nobis: cum horum curam probè scirent impedire operationes, quæ ad pietatem Philosophi quoque non pauci Gentilium huiusmodi paupertatem exhibuerunt, vt canum instar sine tecto degerent, & pro alimento sumerent, quod pro tempore, aut quod fortuitò inuentum occurrerat ita vt ipsis rerum vanarum inspectio videretur retinere comprehensionem intactam, negotiosis curis nequaquam obturbantibus. Vnus igitur aliquis ipsorum præter scyphum, quo & potum, & cibum præ-
D ferebat, aliud possidens nihil; cum pastorum pueros aliquando prospexisset cauis manuum volis, laticem ori admouentes; Didici ò pueri, ait abiecto scypho, quod huc vsque me latuit, didici perfectionem paupertatis: & quod ad summam deerat sapientiæ amatorum professionem, à pueris sibi demonstratum ingenuè confessus fuit. Sic fuit & ipsi forsitan scopus & ipsum deponere, si possit id fieri, corpus, & cum eo exui ab omni cura ad vitam spectante, nudaque anima viuere sine carnalibus stercoribus, præposito ad philosophiam inexplebiliter desiderio.

CAP. XL.

NOs verò qui & Dominum, & Apostolos ea de re omnino inculcantes auribus audimus quandoquidem vsque nunc non inflexi fuimus Diuinis illorum exhortationibus, neque sponte nostra ipsi permoti fuimus, ad bonum; ab istis saltem pudore suffunda- E
mur, qui exprobrant nobis pro paupertate opum copiam; decet enim ab iis sugillari, quibus esse venerandi debemus propter instituti grauitatem, & qui primas obtinemus præ illis ob nostra statuta, minimè posteriores fieri vitæ modo; vt non peius quam Gentiles degentes efficiamus nomen Domini, quod inuocatum est super nos, blasphemari, aliena patiantes, & diuersa ab his, quæ facere iussi sumus. Non sane eis, qui perlegent dictum hoc visum iri valdè mordax, iis tamen, qui extra querelam huiusmodi sunt, non verò & vobis, ad quos sermo dirigitur. Persuasus quippe sum, quod neque his reprehensionibus temperantiores euadent, qui morbo detinentur incurabili, neque si aliqua ex his dicta sunt asperiora ad connectendum, corrigent quod vitiosum est, semel verecundiam eluentes, & nunquam ea, in quibus peccant, erubescentes; quandoquidem neque secundum Sapientem Salomonem hoc exemplo formicæ piger verecundatus est, Prou. 6. v. 6.
vt moueret manus, & ignominiosæ desidiæ pudore suffunderetur. F

CAP. XLI.

DIfficile nempe deponere quam multo tempore possederunt passionem, & habitum dissoluere protelatum longa consuetudine, illis qui non vtuntur plurimo studio ad moris praui correctionem, & inhærent ipsi quemadmodum vinculis insolubilibus detenti, quamuis inde digredi possint; adeo vt interdum necessum sit trahi retro vti adhuc deditos, eorum recordationi pendentésque ex his, in quibus fuerunt paulo ante, & licet inuito referre pedem, assiduéque conuerti ad ea, à quibus diffugere contendunt. Quare pigro Salomon inclamat clara voce: Vade ad formicam, ô piger & æmulare, videns eius vias. Profitentibus autem vitam Monasticam, implicitis verò sæcularis vitæ curis, ac sordibus, dicit Dominus: Respicite Matt. 6. v. 26.
Volatilia cœli, quomodo non seminant, neque metunt, G
neque congregant in horrea, & Pater vester Cœlestis nutrit ipsa. Nec hi sic vti iussi sunt, dimiserunt terræ curam; nec ille manus è sinu protulit, præferens satietati, quæ breuem laborem habet, indigentiam languidam. Ita is, cui diutina consuetudo dominatur, ad id, insuetum est, impermutabilis euadit satis ducens esse in eo, in quo est, licet in confesso sit, quod illud non conducat, quàm transire ad insolitum, quamuis manifestam, & euidentem contineat vtilitatem.

CAP. XLII.

VOs verò, ô amici Christi, & custodes eius legum diligentes, qui denarios mandatorum duplicatos Domino præfertis, & plusquam debito constitutorum satisfacientes ea, quæ sunt consilij, agere magno studio, libentique animo contenditis & libero arbitrio mentis supergressi estis, quæ fuerunt constituta seruis ad operationem inexcusabilem. Qui conuenitis cum H
Christo in vitæ genere, & supra montem, sublimis philosophiæ initiati estis dogmatibus, & ostenditis operibus traditarum rerum certitudinem. Qui Apostolica sequuti vestigia, ita operamini, vt ne cuiquam sitis graues, & oneri, tantum verò circa hoc occupati, vt tempus magis necessarij operis circa minutiora minimè insumatis, præclarè tempus dispertientes in modicum corporis vsum, & in plurimam curam animæ. (Hæc est enim verè conueniens iustitiæ distributio, non omnibus partes æquales, sed pro dignitate vnicuique præbere; & commensuratum, quodque sufficiens est, porrigere ancillæ debitum, totum verò attribuere heræ quæ verè Domina existit, quæque multo debet honore perfrui.) Qui generosè, & magnanimè Christo militatis nequaquam sæcularis vitæ negotiationibus impliciti, vt complaceatis exercitus Imperatori, legitiméque certatores, & aduersariorum prehensiones lenitate paupertatis velut peruncti cauantes, cum

illi

A illi haud materiam habeant, qua vos apprehendentes, damnum afferant, aut deiiciant prostreros in gradu potiti victoria præ auiditatis auaræ passione: sicut Ægyptia, quæ vestimentum Ioseph arripuit, numquam il-
Gen. 39. v. 13. lud potuisset facere, si fuisset ipse sic nudus, quemadmodum verè decertans pugil. Sed nihil & ita obtinuit eorum, quæ illa desiderabat tanto studio, quamuis manne iniecit; pugil siquidem indumente, è quibus quasi comprehensus vi trahebatur, deposuerat, exueratque, & post experientiam didicerat, quòd ab initio nudum oportebat fore eum, qui simul habitat cum passionibus, & cum illis pugnat, talemque à principio prodire ad luctam, qualis deinde fugit, omnis rei sensibilis exutum cura, & sollicitudine. Ab istis quippe vincantur, tum quòd acquirendi desiderio teneantur, tum quod iis spoliari dolore ac mœrore premantur qui pecuniis ac possessionibus dediti sunt; sicque, vt non decebat, solam ex iis percipiendo molestiam.

B

CAP. XLIII.

VOs verò ex huiuscemodi vinculis liberi secundum asinum agrestem dimissum apud Iob in solitudine,
Iob 39. v. 7. qui deridet pluribus negotiis perturbatam multitudinem, nec audit querelam collectoris tributorum. Qui & à cura possessionum, & à turbulentiæ eorum, qui exigunt vectigalia, exempti estis: qui nihil possessione tenueris, & omnie obtineris auctoritate: qui secundam tu-
Matth. 10. v. 10. Marc. 6. v. 10. Luc. 9. v. 3. nicam iuxta vocem Dominicam non possidetis, & Christum induti estis, qui repellit omnem molestiam exteriùs irruentem; qui perambulatis super terram propter corporis necessitatem, & in Cælo secundum propositum diuersamini. Qui ad præmium vocationis animosè festinatis adducti, & æquè celeriter; atque volucres pietatis cursum perficitis, qui onus omne mundanæ sollicitudinis excussistis abs humeris animæ, & scandala præpedientia progressum expeditè superastis
C quam à maioribus suscepistis viuendi rationem, siquidem ad maius studium, vt & vos cum ita collaboraueritis iis, qui præcesserunt, diligenter, aliquod consequamini decus; ad segnius autem ne reiiciamini germani filij cum sitis patrum secundum virtutem agniti, & minimè spurij operum diuersitate iudicati. Nec enim parua est ignominia posteris cognationem iactantibus, quam habent ad genitores, neque fidem facientibus, proximitatis ex moribus. Sicut enim vultuum notæ, & alia corporis argumenta similitudine docent, quis cuiusque filius sit, aut pater: ita vitæ rationes ostendunt, quinam, quorumnam sint sectatores, & noti, verbo quidem contemplationi addictos, operibus verò actiuos magistros eo modo interpretati. Quid vero corporeos, & luteos habitus producimus ad exemplaria eorum, quæ exsuperant longè corporea exempla, paruis valdè magne, & supra modum excellentia significare volentes, ac delineationes vmbraticas, quæ nec sunt imagines, quia nequeunt coloribus illustrati, viuentibus for-
D mis mutuo comparare? Christi enim estis Discipuli, & æterni Patris filij: sic enim vos Dominus & fratres vocat
Matth. 12. v. 50. dicens: Qui fecerit voluntatem Patris mei, qui in Cælis est, hic meus frater, & soror, & mater est. Et filios nominat proprij Patris. In quibus, ait, ne solliciti sitis,
Matt. 6. v. 25. quid manducabitis, vel quid biberis; scit enim Pater vester, quod istis omnibus indigetis. Et quomodo cognatio consistat, fitque propinquitas ipsa, docet, dans occasiones iis, qui ad illam nobilitatem ascendere de-
Matth. 11. v. 29. siderant, & transferri in adoptionem à seruitute præeligunt. quando dicebat: Discite à me, quod mitis sum, & humilis corde. Et rursus: Estote misericordes sicut
Luc. 6. v. 36. Matt. 5. v. 48. & Pater vester Cælestis. Et: Estote proni ad miserandum, sicut & Pater vester. Et: In omnibus estote perfecti quemadmodum & Pater vester Cælestis perfectus est.

E

CAP. XLIV.

PRoposita igitur ad imitationem Diuinæ naturæ: quænam est vtilitas ad humana studia collimare, & curiosè, atque inaniter laborare, quales, quomodo, & quantum in bono profecere, & quo pacto alij decepti mundanis delectationibus, inuoluuntur vanis distractionibus? non verò hoc solum videre, qua ratione Deo per omnia assimilari licet; quomodo illam comparare potest perfectionem? quibus laboribus antiquam naturæ dignitatem recuperare, fierique desuper simulacrorum expressum exemplaris formæ, & naturam quasi habitum ex exercitatione in virtute sortiri ad versionem in contrarium planè immutabilem; Quale itaque nobis sufficiet tempus ad imitandum Dei naturam? quale robur ad effingendæ diuinæ similitudinis formas nobis subseruiet? quomodo erimus, & quando omnia, quæ
F sunt Dei? Possibilis est enim penitus imitatio, quoniam illam demandauit, qui scit vniuscuiusque vires. Vix è puero quis exorsus, & per omnem ætatem vsque ad extremam senectutem vsus studio non remisso se ipsum efformabit ad exemplar primum virtutis, neglectis verò quibusdam prætertis annis quomodo contendet; & quantum audaci animo, vt paruo tempore, quod difficultate tanta contraxisset in tota vita, emendet? sed neque omninò difficultas planè facit impossibile, nec aggressio fere reddit ambiguum, aut subiicit incipienti desperationem perfectionis; confert quippe, & ad finem scopi, & ad viam compendiosam enim intentio celeriter peragens, quod sibi proposuit, vrgente, & accelerata promptitudine, & opus quod multo tempore indiget, seruans firmiter spatio temporis non habente proportionem æquè correspondentem. Huiusce rei testes, ac fideiussores qui ad vndecimam horam operarij vineæ venerunt idipsum operati, quod hi, qui à matutina hora vsque ad meridiem æstu fuerant exusti, nec impediri, quin assequerentur intra angustias termi- G
ni statuti eos, qui præcesserant. Hoc enim pigri- Matth. 20. v. 5.
tie, & hoc cura diligentior valet. Illa cum multa vacatione parua perficit, nullius momenti, & quæ neque digna sunt dictu; hæc etiam in breui magna dirigit studio acriori prætercurrens illis, qui remissius egerunt.

CAP. XLV.

IDcircò ad imaginem Dei facti sumus, vt illarum formarum proprietates conseruemus, & insigni conuersatione præbeamus aspicientibus luculentas notitias similitudinis, quam gerimus erga illum. Ego (inquit Psal. 85. v. 15.
Deus) miserator, & misericors, & iustitiam obseruans. Hisce describitur coloribus Diuinæ similitudinis imago. Hæ notæ sunt formæ incorporeæ; istis cognoscitur anima Dei esse cognata, optans zelo ardenti non indigentiam illius desiderio intaminatæ puritatis, impedita vero eo, quo illigatur corpori, vinculo, sed simul ac ali- H
qua re parua eget clamans, & illud exhibens euidens indicium, quod percupit omninò re nulla sic indigere; & per id, quod assequi potuit, ostendens, quam habeat ad ea, quæ minimè adhuc assequi potest, cupiditatem; in eo quod è naturalibus necessitatibus emergere nititur, declarat quanto desiderio, & quanto amore perfecit ea, quæ sunt permissa scilicet, bonitatem, & longanimitatem, benignitatem, & humanitatem, & omne quod Dei naturam designat, studiosè possidens. Vbi nihil erat, quod obsisteret, vtens auctoritate animosè, & cum magna facilitate ad ista progrediens, ad quæ vires deduxerunt; inde, & honestata Diuina specie paululum quid iuxta Dauid imminuitur ab Angelis, quan- Psal. 8. v. 6.
do corporis luto inuoluta, huius necessitatibus vacare, etsi ad exiguum tempus irrecusabili cogatur indigentia, tota vniuersim curare gliscens meliora, & ibi transigere vitam contemplando, vbi puram lætitiam habet, nullius iniucundæ rei memoria perturbatam. Ecquis enim

A tumulrus populares fugientem, recusantem curbam tristrum, grauimmque negotiorum, declinantem congressus vanorum, & indifferentium hominum, domi multum vacantem orationibus quieto cum silentio, & meditatione sermnnum Dei, boneftom, taroque prodeuntem, viso composito modestum, & imperturbatom, compatientem, mutuoque amantem, non dicet verè Dei fore æmulatorem, & ipsius imaginem, atque simulacrum, qoi illiua bonitatis Diuinos splendores emittat, & virrutibus quasi coloribus perelegantibua illustrer similitudinem?

CAP. XLVI.

IStam Dominus imaginem repingeus, & ad eam similitudinem adhortans Discipuios suos, & edocens, qua ratione quis imitatione Deus effici valeat, dicebat, quemadmodum iam effatum est: Estote misericordes sicur & Pater vester Cælestis misericors est;
B præbens honoris æqualitatem citrà inuidiam his, qui ad hunc honorem conscendere volunt. Etenim ab inuidia purus est, sicut & verè ab omni alia passione, Deus. gaudetque bis, qni assequi conantur eamdem gloriam, quam ipse habet, nihil siquidem de ea imminui contingit illi communicatione ipsius ad alios, neque inuidet his, qui efficiuntur studio id, quod ipse natura existit, immutabilis, & inuatabilis semper manens, & intra bane immutabilitatem habitu constituram omnes volens esse. Homines enim habentes honorem conoenientem, & non conuenientem, alintum inuident felicitati iure merliò, quod suspicentur, in quibos glotiantur, vinci celebritate, & vereantur ne iis, qui ex humili ipsis approximant, proueburturque ad parem honotem, quandoque appareant inferiores, inuident ipsis rationabiliter, vr æstimant, cum veiint in omnibus potiores cunctis esse, neque sustineant sibimetipsis superiorem omninò habere propter
C gloriæ amorẽ. Deus autem propriam babens ex se possessam gloriã omnibus illam libenter communicat, nulloque afficitur detrimento. Exercitatio quippe numquam antecellit naturam, etsi babitus multo fiat exercitio, nec ipsam suo excutit è primatu, quamuis videatur in secundis excellere, propriumque coguoscat progressum, & erga supereminentem sese non insolentius efferens iniuriosè, in concesso procedat bonore, neque sibi vendicet supergredientem. Ita Paulns retrò subsequutus sermones Domini, efformat similirer in vnoquoque imaginem ipsam declarans ipsismet pro-
c.5 ad Eph.v.1. prietatibus similitudinem inuariabilem. Ait enim: Estote imitatores Dei, & qua ratione illud perficitur,
Ad Col. c 3.v.13. absoluit, dicens: Estnte inuicem benigui, misericordes, vobia condonantes, siquis babear querelam aduersus aliquem qoemadmodum & Christus condonauit nobis, & rursus: Induite vos vt electi Dei, & Sancti, & dilecti viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, mansuetudinem, longanimitatem, vo-
D lens bisce nos exotnare prærogatiuis, quibus Diuina resplendet forma, quæ bominum est amatrix.

CAP XLVII.

HOc denotat figurans Deum, & hominem, qui Deum imitari affectat; æquum scilicet esse, patientem iniuriatum, non irascentem, non inuidum, beneficum, compatientem, malorum nequaquam reminiscentem, amantem bonorum, benignum, honore parilem, vtilem, communicantem, accuratum, & curam omnium gerenrem, non ambitiosum, vtque verbo omnia complectar; quibus abundantiam bonitatis manifestat Deus, qui Solem oriri facit super malos, & bonos, & pluit super iustos, atque iniustos; per bæc noscatur imitator esse illins, studens in omnes, quoad beneficentiam, æqualis permanens, & ergà amicos, & ergà eos, qui maleuolè sunt dispositi; ac licet iniuriam patiatur, teddens pro malo bonum,

E & iniuriam inferentes pudore suffundens, non solum, quæ ab ipsis attentantur, magnanimè ferendo; verum & omne, quod poterit bonum ex animi affectu exhibendo, nemo enim adeo peregrinus, & penitùs extraneus à natura humana, & à iure gentium euasit exercendo sese in malitia, vt non eum pudeat, cum in his, quæ passus est, possit paria reddere, atque in bonum vti sua potestate, erubescendo & in his, in quibus iniuriam intulit, quasi ex debito gratias è contrà recipiendo, quin se ipsum quidem conuenienter condemnet malitiæ; admiretur autem iure merito ob amorem sapientiæ illum, cuius exempla elongandi se à malitia iuuamen habuit, & transitum faciendi ad bonum experimento cognitum, talis omninò deinceps & ipse effectus insidiatoribus, qualem habuit eum, cui fuerat insidiatus, qui beneficiis superauit malitiam ad confœderationem: & ista quidem Paulo satisfuissent, vt erudiret dociles ad vitam temperantem; sciens verò aliquos ad id difficilè adduci, pluribus aliis adhortationibus abducere F
non ingeniosè tẽtat à vanitate nominibus celebribus inducens ad rectam legem; aliquando quidem; Dei templum estis nonnunquam verò, Vti filij lucis ambulate, & iterum, Dignè Euangelio conuersamini; & rursum, vestra corpora sunt membra Christi, & aliàs nos sanctos & immaculatos vocat, aliàs irreprehensibiles, & sinceros Dei filios, & inculpatos. Hæc tanquam præsentia contestans, quæ adhuc non præsentia oportet acquirere, vt ne falsis laudibus sugillemur. Gaudeamus autem de hisce compellati, quæ ex operibus sumus, verum testimonium conscientia, & non ironicè agnoscentes. Deinceps verò multam nostri progressus curam suscipiens vtque nos omni modo in virum perfectum constituat ad mensuram ætatis plenitudinis Christi sollicitus existens omnem penitus mouet machinam, nibil derelinquens eorum, quæ ad bnc perficiendum conferunt. 1.Cor. 3. v.16. & 2.Cor.c.6.v.16. Eph.c.5.v.18. Phil.2.c.27. Ephes.4.v.13.

G

CAP. XLVIII.

STatim igitur mortuos esse vult, & crucifixos mundo, nullius neque delectabilium istarum rerum, neque molestarum sensus esse participes, quoniam secundum ipsum præterit figura huius mundi; & tam quod affere dolorem, parum cruciat, quam quod delectat per transennam similiter parum solatur; vtrumuis enim nec diuturno tempore perdurat, nec prolixè perseuerans sensum afficit; transeurrit verò velocissimo motu, & in anima vestigium memoriæ nullum præ celeritate relinquit. (Ait itaque) Mortui enim estis mundo, & vita vestra in Deo cum Christo abscondita est; aliam vitam sciens fore post præfatam mortem, qua viuunt, qui cum Christo consurrexerunt, quærunt ea, quæ sursum sunt, sapiuntque, mortui ab elementis mundi, & nec adhuc viuentes intrà ipsos, vt quidam quibus succenset dicens, Si mortui estis ab elementis mundi; Ecquid quasi viuentes in mundo decernitis, ne tangas, neque gustes, nec attingas; omnia etenim ad corruptionem abusu his, qui præ morte ad illa cupiditatis impetu ferri desierunt. Sed & vosmetipsos (inquit) Deo exhibete, velut è mortuis viuentes; ea parte quidem emori nos volens, qua passiones concupiscentis aduersus spiritum carnis operantur, ea vero parte viuere præcipiens, qua virturis opera perficiuntur ad placendum Deo. Hac de causa hostiam quoque viuentem nominat eos, qui mortificarunt membra super terram, & in nouitate vitæ ambulant, nec ad praua mouentur mortificata per immolationem potentia, quæ circa ea est, neque pigrescunt ad bona, quandoquidem cum sint hostia viuens, vim, quam habent ad vitia, non abstulerunt simul cum robore, quod est ad minimè decentia, ipsa autem vsi sunt efflorescente, & recente contra carnis antiquum aduersarium sensum, haud attracti deinceps ab eius irrationalibus concu- 1.Cor.c.7.v.31. Col.3.v.3. H

A piscentiis, quia perfectè translati sunt è corporea in spiritalem conuersationem, & viuunt non amplius in carne, sed spiritu.

CAP. XLIX.

Rom. 12. v. 2. ISTis etenim videtur dicere: Non estis in carne, verum in spiritu, adbuc circumdati carnea massa, nullo modo tamen etiamnum impediti vllatenus ab ea, quia non regnat peccatum in ipsorum mortali corpore, neque adhuc tyrannicè, ac vi compellit ad obediendum proprius iussis, & eius qui repugnat legi mentis, versaturque in membris infirmi, qua captiuum eum redigat in seruitutem sub lege peccati, imò è contra redactus ipsa sit in obedientiam mandatorum Christi: & succumbat seruiliter melioribus legibus; Quibus congaudere Paulus monens secundum interiorem hominem, dicit: In promptu habens vlcisci omnem inobedientiam, & aduersus ea, quibus deceptus quandoque errauerat pugnam redintegraturum se denuntians, adhibito deinceps studio, contrà ea operando laboribus in corpus pro virtute susceptis, quæ illectus rebus oblectantibus ab ipso passus fuerat Quænam enim, & cuiusmodi, & quonam pacto hæc vltro facta sit edocet Romanos, scribens: in quibus (inquit) Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete ipsa seruire iustitiæ in sanctificationem: sciunt verò quis, & quantus sit labor, qui coguntur transmutare prauam habitudinem in bonam, à consuetudine veluti tyrannide oppressi; vnde & qui valdè contendendo processisse videntur indefessis laboribus; dum consuetudo celeriter, quemadmodum per catenam, retrò trahit, inde facile subtus reuertuntur, & persæpè multus labor tamdiu efficitur inutilis, donec sæpius recedentes, & crebrò repedantes possint paulatim auerti ab illis vitiis, in quibus fuerant educati, atque traducere statum perfectè à pessimis ad optima, vt inseruiant vtiliter membra ipsis aduersus passiones hostiles arma iustitiæ facta ex armis iniustitiæ, atque istis iustè subiecta; quibus prius iniustè ministrabant ad perniciem possidentium.

1. Cor. 10. v. 6.

B

Cap. 6. ad Rom. v. 19.

C

CAP. L.

OCulus quippe intuens bona eius, qui propè est quando mentem commouent ad concupiscentiam, vel inuidiam, armatura efficitur iniquitatis, præparans autem se vt gratias agat datori, euadit armatura iustitiæ; & lingua, quæ malignis accusationibus, atque calumniis inseruit; ac manus, quæ auaris rapinis cooperatur; & cor, quod versutas fabricatur cogitationes; vnumquodque apparat se ad terminum eum prehendendum, cuiusmodi habuit propositum malè ominatam congruè suscipit appellationem, si adimpleat verò dexteram, & vtilem ordinationem, accipit dignam opere denominationem; operatur quippe legitimè, & celebribus vocabulis honestatur. Quandoquidem igitur, & hostiæ estis viuentes ad rationabile obsequium beneplacentes Deo, & commortui estis Christo consepulti ipsi secundum quod mortui estis mundo, & consurrexistis ad sapiendum ea, quæ sursum sunt, vbi Christus est in dextera Dei sedens & conuersationem habetis in Cælo ante resurrectionem degentes eam vitam curis vacuam, quam post resurrectionem secundum Angelos degetis, & quam supponens possibilem Paulus dicebat: Si quopiam modo occurramus in exsurrectionem mortuorum, cum præuenisset tempus vitæ ratione, quæ tempus illud deceat, etsi non eò vsque se peruenisse, vbi erat, prætexeret, humili sensu occultans virtutis dignitatem, & Lux estis, & sal mundi, moribus quidem austeris adstringendo eos, qui dissoluti sunt negligentia, neque procul absunt à corruptione, fulgentes verò insigni conuersatione, & eos quoque, qui vident opera vestra bona, iuxta Dominicam vocem ad glorificationem patris vestri, qui est in Cælis, excitando permanere in bono, aut & magis in his progrediamini, incitamentum tardioribus effecti in his, in quibus superiores euasistis, duplicem exinde persuasi, quin & triplicem à Domino laudem vos habituros. Qui enim ad talem vitam, qualem vos pertransistis, in his, quæ spectant ad diligens perfectionis studium seipsum accommodat, vnam quidem habet ipsius operis mercedem, aliam verò in eo, quod ad imitationem eos prouocat, qui eodem tenentur studio, & tertiam, eo quod eos iuuet, quibus insitatus est Diuinus Cultus, tali irreprehensibili conuersatione efficiens, vt iudicent ipsam Religionem solam verè dignam esse Deo, iis adornatam operibus, quibus decet exornari eos, qui Deum sibi præsidem adscribunt, & vitam degunt, sicuti iustitia illius, qui præest, gratum habet, ac placitum, quæ vult vt eximiis condecorentur prærogatiuis, qui familiaritatem cum ipsa profitentur, eosque tempestiuè monet. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Pharisæorum, & Scribarum, non intrabitis in Regnum Cælorum.

D

Cap. 13. ad Rom. v. 5.

Ad Philippen. c. 13. v. 11.

E

M. 11. 5. v. 14.

F

Math 5. v. 20.

CAP. LI.

QVod autem Apostolis fuere Pharisæi, tunc circa iustitiam studiosè colendam, qui scilicet ipsis quasi contrarij erant oppositi; Id sunt vobis impræsentiarum hi, qui eiusdem instituti consortes esse videntur; verum ex vitæ opum affluentia recusant vestram habere communionem, & vobiscum quidem ab initio viæ inceperunt iter ad promissionem, attamen ad ipsius terminum minimè peruenerunt. Retinuit enim ipsos cum filiis Rubeo & Gad, & dimidia tribu Manasse terra iumentorum altrix, & multiplicis curæ, effecitque, quod para viæ, quæ peracta erat, frustra suscepta fuisset, cum scopus non bene cessisset secundum quod oportebat; ob temporis, quod iam præcesserat, defectum, nec habuisset exitum eo modo, quo propositum ab initio requirebat. Etenim secundum veracem sermonem vanus est omnis labor, ac reuera inutilis, qui minimè peruenit ad illud, ad quod à principio collimauit, quiescit verò ante finem, & deficit illic, vbi nihil fructuum propositorum percipere licet; Vnde vos quidem (O dilecti!) currentes secundum scopum ad brauium vocationis supernæ, & proximi iam coronis cum sitis, nolite abjicere bonam alacritatem, ipsam verò successoribus vestris transmittite eo modo vigentem, quo eam apprehendistis ab his, qui præcesserunt. Eos autem, qui hactenus delectantur vanitate, laboresque ad virtutem pertinentes terrenis super industriis impendunt, miseramini quidem vti laborantes inutiliter, atque seminantes in carne, ex qua metit assolet corruptio.

G

CAP. LII.

H

NEque valde contra eos contentiosè rixemini, eo quod improbè se gerant in his, quæ vitam decent Apostolicam. Quos enim non pudore affecit opus, illos non afficiet verecundia sermo, cum possint ad cohortationes impudentiores esse, ne videantur clarè conuicti, omnibusque palam manifestati ex reprehensione ob res malè gestas; siquidem hosce excipiatis benignè, ne rursus censeant se victos esse silentio; si enim ad correctionem se paratos exhiberent, omnino præ admonitionibus humani Domini verba doctrinam continentia veneratione prosequerentur, quæ fuit effatus ad habentem multas possessiones, si vis esse perfectus vende tuam substantiam, & da pauperibus; & accipe Crucem, & post me sequere, his ipsum exonerans, vt angustam, & strictam per viam facile iter faceret, quorum hi grauem, & onerosam acquisitionem amplexantur, difficilem sibimetipsis

Matt. 19. v. 21.

A metipsis. aut etiam impossibilem penitus ingressum in regnum Cælorum reddentes foramini acus assimilatum à Veritate, & quod vix suscipit animam nudatam sollicitudinibus sæculi, atque semotam ab omni perturbatione; cumque etiam hæc fortè à se dimoueat, & vim inferat. in introitu gloriæ, quæ in viâ sita est, eo quod angusta sit, & inuia ianua, conteratque ipsa ex obliquo introeuntia corpora, nedum grauiorum ponderum acetuis onerata, quomodo dicent, qui stercora, & stercoribus exsolutiora circumferunt, ac si essent res maximi pretij: Ecce nos dimisimus omnia, & sequuti sumus te, qui nec vel quidquam dereliquerunt, & quæ non habebant, possederunt, tamquam mercaturæ, non philosophiæ materiam, vitam Monasticam computantes? Est autem ipsa veræ mercaturæ maximæ futurorum scilicet occasio bonorum, non præsentium splendidorum, paupertate quidem, & egestate, ac aliis, quæ nunc dura videntur, comparans omnium, quæ illic sunt,
B suauitatum fruitionem, ignobili verò, & ignoto fiduciam ad Deum, & gloriam præbens æternam eorum: quocum firmam spem in conscientia factorum vos habentes etiam equidem, atque etiam contemnere studere quæ iam præclarè ratiocinari contempsistis iure merito talia, qualia verè sunt, & sobriis abiecta, licet studiosè affectanda, & expetenda visa sint ineptis, qui deceptæ imaginationi applicant, velut vrbana, quæ valde sunt turpia, & amore capiuntur sordium mundanarum, & quidem (exempli gratia) formosæ mulieris, quæ tamen talis non est, sed fucata, & excolorata flore duntaxat apparente, & corripiente ad voluptatem eos, quibus, quæ dulcia sunt præ vtilibus placent, quique magis eligunt ea, quæ dolosa illecebra prouocant appetitus, quam ea, quæ conducunt.

CAP. LIII.

C INtellectus verò motiones diligenter curate, attendentes, quo pacto reuocatæ res in memoriam operantur, absque affectu, vel cum affectu imaginationes ipsarum excipiendo; Hæ quippe (scilicet motiones mentis) valde incompositè irruentes lædere consueuerunt; cum non pauca, quæ in actionibus consistunt, facilè cedant affectionibus, quibus cogitationes inuolutæ sunt, cumque his clanculum adstipulentur nullumque signum perspicaciæ in iudicando exterioribus exhibeant, succumbunt sæpiùs, & procidunt; ac interim ante casus effectum latebant eos, qui non consueuerunt interiora perspicere: vnde honestus quidem, & grauis apparet præsentibus ex modestia in vestitu quiuis ille sit, latentia dedecora sciens ipse solus, & erubescens, eò quod apparenti contrarium sit id, quod non apparet, Veritate contradicente ostentationi æstimatæ, & efficiente, vt meritò erubescat conscientia, quia non consonant existimationi tales cogitationes cordis, quales ab his, qui visunt, celebrantur: Quare similis est sepulcro dealbato fastuosus status intellectus, repleti, (perinde ac
D si reuerà tumulus foret,) ossibus cadauerum, & omni spurcitia: Quid enim hic (scilicet intellectus) differt
Matth. 23 v. 27. à monumento, quando cogitat, quæ decentia minimè sunt? est quippe tunc æquè impurus atque illud, imò & immundior: sepulcrum namque breui tempora fœtorem habet, dum corpus tumidum adhuc putrescit, cum vero sanies ab ossibus distillarit, abscedit, quod reliquum mali odoris est, carneâ substantiâ in terram resolutâ, inque puluerem exilem, è quibus & vigens consistentiam habuit, quæ lutum erat coloratum sanguine, ac pituitâ, hac quidem albescens, illo autem rubescens, atque ista coloratione illustrabat qualitates delicatas, quæ in apparentia eminebant: cor verò cogitationibus repletum indecentibus continuam malеolentiam possidet, corrupto corpore diutiùs olens, & ipsum solum propriæ capiens turpitudinis damnum.

CAP. LIV.

E CVm ij, qui mentem apparenti adhibent ornamento nihil sciant eorum, quæ clanculùm animo agitantur, quinimò cum stupore quandoque admirentur grauitatem, quæ aspicitur, & est in aliqua existimatione; Ingenium namque tranquillum, & oculus seuerus, & tetricus vultus nihil aliud clamant, quàm plurimam in imo firmitatem sollicitudinis meliorum ex his, quæ suprà dicta sunt, quæ (sollicitudo) his, qui ignorant animi agitationes intimis inhabitantes in recessibus, præbet suspicionem, cum putent gestibus animi consonante dispositionem. Id igitur (vt valde consentaneum est) persuadeat nobis, vt his quæ sunt exteriùs assentiantur ea, quæ interiùs exstant, & vt secundum externam opinionem, similiter mores componatis interius, ad effectum apparendi Deo in cogitationibus tales, quales ho-
F minibus esse videmur, ea scilicet mente pervolventes, quæ à multis etiam existimati putamus: & quidem (uti scitis & ipsi horum experientiam habentes (non valde difficile est his, qui petite hoc facere sibi proponunt, si causas perscrutati, ipsas reprimant; faciendo cessare facile quæ ex his enascuntur turbulenta: Cum etenim voluptas, ac dolor subsequantur cupiditatem, & cupiditas sequatur sensum, qui non cessit, illis opportunum tempus non concessit, veluti qui caput serpentis contritum diffregit in aditu, cum ipso totum simul corporis tractum reiecit exclusum foris, quod vnà cum ipso introiuisset omninò, nulloque negotio, si illud, quod proponebar caput inuenisset ingressum quemcunque fors obtulisset; & hæc figura ad id, quod significat, multam habet cognationem, cum pari prorsùs modo simul cum ductoribus succumbant, qui sequuntur vnà cum ipsis: Sensus etenim iuxtà formas, quas respicit, signum imprimit menti; & illa mouet cupidi-
G tatem ad ea, quæ oblectant, memoriâ quotidie imaginationes eorum excitans, quæ antè visa fuere, & horum perspicuas similitudines, velut statuas portans, vsque quo, cum aut calamitas dolorem attulerit, aut adeptio voluptatem, luculenter ediscat experientiâ, quanta prouenit noxa diu in hisce permanentibus.

CAP. LV.

AFfert enim vtrumque suoiliter damnum, sine ex animi succedant sententia, siue à scopo aberrent male concupita, quippe quæ vel gaudium inutile, vel dolorem inferunt inconuenientem; nec enim secundùm Deum hic dolor est, qui (iuxtà Paulum) pœnitentiam operari possit in salutem? neque hoc gaudium in Domino stabilitur, vt ipse animaduertit Paulus; illos enim, quos bona delectat conscientia hortatur, dicens: Gaudete in Domino semper: Verum animalis est quædam (Phil. 4. v. 4.)
H affectio, dæmonibus potiùs conueniens, quæ nullam ex æternis dependentiam habet; cum corrumpantur materiales humanæ sordes, & cupiditatem demonstrent inutilem: ecquid enim aliqui dicerent? defecerunt (forsan) nostri muneris curæ, ita vt cogitationibus vanis debeamus mentem occupare, imaginatione scilicet pervolventes diuitias, dominatum, gloriam, & quicquid multi prosperam fortunam existimant? emendati sunt (igitur) mores, concitati affectus subacti sunt, nil sensus agit incompositè, complanatæ sunt viæ progressus ad facilitatem; diuturna exercitatio quasi habitus in nobis euasit; cor profundum fruitur pace; pacata sunt quæ nos ad pugnam ciebant; certamen luctæ contra Principatus, & Potestates dissolutum est; inducias composuit cum spiritu quæ contra ipsum inhumaniter disposita erat Caro: non amplius aduersus spiritum ea militat, fuit omninò deuicta, seruiensque veluti captiua, fatetur se succubuisse: concidistis (Isa. 2. v. 4.) gladios in vomeres, & lanceas in falces, propter pacem multa bellica opera fecistis, instrumenta agri- (3. Reg. 14. v. 25.)

A Ps.149. v.5. culturæ: requiescimus, iuxta Diuinam Promissionem, vnusquisque sub ficu sua, & sub vite sua, delectati in manuum nostrarum operibus, & in cubilibus gaudentes, nemine vllatenus perturbante, non passione, non spiritu potentiæ contrariæ inflammante rursus ad ea negotia, quæ nobis nullo modo sunt apta: si verò (vti dictum est) res nostræ impassibiliter se habebant, tranquillitatéque fruebamur eorum, quæ solebant perturbare intellectum, & (secundum institutum Veterum Sanctorum) eramus omni humana concupiscentiâ superiores, ad quid nobis futilium rerum cura erit vtilis, quæ vana est abstractio, & quæ studiosè appetuntur, non perficit? (nihil enim eorum, quæ non sunt in nostra potestate, propriâ efficitur industriâ, & si ad id comparandum supra modum animi contendamus alacritate) cum ea sint prouidentiæ dona ad nos spectantia gubernantis, & non humani opera studij.

B

CAP. LVI.

Matt.6. v.27. Luc.12. v.25. ET eam ob rem ad eos, qui bene auscultare norunt Dominus dicit: Quis ex vobis cogitans potest adijcere ad staturam suam palmum vnum; ostendens, quod sicuti cogitatio hæc inanis est, quæ nullum habet nostro studio finem, sic omnis cura vana est, ac verè inefficax, quæ sursum extollit ratiocinationem, abducitque à verâ sollicitudine; sed nec potest alicui quidquam eorum acquirere, quæ somniare ipse; quippe quæ somno quidem in delectabilibus versatur, at verâ visione vanam comperit spem imaginationum, continuò futilibus vacat cogitationibus, istaque cogitata numquam opere videt absoluta (iuxta Isaiæ parabolam) in qua dicit:

Isa.29. v.8. Et sicut somniat sitiens, quasi bibat, & postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est; sperauit in vanum. Sic enim vanorum spes

C voluptas quædam est nocturni conuiuij, deceptione somnij oblectans, & numquam præbens delectationis existimatæ vllam experientiam; Cur igitur quæ nostra non sunt assiduè cogitamus perinde ac nostra, & aliena vti propria studiose prosequimur, tempus inspectionis rerum necessariarum vanis insumentes in cogitationibus? oportet ergo, si cessarunt, (vti censemus) passiones, clamque recesserunt spiritus malitiæ, qui insidiabantur, gratias in orationibus agere

Ps.1. v.2. assiduâ memoriâ Domino Christo, qui nos ad hunc statum perduxit; vix enim nobis totum tempus sufficiet, cum ad hoc sit angustum, & breue ad retributionem scilicet illorum, quæ recipimus, beneficiorum quotidie? cum nos iis rebus excelsiores effecerit, quæ permultos affligant. Nam si per vtrumque spatij temporarij terminum, diem (inquam) & noctem Dauid percupit, vt legis assiduè meditationi incumbamus, & Legislator, vt id ipsum facia-

D Deut.11. v.19. mus: meditaberis in eâ (aiens) domi sedens, & in via procedens, in lecto accumbens, & exsurgens, nul-

Tob.4. v.20. lum ad otium nobis derelinquentes tempus: & alius; vt benedicamus in omni tempore Dominum mandat;

1.Thes. 5.v.2. & Paulus iubet sine intermissione orare: quantum tempus remansit ad vacandum dispectioni eorum, quæ nostri non sunt muneris, cum vnumquodque horum, quæ mandata sunt nobis, vniuersum sequitur tempus, nullumque concedat aliis negotijs?

CAP. LVII.

QVomodo enim sine intermissione orabit, qui non meditatur in Lege Domini die, ac nocte? Quomodo verò perfectè Dominum benedicet ille, qui aggreditur vnum aliquid eorum, quæ dicta sunt, cum vix tempus sufficiat nauandi operam accuratæ

Sine gratia Dei, vide Notas. diligentiæ cursuis rerum, quæ virtuose peraguntur? Idcirco Scriptura plurium hominum noscens negligentiam, maioribus etiam nostra potestate, nos ar-ctauit præceptis, vt studium extendat ad id, quod E.

est possibile, & infirmitatis prætextus succidat; cum, qui bonum operatur, moderatum, & æquum sese potius præbeat; quod ea facere nequit, vt sibi fuit iussum, quàm inflatum, quod partem compleuerit præceptorum, sperans se non adeo laudandum pro his, quæ sibi visus est prosperè patrasse, quantum vituperandum pro illis, quæ negligens omisit: imperfectum etenim opus non præbet fiduciam operanti, imò efficit, vt erubescat, quasi detrectarit ad finem eorum laborando pertingere, quæ fuit studiose sectatus; & quidem aliqua artificum opera terminum habent, atque finem, ad quem collineat aggredientium scopus, feliciique successu vnumquodque ipsorum non paruo perficitur tempore; quippe quod in materiis efficitur, finemque habet præsentem, & solùm expectat, à quo circumcirca resecetur: Virtus autem prælongam quamdam habet prolixitatem, & forsan interminatam,

quæ nempe sectantis eam vires reddit inanes, longeque abest, quin comprehendatur; proritat desiderium eius, qui propinquus esse videtur, & approximantes ita subterfugit, vt animi alacritatem vacuam reddat, vtpote quæ iam propè erat; laboremque progredientis suffuretur latenter, sensim sine sensu euadendo. At-F

que idipsum est (vt videtur) quod de Patriarcha Abra- Genes. c.12.v.4.

ham præclarè fuit dictum, quod venit in locum, quem dixit ipsi Deus, & clausis oculis suis Abraham vidit locum à longè, appulitque ad ipsum (vt videbatur) ad aliquo solatio laboris tædium mitigandum, & ex quo interim longè aberat, cognouit se nondum comprehendisse; ne animi alacritas concideret, quasi propositum esse perfectum, extenderetur verò assiduè ad maius studium, sperando, se non multò pòst ad id peruenturum ad quod citato gradu properabat.

CAP. LVIII.

G

ISta namque Virtutis figurant methodum, quæ (scilicet Virtus) familiarem suam edocet Sapientiam ad suscipiendum progressum, neque valde procul apparet, ne segnitiem videatur inducere ob longinquum interuallum, nec propè permanet, donec à persequente comprehendatur, ne ante mortem cessare faciat animi propositum, totum verò per vitæ tempus studium per omnia vigens protendat, quippe quæ finem habet, quem assequi non possumus, eumque frequentissime appareat præteriens prope, incitat vires ad ipsum finem, qui pertingi potest, prouocans ad progressum, quem Natura impertitur, ac tandem post multos labores valde admodum abest quin comprehendatur. Quis enim ipsam ita bene est assequutus, vt nihil ei defuerit ad perfectionem? Quis verò, omni quoque studio vsus, non procul ab illius terminis fuit derelictus? vtque id manifeste demonstretur, consectaneum est verissimæ dilectionis dicere proprietates; H

quandoquidem ipsa est complementum Legis, iusteque sic dicitur à Diuina Scriptura; vtpote quæ omnes complectitur partes Legislationis bonorum, edocet bene facere contribuli, & non permittit, quod ei inferatur iniuria, nec aliquid in ipsum fiat contrarium, vult autem, vt malum condonetur. Quis igitur proximum adeò dilexit, vt alium seipsum in omnibus illum existimarit? Quis de progressibus fratris in bono, vti de proprijs delectatur, neque irrationabiliter hisce vellicatur, & inuidiosè, putans se inglorium in his esse, in quibus famâ præcellitur à proximo? Quis alterius honorem in quibusuis non iudicat euersionem honoris proprij? Quis, dum alter anteponitur sibi in aliqua (quæcumque illa fuerit) celebritate, non deiecto concidit animo, secundum tenere locum, dedecoris aliquid esse arbitratus? Quis non mordetur laudibus, quibus afficitur ille, qui ad idem opus assequendum collaborat, ac si propria essent vituperia? Quis ob errorem alicuius contristatus fuit, existimans

hoc

A hoc tanquam à se ipso perpetratum? Quis aberranti à scopo vitæ sibi ipsi compassus est? Quis dedecus vulgaris hominis non tristis? Quis de alterius casu non est gavisus, neque elatus est ob eius ex supplantatione lapsum, altè de se sapiens, quod ipse steterit, eo cadente? Quis cum erubescente, dum arguitur delicti, simul erubuit? & non e contra, illius confusionem censuit sui confidentiam, ratus, proprium decus ad maius fore attollendum, dum contingit, aliorum illud imminui; & quis (vt breuiter perstringam) secundùm Paulum, gaudet cum gaudentibus, flet cum flentibus, ita sese accommodans vnicuique, prout ipse sese examinans in rebus hilaribus, vel tristibus est dispositus.

Rom. 12. vs. 15.

CAP. LIX.

B Ista est quippe charitatis prærogatiua eximia efficere, vt nempe status, seu dispositio omnium sit veluti vna, vnoquoque gaudente instar membrorum vnius corporis colligatorum, & commissura, seu compage inuicem sibi compatientes communicantium, ac mutuas suscipientium passiones. Itaque si nec omne tempus sufficit ad virtutis studium accuratum, & opus est multâ vigilantiâ decertantibus aduersùs Dæmonas impugnantes, quomodo, vel poterimus perficere viam, quæ multa est, cum simus oscitantes, ac distracti; vel aduersariorum cauere insidias, qui multi sunt, & inuisibiles, nostrisque passionibus, & sensibus vt armis contra nos vtuntur, & ipsis nos feriunt, quibus vt propulsantibus auxiliis natura nos armauit aduersus illos; oculus ipsis inseruit ad concupiscentiam earum rerum, quæ sæpiùs videntur, desiderium pariens quorumuis materialium splendidorum; auditus ob nuntia tristia dolorem consueuit inferre, & ob ea, quæ sunt veluti animo grata, voluptatem commouere; Iracundiaè prætextu occurrente succenditur effervescens, & tumultuosè concutiens corpus vniuersum, perturbansque ratiocinationem, & eius puritatem inquinans, sicut pellucidam

C fontis aquam, ita vt non videat perspicuè vestigia eorum, quæ animo obuersantur; vana gloria opus in publicum efferre compellit, magis placere volens hominibus, quam Deo, & labores inutiles reddens; nec enim id, quod perperam factum est, merces vlla consequitur, quando non ad placendum ei, qui potest præmia rependere; verùm ad spectatorum laudem scopus omninò respiciebat; superbia ad tumidum fastum attollit sensa, omnemque hominem contemnere docet, & simul despuere tamquam viles quoscumque eiusdem generis, in sublime attollit mentem ad amentiam, & persuadet, vt imaginemur æqualitatem cum Deo prouidentiam, & gubernationem melioris, seu Numinis non nouit; quando gratiis perfruitur, reputat sese recipere, quod operibus debetur; Dei cooperationem in his, quæ facit, & recte gerit, non vult agnoscere, sufficientem se ad omne bonum censet è semetipsâ esse, sibi

D videtur omnia posse, nimia existimatione sui, cum nihil omninò valeat; bulla est nimiâ mole turgida sua ex opinione stulta, quæ exsufflata, nihil esse arguitur. Mali quidem spiritus illi in semita commorantes ponunt offendicula his, qui sibi videntur rationabiles, vt eos à veritate abducant, alij sicuti volucribus, in aere retia expandunt, tentantes paulo à terrenis exaltatos laqueis supereminentibus ad iactantiam aucupari.

CAP. LX.

Alij (scilicet Spiritus) cœlestia loca inuadendo (cum sint, vt ait Paulus, spiritualia nequitiæ in Cælestibus) eos qui conuersationem habent in Cælis, ibi intrà superbiæ tericula capere conantur; qua passione dementatum primum Diabolum præcipitem deiecerunt in terram, hac ergo, qui ascendunt illuc vitæ istius genere, è summâ speculâ vt deorsum euersos proiiciant, contendunt. Quos verò belligerant, & pugnant, & de-

Cap 6. ad Eph. v. 12. & cap 3. ad Phil. v. 20.

E certant, & exercent se omni certamine, & Inctantur, & concurrunt cum currentibus, non vt cum ipsis præmium obtineant vocationis, sed vt eos supplantando impediant à cursu; cum multi existant (vti & Paulus sit) & prolixum sermonem exigere possint, molestum est, nec illos facilè dinumerare, cum quibus pugnantes nequaquam valent occupare mentem in aliis rebus, quas talis requireret abductio; quæ his quidem causa foret cladis, inimicis autem victoriæ. Ad hæc igitur attendere necessum est, neque distrahi ad ea, quæ contra nos aduersariis cooperantur; quod enim censet aliquis esse ex iis, quæ nihil conferunt ad exercitationem nostri certaminis, hoc ad prehensionem hostibus est aptum, quo nos in medio cursu intercipiant, & certà fossam seu gradum deiiciant, quod equidem quamuis non sit lapsus, attamen inferiores sunt partes, aliquantùm scilicet concuti à prima firmitate, & ab iis, quæ curare debuissemus extrudi, & deiici ad ea, de quibus nobis nulla debet esse sollicitudo; Quandoquidem, si contro-

F uersiam Veritas disceptet, sicut in materiis operatio, ita in voluntatibus inconueniens cogitatio est diminutio & casus. Ideo cogitationes iustorum iudicia dirigunt: gubernant verò & impij dolos; primi quidem vbi processerint adhibito iudicio in bonu; secundi vero ad malum faciliè, quasi gubernaculo admoto, directi ab eo, qui secundum subiecti materiam variis modis dolum struens apparat, & aliquatenùs quidem hùc, aliquatenùs aliò, assidue autem consilia vertit, ad instar veli dirigentis cursum nauigij pro mutationibus ad eos, quos soluens è statione sibi proposuerit, portus: ideo dicit, primus quidem. Cor hominis iusta cogitet, vt à Deo gressus eius dirigantur; alter verò si qua virtus, & si qua laus disciplinæ, ista cogitate.

Prou. 12. v. 5.

Prou. c. 3 v. 8. & 16. v. 9. Ad Phil. 4. v. 8.

CAP. LXI.

G His itaque cogitationibus docent vti debere illos, qui cursum intellectionum bene ordinatum tenere volunt; sic Dauid nonnunquam equidem dicebat, Meditatio cordis mei prudentia; interdum verò meditabor in iustificationibus tuis semper, atque rursus; meditabor in operibus tuis, & in tuis studiis seu factis manuum tuarum assidue contemplabor. Hanc sibi ipsi attribuens contemplationem, vt ne tempus haberet mentis assiduus motus diuagandi ad ea, quæ minimè conueniunt, insideat verò firmiter hisce, quorum contemplatio parit oblectationem, plurimamque vtilitatem, quæ & visu quidem sensum, speculatione verò animam delectant. Quale nempe est verè meditatione operum Dei per vniuersum diuersari, & aliquando ad Cælum quidem protendere oculum, Soli per diem, & noctu stellis attendendo: nonnunquam verò & illum deiicere in terram germina respiciendo, fructuum omnigenarum, & animalium quamplurimas diuersitates. Cum rursùs in aëre, marique spectemus diuersantia mille volucrum, & piscium genera, priusquàm cognoscamus quænam

H vtilitas ex vnoquoque istorum prouenist, intereà sapientiam Conditoris admirari, & laudare Deum in varietate creaturarum edoceamur, & quandò accesserit his, quæ videntur, hoc etiam, quod cum virtute adiicitur, tunc mens in omnimoda constituitur lætitia, vtpotè quæ naturali cognitione è terra genitarum rerum oblectatur: nihil enim est eorum, quæ existunt, quod moralem, & Theologicam aliquam speculationem nos omnibus non erudiat modis: & quoniam voluptatibus nobis ipsis rationis suppressimus vires, & ab ipsis in nostram non reuocantur memoriam, quæ conferunt facienda, necessum est, quod exterioribus propriis operationibus commoueamus memoriam ad modum, quo deceat vitam degere, vt simus accepti Creatori.

Ps. 48. v. 5 & 18. v. 15. Ps. 118. v. 16. Ps. 142. v. 15.

* * *

A

CAP. LXII.

IDeircò interdum quidem formicam, quandoque verò apem gubernatrix gratia Doctores adhibuit, qui mutâ voce ad imaginatiooem opere hortantur; & ait:
Prou. 6. v. 6. Vade ad formicam ô piger, & æmulare vias eius, quæ in messe reponens alimenta pro hyeme, suggerit, vt pro futuro sæculo vtiliter colligamus viatica; aut: progredere (inquit) ad apem, & disce quàm operatia sit, quippe quæ flores decerpendo herbarum, & favos mellis conficiendo sapienter edocet istam agnitionem, qua colligendo quivis bonorum hominum prætogativas, sibi ipsi dulcedines huiusmodi thesaurixet ad suavem habendum victum futuræ vitæ, quam sperat. Aliàs inobedientibus iubet, vt turturem, & hirundinem imitentur, dicens: Turtur & hirundo & passerculi agrestes ob-
Hierem. 8. v. 7. servarunt tempora suorum adventuum, populus autem meus non agnovit iudicia Domini: & infert. Quomo-
B do dicitis sapientes sumus, aut & lex Dei nobiscum est? sic improperans rationalibus rum naturam scientia præditam, tum etiam legem morum magistram, quòd irrationabilibus in cognoscenda Conditoris voluntate sunt insensibiliores. Rursùs iis, qui in potentatibus non moderatos se præbent, sed ineptè insolescunt in proximos eiusdem generis mare profundis inuersim circumdatum profert in exemplum ad reprimendum eorum
Hierem. 5. v. 22. intumescentem fastum, dum asserit: Me igitur non timebiris (inquit Dominus) aut faciem meam non reverebimini, qui ordinavi arenam terminum maris præceptuio sempiternum, & non supergredietur illum? populo autem isti factum est cor inobediens, & incredulum: sic metu inanimati ex præcepto elementi reddens eos cautos circa observationem mandatorum, vt, quemadmodum fluctus marinus è pelago impulsus violentia spiritus, & paulatim erectus ad magnitudinem montium æmulatricem simul ac appropinquat arenæ litroreæ repercussus convertitur denuò retrò reuertitus eius metam, à quo
C quasi cum compedibus fuit adstrictus; ita omnem iniustum reprimant impetum qui ratione viuntur, & illi, qui à ratione imperantur, pravam omnem cogitationem castigare, maxime fastum premere irrationabiliter elatum, insensibilium saltem imitatione id agentes, quod etiam præter legislationem debuissent (iustum fore ratione diiudicantes) spontaneo iudicio facere, quippe quod iudicium esset libertate fruentis intellectus ex sui sibi iubente consilio moti ad hoc, ad quod eum deductura erat legis necessitas.

CAP. LXIII.

QVin & & vnumquodque luminarium visum docet quid vtile sit; Sol quidem relucentia Filium Patri coæternum demonstrat intelligendum & huiusce rei
Ad Hebræos, c. 1. v. 3. testem Paulum advoco dicentem: Qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, ille namque quod vidit intellexit (vt natura visi docuit) & per-
D spicaci animæ oculo in opificio repositum dispiciendum hoc verbum, quod symbolicè disposuit opifex, dirigens intellectum inspicientium ex insitâ stellæ spectatione ad coæternam filij naturalem convenientiam cum seipso. Luna verò crescens, & deficiens rerum nostrarum facilem ostentat mutabilitatem, subitisque figurarum mutationibus admonet hoc, quod scilicet neque felicitate, propterea oporteat gaudere, quasi permansurâ, nec infelicitatem ducere molestam, perinde ac si futura esset diuturna: ocyus enim istæ sibi invicem succedunt, ita vt non afficiant sensum sua præsentiâ, præ celeritate discessus, cum altera insideat alteri, & præeunti succedat, quæ continuò subsequitur secundùm continuas Lunæ transfigurationes, quæ ita sibi invicem cedunt, vt vitæ consuetudo peragatur, & mutatio fiat luminis incrementum, harumque differentia sit difficilis obseruatu, cum additio, vel ablatio exigua sensum meritò lateant: quandoquidem & multa eorum, quæ sic augentur, & minuuntur incogniram in quovis casu habent differentiam quotidianam, cùm nemo facile dignoscere queat quantum eorum, quæ augentur statura, quotidie progrediens per totum, & progressus modum non manifestans adiiciat, donec id edoceat tempus quod continua visio eius, quod fiebat non consuevit edocere. E

CAP. LXIV.

NVllus etenim cognovit vnquam secundùm singulas partes incrementum plantarum, & herbarum, animaliumve, ac puerorum, sed cùm per aliquod tempus non viderit quæ perficiuntur, postmodum, cum rursus conspexerit, agnoscit additamentum, quod interim paulatim accessit, sicque ediscit, postquam fuerit perfectum, quod, dum fieret ignorabat: similiter etiam, dum aliquis saxum excavatum inspicit ex indeficienter instillata gutta, plenè persuadetur à profunditate longo temporis intericcto spatio confectâ, quod F
vnaquæque stilla partem quamdam effossionis perfecit, sed quantitatem sigillatim ignorat, cum visio crassiora quidem sensibilia aliquantulum dignoscat (fallitur enim & in his sæpius) ad tenuiora verò collimando nequeat felici tendere cursu, & inertior quodammodo sit, & infirma ad huiusmodi corporum perceptionem. Stellas verò si quis obscuriores, & splendidiores æmulabitur, dum obscurus sit, & ignobilis, non invidebit iis, qui dignitate, ac diuitiis supereminent, nec ex adversu, si sit excellens in illis, contra viles, & (veluti purgamenta) abiectos grandi tumescet supercilio, conspicatus, quod illæ contentæ sunt propriâ sede, ac loco, & amant permanere in his, in quibus quasi sorte fuerunt electæ, vt Deus voluit, qui mensuras luminis ipsis adaptavit. Quin, cum prudentes vti serpentes, & simplices vti columbas non esse velit Dominus, etiam omnium Orbis, partim nos constituit Discipulos, qui non servare in hoc debemus nobilitatem conditionis, sed meritò insteui ad bonum ordinem ex insipientia ab iis, G
qui servi quondam extiterunt, vt ab illis doctrinam accipientes sub oculis in nobis ipsis scientiam, ad quam nati sumus, excitemus; cùm scilicet possimus inculparè vivere è nobismetipsis deligendo bona, nec veluti mendicantes, faciendo, vt id in nos exteri conferant. Verùm! O beatissimi, præter alia omnia bona, & concordiam inter vos, & experientiam eorum, quæ pertinent ad vnumquemque rerum statum; dignum est, vt omnes admiratione vestrum etiam prosequantur modum, quo, ad instar bene aptati Psalterij diversis vocibus vnum pietatis concinitis canticum, quorum alius aliam huius speciem sectatur, & nullus ab vllo discrepat in cantu ob mutuam obedientiam, quippe quæ disiunctos vtcumque corporibus coniungere vnanimiter voluntatibus assoler ad vnam operis metam, Musici more, cuiusque chordæ tonum acutum, aut gravem permiscentis ad modulationem aptè cõponendam; illud etenim, quo vnaquæque chorda videtur dissonare, dum inæqualiter rendatur, hoc maximè concentum efficit sonorum, cùm ex diversitate pulsationum vtilitas redundet ad cantici concinnitatem, & partes condiat ad iucunditatem commutatis sonituum susurrationibus. H

CAP. LXV.

SEd è contrario, qui de novo in eodem adnumerati sunt ordine, & etiammùm vlteriùs provehuntur, quive ad perfectionis portus appellere contendunt, quomodo apud vos suum ipsorum ordinem servare norunt, & hi quidem gulam, illi autem vanam gloriam, superbiam verò alij, qui superiores sunt reprimere (cum ad perniciosas quandoque convertantur passiones) seseque studiosè exercere, tum in servanda Temperantia, tum in animi simplicitate, humilitateque sectandâ, nec ad gloriam hominum animum habere intentum? Ventris etenim repletio irrigationem inducit eorum, quæ sub ventre sunt, quæ ab exundantibus fluentis è sa-

A tiecate impetu deportatis, veluti ex amaris canalibus quodammodo irrigatur, quæque prurigines veneceas ex his efficiunt aspertimas, & continentiæ certamen laboriosum titillatiooibus exhibent: sed & vanam gloriam scientes esse ostentationem invtilem, meritò ipsam fugiunt, quæ suadet quidem, laborandum pro virtute, at labores reddit invtiles, quia non vult illos Deo manifestare, qui operum occultorum palam remunerationem præbet, hominibus verò cupit publicare quæ fiunt, qui non sunt apti ad maiores reddendas laudes, in ratione mercedis, qoinimò æterno, plurimoqoe privantur bonore; ille namque, qui, vt admirationi sit hominibus, suscipit quemvis laborem, nihil penitùs differt ab his, qui in scena multa faciunt admiranda, cum sit contentus mercede, quæ sibi provenit ex iis, qui talibus oblectantur, & à Deo nequaquam aliam postulare rationabiliter valeat, quod ab initio non eam, quæ ex ipso peovenit, sed quæ ex illis tribuitur, sibi, se assequuturum proposuerit. Verum & passionem irrationalem superbiæ iure exectantur:
B quemnam enim habet aliquis aduersus quempiam rationi consentaneum prætextum ad amentiam, vt adversus proximum extollatur, & supra ipsum magnificè de se sentiat? Patravitne ipse feliciter aliquid plusquam alij, & ad augendam multam cæterorum bonorum copiam omni contendit studio? nancisceetur etiam ipse studiosi operis mercedes: negligit quispiam alier, & circa virtutem segnuer se habet? ipse damno afficitue, nec illius mercedes imminuit.

CAP. LXVI.

QVid ergo, qui fastuosus est, ioflatur, ac superbit, ac si plusquam alij decertaret, sese ostentans, quasi communis esset generis salvator? An ignorat quod minùs nocet negligentia, quàm nocere soleat arrogans de se existimatio? quippe quæ impedimento est animi alacritati ad reliquum progressum, putans, se iam attigisse obiectum, magnasque sibi pœnas conciliat, eo quòd illos,
C qui conciderunt animo contemnat, ac despuat. Humilitas autem in vobis non concedit vnquam locum invidiæ, nec tumori, qui membrorom conspiratiooem egregiè imitamini, ac vobis ipsis cuiusque decus vendicatis, quasi vnius corporis: nec etenim perfectus aduersus aliquem adhuc progredientem, ac si superemineret, extollitur, dum & ipse sese talem extitisse sciat, quando progrediebatur, sibique persuasum habeat, quod etiam iste ad eandem perfectionis mensuram post non multum temporis erit perventurus; neque perfecto invidet, aut quòd talis ipse euaserit maligno percutitur animo ille, qui intereà in virtutis dignitate eo inferior est, dum & ipse æmulationis ducatur studio illi sese in eodem viveodi instituto æquiparandi: & sic alius alio multis mensuris humilior prorsus erit, si progredi vitæ instituto voluerit, & non elati animi iactantiâ; & si quis rerum status expenderet, multo pollentes studio vos reperiret, quorum alter altero in moribus modestior esse contendit, vti facilè videre
D est in aliis, quorum alter altero vult præstantior videri, ob gloriæ quæ in sæculo versatur, cupiditatem; Vos autem, vti Christum didicistis, sic in ipso conversemini, mutuam ab illo inter vos obedientiam edocti, qui obediens fuit Patri vsque ad mortem, mortem autem Crucis, lege præstituens mensuram obedientiæ vsque ad tale periculum; Quin & alias cum omni affectu virtutes sectemini, qoandoquidem, cum has Ipse fecisset, & edocuisset, omnibus hominibus Præceptor fide dignus euasit, quive possibilitatem eorum, qoæ præcipiebat, ostendit discentibus, ea primum ipsemet faciendo; multum igitur habeatis animi affectum ad invicem, quippe qoi non ignoratis, quod ille Apostolis sit contestatus, hoc scilicet suorum Discipulorum esse signaculum, dum ait: In hoc non noscent omnes, qood mei estis Discipuli, si charitatem habeatis ad invicem. Pacem veram servare cum omnibus, Pacem meam relinquo vobis, diligite eos qui oderunt vos; & orate pro his, qui vos persequuntur, & iniuriis afficiunt.

Ad Phi. lip. 2. v. 8. Matth. 1. v. 35. 44. L. c. 8. v. 27. & 35. Ioan. 14. v. 27. Ad Roman. 12. v. 5. Ad Heb. 12. v. 14. 1. Petr. 4. 8.

CAP. LXVII.

E IPse etenim hoc dicens mandavit, vosque exercens in tribulationibus vti Athletas ad constantiam, auscultastis ipsum dicentem; discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & opere imitationem exhibuistis; alapa cæsi in dextera maxilla, obvertitis aliam, ac etiam spoliati tunica conceditis & pallium, iniuriam, & iacturam potius tolerantes, quàm confestim cum impetu irruentes ad vindictam. Sed feliciori successu vobis, quàm aliis evenit hoc, quod scilicet non possideatis quidquam rerum, qoæ inhibuit Domious, qui tale vitæ institutum, militibus, & Athletis conveniens, aptatumque fore sciebat; Vos itaqoe nulla Beatitudo Dominica prætercurrit, quæ operi non fuerit demandata; omnes enim in manibus vestris sunt semper cum retributionibus conneais; Pauperes evasistis spiritu, & mites, pacifici, & misericordes, & mundi corde, sed vestrum est Regnum Cœlorum, quo & nos vt digni efficiamur exorate, vestrorum imitatores operum facti, quorum præmium est omnibus vobiscum condigois promissa fruitio Regni in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in sæcula. Amen.
F

Matth. 11. v. 26. Matth. 5. v. 39. Matth. 5. v. 3. Luc. 6. v. 20.

EIVSDEM SANCTI PATRIS NOSTRI NILI.

Tractatus Moralis, & multifarius, in quo Spirituales sunt Admonitiones.

CAP. I.

MVLTIFORME, ac multiplex fidelibus proponitur certamen pognæ in præsenti vita, iis scilicet, qui perspicaciter in iodicando prudentiâ res discernere valét, & præsentia quidem conveoienter distioguere, futura verò perpendere vtiliter: Hæc autem institutio plurimâ
G indiget attentione, & curâ, vt intellectus ad vtraque protensus, possit hæc intelligere, neque huc, & illuc vacillet, necessarij experimenti, debitæque præmeditationis aut oblivione præpeditos, aut pauxillâ fide oppugnatus, aut propria contemptione petitus insidiis. Adam quippe initio conditi Orbis, licet non obtemperasset, nactus est tamen occasionem redeundi, Christi in carne præsentiâ; nos verò, qui in fine mundi versamur, si è tantis excidamus gratiis, Regnique illius percelsiorem, ac supra modum admirabilem dignitatem inobedientiæ peccatis reddamus inutilem, tantum aberit à nobis opportunitas postea redeundi, vt potius emineat occurrendi gehennæ periculum: illi etenim, qui post secundam innovationem immanitatis, improbè sentientes, vetustati inhærent, frustra aggrediuntur Christi constitutiones sectari, qoorum damnatio iusta est: quapropter edocemur vetustatem exuere, & inducere novitatem; ille quippe lau-
H dabilis est, qui heri quidem iracundo, ac turbato animo sese habebat, hodie verò est mansuetus, & quietus, quique passiones animi devicit, & in virtute se exercuit; laudabilis ille, qui heri quidem delectatione mundanæ potestatis ducebatur, hodie verò Evangelij obedientiæ subiectus est, omnique verbo, & operi, atque animi conceptui modum ratione temperatum assignavit, procuratque sollicitè virtutum acquisitionem, & propriâ non abvtitur authoritate ad Evangelicarum virtutum transgressionem, futurum verò sæculum accuratè considerat, & præsens habet despectui, vt postquam aduersus istud pugnarit, ac vicerit, laudem in sæculo venturo consequatur; qoique novitate quotidianâ renouatur, ab iniquitatibus abstinendo, virtutumque specimen exhibendo; huiuscemodi etenim est modus exuendi sese, & induendi. Quænam igitur est causa mortis, & quis vitæ modus? est quippe inobedientiæ peccatum, & iustitia obedientiæ siquidem dum peccamus, rei evadimus inobedientiæ;

ideoque

A ideóque opus est præmeditatione reluctante, ac sollicitudine exercitationi vacante; dum sic etiam incursus peccaminosarum passionum vix subterfugiet quispiam.

CAP. II.

QVamobrem Dominus antiquis dereliquit præcepta, recentibus autem hominibus Euangelica mandat documenta, scilicet; non odisse, non irasci, non concupiscere, nec malum rependere: sed argumentis charitatis dirigi ad perfectionem; nec verò mandata Domini gravia sunt, sed oppositæ nostris membris peccaminosæ potentiæ ea reddunt laboriosa vnicuique qui eorumdem obseruationi incumbit; quæ quidem non vnà cum naturâ innatæ sunt nobis, sed adventitiæ sunt, & subintroductæ; ideircò Dominus iubet, vt eradicemus, & plantemus, defodiamus, ac reædificemus. At hoc negotium plurimam exigit prudentiam, attentionem, & curam, cùm vitæ conversatio consueta impedi-
B mentum afferat non mediocre, ne securitas hæc obseruetur; hincque opus est virili magnanimitate, & certamine, Athletarumque more contentione assiduâ, in intellectu, qui lato sit animo, quique aduersus omnes incursiones paratus sit pugnaciter, ac nullatenus cedat. Tu verò, qui fidelis es, ne dignitatem ignores tuam, nec multorum vanitate attraharis, sed vmbrosæ vitæ oppone vmbram, & sic ipsam pertransi vitam, quasi sit vmbra præteriens; fac, vt innotescens civis futuri sæculi, nunc eius amplexans amicitiam, vt quando illuc pervenies, non velut hospes sis ignotus, sed excipiaris tamquam amicus, vtque civis honore afficiaris, quia huius quidem vitæ status præterit ob volubilitatem, sed postea dextera erunt dextera, sinistra verò, separata hiatu interminato, & tunc fides iustorum effulgebit, & charitas exaltabitur, & constantia collaudabitur, & coronabitur, eritque admirationi fortitudo, quippe quæ adornavit coronis victores, qui laboriosis virtutibus, & exercitationi vacantes egregiè decertarunt, atque cur-
C sum perfectum compleverunt.

CAP. III.

HÆc est enim legitima pugna, & Euangelica ordinatio, cùm dicat Dominus: Qui amat Patrem, aut Matrem, aut filium, aut sororem plusquam me, non est me dignus; ideóque rursus aiebat Dominus omnibus, qui sua obseruarunt mandata: Venite Benedicti Patris mei; esurivi enim iustitiam, & apud vos ipsam inveni; & sitivi charitatem, ipsâque abundastis, vos circumvestire volui, & dignos exhibuistis vosmetipsos; in carcere delitescens eram, & inquirentes reperire me potuistis; in infirmitate, ac humiliatione apparui, & vos dominatum agnovistis; Venite benedicti Patris mei, accessistis è terra longinqua, qui per multos transiistis prædones, & ab insidiis incolumes evasistis, quia frequentioribus virtutum iaculis vsi estis, quibus tandem obtinuistis victoriam: Venite Benedicti Patris mei, quia vigiles
D fuistis, liberumque arbitrium adiecistis ad obedientiam Angelicæ Legislationi præstandam, hanc libero arbitrio præferentes subiectionem. Venite benedicti Patris mei, quia conspicabar vos vti rosas inter spinas, qui præ meditationis fervore videbamini rogus, ac veluti lilia intuebar conscientiæ puritate præfulgidos: Venite benedicti Patris mei, quia similes fuistis lapidi Adamantino qui nec in igne comburitur, nec in aqua tingitur humore, factique estis velut Amiantus, qui ignem quidem suscipit, sed non exuritur flammâ, imò repræsentat substantiam splendidiorem, & illibatam; sic & vos, cum per tela maligni transiisseris, minime inflammari fuistis, imò abundastis iustitiâ, ac bene redolentes virtutes copiosiores accumulastis, mundum etiam non dilexistis, sed cupiditate potius regni Cœlorum flagrastis: Venite, inebriemini ex vbertate domus meæ, iucundeque oblectemini in torrente deliciosæ voluptatis.

Matth. 10. v. 37. Luc. 14. v. 26. Marc. 8. Matth. 25. v. 35.

CAP. IV.

B VEnite benedicti Patris mei, quia domum vestram ædificastis super petram, cumque flumina, venti, & imbres supervenissent, inconcussi permansistis; quique pedes vestros non dedistis in commotionem, sed ipsos super petram stabilivistis, & in fide probati evasistis: Venite benedicti Patris mei hæreditate possidete præparatum vobis Regnum à constitutione mundi; sed non determinati fuistis vos, vt Regni essetis hæredes, alioquin, nec ipsi laudabiles existeretis, nec vocantis iusta foret vocatio. sed certamina fuerunt prædeterminata, & virtutes eorum, qui per certamina progrederentur, fuere perspectæ antea, & sic omnes vocati sunt, vt per certamina transirent, sed non omnes obedierunt: vos autem, qui obedistis & inobedientiæ crimen excussistis, laudē quoque reportastis obedientiæ, & eas exhibendo virtutes, condigni fuistis haberi tali Regno. Beati; qui hocce testimonio in cōspectu Angelorum, omniumque hominum digni iudicabuntur; dum enim ij valdè timuerunt Deum, & eius mandata perfectè custodierunt, ampliorémque sibi comparatunt iustitiam, qua mensura mensi sunt; ea similiter
F emensa est ipsis à Domino, hucusque ergo sermoni finem imponamus, gratias agentes, & benedicentes Domino in ōnib. bonis ipsius donis, quibus nos indignos muneratu eius misericordia, ipsi gloria, & honor in sæcula. Amen

Luc. 6. v. 48. Psal. 120. v. 3. Psalm. 39. v. 3. Matt. 25. v. 8.

EPICTETI ENCHIRIDION,

Seu manuale à S. P. N. NILO concisum, & interpolatum, eiusque Opusculis insertum.

ADMONITIO.

ERVNT qui credent actum me egisse dum Epicteti Manualem Librum Nili Opusculis intexui. Sed sciant opus istud a Nilo tam accurate concisum & interpolatum fuisse, vt ipsi iure vindicari possit. Certe ex eo sustulit Ethnicismi naevos, & pleraque resecando, plane aptavit Opusculum Christiano, quin & Monacho accommodauit quæ turpia, quæ superstitiosa vel Idololatriam sapiebant
G *delevit, imò & Socratis nomen sustulit, Paulique supposuit Apostoli, atque omninò suum effecit, itaque sicut illud inter Opuscula Nili adinveneram, sic dereliqui.*

I. Existentium rerum quædam sunt in nobis, quædam non sunt In nobis quidem sunt existimatio, impulsus desiderium, aversatio, & vno verbo cætera, quæ nostræ sunt operationes.

II. Atea, quæ in nobis sunt naturaliter libera existunt, prohiberi, & impediri minimè possunt; at quæ non sunt in nobis, infirma, serva, impedita, & aliena existunt.

III Memento igitur, quod, si quæ naturaliter serva sunt, putaveris libera, & quæ aliena, propria; impediêris, lugebis, perturbaberis, de Deo, deque hominibus conquerêris; si verò tuum opinatus fueris solummodo esse tuum, alienum autē, vt est alienum, nullus te vexabit vmquam nullus te impediet, neque adversus vllum querelam propones, litem vlli non intendes, nihil invitus facies, neminem habebis inimicum, nullus te lædet, neque
H noxam afferet aliquam.

IV. Talia igitur, tantaque appetens, memento rursus, quod dum movêris mediocriter, non oportet ea capesse te, sed ad aliqua quidem omnimodo deferri motu, alia verò pro præsenti differre: quod si & hæc velis cuiusque direscere simul, & imperare, forsitan nec ea ipsa assequêris, eò quod prima simul concupiscas, verùm omnib. illis frustraberis, per quæ solùm felicitas, & libertas cōparatur.

V. Statim igitur asperæ cuique imaginationi, curæ tibi sit addere dicendo, quod quædam apparentia sit, nullo verò modo existat, vt in conspectum venit, ac cernitur, eam deinde examina, & proba regulis quas habes; hac verò prima, & potissimùm, vtrùm sit ex eis, quæ

in nobis ſunt,aut ex eis , quæ in nobis non ſunt , ſique ſit quid eorum , quæ non in nobis , in promptu habes quod nihil ad te ſpectat.

VI. Recordare , puod appetitionis promiſſio ſit aſſequutio eius , quod appetitur ; averſionis pollicitatio , non incidere in illud , quod quis averſatur: is porrò , qui in deſiderando fruſtratur , impos eſt voti ; qui verò in averſando incidit, infelix : itaque ſi averſaris illa ſola , quæ ſunt præter naturam , ex eis, quæ in te ſunt, nullam in rem incides earum,quas averſaris, ſin verò morbum , aut paupertatem , vel mortem averſeris,calamitoſus eris.

VII. Tolle igitur averſionem ab omnibus, quæ ſunt præter naturam ex iis , quæ in nobis ſunt ; cupiditatem verò pro præſenti omnino auferas ; ſi enim appetas aliquid eorum , quæ non ſunt in nobis, fruſtrari neceſſum eſt ; Verùm quam bonum ſit appetere ea , quæ in nobis ſunt , adhuc tibi non eſt manifeſtum , ſed ſolùm motu , quo ad aliquid converteris , vel ex aliquo te pracipis , vtere leviter, ſine dilatione,& cum exceptione , atqoe remiſsè.

VIII. Vnicuique illorum , qoæ animum alliciunt, aut vtilitatem præbent , vel diliguntur , memento adiicere dicendo (cuiuſmodi eſt) exorſus à minimis, ſi diligas ollam,quod ollam diligis ; nam eà confractâ non perturbaberis ; ſi filiolum tuum perames , aut vxorem, quod hominem peramas, cùm namque deceſſerit , non turbaberis.

IX. Quando aggreſſurus es aliquod opus,in tuam revoca mentem, quale ſit tale opus : ſi lavandus abieris, tibi ipſi propone , quæ fiunt in baloeo ; hos nimirum aſpergentes , illos infligentes , hos convicia iacientes, illos furantes , & ſic opus aggredieris ſecuriùs , ſi ſtatim addideris dicendo , quod lavari quidem volo , & ſervare quoque meum , quod naturæ congruit , propoſitum ; non obſervabo verò, ſi ad ea, quæ fiunt , indignabundus iraſcar.

X. Turbant homines non res ipſæ , at de rebus ipſis opiniones : mors videlicet non eſt aliquid grave,alioqoin & Socrati viſum eſſet , ſed opinio , quæ de morte concipitor , quod ea grave quid eſt ; tunc etenim exiſtit quid grave : quando igitur impedimur , aut pertorbamur , vel dolemus , nullatenus accuſemus alium quemquam,ſed nos ipſos,hoc eſt, noſtras ipſas opiniones : hominis qoippe indocti eſt actio, alterum criminari in his, quæ ipſe improbè patrat : incipientis,caſtigare id,de quo reprehenditur ; eruditi , neque alterum , neque ſeipſum improbare.

XI. Nullam ob commoditatem potiorem , quæ io alio ſit , efferaris : Si etenim equus , dum ſuperbit, diceret, qood pulcher ſum , ferendum quidem eſſet : Tu autem cum elatus iactantiâ,dicis, quod equum pulchrum habeo ſcias,quod ob equum bonum gloriabundus extolleris : quid igitur tuum eſt ? vſus nimirum imaginatioonum ; cum ergo in vſu imaginationum naturaliter te geſſeris , tum extolleris rationabiliter , tunc oempe de aliquo tuo booo effereris.

XII. Quemadmodum in navigatione ſubducto in ſtationem navigio , ſi exeas aquatum , & ad bulbulum, cochleolaſque colligendas , quod eſt præter ſoſceptum viæ opus , mens oportet , vt ſit iotenſa ad navigium,& crebro cooverti , onm gubernator vocet,& ſi vocaverit, omoia illa dimittere , ne vinctus deiiciaris inſtar pecorum ; ſic etiam in vita , ſi dentur vice cochleolæ, & bulbuli, vxorcula , & puerulus, oihil impedient , ſi verò gubernator vocaverit, curre ad navigium, dimitteos omnia, neque coovertaris , qood ſi fueris ſenex, ne vnquam diſceſſeris à navigio , ne fortè deſis , dum vocaris.

XIII. Na quæras,vt ea,quæ accidunt , eveniant, vti vis , ſed contentus ſis , vt quæ contingunt fiant , vt eveniunt , ſicque vives beatè:morbus , corporis eſt impedimentum , propoſiti verò nequaquam , niſi velit ipſum : claudicatio,cruris eſt impedimentum,non verò tui.

XIV. In vnoquoque occurrentium , cooverſus ad te ipſum , memento quærere quam virtutem habeas ad vſum ipſius , ſi formoſum videas , aut formoſam, comperies virtutem contra iſta temperantiam , ſi inferatur labor , invenies conſtantiam , & ſi convitium , reperies tolerantiam : comque ſic aſſueſias , rerum viſiooes animo repræſentatæ non te corripient.

XV. Numquam dicas de vlla re , qood eam amiſeris , ſed quod reddideris : puerulus obiit , redditus fuit : vxor deceſſit , reſtitura eſt : prædium fuit ereptum , etiam verò reſtitutum fuit : at improbus eſt qui abſtulit, & quid tibi curæ , eum qui dedit repetat ? Verùm vſquequo conceduntur , horum , vt alienorum curam gere , eo modo , quo hoſpitij curam habent prætereuntes peregrini.

XVI. Si velis proficere dimitte huiuſcemodi ratiocinationes , nimirùm ſi negligam mea , non habebo vnde nutriar , ſi non puniero puerum , malus erit : melius eſt enim fame mori , & expertem timoris , atque moleſtiæ eſſe , quàm perturbatum vivere in rerum copiâ puerumque malum exiſtere; quàm te miſerum.

XVII. Incipe igitur à parvis : effunditur pauxillum olei , ſurripitur furto aſellus , adde dicendo : tanti venditur ſtatus hominis omnis carentis paſſione , tantique tranquillitas animi imperturbati : nil etenim gratis comparatur. Quaodo acceſſieris puerum , cogita , quod non poteſt quid facere eorum , quæ vis , niſi obedierit, ſed neque ita ipſi bene eſt , ita vt in ipſo ſit , quod tu non turberis.

XVIII. Si cupis profectum facere , ſuſtine, quod homines , propter ea , quæ exterius videntur , in aliqua ſint exiſtimatione : aut , ſi tu vecors fueris , non curea aliquid ſcite : ſin verò quibuſdam aliquis eſſe videaris,ne tibi ipſi fidem præſtes : Scito enim , quod non facile eſt, tui ipſius propoſitum naturæ congruens , ſimulque res exteriores obſervare. Sed neceſſum omninò , vt dum vnius ſatagis , alterum negligas.

XIX. Si velis , vt omnibus modis tui filij,& vxor, & amici vivant , ſtultus es , ea etenim , quæ in te non ſunt,vis vt ſint,& quæ ſunt aliena,tua exiſtât: pari modo, ſi velis , quod puer minimè peccet, fatuus es,vis nempe, vitium non eſſe vitium,ſed aliquid aliud,ſin verò velis eo quod appetis,non fruſtrari, hoc quidem potes ; exerce te igitur in eo , quod potes.

XX. Vnuſquiſque , qui à ſe ipſo optatorum poteſtatem habet,dominus eſt,vt nimirùm eadem aſſequatur,vel adimat ex animo proprio. Quiſquis igitur liber eſſe vult, neque cupiat,nec averſetur,quidquam eorum,quæ in aliis ſunt, alioquin ſervire neceſſum eſt.

XXI. Memento,quod oportet,vt te circumferens, ſicut in convivio converſeris : pervenitne aliquid ad te ? extendens manum modeſtè accipe: præterit, ne detineas : nondum venit,ne longè protendas appetitum , ſed expecta,donec acceſſerit ad te: ſic te geras erga filios , ſic erga coniugem,erga Magiſtratus,erga divitias, eriſque tandem dignus Dei homo : quando verò oblata tibi non acceperis, tunc oon ſolùm eris homo Dei, ſed etiam velut Angelus.

XXII. Cùm aliquem in luctu eiulantem conſpexeris, aut quod filius peregrè profectus fuerit , aut quod res ſuas amiſerit, attende, ne te corripiat viſum animo repræſentatum,perinde ac ſi ille verſaretur in malis exterioribus, ſed ſtatim tibi præſto ſit,quod oimirùm, non quod accidit illum affligat (alium enim minimè affligit) ſed opinio quam habet de illis ; verum quo ad id,quod exigunt verba, ne te pigeat circa ipſum manere , ſique ita contingas congemiſcere ſimul , caueas tamen , ne interius etiam congemiſcas.

XXIII. Recordare quod actor perſonatus es fabulæ , qualem voluerit magiſter , brevis , ſi brevem , longæ , ſi longam : ſi velit mendici vt agas perſonam , eam etiam ingenuè repræſentes , ſi claudi , ſi Principis , ſi privati , tuum enim hoc eſt aſſignatam perſonam bene referre,ipſam verò deligere ad alium pertinet.

XXIV. Quando corvus inauſpicatum crocitaverit , ne te imaginatio corripiat Dæmonis ; verùm ſta-

A tim distingue apud te ipsum, & dicito: nihil mihi portenditur, nisi fortè meo corpori, aut meo prædiolo, & gloriolæ meæ, aut filiis, aut vxori, mihi verò fausta omnia significantur, si ego voluero; quicquid enim istorum evenerit, in me est hoc benè ducere.

XXV. Invictus esse potes, si nullum descendas in certamen, in quo vincere non in re est.

XXVI. Caveas, ne quando videris aliquem honore prælatum, aut magnificatum, aut alias celebratum sermone hominum, prædices beatum, ex imaginatione correptus; nam si boni essentia consisteret in his, quæ in nobis non sunt, nec invidia locum haberet, nec ægritudo ex eo quod alter iisdem potiatur: Nec enim Dux militiæ, aut Rector, aut Consul esse vis, sed liber, ad eam autem rem vnica via est, nempe contemptus earum rerum, quæ in nobis non sunt.

XXVII. Memento, quod non is, qui probris insectatur, aut qui verberat, iniuriam inferat, sed opinio, quæ de his habetur, velut iniuriam inferen- B tibus; cùm igitur aliquis te irritarit in aliquo, scito, quod opinio tua te irritaurt: quapropter in primis enitere, ne corripiaris à te animo repræsentatâ; Si namque semel tempore vteris, ac morâ, facile te ipsum superabis.

XXVIII. Mors, & fuga, & alia omnia, quæ videntur gravia; ante oculos sint tibi quotidie, maximè verò præ omnibus mors; & nihil vnquam cogitabis abiectum, nec rei cuiuspiam nimiâ teneberis concupiscentiâ.

XXIX. Si Philosophiam concupiscis, præparatus inde esto, expectans te deridendum, multosque te subsannaturos, & dicturos, quod repentè nobis Philosophus supervenit; & vnde nobis supercilium istud? Tu verò supercilium quidem ne habeas; ea verò, quæ optima tibi visa fuerint sic tene, perinde ac si à Deo in eo constitutus esses loco: ac memento, quod si in eodem perseveres statu; qui prius te irridebant, iidem te posteà admirabuntur; si verò ab ipsis C fueris separatus; duplicem referes irrisionem.

XXX. Si quando tibi contigerit verti foras, vt velis alicui placere, scias, quod aberrasti ab instituto; contentus ergo sis in omni te Philosophus esse; si verò cupias, quod hoc tuum esse in aliqua sit existimatione, tibi ipsi appareas, & hoc sufficit.

XXXI. Ne te affligant cogitationes huiuscemodi: nimirùm; inhonoratus ego vitam transigam, nec vllibi vllus habebor: si etenim ignominia malum est, vti est, non potes per alium versari potiùs in malo, quam in dedecore, nunquid igitur tua est opera assequi primatum, aut cedere in convivio? nequaquam, quomodo igitur in istis ignominia est? quo pacto verò nec vllus eris vllibi, quippe qui alicuius existimationis oportet vt sis, solummodò in iis quæ in te sunt, in quibus etiam, vt digito tibi licet plurimi fieri? verùm amici tui nulla ope iuvari poterunt: quid ais sine auxilio erunt? non à te minutum æs, vel argentum habebunt; ipsos non inter Cives Romanos adscribes: Ecquis igitur tibi di- D xit, quod hæc in nobis sunt & non opera aliena? Quis verò dare potest alteri, quæ non habet ipse? Acquirito ergo (aiunt) vt & nos habeamus: si acquirere possum, conservans me ipsum verecundum, & fidelem, ac magnanimum, ostendite mihi viam, & comparabo; si verò à me hoc rogatis, meorum scilicet perditionem bonorum, vt vos quæ minimè bona sunt lucri faciatis, videte vos ipsi quàm iniusti, ac ignavi sitis quid verò mavultis, argentum, aut amicum fidelem, & verecundum? ad hoc itaque mihi magis opitulemini, & ea postulate vt faciam, non verò illa; per quæ hæc eadem abiiciam. Sed Patria (inquit) quantum in me est, erit absque adiumento: rursum quale & hoc adiumentum? porticus per te non habebit, neque balnea? & quid hoc? quia nempe calceamenta non per sutorem, neque arma per fabrum ærarium habet. Sufficiet autem si vnusquisq; suum adimpleverit opus: Si verò aliquem alium Civem ipsi efficeres E fidelem, ac prudentem nihil tu illam adiuvares, profecto nihil, siquidem nullus ipsum iuvit, quàm illa eadem. Quemnam itaque (ait) obtinebo locum in Civitate? quemcumque potueris, custodiens te ipsum fidelem, & verecundum, si verò volens vtilis esse illi, reiicias ista, quodnam ipsi iuramentum præstabis, cum ipse evaseris impudens, ac infidelis?

XXXII. Prælatus fuitne tibi quis in convivio, aut in concione, aut in eo, quod assumptus fuerit ad consilium? Si bona quidem hæc sunt; gaudere te oportet, quod hæc ille fuerit assequutus; sin autem mala, ne graviter feras quod impos fueris voti: memento verò; quod non potes æqualibus (scilicet honoribus) dignus fieri, si eadem non feceris, quæ fecit ille ad assequenda similia in nobis non existentia; qua enim æqualitate conveniet, qui ad fores ventitat alicuius eum non adeunte? Qui non associat cum associante? qui non dilaudat cum laudante? iniustus igitur eris, ac inexplebilis, si non ero- F gans ea, pro quibus illa divenduntur, gratis ipsa consequi volueris. At quanti væneunt lactucæ? obolo, si sic contingat; si quis ergo obolum erogans acceperit lactucas, tu verò non erogans, non acceperis, ne opineris, te minus habere illo, qui accepit; sicut enim habet ille lactucas, ita tu retines obolum, quem non dedisti: res etiam sic se habet in nostro proposito; Vocatus non es ad alicuius convivium; quia non dedisti vocanti quanti venditur prandium; vendit autem pro sui ipsius laudatione, pro famulatu; ac obsequio vendit; tantam præbe expensam (si tibi expedit) quanti divenditur; si verò & illa erogare nolis, & accipere ista, inexplebilis es, atque vecors: nihil igitur habes vice prandij? habes hoc, quod nempè non dilaudasti eum, quem noluisti; eumdemque non tolerasti ob ea, quæ quasi pro tributo requirebat.

XXXIII. Naturæ Voluntas est pernoscenda ex his, in quibus inter nos minimè differimus: exempli gratia: quando alius puerulus effregerit poculum, G statim est in promptu; quod est ex his, quæ solent accidere; scias ergo quod si tuum etiam frangatur talem esse te oportet, qualis, dum alterius illud fractum fuerat, existebas; similiter transfer hoc ad maiora: filius alterius obiit, aut vxor; nemo est, qui non dicat, quod nempe humanum est: sed quando alicuius proprius decesserit filius, confestim; hei mihi, & miser ego: at meminisse oportebat, qua passione afficimur de aliis, quando id ipsum audierimus.

XXXIV. Sicut meta non ponitur ad aberrandum, ita neque mali natura in mundo existit: si corpus tuum quis committere obuiam venienti, vtique indignareris, quod autem tui ipsius animum vnicuique tu committas, ita vt si convicia tibi dixerit, turbetur ille, non verecundaris? Eam ob rem cuiusque operis considera antecedentia, eiusdemque consequentia, sicque ad illud accede, alioquin primum alacriter suscipies iter, quippe qui nihil subsequentium in mentem H revocasti, sed posteà, cum dedecora quædam apparere cœperint, absistes.

XXXV. Vis Olympico in certamine vincere? ita per Deum ego volo, præclarum etenim est; at considera antecedentia, & consequentia & deinde accinge te operi: oportet ordinem servare; necessariis vesci; abstinere à quocumque cibo, qui coquitur; exerceri secundùm necessitatem horâ præstitutâ, siue in æstu sit, siue in frigore; non frigidam bibere, vinum, non quodcumque simpliciter, teipsum tradere superiori, veluti medico, deinde ad certamen prodire: Accidit quandoque vt manus iaciatur, talus vertatur, multumque pulveris sorbeatur, quandoque vero vapulare necessum, eumque his omnibus superari. Hæc vbi perpenderis si adhuc velis, progredere ad certandum, alioquin puerulorum instar conversaberis, qui nunc quidem luctatores agunt iocantes, nunc verò gladiatores, nunc tubâ canunt, postrà tragice decantant,

V 3 fie

fictu quoque, modò gladiator deinde Rhetor, posteà Philosophus, toto autem animo nihil: Sed veluti simia omne spectaculorum genus, si videris, imitaris & aliud ex alio tibi placet, nec enim consideratè accessisti ad quidpiam, aut id perlustrasti, sed temerè, ac frigidâ cupiditate (pari modo cum quidam Philosophum conspicati fuerint, & audierint aliquem eo prorsus modo loquentem, quo bene quis Philosophorum effatur (& quidem quis ita, potest vt ille, effari?) tum & ipsi tenentur Philosophandi voluntate.

XXXVI. Homo in primis perpende rem qualis sit, & postea tui ipsius naturam pernosce, An possis portare. Vis certare in Quinquertio? vis in Palæstrâ luctari: Vide tua brachia, crura, ilia proba; alius quippe ad aliud natus est: putasne, quod ista faciens æque poteris comedere, æque bibere, æque indignari, & æque morosum te præbere? vigilare oportet, laborare, è domesticis abscedere, à puerulo contemni, ab omnibus illudi, in omnibus inferiorem esse, in honore, in primatu, in iudicio, & in qualibet minimâ re. Ista perpende, si velis pro hisce omnibus commutare impassibilitatem, libertatem, imperturbabilitatem; sin minùs, ne accedas; ne vti puerulì; nunc Philosophus deinde Publicanus, postea Rhetor, deinde Cæsaris Procurator. Ista genera non consonant: cum vnus sis homo, oportet, vt sis bonus, aut malus: tu debes aut principatum animi perficere suis ipsius viribus, aut exteriora; vel interiorum, vel exteriorum studio vacare; vel tandem Philosophi locum tenere vel Idiotæ.

XXXVII. Officia commensurantur vt plurimùm habitâ ratione naturalium congruitatum. Pater est, suadet, vt eius geratur cura, vt ipsi cedatur in omnibus, vtque toleretur, si obiurgarit ac verberarit. Sed Pater malus est: nunquid igitur bono Patri adiunctus es à natura? non; sed Patri. Frater iniuriam infert: tu itaque obserua tuum erga ipsum modum ratione temperatum, neque attendas id, quod ille agit, sed quid pro te tuum requirit propositum, dum ea, quæ naturæ congruunt effeceris: te namque alius minimè lædet, nisi volueris; tunc enim læsus eris, quando existimaueris te lædi: sic igitur adinuenies, quod debetur officium à cive, à vicino à Duce militari, si naturales congruitates assuefias perpendere.

XXXVIII. Circa Pietatem erga Deum, scias, quod maxime præcipuum illud est, rectè nimirum de ipsis sentire, vt ipse est, vtque bene, ac iustè vniversa gubernat; seque ipsum in eo subiicere, nempè in obediendo illi, cumque sequendo, ac omnibus, quæ contingunt, cedendo & lubenter sectando, ac si optimâ cum deliberatione perficiantur: sic enim neque de Deo conquerêris vnquam, nec eum incusabis, vti ab eodem neglectos: aliter verò hoc possibile non est, nisi abstineas iis, quæ non in nobis sunt, constituasque bonum & malum in hisce solum, quæ sunt in nobis: quod si quid illorum putaveris bonum, aut malum, necessum penitus erit, quando exideris ab his, quæ volueris, aut in ea, quæ nolueris, incideris, vt de iis conquararis, qui auctores fuere, eosque odio habeas. Innatum est quippe omni animanti, vt ea, quæ nocitura videntur, eorumque causas euitet, ac auersetur, vtilia verò, eorumque causas assequi contendat, & admiretur; est igitur impossibile, quod aliquis lædatur à re, quæ videtur, quod lædit, si ipse putat, quod lætificat; sicut etiam fieri non potest, vt lætificetur ab eo, quod lædit, hinc etiam pater à filio contumeliâ afficitur, quando ea, quæ bona videntur filio, non ipsi impertiatur: similiter quibusdam imprudentibus id in causa fuit, vt quod bona esset tyrannis existimarent: ideò agricola quoque Deum conuitiis carpit; ideò nauta; ideò mercator; ideò & qui vxores dimittunt, ac filios. Ita vt is, cui appetere curæ sit & declinare illa, quæ decet, in hoc etiam satagat curans Pietatem: opus igitur aggredi convenit verè, ac purè, nec incompositè, neque negligenter, neque sordidum ob lucrum, nec supra vires.

XXXIX. Constitue tibi ipsi quamdam modi formam & exemplar, quod observes, tum quando tecum eris, tum quando cum hominibus loqueris.

XL. Silentium vt plurimum sit; vel necessaria disserantur, & paucis verbis: si quando verò tempestiva occasio advocarit, rarò ad effandum procedamus, verum non de vlla re vulgati, non de gladiatorum ludis, non de equorum decursionibus, non de Athletis, non de cibis, aut potibus, vel de quibuscumque rebus vbilibet passim enarratis; potissimum verò non de homine reprehendente, vel dilaudante, vel comparante.

XLI. Si ergo poteris transfer tuos sermones, & eorum, qui tecum sunt, ad id, quod decet: si verò apud extraneæ gentis homines fueris interceptus, tace.

XLII. Risus ne multus sit, neque dissolutus, neque ob multa.

XLIII. Iusiurandum recusa, si potes quidem ad omnia, sin secus, quatum fieri potest.

XLIV. Epulas externas, & populares relice, sed, si tempus aliquando tulerit, à te adhibeatur attentio, ne forte subterlabaris in vulgarem consuetudinem: scias enim, quod si sodalis sit pollutus, necessum est, eum, qui cum illo conversatur, simul pollui, quamvis ipse purus extiterit.

XLV. Quæ corporis sunt sume ad exilem tantùm vsum, velut alimenta, potionem, amictum, domicilium, famulitium, quæ verò ad voluptatem, aut gloriam, aut luxuriam sunt, omnia dele.

XLVI. Si quis tibi renontiauerit, quod quispiam de te malè dicit; ne excuses ea, quæ de te dicta sunt, sed responde, quod ignorat alia, quæ mihi insunt mala; alioquin non sola hæc diceret.

XLVII. Non est honestum in Theatrum prodire neque ad aliquos audiendos temerè, aut facilè devenias; sin autem accesseris, custodi gravitatem, & constantiam, simulque caue, ne alicui sis onerosus.

XLVIII. Cum futurum sit vt occurras alicui eorum, maximè qui ob eminentiam sunt in aliqua existimatione, propone tibi ipsi quidnam fecerit aliquis ex viris virtute præditis, sicque non indigebis modo, quo decenter te geras in re occurrente.

XLIX. Quando ad aliquem ventitas ex iis, qui magna præstant potestate, tibi ipsi propone, quod eum non invenies intus, quod excluderis, quod tibi fores excutientur, quod is de te non curabit: sique ipsos convenire fuerit consentaneum, accedens tolera, quæ fiunt, & nusquam dicas ipse ad teipsum; ego non tanti æstimor; id enim plebeium est, ac tritum iam, & vulgatum quoad exteriora.

L. In colloquiis familiaribus absit, vt plerumque, ac immodicè aliqua è tuis operibus, ac periculis commemores; nec enim aliis est dulce, quæ tibi contigerunt audire frequenter, vt suaue est tibi tuorum periculorum meminisse.

LI. Sed etiam absit, vt risum commoueas: ille quippe modus in volgarem consuetudinem proclivis est; & valdè idoneus ad proximorum reverentiam tibi debitam diminuendam.

LII. Periculosum est etiam in turpiloquium prolabi: quando itaque aliquid huiusmodi contigerit, si aderit opportunitas, increpa appropinquantem, sin autem, conticendo, ac erubescendo vultumque tetricum gerendo ostende, quod graviter fers talem sermonem.

LIII. Quando cuiuspiam Voluptatis imaginatio tibi supervenerit, custodi te ipsum, vt in aliis, ne ab ea corripiaris, sed res te expectet, & apud te ipsum quadam vtere dilatione, memento deinde vtriusque temporis, tum eius, quo voluptatem iam percepisti, tum illius, quo postquam voluptatem perceperis, demû te pœnitebit, atque ipse tibi exprobra, & istis oppone hoc, scilicet quantopere, si abstinueris, gaudebis, & ipse laudabis teipsum; at si opportunum videatur opus aggredi, ne quid in eo iucundum est, & dulcedo, atque illecebra, te vincat, sed

A oppone boc, quanto nimirùm erit melius tibi ipsi conscium esse, quod talem reportasti Victoriam.

L I V. Quando facies aliquid, cum statueris, quod tibi faciendum sit, ne vnquam fugias videri, dum illud facis; etsi multi de ipso existimaturi sint diuersum quippiam; si enim tale opus minimè rectè facis, fuge; si verò rectè, ecquid times eos, qui te non rectè culpabunt?

L V. Valdè dignum habeas id, quod à te disiunctum est; tibi verò coniunctum in nullo pretio teneas. Sic electio maioris portionis respectu corporis habeat quidem meritum condignum, sed respectu communionis in conuiuio, quid scilicet oportet seruare, minus habet meritum, seu dignitatem. Quando igitur cum sodali conuiuaris, non solùm respicias dignitatem, quæ ad corpus attinet, appositorum, sed eam considera dignitatem, quam habere debet conuiuator, quid nimirum oportet vt seruetur.

B L V I. Si aliquam supra vires susceperis personam, & in hac indecorè te gessisti, tùm dereliquisti id etiam, quod complere potuisses.

L V I I. Quemadmodum inter ambulandum attendis, ne insilias clauo, aut ne tuum pedem distorqueas, ita attende, ne tui animi Principatum lædas; atque boc si vnoque in opere obseruabimus, securiùs vnumquodque opus aggrediemur.

L V I I I. Mensura possessionis est corpus vnius cuiusque, sicuti pes calceamenti; si igitur in hoc steteris, mensuram seruabis; sin pertransieris, iam veluti per præceps ferri necessum est, vt etiam in calceamento sit si pedem illud superexcesserit, siue deauratus sit calceus, siue purpureus, siue interpunctus: eius enim, quod semel suprà mensuram est, terminus nullus est.

L I X. Fœminæ statim inde ab annis quatuordecim vocantur à vitis Dominæ, videntes igitur, quod nihil aliud ipsis superest, quàm solummodo cubare simul cum viris, incipiunt formam excolere, & in boc spes
C omnes habere, dignum est itaque, vt sciant, quod non aliâ vllâ de causâ honore afficiuntur, quàm eo quod apparent ornatæ, ac verecundæ in temperantia.

L X. Hebetis ingenij signum est in bis, quæ ad corpus pertinent penitus versari, velut exerceri vt plurimùm, aut multùm comedere, aut plus bibere, aut ventrem frequentiùs exonerare, sed ea quidem peragenda sunt obiter, omnis verò cura sit circa mentem.

L X I. Quando quispiam malè quid fecerit, aut maledixerit tibi, memento, quod facit, aut dicit, putans sibi conueniens esse; fieri verò non potest, vt ipse sequatur quidquid tibi videtur, sed quod sibi; itaque si malè ipsi videatur, ille læsus est, vtpote qui fuit deceptus: si quia etenim veritatem connexam fuerit opinatus esse mendacium, non læsum est connexum (scilicet veritatis) sed is qui fuit deceptus. Tu ergo incitatus ab his, mansueto eris animo erga conuitiantem; vnde in re qualibet quidquid ipsi fuerit visum responde.

L X I I. Quæcumque res duas haber ansas, hanc quidem,
D dem, quæ gestari potest, alteram verò, quæ portatilis non est; si ergo frater tibi inferat iniuriam, illinc ne prehendas hoc, quod nimitùm fecit iniuriam; hæc enim ansa eius est, quæ gestari non potest; verùm inde potiùs, quod fratet, quod sodalis, & hoc apprebendes, vtpota, quod est portatile.

L X I I I. Huiuscemodi sermones sunt inordinati: Ego te locupletior sum, igitur ego te melior: illi verò magis ordinati: ego te locupletior, ergo mea possessio tua potior est; ego eloquentior te, mea ergò dictio tuâ præstantior: Tu autem nec possessio es, neque dictio.

L X I V. Lauatur quis citò ne dixeris, quod malè, sed quod celeriter; bibit aliquis multum vini, ne dixeris, quod malè, verùm quod multum; priusquam enim rem dignoueris, vnde scis si malè? sic non continget tibi assequi aliorum imaginationes comprehensioni subiectas, aut in eamdem aliorum sententiam descendere.

L X V. Nullibi Philosophum teipsum dixeris, nec apud imperitos plebeios multùm garrias de speculationibus; velut, in conuiuio ne dicas quomodo comedere oportet, sed comede vt decet, memor enim esto, quod ita sustulerunt vndecumque ostentationem Philosophi; ita vt ad ipsos accederent qui Philosophi ab iis institui valebant, at illi depellebant eos: sic perferebant neglecti. E

L X V I. Itaque quamvis apud plebeios sermo inciderit de aliqua speculatione, sile vt plurimùm; magnum nempe periculum est statim euomere quæ non concoxisti; & quando tibi dicet quispiam, quod nihil scis, & tu non ostenderis, scito tunc, quod Principium operis est; quandoquidem oues non ostendunt pastoribus quantum comederint, si herbam proferant, sed lanâ, ac lacte producunt foris pabulum, cum intus concoxerint: Itaque tu quoque ne citò imperitis speculationes exhibeas, sed opera ab iis (scilicet speculationibus) concocta.

L X V I I. Quando tenuiter aptaueris ea, quæ ad F
corpus pertinent, ne glorieris super boc, & si ex quauis occasione aquam bibas, ne dicas, quod aquam bibis, cumque ad labores exerceri volueris, tibi ipsi, & non bis, qui sunt exteriùs id notum fac; ne amplectaris statuas, sed quandoque vebementer sitiens, hauri frigidam aquam, & expue, nemini que dixeris.

L X V I I I. Plebei, siue imperiti status, & nota nullam vnquam ex se ipso expectat vtilitatem, aut noxam, sed ab his, quæ sunt extrà. Philosophi conditio, & indicium omnem vtilitatem, & noxam à se ipso expectat.

L X I X. Signum proficientis neminem reprehendit confestim, neminem laudat, de nemine conqueritur, accusat neminem, & si quis ipsum dilauder, derider apud se ipsum dilaudatorem, & si quis reprehendat, non se defendit; circumit verò quemadmodum infirmi, qui cauent ne quid stabilium commoueant, antequam resumant soliditatem.

L X X. Quod si quis de te quid dixerit ne aduertas, G
id enim nondum est tuum.

L X X I. Quousque tandem procrastinas optimis quibusque dignum teipsum exhibere, ac nullatenùs sermonem prætergredi explanantem? accepisti speculationes, quomodo nimitum oporteret eas intellectu assequi, easque assequutus es: qualem adhuc Doctorem expectas, vt in illo tui ipsius correctionem reponas? non etiamnum adolescentulus es, sed vir iam ætate perfectâ; itaque si neglexeris, & piger sis, & semper facias propositum ex proposito, atque alios dies super alios præfinieris, post quos tibi ipsi attendas, latebis teipsum, nullo à te progressu facto, sed vnus è plebe viuens, atque moriens existes; nunc igitur assuefacito teipsum ita vitam degere vt perfectus, vt proficiens, & quidquid optimum esse videtur sit tibi lex inuiolabilis, & si laboriosum sit; si quid suave, si quid gloriosum, aut ignominiosum tibi proponatur, memento, quod nunc certamen est, & quod nunc instant Olympia, neque vllatenus
differre licet, & quod per vnam cladem, & remissionem, & perit progressus, & salvatur. Paulus quoque sic peregit in omnibus se ipsum incitans, vt nulli alij rei attendat, quam verbo. Tu verò etsi nondum sis Paulus, debes ita viuere, ac si volueris esse Paulus. H

L X X I I. Potest quidem quis me occidere, lædere autem minimè.

L X X I I I. Præcepit enim Dominus, vt eos qui non possunt lædere, non timeamus, dicens: Ne timeatis ab his, qui occidunt corpus, animam verò non possunt occidere; timere verò magis eum, qui potest & animam, & corpus perdere in gehenna, ipsi Gloria in sæcula. Amen.

* * *

A

S. P. NILI NARRATIO,

De Pachon patiente bellum meretricium, & vincente. Aly vero dicunt Euagry esse, vt etiam eum, qui subsequitur, sermonem dogmaticum.

Erat in manuscrip. Codice titulus τ ἁγίῳ Euagrio adscriptus, quem dolemus.

COntigit aliquando, vt fœminæ concupiscentia molesta mihi esset, ac tum in cogitationibus, tùm in nocturnis visionibus difficulter tolerarem; cumque, compellente me passione, propè forem, vt è solitudine abscederem, vicinis meis neutiquam narraui rem, neque Magistro Eulogio, clàm verò pertransiens ad locum omnino desertum conueni per quindecim dies eos, qui circa Scetim consenuerant in solitudine Patres, quos inter, & quidem erat Pachon nomine, qui ad annum peruenerat Septuagesimum, residebatque in Scete; nactus
B
igitur ipsum exercitatiorem, atque sinceriorem, confidenter ausos sum meæ mentis arcana exponere, ac narrare; Tùm hic mihi dicit ne te perturbet negotium huiuscemodi quasi nouum; nec enim id pateris è pigritia, attestatur quippe hoc tibi locus ipse, tum propter inopiá rerum necessariarum, tum etiam quia fœminarum non est hîc conuersatio, sed potiùs à studio, triplex est enim bellum meretricium, nam interdùm caro robustè valens nobis insidiatur, nonnunquam verò passiones per cogitationes, aliquando & Dæmon ipse ex inuidia, ego enim obseruádo hoc ad inueni. Ecce vt me vides senem hominem, cum degam annum quadragesimum in hac cella sollicitus de eis, quæ ad meam spectant salutem, licèt ad istam pertigerim ætatem, hactenùs tentor; affirmauitque mihi iureiurando dicens, quod per XII. annos post L. neque noctu, nec interdiù mihi pepercerunt insidiatores, cum ergò cogitassem, quod, quia à me Deus abesset, potentiâ opprimebar tyrannica, elegi potiùs absurdè mori, quàm ob corporis passionem turpiter agere; quapropter egressus, circumiensque solitudinem
C
inueni speluncam Hyenæ, in quâ speluncâ posui me nudum, vt exeuntes feræ me deuorarent; itaque vespere facto, secundum quod scriptum est: Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ agri; exeuntes feræ, tamque mas, quam fœmina olfecerunt me à capite vsque ad pedes, & circumcirca linxerunt, cumque me deuorandum expectarem, secesserunt à me, sicque per totam noctem prostratus, tamen deuoratus non fui; arbitrans itaque, quod pepercerat mihi Deus; rursus ad cellam meam reuertor, cumque per paucos dies Dæmon tolerasset, inuasit me vehementiùs, quàm priùs, vt parùm abfuerit, quin blasphemarem: transformatus igitur in Puellam Æthiopissam (quam vidi quondam in adolescentiâ per æstatem, dum meterer) insedit meis genibus, & adeò me commouit, vt me cum ipsa coiuisse putarem; præ furore igitur alapam ipsi dedi, & inuisibilis effecta euanuit; per biennium verò
D
fœtorem manus meæ sustinere non poteram; abiecto ergo animo, & inhonoratus exiui in locum omninò desertum vagabundus, cumque paruam aspidem inuenissem, ipsamque accepissem, genitalibus meis membris admoui, vt saltem ita demorsus emorerer; cum verò bestiæ obuertissem caput ad corporis membra, vtpote quæ caussa mihi tentationis erant, commorsus non fui, atqui vocem menti meæ superuenientem audiui: Abeas Pachon, decerta, idcircò etenim potentiâ tentationis opprimi te permisi, ne quid magnum sapias: ac si quid posses, verùm tuam dignoscens imbecillitatem, non confidas audaciter in tuo vitæ instituto quin potiùs ad Dei potestatem recurras Sic plenâ fide persuasus, reuersus sum. Sicque animo fiducia pleno residens, ac neutiquam de bello sollicitus, reliquos dies pace fruens exegi; ex alia verò parte ille (scilicet Dæmon) cum mei dignouisset contemptum non amplius appropinquauit.

Admirantia quidem sed non imitanda Pachonis facta.

Ps. 103. v. 20.

E

EIVSDEM

Epistola Dogmatica de Sancta Trinitate ad eos, qui Monasticam Vitam degunt in Patriâ, dum esset Constantinopoli cum Beato Gregorio Nazianzi Episcopo.

CAP. I.

SÆpe sæpiùs miratus fui, cur tandem ad nos affecti sitis, & vnde vos adeo demittitis humiles nostræ paruæ, atque tenui exilitati, quæ nihil æquè habet amabile, nosque verbis adhortamini, amicitiam, Patriamque subinde commemorantes, tentando quasi paternis visceribus, nos, veluti quosdam transfugas ad vos ipsos rursùs reducere: ego verò me fateor esse quidem transfu-
F
gam, nec denegarem, caussam verò mox edisceris, cum iamdudum id cupiueritis; fortè (cum maximè fuissem tùm ex improuiso turbatus, velut ij, qui percelluntur repentinis ex inopinato strepitibus) non restiti, sed elongaui fugiens, per quem multum tempus seorsim à vobis stationem habui; præterea me quoque succurrit desiderium quoddam Diuinorum Dogmatum, & Philosophiæ, quæ circa illa versatur: quo pacto namque possem (dicebam ego) cohabitanti mecum vitio dominari? ecquis verò mihi foret Laban, Gen. c. 31.
qui me liberaret ab Esaü, & ad Supremam Philosophiam manuduceret? cum verò pro viribus eum assecuti simus scopum, Deo dante, dum Vas electionis, profundumque puteum, Christi, Gregorium (inquam Nazianzenum) adinuenissemus, pauculum nobis, pauculum condonate temporis, postulamus; quippe qui non conuersationem in Vrbibus exoptamus, nec enim nos latet malignus, qui per eas hominum deceptionem excogi-
G
tat, ac molitur, sed congressum cum Sanctis perutilem potissimum diiudicamur; cum etenim quidpiam de Diuinis Dogmatibus colloquamur, & audiamus frequentiùs, habitum speculationum, qui difficulter abiici potest, comparamur. Itaque hoc se habent modo ad nos spectantia.

CAP. II.

VOs verò, ô Diuina, mihique dilectissima præ omnibus capita, caueatis à Philistæis Pastoribus, ne quis, non animaduertentibus vobis, vestros obstruat puteos, ac puritatem doctrinæ, quæ circa Fidem habetur, ipso perturbet; hoc etenim iis curæ est, nimirum non è Diuinis scripturis animas edocere simpliciores, sed exteriori Sapientia repellere Veritatem: quandoquidem qui nostram in fidem introducit infectum, & factum (in diuinis) ac dogmaticè prædicat, eum, qui semper est, aliquando non extitisse, ac naturâ, semperque existentem Filium, factum fuisse, & Spiritum Sanctum non Sempi-
H
ternum, nonne Philistæus est ex aduerso inuidens Patriarchæ nostri ouibus, ne bibant ex aqua pura, & in Vi- Ioan. 9. v. 13.
tam æternam saliente? Sed & Prophetæ illius oraculum ad semetipsos attrahunt: Me dereliquerunt fontem aquæ Hierem. 2. v. 12.
viuentis, & foderunt sibi cisternas. Oportet confiteri Deum Patrem, Deum Filium, & Deum Spiritum sanctum, vti Diuini Sermones, & qui sublimius ipsos intellexerunt edocuere; Ad eos autem, qui nobis obtrectant Trideum, illud dicatur, quod nos vnum Deum non numero; sed naturâ confitemur; omne quippe, quod vnum numero dicitur, id non vnum verè, neque simplex est naturâ; Deum autem simplicem esse, neque compositum apud omnes est in confesso; Non igitur vnus numero Deus intelligitur. Quod verò dico, huiuscemodi est. Vnum numero mundum effamur, sed non vnum naturâ, nec eundem simplicem quemdam esse, diuidimus enim ipsum in ea, è quibus constat elementa, in ignem, & aërem, & aquam, & terram: rursùs homo vnus numero nominatur, vnum quippe homi-

nem

A

nem sæpe dicimus, at hic non est simplex quidam, vt potè constans è corpore, & anima: similiter verò, & Angelum vnum numero eloquimur, at non vnum naturâ, neque simplicem; substantiam enim cum Sanctificatione, Angeli subsistentiam intelligimus esse. Si ergò omne quod numero est vnum, non est vnum natura, nos verò dicimus Deum naturâ vnum, quomodo inducunt nobis numerum, cum nos extermioemus ipsum à Beatâ illa, & intellectuali Naturâ? Numerus enim est quanti quantum verò naturæ corporeæ coniungitur; numerus igitur est corporeæ naturæ, corporum autem Dominum nostrum conditorem credidimus esse: Ideò quoque omnis numerus illa significat, quæ sortita sunt, materialemque habent, & circumscriptam naturam; Singularitas verò, atque vnitas significatiua est simplicis, ac incomprehensibilis Essentiæ, qui ergò numerum, aut creaturam confitetur Filium Dei, aut Spiritum Sanctum, non animaduertens inducit materialem, atque circumscriptam naturam: circumscriptum verò dico non

B

solummodò comprehensum loco, verùm etiam quod intrà suam prænotionem comprehendit, qui illud in ens à non ente sit deducturus, quod etiam scientia comprehendi potest.

CAP. III.

OMne igitur Sanctum, quod habet naturam circumscriptam, Sanctitatem possidet aliunde acquisitam, quamvis malitiæ suscipiendæ minimâ sit capax, Filius verò, & Spiritus Sanctus fons est Sanctificationis, à quo creatura omnis per virtutis proportionem sanctificatur. Nos itaque secundum verum Sermonem, neque similem, neque dissimilem Filium Patri dicimus, etenim vtrumque ipsorum est æquè impossibile, simile quippe, ac dissimile secundum solas qualitates dicitur; quod autem Diuinum est, à qualitate liberum existit; identitatem verò naturæ confitentes Dei, & Patris se-

C

cundùm substantiam, qui secundùm Substantiam Deum & Filium genuit, sicut consubstantiale suscipimus, ita compositum euitamus, ex hoc quippe consubstantiale ostenditur; nam qui secundum substantiam Deus est,

Psal. 81. v. 6. Ps. 95. v. 5.

Deo secundùm substantiam est consubstantialis; quandoquidem homo quoque nuncupatur Deus, secundùm illud: Ego dixi Dij estis, Dæmon etiam dicatur Deus, secundùm istud: Dij gentium Dæmonia, & ij quidem ea gratia nominantur, hi verò per mendacium. Deus autem, qui secundum substantiam existit solus est Deus; cum verò substantiam Dei Sanctam, & increatam per (solus) vocem, significo Trinitatem; etenim (solus) dici-

2. Cor. 12. v. 4.

tur tum de particulari homine, tùm de natura simpliciter vniuersali; & quidem de particulari, exempli causa,

Ps. 102. v. 15.

si diceremus de Paulo, quod solus raptus fuit vsque ad tertium Cœlum; & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui; de natura verò vniuersali, vt quando dicebat David: Homo sicut fœnum dies eius.

D

CAP. IV.

IBi enim non talem hominem, sed vniuersalem designat naturam; omnis quippe homo temporarius, ac mortalis est: Sic & illa intelligimus de natura dicta; istud scilicet: Qui solus habet Immortalitatem: &

1. Tim. c. 6. v. 16. Ad Rom. c. 16. v. 27. Luc. 18. v. 19. Isa. 44. v. 24. Matth. 4. v. 10. Isaias 45. v. 21. 1. Reg. 7. v. 4.

Soli Sapienti Deo, & illud: Nullus bonus, nisi vnus Deus: hic enim (vnus) idem significat ac solus. Similiter & id: Qui solus extendit Cælum, & rursùs: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Etiam verò & istud: Non est Deus præter me, denotat idem, ac solum, quod enim vnus, & solus de Deo prædicetur in Scriptura non ad differentiam Filij, aut Spiritus sancti dicitur, verùm propter eos, qui non sunt Dij, falsò verò Dij denominantur, vt illud: Dominus solus deduxit ipsos, & non erat cum ipsis Deus alienus; & istud: Abstulerunt filij Israel Baalim, & Lucos Astaroth, & seruierunt soli Domino: & rursùm Paulus: Siquidem sunt Dij multi, nobis attamen vnus Deus est Pater, ex

E

1. Cor. 8. c. 9.

quo sunt omnia, & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia. Verùm hic etiam quærimus; quomodo, cum dixisset Vnus Deus, non fuit contentus ea voce (testati quippe sumus, quod (solus,) & (vnus) in Diuinis naturam significent: sed etiam addit (Pater;) & Christum commemorauit? intelligo igitur, quod Paulus, qui Vas erat electionis, arbitratus fuerit, non sat esse, solummodò Patrem prædicare Deum, & Filium Deum, & Spiritum sanctum Deum, quod nimirum per dictionem (vnus Deus) demonstrauit, nisi, & per additionem dictionis (Pater) Filium, ex quo sunt omnia, ostenderet; & etiam per dictionem (Dominus) Verbũ, per quod sunt omnia, declararet; & rursùs per Iesu Christi comprehensionem annuntiaret Assumptionem humanitatis, & Passionem proponeret, & Resurrectionem manifestaret: etenim (Iesus Christus) hasce nobis commonstrat intelligentias; Ideò ante Passionem recusat Dominus Iesus Christus annuntiari, & prohibet Discipulis, vt nemini

F

Matth. 16. v. 20.

dicerent, quod ipse est Iesus Christus; cum enim post Resurrectionem nostræ Salutis Mysterium perfecisset, deliberauerat, iisdem mandare, vt prædicarent, quod ipse erat Iesus Christus. Tale est & illud: Vt cognoscant

Ioan. 17. v. 9. Ioan. 14. v. 1.

te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum: id quoque. Creditis in Deum, & in me credite: quo quomodo Spiritu Sancto nostrum intellectum muniente, vt ne ad alterum ascendentes, altero excidamus, ac Theologiæ attendentes despiciamus nostræ Salutis Mysterium, & per Fidei defectum in nobis impietas generetur.

CAP. V.

AT verba Sacræ Scripturæ, quæ accipientes Aduersarij, & peruertentes ad proprium sensum, & ad destructionem Gloriæ Vnigeniti, nobis proferunt, iis examinemus, explanantes, quoad nos poterimus, verborum ipsorum intelligentiam. Ac in primis proponatur

G

Io. 6. v. 58.

nobis hoc: Ego viuo propter Patrem: istud est enim vnum è iaculis, quod in Cœlum emittitur ab his, qui vtuntur impie. Quod autem hic dicitur, non, vt arbitror, nominat vitam prææternam (omne nempe, quod viuit propter aliud, non potest ipsum esse vita, vt neque, quod ab alio calefit ipsum est calor, cum Dominus noster dixerit: Ego sum Vita) sed vitam inquam præsentem, quæ est in carne, atque in tempore isto facta, quam viuit propter Patrem: voluntate namque ipsius peregrinatus est, vitam hominum degens; & non dixit: ego vixi propter Patrem, verùm Ego viuo propter Patrem; dilucide præsens tempus præsignans; at forte denotat etiam vitam, quam vixit Dominus, Dei Verbum habens in se ipso, quod autem hoc sit, quod significatur, scimus ex eo, quod infertur: ait quippe, Qui manducat me, viuet propter me; manducamus autem ipsius Carnem, & bibimus ipsius Sanguinem, participes effecti Assumptionis humanitatis, ac vitæ sensibilis Verbi, & Sapientiæ, Carnem quippe, ac Sanguinem

H

nuncupauit omnem suum mysticum aduentum, & connotauit doctrinam, quæ constat ex actiua, & naturali, atque Theologica vita, per quam nutritur Anima, ac interim præparatur ad contemplationem entium; & hoc est, quod ex tali dicto pariter significatur.

CAP. VI.

Io. 14. v. 28.

ET rursus: Pater meus maior me est: vsæ quippe sunt & isto dicto ingratæ creaturæ genimina maligni; ego verò etiam ex ista voce consubstantialem Patri Filium esse demonstrari credidi, noui quippe comparationes propriè fieri de his quæ sunt eiusdem naturæ; Angelum enim Angelo dicimus maiorem, & hominem homine iustiorem, & volucrem volucre velociorem: Si igitur comparationes fiunt de his quæ sunt eiusdem speciei, & secundùm comparationem Pater dicitur Filio maior, ergò Filius est Patri consubstantialis. Verùm inest etiam dicto quædam alia intelligentia. Quid enim,

mirari

A

Psalm. 8. v. 6. Hebr. 2. v. 9. Isa 53. v. 2.

mirandum, si Patrem maiorem se confessus est, cum sit Verbum, & caro factum, quandoquidem & Angelis visus est quoad gloriam minor, & hominibus quoad formam. Minuisti eum paulò minùs ab Angelis: & rursùs: qui modico, quàm Angeli minoratus est, & Vidimus eum, & non habebat speciem, neque decorem; sed & species eius defectuosa fuit præ omnibus hominibus. Hæc autem omnia sustinuit propter suam multam ergà propriam Creaturam beneuolentiam; vt ouem, quæ perierat, redimeret, ac salvaret, eamque nonaginta nouem commisceret; eumque qui ab Hierusalem descendebat ad Hiericho, & propterea inciderat in latrones, rursùm saluatum in propriam reduceret Patriam. An etiam Præsepe ipsi exprobrabit hæreticus, in quo irrationabiliter existens à Verbo nutritus fuit? quin Paupertatem adijciet, quod fabri filius lectuli copiam non habuerit? Idcircò Patre minor Filius, nimirum propter te; mortuus est, vt à morte te liberaret, ac vitæ Cœlestis participem efficeret. veluti si quis etiam medicum accusaret,

B

quod inclinans se pronum ad vlcera, fœtidum odorem participet, vt curet ægrotantes.

CAP. VII.

Mat. 13. v. 32. Mat. 24. v. 36.

PRopter te horam quoque ignorat Iudicij; enimverò nihil veram Sapientiam latet; omnia quippe per ipsam facta sunt, & nullus hominum, quod fecit vnquam ignorat; at hoc disponit propter infirmitatem tuam, ne præ angustia termini præstituti hi, qui peccauerunt, concidant pusillanimitate, ac si pœnitentiæ non superfuerit tempus, nec à contrà, qui belligerant aduersus oppositam, ac vehementem potentiam ob temporis prolixitatem deserant ordinem; vtrosque igitur per simulatam ignorantiam gubernat, ac regit, alteri quidem, vt certamen præclarum decertat, recidens, & abbreuians tempus, alteri verò propter peccatum tempus recondens pœnitentiæ: etenim cum in Euangelijs in ipsum adnumerarit ignorantibus (propter plurimorum, vt dixi imbecillitatem) in Actibus Apostolorum

C

Act. 1. v. 7.

vt perfectis, cum exceptione sui ipsius, postremo disserens, ait: Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ Pater in propriâ posuit potestate. Hæc igitur crassiori filo dicta sint secundùm priùs propositum, nunc autem altiùs indaganda dicti est intelligentia, ac pulsanda Sapientia, si quomodo possimus excitare è

Luc. 11. v. 5.

somno Patremfamilias Spirituales panes largientem ab ipso petentibus; quandoquidem amici, & fratres sunt, quos conuiuio studemus excipere. Sancti Discipuli Salvatoris Nostri suprà omnem contemplationē progressi; quoad fieri potest, hominibus & à Verbo purgati, finem exquirunt; ac postremam beatitudinem nosse concupiscunt, quod ignorare tum suos Angelos, tum seipsum Dominus responderat, diem quidem noncupans omnem diligentem comprehensionem cogitationum Dei, horam verò Speculationem Vnitatis, & Singularitatis, quorum scientiam soli Patri attribuit.

D

CAP. VIII.

ITaque intelligo, quod dicitur de se Ipso Deus illud scire, quod ipsa existit; illud verò nescire, quod ipsa non est, iustitiam enim, & Sapientiam dicitur scire Deus, cum idem ipsa ex se ipso existat Iustitia, & Sapientia; iniustitiam verò, ac malitiam nescire; nec enim est iniustitia, ac malitia qui nos creauit Deus; atenim si illud dicitur de se ipso scire Deus, quod ipse est, illud nescire, quod ipse non existit, non est autem Dominus noster vltimum desiderabile, secundùm intelligentiam humanitatis Assumptæ, crassioremque doctrinam, ergò nec nouit Salvator noster finem, ac postremam beatitudinem; sed nec Angeli (ait) sciunt; hoc est, nec quæ in ipsis est speculatio, & ratiocinationes ministrorum, sunt vltimum desiderabile, crassa enim horum est etiā cognitio, comparatione eius, quæ facie ad faciem videbitur; solus autem Pater (inquit) scit; quoniam ipse est

E

finis, & vltima beatitudo; quando namque Deum neque in speculis neque per aliena dignoscimus, sed ad ipsum vti solum, ac vnum attingimus, tunc etiam vltimum finem sciemus: Christi nempe Regnum dicunt esse omnem cognitionem materialem, Dei verò, & Patris, immaterialem, & perinde, ac si quis diceret, ipsius nudæ Deitatis dispectionem.

CAP. IX.

Ioan. 6. v. 40.

EST autem Dominus noster, & ipse finis, & vltima beatitudo secundùm intelligentiam Verbi. Quid enim ait in Evangelio? Et ego resuscitabo eum in nouissimo die; Resurrectionem dicens transitionem à materiali cognitione ad immaterialem contemplationem, Nouissimum autem Diem ipsum vocans, post quem non est alter, tunc enim mens nostra expergiscitur, & ad beatam excitatur celsitudinem, quando contemplabitur Vnitatem, & Singularitatem Verbi: sed quoniam

F

intellectus noster impinguatus nunc colligatus est humo, ac luto commiscetur, atque simplici speculatione non potest perspicaciùs intueri, per cognatas sui corporis disciplinas directus, operationes Conditoris mente comprehendit, & eas ab effectibus interea dignoscit, vt sic paulatim adsurgens, valeat aliquando ad ipsam quoque nudam peruenire Deitatem; & secundùm istam, arbitror, intelligentiam, dictum etiam fuisse illud: Pater

Ioan. 14. v. 25. Matth. 20. v. 23. Mar. 10. v. 40. 1. Cor. 15. v. 24.

maior me est, & hoc: Non est meum dare, sed quibus paratum est à Patre. Istud est enim & Christum tradere Regnum Deo, & Patri: cum sit primitiæ, & non finis, iuxta crassiorem, vt dixi, Doctrinam, quæ quasi respectu nostrum, & non respectu ipsius Filij consideratur. Quod autem istud ita se habeat; rursùs Discipulis interrogantibus in Actibus Apostolorum illud: Quando restitues

Act. 1. v. 7.

Regnum Israel? ait: Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in suâ potestate, idest: non ad eos, qui carne sunt deuincti, ac sanguine, notitia

G

Regni huiuscemodi spectat; hanc enim contemplationem reposuit in potestate propria Pater, potestatem dicens eos, qui sunt sub potestate, proprios verò eos, qui non sunt participes ignorantiæ rerum inferiorum; tempora verò, & momenta ne sensibiliter intelligas, verum spatia quædam interposita cognitionis facta à Sole intellectuali.

CAP. X.

Ioan. 10. v. 30.

OPortet igitur Orationem illam Domini Nostri ad finem perduci: Iesus nempe est, qui orat; Da ipsis vt & ipsi sint vnum in nobis, quemadmodum ego, & tu vnum sumus! Pater: Vnus enim cum sit Deus in vnoquoque existens vnit omnes, sicque deperit numerus vnitate superueniente; & ego quidem ita sum aggressus iuxta posteriorem argumentationem. Si quis verò melius diceret, aut piè corrigeret nostra; & dicantur, & corrigantur, ac Dominus vicissim retribuet pro nobis, nul-

H

la quippe apud nos excubat inuidia, quia neque ob contentionem, aut vanam gloriam dictorum discussionem

2. Cor. c. 4. v. 7. Ezec. 11. v. 19. & 36. v. 26. Act. 7. v. 50. Prou 8. v. 22.

percepimus; verum vtilitatis fratrum causâ, ne vasa fictilia, quæ thesaurum in se Dei continent, reiici videantur ab hominibus, qui lapideo sunt corde, quive incircumcisi viunt, & ex fatuitate arma Sapientiæ sunt armati: rursùs per sapientem Salomonem in Prouerbiis creatur: ait namque: Dominus creauit me, ac principium viarum Evangelicarum nominatur deducentium nos in Regnum Cœlorum, non secundùm essentiam positus, at secundùm prouidentiam effectus ipse via, fieri namque, atque creari idipsum significat: quomodo enim via fuit, ita & Porta, & Pastor, & Angelus, & Ovis, & è diverso, Summus Sacerdos, & Apostolus, alia secundum aliam intelligentiam nominibus positis. Ecquid diceret iterum Hæreticus de Deo subiici recusante, & pro nobis

2. Cor. 5. v. 21. 1. Cor. 15. v. 28.

facto peccatum? Nam scriptum est: Quando ipsi omnia fuerint subiecta, tunc & ipse filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia. Nonne times, ô homo Deum, qui

resiacta

A refractarius per te nominatur ? tuam namque subiectionem sui propriam facit, dumque tu Virtuti reniteris, seipsum nominat refractarium.

CAP. XI.

Sic etiam seipsum dixit quondam esse persequutioni obnoxium, ait namque: Saule quid me persequeris? (Act. 9. v. 4.) quando Damascum adcurrebat Discipulos Christi vinculis alligare volens, rursus vocitat se nudum, vno quopiam fratrum denudato; ait enim: Nudus eram, & vestistis me; (Math. 25. v. 36.) & alio posito in carcere testatur, seipsum in custodia coercitum. Ipse infirmitates nostras tulit, & ægritudines portauit, (Isaiæ 53. v. 4. Math. 8. v. 17.) infirmitatum autem vna est non subiectio, siue inobedientia, istam quoque subiecit: idcircò & quæ contingunt nobis calamitosa Dominus propria sua facit, (1. Io. 3. v. 5.) ob communionem, quam nobiscum habet, suscipiens nostras passiones: Verùm qui Deo repugnant, B ad subuersionem audientium hoc etiam accipiunt, nimirùm: Nihil potest facere filius à se ipso; (1. Pet. 2. v. 29.) at mihi istud quoque dictum maximè designat, ciusdem naturæ Filium cum Patre; Si enim vnaquæque rationalis Creatura potest aliquid facere à se ipsa, cum sit liberi arbitrij, ac parem habeat ad bonum, & malum propensionem; Filius autem minimè potest aliquid á se ipso facere; ergo Filius non est Creatura, at si non Creatura, ergo consubstantialis est Patri; & rursus: Nulla Creatura similiter operatur cum Deo; Filius verò quæcumque videt Patrem facientem, ea & ipse similiter facier, non igitur Creatura omnia quæcumque vult potest; Filius autem in Cælo, & in Terra omnia, quæcumque voluit fecit (Ps. 134. v. 6.) Ergo non est Creatura Filius; Ac denuò: Omnes Creaturæ contrariorum sunt capaces, ipse autem Filius Iustitia est, atque immaterialis. Non ergò Creatura est Filius; Si verò nec istud (scilicet non est Creatora) ergo consubstantialis est Patri: Verum hæc à nobis propositarum sententiarum disquisitio secundùm nostras vires satis, superque sufficiat; C Cæterum contra aduersantes Spiritui Sancto mox procedemus sermone, omnem mentis ipsorum elationem destruentes, quæ sese effert aduersus Dei Sapientiam. (2. Cor. 10. v. 5.)

CAP. XII.

Creaturam dicis Spiritum Sanctum? atqui omnis Creatura serua est eius, qui creauit ipsam; omnia quippe serviunt tibi. (Ps. 118. v. 9.) Si verò serva est, & aliundè acquisitam habet Sanctitatem, non est incapax admittere malitiam; cum autem Spiritus Sanctus secundùm essentiam Sanctus sit, fons Sanctitatis appellatur; non igitur Creatura est Spiritus sanctus; si verò non est Creatura, ergo consubstantialis est Patri. Quomodo verò seruum vocas, dicito mihi, eum, qui per Baptismum te liberat à servitute (ait quippe) Lex Spiritus Vitæ liberauit me à lege peccati. (Ad Rom. 8. v. 2.) Sed nec audeas ipsius essentiam mutabilem dicere, respicient ad naturam oppositæ potestatis, quæ D veluti fulgur è Cœlo decidit, exciditque à vera Vita, eo quod habuerit aliunde acquisitam Sanctitatem, ac malum consilium mutatio subsequuta fuerit; siquidem cum delapsus fuisset ab vnitate, atque Angelicam abiecisset dignitatem, ex immutatione diabolus nuncupatus est, restinctâ quidem primâ ipsius, ac beatâ habitudine, succensâ verò hac potentiâ opposita. Deinde si Creaturam dicit Spiritum sanctum terminatam ipsius naturam introducit, quomodo igitur consistet illud: Spiritus Domini repleuit Orbem terrarum, (Sap. 1. v. 9.) & hoc: Quo ibo à Spiritu tuo? (Ps. 138. v. 7.) Sed neque simplicem, (vt videtur) ipsum naturâ confitetur, numero enim vnum ipsum denominat, omne autem, quod vnum est numero, id non est simplex. vt dixi; Si verò non simplex est Spiritus sanctus, ex essentia, & Sanctificatione constat, at hoc tale compositum est, iam quis ita demens, vt compositum dicat Spiritum sanctum, & non simplicem, ac secundùm rationem simplicitatis consubstantialem Patri, & Filio? Verum si oporteat adhærere rationi, & matura dispicere, E ex hoc maximè Diuinam Virtutem Spiritus sancti contemplabimur.

CAP. XIII.

Tres creationes nominatas inuenimus in Diuina Scriptura, vnam quidem, & primam, à non esse ad esse productionem, secundam verò, à deteriori ad melius immutationem, ac tertiam, mortuorum resurrectionem. In his comperies cooperatorem Patri, & Filio Spiritum sanctum. Cælorum enim substantificatio est: & quid ait David? Verbo Domini Cæli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis Virtus eorum: (Psal. 32. v. 6.) & rursùs Homo per Baptismum creatur. Si quis enim in Christo noua Creatura. (Ad Gal. c. 6. v. 15.) Et quid ait Discipulis Salvator? Euntes docete omnes gentes, Baptizantes ipsos in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti. (Math. 28. v. 19.) Vides hìc etiam Spiritum sanctum coëxistentem Patri, & Filio? Quid autem dicat & de Resurrectione mortuorum quando deficiemus, F & in humum nostram conuertemur (terra namque sumus, & in terram reuertemur) (Gen. 3. v. 19.) & emitter Spiritum sanctum; & creabit nos, & renouabit faciem Terræ? (Ps. 103. 30.) quam enim Paulus Resurrectionem dixit, ipsam David renouationem appellauit, ac denuò eumdem, qui ad tertium vsque Cælum raptus est, audiamus quid dicit: Nescitis quod Templum estis Spiritus Sancti, qui in vobis habitat? (1. Cor. 6. v. 19.) omne verò Templum, Dei Templum est, si autem Templum sumus Spiritus sancti, Spiritus sanctus Deus est: dicitur verò Templum illud etiam Salomonis, sed vt constructoris, sique ita sumus Spiritus sancti Templa, Deus est Spiritus sanctus. Deus quippe est qui omnia ædificauit; si verò Templa sumus Spiritus Sancti, vt adorari, & inhabitantis in nobis, confitere, ipsum esse Deum: Dominum enim Deum tuum adorabis, & ipsi soli servies. (Math. 4. v. 10. Deut. 6. v. 13.)

CAP. XIV.

G At si vocem hanc (Deus) auersentur, ediscant, cuius significationum est istud nomen; Interpretari enim valet quis hoc nomen (Deus) nimirum componere, & peruidere: Si ergo Deus dicitur à peruidendo, & componendo, Spiritus autem Sanctus omnia, quæ Dei sunt cognoscit, vti nostra dignoscit Spiritus, qoi est in nobis; (1. Cor. 2. v. 11. Ad Eph. 6. v. 17.) ergo Deus est Spiritus sanctus. Ac iterum: Si gladius Spiritus est Verbum Dei Deus profectò Spiritus Sanctus est; illius namque gladius est, cuius & Verbum vocatur, & dextera Patris Filius nominatur: Dextera enim Domini fecit virtutem, & dextera manus Domini vulnerauit inimicos, (Ps. 117. v. 16. Exod. 15. v. 6.) digitus autem Dei Spiritus sanctus, iuxta dictum hoc: Si ego in digito Dei eiicio dæmonia; (Luc. 11. v. 20.) qood in alio Euangelio scriptum est: Si ergo in Spiritu Dei eiicio Dæmonia. (Math. 12. v. 28.) Ergo eiusdem naturæ cum Patre, & Filio est Spiritus sanctus. Ac de adoranda quidem, & sancta Trinitate tanta nobis in præsentiarum dicta sunto, nec enim possibile modo est latiorem de illa sermonem discutere: H vos autem, qui ab humilitate nostra semina recepistis, spicam maturam vobis ipsis excolite, ac amplificate; quandoquidem, vti nostis, vsuras etiam ex huiuscemodi insuper exigimus. At in Deo confido, quod fructus refereris, & ad triginta, & ad sexaginta, & centum ob vitæ vestræ puritatem; Beati nempe, qui mundo sunt corde, quoniam ipsi Deum videbunt. (Math. 5. v. 8.) Et neutiquam aliud, fratres, Regnum Cœlorum fore existimetis, quàm entium veram intelligentiam, qoam & Diuinæ Scripturæ Beatitudinem nominant. Si enim Regnum Cœlorum intra vos est, ac de nostro interiori homine nihil aliud, quàm contemplatio commendetur, ergo contemplatio esset Regnum Cælorum; quorum enim iam vmbras aspicimus, velut in speculo, terreno demum isto corpore liberati, ac incorruptibili, immortalique induti, primigenia ipsorum cunctuebimur exemplaria, at videbimus, si vitam nostram iuxtà rectitudinem gubernarimus, ac de sincera fide solliciti simus, sine quibus nemo Do-

minum

A Sap. 1, v. 4. minum videbit: in maleuolam quippe animam (inquit) non introibit Sapientia, neque habitabit in corpore, quod obnoxium est peccatis: nec quispiam me reiiciat, dicens: tu præsentia ignorans, de incorporea, ac penitus immateriali essentia nobis philosopharis.

CAP. XV.

ETenim inconuentens iudico, sensus quidem, si nulla res prohibeat, propriis impleri mundanis sordibus, mentem verò solummodò à propria, & domestica coerceri operatione; vt enim sensus sensibilium, ita mens intelligibilium susceptibilis est, simul autem & istud dicendum, quod naturales sensus qui principio creauit nos Deus fecit qui doceri non egent; nullus enim docet visiones, apprehendere colores, aut figuras, neque auditionem, sonitus, ac voces, nec olfactum, odores bene, vel male olentes, neque gustum, sapores, ac succos,
B neque tactum, mollia, & aspersa, aut calida, & frigida, nec aliquis docebit vnquam mentem applicare se intelligibilibus, & quemadmodum si quid isti sensus paterentur, sola indigent attentione, & facile propriam rursus explent operationem, ita, & mens carne circumdata, ac imaginationibus impleta, quæ ab ista proue-
Psal. 17 v. 34. niunt fide, indiget, & institutione recta, quæ adaptant pedes eius tanquam Ceruï, & eam ad excelsa deducunt. Hoc ipsum & Sapiens Salomon adhortans insinuat, & interdum quidem nobis inuerecundam, operariam formicam proponit, & per ipsam nobis practicam viam præscribit, interdum verò profert Sapientis Apis instrumentum effingens ceram, & per ipsam subobscurè significat naturalem contemplationem, in qua & de Sancta Trinitate impenditur sermo; siquidem è creaturarum pulchritudine per proportionem dispicitur Artifex rerum genitarum. Verùm peractis gratiis Patri, & Filio, & Spiritui Sancto finem imponamus scriptioni, cum etiam testetur Prouerbium, quod optimum quid est om-
C nis modus ac mensura.

EIVSDEM,

De Monachorum Præstantia, seu, Quod ijs, qui habitant in Vrbibus præstantiores sint Quiescentes, ac silentes in Eremis, etsi multis inexpertis contrarium videatur.

CAP. I.

INexperti, qui diiudicant Artis cuiuscumque artificia, meritò falluntur valde circa iudicium, rationibus verò disceptantes, qui ipsis initiati non sunt, absonum super is ferunt iudicium, cuiusque rei diligentem obseruationem ignorantes, eo quod ipsorum scientia singulis exercitiis ad habitum progressum non fecerit, haud igitur
D est admiratione dignum, si Monachos vitam degentes in montibus, & speluncis condemnant ij, qui experientia non edidicere quomodo comparetur Virtus, restantes, Anachoretis eos longè probatiores esse, qui versantur in Vrbibus, eoque magis, quo Athletis inaniter, & in vmbra pugnantibus hi, qui manum conserunt cum aduersariis sunt generosiores; etenim ignorantes prehensiones, quæ trahunt ad lapsum, nec quot illaqueamenta inferant cladem, sola peccata actualia arbitrantur esse lapsus, minimè supputantes, quæ ex mente contingunt, clades, ac victorias; quandoquidem visus ipsas dispicere non consueuit, cum sint occultæ, & soli præmiorum distributori Deo, atque certantis conscientiæ cognitæ, quibus etiam maxime vtilis est cognitio, vni quidem vti decertanti, præmiorum, & coronarum gratiâ, alteri verò tanquam certaminis præsidi, ac laborum condignas distributori mercedes. Mihi videntur huiuscemodi iudices, animam quidem latentibus bonis exornatam minimè dilaudare, corpus autem demirari effulgens aspecta-
E bili forma, & variegatam vestem celebrare præ bona corporis habitudine Viri, qui est ipsâ indutus; decipiunt enim sensum visibilibus, naturæ rerum animum adhibere nolentes.

CAP. II.

SIcut etenim, quod intra poculum est ad voluptatem bibentis oportet omnino purum esse, ita cor præ corpore habere nullo modo inquinatum decet, ad placendum Deo, qui tale vult ipsum videre, quia nempe hanc eius puritatem sequitur & puritas corporis; neutiquam verò necessariò eodem modo componitur animæ dispositio, ac corporis tentorium: Accidit quippe, (vt ait Dominus Iesus) aliquem sepulchrum esse dealbatum, plenum ossibus demortuis, & omni immunditia, non habentem veritatem interiorem consonantem ei, quod apparet: sed ad comparationem non hunc vocat
F ratio eorum, quæ dicta sunt, accersit autem eum, qui secundùm practicam vitam par est ipsis, quique sese in Virtutibus Moralibus exercuit perinde ac illi ipsi; etenim huiuscemodi virum comperiemus multo spatio ipsis inferiorem, distantemque ab instituto scientifico tantum, quantum à medicina rectæ methodi differt ea, quæ solum ad manum operatur, quæ nec caussas morborum scit, neque passionum, quomodo, aut vnde nascantur, differentias curiose perscrutatur, tantummodò verò stat in morbo, & illum curat, quem nouit celeriter iterùm rediturum, cum non sublata fuerit caussa, è qua sumpsit initium, sicut namque distensiones, & inflammationes, præcordiorum, & intemperies humorum pariunt mille nominibus, & dispositionibus diuersas febres, has vno die intermittentes, alias septem diebus, & bis septem, capitales, vel diuturnas, hecticasque, & diurnas, has quidem è flava, illas autem è nigra bile, alias è pituita putrida, & alias è sanguinis abundantia conflatas; has quidem tacite, & imperceptibiliter aduenientes, illas verò
G multo anteà inclamantes aduentum, languore, atque siccitate, ac somno continue interrupto ægritudinem significantes.

CAP. III.

ITa sensus impulsio inordinata consueuit generare cogitationem passioni obnoxiam, concupiscentiam turpem, ipsa delectationem, & rursus consensum, cuius sequax est actuale peccatum, quod, quando desumit initium, oportet ex illo principio reprimere, auertendo sensum visus serie quadam commouentem, quæ dicta sunt, priusquam illud accedat, ac difficulter inde retrocedere possit; quod enim non imprimitur per visionem, forsitan minimè infert difficultatem intellectui, nec malam ei porrigit meditationem, quod autem non fuit meditatum, non procedit ad opus, nec locum habet, vt foras expellatur aliquo indicio: non profert conuicium lingua, quando ira consopita sit intus,
H non videt oculus meretricius, si ratio illum restænet, ac moderetur, & non decentem aspectum inhibeat; non suscipit auditus sermonem turpem, dum mens huiuscemodi sensum custodiat: nullum membrum praue operatur, interius vigilante gubernatore, qui regat interiores cogitationes, quique fortiter retineat initium loci è quo prodeunt passiones ad inferendum bellum: talis autem sobrius est, ac vigil, quippe qui renunciatis exterioribus intuetur velut in aëre sudo, nemine superadiiciente quidquam, puta consilia.

CAP. IV.

QVomodo igitur qui actualiter non peccat, eo, qui nec mentaliter errat, est præstantior? inquit; quia ipse irritatus non flectitur rebus; ideo eo probatior est, qui in concupiscentis non titillatur amore à visibilibus ad eadem assequenda: si talis rerum mundanarum nihil noscit, non habet pugnam aduersus ipsas; at si per ea-

A eumdem visum ad notitiam peruenerit, memoriam tenet mouentem materias, vt mouent visibilia, eidemque lucta instat, quæ dirimi non potest, passionibus opportunitatem sibi assumentibus in quiete molestandi, plusquam visus, eum, cuius mens nulla re exteriore distrahitur; etenim, qui est in congressibus, & conuersationibus, habet quoque visum pigriorem ad ea, quæ scandalo sunt; cum idem sensus multas in facies sit dispertitus; & cogitationem, quæ noctu vix potest diurnos congressus percurrere, pariter habet interiorem: aliter verò contra vnam omnino formam decertat, eo quod aliquando vel res visa placuerit, vel imago quæpiam dolore affecerit, primâ quidem adhuc titillante cupiditatem; altera verò iracundiam inflammante, omneque impendit studium in rei molestantis depellenda cogitatione, ac exterminandâ reminiscentiâ eorum, quæ concitant passiones. Hic autem cum tempore omnino superior erit, quippe

B qui vim oppugnantis imminuit quotidie: & propriam adauget exercitio; in dies progredientem ad maiorem vigorem, seseque assuefacientem vt aduersarios superet, sic & consuetudo transit in habitum, & habitus transgreditur in naturam, & quod acquisitum possidetur immotabile possidenti conseruat; Verùm huiusce artis inexpertis possibilia videntur, quæ sunt valde impossibilia: sicut enim quamdiù fluentum decurrit, subiectam arenam videre nequimus, fluxu verò repressso, necessum est eam nudam aspectare: Ita visu mentem aliis formis inundante, ac submergente, nec pugnam aduersus determinatam personam, aut passionem suscipere datur, nec vnquam emendari cogitationem possibile; cum ea, quæ è foris irrorunt, deleant vestigia, quæ præcesserunt, & proprias paulatim imprimant figuras: Verum & has conterunt insilientes aliæ, ac ob talem insultum tumultus perpetuus occupat interiora, qui non permittit, ea, quæ perturbant dignosci ob vicissitudinem alternatim sibi

C succedentium imaginationum; modo etiam ea, quæ paulo ante in mentem venerant, cogitationem peruadunt, & post parum præsentia, ac subsequentibus assiduè cedunt, quæ ipsum occuparunt otiantem, qui & damnum satis multum sustinet à vanis cogitationibus; ita vt videatur nihil ipsum pati eorum, quæ illa (scilicet occurrentia) disponunt, reddentia imaginationes rerum affectibus percitas, & cogitationum magis necessariarum, ac vtilium species occludentia.

CAP. V.

SI quis vero, & damna intelligeret, quæ ab exterioribus proueniunt, tum oculorum inspicientium ea, quæ minimè fas est, tum auditus turpibus vndequaque circumtusi vocibus, tum iræ adhæc perturbatæ, tum concupiscentiæ illecebris captæ; tum voluptatis prouitatæ, tum Gloriæ quasi flabello euentilatæ, tum tristitiæ superuenientis; reperiret omnino

D seipsum velut ex pugilatu pugnis contusum, ac plagis oneratum, tuneque beatos prædicantem eos, qui nihil horum vident, aut patiuntur, dum in quiete persistunt. Quænam etenim vtilitas ipsa rerum experientia excitare passiones ad pugnam, & hac exercitatione ipsis præbere licentiam, vt in re difficiliore atterantur: dum ad statum imperturbabilem illas deducere quodammodo consueuit quies, & cuiusque vim paulatim diminuere solet bonum otium, vt (è diuerso) exercitatio ad robustiorem statum ipsam excitat? etenim Iracundia silens mitior euadit, Concupiscentia quiescens assuescit paulatim mansuetius prorumpere, & omnis passio simpliciter ad moderationem procedit quotidie, minimè commota, ac demum euadit quieta penitus, præ temporis spatio propriæ obliuione capta operationis, ac deinceps nudæ remanent memoriæ, cum secesserit affectio perturbatione commota.

CAP. VI.

ET quemadmodum valde suauium obsoniorum, & potuum, nec visus, nec recordatio mouet appetitum eius, qui nulla tenetur cupiditate; ita nihil sensibilium, nec quod videtur, nec quod auditur, nec quod in cogitationem ingreditur illecebris capit, ad succumbendum passioni, illum, qui assueuit facere, vt quiescat pars animi passionibus obnoxia, habitu nequaquam permittente commoueri eum, qui per multam quietem dedidicit commotionem. Quo igitur pacto aggredientem, inexperte, ac periculosæ exercitationem (scilicet Monasticam) eo probatiorem licet dicere, qui eamdem artificiosa via, & securè init? quis bellum rectiùs gerit, & hostes faciliùs superat, is qui furiosè aduersùs oppositos prodit: & obuersa facie

F in aciem irruit inimicorum, vel qui maiori peritia exercitum ducendi eos inuadit, & insidiis, & obsidionibus ipsos debellat, prudentique animo trophæum erigit, qui multo cum labore, ac sanguine iis, qui cominus certant stataria pugna resistit? Quis temperantiam æstimas, ac in mente verè temperatus est; ille, qui in ferarum iracundias, & caminum inflammatum, & mare furibundum irrepit, vel qui horum istorum cauet, ac extra pericula est?

CAP. VII.

SIcut enim corpus, quod in his versatur, perpetitur, quæ necessariò idem corpus tangunt; ita sensus, qui sensibilibus inambulat, materias aduersus animam præbet passionibus, vt ipsi noceant, non minus quam ea, quæ diximus. Natura sat est ad certamen nihil è foris ipsi inducamus ad opitulationem pugnæ, quæ contra nosmetipsos fit, habet quippe proprium ignem Concupiscentia, ne habeat externa, seu virgulta arida, & non adaugebit flammam. Forsitan hoc subobscure per enigma designat legis Oraculum. Si egressus ignis (inquit) G Exod. 22. v. 6.
inuenerit spinas, & incenderit aream; persoluet, qui succenderit ignem: aream siue frugum aceruum dicens passiones, ignem vero, naturæ motiones. spinas autem sensibilia; ne ipsa interponantur, & ignis non poterit aream attingere, quippe qui non inueniet materiam, per quam ad ipsam aream sibi faciat iter inflammatus: omninò enim aut extinguetur totus præ pabuli penuria, & in cinerem desinet, designantem tyrannidis, atque passionis, quæ quondam viguit extremam debilitatem; aut consumptus in scintilla permanebit, nihil intereà nocens, imo visus edocens, quod potest aliquando nocere exardescens in flammam, si abundauerit materia ad potentiam, quam habet, idonea; nec enim statim ligna apprehendit scintilla, nec assulas oppositas accendit: palcis autem opus habet & stipula, & fœno, ad hoc vt crassiorem quoque vincat materiam; vt nos plene edisH camus, quod parua, & exilia peccata nos ad maiora perducunt, & indifferentia, quæ in illis est, ad molestiora.

CAP. VIII.

QVapropter non oportet viam ipsis præbere consuetudinis, neque permittere, vt nedum per transennam adspiciant impudenter, verùm futuram audaciam iis, dum primo exordiuntur, increpare, & serpentis caput statim ac mouetur, conterere, priusquam calcaneum apprehendat, atque semen à Babylone penitus abolere, ipsiusque infantes allidere ad petram, quam articuli additio significat vnam existere; etenim capite subintrante totus tractus simul ingreditur; & semen loliorum, seu zizaniorum radicitus defixum, plantarum satiuarum germina impedire consueuit; & infantes ad maturitatem prouecti intolerabilem, & vtrinque controuersiam, Athleticamque pugnam ciere adsolent, pérque hæc omnia designantur passio-

Gen. 3. v. 15. Ps. 136. v. 9.

A nes, quod nimirum in principio quidem facilè expugnantur, consuetudine verò assumentes robur procedunt ad vigorem, fiuntque expugnatu difficiles; postquam plurimum præbuerint laborem in certamine; quæ præterea leuitatem nostram, & grauem accusant dementiam, eo quod contra nosmetipsos accumulauerimus hostes, quos, cum essent debiles, nostra erat in potestate interimere perfacile: sic quippe occasionem haberet intellectus post stragem aduersariorum pace fruens ad contemplationem sese conuertendi, atque proprias
Mich 4. 3. excolendi facultates. Hoc enim vnus quidem Prophetarum dicit: Concident gladios suos in vomeres, & hastas in falces, significans statum prætermittentem res bellicas, & in pacis operibus otium suum impendentem.

CAP. IX.

Isa c.30. B ALter verò (scilicet Prophetarum) inquit: Oculi tui videbunt eos, qui te deceperunt, & aures tuæ audient eos, qui te retrò deceperunt: dicens, considerandos, ac luculenter dignoscendos dolos, & studia inimicorum, postquam desierit pugnæ confusio: quin
Num 25. 17. Deut. 3. 21. & v. 3. & Magnus Moyses, quæ in Deserto euenerant Israelitis in exitu ex Ægypto studiosè commemorat in secundo libro, adhortans eos, vt præteritas pugnas, ac manuum consertiones exercerent memoriâ, admirabilesque victorias facerent materiam maximæ gratiarum actionis: Non ita nouit, nec otium habet vnquam qui in bellis versatur, quiue videtur nosse, & aliorum gerere Præfecturam: enimuerò præclarum quidem, & multis perutile subit opus, at vix secundum tenet locum post eum, qui proprium curat statum, ac interiora emendat; quippe qui corporeum præbet indigentibus auxilium, animam verò suam dimittit semper neglectam. Ego noui, quod tum agricolæ omni tempore vacant proprio aruo, tum nautæ propriam semper instaurant nauim, tum viatores, & mercatores, & artifices, & mercenarij id studiosè factitant, quod sibi ipsis ad vtilitatem conducere
C arbitrantur, nec vllus ea, quæ sunt alterius, pluris, vel æquè faciendа, atque sua iudicare sustinet; sed & nauticus vir omnigans in mari dirigit ad suam nauigationem nauigium, & qui terram excolit suis horis curam impendit congruam aruo proprio, & qui artem consectatur eam, quæcumque sit, exercet, quæ facit, ad proprium lucrum, & prorsùs vnusquisque futile, atque vanum existimans sollicitum esse de his, quæ spectant ad illos, qui eiusdem sunt artis, curam plurimam gerit, ac sollicitudinem, quo pacto res proprias disponat.

CAP. X.

ET quomodo aliqui eum, qui in Virtute sibi ipsis vtilis est, probatiorem, seu maiori commendatione dignum habent? Isti mihi videntur omninò dilaudare & illum, qui, domo sua succensâ, & substantiâ, quæ intus erat, totâ inflammatâ, hortantibus amicis,
D vt conueniat ad sponsalia, seu ad Legationem, persuaderi se patitur, quia potiorem amicorum indigentiam duxit, quam cessare facere sui domus incendium; hoc ipsum honore afficientes, quem debuissent, rectum facientes iudicium, vti mente captum, atque insanum criminari; incendio autem vnicuique peiora sunt, quæ circa mentem versantur, nisi quis tenuat sensuum progressus, qui materias altrices inferunt igni ardenti, & ipsas vti sicca virgulta concerunt, quæ flammâ naturæ succenduntur, dum memoria, meditatione, veluti flabello ipsam (scilicet flammam) excutiet, ac voraciorem efficiat res eius igne, quæ vastatur incendiis, & difficilem, quæ possit extingui: hocque de quibusdam videtur Deus Prophetæ indignatus proclamare, de quibus conquerens ait: Non vides quæ ipsi faciunt in ciuitatibus Iuda, & extra Hierusalem? filij eorum colligunt
Ier 7. 18. ligna, & Patres ipsorum ignem accendunt, & vxores ipsorum conspergunt adipem, vt faciant placentas Militiæ Cæli; dicens, quod visus quidem velut cremia irritatorias congregat species, concupiscentia verò in ipsis vehementem ignem succendit, & quod memoria texit, ac pertractat ista continuè; sic namque visus per media sibi viam sternens progreditur ad actuale peccatum, dictarum partium conspiratione ad finem perductus: quin & congregare stipulam ac paleas, spectat ad fictionem laterum eorum, qui in Ægypto vagabantur & non ad quiescentes in silentio. E

CAP. XI.

NAm congregat etiam inuitus, qui multitudinibus indifferenter commiscetur, materias operantes peccatum, & otiosum passionis lutum in cubum efformas, quod secundum se ipsum est informe, quodque meditatione suscipit impressionem perspicuam eorum, quæ in simulachra fuerunt per sensum efficta: Passio quippe solùm nouit mouere naturalem impetum, & eò debiliùs, quò minus ipsi cooperantur exteriores materiæ; quando verò libidinosas, & deceptrices formas susceperit; determinatis impressionibus sensibilium detinet cogitationem deuinctam: einsmodi sunt ira, & cupiditas, voluptas, ac mœstitia, quæ sunt facultates quiescentes, & speciem non habentes, antequam ipsis suppetat materiæ copia excitantis ad pertinentem effectum; sin autem quilibet sensus, siue eius, qui dolet animo, siue eius, qui concupiscentiâ delectatur, & aliorum huiuscemodi congruam intulerit formam, hæc opus facessit ipsis sensibus, assiduam præbet meditationem, dum decipiunt impressiones rerum, quæ irritant, quæque reminiscentiam passioni obnoxiam, ac valdè molestam efficiunt. Eam ob rem præclarum quiddam est quies, ac silentium, quia non inspicitur, quod lædit, quod verò non est visum, intellectus non excipit; quod autem non fit in ipso, non commouet imaginatione memoriam, & quod non commouet memoriam, non irritat passionem, passione minimè commotâ, interiora tranquillitate profunda, ac pace fruuntur. Ideò Moyses omni sapientia præditus, licèt populi Iudæorum curam, & sollicitudinem gereret, extra castrametationem, & seiunctim Tabernaculum suum sæpenumero defigebat, fugiens, quoad poterat, tumultuationem indebitam, & præbens cogitationi quietem, ad perpendenda, & dignoscenda, quæ erant animæ vtilia. F G

CAP. XII.

IDeirco Iesus, qui Naue cognominatus est, non progrediebatur extra teotorium, declinans importunos insultus visionis; Ideò Helias, ac Elissæus Iudæam derelinquentes Carmelum inhabitabant; Ioannes verò Hierosolyma effugiens degebat in Iordanis solitudine. Hieremias autem necessitate detentus Prophetiæ, nec tolerans illud vitæ genus cum impia multitudine; dicebat lugens. Quis dabit mihi diuersorium, via- Hier. 9. v. 2.
torum vltimum in solitudine? & derelinquam popu- H
lum istum, & recedam ab eis: eligens potiùs cohabitare feris, quæ nullam inferunt animæ iniuriam, quàm eam attingere noxam, quæ à cognatis proserpit. Verùm quod maius est præ omnibus; ea de caussa Dominus IESVS, qui omni noxa superior est, secedens à multitudine, si quando temporis opportuni vacationem caperet, diuersabatur in solitudinibus, his qui diiudicare valebant, opere demonstrans vtilitatem quietis; vt manifestum, & extra controuersiam vndique fieret, quod his, qui viuendi modum æqualem, & promiscuum consectantur, licèt grauitate præstent, tamen ij, qui vitam amplectuntur Monasticam, & secessu remotam, sunt anteferendi, quippe qui sopiunt quiete passiones, quas illi adspectu affricant assiduo ad asperius, & nullo modo tale nocumentum persentiunt, cum tempus paulatim illud assuetum ipsis reddiderit, veluti febrem Hecticam, siue habitualem, quæ nunquam desinit, sed robur latenter absumit. Sic etiam delicatus,

aliquis, nudus primùm supee terram incedens non fert obuenientem asperitatem absque dolore. cum autem callosus euaserit, dolorem non sentit vllum, quamuis spinæ, surculi, & claui præacuti intersint, nullo ad viuam vsque carnem perueniente, quia caro, quæ indurata est, sensibilitatem deposuit non minùs, quàm mortua.

CAP. XIII.

QVare ergo putant oon lædi eos, qui prælonga læsionem patiendi consuetudine non amplius lædentium nocumentum persentiunt? quale namque tempus habet intellectus dignoscendi, quod noxam affert, visione totaliter distrahente ad ea, quæ videntur, quippe qoi eger vacatione ad id supputandum? modò suscipit hasce formas, & paulò post alias, & subsequenter alteras, ac deinceps quasque occurrentes, & omnibus aut plueibus oblectata, cuiusnam delectationem ducet læsionem esse, & quandonam vacabit ipsius detergere inquinationem, cum nec vnquam videre, quod inquinatus est, possit? Nonne & in conuersationibus per diẽ mœroris obliuiscitur, qui mœret, & languoris, qui ægrotat, & doloris, qui convulsus est illo, cum vero noctu solus vnusquisq; remanserit, propriam sentit passionem: quiete nimium otium ipsis præbente, quo commoueantur, & efficiente, vt id, quod tunc non perturbabat, molestet: & sicut appetitus, cum sit satur, & expletus assiduo motu ad appetendum, saturitatem non habet in helluone semper edente, sic otiosæ quodammodo esse videntur passiones præ sensuum ad sensibilia occupatione, dum proprio arceantur impulsu: habeant verò ab externâ perturbatione vacationem, vtque post satietatem penuria famem patit, ita passiones sensibus remissis, insurgunt in quiescentem valde vigentes, multumque ipsi mouent tumultum ex his, quæ iam ex consuetudine insunt, illas ad prælium formas in ipsum armando, quas aspectu percutere se putabat absque vlla noxa, cum non suppeteret ei tempus reminiscendi detrimenti, quod illæ infligunt, qui tunc id persentit, quando vacat cognoscere, & animaduertere potestatem ipsius, vtpote captiuus abductus ad recordationes absurdas, coactusque cogitationes peruoluere turpitudine plenas; quique tunc manifestè fatetur, præteritam vitam fuisse fallaciam, & beatos prædicat eos, qui non cognouerunt visu, sicut ipse nouit, & meritò miseratur sui ipsius, eo quod inimicis suis ipse aduersus se præbuerit arma, & iustè oppugnatur, quod multâ cum dementiâ vires hostibus submiuistrarit.

CAP. XIV.

TVnc enim quæ per visum, quæ per auditum, quæ per alius sensus qussi seminali modo inciderunt, instar spinarum subgerminare incipiunt, & pedetentim adolescentia acuminibus laboriosè pungunt, quinimò æque ac Hydra (de qua fabulati sunt carminum contextores) alia super alia sustollunt capita, mille motibus infelicem excrucientia: etenim adstat quæ visa est bilaris species, & ornatus magnificus, & risus diffusus, & habitus fictus, & deliciæ, ac mollities studiosè affectatæ ad captandum, & nutus vagabunbus, & obtutus praui ingenij, & motus concitatus, & vocis concinna modulatio, & sonus effœminatior; non solùm verò hæc; verum & mores non fucati, & simpliciter grauitas, atque integritas, & verbum ad miserationem excitans, & ploratus ad compatiendum commouens, & lachryma afflictæ Animæ plurimum in fine mouent certamen, & ipsios forte curæ miserabilis, quæque damnum perecpit, memoria conciliat periculum, vtpote, quæ euaserit, in necessitate posita, supplex, & postremò decertans, miserationem, ac misericordiam in egestate commouest, & amatorios exciter stimulos. Quid ergo melius, misereri sui ipsius, & euadere scandala, seu offendicula, aut aliorum scilicet miserendo, implicari laqueis indissolubilibus, ac volendo alios adiuuare in mala incidere ineuitabilia? Bonum est illi manum porrigere, qui se præcipitem agit, si possibile sit non simul cum ipso periclitanre perire; sin autem operi, quod videtur compassionis, subsequatur pati, propriæ studendum est vtilitati, quia non ita propinquus est alter alteri, vt quisque sibi ipsi.

CAP. XV.

EAm ob rem, cum fulmineo igne Pentapolis inflammaretur, Angelus dixit iusto, & hospitalitatis studioso Loth: Saluans salua tuam ipsius Animam, in montem saluare, ne forte simul comprehendaris, potiùs tuam, quàm eorum, qui pereunt, salutem cura; quod enim ipsi dictum est, vt non respiceret retro, nullam rationem habere pereuntium edocebat; quia certe iustum non erat velle simul perire pereuntibus, nec æque ac aliorum sui ipsius habere curam; dum compassio in ijs maximum damnum affert compatientibus, in quibus nibil valet adiuuare punitos, quippe quæ læsionem infert ipsi saluti, quæ simul ab omnibus hominibus peroptatur: hæc namque argumentum est erga homines beneuolentiæ, Deoque grata, ac nobis conueniens, & oportet, quemquam cuique bona quælibet, tum consulere, tum studiose quærere, tum exoptare; huiusmodi, quippe animi affectio vere laudabilis est; at in necessariis minùs studere sibi ipsi quàm aliis non solùm admittendum non est, verùm etiam plurima dignum est condemnatione. Quo pacto ergo qui sui status multam gerit curam, & mores suos moderatur ac frænat ad modestiam, disciplinamque seruandam, quique in vacatione multoties cum Deo colloquitur, non est magis, magisque idoneus vt sit gratus Deo (vtpote qui vitam degit maiori cum vigilantia) eo, qui nunquam tempus habet propriis cogitationibus, vel delitescentibus passionibus propter externas occupationes non agnitis, pro malè gestis acclamandi?

Gen. 19. v. 19.

CAP. XVI.

AN non dicemus, Mariam esse Martha meliorem? quam ob talem sine vlla distractione quietem, præferens Dominus illi, quæ circa ministerium corporeum distracta erat, & curam gerebat famulatus, qui ad carnis requiem est, dicit, non ipsi, sed ei, quæ arbitrabatur, se magnum aliquid actitare, & idcirco admonitione indigebat, corrigens deceptam intelligentiam, ac inquiens: Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima, porrò vnum est necessarium: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea, etsi tumultus eius esset studio plenus inseruiendi ipsi Domino, non tamen laudata fuit ob illam animi propensionem; conquestus est autem, quod, cum dereliquisset adsidere (vt faciebat Maria) verbo, & animæ vtilitati, intenta erat, quo pacto nihil necessarium deesset, ad magnificum conuiuij apparatum, & quomodo consuetæ, ac sumptuosæ hospitalitatis mensa splendida proponeretur: geminasse enim nominis vocationem volentem criminari tale studium, quasi minimè congruum, & dixisse, Martha, Martha, lamentaneis forsitan, caputque concutientis signum erat; quippe qui sciebat, quod decepto à tumultu, velut esset quid necessarium, vtilius foret ad pietatem assequendam id, quod negligebatur, eo, quod sedulo agebatur.

Luc. 10. v. 41.

CAP. XVII.

SIc & Leuitæ cuncto præpositi fuere populo, vtpote qui erant liberi ab omni occupatione vitæ sæcularis negotiis addicta, & pura mente absque vlla distractione Diuinam colebant Maiestatem, quippe magnam Precem secundùm legem fundebant, vt seipsos attentione, ac puritate Deo expiarent: & externas perturbationes auersantes, intra septa Templi tunc Sancti exercebantur in his, quæ ad castitatis studium pertinebant, persuasi, quod quies progigneret ipsis minimè laboriosam castimoniam. Et testes

Num. 1. v. 53.

A externi detrimenti sunt. Abel filius primò creati homi-
G ref 4. v. 8 & 34. v. 32. nis, & Dine Iacob Patriarchæ filia; ille quidem in cam-
po dolo interfectus à Cain; illa vero ab Emoc corru-
pte, cum intempestiuè ad spectandum mulieres indi-
genas regionis foret egressa; non equidem id illi passi fuissent, si domi permansissent quieti, eligentes potiùs silentium solitudinis, quod minimè periculosum est omnibus, & perfectis, & impesfectis; primis enim habitum exercitatum inconcussum conseruat, alteros verò exercitationi admouet progredientes. Quin & Hiere-
Hier. 6. v. 25. mias adhortans, non procedere in agrum, quie gla-
1. Pet. 5. v. 8. dius inimicorum in circuitu habitat, & Petrus clamans, Aduersarius noster diabolus circumqueque ambular,
Isa. 26. v. 20. omnem attestantur noxam externam; ille verò, qui ad-
Isa. 26. v. 20. monet, vt exterminator delitescat & qui dicit: Claude ianuam tuam, abscondere modicum ad momentum,
4. Reg. 6 v. 32. donec pertranseat indignatio Domini; & qui habitat in Domo Iacob, & præcipit, vt filium homicidæ ac-
B cedentem allidamus ad ianuam, prædicant internam securitatem, clarè demonstrantes, quod iis quidem ille vitæ modus ex confesso damnie obnoxius est, aliis verò ebsque ambiguitate fit extra omne periculum.

CAP. XVIII.

SIc itaque, nec aliter se habere adsolet Veritas: qui etenim vitam agunt à communi vie remotam, tum singulari pugnant certamine, tum inermi cum aduersario manue conserunt; arma namque passionum sunt negotie, qui verò multitudinibus in Vrbe commiscentur, tum multis ex partibus multos habent omninodè insidiantes, tum omnes hos munitos omnibus instrumentis bellicis, & quando potuerint vulnetare, lethales plegas inferentes; Vnde stultum est pauidam vitam, & certamini obnoxiam studiosè sibi ipsi moliri, cum adsit facultas, eamdem periculo carentem, & metus expertem transigere, inque necessa-
C ria, quæ concessa est, collocacari securitate. Quis enim, dum secesserit ab insidiatoribue, & procul se ipsum ab eorum commistione separarit, deinceps non securo est animo, ac sine sollicitudine existit, nulla ampliùs ex parte vllam reformidane noxam? Quis autem cum istis cohabitans non est in metu continuo, omni ex parte, omnique tempore expectans insidias, cum omnes moliantur ipsas assiduè, vti solent maleuoli in maleuolos? Quo pacto igitur vitæ institutum pacificn, miniméq; perturbato melius est id, quod cum iniuriam inferentibus habetur? Et quomodo via quæ latronibus, & barbaris est infesta, visa fuit, aut videtur aliquibus potiùs eligenda, quàm ea, quæ absque vllo metu peruia est? Illa quidem, & iugulatores habet cruentos, & vestium expoliatores, & ea omninò oportet, eut interfici, aut veste despoliari: ista verò ab omni huiuscemodi suspicione aliene, viatoribus præbet peregrinandi facultatem sine vllo damno, & dolore, qui conseruant, quod possi-
D dent nulletenus eripiendum, & hilariter, lætoque animo peragunt viam.

CAP. XIX.

ALij, tramites asperos, & transitu difficiles, declinentes, quamuis sint concisi, ac breuiores, inquirunt semitas planas, ac publicas, quæ longiores multò sunt, indigentque diuturniori tempore, vt conficiantur. Et qua ratione via, quæ ardua est, & vix pertransiri potest, quæ longa, & periculosa, quæ ferarum ictibus subiecta, ac prædonum est altrix, & laqueos habet, & scandala, & insultus, & insidias, & detrimenta multa, iudicatur præstantior ea, quæ tolerabilis est, atque concisa, & plena? Ibi mulieris aspectue proritat, Diuitiæ, & Potentatus, & Gloria commouent æmulationem, alia iracundiam vellicant; alia concupiscentiam succendunt; alia diffusionem cordis præ lætitia, alie verò animi demissionem inferunt; alie vultum demissum, seu pudorem cum mœrore, & confusionem, alie gaudium, hilaritatemq; efficiunt; alia oblectationem, & alie tædium; sicque quotidie his, quæ videntur, & au-
E diuntur inflammatæ, & euentilatæ passiones, quomodo in splendidam flammam tandem aliquando non exsurgent, & continue exercitatione non pertingent ad habitum dissolui difficilem, et transmutationem aut laboriosam, aut fortassis impossibilem non efficient? Etenim consuetudo non minus quàm vinculum detinens, non permittit recessum, quippe quæ paululum cedit impulsui mouenti, at rursus trahit ad seipsam eum, qui conatur abscedere. Verùm, qui ab huiusce vitæ negotiis separatus est, & sensus auertit à rebus sensibilibus, atque apud seipsum quietè agit, si memoriae habeat passionibus percitas, celeriùs delebit eas, tempore, quod omnia perantiquet, horum quoque paulatim obliuionem inducente; Sin verò nullam susceperit effigiem eorum, quæ pugnam cient, luctam habet aduersus simplices reminiscentias naturales, quæ faciles sunt expugnatu, & & abduci nullo negotio queunt,
F mente transferente facillimè ipsas, & auersante sine labore, quando inimicus nullê possit exteriorum cupediarum allicere.

CAP. XX.

HIsce quippe consueuit (hostis) passiones illinere, ac efficere luctationes operosas, & laboriosas decertantibue: nec enim tantum potest concupiscentia sine materie, quantum valet, cum ei adiacent proposita concupiscibilia, nec rursus dominatur ire, cum non adsit, qui concitet illam. Voluptas verò tunc excitatur, quando id, quod placet, aspectu protitet appetitum. Sunt autem horum motus infirmi, ac remissi, non obturbante imaginatione, quæ considerationem velut è somno excitet, quasi obdormiret, & cogitationem in se ipsâ retinet vigilem, ac permanentem. Exempli gratie; visue, qui, blandum aliquid amicum reddens, cohibet inconniuentem intuitum oculi nimium corporis sui studiosi, & nullatenue eum circumagere
G permittens, nec sinens, vt ad aliquid eliud transferat voluntatem, (etsi quis velit constringere) vincit delectatione pertinax, magnumq; studium considerntis oculum auertere. Verum non sic contingit ei qui à solis recordationibus perturbatur, cui liberatio facilis est, fitque valde prompta migratio: meditatione namque, ac exercitio Sermonum Spiritualium, & intenta Oratione mens abscedit ab his, quæ Deo minimè placent, & ad ea transfertur, quæ secundum Dei placitum studiosè peraguntur, in hisce quidem otium suum insumens, illa verò tradens obliuioni. At oculum conniuere ad ea, quæ videntur, omnino possibile non est, nec auditum ad voces obstruere, impossibile quoque est intellectui semper vigilanti noxam, quem infligunt, declinare: multæ namque sunt vndique molestiæ, & quæ difficilè caueantur, nec fieri potest, quod qui per lutum progreditur non inquinet plantam, & quod is, qui diuersetur in pestilenti situ, non patiatur morbum, quem circumambiens aër diffundit: Sic impossibile haud immis-
H ceri sordibus rerum huiusce vitæ eum, qui versatur, & degit in illis, etsi non sentiat damnum, cum temporie spatio, assuefactus tandem fuerit in his, quæ lædunt.

CAP. XXI.

QVendoquidem & aliqui pauculum degustantes venenum, primum quidem nullam perpetiuntur molestiam, cum quantitas proportione non respondeat qualitati ad necem, dum autem additamento paulatim facto temperamentum corporis assuefiat, tandem cibi mortiferam quoque vim sibi in pabulum adaptant, natura cum tempore accommodare sibi quod noxium est addiscente. Quis Beati Dauid è Sacrâ Scripturâ non edoctus est in omnibus accuratam diligentiam? Quis non nouit, ex auditu, eius præclarè gesta facinora? quo modo, exornatus, non propter studium elegantiæ, sed propter mutuam caritatem, vt & alij quoque erudirentur facere, quæ ipse fecit, propria

A enarrat bona. Nonnunquam equidem in Innocentia mea ingressus sum; aliquando verò: Si reddidi retribuentibus mihi mala; & interdum: Sine iniquitate cucurri, & direxi. Aliàs: Non est dolus in linguâ meâ. Aliàs: Beneplacui in Veritate tuâ. Et huiuscemodi plurea emisit Sanctus, & denique ait: Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Sic confidebat in habitu virtutum, quas exercuerat. Aliàs parum neglexit orationem, dimissum agiliter, sinens oculum, vt depasceretur. Et ex hoc quidem fuit attractus ad pulchritudinem mulieris alienæ, corde verò excepit iaculum aspectu ignitum, ipsumque ad adulteriũ œstro agitatum deduxit; adulterium verò coëgit, vt cædem, atque iniustum homicidium audacter patraret; cumque malum ab intuitu sumpsisset initium per tanta mala sibi iter fecit, ac demùm ad tantam compulit perniciem. Ita peccatum parua ex causa progrediens nouit ad ipsum terminum extremum exitij, ac perditionis adducere.

Ps. 25. v. 11. Ps. 7. v. 5. Ps. 58. v. 5. Ps. 141 v. 3. Ps. 25. v. . Is. 3c. v. 1.

B Si enim secundùm Sapientem Prouerbiorum Scriptorem, non oportet socium esse viro iracundo, neque cohabitare amico furioso, ne vllo modo particeps sit mali, qui socius est, propter communicationem passionis, quæ ab his, qui ea tenentur, proserpere solet sensim sine sensu ad eos, qui simul conuersantur, quomodo non erit magis necessarium, ac vtile iis, qui cauere volunt à tali æmulatione eos fugere, qui maioribus ac molestioribus morbis affligantur?

Pro. 22. v. 24.

CAP. XXII.

ETenim hanc etiam (scilicet imitationem) tantis modis, quos nesciret quis, conuersatio quæ cum huiuscemodi hominibus habetur, similes reddens malis eos etiam, qui hactenus esse noluor, isti quippe paulatim id euadunt, quod ne fiant studiosè affectãt. Et Holofernem bellicosum virum; qui & Iudæam depopulabatur, calceus circumientis mulieris inescauit ad insanum amorem, detinebatque captivum. Hoc etenim narrat

C Historia, quod sandalia Iudith rapuerunt oculos Holofernis, oculorumque raptus in mortem desiit; apprehendens quippe ipsum tali passione subactum (ea mulier) diuersis fictionibus, ac ludificationibus admodum afflixit nuptialem reposcentem congressum, donec tempus aduenit miseri caput detruncandi, qui nec ea, cuius tenebatur cupidine, potitus est, dum insuper miserabili, luctuosáque nece fuit interemptus. Verùm & ij (de quibus suprà) licet nesciant, tamen pleraque talia perpetiuntur: etenim tum oblectatio copiosè succrescens sæpè sæpiùs ipsos delectat, tum illustris diuitiarum materies similiter eos disponit, tum honor inflat, & dedecus mœrore afficit, tum vapor suauem spirans odorem oblectat olfactum, tum obsoniorum exquisita condimenta, etsi fortè qualitas non sentiatur, gustum excitant ad appetitum. Vbinam ergo dementibus huiuscemodi pugna vtilis? qui audacter prodire sustinent aduersus pericula, & passiones, quæ possent

Iudith 16. v. 11.

D quiescere, protirant, ita vt nunquam fruantur quiete, ipsisque vacationem nunquam præbeant, ad intellectum in eo, quod conducit exercendum.

CAP. XXIII.

MEns nempe cum sit suapte naturâ semper mobilis, quando à sollicitudine rerum futilium otium egerit, curam vertit ad vtilia, tum supputans ea, quæ conueniunt, tum proprio totam se dedens studio, tum Deo colloquens per Orationem, tum Diuinis perfruens Sermonibus in lectione, tum recogitans ea, quæ creata sunt, & in varietate talis opificij dilaudans Creatorem, tum passiones videns depressas, tum mores inspiciens cohibitos, tum applaudens quotidiano in melius progressui, tum denique totum statum suum æque libratum, & imperturbatum considerans, ac de his semper gratias agens ei, qui hoc donum impertitus est, vitamque lætitiâ, & animi iucunditate refertam donauit. Quapropter non est æquè æstimandus ille, qui neque scit statum suum, nec tempus dispectionis præbet rationi ad dignoscendum quomodo moueantur passiones; an heri

E potiùs, vel hodiè melius, aut peius se habeant, quippe quæ multo indigent otio ad intelligentiam varij motus ipsarum, & differentiæ, quæ quotidie fit; quomodo imminutæ sigillatim, vel rursùs adauctæ proserpant, studio, ac pigritiâ, tali, vel tali modo dispositæ, intensæ, ac remissæ, quiescentes, ac exsurgentes, fœnum æquè atque boues comedentes, aut carnes auide appetentes: hoc enim, ipsas mansuefieri, illud autem ferarum instar sæuire, ac ferocire, designat.

CAP. XXIV.

QVandoquidem sicut reptilia venenata per tempestatem hibernam placida sunt, manentque immota, neque noxam, quam inferunt, exhibent, quia præ frigore constricta sunt: Ita passiones otiantes à distractionibus, non desierunt quidem, sed intereà conquiescunt, quæ tunc commouentur, quando fuerint nactæ facultatem, & otium ostendendi in cogitationibus ad quænam

F factæ sint, velut bestiæ, solari irradiante calore, è latibulis exsurgentes, ac prodeuntes. Ideo fertur, quod quidam eorum, qui animaduersione, & intelligentis cogitationes affectantur; cum multo tempore in deserta solitudine quietam egisset vitam, & vellet experientiâ quotidianum ediscere progressum, calculos ex arena deserti colligens eos suo in sinu habebat, cumque ad honestam cogitationem motus esset intellectus dexterâ in parta deponebat vnum calculum è multis, in sinistra verò, cum ad turpem cogitationem incitaretur: hocque à matutinis horis vsque ad pomeridianas circa vesperam faciebat, hinc & inde singulos addens calculos, ac si studeret deliberationes, seu vota deponere, deinde vbi vespera aduenerat, tum hosce calculos dinumerabat, tum illos, & hocce modo ediscebat, an aliquem quotidie progressum faceret. Et huic quidem ad hoc faciendum huiuscemodi otium præbuit opportunitas; qui verò sufficiens non est perturbationibus quotidianis, eo quod

G plures istæ sint quàm spatium diurnum, & ob multiplicitatem superent tempus, vbinam agnoscet vnquam aliquid eorum, quæ tali peraguntur sedulitate? cum mens nolit aliam habere curam, quando quid eorum, quæ necessaria sunt, ipsi propositum sit dispiciendum, neque assueta sit quantumuis velit, aliud intellectu perspicere, præter illud, quod curat, instar oculi, qui dum ad vnum quodpiam respicit, nequit visiuam naturæ vim pluribus dispertiri.

CAP. XXV.

QVomodo igitur melior, aut saltem idem erit ille, qui non sine periculo degit, eo, qui securè viuit? quamuis enim per ipsam virtutis viam videantur incedere, attamen non eam similiter perficiunt; nam iste quidem quiete, velut in die circumspiciendo omnia, dignoscendo quæ in ea difficilia, & facilia sunt, inoffenso gradu per ipsam progreditur, scopulos declinans, & auersans prærupta loca; alter au-

H tem ac si nocte deambularet, ob caliginem distractionum in foueas incidit, & sanis illisus confringitur, & instar cæci omni impingit impedimento; etenim tum dilaudatio spectantium eius opus ipsum lassat, ac laxat; tum gloria celebrium facinorum ad vesanam quandam insolentiam inflat; tum mœrore afficit contemptus eorum, qui non admirantur cum stupore virtutem, quasi hoc esset quædam stoliditas, ac stupiditas; tum etiam videri, quod in bono plusquam alij possideat aliquid, ad iactantiam extollit: Vnde necessum est aliquando quidem lætitia, hilaritatéque diffundi stultâ inflatum superbiâ, quandoque verò animo concidentem, & contractum pauore demittere vultũ. Ille verò, qui vitã ab hac via remotam traducit, istas non mutat affectiones, neque dilaudantes, aut vituperantes nouit. Solus est cum Deo solo coronante laborem sciens opus proprium, & seipsum etiam multoties latere studens: contingit enim aliquando ipsum sui ipsius fieri dilaudatorem, puerili, inaniq; animi elatione eleuatũ, fitque, vt in eo detri-

mentum patiatur à se ipso, iu quo lædendus esset ab aliis, dum ipsum admirarentur.

CAP. XXVI.

QVi vos beatos prædicant, decipiunt vos, his, qui qui in aliquorum eunspectu bonum operantur præclatè dictum fuit à Diuina Seriptura. Quis autem beatificabit eum, qui non videtur & beatificatione hac decipit illum ad attogantem sui existimationem, qui de industriâ eos euitauit, ne, aliquotum dilaudationibus, quam à Deo expectar mercedem, imminuetet? quique abscondit finistræ manui (secundùm Domini admonitionem) omnem dexteræ actionem, vt opus quidem videat quodcomqua factum fuerit, ostentationem verò ignoret, ipse seipsum latens jn eâ dimidiâ parte, in qua vana grandiloquentia vna subsistit; Sic enim sinistra dexteræ opus nouit, cum distributio sit ambitiosa, & ad gloriæ aucupium contendat id in publicum promulgare, quod à dexterâ contegitur: ideò, qui vetera imposuerunt nomina, columbas appositè denominarunt eos, qui exercent se monasticè in vrbibus: turtures autem illos, qui in solitudinibus, & inaccessis in locis vitam degunt; quia primi quidem sub spectatoribus, virturem consectantur, eamque, ob studium placendi hominibus voluntarij, vel inuiti coinquinant, quippe qui aut à multorum laudibus defraudantur, aut multoties in animo sibi ex industria proponût, se celebrandos, occasione videlicet spectatores iuuandi; quod etsi non sit studiû placendi hominibus, tamen omninò ipsam inquinat virturem, & secundum proportionem euacuat laboris mercedem, verè vt columba, quæ parit, & hominibus pullos exhibet ad cædem: Secundi verò omne, quod faciunt, illæsum, & integrum Deo transmittunt, nullum, imitatione turturum, damnum percipientes, quæ viventes fœtus è nido dimittunt in aërem: tale quid etenim, quod ad Dei placitum clanculum fit, viuit, ac firmum valet, ac defatigati acquisita possessio non dilabitur; hæc verò, dum testem habere hominum conspectum velit, instar vestimenti, & vanæ gloriæ generat tineam, & ab ipsa corrumpitur.

CAP. XXVII.

QVamuis autem, qui homines omni prosequitur amore, quin & cum hisce conuersatur, nihil patiatur eorum, quæ perperi est necessum, nec vllam perferat noxam ab his, quæ lædere solent, vt dictum est (detur enim sermoni, quod veritas non concedit) tamen videt ea, quæ iniustè ab eminentioribus dignitate in tenuiores patrantur, ea inferentium iniuriam, & perferentium ipsam, ea tyrannidem exercentium, & patientium vim, ea fraudantium, & fraudatorum, videt, inquam, omnino, & patiautibus eumpatitur, affectione in hos, & illos diuisus, indignans aduersus opprimentes, & misertus oppressorum; plenus animo iracundo, & ad misericordiam infleaus, concitatus, & visceribus sauciatus, ac de silente Deo ob longanimitatem quandoque conquerens. Istud namque interdum patiens Abacum Propheta patientibus quoque demonstrat, quod ipsa patiebarur. Vt quid mihi (dicens) ostendisti labores, & ætumnas? quia impius iusto dominatur superbè, & homines fecisti quasi pisces maris, qui se ipsos absorbent: de huiuscemodi tolerantia, ac permissione, quasi de carentia Dominatoris, zelo quidem ardente, sed audaciùs, Deo litem intendens. Et quænam necessitas compellit adesse alienis malis eum, qui nullam opera ferre valet, sed & insuper peccat? quamuis hoc certè nihil magnum sit, nimium ob ea, quæ alij malè operantur, turbari, cum deberet mens pacatè agere: Sic illi delinquunt inter multitudinem, cum (è diuerso) non delinquant, qui separati sunt à multitudine, ac etiam, qui inter turbas degunt mercedum ob labores detrimento, propter humanam gloriam afficiuntur: etsi enim millies istos præ his, qui vitam quietam agunt, admirantes, dicant, hanc nimirum admirationem ipsis deberi; ex eo quod cum turba conuersentur, fiunt tamen dilucidè manifesti, quod eodem detinentur vinculo, hocca nempe quod elegerint locis inhabitare damnum inferentibus, quæ hisce contra sa ipsa clara voce, & absque accusatore inclamant, sicut, ex alia parte, qui procul à dilaudantibus separati sunt, opere luculenter testantur quod gloriam, quæ multis admirationi est, conculcarunt: non ipsis excidit ieiunium, vigilia non deperit, Oratio non facit iacturam, non spoliatur perseuerantia, nec vlla alia virtus furto subtrahitur; non enim adest applausus concelebrantium, qui valeat expilare labores; Deus solus videt, qui assistit ipsis, atque ad maiora certamina, & præmia incitat acuitque animi alacritatem, tum cooperationem modò, tum post decessum vitam præbens æternam per Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, cui Gloria, & Dominatio in sæcula sæculorum. Amen.

Abac. 1. v. 14.

EIVSDEM
Tractatus ad Eulogium Monachum.

CAP. I.

QVi cœlesti diuersantur in loco, laboribus, nō ventri, neque sollicitudini rerum corruptibiliū, quasi defixis oculis intendunt, velut ij, qui lucri gratia orationes fundunt, arbitrantes pietatem esse prouentum; sed intellectuali visione participes sunt rerum sublimium, quas pietas nutrit, vt intemerati conuiuantium cœtus fulgore vndique illustrari. Itaque tu ipse quoque (ô Sacris virtutibus initiate Eulogi) è fulgore supremarum rerum in sacrâ enutritus essentiâ, cogitationum collectionibus tumidam carnis exuisti sarcinam, probè sciens quod sordes carnis alimentum sunt cogitationum (tu inquam (ac si laborum stimulo fraudulentas circumuentiones comprehendisses, me deligis ad inseruiendum vice oris contra ipsa opera tua, & nisi temerarium foret, charitatis mandatum disrumpere, recusarem vtique talem nauigationis, quasi per Pontum, decursum; cum verò magis deceat obedire vnanimibus, nec opponere se; mihi sis assistens in his, quæ ad Deum pertinent, vt mihi concedatur Sermo in apertione oris mei, & ego tibi ad ea, quæ obedientia exigit, promptus ero, vt detur tibi insitiuos metere fructus.

CAP. II.

PRimum illustrium certaminum est peregrinatio, & maximè quando ad eam peregrè solus è tua gente abieris, Patriam, genus, opes, Athleticè, firméque exuens, & ante præclara te sistens certamina: Si sic inceperis secúdùm Deum in principio viæ, tolerans ignea, seu feruente fide, ac Diuino Spiritu, & patientiæ fine ipsam (scilicet peregrinationem) saluam reseruans, anima pennis erit virtutis deaurata, à propriis locis elongans sese, & ad ipsum Cælum, vt peruolet properato gradu festinans: Verùm huiuscemodi instituti pennas Auctor malitiæ præscindere molitur, tamquam in speculo repræsentans terræ genus, è qua fuerit quis egressus, maximè in aggressionibus malis inualetudinis, quæ superaccidunt; & quoad permanendum, paulatim retroagit, seu dissuadet in feruentissimâ peregrinatione, donec pernoscat, quòd Anima nauseat in ærumnis, túneque noctem cogitationum inferens nocturnus Coruus obtenebrat animam radium meliorum rerum offuscans? Si verò & seorsim in lucta deserti oppugnaris, & contigerit corpus ab infirmitate vulnerari, eo magis grauiorem demonstrat Animæ peregrinationem, suggerens, quod ad Virtutem spectantia non in loco, sed ex modo prosperè perficiuntur, & quod consolationem habens domi à cognatis, ibi præmia, quæ

Ps 67. v. 14.

renun

A renuntiationem (mundo factam) consequuntur, posset
sine labore conseruare; vbi & iucundus morbi famula-
tus est, & non vti nunc mala tractatio, & dolore ple-
num Animi deliquium; en potissimùm quòd etiam hos-
pitalitatis studium à fraternitate debitum valdè sit ra-
rum; & hanc maximè ob rem, abi (inquit) gaudium
cognationi tuæ, gloriamque te ipsum deportans, qui-
bus & luctum intolerandum sine vlla commiseratione,
dereliquisti, quia plerique etiam, qui Patriam minimè
fugerunt, è medio cognationis delegerunt Virtutem.
At qui purpuream vestem tribulationum in conflictu
peregrinationis circumindutus est, laborumque spebus;
ceu coronis redimitus ex fide, gratiarum actionis tole-
rantiâ huiuscemodi cogitationes instar niuis confertim
decidentes excutit ex intimo animo, & quantò plus illæ
cor effodiendo penetrant, vt cogant referre pedem, eo
Ps.14. v.8. magis aduersus eas psallamus: Ecce elongaui fugiens, &
mansi in solitudine: etenim exprobrantes affligunt, &
B adulantur ad gressum conuertendum, vt, exinanientes
animi propositum, discindant etiam è gratiarum, quæ
patienter fit, actione, & sic deinceps laqueos cum mul-
tâ dilatent libertate, ex his, quæ alioquin sunt con-
sectanea.

CAP. III.

EAm ob rem, qui Virtutem aggreditur assequi, sup-
putet etiam quodnam hostiliter contrà ipsam instruat
bellum, ne inexercitatus apparens, velut imparatus de-
trahatur: Laudabilis quippe Virtutis est fortitudo, dum
etiam pax vigeat, admodùm verò eiusdem est commen-
danda strenuitas, si etiam bellum instet: in hoc enim
Virtus enitet, non per ea solùm, quæ operatur, sed &
per grauia, quibus oppugnatur; Is non obnoxius ani-
mi passionibus est, qui per plurima bella victor exstitit
passionis; est autem affectu percitus, qui absque bello
se comparasse dicit Virtutem: etenim, vt laborum est
C acies instructa virtute præditæ peritiæ bellicæ, sic ea
aduersâ acie collocatur inimicorum malitia, & cordi,
quod bello non vacat, ademptum est Virtutis exerci-
tium hæc quippe vox *ἀρετὴ*, scilicet Virtus, sortita est
nomen practicum, seù ad agendum aptum ex illâ voce
αἱρεῖν, quæ significat fortitudinis præmia. Virtus non
exquirit applausus, qui ex hominibus proueniunt, nec
enim oblectatur honore, qui mater est malorum; si-
quidem honoris principium hominum complacentia est,
huius autem finis superbia: nam qui honores exigit
seipsum attollit, & hic non nouit ferre contemptum:
honoris cupiditas ostentatio est, qui enim honoris aui-
ditate detinetur, fortem etiam mente peruoluit: Virtu-
tum labor tibi sit honor, & voluntariam laudem habeas
pro dedecore? ne quæras gloriam à carne, qui carnis
passiones euertis, at quod est melius inquire, eritque ti-
bi gloria: qui vult honore affici, famâ celebritateque
præstantiori inuidet, quique immodicis inseruit honori-
bus, ac odium accumulat æmulatione, in honore sibi
D ipsi præferri neminem vult, rapit verò primas partes,
ne forte videatur inferior; non tolerat præcellentem,
qui absit, honore prosequi, sed & in eius laboribus hu-
milem gloriam subsannat, ac taxat: cupido gloriæ con-
tumelia acerbissima est cædes, nec ob eam prorsus effu-
git iracundiam.

CAP. IV.

QVi talis est, Dominæ famulatur barbaræ, ac vicis-
sim pluribus diuiditur heris, elationi, & inuidiæ,
& æmulationi: ac præfatis malis selectis spiritibus; at
qui malum honoris spiritum humilitate tundit, Dæmo-
num vniuersam pessundabit legionem; qui humili ani-
mo se ipsum præbet omnibus seruum, assimilabitur ei,
qui humiliauit semetipsum, & formam serui suscepit;
Phil.2. v.7.& 8. Si te ipsum minimâ dimetiaris mensurâ, non te remetie-
ris cum socio; & qui Animæ infirmitatem lamentatio-
nibus detegit, non sentiet magnificè de his, in quibus
ipse laborem impenderit. Dæmones his, qui humilia E
sapiunt vilitatem, & contumeliam inferunt, vt, non
perferentes contemptum, sensum humilem deuitent;
qui verò per humilitatem generosè dedecora sustinet,
per illa eadem potiùs ad Philosophiæ subuehitur celsi-
tudinem. Dauid affectus contumeliis non contradicebat, Ps.3. v.2.
sed & vltionem Abessæ reprimebat. Tu quoque læsus
iniuriis ne contumelias rependas, quin, vt par est, mi-
tiga te vlciscentem; sustine iniuriam, quæ tuus est
progressus, labiisque conclude iracundiæ ostium, nec
omninò comminantibus respondeas, vt silentio conso-
pias fumantia labia; comminantes, & conuitiantes, tunc
dolore afficies, quando frena tuis impones maxilis;
etenim tu tacens minimè corroderis, at is multò magis
à tuâ taciturnitate commordetur, quando contumeliosi,
ac proterui magnanimè temeritatem pertuleris: homi-
num laudem è tuis repellas interioribus, ita vt ante il-
lius aduentum cogitationem sese lubenter ostentantem
excutias: Verum diligenti quoque animaduersione ob-
serua cauens à studio tibi ipsi placendi, maximè in
solitario silentio, ne fortè illud te extollens superauda-
cter loquentum, ac ferocientem, nihil ipsum reputes. F
Quidam fratrum læsus fuit conuitiis à Reuerendo, in-
iustamque tolerans iniuriam abiit, in gaudium dispertí-
tus, & dolorem; hoc quidem, quia iniustè fuit affectus
contumeliâ: nec è conuerso turbatus fuit; illud autem,
quia Religiosus ille deceptus fuit, cumque decepisset,
gauisus est. Intellige verò, & deceptorem ea duo pas-
sum fuisse nimirùm, eo quod turbarit, prorsùs esse ga-
uisum, &, eo quod non sit è contrà perturbatus, mœro-
ri fuisse mœrore affectum.

CAP. V.

QVando nos inspexerint Dæmones in ipso contu-
meliarum tormento minimè inflammatos, tunc
quietis tempore ex insidiis aduentantes, quasi vecte ani-
mi principatum submouent, vt, quibus præsentibus
fruiti pace sumus, iisdem iam elapsis ferociamus: quan- G
do igitur contradictionem, aut contumeliam contra fra-
trem patraueris, te ipsum puta deceptum, ne, dum
quiescas, pugnam cogitationum in tuo corde compe-
tias, hac quidem exprobrante modum contumeliarum,
alterâ verò è contra improperia dictante, quasi ea qui-
dem forent grauia, tu verò iniurias non rependisses:
quando irritatio exacerbarit fratres, qui viuunt commu-
niter, tunc irruunt cogitationes dictantes, beatum præ-
dicare solitarium, vt nos longanimitate enacuantes, se-
parent etiam à charitate: At qui longanimitate iracun-
diam, & charitate mæstitiam euerterit, duas malas be-
stias infenso præliantes animo, duplici prosternit stre-
nuitate: qui exorat, & quasi supplex genu succiduo ad
genua procumbit eius, qui concitauit ad iram, ab ipso
vtrasque abigit; spiritum namque debellat iracundiæ il-
le, qui pacat iratos; irascetur autem isti, cognatorum
iracundiam in illum audacem reddens, quia proximo-
rum pugnam in se ipsum suscepit: qui sustinet virum H
audaci præditum corde, enititur esse filius Pacis; ve-
rùm non apud homines tantùm quærendum pacis vin-
culum, sed & in corpore tuo, & in tuo spiritu, & in
animâ.

CAP. VI.

QVando namque huiusce ternionis tui vinculum pa-
ce coadunaris, tunc, vtpote præcepto Diuinæ Tri-
nitatis vnitus, audies; Beati Pacifici, quoniam ipsi filij Matth. c.5. v.9.
Dei vocabuntur: etenim si carnem contra spiritum con-
cupiscentem laboribus ad pacem redegeris gloriam Bea-
titudinum vltra sæculum assequeris; eo quod victris bel-
lum in tuo corpore motum legique mentis tuæ repug-
nans, ac te captiuum subiiciens legi peccati, quæ est in
membris tuis. Magnum est pacis vinculum, in quo si- Ad Roman. c.7. v.23.
mul etiam vnitur gaudium illuminans oculum intellectus
ad rerum meliorum contemplationem: si igitur acqui-

A ramus pacificum gaudium in laboribus, insultantia quæque molesta gratias agendo per ipsam propulsabimus, & mæstitiæ Dæmonem mugientem non intromittemus, qui minuens vim maximè in afflictionibus, in animam irruit, & spiritui pigritiæ locum præparat, vt (scilicet ambo spiritus mœstitiæ, & pigritiæ) animam obscurent, laboresque simul excerpant. Sit igitur lex in nostrûm corde inscripta, pacis gaudium, quod tùm exterminat mœstitiam, & iracundiam in mare demergit, tùm odium repellit, tum indignationem abolet, tùm pigritiam destruit, tum denique mœrorem demutat: ipsum namque in pacifica delitescens longanimitate, gratiarum actione, atque patientiâ restagnans; mare virtutum est, contra se instructam aciem Diaboli, ceu re submergens: intellige verò quod contrarium gaudium superuenit turbatum, ne fortè inumbratus decipiaris, ita vt teneas aliud pro alio: configurantur enim spiritualibus gratiis Dæmones, vt, cum inumbratâ caligine mentem fefellerint, eam à

B prudenti abducant iudicio: superuenit namque cordi spirituale gaudium nulla re proposita, quia ducem tristitiæ, quæ secundum Deum est, erectum, seu suspensum animo inuenit, ac deinde spiritui quoque mœstitiæ (quæ pariter secundùm Deum est) animam tradit, quia captiuam efficit ipsam spiritualis lætitiæ.

CAP. VII.

Dico autem & hoc, vt cuidam fratri quæsitatum rerum experientia dictauit, quod nimirùm loco gaudendi in Domino, Dæmon infestus, qui mala non oblimiscenda perpetrat, è contra propriam inducit lætitiam; pro tristitiâ verò, quæ secundùm Deum est, mentem ad contrariam tentat, solicitando, vt, oppositis mutationibus animam per sollicitudines obscurando, rerum orbet radio melinrum. Duplices impetubitatis suns mœstitiæ in qualibet coniunctæ operatione; vna quidem superuenis cordi, molestâ causâ inuisâ; alia

C verò, quæ irruit, & quasi sese intrudit, gignitur insitatis è caussis; quæ secundùm Deum est mœstitis, lachrymis animam tenoeat, non admittens lætitiam, ac tristitiam ex aduerso existentes, imminentem autem mortem, ac iudicium anxie meditatur, & inhiat, paulatim hoc expectans. Cupiditates, si quapiam frustratæ fuerint re, mœrores gignunt, ac procreant; preces autem, & gratiarum actiones hasce flaccidas reddunt; inter frastrtutes mediocris agitatur mœstitia; qui ergo primus euigilarit, si è passione resurgat, & alteri manum exultatione porrigat, amaram repellit mœstitiam. Tristitia fit animæ morbus, & carnis, & eam quidem capit captiuam, hanc verò illicò languere facit. Ex aduersariis mœstitia generatur, è mœstitia verò indignatio, ex istis autem parturitur mente delirans conuitium: si velis mœstitiam, & indignationem conculcare, charitatis amplectere longanimitatem, & simplicitatis circumindue lætitiam: tuum gaudium ne sit alteri mœror: qui super iniustitiâ gaudet, lugebit in beneuolentiâ, &

D qui, iniustè patiens suffert dolores, exultans lætabitur splendide; nam quæ futura sunt, præsentibus existunt contraria.

CAP. VIII.

In tribulationibus age gratias, eo maximè quià per ipsas opitulationis (Diuinæ) gratiam luculentiùs persentis; Sic enim dum ingruentes ærumnas agendo gratias excuties, non obscurabis splendidissimam pulchritudinem constätiæ: si quando tibi aduersùs carnem Dæmon flagellum insliacrit, maximæ mercedis tibi conciliator comperietur, si, vt materiem gratiarum actionis, plagam susceperis: ita namque ipsum à te Dæmonem fugabit; vt autem merces tua per patientiam maiori irrigetur imbre, vniuersorum vitiorum laborum ipsa tua te Ducem præbeat patientia, quia & pigritia per omnem nequitiam tibi bellum infert, omnesque tuos considerans labores, probat, & quem non inuenerit patientiæ firmiter hærentem, hunc deprimit, & inclinat ad se ip-

E sam; si verò pigritiæ Dæmon ad tolerantiam laborum deficiat, rursùs bene gestum facinus bestia emordet vecordiæ; si prudenti ipsum abigas securitate, spiritum quoque vanæ gloriæ in ipso repelles in tempore Congregationis (scilicet Sacræ:) quando tibi negligentiæ superincidat spiritus, quasi onerosam, ac tædiosam psalmorum decantationem animæ comprobat, & pigritiam tamquam studio aduersariam obiicit, vt celeritate preueniens, carnem expandat memoriæ, vti scilicet fatigatam ex aliqua causâ: quando igitur vigiles nocte simus, ne in pigritia discumbere faciamus Congregationem Sacram, ne Dæmones aduentantes cogitationum congerant zizania, simulque cordi superseminent, nam quando hymnorum canendorum societatem omittimus tunc in nobis cogitationum congregamus collectionem: ante Congregationem Sacram è somno excitati lucis ratiocinationes priùs in corde exerceamus, vt intellectu peruigili bene præparati possimus concentui psalmorum

F adstare.

CAP. IX.

Alicubi quidem stridore Psalmus in vigiliâ dicendus; alicubi verò vtile censendum, assidue Psalmorum orare concentu; etenim secundùm aduersarij insidias, necessum est, & nos mutare formas; quia nonnunquam linguam impellere suggerunt (ij scilicet Psalmi pigritiâ circumdante animam interdùm protrectant ad suauiter conciendas dictiones, oculo intellectuali veluti robur, & è lumine alimentum accipiente: Nam qui visione rerum excelsarum protenditur, oculum acutiùs prospicientem, ad Elissæi exemplum, assequetur. Quando cogitatio hostilis tuum aggrediatur cor, ne alia pro aliis in Oratione inquiras, at contrà bellatorem lacrymarum gladium exacuas, si enim ita validissimè ad pugnam erumpamus, faciemus, vt ipse celeriùs à nobis absistat, Honestatem cole, sed cum opere ma-

G nuum maximè orationis memoriam; illud enim non semper, istud autem habet indeficiens operationis emolumentum; ne differas orationis debitum soluere, intellectui obtemperans per operum accessum; & ne perturberis in opera corpus conturbans, ne simul cor deturbes Orationis. Quemadmodum noster exterior homo manibus operatur, vt minime prægrauet aliquem, ita mentis interior operetur, vt intellectum non aggrauet; tunc enim cogitationes propriam operationem Animæ offerunt, quando ipsam intellectionibus, quæ secundùm Deum sunt otiosam comprehenderint: ara opera quidem manualia ad humanitatis studium, mentem verò rationalis facultatis ad sapientiæ desiderium, vt primum quidem peregrinorum sit hospitium, ignauiæque, seu pigritiæ exustio, istud verò contemplationis Dux, & ebullitio cogitationum; considerationum voluptates audacter increpemus, omnem in eas iracundiam conuertentes, ne voluptate, ea quæ ab ipsis preueniunt, excipientes, mites erga ipsas contrario modo

H euadamus.

CAP. X.

Para te ipsum, vt mansuetus sis, simulque pugnator: hinc quidem contribuli; inde verò hosti; in hoc enim vsus animi est concitari, nimirùm in oppugnando serpentem hostiliter; in eo verò lenitas, & modestia mansueti consistit, nempe in longanimiter tolerando fratrem caritatiuè, & in debellandâ cogitatione. Mansuetus ergo sis pugnator, mansuetudine diuisâ è cogitationibus dolosa mente preuoluentibus, vt etiam diuisâ pugnâ ab his, qui naturâ sunt coniuncti: ne obuertas vsum iracundiæ ad eum, qui præter naturam est; ita vt irascaris quidem aduersus fratrem secundùm assimilationem serpentis, ineas verò cum serpente amicitiam inatà cogitationum assensum: mansuetus, etsi grauis patiatur, à caritate non excedit, illius enim causâ longanimiter tolerat, & sustinet. & clementer se gerit, & suffert: si namque caritatis est proprium esse longani-

mem,

mem, non est caritatis animo commoto pugnare: ira quippe suscitat mœrorem, & odium; caritas autem hæc tria minuit: Si firmum habes in caritate gressum, magis illi attende, quàm te offendenti: timore, & caritate famulate Deo; primum quidem vti Domino, & Iudici, alterum verò vti benigno erga homines, & altori: qui caritatis virtutes acquisiuit, prauas in captiuitatem redigit passiones: & qui à Sanctâ Trinitate tria ista obtinet, Fidem, Spem, & Caritatem, erit Vrbs triplici circumdata muro: & virtutibus, vti turribus munita: non solùm in eo, quod non accipias ab altero, caritate præditus demonstraberis, verùm & in dandu profusè renuntiator mundi dignosceris: dum materiam præbeas, contende pura proiicere semina, ne tibi pro frumento exsurgat vrtica: In his, quæ præbes memor esto Dei, qui dator est, & acceptor, vt tibi renuntiationis mundi mercedes imputet cum laudibus.

CAP. XI.

QVi nihil possidet, curâ vacuam vitæ percipit voluptatem, at qui possessiones adamat, sollicitudinem habet cruciatum diuitiarum assiduum; tunc cœtum cogitationum captiuum abiges, quando curis mundanarum sordium minimè præbueris cor: tuncque Crucem sine vllâ portabis distractione, quando possidendi recusaris cupiditatem; quinimò mundanarum sordium cogitatio senectutem tibi vaticinatur, ac morbos, ita tuam in Deum spem cum opibus partiatur. Qui mundi renunciationem exercere sibi proposuit, fide tamquam muro circumualletur, & caritate corroboretur, & spe confirmetur: est namque fides, non relictio, sed meliorum rerum subsistentia in spe patientiæ, & vitæ caritate. Quando omnibus externis renuntiatis sordibus; attende à cogitationibus tenebrosis, paupertatem exprobrantibus tibi, & egestatem, & vilitatem, & dedecus proferentibus, vt virtutis huius illustris in te pœnitentiam dolosâ homicidæ mente operentur: si ergò prudentiæ attendas certaminis, illud potiùs comperies, nimirum, quòd per ea corona plectitur tibi? per quæ te ipsi vituperant; renuntians enim, propter ea renuntias certamina, propter quæ afficeris opprobriis. Ne igitur luctæ interiorum cogitationum cedas, quia non in principio renuntiationis commendatur finis, at in fine, patientiæ principia coronantur, nec in corporeo solum exercitio plausibus dilaudantur certamina, sed & in luctâ cogitationum, quod ad coronam pertinet, requiritur.

CAP. XII.

IVdica cogitationes in tribunali cordis, vt latronibus interfectis, latronum princeps pertimescat; etenim qui accuratus est cogitationum examinator, præceptorum etiam est verus amator; quando igitur cogitatio inuentu difficilis cor tuum inuaserit; tunc magis, magisque super ipsam vehementes succende labores; aut enim calidum vti contrarium, minimè ferens aufugiet, aut ipsum tolerabit, velut ea, quæ talis est rectæ viæ familiaris. Quin & quandoque accidit, vt Dæmones, bonam videlicet cogitationem tuo suggerentes cordi, statimque transfigurati, ipsi simulent cogitationi aduersari, vt ex contrarietate putes, eos etiam scire, quas corde peruolois cogitationes; neque verò id solum, sed vt litigent, ad effectum tuam iudicandi conscientiam, quasi malo deuicto ex contrarietate factâ bono: rursùsque contingit, quòd nonnunquam propriam tibi tuam solertem ob oculos ponant obseruationem, vt apud te ipsum videaris prudens esse. Quando te cogitationes transferunt eum in locum, quem nos amare suggessere, tunc denuò pœnitere faciunt, vt vndique nos instabiles reddant, ac infructuosos. ideò non extendamos nosmetipsos de locis in loca; sed potiùs ad quietem taciturnam vergamus, & ad labores, quia è nostrâ ipsâ pigritiâ aduersus nos robur assumunt cogitationes. At ille, qui bene nouit cogitationis experientiam, in quo vocatus fuit loco, in ipso apud Deum permaneat; qui verò nescit, adhuc in certamine progreditur. Locorum translatio fit ad ea, quæ magis habentur spiritualia, & non ad ea, quæ ad requiem sunt aptiora: Patientia namque, & longanimitas, & caritas in ærumnis gratias agit; pigritia verò, & leuitas, & nimius sui ipsius amor gaudet in secreationibus: qui non modestè quiescit, per sensuum visiones oppugnatur in anima, ac qui modestam adamat quietem, sensus custodiens, ipse pugnat aduersus cogitationes.

CAP. XIII.

IGitur, iuxtà legis sanctionem, dux tui, sensuum colligat ordinem, vt nec obtutu, nec auditu, animam tuam vitiorum obturbes flagellis: cum in duabus essentiis subsistas, obserua, vt vnicuique suum distribuas ordinem, ita vt vna quidem fortissimè dimicet altera verò non contradicat, & ne iniquo principi mandata concedas, quia, eo igni tradito, vltimum etiam reddes quadrantem, quando aduersus passionum causas belligerans, eas in fugam vertas, ac vincas, ne te maligna ad magnitudinem euehat cogitatio, ne fortè, spiritus erroris fidem adhibens, mente quoque obstupescas; conare autem, eas rerum, in quibus laboras, exsuperantias comporare, ne, per interiora, facinorum rectè gestorum fine defraudetis, quidam, ob res bene patratas laudibus concelebrati, procedente tempore labores neglexerunt; & applausus quidem laudum cum sonitu abiit, labores verò dissoluti perierunt. Aliqui ob tumorem vitiorum obdurati, magni fuerunt existimati, & animæ quidem exulcerata erat conscientia, morbus verò faustæ acclamationis dilatabatur; quin & cogitationes animam è vulneribus aberrare facientes infaustis ominibus diripuerunt labores. Vbi, qui laboriosissimi sunt, honoribus ab hominibus prouenientibus ditati fuerint, tunc & Dæmones apparentes inferunt opprobria, vt, honoribus deiecti, dedecora non sufferant, & contumelias non comportent. Quando propter peccata magnam agis pœnitentiam, tunc cogitationes magni facientes certamina laborum, peccata extenuant, ac sæpiùs obliuione obtegunt, aut etiam ista fuisse dimissa significant, vt, paulatim cedens laboribus non æstimes, quod lamenta debeant ampliùs in eiulatus erumpere aduersus ipsa delicta.

CAP. XIV.

QVi verò, vt passiones ineuitantes exscindat, velut acer pugil decertat, plures armatos, quàm sint passiones, ad pugnam velut dux exercitus prouehit. Ne obliuiscaris quod peccaueris, licet pœnitentiam egeris, sed luctum peccati tui habeas pro memoria ad tui humiliationem, vt humiliatus superbiam necessario exscindas. Si quis eorum, qui patrarunt iniusta, vitam voluerit ad optimam conuertere frugem, ex aduerso suorum se sistat actuum eum meliorum mutatione; etenim qui actum è contra vnicuique opponit malitiæ, virtutum prouidâ pharetrâ sagittis configit draconem; bestiæ verò istius acutissima armatura est vanagloria, quæ labores transfigit iaculis, quam qui occultia operum quasi militum imperatoris artibus præoccupat, approximauit, vt deiiciat omne caput Diaboli: tuorum laborum aromata obsigna silentio, ne per linguam soluta à gloriâ diripiantur, linguam tuam occulta modo exercitationis practico, seu in agendo posito; silens etenim testes sortieris labores vitæ tuæ fide dignos conuictores. Qui non habet quibus à præsentibus laboribus testimonium vnquam de se feratur, ne testimonium sibi ipsi lingua perhibeat, quidam enim cum diuitiâ laborum se ipsos exuerint, veluti tegumentum desidiæ præbentes instabilitet non præsentibus operibus manifestos testes, præteritorum temporum obiiciunt actiones. Quemdamodum ab hominibus tua occultas peccata, ita & ab ipsis labores tuos absconde: quidquid enim æmulum est secretorum cordis, & supplantationes, quæ clam fiunt, luctæque

A certaminum reparationes, aduersus eas ipsas è contra te fulciunt? si verò delicta cum securitate abscondimus, & labores qui aduersus ea fiunt, è conuerso detegimus, parùm tuta vtrisque contraria operamur. At verecundaris turpium gestorum publicationem, ne fortè facias, vt sint dedecori, & contemptui quæ sunt Animæ tuæ vtilia? timeto etiam ostentationem laborum, ne fortè crimen, quod fit hominibus complacendo, affctat animæ exitium: si verò & soli Deo manifestas turpitudinis tuæ peccata, ne hominibus patefacias, quæ aduersus ea suscepisti certamina, vt ona censeantur esse iam victoriæ coronamenta.

CAP. XV.

QVi vim ad labores à Gratiâ suscipiunt, ne velut è proprio robore, illam habere sese opinentur? Auctor enim bonorum omnium nobis est sermo mandato-
B rum, sicut & malorum, qui fraudulentus est Deceptor; eorum igitur, quæ bene perfeceris, Deo auctori bonorum gratiarum actionem offer; quæ verò mala tibi perturbationem afferunt, in eum proiicias, qui caussa fuit principalis. In fine cuiusque studij ei, qui te melior est, offer gratiarum actionem, vt oblatione tuâ legitimè prolata, malitia pudore suffundatur: nam qui operationi gratiarum actionem coniunxerit, thesaurum cordis habebit, qui diripi nequaquam poterit, vtpote qui duplicem murum aduersus malitiam in turris altitudinem amplificauit. Laudabilis is vir, qui actiuæ vitæ cognoscitiuam connectit, vt ex ambobus fontibus animæ prædium irrigetur ad virtutem; cognoscitiua nempe alia prouehit intellectualem essentiam ad meliorum rerum contemplationem; actiua verò mortificat membra, quæ sunt super terram, scortationem, impuritatem passionem, malam concupiscentiam; qui ergò omni harum ambarum circumsepti sunt armaturâ, facile deinceps aduersus Dæmonum prauitatem consurgent: Dæmones
C animæ bellum inferunt per cogitationes, & illi molestiùs è contra per patientiam oppugnantur; vnde timido procedunt animo ad prælium, pugnæ ducem suspicantes potentem: Si volueris aduersus Dæmonum turmam bellum gerere, quiete modestâ sepito portas animæ tuæ, auremque tuam sermonibus tange fraternitatis, vt nimirum, tunc magis addiscens cogitationum spinas succendas, quando paternas audieris admonitiones: non operum sis iudex, sed verborum examinator.

CAP. XVI.

SOlent nempe huiuscemodi cogitationes te ad aptitudinem gestuum admonentis abducere, vt huius te peritum constituentes iudicem à perutili auertant admonitione; non recuses admonitus, quamuis fueris cognoscendi facultate præditus; si etenim quæ practica est facultas à cognoscitiuâ disiungatur, opus est eo, qui coniungat ambarum virtutum concordiam tremendâ iudicii
D iustitiâ. Qui paternum mandatum excutit ex aure, præcepto quoque legali erit inobediens: non solùm eloquere cum delectatione Fratrum res bene gestas, sed & teipsum factorem earum laboriosissimum reposce: qui laboriosiut inquirit qualis quali labori cogitatio ex aduerso opponatur, solers artifex in lucta contra deceptionem reperitur: inter vniuersos autem tuos intellectuales labores, pro eo, in quo defeceris, subingreditur, qui ipsum rapuerit. Cor memento conseruare laborum prudentiâ, ne forte meliorum rerum obliuio eam rapiens, in cogitationum tradat captiuitatem; obliuio namque captiuitatis addit malitiæ, vt ab illa furto quasi subtractâ mente, ipsa prompte subintret; mens cum à Deo sublata fuerit, & à memoria procul submota, per exteriores sensus peccat etiam indifferenter: huiuscemodi nempe vir auditum, atque linguam minime potest tegere, quia laborum voluptatem ab exterioribus quasi instigatus dimisit: qui amat audire eum, qui vnum talem vituperat, ambo cooperantibus duobus spiritibus cooperantur? nam auditio mali cooperatrix est maledicentiæ, & ad cordis perniciem amore se inuicem prosequuntur.

CAP. XVII.

EX obloqutionibus tuas obsepi aures, ne bifariam cum ipsis perpetres iniquitatem, te ipsum quidem passioni assuefaciens, illos verò, ne linguâ promant venenum, minime reprimens: qui gaudet dicteriis, & scommatis, deprædatur animam eorum; qui melintea sunt, calumniis marcidum effodiens auditum; qui autem effugit linguam proximi conuitiatricem, proprium etiam fugat conuitium: qui conuitiatori suaues, & faciles præbet auditus, auribus emulget feræ venenum: non gustet auris tua medicamentum istud amarum, ne fortè tale tu quoq; alteri propinaris; ne facies obloqutionibus aurem tuam, vt, passioni diuenditus multimodis non inseruias passionibus; vna quippe è multis passio, cum in te locum inuenerit, in idem stabulum alias quo-
F que subintroducit: tunc multitudine vitiorum mens gubernatrix in seruitutem redigitur, quando passioni adnexa labores disiunxerit. qui aliorum derisiones conatur examinare, sui ipsius actiones re ipsâ non perscrutatur: ne derideas vitâ functum vt qui negligenter vixerit, ne, quasi ex consuetudine acerbus esses, & amarus viuentium index, fias quoque demortui: ne peccantibus iactatorio attendas animo, te veluti iudicem extollendo, sed tibi ipsi attende vigilanti, actuumque tuorum probatrice consideratione? dum peccaueris, anxius geme, & cum rem bene gesseris, ne infleris; nec te magnifice iactes, quod nullatenùs sis contemnendus, vt, velut ornamentum, non induas vitium: aliqui etenim, cum ob deuotam religiositatem dignosci non possent, festinarunt, vt saltem ob vitium, sic dignoscerentur; alij prouecti ex inuidia, prætextus è summo iaculantur, & eos, qui virtutibus stabiliti sunt pro nihilo ducunt: quidam ob mala rumore circumstantis vulgi celebrati, grauem
G honestamque circuminduunt vitam, non vt praua lugeant peccata laboribus, sed vt vituperiorum obumbrent rumores: Verùm tu ne te decipienti placere gloriabundus enitaris, nec, quod decipiaris, gestias lætitiâ; nam, si propter nudum nomen studiosa quæque consectaris, non pro Deo, sed pro hominibus operatus: ne absque labore viuenti confidentiam præbeas licet ea de re magnum ostentet nomen; is nempe amicus ad personæ gratiam est, sitque tempus eius accusator.

CAP. XVIII.

TImentem amicum irrisorem habeas, vt tuorum inuenias delictorum notamen; quando amicus tuus à fausto tuorum laborum omine superatus ad inuidiam se vertit, ita vt coram circumstantibus vanæ gloriæ verbis tuos eiaculetur labores, quò tuam decurrentem gloriam dicteriis de te iactis obumbret, tunc ne, illius inuidiæ attendens, mordearis, vt amarum venenum animæ tuæ
H non elicias; hoc enim opus est Satanæ, vt illum quidem inflammet inuidiâ, te verò amaritudine consumat; at potiùs humiliemur, & honore tales istos præueniamus, perque mensam æmulatione efferatum animi sensum mansuefaciamus: ne, tamquam ex alia persona, inuidiâ vituperes amicum vt quasi ex alio videlicet ore ipsum reprehendens, te ipsum velut innocentem facias, & velut irreprehensum exaltes; hæc est enim transfiguratio Satanæ, qui ex persona Serpentis Altissimum vituperabat, vt, quasi ex alio videlicet ore sui ipsius Deo attribuens inuidiam, ipse tamquam inuidiæ expers existimaretur: ne, quasi velles subiectum habere fratrem, tentes eius peccatum deprehendere, vt non inueniaris Satanæ cooperator: qui peccauit, non obseruet, quòd & alij dicunt, vel peccant, ac si non solus fuiret, qui in malum inciderit; quod idem etiam opus est primum Diaboli casus; sit verò pœnitens in his, quæ commisit, inconuenientibus operibus, doloris luctû aduersùs ea recognoscit, consectetur autem, & laborum præsidem quietem,

exhibentem

A exbibentem ipsi Virtutum contemplationem multipliciter oculatam: qui linguam silentio moderatur virilem aduersùs cogitationes induat animum. Animæ quippe fortitudo non solùm ostenditur in oris tranquillo silentio, sed & in cogitationum strenuitate, & contumeliacum, atque iniuriarum patientiâ; inde namque horribilia flagella Diaboli circumquatiuntur in conuersationibus.

CAP. XIX.

Non os solummodo, verùm etiam cor custodiatur; tunc enim oculus Animæ obfuscatur ab oculo lepotis, seu facetiæ in sermone, cum mens acquieuerit, ac cessarit: mens tua capta sit oculis ad res turpissimas (tales enim cœcos Dominos reddit sapientes) perspicax verò ad res honestissimas, ita vt sis ad pessimas execæcatus. Intellige verò duas esse scortationes cum distinctione coniunctas, vnam corporis, & alteram spiritus: B quando cogitatio scortationis tuo admiscetur spiritui, tunc anima tua cum effigie deceptionis coalescit. Dæmon figuratur in persona fœminæ, vt quasi veneficio animam tuam illiciat vt secum commisceatur: Dæmon, qui carnem non habet, sculpturam induit formæ, vt impudica cogitatione scortari faciat Animam; ne igitur à simulacro, quod subsistentiam non habet contegaris, ne carne etiam quid simile perpetres: à spiritu scortationis decepti fuere ij, qui Cruce non repulerunt spirituum adulteria. Crucia cogitationes ciborum penuriâ, vt non scortatione, sed esurie loquantur: vigiliâ orationis lacrymam concrescere, ac stillare facito, vt instantis belli accipias auxilium: in tempore meretricij belli conuiuantium inuitationes recusa; & hospiti quidem adstanti administrans, ipsum requiescere facias, te verò clam circumuallabis ieiunio: vtriusque operibus duplex merces sit tibi tribuenti vnicuique virtutis causâ, quod ad actum pertinet: non ventris gratiâ cibum sumas cum fratre, sed propter Christum charitate ipsi cohabita, & C conuersare: satietas escarum pascit cogitationes, & ebrius somnū perpotat imaginationis. Decessit post gutturis luxus voluptas, & in sepulchro expirant ventris salacitates. Labores austeritatis desinunt in quietem; modi verò deliciarum finiunt in incendium, qui exercitatione florem carnis reddit flaccidum, in carne quotidie suam meditatur mortem. Pars cordis, in qua est ratio, atq; consilium, corpus commensuret, ne isto vulnerato, & ipsum cor laboret: contenta sit caro, res, quas fert natura, recidere: corporale tuum exercitium in moribus gubernetur, vt discas corde laborare: & animâ collaborare.

CAP. XX.

Qui faciei pallore in exercitatione refulgent, laudem, quæ procedit ab hominibus, priùs quam accedat, projiciant, cum eam cogitatio etiam ante conuersationem intromittat, quando diutino tempore duraueris abstinens vino, & oleo, atque superfluis quibuslibet, tunc D annos, ac tempora cum laudibus computant cogitationes, vt corporis causâ, tu cedas iis, qui te exercent, laboribus: iure igitur ex aduerso improbis vociferabis superbis tuis quæcumque ad eorum ineptiæ subuersionem sunt opposita. Quidā fratrum labores contra Dæmones

Ps. 69. v. 4. ab interioribus approbatus psallebat: Auertantur statim confusi, qui dicunt mihi euge, euge! ne sufferas cogitationem, quæ sit ex eis, quæ tibi multorum annorum circulum in vita monastica mansisse suggerunt, ne ex annis pendere faciant labores tuos; nec in solitudinis patientiâ, iactantiâ capiaris, sed in toleranriâ tenuitatis tuæ, inutilem nimirùm esse seruum, memineris. Quemdam senem solitarium è constantibus ob senectutem profundam ex eremo tollere conabatur aliquis: ipse vero ad ipsum: desine, inquit, à violentia, nondum enim ab exilio malefactor ego reuocatus sum: mihi verò inquirenti hunc doctrinæ sermonem ediscere, ait; quære primùm laboriose timorem insitum, tuneque intùs vsu petitum inuenies sermonem, qui docet hominem scientiam; adhuc autem ille idem interrogatus de timore, sic respondit: qui solicite mortis recordatur, ducitur etiam quasi rectâ viâ ad timorem iudicij. Timnte quotidie familiaris Diuinarum Scripturarum euade; earum quippe consortio cogitationum exportabis consuetudines. Qui meditatione sacras Scripturas in corde veluti thesaurum recondit, eiicit ex illo facile cogitationes, nocturnâ lectione in vigiliis Diuinas audientes scripturas, ne somno mortificemus, quæ audiuimus, neque cogitationum captiuitati animam tradamus, sed cor Sacrarum Scripturarum aculeo compungamus, vt compunctione diligentiæ contrariam dissecemus negligentiam.

CAP. XXI.

Aliqui propter famam, & non propter diligentem animæ curam fiunt religiosis amici, vt sibi ipsis decus comparent absque labore; qui verò per memoriam rerum cælestium caritate inflammatus est, intelle- F ctum expurgat à terrenorum complacentiâ. Conscientiam tuam tibi testem, ne cogitationi dedas despicienti, ac dulcibus tractanti verbis peccatum: ne conuerseris cum eo, qui amat contendere, vt, passione passionem bello inuadens, non decidas à virtute; ne superbâ cum cogitatione extolleris ad afflatum, qui ventum è regione excitat, ex aliâ parte vicissim afflante. Nulla laus est linguæ, quæ roræ instar verba cursim deuoluit; sed gloria manet labiis constanter, tutoque commotis; cum audieris sermones, interroga mentem tuam, tumque diiudicans sententiam pronuntiabis: ne, falsâ argumentatione vtens, tuam decipias mentem verborum imprudentiâ, vt Chananitis tua lingua præceps non agatur. ne te spiritus multiplicium verborum inducat in errorem, in ipso quippe delitescit dolosum mendacium. Qui à contumeliis ab aliis illatis mordetur, easque non ra- ctarit in Diabolum, suarum cogitationum sibi ipsi exsuscitat multitudinem, & magis adhuc prorit at (scilicet Diabolum) vt in se ipsum iacula præparet, dum videlicet per eas cortosâ concidat anima. Si, administrationis caussa, in alienam iter facias regionem, ne præparatus sis, hospitio ab omnibus excipi; indignum teipsum tali æstimans glotia, vt sic contumeliæ cogitationem repellas, licet etiam vera dictet. Puto, quod, si Charitas non adfuerit, maximis affectus conuitiis, aut iniuste oppressus, non eris memor iniuriæ, sed benedices; nam qui contra Dæmones, non obliuiscens iniuriarum, maleuolo est animo, hominum obliuiscetur iniuriæ: pacem autem inibit cum Dæmonibus, qui fratrem odio habet. Incendium cordis iracundia est contradictionis; Animæ verò eorum, qui iniuriarum non recordantur, spirituali rore perfunduntur: carbones ignis scintillas eructant, ita & animæ iniuriarum memores malas eructant cogitationes: quemadmodum à scorpione illata plaga molestiam patit acerrimam, ita & anima iniuriarum memor venenum gerit amarissimum.

CAP. XXII.

H Offenso, iniuriarumque memori sis animo aduersus spiritus scortationis, & vanæ gloriæ, duos nimirum amaros Dæmones sibi inuicem contrarios: vnus quidem facies fugit, alter verò faciebus gaudet: & Dæmon quidem ille proteruæ libidinis, sordes ex improuiso iaculans, in Monasticæ exercitationis certatorem celeriter irruit, non ferens laborum ex iguitâ facum gestatione calorem: illum verò, qui relaxatus est à continentiâ per voluptatum assentationem, paulatim occupat, & inuadit, ad cordi colloquendum, vt, vitiis idem cor exardescens, alloquatur, captiuumque redigatur, & ad finem tandem perducat obscœnam peccati libidinem: fallax verò, ac fraudulentus vanæ gloriæ spiritus populorum cœtu gaudens, quadam vmbrâ animam inuadit, in iis (scilicet populis) iubenti laborantium animo, per eosdem, quos operantur labores gloriam aucupando. Si quis igitur, cum Deo, seu Deo dante, velit bosee

A spiritus vincere ac superare, carnem aduersùs impudicitiam attenuet; animam verò contra vanam gloriam humiliet; Sic enim vnius quidem futilem expellemus facile gloriam, Deoque placebimus; alterius verò impuras exsufflabimus imaginationes, & cor à voluptatibus purum efficiemus. Perniciosa res est, cor voluptatum consuetudine consepeliri, multisque opus est laboribus, vt vitiorum pabulum ad summum resecemus: ne igitur cogitationem assuefacias, vt cum voluptatibus conuersetur, in vitiorum quippe collectione ignis exardescit; sic namque te excalefacientes indocunt ad putandum, quod labor est magnus, rogum continere naturæ, & quod multum est tolerantiæ tempus, grauisque ac molesta est continentiæ vita; quin etiam tibi proferunt memorias earum rerum turpium, quas noctu tuæ repræsentant imaginationi, ignita tibi fallaciæ simulacra efformantes; postmodum, cum & vehementiorem æstum in carne succenderint, interiùs peccati lege consilium B perhibent tibi, quòd nimirum naturæ vim continere minime possis; sique ob necessitatem, peccatis hodie, cras tamen pœnitentiam ages, ob præceptum; lex enim abundat ergà homines beneuolentiâ, peccataque condonat pœnitentibus, Vnde afferunt tibi quosdam eorum, qui cum continentiâ lapsi sunt, rursùsque pœnitentiam egerunt, vt ex istis deceptionis suæ consilium persuadeant, quò, animam pœnitentiâ obuersim respondente restaorantes, ac facientes, temperentiæ templum lupanar efficiant, & prostibulum. In mobili cordis officina talem cogitationem bilingues subsibilant serpentes.

CAP. XXIII.

TV verò ô continentiæ homo, ne prætextu pœnitentiæ incertis denuò decipiaris spebus, multi enim C lapsi, confestim subrepti sunt; alij autem resurgere nequaquàm valuerunt, voluptatum consuetudine, quasi sub lege deuincti: quid namque scis, homo, si viues, vt pœnitentiam agas, cum vitæ annos tibi subscribas? & hîc peccaos earum tuæ indulges magis oporteret tibi ipsi mortis elargiri memoriam, vt in corde tuo timendam etiam iodicij depingat iustitiam, si fortè æstuantem carnis sensum posses restinguere? nec enim aliter passiones extingues, antequam tuæ admisceas carni labores earum destructionis passionum; neque verò partes, quæ animalis sunt hominis, extingues, priosquam cordi Charitatis fructus veluti pluuias effundas: corporales quidem passiones ex his, quæ carnis sunt naturalia, sumunt initium, aduersùs quas & temperantia militat; quæ autem animalis sunt hominis, ex illis, quæ ad animalis qualitatem pertinent conceptum habent, aduersùs quas militat etiã Charitas. Charitas impassibilitatis est connexio, passionum verò deletio, quæ tum longanimitatem profert, tum efferuescentem refrigerat animum, tum D humilitatem producit, tum etiam demittit superbiam. Charitas nihil propriũ habet, præter Deum, ipsa etenim est Deus. Qui splendidum Monachorum in Senatum recenter coagmentatus est, bona illi cognatione profectentes omina cogitationes deponat, ne laudem, quæ ab hominibus prouenit, sed eam, quæ à mandatis procedit, beatitudinem inquirat; verùm audacter se gerat aduersus insilientium Dæmonum pauores? nec enim denuò spiritum timiditatis ad timorem accepistis, ideo ne timiditatis spiritu seipsum percellat, neque tremat Dæmonum fragores, strepitusque nocturnos, quandoquidem nec contrà poteos potestatem habent: Vespertinis igitur horis, cellâ egrediens, ne perturbetur, neue fugiens tecto insiliat, perinde ac Dæmones scilicet insectarentur, sed flectens genua eo in loco, in quo paoeseit, precem effundat; nec enim in te incident, quamuis ita te perturbarint, postquàm verò surrexeris cor audax facito Psalmorumque cantu ora dicens: non timebis à timore nocturno, à sagittâ volante in die, à negotio in tenebris perambulante, ab incursu, & Dæmonio meridiano; sic enim semel, & multifariam si feceris, celerius pauoris Dæmonem procul à te ipso expelles; cum

Ps. 90. v. 5.

E enim opere minime nocere possint, imaginationibus animam perterrefacientes affligunt, vt homines opinentur, quod validi sunt, ac potentes ij, qui verè infirmi sunt, ac impotentes.

CAP. XXIV.

PVlcherrimis ne te ipsum circumamicias vestimentis, vt vanæ gloriæ Dæmonem manifestiùs non induas, nec enim virtutes in vestium deferuntur pulcritudine, verum in animæ decore labores velut aurata gestantur vestimenta: quinimò punitionum Iudicij Dei superindue timorem, vt metu ignis inextinguibilem superuestias calorem, sicque aduersùs cogitationum maleficia celeriùs edocebeFis sapientiam: initium quippe sapientiæ timor est. Qui cogitationum deceptionem per experientiam enuntiat, non omnibus probè notus erit, præterquàm his, qui experti sunt, cum via in hac parte cognoscitiuæ vitæ experientia sit; etenim vtriusque caussa F practica est vita, quam laboriosiùs obtinentes nos ipsos agnoscemos, & cogitationes condemnabimus, & Deum cognoscemus. Qui peregrinatione practicâ, & cognoscitiuâ præsentiâ simplices illioit atre cogitationes, caueat, ne ad ostentationem gloriæ scientiam iactiter; si autem horum cogitatio elata, latronis instar deprædetur, in auxilium assumat ille gentilem Iethro, qui Moysi magno Prophetæ consultationem pro iudicio, & beneuolentiâ est dilargitus. Vis tuarum sint cogitationum opera; nam facienda dicendis longè sunt sapientiora, vt etiam laboriosiora; cum actio adsit, quasi fulgurant sermones, cum verò non adsint opera, vim operum verba non fulgurant. Canescentium crimen sermo iunior, & labia loquacia risu concussa? qui verò turbat, & turbatur inaniter, extra tranquillitatem erit, eumque non adsit fluctus, tempestate vexatur.

Exod. 18. v. 9.

G

CAP. XXV.

NE verbis intempestiuam aucuperis linguam, vt id ipsum ab his, à quibus non vis, ipse non sustineas: caue ne supplantes proximi linguam, vt & tu diaboli supplantationes effugias: caue ne tui fratris exprobres peccatum; vt, quasi diuersæ esses naturæ, non excidas à compassione. Qui benignitatem, atque Charitatẽ non habet erga fratrem quo pacto membrum erit Charitatis Christum gestantis? quando continuo, ac non interrupto tuo frater appropinquet ieiunio, ne cogitationum insuaue fastidium suscipias turbulentiam tuæ suggerentium quieti, ieiunio impedimentum; sed hoc facinot, vt videns fratrem tuum, non vt, Deum ipsum aspicias. Assiduas fratrum inspectiones, ne perturbationes esse dicamus commilitium verò potiùs esse; contrà aduersarij aciem collocemus ipsorum consistentem eborum; sic enim Charitatis amori vniti malignitatem expellemus, & H opera manuum ad thesaurum hospitalitatis transferemus, non veluti gratias exhibentes fratribus, ipsus excipiamos; sed, ac si fœnerationi debitores essemus, eos cum supplicatione, vt ostendit Loth, excipiamos hospitio. Quidam, quasi ob peregrinam dignitatem, peregrine quoque efferuntur, & equidem, quando notum vocant hospitem nullatenùs ipsum exorant, sed & vocationis verbum insolentiâ fastus dilatant, & de recusante, vt contumeliam inferente, conqueruntur: ideo magna inde reaccenditur inflatio; cogitationes quippe oculum Animæ compungentes excæcant, ita vt honestissimis mandatis pessime vtamur.

CAP. XXVI.

QVando te cogitatio præpedierit, vt non valde cogas fratrem ad mensam; tunc per id ipsum quod nimirum ad violentum amoris impetum linguam habere non debeas summâ vi contendentem, te subsannat: tibi namque forsitan suggerit, fratrem vnum esse ex circulatoribus, seu triuialibus, & quod panibus contentus abeat; illi verò immittit, hospitalitatem apud te prosùs non inuenisse: actualia namque eius

mutationis

A mutationis aspectum ipsa cognitio portans, vnum alteri intre corda immittit, vt huius quidem soccidat hospitalitatem, alterius autem contumeliam faciat germinare; Abraham sedens ante tabernaculum, sicubi quem prætereuntium vidisset, opere excipiebat, viventibus in impietate mensam expendebat, dumque barbaros exciperet, Angelis non fuit frustratus. Norunt dulcedinem hospitalitatis quicumque peregrinati, hospitio sub ea fuerunt excepti, quandoquidem, & mensam cordi dulcem condit sermo suavis. Magno igitur cum studio hospitalitatem vtiliter exerceamus, vt non Angelos solummodò, sed & Deum ipsum suscipiamus quantum enim (inquit) fecistis vni fratrum istorum meorum minimorum, mihi fecistis. (Matth. 25. v. 40.) Quidam eorum, qui Virtutem maiori cum cognitione consectantur, ita respondit: insonantes Dæmonum in corde imaginationes consuevit penitus abolere studium hospitalitatis, copiosumque lubenter exhibitum ministerium, si modo mundanis sordibus fuerit quis vtcumque liberatus: B hæc verò facta cum humilitate, cordisque contritione, celerius liberant ab imaginationibus fatigatum: valde namque Dæmones pertimescunt humilitatem, scientes eam Dominicum esse Præceptum. Quidam probatissimorum movens sermonem de humilitate, & istud significavit; inquit nimirum, quòd Pater eorum qui valde erant probati ab homine, quem Dæmon corripuerat, quique grauiter insaniebat, in maxilla percussus, statim alternans, & aliam paretam proposuit, ille verò velut à fulgore humilitatis repercussus, & clamans, confestim à creatura ille desiliit.

CAP. XXVII.

QVin & Sancti Epiphanij Episcopi est etiam hoc sequens dictum: ait, quod fuit quidam viduæ fidelis filius, habens Dæmonem Pythonis; & diutius in ille plaga permanens, minimè suscipiebat curationem, eius autem matre luctu humiliata, gratiarum actio C refrigerauit passionem, quæ animam è Cruce suspendens, Dæmonem à puero eiecit orationibus; cum enim in partibus, quæ circumquaque sunt, adolescens vagabundus erraret, domique mater oraret, eiusdem nomen vociferans Dæmon cruciatibus agitabatur, ipsa verò id audiens non accurrit ad rem visendam, pugnam naturæ humilitate devincens, tracta verò ab aliis invitò abducebatur; at illic Dæmon furibundo impetu agebatur, vt fugam arriperet: illa igitur insistens, lacrymisque filium circumfundens, gratiarum actionem, & humiliationem adversùs Dæmonem obiiciebat; cum autem amarè eiulasset, & Christum simplex exorasset, Crucemque efformasset, ante multa flagella, celerius à puero Dæmon aufugit. Valde invident Dæmones iis, qui in Patris subiectione coruscant, & adversus eos stridentes dentibus fremunt, quia in subiectione sine cura, mundi renuntiationem coniunxerunt, contra quos acuratè disquirentes prætextus, irritationes operant, & contingente animi succensione, iram insculpunt, D postea verò & odium in Patrem paulatim coquunt, perinde ac iniustè videlicet affligentem, & ob vs animadvertentem, vt; diversis modis animam circumcurrientes, ex vlnis paternis dispergant. Qui ergo in subiectione Patris, contumeliis cedat, & humiliatione vincat, & longanimitate temperetur, nec submurmurantes cogitationes sustineat ad austeritatem, & audaciam infrattes.

CAP. XXVIII.

ETiam quod servituti ærumnosæ (scilicet Dæmones dictant) libertas non est æqualis, imò potiùs multò his plure immittunt, vt cum audacem potestati subditum effecerint, facilè quoque mundanis sordibus infigant; etenim hos quidem per hæc separare student à paternitate, alteros autem per alia. Operare, & peregrè advenientes hospitio recipe, intus hortantes Dæmones instant, quò nomen tibi præclarum compares; nam ex his videlicet bonis lolia malitiæ sigillatim inseminant: & apud Principatus quidem dimittunt vanè gloriâ edulcari, assiduoque sobriè agere ieiunio, ac prompto animo in orationibus, & congregationibus Sacris persistere: ita vt sic ratiocinetur: sub potestate cum essem, talis non eram: ibi enim & convitia, & dolores, & turbationes; hic autem pax, & tranquillitas, & gaudium; ibi Patris austeritas, & metus, atque percussio; hic verò nulla sollicitudo, timor nullus, nulla percussio; & sic in hisce talibus mentem ipsius furentes subripiunt; ex improviso itidem insilientes somno tempus excedente legitimum, animam irrorant metu, & Congregationes Sacras negligentia, pigritiaque subexscindunt, ac hospitum susceptionem perturbationem esse commentantur, omniaque malitiæ producunt præstigiosa machinamenta, vt in eum desidiam iniicientes, vitam quoque ipsam efficiant odiosam, sicque, sistentes eum virtutibus nudum ipsis Angelis traducant. F Interdum quidem Dæmones per cogitationes exaltant labores, quandoque verò eos extenuant, quasi nihil proficiant, vt aliquando quidem vesanam animi elationem indant, quandoque verò inserant desperationem; his enim qui non flectuntur ad magnificè de se sentiendum, labores efferunt, vt vesanam quamdam animi elationem indant, illis autem, qui non persuadentur, vt tali amenti flectantur insipientiâ, nihil amplius faciunt, sed solùm inculcant, quò labores perficiant, vt eos laxantes, & lassantes inserant desperationem.

CAP. XXIX.

QVando igitur cogitationes magnos prædicent labores, respuendo illas, animam extenuemus; quando autem è diverso labores imminuant, quasi nihil perficientes, nos, quoad vires ferent, misericordias Christi extollamus, quanto enim amplius corpus tuum duritie tractaveris, eo magis tuam perscrutaris conscientiam; G te ipsum dignosce, cogitationum in occulto deprædationes perscrutiens, ne fortè insensibiliter agiteris circa clandestina earum latrocinia, inumbremur, putantes, quod solâ victus asperitate virtutes percipimus: sic enim quidem imaginantes excussi sunt mente, veluti locustæ, Dæmonibus imaginationes excindentibus, ac visiones detorquentibus, & depravantibus, & quandoque metu quoque animam decipientibus. Cuidam fratrum noctu experrecto imaginationes terricas impresserunt Dæmones, & non solùm eius exteriori aspectui, verum, & interiori obtutui, ita vt curâ subsequentis, instantisque noctis mens, timore vexata, periclitaretur intellectus rapinâ; & plurimas per noctes bellum Animæ quasi volando inferebatur, ille autem qui periclitabatur, mentis ducem intus retinere nitebatur, largitori orationis animam appendens, delictorumque actiones adversus se ipsum proferens, sese inspicere contendebat; postmodum distrahens animam rogo iudicij exterrefaciebat, vt; metu metum collidens, H timiditatem repelleret, sicut equidem & factum fuit, vti retulit, qui bellum est passus; Dæmonibus enim multimodè animam perterrefacientibus, qui gravabatur Deum oratione inquirebat, illis verò per imaginationes hùc, & illùc animam distrahentibus, iste transactum delictorum acervum animo versans, ac reminiscens, omnium rerum inspectori Deo ostendebat; iis autem denuò obtutum orationis detrahentib. ille iudicij metum ex adverso opponens, delevit imaginum obversantium, oculosque deludentium timiditatem; altera quippe pars, cum plusquam alia redundasset, deceptionem, Deo duce, superauit; peccatorum etenim reminiscentiâ anima humiliata, timoreque judicij, velut è somno exsuscitata, terriculamenta Dæmonum ex suis insufflavit interioribus: totum hoc verò supremæ fuit gratiæ Virtus, nimirùm; Dæmonum quidem abegisse terrores, animam verò suffulsisse lapsantem: suffulcit quippe Dominus omnes, qui corruunt, & erigit omnes elisos. (Psal. 145. v. 8.)

A

CAP. XXX.

Accidit aliquando, vt enitamur puram effundere orationem, & fortè nequimus; & à diverso contingit nonnunquam, vt nobis non enitentibus, anima puræ incombat orationi; quia primum quidem nostræ est infirmitatis, istud autem supernæ gratiæ advocantis nos, vt ad animæ puritatem redeamus, simul verò, & per vtrumque nos edocentis, non nobismetipsis attribuere, quod puri oremus, verum agnoscere donatorem: quod enim aliquid precemur, vt oportet, nescimus, (Ad Rom. 8. v. 26.) quando igitur orationem conamur purificare, & non possumus, sed tenebris offusi sumus, tunc, lacrymis genas irrigantes, Deum supplices rogemus, vt tenebrosa belli nox dissolvatur, animæque fulgor illustretur. Quando causâ ministerij frater convictor peregrè discesserit iuxta votorum consuetudinem, eius renova memoriam, at præter modum ne ipsum imagineris, ne fortè (B) initium sollicitudinis Dæmones à te sumentes, illud acuendo multo reddant acutius, cum tibi adumbrantes in Psalmorum decantatione, atque Divinis ipsis officiis curâ turbantes, quæ secundùm Deum est; vt curâ curam repellentes, nos à rebus melioribus abducant captivos, & non cogitemus de illo dicto: (Psal. 54. v. 23.) iacta super Dominum curam tuam. Norunt quippè, ex cura etiam circa fratrem superflua, ducem rationis mentem subturbando, afflictiones insculpere, prætereà verò, & querelas tarditatis subaccendunt, quasi fratre subnegligenter agente circa ministerij studium, vt desiderium valdè sollicitum forsitan in odium quoque convertatur. In sollicitudinibus autem, quæ circa peregrè agentem habentur, mos est Dæmonibus, & illud facere; in die, qua sciunt, ipsum adfuturum, per somnium velut in speculo eum exhibere solent, vt ex insomnio, quod successit, faciant, quod tempore peregrè proficiscentium, rursùs expectemus Prophetas, seu interpretes somniorum, quos potiùs aversari oportet, vtrúmque ab iis averti, ne fortè ex istis in aliis (C) quoque decipiant Animam.

CAP. XXXI.

Verùm ipsi quidem fratres nihil præsciunt, quæ autem vident fieri, ipsa annunciant, & imaginantur: sæpius igitur, cum nos in placida quiete resideamus, conspicati fratrem ad nos venientem per cogitata prænunciarunt, quibus non oportet credere quamvis dicere vera putent, quia per eam videlicet veritatem mendacium subinferunt, vt ex particulari quopiam vtis, quæ sunt ante nos, laqueos quasi delineent. Quemadmodum aurum in vase parvulo argillaceo, in quo metalla funduntur, & liquefiunt, protrectum, evadit purius; ita & novellus Monachus in Cœnobio quasi metallum, positus ad expurgandos mores, tolerantiùs pro fulgidius redditur: per mandatum enim fratrum disciplinam obedientiæ perficit, per affligentem autem suam præparat naturam ad longanimitatem habendam; (D) quando ergo gaudio suscipiat contumelias, tenuitateque demissionem animi amplexetur: superior oppositis effectus passionibus, tunc virtutibus coruscare contendit, gratiâ ipsi amplius vires concedente, & copiosius. Sicut qui in radices terræ descendunt aurum refodiunt, ita, qui in anteolam humilitatem descendunt, virtutes reportant. Tunc intellectus præsentit requiem, quando passionum recidens causas circa contemplationem fit occupatus, ante verò illarum incisionem, contrariorum pugnæ infirmè accedens, laborem persentit, ac ærumnas.

CAP. XXXII.

Senes lubenter amplexantur solitarium gradatim comparatum recessum; si modo quis, cum in Cœnobio Virtutes perfecerit, eò vsque pervenit; & quidem se ipsum probet, an possit in recessu proficere, sin verò, haud valens, virtute frustretur, reflectat iter ad Cœnobium, ne forsitan, cum cogitationum machinationibus occurrere non possit, excidat mente. (E) Quemadmodum Viduæ lugentis solatium sunt filij, sic & Animæ, quæ deliquerit, consolatio, labores sunt, qui desperationem cogitationum dissipant, & pœnitentiæ fiduciam superseminant, & misericordias Christi publicant, ac divulgant, patratáque peccata proscribunt. Non solùm ergo debemus quasi ex consuetudine laboribus incumbere operando, verùm & prudenti gratiarum actionis animo, ne hocce sapientiæ studio anima nuda comperiatur; si namque in vnaquaque actione bene novimus eum, qui laborum fines elargitur, gratiarum actione obsignemus. Sicut panem ab infante catulus eripere insidiatur, ita prudentiam à corde cogitatio mala: ne igitur iuveniliter sapiamus, contrariorum operum vtentes malitiâ, vt iis in direptionem animam non prodamus. Quemadmodum stellarum chorea facem gestans splendidum reddit Cœlum, ita sermonum veritas quasi lampadam tenens, nitidum efficit hominem, (F) Vnum igitur veritatis in linguis portemus modum, quia Dominus inhabitare facit vnius moris in Domo. (Psal. 67. v. 7.) Quemadmodum vehementia assilientia fulgura tonitru præsignant, sic & plena, iustaque accedentia dicta, fidem prænunciant. Fideles igitur Veritati esse studeamus, vt ad Virtutum Metropolim charitatem progrediamur. Sicut Sol auri in modum splendentibus radiis toti arridet Terrarum Orbi, ita rutilantibus actionibus Veritas omni animæ perlætatur, & congratulatur; quam si obtinuerimus, passiones extinximus, ad Cœlos vsque illuximus: omnem subibis laborem, donec sanctam compares charitatem, quia, absente istâ, nihil præsentium prodest: etenim ita ferocit, & asperantur mores, & admiscentur gloriæ labores vesanâ quadam elati insolentiâ. Propter animæ demissionem David cum luctu ieiunabat; nos quoque per ieiunium Animam humiliemus.

CAP. XXXIII.

(G) Qui corporalibus laboribus asperiùs exercetur, nèc propter laudem operetur, nec ob gloriam efferatur; si enim in his Dæmones animam grandi tumere faciant supercilio, tum asperitatem, tum corporis exercitationem gloriâ corroborabunt, imò ad maiores suscipiendos attrahent labores, vt maiorem etiam in modum superbiat, colloquuntur namque interiùs per cogitationes talia immittentes; quod mirum, sicut talis, ac talis, qui duritèr sese exercuit, magnificè decantatus est, & mortuus etiam celebratur, sic & tu ipse ad summam exercitationem ascende, vt tibimet gloriam acquiras, magnumque de te nomen divulgetur, dum etiam post mortem supra modum celebraberis: per has equidem deceptas cogitationes, non solùm tuos oppugnant labores, verùm etiam in adiutorium advocant, quia per ipsos in molestiotibus animam tangunt: ipsum enim in throno collocant, atque magistralem extollunt sermonem, vt benenominetur, velut ille, qui ob hoc primas obtinet partes eorum, qui summopere laboriosi, (H) cognoscendique sunt præditi facultate: quin eidem immittunt æmulari, suadentes, ac invidere iis, qui propter facinora rectè patrata fautis votis, & acclamationibus excipiuntur, iisque quorum actio mirabilior est, ac vicina, ac similia sapientia, quandoque etiam contingit, vt carnis ardorem fraudulenter consopiant ea interioribus impuras submoveant cogitationes, vt putet quis corporis asperâ tractatione se iam spiritum scortationis devicisse, iuxtaque Sanctorum fulgorem cor expiatum reddidisse, & vsque ad sanctitatis fastigium ascendisse. De cibis autem, quibus abstinuit, assiduisque ieiuniis suo confirmant annos suffragio, de quibus debet, velut is, qui præstantissimè sese gessit, gloriari, & adversus fraternitatem, vti vilem efferri; taliter autem ipsum enarrare faciunt certamina, ac si ex sola sui prosperè perfecta essent virtute, nimirùm; talia ego patravi, talique exercitatione sum vsus, ac tali modo me ipsum malè tractavi; os

A etiam occludentes, ne hoc dicat, videlicet; non ego
solùm, sed auxilium, quod in me erat, non enim ei
permittunt, in his Deum auxiliatorem fateri, in qui-
bus faciunt ipsum grandia tactitare, perinde ac si tota
certamina ex propria complesset Virtute, præmiorum
laudes totas inde reposcat, vtque ad fundum blasphe-
miæ submergatur, sese sibi ex se ipso auxiliatorem sto-
lidè ostentans.

CAP. XXXIV.

QVapropter, corde tali modo per gloriæ cogita-
tiones edocto, & non repugnante, non extra
occultam mentis erit vesaniam, intellectus duce ex-
cuti periclitante, aut per fidem facientia somnia, aut in
2. Cor. c. 11. v. 14. vigilias transformata, aut in transfiguratione lucis
conspecta. Ipse namque Satanas in Angelum lucis trans-
figuratur ad nostram deceptionem, fortè, se gratias da-
turum, demonstrans, vt ita cadens adores, aut tibi, te, vt
B alterum Helism à se assumendum annuntians, aut san-
ctificare promitteos: quorum quidam fidem suscipien-
tes, circa veritatem aberrarunt, & dementes evaserunt. Tu
igitur, ô Sanctæ Trinitatis Precator, sciens ista, quæ stu-
diosè elucubras, omni custodiâ tuum cor observa, ne for-
tè, laboribus tantùm externis attendens, internis dolosè
illaqueeris. Iraque, ô fili, mei ad te dicti sunt sermones;
tu verò mea verba in tuo corde servato: memento Chri-
sti te custodientis, nec obliviscaris adorandæ, & consub-
stantialis Trinitatis, cui gloria in sæcula. Amen.

EIVSDEM

Ad eundem Tractatus, De Vitiis, quæ op-posita sunt Virtutibus.

C

CAP. I.

NEcessarium arbitror, Vitia quoque Virtutibus op-
posita breviter tuæ subiicere industriæ, & quidem
cum hucusque excoluissemus mentem, spinas cogitatio-
num ex insitiâ terra reiecimus: non ex operibus autem,
Tit. c. 3. v. 5. quæ fecimus nos ad istud pervenimus, verùm formam
habentes sanorum verborum, quæ à Patribus audi-
2. Tim. c. 1. v. 13. vimus, quorumdam etiam actionum conscij facti su-
mus. Totum autem gratia desursùm, quæ adhuc pecca-
toribus submonstrat insidias eorum, qui mentes de-
1 Cor. 4. v. 7. cipiunt, quæque securos efficit, ac dicit, Quid habes
quod non accepisti? vt mediante acceptione, datori
gratias agamus, quia non nobis ipsimet attribuimus
vllam gloriæ iactantiam, donationem inficiantes; ideó-
que dicit: Si verò accepisti, quid gloriaris, quasi non
acceperis? iam (inquit) divites evasistis, qui operibus
pauperes estis, iam, qui doceri incepistis, saturati estis;
D quorum deceptio nuper ad me transiit, tum per discur-
1. Tim. c. 6. v. 18. sum, quem fœnori accepi, operum obtendendo paupet-
tatem, tum etiam per consilium, quo admonui, dis-
ciplinæ doctrinam obuertendo. Attamen si quæ apud
vos venia obtinuit, illam quoque impertiamini mihi,
vt opposita Virtutibus Vitia significantes breviter sub-
jiciamus. Quid nimirum sit gulæ ingluvies, adversùs
quam insurgit sobrietas; quid verò impudicitia, seu scor-
tatio, & quid continentia: auaritia quid, & quid ino-
pia: quid tristitia, adversùm quam est gaudium: iracun-
dia quid, & quid longanimitas: quid acedia, seu pigritia, &
quid tolerantia laborum: vana gloria quid, & quid non
vana gloria: quid invidia, & non invidia: superbia
tandem quid, quidque humilitas; cumque
ista sibi ipsis contraria, & opposita
sint, ita subiecimus per
compendium.

***

CAP. II.

E EST igitur cupiditas explendi ventris, seu gula, for-
nicationis mater, nutrix cogitationum, ieiunij re-
missio, exercitationis Monasticæ frænum, petitionis
scopi retriculamentum, eduliorum effictio, inanis con-
dimentorum imaginatrix, pullus dissolutus, effrænis in-
sania, receptaculum morbi, sanitatis invidia, fistula-
rum gutturis obstructio, viscerum suspirium, contu-
meliarum scopus, impudicitiæ conciliatrix, intellectus
sordes, corporis imbecillitas, somnus aggrauans, mors
tristifica. Sobrietas est frænum ventris, inexplebilita-
tis flagellum, proportionis statera, voracitatis camus,
recreationis renunciatio, durioris vitæ ordinatio, cogita-
tionum subactio, oculus vigiliæ, Venereæ inflammatio-
nis liberatio, corporis Pædagogus, laborum Turris, in-
genij murus, morum repressio, passionum cohibitio,
membrorum mortificatio, animarum ad vitam revoca-
tio, imitatio resurrectionis, sanctificationis institutum. F
Impudicitia est voracitatis fœtus, præmollitrix cordis,
inflammationis caminus, Idolorum pronuba, actio
non agnata, obvmbrata forma, complexus imaginarius,
insomniorum lectus, stolida consuetudo venerea, ocu-
lorum dolus, aspectûs impudentia, orationis pudefa-
ctio, cordis opprobrium, ignorantiæ ductrix. Tempe-
rantia, est veritatis stola, lasciviæ securis, oculorum au-
riga, intellectus inspectrix, cogitationum circumcisio,
luxuriæ resectio, contra naturam plantata, inflamma-
tioni opposita, effectorum operum expolitrix, conti-
nentiæ cooperatrix, luminosa facula cordis, orationis
stylus horas indicans.

CAP. III.

AVaritia est Idolorum parva parsimonia, populi G
vaticinatio, strictiore manu sumptuum faciendo-
rum calculus, reponendorum computatio, captivita-
tis divitiæ, genus iniustitiæ, morborum pinguedo, mul-
torum annorum divinatrix, sedulitatis incantatrix, vigi-
liæ consultrix, ventris paupertas, ciborum vilitas, in-
satiabilis vesania, Iniquitas plurimis insessa curis. Pau-
pertas est auaritiæ exstirpatio, radix aversionis à pecu-
nia, Caritatis fructus, crux vitæ, vita sine molestia, the-
saurus minime invidendus, Cœlum absque sollicitudi-
ne, Sol, qui non potest circumvelli, immensa materies,
divitiæ incomprehensibiles, curæ falx, Evangeliorum
operatio, ornatus indissolubilis, certator velociter cur-
rens. Tristitia, est incola detrimenti, infelicitatis con-
versatrix, peregrinationis præcursor, cognationis me-
moria, angustiæ assecla, pigritiæ socia, irritationis vitium,
iniuriæ monimentum, animæ tenebrarum offusio, affe-
ctuum mœstos pudor, prudentiæ ebrietas, antidotum,
seu medicamentum soporiferum, formæ nebula, vermis
carnis, cogitationum dolor, vinculum captivitatis. Gau-
dium, est exitium tristitiæ, gratiarum actio ob calamita-
tes orationum visio, lætitia ob labores, hilaritas bene- H
ficentiæ, renunciationis mundo quasi insitus surculus,
hospitalitatis receptaculum, spei confugium, exercentium
sese nutrimentum, lugentium exhortatio, lacrymarum
consolatio, afflictionis auxilium, Caritatis suffragatrix,
consors longanimitatis. Ira est direptio prudentiæ, sta-
tus destructio, naturæ confusio, forma efferata, caminus
cordis, eructata flamma, exscandescentis animi lex miu-
riarum odium, ferarum mater, silens pugna, orationis im-
pedimentum. Longanimitas, est armatura prudentiæ, tri-
bunal iracundiæ, cordis medicina; commonitio animos
tollentium, ac ferocientium, serenitas turbatorum, portus
carens procellis, mœrore afficientibus beneficentia,
benignitas erga omnes, benedicit ei, à quo infamatur,
contumeliis proscissa exultat, solatium existentium in
angustiis, sperantium speculum, præmium malis affe-
ctorum.

A

CAP. IV.

DEsidia, siue Acedia, est amor aëreus, gressuum circumductrix, odium sedulitatis, pugna quietis, Psalmorum decantationis procella, fundendæ orationis piger motus, exercitationis relaxatio, dormitatio intempestiva, somnus sese circumvertens, vesaniæ gravamen, odium cellæ, aduersaria laborum, opposita tolerantiæ, meditationis frænum, scripturarum inscitia, tristitiæ particeps, horologium famis. Tolerantia laborum est acediæ recisio, cogitationum detroncatio, mortis solicitudo, meditatio crucis, metus velut clavis affixus, autũ percossum, ob pressuras legis repositorium, liber gratiatum actionis, lorica quietis, armatura laborum, honesta elaboratio, fervida virtutum subscriptio & approbatio. Vana gloria est conversationis Imaginatio, sedulitatis fastus, veritatis cõtraria, hæresum princeps, præsidentiæ ap-

B petentia, vltima in salatatione, laudum servitus, spiritus in multas conversus figuras, bellua mille armata dentibus. Medium vanæ gloriæ superbiâ & invidiâ nectitur, quæ ad invicem sunt, & mutuum bellum gerunt, catena triplici vitiorum adnexa funiculo, passionum propinatio triplici constans veneno, triplex hæreticorum lingua. Non vana gloria, humilitatis est operatio, complacẽtiæ defectio, laudum despicientia, cognitionis contemplatio, mundo cõtraria, vigor & integritas animæ sensuum, vilitatis placitum, laborum occultatrix, hostis celebritatis, delitescens, thesaurus in corpore corruptibili. Iovidia est indumentum superbiæ, humilitatis depositio, loquacitatis radix, tranquilitatis animi lippitudo, amicitiæ simulatio, confidentiæ fraus, Caritatis hostis, celebratorum æmulatio, turbatio eorum qui stabiles ac firmi sunt, bene ominantium cavillus, altercatio oculorum. Quis est adeò purus corde, qui non reprehendat seipsum pro transgressione diuini præcepti, aut defectu aut negligentiâ? Noster autem Christus, sit ille per quem fa-

C cilè iter patrat ad omne bonum opus, voluntatis suæ. Ipsi gloria in sæcula, Amen.

Deest in precedenti Tractatu quid sit non invidentia, quid superbia & opposita humilitas: sed hæc suppleri videntur quoad vitia, ex octo orationibus eiusdem Nili de octo vitiosis cogitationibus, quæ habentur Sæculo 5. part. 2. huius Bibliothecæ pag. 1170.

EIVSDEM

Capitula XXVII. De diversis malignis cogitationibus.

** Sequens Tractatus vt & antecedens magnam habent affinitatem cum ejusdem Nili octo orationibus de octo vitiosis cogitationibus quæ habentur Sæculo 5. parte 2. huius*

D *Bibliothecæ pag. 1170. & ex his tribus Opusculis videtur collegisse suam versionem quasi Centonem consuens Author aut Interpres alterius tractatus de octo vitiosis cogitationibus, qui item insertus est eodem Sæculo 5. huius Bibliothecæ part. 2. pag. 1174.*

CAP. I.

E Dæmonibus activæ vitæ oppositis, primi ad bellum insurgunt, qui gulæ voluptatibus, sive cupiditatibus præsunt; quique nobis avaritiam suggerunt, & qui nos ad humanam gloriam provocant. At cæteri omnes retrocedentes post illos, quos illi volneraverunt, excipiunt. Nec enim fieri potest, vt is incidat in manus spiritus fornicationis, qui non ceciderit à spiritu gulæ devictus: nec possibile est vt iram commoveat, qui non contendit & rixatur pro eduliis, aut pecuniis, aut gloriæ irrationabilibus cupiditatibus. Nec etiam fieri potest, quod dæmonem effugias tristitiæ, qui

E omnibus hisce fuerit privatus, aut illa assequi nequiverit, nec quis evadet superbiam, quæ primum fuit germen Diaboli, nisi malorum omnium radicem exterminaverit avaritiam. Si quidem & paupertas virum humiliat, secundum sapientem Salomonem, vtque summatim dicam, nullatenus homo potest in diaboli prolabi potestatem, nisi prius ab illis primipilaribus fuerit sauciatus. Et ideò has tres cogitationes Diabolus tunc Saluatori induxit. Primum quidem exhortans, vt lapides efficeret panes; postmodum spondens mundum vniversum, si cadens adoraret; tertiò dicens, ipsum celebrandum fore, ac glorificandum si obaudisset, dum ex illo tali casu nihil fuerit passus: quibus Dominus noster superior apparens, vt retrocederet Diabolo mandavit, nosque per ista edocuit, quod impossibile est, Diabolum repellere, nisi tres istas despexerimus cogitationes.

F

CAP. II.

OMnes Dæmoniales cogitationes inferunt Animæ rerum sensibilium notiones, quibus mens informata, formas illarum rerum in seipsa circumfert, sicque *Dæmonem, qui appropinquarit, è re ipsa dignoscit, exempli gratiâ, si accesserit intellectui meo persona, quæ me detrimento, aut ignominia affecit, arguitur, quod inimicitiarum recordationis appropinquavit cogitatio; si iterum pecuniarum, aut gloriæ recordatio fiat, manifestum ex re est, quod is, qui nos tribulat, dignoscetur; quin & in aliis cogitationibus similiter è re invenies Dæmonem adstantem, & imaginationes suggerentem, non omnes autem recordationes huiuscemodi rerum à Dæmonibus contingere dico; quandoquidem & mens ipsa ab homine commota, imaginationes rerum, quæ evenerint, proferre, seu emittere consueuit; sed quotquot recordationes iram, vel cupiditatem præter naturam alliciunt (*subintellige*,) eas dico à Dæmonibus

G procedere; nam ob turbationem duarum istarum potentiarum (scilicet iræ, & cupiditatis) mens intellectualiter adulterat, & pugnat, cum Dei, qui legem ipsi imposuit, non valeat imaginationem suscipere; siquidem claritas illa, posita privatione omnium notionum de rebus, animi principatui opportunè orationis tempore quasi prætereundo apparet, homo non deponet vnquam memorias passionibus repletas, si concupiscentiæ, & iracundiæ curam non gesserit; illam quidem jeiuniis, & vigiliis & humi cubando consumens, hanc verò longanimitatis actibus; & oblivionis iniuriæ, ac eleemosynis mansuefaciens: ex his quippe duabus passionibus omnes ferè Dæmoniales constant cogitationes, quæ mentem in exitium ac perditionem inducunt.

CAP. III.

FIeri autem non potest, vt quis huiuscemodi pas-

H sionibus superior evadat, nisi omninò escas, & pecunias, & gloriam despiciat, adhuc etiam, & proprium corpus, propter eos, qui conantur ipsum velut colaphis percutere: necessum igitur planè, imitari periclitantes in mari, qui, propter violentiam ventorum, vndarumque insurgentium, vasorum etiam vtuntur eiectione. Verùm hîc diligenter attendendum, ne fortè, dum vasorum vtimur eiectione, id faciamus, vt ab hominibus videamur, quandoquidem nostram reportamus mercedem, aliudque nos consequetur naufragium, primo longè molestius, cum nempe Dæmon è contra nobis vanam gloriam insufflarit. Idcircò Dominus noster in Evangeliis moderatricem instruens mentem, ait: Attendite, ne faciatis eleemosynam vestram coram hominibus, vt ab ipsis conspiciamini, alioquin mercedem non habebitis à Patre vestro, qui est in cœlis: & rursùs: quando oratis (inquit) non eritis sicut hypocritæ, qui amant in Synagogis, & in angulis plateatum stantes orare, vt videantur ab hominibus; Amen dico vobis, quod receperunt mercedem suam; & iterum Matth. 6. v. 2.

A dicit : quando jeiunatis, ne sitis sicut hypocritæ tristes ;
externunant enim facies suas, vt videantur hominibus
ieiunantes, Amen dico vobis receperunt mercedem
suam. Verùm hîc attendendum medico animarum, quo-
modo per eleemosynam curat iracundiam, per orationem
autem expurgat mentem, & denuò per ieiunium tabesce-
re facit concupiscentiam, è quibus constat novus ho-
mo, renovatus ad imaginem eius, qui ipsum creavit,
Ad Gal. 3. v. 28. in quo, ob sanctam passionum vacuitatem, non est
mas, & fœmina, & propter vnam fidem, & caritatem,
non est Gentilis, & Iudæus, Circumcisio, & Præpu-
tium, Barbarus, Scytha, servus, & liber, sed omnia in
omnibus Christus.

CAP. IV.

INquirendum verò, quomodo in imaginationibus,
quæ per somnum contingunt, Dæmones nostri ani-
mi principatum imprimendo efforment; videtur enim
B hoc tale quid menti accidere, aut per oculos intuenti,
aut per aures audienti, aut rursus per seorsum certà qua-
litate præditum, aut ea memoria, quæ imprimit animi
principatui, non per corpus, verumtamen, quæ per
corpus habuit, illa commovet; igitur mihi videntur
Dæmones, memoriam movendo, imprimere animi prin-
cipatui; instrumentum quippe sensus à somno deti-
nerot otiosum. Rursùs ergo, quo pacto memoriam
commoveant, inquirendum. An fortassis per passiones?
& hoc manifestum inde, quia qui puri sont; minime-
que obnoxij passionibus, neutiquam aliquid huiusmodi
patiuntur. Est autem & motus quidam memoriæ sim-
plex, qui à nobis fit, aut à sanctis potestatibus, per
quem conversamur cum sanctis in somnis, & colloqui-
mur, & convescimur. Verumtamen attendendum, quod
quæ cum corpore anima suscipit simulacra, ea absque
corpore mouet memoria; & hoc dilucidè patet ex eo
quod sæpius in somnis etiam nos istud patimur, cor-
pore quiescente : quemadmodum enim possibile est,
C aquæ meminisse, & cum siti, & absque siti, sic possu-
mus recordari auri cum cupiditate habendi illud, & si-
ne cupiditate; atque similiter aliis de rebus. Verùm quod
mens tales, aut tales inveniat imaginationum differen-
tias, illarum indicium est maleficij, seu artis, quæ ad
nostram convertitur perniciem. Simul verò, & hoc
sciendum, quod Dæmones externis etiam rebus vtun-
tur ad imaginationes excitandas, vt, in navigationi-
bus, sonitu fluctuum. Vehementer autem Dæmonum
intentum iuvat ita nostra præter naturam commota,
& ad omnem ipsorum malam fraudulentiam evadit
aptissima, vnde noctu, & interdiu ipsam turbare nul-
lus eorum recusat, sed quando viderint eam mansue-
tudine illigatam, tunc justos ob prætextus confestim
illam exsolvunt, vt effecta magis acuta, ad ferinas etiam
ipsorum cogitationes accommodetur; ideò necessum
est, nec iustis, nec iniustis de rebus eam irritare, neque
noxium ensem præbere suggerentibus; quod persæpè
multos fecisse novi, & plusquam oportuit, parvos ob
D prætextus, succensos.

CAP. V.

ETenim dic etiam mihi, quare celeriter procidis in
pugnâ, siquidem escas, & gloriam, & pecunias
despexisti? ecquid autem nutris canem, cum nihil pos-
sidere profitearis? Si verò is allatret, & in homines in-
filiat, manifestum est, quod intus possides aliqua, eaque
velis custodire. Ego verò bonc talem procul à pura Ora-
tione abesse mihi persuadeo, cum probè sciam, quod
iracundia, Orationis huiuscemodi sit lues. Insuper ad-
miror, quod & sancti oblivioni fuerint mandati, cum
Psal. 36. v. 8. David, qui clamat desine ab ira; & derelinque furorem;
Eccles. 11. v. 10. cum Ecclesiastes, qui præcipit : aufer iram à corde tuo,
& amove malitiam à carne tua : cum Apostolus, qui
1. Tim. 2. v. 8. mandat : absque iracundis, & disceptationibus in om-
ni loco extollere sanctas manus ad Dominum. Ec-

E quid verò non ediscimus ab hominum mystica, & vetu-
sta consuetudine depellendi canes ex ædibus tempore
Orationis; quæ consuetudo illud sububscurè indicabat,
quòd nimirum non oporteat, simul adesse orantibus ira-
Deuter. 32. v. 33. cundiam, & rursus : ira Draconum vinum eorum : Vi-
no autem abstinebant Nazaræi : sed & quidam ex profa-
nis, seu Ethnicis sapientibus affirmavit, fel, atque ilia,
Diis non esse comestibilia, nesciens, puto, quod dice-
bat; quorum illud quidem iracundiæ, ista autem bellui-
næ cupiditatis notas esse arbitror. Quod autem non
oporteat solicitum esse de indumentis, aut eduliis, super-
vacaneum opinor scribere; cum ipse Salvator noster in
Matth. 6. v. 25. Evangeliis prohibuisset; inquit enim : nolite soliciti es-
se animæ vestræ, quid manducetis, aut bibatis, aut indua-
mini; hoc enim palam est gentium, ac infidelium, qui
abrogant, & contemnunt providentiam, mundique con-
ditorem inficiantur; at istud à Christianis omninò est
alienum, qui semel crediderunt, quod & duo passerculi,
qui veneunt dispondio, sunt sub administratione sancto-
F rum Angelorum. Verumtamen est & hæc Dæmonum
consuetudo, vt nimirùm post impuras cogitationes, sug-
gerant etiam eas, quæ sunt solicitudinis, vt Iesus, præsen-
te cogitationum turbâ in loco intellectuali, capite decli-
nato effugiat, sicque infructuosus evadat sermo à spinis
solicitudinis suffocatus.

CAP. VI.

IGitur cogitationes etiam, quæ è solicitudine proce-
dunt, deponentes, nostram in Dominum solicitudi-
nem iactemus, præsentibus contenti, & paupere vita, ac
2 Cor 11. v. 27 veste vtentes, effectores, & autores vanæ gloriæ post
diem exuamus. Si verò quis putat in veste paupercula,
incompositam, ac deformem speciem exhibere, respiciat
Sanctum Paulum, qui in frigore, ac nuditate coronam
Philipp. 3. v. 14. iustitiæ expectabat. Sed quoniam Theatrum, & sta-
dium Apostolus istum nominavit mundum, videamus,
Ephes 6 an possibile sit, quod, qui cogitationibus solicitudi-
G nis indutus est, currat ad bravium supernæ vocatio-
v. 12. nis, aut luctetur adversus principatus, & potestates,
adversus Mundi rectores tenebrarum huius sæculi : ego
Matth. 6. v. 21. quidem nescio, cum ab ipsa quoque sensibili historia eru-
diar; quia videlicet ille, qui certat, impeditur à tunica,
facileque circumtrahitur, quemadmodum, & mens à
cogitationibus solicitudinis; si veras quidem sit sermo,
qui dicit, mentem proprio thesauro assiduam incum-
bere; vbi namque thesaurus tuus est, ibi erit & cor
tuum.

CAP. VII.

E Cogitationibus, hæ quidem secant, aliæ autem se-
cantur; & secant quidem malæ bonas, è contra ve-
rò malæ secantur à bonis; nam Spiritus Sanctus atten-
dit cogitationi in primis positæ, & secundùm illam iu-
dicat nos, aut recipit, quod autem dico, huiuscemodi est.
Habeo quamdam cogitationem hospitalitatis, eam-
H que habeo propter Dominum, sed ista scinditur ad-
ueniente alia tentante, & suggerente, vt gloriæ cau-
sa hospitio excipiam : è contra : habeo cogitationem
hospitalitatis, vt ab hominibus videar; sed & ista disse-
catur, subeunte meliore cogitatione, quæ ad Dominum
potius virtutem nostram dirigit, nosque vrget, vt non
propter homines ista faciamus. Si ergo per opera tandem
in primis maneamus, etsi fortimus à secundis tentati, ta-
men pro solis primis positis cogitationibus mercedes
habebimus : quandoquidem cum homines simus, cum-
que Dæmonibus luctemur, minimè valemus, rectam co-
gitationem incorruptam semper retinere; sicut è contra,
cum virtutum possideamus semina, malam cogitationem
habere non possumus intentatam : verumtamen si quæ co-
gitationum secantium diutius immorata fuerit, tentantis
obtinet partes, & postea secundùm illam cogitationem
homo commotus operabitur. Cum multa observatione
cognovimus, quod inter cogitationes Angelicas, &

A

humanas,ac eas,quæ à Dæmonibus proveniunt, hæc sit differentia, nimitùm, quòd primùm quidem Angelicæ naturas rerum curiosè, ac diligenter inquirunt, sensaque spiritualia, seu cogitationes ipsarum investigant. Exempli gratiâ; quare factum fuerit aurum,quamque ob causam arenosum sit, inque inferioribus terræ partibus fuerit disseminatum, cumque magno labore, ac opere inveniatur? & cum inventum fuerit, quo pacto aqua perluitur, & igni traditur, sicque in artificum iniicitur manus, qui faciunt tabernaculi candelabrum, & thuribulum, & mortariola siue acetabula, & phialas, in quibus per gratiam Saluatoris nostri non amplius nunc bibit Babylonius Rex; sed ab istis Sacramentis Cleopa fert cor ardens. Verùm Dæmoniaca cogitatio,nec novit ista, nec scit; sed non solam auri sensibilis possessionem impudenter suggerit, & delicias, quæ inde proveniunt, atque futuram gloriam prædicit; humana verò cogitatio, nec possessionem quærit, neque cuius rei aurum sit symbolum, seu signum curiosè disquirit, sed solummodo in mentem introducit auri formam separatam ab auaritiæ passione: itaque idem sermo, & de cæteris alius dicendus, secundùm hanc regulam mysticè exercitatus.

Exod. c. 25. v. 29. Machab. lib. 1, c. 1. Hierem. c. 52. v. 18. Daniel. c. 5. v. 3. Luc. c 24 v. 18.

B

CAP. VIII.

REperitur Dæmon, qui dicitur deceptor, & præsertim sub auroram fratribus adstat, qui secedentis Anachoretæ mentem circumagit è Civitate in Civitatem, & è domo in domum, & è vico in vicum,in primis videlicet simplicia habentem colloquia, & cum quibusdam cognitis conversantem, atque prolixius colloquentem, propriumque statum ad obvios non servantem, & paulatim sese procul à Dei cognitione elongantem, virtutemque, ac professionem oblivioni mandantem. Oportet itaque, quod secedens Anachoreta cautè observet Dæmonem istum, vnde incipiat,& quo desinat; circuim neo temerè, neque casu longum illum circulum operosè ducit; verùm ista facit, eò quòd velit Anachoretæ statum disperdere, ac corrumpere, vt mens ex istis inflammata,& è multis colloquiis inebrieta, confestim incidat in Dæmonem fornicationis,vel iracundiæ, vel tristitiæ, qui maxime vitiant, ac læduut status eius claritatem; nos verò,si intentionem habemus luculenter dignoscendi huius versutiam, ne citò quid ipsi proferamus,neve patefaciamus, quæ fiunt, quomodò nimirùm intellectualia fabricetur colloquia, quoque pacto paulatim mentem compellat ad mortem, quia fugiet à nobis, nec enim sustinet videri, dum hæc facit; ac postremò nihil sciemus eorum, quæ discere studuimus, Verùm adhuc vnam diem, siue, & aliam concedamus ipsi, vt actum perficiat, quo, diligenter ipsius ineptum, stupidumque ingenium dignoscentes, posthæc sermone ipsum arguendo vertamus in fugam.

C

CAP. IX.

D

SEd quoniam contingit, quod, tentationis tempore, mens, cùm sit infuscata, ac veluti excitato fæculento cœno inquinata, non perspicit diligenter ea,quæ fiunt, post secessum Dæmonis istud fiat: confidens apud se ipsum memento rerum,quæ tibi euenerunt, vndénam cœperis,& quò processeris,quove in loco comprehensus fueris à spiritu fornicationis, vel iracundiæ,vel tristitiæ, & quomodo facta fuerint omnia, quæ acta sunt,ac luculenter ista edisce, & manda memoriæ, vt ipsum adventantem valeas arguere, locumque ab ipso absconsum indica, néve deinceps eum secteris: Si verò interdum velis in furorem quoque ipsum provocare, eum adstantem subitò argue, primumque,in quem prodiit, locum manifesta, & secundum, & tertium; valde namque fert ægrè,minima tolerans opprobrium, demonstratio verò, quòd tempestivè ad eum fueris loquutus, erit, quia fugiet à te cogitatio: non est quippe possibile,quod deinceps adstet, dum manifestè redarguitur. Huic verò Dæmoni erroris superato succedit, seu subsequitur gravissimus somnus, & mortificatio cum multo palpebrarum frigore,ac infinitæ oscitationes, gravatique humeri, ac torpentes; quæ intensâ oratione dissolvet Spiritus Sanctus.

E

CAP. X.

ODium, quod adversus Dæmones habemus, nobis ad salutem confert, & ad virtutis operationem est valde accommodum, & aptum: Sed hoc in nobis ipsis, velut quoddam bonum germen enutrire non valemus, cum spiritus voluptatum amantes id corrumpant, adque amicitiam, & consuetudinem rursùs animam evocent; verùm hanc amicitiam, seu potiùs gangrænam curatu difficilem medicus animarum sanat per derelictionem; permittit enim, nos aliquid terribile pati ab ipsis noctu, seu per diem, tuncque denuò anima ad odium primigenium recurrit, edocta dicere ad Dominum, secundùm David. Perfectò ipsos oderam odio, in inimicos facti sunt mihi. Is quippe perfectò inimicos odio habet, qui nec actualiter, nec intellectualiter peccat; quod quidem primæ, maximæque passionum vacuitatis est argumentum.

F Psal. 138. v. 22.

CAP. XI.

DE Dæmone autem; qui efficit, vt anime stupidè, stolideque sese gerat, quid oportet dicere? ego enim timeo de ipso quid scribere; quo pacto anima proprio labat, & alienatur è statu; tempore namque adventus eius (scilicet Dæmonis) tum Dei metu, ac devotione exuitur,tum peccatum putat,non esse peccatum, tum iniquitatem non opinatur esse iniquitatem, tum punitionem æternam, ac iudicium tamquam simplex effatum commemorat, tum deridet motus concussiones verè igniferas, tum Deum videlicet confitetur, at, quid mandarit, ignorat; percutis in pectora, quando ea (scilicet anima) movetur ad peccatum, & ipsa non sentit; ex scripturis sermonem habes, illaque tota excæcata manet, nec audit; adducis ipsi, quod ab hominibus infertur dedecus, & non computat opprobrium, quod est apud homines; ipsaque penitus non intelligit, adinstar porci claudentis oculos, sepemque discindentis: cogitationes autem vanæ gloriæ diutius immanentes hunc inducunt Dæmonem, cuius nisi abbreuiati fuissent dies non salua foret omnis caro. Etenim quod eæ cogitationes raro accedant ad fratres, causa manifesta est, dum nempe alij, aut calamitatibus, aut morbis opprimantur, aut miserè degant alij in carceribus, aut in mortes incidant repentinas, iste Dæmon effugatur, cum anima paulatim compungatur, & ad compassionem veniat, sicque excæcatio, quæ à Dæmone fuerat compacta, dissolvatur: quibus (scilicet mediis) nos destituti sumus propter solitudinem, & ægrotantium penuriam apud nos.

G

Math. 24. v. 22. Marc. 13. v. 20.

CAP. XII.

H

IStiusmodi Dæmonem maximè in fugam convertens Dominus in Evangeliis præcepit, visitare infirmos, & invisere eos, qui sicut in carcere. Infirmus enim fui (inquit,) & visitastis me; & in carcere fui, & venistis ad me. Verumtamen hoc sciendum, quod si quis Anachoretarum, cum in hunc Dæmonem inciderit, cogitationes non habuit meretricias, aut domum, siue cellulam non dereliquit præ desidia, iste temperantiam, atque patientiam è Cœlis descendentes est assequutus, ac beatus existit, qui tali passionis vacuitate dignus est habitus. Quot quot autem Divinum profitentur cultum,& mundanis,seu sæcularibus eligunt cohabitare, caveant ab isto Dæmone: ego enim de ipso ampliùs aliquid dicere, aut scribere etiam ipsos homines verecundos.

Math. 25. v. 36. & 41.

A

CAP. XIII.

OMnes dæmones edocent animam, vt amans ſit voleptatum, ſolus autem dæmon triſtitiæ id facere recuſat, ſed introeuntium cogitationes diſperdie, voluptatem omnem animæ imminuens, ac infringens, ipſamque arefaciens per dolorem; Siquidem hominis præ triſtiria dolentis exſiccantur oſſa; &

Prou. 27. v. 22.

medioeriter quidem belligerans probatum efficit Anachoretam, perſuadet quippe ipſi ab omnibus huiuſce mundi rebus abhorrere, omnemque voluptatem euitare, plus verò perſeuerans generat cogitationes confulcores animæ ſeſe ſubducere, aut cogentes procul à locis aufugere: quod cogitauit quondam, & paſſus eſt quoque Sanctus Iob, dum ab iſto dæmone perturbaretus, ac vexaretur; ait enim; Vtinam poſſem me ipſum edomare, aut precari alterum, & faciet mihi hoc. Hujus dæmonis figura eſt vipera, beſtia illa, cuius natura, ſi beneuolè, & humaniter detur, aliarum ferarum venena labefactar, ac diſperdir, intemperanter verò ſuſcepta, ipſum etiam animal corrumpit. Huic dæmoni tradidit Paulus eum, qui patrarat flagitium Corinthi, ideirco denuo ſtudioſe ſcribit Corinthiis, dicens confirmare in illum charitatem, ne forte ex abundantiori triſtiris abſorbeatur iſte talis. Verùm hic ſpiritus homines affligens nouit ipſis conciliarot etiam fieri bonæ pœnitentiæ; Vnde, & Sanctus Ioannes Baptiſta eos, qui ab iſto dæmone pungebantur, & ad Deum confugiebant, admonens inquit: Genimina viperarum quis vobis oſtendit fugere ab ira ventura? facite igitur fructum dignum pœnitentiæ, & ne puteris dicere intra vos metipſos patrem habemus Abraham; dico enim vobis, quod poteſt Deus ex lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Verumtamen quicumque, Abraham imitatus, è terra exiuit ſua, & è cognatione, ipſe iſto etiam dæmone fortior euaſit.

Iob. 16. v. 4.

B

2. Cor. 2. v. 8.

Matth. 3. v. 7. Luc. 3. v. 7.

C

CAP. XIV.

SI quis iracundiæ dominatus eſt, ipſe Dæmones euiceit, ſi verò quis ab iſta paſſione fuetir ſubjugatus, is à vitâ Monaſticâ omninò eſt alienus, ac veluti peregrinus longè diſtat à viis Salvatoris noſtri; Si quidem ipſe Dominus noſter dicitur docere mites vias ſuas, ideirco Anachoretarum mens difficilis eſt captu, cum in manſuetudinis confugiat campum, quia nullam fere virtutem adeo metuunt Dæmones, vt manſuetudinem. Hanc etenim poſſidebat, & Moyſes ille, mitis ſupra omnes homines vocatus. Quin & Sanctus David iſtam memoriâ Dei dignam eſſe acclamauit; aiens: Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius; Sed & ipſe Salvator imitatores nos eſſe iuſſit ſuæ manſuetudinis, dicens: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris: quod ſi quis eſcis quidem, atque potibus abſtinuerit, iracundiam verò malignis prouocet cogitationibus, hic ſimilis eſt naui per mare vaganti, quæque dæmonem habet gubernatorem: ideò attendendum, quoad fieri poteſt, cani noſtro, idemque docendus eſt, vt ſolos diſperdat lupos, & non comedat oues, omnem ergà omnes homines exhibens manſuetudinem.

Pſal. 24. v. 9.

Num. 12. v. 3. Pſ. 131. v. 1.

Matth. 11. v. 29.

D

2. Tim. c. 2. v. 24.

CAP. XV.

E cogitationibus ſola illa vanæ gloriæ multiplici abundat materie, quæ tùm vniuerſum ferè Terrarum orbem comprehendit, tùm omnibus dæmonibus clanculum aperit portas, eſtque velut quidam malus proditor bonæ vrbis; ideo Anachoretæ, ſeu in receſſu degentis valdè mentem humiliat, multis eum replens intellectus conceptibus, atque negotiis, inficienſque lue ipſius Orationes, per quas animæ ſuæ vulnera ſtudet ipſe curare. Omnes Dæmones, qui deuicti ſunt, hanc cogitationem ſimul augent; & rurſus cuncti per eam in animas aditum aſſumunt, reddentes verè nouiſſima peiora peioribus. Ex hac autem cogitatione gignitur & illa ſuperbia, quæ ſignaculum ſimilitudinis coronam è Cælis in terram decuſſit, ac prolabi fecit: verùm ab iſtâ reſilit, necdiù commoreris, nec aliis vitam noſtram, noſtraſque facultates, ac bona immiſericordibus prodamus: iſtum verò dæmonem aſſidua fugat Oratio, nihilque lubenter facere, aut dicere illorum, quæ ad elatam gloriam conducunt. Quando aliquantam paſſionum vacuitatem mens Anachoretarum nacta fuerit, tunc equum vanæ gloriæ poſſidens, ocyus equitat ad Vrbes, intemperata laude è gloria ingurgitata, ac repleta, cui iuxta prouidentiam, ſpiritus fornicationis occurrens, atque in vnâ porcorum harâ ipſam recludens, edocet eam nequaquam derelinquere lectum antè perfectam valetudinem nec immoderatos infirmos imitari, qui, dum etiam in ſeipſis reliquias circumferunt infirmitatis, ſeſe dedunt intempeſtiuis itineribus, & balneis, inque morbos incidunt recidiue. Quamobtem ſecedendo potiùs nobis ipſis attendamus, quod nimirùm, dùm progredimur quidem in virtute, ægre mouemur ad malitiam, & dum in cognitione renouamur, variarum accipimus multitudinem ſpeculationum; rurſúſque, dùm ad orationem eleuamur, lumen Salvatoris noſtri clariùs inſpiciemus

E

Matth. c. 12. v. 45. Luc. 11. v. 26.

F

CAP. XVI.

OMnis quidem dæmonum maleficia ſcribere non poſſum, ipſorumque malignas artes pudet dinumerare, veritus, ne offendantur ſimpliciores, qui legerint. At, præter fornicationis ſpiritum, audi vafritiem. Quando aliquis paſſionum acquiſierit vacuitatem in parte concupiſcibili, cæterúmque turpes cogitationes ſubfrigidæ euaſerint, tunc introducit viros, atque mulieres mutuò ludentes, turpiumque rerum, ac geſtuum Anachoretam conſtituit ſpectatorem. Sed hæc tentatio non eſt ex his, quæ longo tempore durent, intenſe namque Oratio, arctiſſimuſque victus cum vigiliis, & ſpiritualium contemplationum exercitio, ipſam procul repellit, veluti nubem aquâ carentem. Interdum vero accidit, quod & carnes cangat, ad irrationalem ipſas promouens inflammationem; aliaque millia excogitat talis tentatio, omni abundans malitia, quæ in publicum proferre, ſcriptiſque tradere non eſt neceſſum, verum ad huiuſcemodi cogitationes plurimum etiam confert feruor iracundiæ contra dæmonem commotus, quam equidem iracundiam maximè timet, dum in cogitationibus turbatur, ipſiuſque diſperdit conſilia: & hoc eſt illud: Iraſcimini, & nolite peccare. Vtile remedium eſt hoc in huiuſcemodi tentationibus animæ applicatum: Sed & iræ dæmon iſtum fornicationis dæmonem imitatur, etenim ipſe quoque fingit quoſdam Parentum, aut amicorum, aut cognatorum, aut domeſticorum contumeliis affectos, & cæſos ab indignis hominibus, ſicque iram commouet Anachoretarum, ita vt aut proferant, aut faciant quid mali aduerſus eos, qui intellectualiter apparent, quibus attendere non eſt neceſſum, ſed celeriter abripere mentem ab iſtiuſmodi ſimulacris, ne immorans ea in iſtis, tempore Orationis euadat veluti torris fumans, in has certè tentationes dilabuntur iracundi, hique potiſſimum, qui facile ad indignationes ſuccenſent; quia tales procul abſunt à pura oratione, & à cognitione Salvatoris noſtri Ieſu-Chriſti.

G

Pſal. 4. v. 7.

H

CAP. XVII.

COgitata, ſeu conſilia huius ſæculi Dominus, vt oues quaſdam, bono paſtori tradidit homini; etenim (ait) ſæculum dedit in corde ipſius: connectens ei iracundiam, & cupiditatem ad auxilium, vt per iram quidem luporum fugaret conſilia, per cupiditatem autem adamaret oues, etſi ab imbribus, atque ventis ſæpiùs fuerit jactatus. Inſuper autem dedit ipſi & paſ-

A oiuum, vt pasceret oues, locum herbæ virentis, & aquam requiei, & psalterium, & citharam, & virgam, & baculum, vt ea hoc grege nutriretur, atque vestiretur, (1 Cor. 9. v.7.) montanamq; herbam colligeret. quis enim (inquit) pascit gregem, & non comedit è gregis lacte? oportet igitur, Anachoretam noctu, diúque custodire gregem istum, ne cogitatum aliquod fiat belluæ præda, néve in latrones, (1 Reg. 17. v. 34.) incidat; si verò aliquid hujusmodi contingeret in valle nemorosa, confestim eripere ex ore leonis, aut vrsi, sit autem belluæ præda cogitatum, quod de fratre habetur, si quod in nostra mente versatur consilium, cum odio pascatur; sitque pariter feræ præda cogitatum de muliere, si cum turpi concupiscentiâ versetur apud nos; sic etiam se habet cogitatum de argento, & auro, si cum auiditate plus habendi stabuletur in nobis, quin & cogitationes, quæ de sanctis donis habentur, idem perpetiuntur detrimentum, si cum vana gloria pascantur in intellectu: ac similiter in aliis cogitatis continget, B quæ à passionibus furtim spoliantur, ac defraudantur.

CAP. XVIII.

VErùm non solùm interdiù hæc oportet obseruare, sed etiam noctu vigilando ea cauere, ac vitare, contingit enim, quod dum quis turpiter, ac maligne contempletur, perdat quod proprium est: & hoc existit, (Gen. 31. v. 41.) quod à Sancto Iacob dicitur: non tuli tibi pecudem captam à fera; à memetipso reddidi quidquid furto peribat, seu furta diei, & furta noctis, & vrebar æstu diei, & gelu noctis, secedebatque somnus ab oculis meis, si autem aliqua ex labore pigritia nobis accesserit, paululum recurrentes ad cognitionis petram, Psalterio nos admoueamus, per virtutes cognitionis chordas pulsantes, rursusque sub Sinæo monte pecudes depascamus, vt Deus Patrum nostrorum nos etiam euocet è rubo, atque rationes seu caussas signorum ac prodigiorum nobis donet ac largiatur. Naturam quidem rationalem è vitio morte affectam suscitat Christus per C contemplationem omnium sæculorum; huius autem Pater mortuam einsdem naturæ rationalis animam, quæ mors est Christi, per sui ipsius excitat cognitionem: (2 Tim. 2. v. 11.) hocque est, quod à Paulo dicitur si commorimur Christo; credimus, quod & ipsi conuiuificabimur, quando mens, cum veterem exuerit hominem, induerit eum, qui ex gratia est, tunc & statum suum videbit tempore orationis sapphiro, aut cælesti colori similem, quem & locum Dei scriptura nominat, visum à senioribus sub monte Sina.

CAP. XIX.

QVando quispiam hostium appropinquans, te vulnerauerit, velisque gladium eius conuertere (secundum, quod scriptum est) in cor eius, ita facia, vt dici- (Psal. 36. v. 14.) mus, diuide apud teipsum cogitationem ab illo immissam; nimirum qualis vnquam ea sit, quotque è rebus D constet, & maxime quale sit istud, quod mentem affligat, quod autem dico, huiuscemodi est: sit immissa ab ipso cogitatio auaritiæ, istam diuide tum in mentem, quæ ipsam suscepit, tum in auri notionem, tum in ipsum aurum, tum etiam in passionem auaram; ac deinde interroga quidnam horum sit peccatum? vtrum mens? & quomodo? est imago Dei: sed notio auri? & istud quis vnquam diceret mentem habens? verum ipsum aurum est pecatum? & cuius gratia factum fuit? sequitur itaque, peccati caussam esse quartum (nempe passionem auaram) quæ quidem non est res subsistens per essentiam, neque rei notio, nec rursus mens incorporea, sed voluptas quædam homini infensa, è libero arbitrio progenita, mentemque compellens, vt male Creaturis Dei vtatur, quam etiam circumcidere credita est Divina Lex: te itaque hæc perscrutante, cogitatio quidem euanescet in propriam resoluta contemplationem, fugietque à te dæmonium, dum intellectus tuus ab ista cognitione fuerit eleuatus.

CAP. XX.

E SI autem velis vti quidem illius gladio, desideras verò in primis per fundam tuam ipsum subigere: eiice tu quoque lapidem è pastorali tua pera, huiusque exquire contemplationem; nimirùm, quomodo Angeli quidem, atque Dæmones nostro accedant Mundo, at nos ipsorum non accedamus Mundis, nec enim possumus Angelos magis adiungere Deo, nec dæmones efficere magis impuros in animum inducimus: quoque pacto Lucifer, qui mane oriebatur in terram præceps deiectus sit, & mare quidem existimat vti vas vnguentarium, Tartarum autem Abyssi perinde atque captiuum, sed & ipsam Abyssum velut æramentum feruefacit, omnes suâ perturbans malitiâ, omnibusque volens imperare, harum quippe rerum contemplatio valde sauciat dæmonem, omnemque eius fugat castrametationem; sed hæc qui- F dem contingunt solis quiete placidéque purgatis, & aliquantulum dispicientibus rationes eorum, quæ facta sunt. At impuri nesciunt istarum rerum dispectionem, nec audiunt, ab aliis edocti, si illi demulceant, & incantent; cum belli multus excitatus puluis, multusve tumultus sit propter passiones conflatus, oportet enim omnino, castrametationem alienigenarum paululum quiescere, vt Solus Goliath obuius eat nostro David, similiter in omnibus impuris cogitationibus hacce diuisione, istaque belli specie vtamur.

CAP. XXI.

ET quidem aliqui impurorum dæmonum hominem pertentant, vt hominem; aliqui verò hominem, vt animal irrationale perturbant; & primi quidem accedentes, aut vanæ Gloriæ, aut superbiæ, aut inuidiæ, aut criminationis nobis iniiciunt cogitata, quæ nullum irrationabilium tangunt; secundi autem approximantes mouent iram, aut concupiscentiam præter naturam: G hæ quippe passiones communes nobis & irrationalibus animantibus existunt, sub rationali naturâ latentes; Ideo Spiritus sanctus ad incidentes quidem in humanas cogitationes dicit: Ego dixi, Dij estis, & filij Altissimi (Ps. 81. v. 6.) omnes; vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis: ad eos autem, qui irrationaliter mouentur, quid ait? Nolite fieri sicus equus, & mulus, quibus non est intellectus: in camo, & fræno (Ps. 31. v. 9.) maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Anima verò, quæ peccauerit, ipsa morietur, manifestum est, quod homines sicut homines morientes, ab hominibus sepelientur, at qui, vt irrationabiles morte afficiuntur, siue caduur, à vulturibus, & coruis deuorabuntur, è quorum pullis, hi quidem inuocant Dominum, alij vero fœdantur in sanguinibus, qui habet aures audiendi, audiat.

CAP. XXII.

H QVando impuræ quædam cogitationes ocyus fuerint effugatæ inquiramus caussam, vnde id contigerit: vtrùm propter rei penuriam, eò quod materies ægrè sit parabilis, aut propter eam, quæ nobis inest, passionum vacuitatem, non præualuerunt aduersus nos inimici? Exempli caussa: Si quis Anachoretarum, suggestu Dæmonis, recordatus fuerit, quod primæ Vrbis sibi concredita fuerit gubernatio, manifestum est, quod is non immorabitur istam cogitationem contemplans, & caussa ea his, quæ dicuntur, cognita fuit; Si quis autem quod sit Vrbis & qualiscumque, ac similiter cogitet, is beatus est ob passionum carentiam: sic etiam pariter in aliis cogitationibus huiuscemodi modus, si examinetur, comperietur. Hæc autem necessarium est scire ad nostram animi alacritatem, ac robur, vt noscamus, Vtrùm, aut Iordanem pertransiuimus, simulque prope Phœnicum Vrbem, aut adhuc in solitudine degamus, & cædamur ab alienigenis, valde quippe ver-

sutus,

A sutus & callidus mihi videtur auaritiæ Dæmon, adque decipiendum industrius, ac solets, qui sæpius arctè pressus à summo tenontiatione Mundi, confestim prouidum administratorem, amantemque pauperum simulat, & eos, qui nondum adsunt, hospes generosiùs excipit, & aliis absentibus mittit ministerium, & visitat carceres Vrbis, & dinenditos videlicet redimit, & divitibus adhærescit mulieribus, & eos, qui beneficio affici debent, subindicat, & è diuerso alios, qui marsupium possident opulentum, admonet, vt mundo tenuotient: sicque, cum paulatim animam deceperit, ipsam auaritiæ subiicit cogitationibus, traditque Dæmoni Vanæ gloriæ.

CAP. XXIII.

TAli pacto (Auaritiæ dæmon) multitudinem inducit celebrantium Dominum ob hasce prouidas administrationes, paulatimque proferendo aliquos de Sa-
B cerdotio ad inuicem colloquentes, celerem deinde mortem Sacerdotis existentis vaticinatur, vtque non effugiat, millia effingens aducit, sicque mens infelix hisce illigata cogitationibus, pugnat quidem acriter aduersus homines recusantes, id verò amplexantibus dona prompte largitur, ipsorumque bonam mentem, seu virtutem, quæ beneficium, fidemque bonam agnoscit, approbat, & commendat: sed & si quidam litigent, tradit eos Iudicibus, mandatque, vt ex vrbe mulctentur exilio: cæterum hisce cogitationibus interius existentibus, ac versantibus, statim superbiæ quoque Dæmon, quasi ex insidiis repente prodit, fulgura continua in cellæ aëra imprimens, alatosque Dracones insuper mittens, quodque extremum est malum, mentis caussans priuationem. Nos vero, vtpote qui cogitationibus istis luem exoptamus & interitum, cum gratiarum actione paupertati conuiuamus; nihil enim in hunc mundum intulimus, &
1.Tim. v.4. 5.c. manifestum est, qood nec aliquid deferre poterimus, habentes verò alimenta, & vestimenta, bis contenti
C simus; memore & Pauli qui radicem vitiorum omnium
Ibid. v. 10. auaritiam nuncupauit, omnes impuræ cogitationes diutino tempore in nobis, ob passiones, manentes, deducunt mentem in perditionem, & exitium: quemadmodum enim cogitatio panis diu manet in esuriente propter famem, & cogitatio aquæ in sitiente propter sitim; ita & cogitata passionum, & pecuniarum perdurant propter cupiditatem habendi, & notiones escarum, & earum, quæ ex escis patiuntur, turpium cogitationum, immorantur diu propter passiones. Verùm & in cogitationibus vanæ gloriæ, atque in aliis cogitatis. Similiter ista clarescent, fieri autem non potest, quod mens ab istis rebus suffocata Deo adstet, iustitiæque corona se redimiat, & ex his nempe cogitationibus deorsum tracta misertima illa mens in Euangeliis, Christi cognitionis prandium recusauit: rursusque ille, qui deuinctus fuit manus & pedes, atque in tenebras exteriores proiectus, ex istis cogitationibus subtextum habebat indumentum, quem, qui vocauerat, minimè dignum
D huiuscemodi nuptiis esse respondit; ideò nuptialis est vestis vacuitas passionum animæ rationalis, mundanas repudiantis concupiscentias, quæ verò caussa sit quod cogitata sensibilium, diutiùs immorantia disperdant, ac perimant cognitionem seu iudicium in Capitulis de Oratione dictum fuit.

CAP. XXIV.

OPpositorum actiuæ vitæ dæmonum tres sunt Principes in prima velut in acie stantes, quos subsequitur omnis alienigenarum castrametatio, quive in bello primi stant, & animas per impuras cogitationes prouocant, & pelliciunt ad malitiam nimirum ij, qui gulæ cupiditatibus præsunt (vt diximus capite primo) & ij, qui nobis auaritiam suggerunt, & ij, qui ad humanam gloriam nos excitant, desiderans igitur, puram fundere Orationem, caue ab iracundia, & diligens temperantiam, contine ventrem, nòn des pa-
E nem aluo tuæ, & in aqua ipsum attere, & afflige, vigila in Oratione, ac vltionem, siue memoriam iniuriarum procul à te repelle, verba Spiritus Sancti non deficiant à te, foresque Scripturarum pulsa manibus virtutum, tunc orietur tibi cordis affectuum vacuitas, mentemque similem astris in Oratione perspicies. E notionibus quædam sunt, quæ nostri animi principatum imprimunt ac formant, & figurant, quædam verò cognitionem solummodo præbent, menti signum non imprimentes: etenim, In Principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, deponit quidem in corde notionem, non tamen ipsum figurat, neque signat impressione: sic accipiens panem, figurat mentem, & fregisse, imprimit menti signum: verùm, Vidi Dominum sedentem super thronum excelsum, & eleuatum, imprimit menti signum: sine, Vidi Dominum, & dictum quidem videtur imprimere aliquod signum menti, quod autem significat, non imprimit: vidit quippe oculo prophetico na-
F turam rationalem eleuatam, quæ practice, seu actualiter suscepit in se ipsa cognitionem Dei, ibi namque dicitur sedere Deus, vbi dignoscitur; ideò pura mens dicitur Dei thronus; dicitur autem & mulier, thronus dedecoris, loco dicendi, quod sit anima iustas res odio habens; dedecus verò animæ, malitia est, & ignorantia: notio igitur Dei non inuenietur inter notiones, quæ menti signum imprimunt, verùm inter notiones, quæ non imprimunt aliquod signum menti. Oportet enim, quod is, qui orat, sese totaliter à notionibus separet, quæ imprimunt signum menti, & inquirit, an, vt se res habet in corporibus, ipsorumque cogitationibus, sic se habeat etiam in incorporeis, ipsorumque cogitatis, seu conceptibus, & alias quidem mens videns mentem informetur, seu imprimatur, & alias disponatur videns ipsius conceptum? eaindè verò cognoscimus, quomodo cognitio spiritualis mentem separet à notionibus, quæ ipsi signum imprimunt, eamque sistat Deo omni impres-
G sione carentem; quia nimirum notio de Deo non est inter notiones imprimentes aliquod signum menti, nec enim Deus est corpus, sed magis inter eas, quæ non imprimunt, rursus è contemplationibus, quæ menti non imprimunt signum, aliquæ quidem essentiam significant incorporeorum, aliquæ verò rationes ipsorum; neque sicuti contingit in corporibus, ita & in incorporeis fit; in corporibus etenim alia quidem menti signum imprimebant (vt diximus) alia verò non imprimebant; hic autem neutra notio signum imprimit menti.

CAP. XXV.

QVando Gulæ dæmonium, cum per multa, multotiesque decertarit non valuerit impressam destruere continentiam, tunc ad summæ exercitationis desiderium mentem impellit; quamobrem tum ea de Daniele in medium profert, nimirum pauperem illam vitam, & semina, tum quosdam alios Anachoretas commemorat, qui semper sic vixerunt, aut incœperunt, horumque
H vrget fieri æmulum ac imitatorem, vt dum immodicam consectatur continentiam, frustretur etiam moderato corporis statu, non iis contenti propter propriam infirmitatem; vere corpori benedicendo (Dæmon ille) & cordi maledicendo cui ipsos non obedire iustum censeo, neque abstinere pane & oleo & aqua; hanc enim viuendi formam summè optimam fratres experti sunt; hocque non ad satietatem, & semel tantum in diem: admitor quippe, quod quis, si pane, & aqua satiatus fuerit, possit coronam assequi carentiæ passionum: vacuitatem passionum voco, non euersionem actualis peccati, hæc nempe dicitur continentia, sed eam, quæ intellectualiter passionibus affectas cogitationes circumsecat, quam &
Ad Rom. 2. v.29. spiritualem circumcisionem occulti Iudæi sanctus Paulus nominauit, si verò quis animum despondeat super his, quæ dicta sunt, recordetur vasis electionis Apostoli, qui in fame, ac siti cursum consummauit. Quin & veritatis aduersarius dæmon ille desidiæ, imitatur Dæmonem, summam secessionem tolerantia prædito sug-

gerens,

A gerens, ad æmulationem prouocando Ioannis Baptistæ, atque Primitiarum Anachoretarum Antonij, vt, non portans diuturnum, & inhumanum secessum, fugiat cum pudore, locum derelinquens, & ipse postea gloriabuudus dicat, prævalui aduersus eum. Psal.12. v.5.

CAP. XXVI.

IMpuræ cogitationes multas materies ad incrementum excipiunt, atque multa coextenduntur rebus; etenim intellectualiter magna traiiciunt maria, & longinqua conficere non recusant itinera ob plurimum passionis feruorem; quæ autem sunt vtcumque purificatæ, existunt, plusquam illæ, arctiores, cum multis sese rebus non valeant coextendere, propter passionis imbecillitatem, vnde & potiùs præter naturam mouentur, & secundum sapientem Salomonem, tempore aliquo extra vagando spatiantur, stipulamque congregant ad iniustam laterum fabricationem, vt saluentur quemadmodum caprea è laqueis, & veluti auicula è retibus: facilius enim est, impuram purgare animam, quam purgatam, denuoque sauciatam, ad sanitatem rursus reuocare, cum mœstitiæ dæmon nequaquam permittat, sed pupillia oculorum semper insiliat, & orationis tempore peccati præferat simulacrum. Eccl. 11. v. 31. & 27. v. 22. B

CAP. XXVII.

NOn norunt corda nostra dæmones, sicuti quidam hominum censent, etenim solus est cognitor cordium, qui mentem hominum noscit, quiq; solus corda ipsorum creavit; è sermone autē, qui profertur, & è talibuscumq; corporis motibus multas motiones, quæ in corde fiunt, dignoscunt, quas quidem ego nunc voluissem luculenter ostēdere, sed me retinuit Sacerdos Sanctus, indignū effatus talia publicare, & ad prophanorum aures iniicere; siquidem, ait, quod & ille, qui cum insidiatore conversatur, secundum legem, crimini obnoxius est; verumtamen, quod ex istiusmodi signis agnoscant, quæ latent in corde, & ex his occasiones contra nos assumant, sæpius certè aliquos male loqutos arguimus, nos erga eos non cum charitate gerentes, Idcircò in dæmonem vindictæ incidimus, statimque malignas aduersus ipsos cœpimus cogitationes, quas prius nouimus nobis superaccidisse. Quamobrem præclarè nos Spiritus Sanctus accusat, sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum, & cogitationum vltionis aperiebas portam, mentemque tempore orationis perturbabas, inimici tui faciem semper ob animum obuersando, & istam Dei loco habendo; quod enim mens omnino intuetur, dum orat, dignum est fateri, hoc esse Deum. Verum fugiamus (dilecti) maledicentiæ morbum, nullumque vnquam maligne commemoremus, neque detorqueamus, seu obscuremus obtutus, dum proximi memoriam agimus, omnes quippe nostros gestus maligni dæmones curiose inquirunt, & nihil eorum, quæ ad nos pertinent inexaminatum derelinquunt, non recubitum, non sedem, non stationem, non sermonem, non progressum, non intuitum, cuncta commouent, totam per diem aduersus nos dolos meditantur, vt orationis tempore, mentem humilem calumnientur, & ipsius beatum lumen extinguant. Vides quid & Sanctus Paulus dicat Tito? in doctrina, verbum incorruptum, sanum irreprehensibile, vt is, qui ex aduerso est, pudore suffundator nihil habens de nobis quid malum dicat, & beatus David orat etiam, dicens: libera me à calumnia hominum, dæmones ipsos homines vocans, propter naturæ rationale; sed & Salvator in Euangeliis inimicum hominem nuncupat eum, qui malitiæ nobis seminauit zizania: à quo liberemur gratia Christi, & Dei nostri, quem decet honor, & gloria in sæcula. Amen.

Sap.1. v.6. — C — Ps. 49. v. 20. — D — Ad Tit. 13. v. 26. — Matth. 13. v 25.

E

EIVSDEM

Capitula XXXIII. Per gradus quosdam dispposita consequentia.

I. MOrbus Æquatus seu Regius est habitus pessimus Animæ rationalis, per quem tum Deum, tum rerum factarum contemplationem erronee intuetur.

II. Convulsio in scapulas est vitium naturæ rationalis, per quod fit inflexibilis ad virtutèm, Deique cognitionem.

III. Mortificatio partis inflammatæ, seu gangrenæ initium est feruor, & motus iracundiæ, perturbans partem Animæ rationalem. F

IV. Cæcitas est ignorantia mentis, quæ ad actiuas virtutes rerumque creatarum contemplationem quasi collimando non tendit.

V. Paralysis, seu neruorum dissolutio est difficultas motus animæ rationalis ad virtutes actiuas.

VI. Gonorrhæa, seu fluxus seminis est desidia animæ rationalis, per quam abiicere spiritualis doctrinæ sermones consueuit.

VII. Crebrius iterata sessio est impotentia animæ rationalis per quam virtutes assolet reiicere, quæ conferunt ad formationem Christi (in corde.)

VIII. Lepra est infidelitas animæ rationalis, per quam non plene persuasum haber, dum contrectat, ac perscrutatur sermones.

IX. Mentis emotio est animæ rationalis iterata procliuitas ad malitiam post virtutem, Deique cognitionem.

X. Contusio est pessimus habitus animæ rationalis, per quem virtutes sectatur non propter ipsam honestatem. G

XI. Truncatio naris est priuatio virtutis, quæ Christi odorem percipiebat.

XII. Aurium mutilatio est durities animæ rationalis, quæ Spirituali doctrinæ, quasi contra trahendo, resistit.

XIII. Vitium faciei asperæ est delapsus à contemplatione, aut speculationis rerum creatarum intelligentia minime vera.

XIV. Linguæ hæsitantia est passio partis rationalis animæ, per quam eadem rationalitas, scandalum passa in his, quæ facit, non potest pro omni te gratias agere Deo.

XV. Claudicatio est impotentia naturæ rationalis ad operationem virtutis.

XVI. Hydrops, siue Aqua interens est irrationalis declinatio animæ, per quam, exstinctis virtutibus, malitia, & ignorantia dominantur.

XVII. Formica est homo practicus, seu in agendo positus, in isto sæculo sibi alimentum præparans. H

XVIII. Choerogrylli, seu porci grunientes sunt gentes impuræ, quæ susceperunt præcepta Salvatoris nostri Christi. Leuit. c. 11. v. 5. Deut. c. 14. v. 7.

XIX. Locustæ Regem non habentes sunt Animæ rationales, quas mors non concutit, quæque à seminibus aluntur.

XX. Stellio, siue animalculum simile lacertæ domorum parieres perreptans, est mens actiua innixa virtutibus, inque cælestium potestatum cognitionibus inhabitans.

XXI. Catulus leonis est homo absque passionibus, qui regnauit super feras in suam redactas potestatem.

XXII. Gallus est homo spiritualis cognitione plenus, atque aliis animabus annuntians eum, qui ab intellectuali Sole gignitur, diem.

XXIII. Hircus est vir actiuus, qui recte regit inordinatas, quæ in se ipso sunt, cogitationes.

A XXIV. Hirudo, siue sanguisuga est natura emungeos iustum sanguinem ab animabus rationalibua.

XXV. Infernus est ignorantia naturæ rationalis, per priuationem contemplationis Dei superueniens.

XXVI. Mulier est dementia rationales animas ad impuritatem prouocans.

XXVII. Terra est habitus pessimus ex impietate, atque iniustitia collectua.

XXVIII. Ignis est malitia naturæ rationalis, virtutum Dei corruptrix.

XXIX. Aqua est falsa notitia extinctiua veræ cognitionis.

XXX. Oculus deridens est natura impura, Dei cognitionem irridens, nulloque habens honore seu aspernans sapientiam in his, quæ facta sunt.

XXXI. Corui sunt potestates sanctæ vitiorum peremptrices.

B XXXII. Barathra sunt Animæ rationales excauatæ à malitiâ, & ignorantia.

XXXIII. Aquilarum pulli sunt potestates Sanctæ, quæ præsunt ad depellendos impuros.

EIVSDEM,

Spirituales Sententiæ.

I. Absurdum est, eum, qui consectatur honores, fugere labores, per quos iidem comparantur honores.

II. Vis Deum noscere? anticipans, nosce teipsum.

III. Ex amicis germanus est is, qui occasionum prosperam opportunitatem communicat.

IV. Durum est, eum, qui parva facit, magna de se sapere.

C V. Arroganter de se opinari vnicuique impedit scientiam.

VI. Vitæ irrationalis ductor est Dæmon.

VII. Animæ nobilitas ex validitate manifestatur.

VIII. Ille colit Deum religiose, qui non loquitur contra se.

IX. Templum Dei, homo irreprebensibilis.

X. Pessima possessio, vita minime proba.

XI. Loquere quæ oportet, & quando oportet, & non audies, quæ non oportet.

XII. Maxima possessio amicus, in quo nullus error admittitur.

XIII. Morbus animæ, mens gloriæ cupida.

XIV. Hospes, & pauper sunt collyrium, seu medicamentum Dei (tanquam medici.)

XV. Qui suscipit ipsos, citò reparabit visum.

XVI. Omnibus quidem beneficia conferre præclarum est, maxime verò his, qui non possunt rependere.

XVII. Orator in iustitia, poculum aquæ frigidæ.

D XVIII. Temperantia, & mansuetudo animæ sunt Cherubin.

XIX. Honorabilem esse in senectute demonstratio est, quod is ante senectutem fuerit amans laboris.

XX. Studiosum esse in iuuentute, pignus est, eum fore in senectute honore ornandum.

XXI. Animæ domicilij pars superior est vera contemplatio.

XXII. Amans quæ non oportet, minime adamabis quæ oportet.

XXIII. Melius est possidere aurum non purgatum, quàm non sincerum, fucatumque amicum.

XXIV. Anima pura post Deum, Deus.

XXV. O quam cavendum à nimio sui ipsius amore omnia odio habente.

EIVSDEM

Aliæ Sententiæ.

E 1. PRincipium charitatis est alteri alterius gloriæ mutua responsio. 2. Bonum est direscere in mansuetudine, & charitate. 3. Ventilator virtutis est superba cogitatio. 4. Plana via fit ab Eleemosyna. 5. Iniustus Iudex est conscientia inquinata. 6. Durum est seruire passionibus carnis. 7. Si volueris esse absque dolore, stude placere Deo. 8. Qui honeste sui curam gerit, ipsius à Deo cura geritur. 9. Temperans est Portus est contemplationum. 10. Quando voles teipsum nosse quisnam sis, ne te compares cum eo, qui eras, sed cum eo qui ab initio fuisti. 11. Cisterna sine aqua est anima gloriæ cupida. 12. Anima superba, taberna est latronum, oditque sonitum scientiæ. 13. Veri viri malus est error nescire Scripturas. F 14. An Deum timeas, agnoscito è lachrymis. 15. Armatura infracta est humilitas animæ. 16. Arbor Paradisi est vir cupidus virtutis. 17. Iesus Christus est lignum vitæ, vtere ipso vt oportet, & non morieris in æternum. 18. Benefac his, qui sunt vere pauperes, & comedes Christum. 19. Robur verum est Christi corpus comedere. 20. Si amas Christum eius mandata seruare ne obliuiscaris. 21. Inde namque demonstratur qui post Deum est Benefactor. 22. Qui secundùm Deum amicus est, lac, & mel veris fluit sermonibus. 23. Anima verò pigra talem non habebit amicum. 24. Crudelis herus cogitatio cupida voluptatis. 25. tacere veritatem est aurum sepelire. 26. Qui timet Deum, facit omnia secundum Deum.

EIVSDEM

Sententiæ abstrahentes à corruptibilibus & hominem incorruptibilibus agglutinantes.

G

NOTA.

Sequentes sententiæ debent adiungi, ad illas 229. Quæ habentur eiusdem S. Nili, sæculo 5. huius Bibliothecæ parte 2. pag. 1147. Simul enim reperiuntur iuncta in Codicibus M. S. Vaticanis.

1. BEatus, qui sublimem agit vitam, sensum verò humilem; Christum etenim imitatur, cumque ipso considet.

2. Beatus, cuius à lingua lex minime deficit, ab eius namque tabernaculo Deus nequaquam separatur.

H 3. Beatus, qui plurimis benefacit, multos enim, dum iudicabitur, inueniet Aduocatos.

4. Beatus, qui non adulterat virtutem; quia Iudicis non illuditur ventilabrum.

5. Beatus, qui actiones suas adornat, antequam appareat ignis, quo probantur omnia.

6. Beatus, qui ad futuram vitam festinat; res namque præsentes redolent corruptionem, & ad mortem trahuntur.

7. Beatus, qui dispergit improba, quæ congregauit, & purus puro Iudici adstat.

8. Præcipuum autem, summumque sermonis est. Anima ne sis negligens: nam paulò post subibis lancem tremendi Iudicij Christi Dei nostri.

9. Sicut namque misericordes non dolent, imminutis diuitiis ex largitione per singulos dies magis autem delectantur, cum illæ in egenos fuerint expensæ; ita nec inopes afligit concupiscentia rerum præsentium, efficit verò, vt exultent, & gaudeant, tum quia despe-

A ctui habent, quæ ab aliis habentur in pretio, tum etiam quia occupatione circa res futiles liberati, libera cogitatione meliorum operationi incumbunt assidui, cessationem earum rerum agentes, quarum inutili seruituti, nihilque iuuanti multi sese addixerunt: nobis verò tum alimentum, diuturnum paratum est, tum vestis subinde mutanda per tempestates, tum domus similiter à frigoris, ac æstus omni defendens molestia; quin & pecuniarum, & prædiorum, & alterius superfluæ materiæ possessio non est neglecta: & quomodo illorum rebus, ac facultatibus nostra bona erunt æqualia? quibus imaginationis corporeæ cogitatio nullam ingerit perturbationem, at purum quoddam desiderium rerum Diuinarum nos ipsos sublimes extollens, persuadet, vt obliuiscamur earum rerum, quæ splendidæ in terra æstimantur.

Exod. 22 v. 3. Istud cum lex luculenter edicit, aiens; si fur inueniatur totet perfodiendum parietem, & percussus obierit, non erit homicidium; si autem sol in ipso exortiatur,

B imputabitur homicidium: ostendens, veniâ donari in cogitatione affectionem turpibus adhærentem intellectionibus, ac si nocturna foret imaginatio, etenim verè deceptio furtiua est inimicorum omnis correptio insultationis repentinæ, egetque venia; at post multam de prædatore meditationem perspicuamque nocentis meritò considerationem subsequitur postea supplicium; peccatum namque est propositi, seu voluntatis spontaneus consensus, & non ignorantiæ inuita consuetudo, quive manifesto malo consentit, iuste reus cusdit, inflexus veluti per affectûs propensionem hosti tamquam in lumine Solari deprehensio.

10. Perseuerare quidem in oratione præclarum est, & mentem ad Dei colloquium exercere, tantum autem, vt, quod pacis tempus est, non facias esse belli.

11. Verum quis sermo tristitia molestiaque non afficietur? quod nimirum is qui dicit se liberatum à sæculo, huiusce distractionibus implicitus adhuc sit; qui

C gloriatur se Mundum contempsisse, adhuc negotia, quæ in eo agitantur, insane, stolideque amplexetur; qui profitetur se terrena despicere, operibus professionem ementiatur; qui habet vt ludibria, quæ apud homines sunt quippe quæ vt sit, lepida, facetaque videntur, adhuc plusquam alij homines eis operam dedat; qui valedixit vanitati; adhuc ab illa non sit separatus; quive mortem, crucemque mundo renuntiando factus est, nullum deinde mortificationis exhibeat signum.

12. Exiisti heus tu ex Ægypto quid ergo tibi, & operi lateritio? per desertum iter agis, ad terram promissionis concitato gradu festinans, quid immoraris adhuc in vanis laborum studiis, ad longinquam peregrinationem tardus euadens viator;

13. Multo indiget studio propositus cursus; ne per imperuium iter diuageris, vt à recque non excidas: aratri stiuæ manum admouisti, quid ad posteriora conuerteris, ineptus Regno Cœlorum euadens? dimisisti Pentapoleos incendium, quid circumspicis desiderans vide-

D re ea, quæ fiunt? Crucem sustulisti, Christum sequere, derelinquens omnia, Patrem, nauigium, retia, & omnis artis instrumenta, & cum istis omnem cognatorum naturalem affectionem, & memoriam; quis plusquam ista omnia Christus, cui coordinatus es; vult amari: mortuus es cum ipso, consepultus cum ipso fuisti beato tumulo vacuitatis passionum, quid rursus eas, quæ sunt viuentium, passiones subis, plurimam carnis gerens curam ad cupiditates?

14. Væ ei, qui congregat sibi ea, quæ non sunt, sibique aggrauat colli vinculum. Omne, quod non conducit ad virtutem, alienum esse laboranti onus affirma, vt studium à vanis rebus auertas, ipsumque ad ea, quæ sunt vtilia, transferas.

15. Diuinæ leges volunt, nos esse aliorum hominum formas, & irreprehensibili vitâ offendiculorum carentiam omnibus exhibere.

16. Cuius igitur rei forma ipsis erimus, qui plusquam ij circa vanitates distendimur? quo pacto ipsi sal-

E vabimur, & inoffenso gradu procedemus, dum, plusquam illi his rebus adhærescimus, quas contemnere sumus edocti, ipsisque, vt videtur, assentimur, & adstipulamur, hoc modo offendicula ipsis apponentes, & millia quotidie scandala. Eam ob rem magnus Paulus, qui vitam virtute præditam, ac regulam præclare direxit, instans crimen intendendo his, qui contemnunt simpliciorum noxam, dicit. Si viderit te quis habentem scien-

1. Cor. 8. v. 10. tiam, in Idolorum templo recumbentem, nonne conscientia eius, cum sit infirma, ædificabitur ad manducandum Idolis oblata in Sacrificiis? indifferentiam in vosquaque se vno reprimens crimine; etenim dicens, ædificate vos inuicem vnus alterum, vtilitatem, quæ ex mutuo prouenit, lege sancit, vt vnusquisque bonum operando, excitet alium ad ipsius operationem, singulis additamentia euadens ipsi ad perfectionem exemplum.

17. Quibusnam vero molis asinariis, quibusque

F marinis profunditatibus digni sunt ad supplicium hi tales, qui huiuscemodi scandalorum auctores simplicioribus existunt, quive eos, qui forsan magis inclinant ad incedendum cum frugalitate, prouocant ad multimodam materiam contentione contra ipsos, itavt manifestè eligant inutilia?

18. Arduum namque, ac difficile est, vt passionem, quæ iam à multo tempore depascebatur, deponant, dimoueantque habitum longâ distentum consuetudine, si non multo studio vsi fuerint, ad peruersorum motum correctionem, ij, qui illo detinentur, ac velut indissolubilibus vinculis deuincti sunt, si qui ex illis prauis moribus vtcumque exire potuerint, necessum est, vt retro trahantur, tamquam adhuc ipsis dediti, ac veluti ex iis pendentes, retroacti eorum memoriâ, in quibus paulò ante fuerunt.

19. Hocce pacto, qui assuetudine detinetur, difficile est, vt ad insolitum transferatur, malens esse in eo, in quo est, etsi ex confesso sit inutile, quam transire ad inassuetum, licet manifestam, ac euidentem habeat vti-

G litatem.

20. Qui generose, ac magnanime sub Christo militant, quive sæculi negotiationibus non implicantur, quo placeant exercitus Duci, hi legitime certant, ac lævore abdicationis possessionum velut vnguento ad certamen delibuti, hostium prehensiones effugiunt.

21. Idcirco facti sumus ad imaginem Dei, vt conseruemus proprietates illorum characterum, insignique conuersatione videntibus luculenta præbeamus in-

Ps. 102. v. 8. dicia similitudinis ad ipsum. Ego (inquit Deus) miserator, & misericors, longanimis, & custodiens iustitiam: huiuscemodi coloribus imago diuinæ similitudinis describitur; hæcce incorporeæ formæ sunt indicia; ex hisce dignoscitur quæ Deo cognata est anima, æmulans quidem illius summam non indigentiam, desiderio illæsæ puritatis; at corporis vinculo impedita.

22. Nemo quippe est adeo peregrinus, ac naturæ

H humanæ expers, talis effectus exercitiu in malitia, vt non exoretur ex his, quæ passus est, ad eadem vicissim facienda, cum possit, ipsâ in bono vtendo potestate, verecundatus, quod ipse propter ea, quæ iniuste egit, vicissim recipit gratias adiutoris; & meritò quidem seipsum ob malitiam improbans, ac vituperans, rationabiliter verò illum ob sapientiam admirans, cuius exemplo iuuamentum in eo recepit, quod abscesserit à malitia, inque cognitum experientiâ bonum pertransijt.

Ad Colossens. 2. v. 20. 21. 23. Si mortui estis ab elementis Mundi, cur, quasi viuentes decernitis, ne tāgas, ne gustes neque contrectes? omnia namque ad corruptionem ex abusu ijs qui cessare fecerunt cupiditatis impetum ad ea: sed & vos ipsos (inquit) Deo exhibete quemadmodum è mortuis viuentes.

24. Vnde vos quidem (ô dilecti) iuxta metam currentes ad præmium supernæ vocationis, ac prope coronas cum sitis, ne abiiciatis bonam vestri animi alacritatem, sed vt eam à maioribus recepistis florentem, ita posteris ipsam transmittite; eorum autem, qui ha-

ctenus

A ctenus oblectantur vanitate, quiue labores ad virtutem spectantes in æternis occupationibus insumunt, miseremini quidem, tamquam inutiliter laborantium, ac seminantium in carne, è qua licet tantum metere corruptionem; at non valde contentiose cum illis rixemini, vtpote qui peccant in his, quæ vitam decent Apostolicam; nam quos minime conuertit opus, eos sermo nullatenus pudefaciet.

25. Si namque prompte se haberent ad correctionem, præ humanis vtique adhortationibus magis Doctrinales Domini reueriti fuissent sermones, quos ipse ad diuitem plura prædia possidentem edisserens dicebat: si vis perfectus esse, vende tuam substantiam, & da pauperibus, .& accipe Crucem, & retro sequere me.

26. Quemadmodum sitiens, qui somniat, perinde ac si biberet, & expergefactus, adhuc sitit, anima verò eius sperauit in vanum, sic tale quid est vanorum spes, B quæ nimium voluptas est quædam nocturnæ comessationis dilectione somnij oblectans, nec vnquam existimatæ lætitiæ faciens experientiam; cur igitur de his quæ nostra non sunt, solliciti curamus, perinde ac forent nostra, & alienis, vti propriis studemus, tempus rerum necessariarum dispectionis, inanibus in cogitatis insumentes?

27. Quodnam tempus superest ad vacationem dispectionis eorum, quæ non conueniunt, dum quodlibet ex iis, quæ nobis præcipiuntur totum exigat tempus, nullumque aliis præbeat? quo namque pacto indeficienter orabit qui non meditatur in lege die ac nocte? sed & quomodo assidue benedicet Dominum, qui vnum aliquod prædictorum (mundi negotiorum) operatur, tempore vix sufficiente summæ administrandæ curæ cuiuslibet eorum, quæ fiunt secundum virtutem?

28. Et nonnulla quidem artificum opera terminum habent, ac finem, ad quem intentio incipientium respicit, & vnumquodque ipsorum non diutino perficitur C tempore, quippe quod in materiis fabrefit, finemque habet præsentem, & spectantem eum tantum, qui circumsecaturus est: virtus autem longam habet protentionem, & forsan interminatam, vtpote quæ vires eius, qui eam consectatur, inanes reddit, & adhuc tamen longe abest à comprehensione.

29. Quandoquidem ventris repletio inducit irrigationem eorum, quæ sub ventre sunt, genitalium, dum irrigantur per inundantia fluenta, veluti per amatos ductus è satietate perlatos, & ex his asperos efficiant pruritus, ac titillationibus exhibeant temperantiæ laboriosum certamen.

30. Qui, vt admirationi sit apud homines, laborem quempiam amplexatur, nihil differt ab his, qui in scenis exhibent admiranda, quippe qui mercede contentus est ex iis, qui delectantur, accepta, nullaque ratione præmium à Deo petere potest, eo quod ab initio eam, quæ ab illis prouenit, & non quæ à Deo, recipere sibi proposuerit.

D 31. Eequid igitur insolens inflatur, ac fastuosus immurmurat, ac si pro aliis decertaret, existatque communis generis Salvator? ignorans, quod minus lædit incuria, quàm nocere soleat arrogans existimatio sui, vtpote quæ tum ad eum, qui superest, progressum animi præpedit alacritatem, quasi iam perfecerit, quod propositum erat; tum etiam quia ex eo quod respuat relapsos, magnam sibi conciliat punitionem.

32. Quod enim per visionem non fuit menti impressum, forsan non facessit negotium, malamque meditationem intellectui non porrigit; quod autem nec in meditatione fuit, ad opus non procedit, nec habet spatium, vt exterius indicio quopiam innotescat.

33. Non profert contumeliam lingua, sopitâ interius ira, nec oculus luxuriose aspicit, cogitatione illum frænante, & indecentem obtutum cohibente; nec auditus turpem suscipit sermonem, mente hunc sensum tutante, & custodiente; nullum membrum peccatum operatur, vigilante interius gubernatore, qui cogitatio- E nes moderetur, & gradum, siue carceres ipsos receptaculi passionum fortiter retineat.

34. Quomodo igitur, qui actualiter non peccat, eo, qui intellectualiter non errat, maiori dignus erit honore? quia (inquit) ipse lacessitus non flectitur rebus, estque probatior, eo, qui visis concupiscentiæ potentiam non vellicat ad appetitum; sed si iste nullam mundanarum nouerit rerum non habet pugnam aduersus illas; Si verò visu earum perceperit notitiam, iam habet memoriam materias mouentem, sicuti mouent visa, ipsique continua conflata est lucta; cum passiones vacationem nactæ fuerint in loco quietis, perturbandi, plusquam visus, intellectum eius, qui à nullis exterioribus distrahitur.

35. Quandoquidem qui inter colloquia, & congressus conuersatur, visum etiam habet pigriorem, ad ea, quæ scandalizant, in plures dispertitum personas, & cogitationem pariter inertiorem habet, quæ F vix noctu potest quotidianos reperere discursus: is autem cum vna forma continuo pugnat, siue vultus, qui placuit quondam, siue imaginis, quæ dolore affecit; illo quidem adhuc titillante cupiditatem, ista verò iracundiam inflammante, omneque adhibet studium expellendi perturbantis rei cogitationem, & eorum abolendi recordationem, quæ commouent passiones.

36. Et quemadmodum neque visus, neque memoria eduliorum, ac potuum valde suauium mouent eum, qui appetitum non habet, ita nullum sensibile, neque visum, neque auditum, neque cogitationem subiens, inescabit ad passionem eum, qui sedate assolet partes animi passioni obnoxias; habitu nequaquam permittente commoueri eum, qui præ multa quiete dedidicit commotionem.

37. Quo pacto ergo eum, qui imperite, ac periculose Monasticam consectatur exercitationem, licet probatiorem dicere eo, qui cum dexteritate, & secure eidem G incumbit exercitationi?

38. Nescit ista, nec otium habet vnquam ea cognoscendi, qui in Vrbibus diuersatur, quippe videtur præsidatum aliis obtinere.

39. Incendio verò perniciosius intellectualia, quæque vnicuique sensui sunt, nisi quis incrementa recusarit, materias inferentia igni ardenti, ipsasque, velut cremia coaceruantia natutæ succensa flamma, dum memoria veluti flabellum ipsam natutæ flammam euentilet per meditationem, efficiatque latiorem populantis ignis vastitate, ac perdifficilem extinctu.

40. Quin, & congregare stipulam ad paleas, lateritij est operis, in Ægypto diuagantium, nec vllatenus pertinet ad quiescentes, congregat quippe, & inuitus, qui commistus multitudinibus indiscriminatim, materias effectiuas peccati, & passionis otiosum lutum in cubum efformat, quod in seipso informe erat, figuramque recipit perspicuam meditatione illorum, quæ per H sensum velut imagines depinguntur.

41. Passio quippe solum mouere nouit naturalem appetitum, eo debiliorem, quo minus exterioribus materiis cooperantem, quando vero formas libidinosas, ac deceptrices receperit, tunc determinatis notis sensibilium rerum cogitationem retinet illigatam.

42. Ideo quies præclara res est, quia in ea non videtur, quod noceat, quod autem non videtur, illud non suscipit intellectus; quod autem non est in intellectu, non mouet imaginatione memoriam, & quod non mouet memoriam non proritat passionem; passione minime mota, interior animi pars profunda tranquillitate fruitur, ac pace.

43. Eamobrem Iesus Naue non exibat è tentorio, visionis euitans intempestiuos bellicos insultus, ac damna.

44. Quid igitur melius, semetipsum misereri, & scandalis euadere, aut, miserando videlicet alios, difficillimis solutione laqueis implicari, inque mala ineuitabilia incidere, aliis opem ferre volendo? bonum est ma-

A num dare præcipitem se proiicienti, si fieri potest, vt vna cum periclitante non pereamus, sin, dum videmus compati, consequatur, vt ipsi quoque patiamur, proprio studendum est commodo; quilibet enim, non sic est alteri proximus, vt sibi ipsi; ideo, dum fulmineo conflagraret igne Pentapolis, dicebat Angelus iusto, ac hospitalitatis studioso Lot: (Gen. c. 19. v. 17.) Salvans salva tuam ipsius animam, in montem salvare, ne forte comprehendaris, præ pereuntibus, tui ipsius salutem cura. Quod enim ipsi fuit dictum, vt non circumspiceret ad posteriora, docet, quod nulla pereuntium ratio haberi debet.

EIVSDEM

B Beati Nili Sermo. In effatum illud Evangelij, quod, dicit.

(Fuit hic sermo exscriptus ex codice M. S. Cassinensi.)

Nunc, qui habet sacculum, tollat, similiter & peram, & qui non habet, vendat pallium suum, & emat gladium.

CAP. I.

PRopositum effatum; secundum historiam quidem multam habere videtur contrarietatem, & pugnat cum reliquis Domini adhortationibus; at iuxta sublimitatem reconditiora sensus, tum discentium in medio profert vtilitatem, tum edocentis studium indicat accuratum; quomodo nimirum (Præceptor ille Diuinus) sermones hortatorios statibus accommodatos instituat pro ætatibus secundum animam consideratis, dum progrediuntur ad perfectionem iuxta incrementi proportionem. Quo enim pacto nunc iubet iis, vt assumant C gladium, quos jam instituerat præbere maxillam infligentibus alapam? & quomodo vt vestimentum diuendant, emantque gladium iis jubet, qui secundum ab ipso habitam traditionem non habendi duas tunicas, vnum tantum possidebant, quod gestabant, vestimentum? nisi nudos circumire vellet Apostolos, sed ex confesso istud inhonestum erat, neque Domini traditioni consonum: nec enim qui curam gessit ipsorum libertatis, quoad animam, conseruando ipsis immunitatem à curis, ex eo quod nihil possiderent, potuit vnquam negligere conueniens, nudum corpus circumferre mandans. Sicut enim alienum est à sapientiæ studio vltra indigentiam progredi, & animam superfluis, inanibusque induere sollicitudinibus, ita repudiare necessarium corporis ministerium, insana res est, & à statu temperantiæ extranea; oportet itaque vtrisque præceptis adaptatam inquirere solutionem, & demunstrare rationabile, & conueniens, quod ex vtrisque procedit; quia nimirum recenter introductos decebat primum mandatum, perfe-D ctos verò, secundum; etenim etsi inhonestum sit, iuxta literam verbalem, denudatum corpus circumferre; attamen, speculatiue, non solum id optime decet, sed etiam peruti le est. Licet itaque, quod, qui defendit historiam, talibus emulceat verbis effati difficultatem, quod scilicet Apostolis incipientibus quidem Pietatis, cultusque Diuini studium Dominus paupertatem mandauit, volens, vt soli vacarent Diuinarum Disciplinarum meditationi, sciensque imperfectioribus periculosam esse pecuniarum possessionem; at jam progressum facientibus, noxamque ex illis de cætero nullam admittentibus permittit, vt ipsis licenter, impuneque rerum vtantur, vtpote qui, non amplius (vt multi assolent) argento adhærescebant eum passione, neque ab auaritiæ de-ceptione vincebantur, & ait: (Matth. 10. v. 10.) quando misi vos sine sacculo, & pera; nunquid aliquid defuit vobis? nunc autem dico vobis, qui habet sacculum accipiat & peram similiter, oportebat quippe ipsos initio nihil circumferendo, experientiam facere, Magistri potentiæ, quæ E ipsis quæcumque erant quotidie ad corporis indigentiam necessaria, subministrabat ex tempore. Verum non solum hoc, sed & quod paulo ante dictum fuit, vt nimirum paupertatis exercitio probati, huius habitum cōpararent, qui difficulter mutari posset sibimetipsis paulatim perficientes passionum carentiam, propter auaritiam, quæ plurimos perdidit; ipsa namque & Iudam in foueam proditionis egit præcipitem, pecuniis assuefactum, ex eo quod ipsi marsupium ministerij fidelium fuisset concreditum.

CAP. II.

CÆterum circa hoc, qui habet gladium, assumat, & qui non habet, vendat vestimentum suum, & emat gladium, nescio quamnam defensiuam responsionem dabit, qui literam tutatur historicam; cum Dominus velit, pacificos, & benignos esse Discipulos vbicumque. Age igitur videamus, quod præceptum hoc corporaliter, & ad F verbum sit impossibile, spiritualiter autem, & possibile, & vtile. Dominus cum suæ propinquus esset Passioni, & ad Crucem accessurus Iudæorum quidem insidiis, at ex proprij animi sententiâ propter humani generis salutare mysterium, hæc dicit, præparans ad prælium Discipulos aduersus eos, qui contra veritatem instructa consistebant acie; prælium (inquam) non rixosum, quod est affectus ab ira, tamquam Duce, directus, sed prælium habens contentionis diuinæ studium quoddam virtuosum, zelumque cultus Diuini studio inflammatum: videbat quippe impudentes canes Iudæos iam actos rabie aduersus Diuinam Doctrinam, præconiumque salutare euertere festinantes; ideo ad illud contra eos certamen suos erigens, dimittere quidem jubet primam mansuetudinem, & prodire ad arguendos eos, qui pugnaciori sermone conabantur destruere veritatem. Etenim ante omnia opus est Christiano indumēto necessario quod nomini conditionis conueniat, ornat quippe Christianum, non minus ve-G stitu, honesta in habitu modestia, moresque beneuoli, ac mansueti: sed & prælij tempore contra oppositos propulsatoriis sermonibus opus est Etenim tempore (inquit) quo (Luc. 22. v. 35.) misi vos in Israel Doctores, bene pacificum demonstrastis statum, ad obedientiam inobedientes per huiuscemodi trahendo institutum, ipsosque mansuetudine inducentes ad obtemperandum; (vita namque recta ad persuadendum est efficacior vi verborum, seipsam agnito cuique proferens exortationem fide dignam) sed quoniam post meam Ascensionem veritatis hostes hanc inuadent quilibet, qui moralis status curam gerit, exeat è tali studio & ad certamen præparetur. Nullum enim absurdum est, propter præcipua prætermittere minora ad tempus, & mansuetudinem transponendo, euadere bellatorem.

CAP. III.

HOc enim admonet etiam Propheta dicens; Mitis, sit (Esai. 2. v. 4.) pugnator, & sicut Propheticum illud effatum ait: H concident gladios suos in aratra, & lanceas in falces, dum, bello desinente aduersus passiones, vires animæ fiunt agriculturæ instrumenta; sic è contrario bonum est, conuenientem ornatum dimittere, &, si bellum aduocans adsit, præparati ad pugnam, gladiumque pro Dominicis Præceptis apprehendere, vestem moralium exuendo virtutum, etsi oporteat nudum bellare, quia fortassis securius iste, quam qui vestitus est, belligerabit: hoc namque Propheta ille significat (aiens) peribit fuga à veloce, & (Amos. 2. v. 14.) fortis non retinebit robur suum, & pugnator minime salvabit animam suam, & velox pedibus suis nequaquam salvabitur, & subdit: Nudus in illa die persequetur; talem nudum etiam esse vult vendentem vestimentum, & ementem gladium, nec recusantem id, quod ad litteram indecens videtur, propter veritatem rei significatæ. Volens namque, vt homines semper accommodentur his, quæ contingunt, sæpius etiam contraria consulit; & nonnunquam quidem, (vt iam diximus) cædi colaphis, & nequaquam indignari docet, interdum vero gla-

dium

A dium gestare, bellicum habitum, ac professionem exhibendo,& solo aspectu ante conatum hostes perrellendo. Quin etiam præcipienti paulò antè Prophetæ, arma bellica vertere in aratoria instrumenta, contrarium alter Propheta jubet, vt nimirum agriculturæ instrumenta faciamus bellica. Ille quidem ait: Esai. 2. v. 4. exscindite gladios vestros in vomeres, & lanceas in falces. Iste Ioel. 3. v. 10. verò: concidite aratra vestra in gladios, & falces vestras in iacula, qui contraria quidem consulunt, secundum dictionem, sed nequaquam contraria, juxta intelligentiam; hic enim incipientibus bellum aduersus passiones; ille verò his, qui verterunt hostes in fugam, suggerit quid sit faciendum, ad tempus igitur, & indutum esse bonum est, & è diuerso, caui, quando gladium oporteat pro veste comparare; nec enim tantum confert vestis, quantum gladius in ratione securitatis; vestis enim, est quidem ornamentum, sed non securitas; gladius verò plurimam præbet pugnanti custodiam, & quod ad B tempus vtilis sit huiusmodi vestis, inde patet, quod is, qui pertigerit ad perfectionem, & vsque ad contemplationis tectum ascenderit, vetatur retroccedere. Luculenter Matth. 24. v. 17. enim hoc docet Dominus, aiens: Qui est in tecto, non descendat tollere vestem suam.

CAP. IV.

VErum sunt etiam tecta arrogantis existimationis sui, super quæ ascendentes accusat Propheticus Esa. c. 22. 1. sermo, dicens. Quid factum fuit, quod omnes ascendistis in tecta vana? nec enim illud tectum erat altitudo bene fundatæ virtutis, sed tumor quidam vanæ inflationis, seu animi elationis, efficientis vitæ institutum super tali altitudine periculosum, & lapsans; at veritatis tectum est firmiter fundatum, ac firmum, habens virtutem stabilem cum moderata animi elatione ædificatam, à qua prolabi quis non potest; C hæc quippe securum est tecti cacumen conseruans nudum, & innocentem velut in Paradiso eum, qui sursum ascenderit. Quod si quis, interquiescente bello aduersus passiones, huiuscemodi vestem non exuerit, laboremque in moralibus virtutibus non transtulerit ad comparandam vim sermonis, nec de cætero ab intempestiuo labore voluerit corpus liberare, postquam præterierit is, qui aduersus illud per voluptates insolentius sese extulit, ille talis, inquam, increpatur, eo quod, tum vestis venditione, tum gladij emptione nondum decenter sit indutus; vti licet Prou. 20. v. 16. & 27. v. 13. audire Prouerbiorum Scriptorem dicentem. Tolle vestimentum tuum, transiit enim, qui infert iniuriam. Quandoquidem studium, quod fit in exercitio Diuinorum sermonum, non minori labore conficit, ac defatigat corpus, quam studiosum institutum, quod in actiua vita austeritatis habetur: quin etiam præbet aliquid plus laboranti ad vitæ puritatem; cum Intellectus non habeat tempus pedem referendi, ac vacan-D di passionibus volentibus perturbare, propter perseuerantiam, & assiduitatem cogitationis circa meliora: nam labor austeræ vitæ, dum corpus affligitur, tempus forsan dat passionibus, vt moueant ad proprias mundanas sordes intellectum, contemplatio autem ad seipsam detinens totam mentem, nequaquam permittit, vt distrahatur, non dico à passione, sed nec ab humana cogitatione, euocante forsan ad necessariam indigentiam: voluptas namque contemplationis pellax quid, placidumque cum vtili attemperatum habens, superat, non solum voluptatem passione imbutam, sed etiam naturalem necessitatem. Istud cum & Tim. 4. v. 8. Paulus bene nosset, ait corporale exercitium ad parum est vtile, sed pietas ad omnia vtilis est; & illi quidem testatus vtilitatem in tempore, & huic perpetuum concedens, ac stabile, & duraturum iuuamentum, quandoquidem & in futuro sæculo corporale quidem exercitium cessat; cognitio verò recipit perfectionis additamentum, progrediens à visione per speculum, & E in ænigmate ad videndum facie ad faciem quæ spectantur.

CAP. V.

EXuenda igitur, tamquam vestis, corporalis exercitatio, eiusque labores, vt pretium rei diuenditæ comparandus est pietatis gladius, qui vtilis erit ad facultatum, bonorumque custodiam, & securitatem; hic gladius fit etiam gloriatio, gloriatio, inquam, non superbientis stoliditatis exitialis fastus sed affectio quædam gratias agnoscens auxilij Dei; vti dictum fuit ad Deut. 33. v. 29. quemdam: propugnabit adiutor tuus, & gladius gloriatio tua, fallentque te inimici tui, & tu super colla eorum ascendes. Sic diuenditur vestimentum, sicque emitur gladius, quod vestimentum tum præbet eius rei possessionem, quæ prius non habebatur, tum res ipsa perdurat per habitum, licet prouide vacet operationi. Habitus quippe, licet agat otium ab operatio-F ne aliquò tendente, attamen, cum vires habeat corroboratas, quando vult operari, à natura comparatam obtinuit impedimenti carentiam, artificis instar, in materiis ostendentis scientiæ suæ industriam, cuius scientia quiescens minime aboletur, si ipse propter earum penuriam otietur: etenim illa, quæ tale exuit vestimentum, eademque denuo cogitur vti propter condescendentiam ad imperfectiores, quomodo ait: exspoliaui me tunica mea, quomodo induar ea? nisi talis vestis, Cant. c. 5. v. 3. etiam deposita permaneret, vacans operationi, ac per habitus potentiam subsistens. Itaque qui vestem diuendit, omnino gladium emit, tum illam minime amittens, tum istum acquirens. Verùm qualem gladium emit? An illum, de quo Christus ait: non veni Matth. 10. v. 34. mittere pacem, sed gladium; gladium vocans prædicationis sermonem; vt enim gladius diuidit ea, quæ mutuo sunt à natura connexa, & corpus continuum dissecat in partes; ita sermo prædicationis in vnamquamque domum accedens, tunc eos qui male erant G vniti per infidelitatem, ab inuicem discindit, filium à Patre filiam à matre, & sponsam à socru dirimendo, ac dissociando, ipsamque naturam dissecando, demonstrabat finem prædicationis Dominicæ, quod valde vtiliter & ad hominum commodum iusserat, vt Apostoli gladium acciperent.

CAP. VI.

STatim igitur Petrus respondit, duos dicens habere gladios, quos & sufficientes esse ad certamen, quod instabat: dixit Dominus: ipsi verò sunt, vt ait Apostolus, nimirum redargutio oppositorum, & exhortatio fidelium; sic enim Tito scribens, hos in manus Tit. 1. v. 9. tradit Doctoribus, dum ait: vt potens sit & in Doctrina exhortari, & contradicentes arguere; sermonem in species duas distinguens; alia est enim species Doctrinæ erga fideles, & alia contra Veritatis inimicos; hæc enim est redargutio falsitatis; illa verò confirma-H tio Veritatis, quod autem sermonem vocet gladium, manifestum est omnibus, cum ea dictio trita existat, eo quod Ad Heb. 4. v. 12. sit ad manum sita, quæ dicit: Viuens quippe sermo Dei, & efficax, & penetrabilior super omnem gladium ancipitem, hic namque biceps, seu scindens vtrimque, vt dictum est, demonstratur per esse anceps sermonis. Posset autem aliquis duos gladios dicere, explanationem, ac veritatem, illæ nempe, quando sermoni sunt connexæ sufficienter domant oppositos; Idcirco Princeps Sacerdotum in Rationali circa pectora mysticè impositas habuit significationem & veritatem, significationem ad declarationem eorum, quæ dicuntur, & veritatem ad refutationem mendacij. Videtur itaque Petrus etiam vsus perspicue gladio, quando auriculam serui Principis Sacerdotum abscidit, mystice simul, ac symbolice hoc perficiens: Apostoli namque in principio prædicationis, tum Legale faciebant, adducentes ad ostium, nimirũ ad eum, qui dixit, ego sum ostium, eos, qui affirmabãt, sese Legis Dominatũ dilexisse; tum Disciplinæ fibulã

A accipientes, tentabant auditum seruilem ad libertatis obedientiam perforare: quando verò Iudæi indignos sese æterna vita iudicarunt, ac de cætero necessum erat conuerti ad Gentes, tunc verbo Spiritus totaliter eorum abscindunt auditum, vtpote qui non amplius essent digni libertatis sermone: etenim quod dictum iis fuerit: Vobis necessarium erat primum loqui Dei sermonem; erat hic quidam perforandi modus seruilem auditum ad libertatem: quod autem fuerit eis denuo responsum: quia indignos iudicastis vos ipsos æterna vita,
Act. c. 13. v. 46. conuertimur ad Gentes, erat hic quidam totaliter abscindendi modus ipsorum Auditum.

CAP. VII.

Galat. c. 5. v. 4. QVin & Paulus idipsum ait, eis dicens: qui in lege iustificamini excidistis ex gratia: exci ête namque ex gratia idem erat, ac abscindi à libertatis sermone.
B Idcirco Dominus etiam dicit euntes docete omnes Gentes; post illorum auriculæ detruncationem, Gentium auriculam aperiens ad obedientiam. Hoc & antiqua Scriptura iamdudum altius repetendo testatur, vtraque aperte prædicens; quod & illorum abscinderetur auricula,
Ezech. 23. v. 25. & quod hæc applicabitur Gentibus: ait enim Ezechiel ad Synagogam: nares tuas & aures tuas abscindēt; nec enim bonum odorem vnguentorum Christi perceperunt, vt ea
Cantic. c. 1. v. 3. (sponsa,) quæ dicebat: in odorem vnguentorum tuorum curremus; nec, vt oues, vocem Pastoris audire
Ioan. c. 10. v. 3. voluerunt, mutilati in extremis, ac præcipuis sensuum
Esa. 50. v. 5. partibus detruncati. Esaïas autem ipsam induerit, quæ è Gentibus electa est, sponsam dicentem: applicuit mihi aurem ad audiendum, & disciplina Domini aperit mihi aures: qualem namque isti applicuit auriculam, talem ab illa abscidit, & hæc quidem de his, qui venundederunt vestem, gladiumque acceperunt dicta sint satis. Videamus jam, an omnes in tali veste ferenda, illam recte gestemus: quandoquidem scriptum est de quibus-
C dam, quod omnem vestem immistam dolo, ac vestimentum eum permutatione reddent; & de aliis, quod vestes suas vincentes funibus, faciebant vela adumbrantia, pendentia ab Altari. Nonne igitur stolam commistam habent dolo, qui in hæresibus, ad insidiandum simplicioribus moralium virtutum vestimentis sese circumamiciunt, & opinionis potiùs speculatu, quam veritate, vt aliena, ista in medium proferunt, & speciem mansuetam, ac benignam efformant, per quæ decipiant, quos ad perditionem, velut hamo inescant?

CAP. VIII.

ISti verò in futuro sæculo vestes istas cum permutatione reddent; nec enim laborum repromissiones recipient, sed supplicium, & punitionem deceptionis pendent, Deo iudicante vltionem aduersus eos, qui alienas induunt vestes, vti dicit apud illum Prophetam; etenim quodcumque non propter ipsum bo-
D num, sed gratiâ alicuius alterius rei fit, non solum absque mercede erit, verùm est obnoxium reddendæ rationi, maxime quando fit ad insidias videntium, vt sit deceptio simplicioribus. Nam vana gloria laborem virtutis inutilem efficit, & effatigatum æternis priuat mercedibus; ipsa magnorum laborum merces vilis pretij facta, ac temporalis est laboriosorum certaminum celebritas, honosque velociter transiens, antequam effloruerit marcida, & priusquam conuenienter viguerit pube consenescens exuta. Pietatis autem religiosæ forma cùm deceptione artificiose ficta, non solum habet laborem futilem; verum etiam periculosum, dum non ad mercedum solum detrimentum, sed etiam ad punitionem prolixam, ac valde ærumnosam adiudicerut. Ita quibusdam effatigatis, tantum-
Ad Gal. 3. v. 4. que laborem amplexantibus dicebat Apostolus. Tanta passi estis sine caussa, seu futiliter, si tamen sine causa: primum illud sine caussa posuit propter detrimentum mercedum; secundum vero sine caussa, in lamentationem punitionis expectandæ, quin etiam
E pendentia vela ab Altari colligantes funibus vestimenta faciunt forsitan âliqui ex Ecclesiasticis, illos simulatione imitantes, qui sub obtendente velo intra sancta, pute sacra administrabant: aliud est nempe velum obtegens, & aliud velum obumbrans, & si nominum similitudo occultet discrimen, quod est in rebus: & velum adumbrans, ob necessitatem, vt sors tulerit, ex tempore apparatur, ne sub dio publicentur quæ occultatione indigent, obliquis vtrinque vinculis quibusdam appensum è dextera, & sinistra parte nihil supereminente quo ad altitudinem: at velum obtegens à supereminentibus vinculis deorsum fertur, nominis ipsius (scilicet velum) origine designante lintei volatum à superiori parte, & forte, quando virtutibus laborem amplexamur propter videntem in occulto Dominum, oculosque hominum infra existentes latemus, ei qui desuper solus videt, quod fit, expan-
F dimus.

CAP. IX.

QVandoquidem & ea mensa Propositionis dicta desuper habet caussam, quippe quæ à complacentia Dei dependet; & similiter velum obtegens suspenditur desuper laxatum, & sub hoc velo obtendente sacrosancta administramus, dum bonum quodpiam perficimus: quando verò, temperantiæ, aut paupertatis speciem præferentes, contraria facimus in occulto, velaque adumbrantia peccatorum funibus distendentes, alia quidem velut in attexto operamur, alia verò efformamus, specie efficta latentem turpitudinem gram obtegentes honestate, atque fraude hominum visus decipientes ad piam gloriam, virtuteque præditam assequendam, tunc sub velo adumbrante reprehensibiliter occultamus quæ digna sunt condemnatione, si peruestigentur: sicut enim virtus clàm exercita Deum habet laudatorem, ac
G declarata dilucide prædicatur, ita & malitia latitās, habet quidem suspensum supplicium & punitionem, redarguta vero, ac deprehensa, fert ad extremam condemnationem, quamuis autem isti tales lateant hic non animaduersi, habitu scilicet graui, & honesto corruptum obtendentes studium, illic omnino denudabuntur, opinione quidē, quæ de ipsis habebatur, sublatâ, patefactâ verò, & ex seipsa sublucente veritate: de his quippe forsitan Esaïas dicit: Reuelabit Dominus figuram ipsorum in Esa. 22. v. 8.
illa die. Sed non omnes, qui bonum consectantur, tales sunt, & si quidam existant, qui humanæ gloriæ venatione Pietatis cultum erga Deum non pure aggrediantur; nec enim propter deceptores molestiæ subeundæ sunt etiam studiosis, sunt enim, qui vere virtutem consectantur, nec ementiuntur operibus professionem, sed hanc assimilant ei, quod videtur, & speciem habent, quæ interpretatio sit rei, quiue non apparent solummodo in eo, quod profitentur, sed & nominantur, sic, dum re tales existant, aut etiam student esse plus eo, quod nominantur
H propter Deum scrutantem omnia, quæ in recessibus cordis obuersantur, ac vnicuique retribuentem secundum proprium opus, non secundum opinionem. At alias è diuerso aliqui in hisce à vero scopo aberrant, animi elatione eleuati, & arbitrantes, propriis viribus sibi seipsos virtutis ornamentum comparare.

CAP. X.

RArum enim est, ac perdifficile, quod, qui virtutis fert magnitudinem, non efferatur animi sensu, nec ob facinora bene patrata infletur, sed permaneat humilis, & quasi quis diceret, non fermentatum; nec enim inflatur non fermentatum, si igni approximetur, sed in humili manet specie; neque extollitur mediocriter de se sapiens, dum religiosam affectet pietatem, quippe qui iactantiæ reprimit tumorem. Istis legislator ille (Moyses) timorem Dei præ oculis habere consulit,

semper

A semper per ipſum irrationabilis elationis pædagogum conſtituens, ac Sanctum Emendatorem: quod enim mandarit, vt in partibus veſtis circa fimbrias laciniosas inſtitas è filo hyacinthino facerent, & iſtas ſemper videndo Diuinorum Præceptorum recordationem haberent, hoc mibi videtur per ſymbolum ſignificare, nimirùm, quod, ſicut fimbria eſt initiũ veſtis, ita initium ſapientiæ, timor Domini; hunc igitur ſubtexere oportet omni virtutis sũmitate (quandoquidem ſummitates quodammodo ſunt fallaces ad amentiam detorquentes eos qui parùm ſapiunt) vt ob oculos animæ timor iſte indeſinenter agitatus, cohibeat tumorem irrationalem in rebus bene geſtis, edoceatque virtute præditum, quod licet ipſe ſibi ſubtexuerit veſtem, Deus attamen eſt, qui dedit huiuſcemodi textricæ ſapientiam, & ob id Auctori ſcientiæ, & non operario totam oportet attribuere virtutem; ſic enim virtus tum erit illuſtrior, ſi eam opus eſſe Dei fateamur; tum eius acquiſitio ſecura manet acquirenti, B præ Dei timore, tum demùm religioſa perpetuò cuſtoditur pietate erga ipſum Deum noſtrum, cui Gloria, & Poteſtas in ſæcula. Amen.

EIVSDEM

Ad Tractatum de Oratione

PRÆFATIO.

Hæc præfatio debet præfigi Capitibus de oratione eiusdem Nili, quæ habētur ſæculo 5. parte 2 pag. 1151. hujus Bibliothecæ.

FEbricitantem me paſſionum impuratum æſtu refocillaſti pro more tuarum Deo amabilium literarum attrectatione meam conſolando mentem ad extremum fatigatam magnumque imitando Præceptorem, ac Magiſtrum beate; neque mirum, tuæ nempe partes fuere ſemper inſignia quæque, ſicut & benedicti Iacob: cum C enim præclara ſeruieris propter Rachel, & Liam acceperis, quæris etiam deſideratam, vtpote qui & huiuſce ſeptem annos adimpleſti. Ego verò non denegarem, quod, cum per totam noctem laboraſſem nihil comprehendi; verumtamen, cum in tuo verbo rete laxaſſem, capiſcatus ſum piſcium multitudinem, non equidem (Vt exiſtimo) magnorum, centum vero ſimul, & quinquaginta trium, illoſque per Capitula numero æqualia in corbe tibi miſi charitatis, tuum adimplendo mandatum; te verò admiror, felicemque optimo propoſito arbitror, quod Capitula de oratione percupias; nec enim ſimpliciter eorum detineris amore, quæ manibus conſcribuntur, inque chartâ per atramentum ſubſiſtunt; verum, eorum quæ in mente per charitatem, iniuriarumque obliuionem, ſtabiliuntur; ſed quoniam duplicia ſunt omnia, & vnum è regione alterius poſitum, ſecundum ſapientem Ieſum, accipe iuxta literam, & ſpiritum, & intellige, quod mens omnino litteræ præcedit, nam ſi iſta non adſit, nec erit littera, igitur orationis quoque duplex eſt modus vnus practicus, ſeu in D agendo poſitus; alter ſpeculatiuus; taleſque pariter numeri ſunt partes, vna quidem eſt quantitas prompta, altera verò, quæ ſignificatur, eſt qualitas. In Centũm igitur quinqusginta tria Capitula Tractatum de oratione diſtinguentes, Euangelicum tibi opſonium miſimus, vt allegorici inuenias numeri iucunditatem figuramque triangularem, & ſexangularem, ſubmonſtrantem, tum piam Trinitatis cognitionem, tum etiam buiuſce ordinationis, ac diſtributionis deſcriptionem, & numerus quidem centenarius ſecundum ſe ipſum quadrangularis eſt, ſed quinquagenarius tertius, triangularis eſt, & rotundus; nam vigeſimus octavus, triangularis quidem eſt, rotundus verò vigeſimus quintus, quinquies nempe quinque continet capitula, babes igitur figuram quadrangularem, non ſolum per virtutum quaternionem, ſed & huius ſæculi ſcientiam ſapientem, vigeſimo quinto aſſimilatam numero, propter annorum reuolutionem hebdomada quippe ſuper hebdomadam, & menſis ſuper menſem mouetur, & ex anno in annum volE uitur tempus & momentum ſuper momentum, vt in Solis & Lunæ motu, Veris, ac Æſtatis, videmus. Triangulum autem tibi forte ſignificabit ſcientiam Sanctæ Trinitatis: alias verò ſi per numerorum multiplicitatem centeſimum feras quinquageſimum tertium, qui triangularis eſt, intelligere conuenit practicam (ſcilicet ſcientiam) naturalem & Theologicam, aut etiam Fidei, Spei & Charitatis, aurum, argentum, lapides pretioſos. Verum hæc de numero: Capitulorum autem tenuitatem non contemnes, velut ille, qui ſcis & ſaturati & indigere, imo qui eius memor es, qui viduæ duo minuta non reſpuit, ſed ea præ multorum aliorum diuitiis recepit. Cum igitur beneuolentiæ recte noveris fructum, cuſtodis tuis germanis fratribus imponendo, vt orent pro infirmo & ægrotante, ad hoc vt ſanetur, ſuumque grabatum tollens & deinceps obambulet, gratiâ Chriſti veri Dei noſtri, cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Gen. 29. v. 7.

Syrach. Eccleſiaſtic. c. 42. v. 25.

F

EIVSDEM S. PATRIS NILI MONACHI

Epiſtolæ 657. De nouo detectæ & Latinæ redditæ à Leone Allatio poſt editas jam 355. à P. Poſſino S. I. quæ reperiuntur ſæculo 5. parte ſecunda, pagin. 1180. hujus Bibliothecæ.

EPISTOLA I.

Ptolemæo Syncletico.

G TANTAM Deus gratiam etiam ante futurum ævum Monachis elargitus eſt, vt ipſi neque humanæ gloriæ ſtudio ardeant, neque omnium generum, quæ in orbe terrarum ſunt, dignitatibus animum aduertant, ſed clam ſibi vivere ſæpiſſime procurent, incumbantque potiſſimum, vt hominea lateant, quod ſemetipſos ſponte vilibus, ac deſpectis fratribus immiſceant: ex altera vero parte Primates, & mundanis dignitatibus conſpicui omnes ſiue ſponte, ſiue temere, ob neſcio quas circumſtantias, ad pericula lethalia ſibi immmentia evitanda, ſalutem vero & temporariam, & ſempiternam comparandam ad deſpicatiſſimos Monachos ſubterfugiant. Diuina etenim prouidentia potentes, ſiue illi velint, ſiue nolint ad minimorum ſeſe conferre præſidium, ex iiſque ſalutem conſequi, compellit.

EPIST. II.

Eidem.

H CRebras à me literas, ab humilitate mea opere maximo efflagitans, extorques: neque enim ipſe ad ſcribendum ſegnis, neque negligens ſum. Dixit itaque neſcio quis ante nos in memoria hominum, quæ ſcripto tradita non eſt, famam ſimilem apud Eccleſiam coniectari. Iudæam nempe primam ante alias ab homine habitatam, Adamo primum omnium condito, qui è Paradiſo electus, ſuam in ea ſedem locavit, vt rerum, quibus ipſe ſpoliatus fuerat, vicinitate conſolaretur. Primum itaque Palæſtina demortuum hominem excepit, cum in ea Adamus ſceleris pœnas perſolverit. Cum ergo iis per idem temporis vitam agentibus, novum ac inſolens videretur, capitis carne ſpoliatam intueri calvariam, in locum deponentes, Calvariæ nomen loco indiderunt, & veroſimile eſt Noë vniuerſorum hominum parentis haud ignoraſſe ſepulchrum, & poſt alluuionem illam ab eo gregem conſeruatum fuiſſe. Quapropter

A qui principiis humanæ mortis penitus peruestigauit, in Caluariæ loco cruciatus subiit, vt quo in loco exitium hominum principium habuit, in eodem & regni vitæ exordia sui poneret, & quemadmodum in Adamo mors inualuit, sic & in morte Christi languesceret. Nec aliam ob caussam Esaias Propheta dixerat, in cornu, in loco pingui; cornu tanquam quod aduersus mortem propugnaculum, Crucem Domini habebat; pingui vero, tamquam qui post Paradisum in terrarum orbe vniuerso primatu dignatus sit. Esa. 5. 1.

EPIST. III.

Eidem.

DElictorum quidem alia, & sunt grauia, & existimantur esse, grauia sunt homicidium, & adulterium: namque sunt grauia, & opinione hominum grauia deputantur. Verumtamen iusiurandum, graue equidem est, nihilominus graue esse non iudicatur. Ideo B cauendum nobis diligentius ab eo est; siue illud iuste, siue iniuste, concipiatur, ne in illod præcipites acti extorres sempiterna vita pellamur.

EPIST. IV.

Marcellino Monacho.

Exod. 17. ORatione, & manuum extensione Amalecitas Moyses vertit in fugam. Si igitur fratri infensus contra fratrem tuum non es, precesque pro proximo te afflictante, ac suffocante Deo effundis, manifestum est, tuas iam manus ad cœlum extensas esse, tibique auxilium non defuturum, cum tribulatis, & à diabolo opprimeris: si vero erga proximum iracundiam foues, eumque accusas, & vituperas, infamasque omnino interioris hominis manus in humum propendent, etsi videaris ad Deum manus, & aspectum protendere, neque Esa. 1. 16. C vota exaudientur tua; Manus etenim tuæ, inquit Deus, sanguine fraterno plenæ sunt. Quid enim iniuriarum memoria exitiosius? Credamus propterea dicenti, Lauamini per pœnitentiam, & puri sitis à malitiis vestris per puram deprecationem.

EPIST. V.

Eidem.

IN opprobrio, & infamia, & aduersus nos insidiis omni tempore confirmari appetunt Dæmones; veruntamen, vt Propheta ait, reuertebuntur qui contra nos sunt, in opprobrio, & animo elato, & humiliabuntur. At nos & vitæ, & gloriæ, & incorruptibilitatis corona expectantes Dominum contexta expectat.

EPIST. VI.

Hephæsto Scholastico.

D FRustra turges, ac tumes mi homo, pudendum potius omni conatu tibi fuerit, cum Deorum tuorum adulteria, & puerorum stupra extollis, & affectiones illis dignis satis perniciosas venetaris, neque quidpiam tibi occurrit omnino, quod corpore superius sit.

EPIST. VII.

Marcellino Monacho.

4. Reg. 6. CVm necessaria in Samaria sub Iorami Achaabi filii imperio, Rege Assyriorum bellum inferente, defuissent, & caput Asini quinquaginta siclis venisset, & quarta pars cabi Palumbini stercoris quinque siclis argenteis, adeo vt mors teterrima opinione omnium impenderet, tanta rerum omnium abundantia, atque vbertas agrorum præter omnium expectationem inualuit, vt similæ mensura siclo diuendita sit, nec non & hordei similiter siclo mensuræ duæ: Dominus enim disperdit consilia gentium, & Principum; voluntas E vero Domini in æternum manet. Ne itaque despondeamus animum, sed expectemus ex inopia vbertatem, Ps. 33. 10. & ex tribulatione solatium.

EPIST. VIII.

Ptolemæo Syncletico.

ET tantummodo fides in Christum Seruatorem iustificatio est; at eum confiteri ore salus absoluta. Rom. 10. 10.

EPIST. IX.

Eidem.

DIuinus inquit Esaias, vt dicant: non est sicut Esa. 8. 10. verbum hoc, pro quo dona offerri non possunt: nihil enim Dominici nominis professionis, & traditæ nobis beatæ, sanctæque cognitionis instar esse potest. F Quare non abs te Dauidicum illud enunciandum est, Ps. 115. 3. Quid tribuam Domino pro omnibus, quæ tetribuit mihi, cum fidem acceperit, & retribuerit cognitionem cœlestem, fausta quippe cognitio innumera bona in se continet.

EPIST. X.

Eidem.

NOnnulli æstate soluentes è portu naufragium fecerunt. Alij hyeme absque vllo discrimine vento secundissimo sese fluctibus commiserunt. Quot item Athletæ indubitatam victoriam sibi promittentes superati sunt? quot & de secundis præmiis desperantes primam victoriæ palmam obtinuerunt. Non itaque negligamus neque mente concidamus, sed rebus in omnibus orationi inhæreamus.

EPIST. XI.

Eidem. G

EFfare amico tuo; Absque habenis impetum, ardoremque maxima mortalibus afferre incommoda.

EPIST. XII.

Eidem.

QVi omnia, inquit, facit, & omnia immutans convertit primam lucem in vmbram mortis, & noctem in diem obtenebrat: ipse enim est, qui conditiones, & tempora, & res transmutat. Conuertit ergo Deus vmbram mortis, in virtutem nempe, & consolationem, & splendorem permutat peccatricem, & caliginosam conditionem, facultatem quoque sibi vindicat diem noctis instar obtenebrandi, læta scilicet & splendida in tristiora atque inamœniora transvehendi. Amos 5. 8.

EPIST. XIII.

Eidem. H

QVisquis, ait, octauo die non circumciditur, exterminabitur. Infans nulli vitio obnoxius, intelligendi facultate nullo modo præditus, si circuncisus non fuerit, non punitur, sed parentes potius illius castigandi At ille, mi homo, punit, si per fidem & orationem circumcidens, ex te vitia non depuleris: infantes enim esse malitia iubet Apostolus. Circumcidamus itaque nosmetipsos gladio spiritus, diem octauam, hoc est futurum seculum respicientes. Circumcidamus vero omnem carnis cogitationem, & sermonem, & opus iniquum, ne disperdamur, & alienemur è medio illius populi, qui saluatur per Christum. Gen. 17. 1. Cor. 14. 20.

* * *

EPIST.

A

EPIST. XIV.

Eidem.

Pſ.33.18. ECce oculi Domini ſuper timentibus eum, ſperantibus nempe in miſericordiam illius. Qui iuſtitiam conſequi ex operibus non expectat, tantum ſpem ſuæ ſalutis in miſericordias Domini collocavit: Cùm enim audierit, Deum vnumquemque ſecundum opera remuneraturum, animoque ſecum ipſe ſuas voluerit labes & conſcientiæ vulnera, pœnas timet, & nimia abſtertitus formidat; ne verò mœrore ſuffocetur, in miſericordias Dei, illiuſque humanitatem ſpem ſuam convertit.

EPIST. XV.

Eidem.

1.Cor. 15.52. B ILlud Apoſtoli, in atomo indiviſibile, idem eſt, ac ſi quis aliter, momentum temporis diceret.

EPIST. XVI.

Eidem.

1.Cor.2.10. SPiritum accepiſti, qui ſcrutatur Dei profunda, non vt Dei naturam comprehendas, vti mente captus Eunomius aſſeverabat, ſed vt profunde, & ſapienter gloriam Domino exhibeas: namque ait Apoſtolus; Ego-
Philp.3.12. met non arbitror comprehendiſſe, ſequor autem, ſi quo modo comprehendam.

EPIST. XVII.

Eidem.

1.Cor.2.16. QVid illud eſt, Nos intellectum Chriſti habemus? purgatam ſcilicet habens præcipuam animi partem pute, & ſublimiter diſcurro, & ſplendide vitam duco.

C

EPIST. XVIII.

Eidem.

1.Cor.2.12. SPiritum accepimus, fatetur Apoſtolus, non vt addiſcamus, quænam ſit adamuſſim divina natura, ſed vt intelligamus infinita bona munera nobis à Deo tradita, quæ addiſcentibus exponimus.

EPIST. XIX.

Eidem.

QVanam ratione vniverſum hoc aut ſubſiſtit, aut conſtatum eſt, ſi non omnibus Deus, vt ſint, exhibuiſſet, & poſtmodum continuo conſervaret? Neque enim quiſpiam citharam optimè ſubſtructam conſpiciens, & illius concentum, & concinnum ordinem, & muſicas notas auribus vſurpans, alium quempiam, quam citharæ opificem, & Citharistam ipſum ſibi repræſentabit, & cogitatione ad eum, licet oculis inviſum, accedet. Non alia ratione mundi creatrix, mo-
D vens, & rerum conditarum conſervatrix cauſa innoteſcit, licet eam intelligentia non comprehendamus.

EPIST. XX.

Eidem.

FOrte non tantum ab homine, qui pro tempore victoriam conſecutus eſt Dæmones tentantes proripiuntur, ſed etiam à victo & ſubacto. Deus enim ſui operis curam gerens, concedit inducias, modicamque victo interſpirationem, vt animis reſumptis, & propriis viribus recollectis adverſus hoſtes pugnam renovare poſſit.

E

EPIST. XXI.

Eidem.

ANima noſtra expectabit Dominum, quoniam ad- Pſ.33.20.
iutor, & protector noſter eſt. Hortatur nos ad tolerantiam ſermo, ita, vt ſi quando ab aliquo ex affligentibus nos deſtituamur, ne ab amore Dei, qui eſt in CHRISTO IESV Domino noſtro, ſeparemur; ſed toto corde laborioſa ſufferamus, divinum auxilium expectantes.

EPIST. XXII.

Marciano.

INdignus es? crede te ſervatum iri: nullo ſenſu es? ſpem omnem ſalutis abiice: Indignos, ſi recta mente ſint, & in omni afflictione gratias reddant, miſerere, eoſque ſervat perhumanus Deus, licet nulla rerum expectatione meliorum occupentur. Eorum vero qui abſque ſenſu ſunt non miſeretur. Quem autem ſenſus F
ſuffugit? eum omninò, qui gratus ac memor innumerorum beneficiorum non eſt, nec confitetur ſumma commoda mundum accepiſſe per Chriſti Domini confeſſionem.

EPIST. XXIII.

Eidem.

POſuit tenebras latibulum ſuum, quod in decimo Pſ.18.12.
ſeptimo Pſalmo legitur, abyſſos Dei iudiciorum reconditas neque comprehendi, neque inveſtigari poſſe ſignificat.

EPIST. XXIV.

Eidem.

PEtiiſti à me, Quamnam ob cauſam primum ſotas manus abluimus, poſtmodum in domum Dei adorandum introimus. Diſcito per id quod ſenſu percipi- G
tur, id quod in intellectum cadit indicari. Quemadmodum enim aquâ corporeæ ſordes expurgantur, ita per orationem animus ſplendidior redditur. Nemo enim hominum purus eſt à noxa, licet magnum illum legum latorem Moyſem vitæ ratione æmuletur. Omnes itaque homines diebus ſingulis oratione, quæ labes expiet, indigemus: Oratio quippe ſuperadvenientes nobis ſordes vniverſas extergit, & primum quidem in exordio fidei ſemel divino baptiſmate abluti ſumus, neque fas eſt fidei, ac rectæ religioni addictum rurſus baptiſmum ingeminare. Veruntamen cum ſemper, quæ in nobis ex incuria, & negligentia ſordes innaſcuntur, abſtergendæ ſint, & abradendæ, & foras quam longiſſime ſingulis fere horis proiiciendæ, hoc indigemus lavacro, intelligibilia ac ſenſibilia errata, voluntaria, atque involuntaria vna nobiſcum animo ſupervolventea. Exiſtimo enim vice noſtra Iobum extuliſſe: Si Iob.9.30.
abluero me nive, & expurgavero manibus puris, ſatis in H
luto me intinxiſti. Quemadmodum igitur toto vitæ curriculo edimus, & bibimus, ſic & detergi inceſſanter debemus. Quando fieri non poteſt, vt homo aliquis conti- Pſ.5.8.
nuo irreprehenſus, & incontaminatus inveniatur. Prop- Heb.10.22.
terea fidem adhibe Prophetæ dicenti, Lavabis me, & ſuper nivem dealbabor; & Paulo ſcribenti, Accedamus ad Deum cum vero corde, aſperſi mente à conſcientia prava, &c.

EPIST. XXV.

Abramio Presbytero.

QVoſdam homines ad breve tempus aggredi, indeque iamiam volitare, Dæmonibus permiſſum eſt, alios per multum tempus vexare, ab agonothete Deo, noſtro curatore, & iudice ſimiliter, imperatum, alios etiam ad extremum vſque ſpiritum adoriri, & tentare,

A & tormentorum vario genere affligere, impudentibus Dæmonibus conceditur.

EPIST. XXVI.

Zosimo œconomo.

IMprobus celerrime adversus probum Iudicium dixerit. Probus neque aduersus malum ex facili: quod enim in malitiam pronum non est, neque ex facili in suspicionem cadit.

EPIST. XXVII.

Eidem.

ADulter mortales omnes adulteros esse suspicatur, & fur similiter omnes fures esse existimat: & prudens, sanctus, & pius vir omnes homines, sanctos esse, ac iustos credit. Tu porro in nequitia multos abhinc
B annos diffamatus cum sis, omnes malos ac nequissimos esse opinaris; omnesque apud vniuersos quotidie, tanquam stolidos, & ineptos, & quàm maximè sceleratos accusas.

EPIST. XXVIII.

Heliodoro.

IOannes Baptista timens, ne quid sibi noxij, ve homini accideret, vrbes negligens, loca deserta incole-
Matt. 9. 10. bat. Iesus verò Deus, & omnium Dominus in vrbes sese inferens, cum peccatoribus vnà cœnabat; quandoquidem ille Sol iustitiæ est. Solis radij in lutum totum, & partes immersi quidquid in eo est male olens, exsiccant, cum illi puri, incontaminatique conserventur. Verum-
Matt. 9. 11. tamen invidentia perciti Pharisæi, dicunt, Quare Iesus cum peccatoribus, & Publicanis comedit? O invidi, & mente capti, & corde cæci, ignoratisne non alibi, sed prope ægrotos ipsos Medico degendum esse?
C Vbicunque peccatores sunt, ibi omnino & ara propitiis ponitur: nam peccatores, non iustos venit Christus ad
Matt. 9. 13. pœnitentiam vocare. Iesus Christus cum peccatoribus ita disponens, vna degit, vt peccatores media pœnitentia vnà cum iustis sedem habeant, simulque in regno Cœlorum gaudeant.

EPIST. XXIX.

Marioni Argentario.

CVm verbis ipsis iusiurandum tibi in ore affluentius audacter abundet, verecundare.

EPIST. XXX.

Sophronio.

SVbditus comitatui, & Præposito, neminem alium in fratrum albo scripsisse asserens, ludibrio magis habetur, multumque irridetur à Diabolo. Quid enim ti-
D bi damni inferet comitatus auctior, & quemadmodum
2. Thess. 3. 12. Apostolus dixit, multiplicata, & locupletata in multorum fratrum persona gratia Spiritus Sancti?

EPIST. XXXI.

Eidem.

QVod labore sequiritur, tenacius detinetur, quod verò facile, citissime, tanquam quod iterum acquiri valeat, proiicitur: quare in maiori, ac firmiori beneficio collocandum est non ita promptum beneficium.

EPIST. XXXII.

Eidem.

QVidquid molto labore, & non sine discrimine conquirimus, pertinaciter amare, & indesinenter diligere, & totis viribus custodire suevimus.

EPIST. XXXIII. E

Theodoriano.

RVdes nonnulli, & mundi amantes viri, tuæ miseriæ non dissimiles, propriis affectibus ducti, sanitatem, & divitias, & luxum, & hostium excidium precibus à Domino poscunt, deinde generis eiusmodi petitione frustrati fidem abiiciunt, vel conqueruntur de Deo. Alij rursum aliud quidpiam postulantes, nec illud vtiliter reportantes; neque enim omnino, quæ diligimus, vtilia sunt, ignoramusque, vt ille ait, vti decuit, preces effundere, statim obmurmurant ægre ferentes, indolentesque de repulsa, & licet sæpe numero exitiosi, ac nefarij sint, nihilominus illico exauditi cupiunt. Annon reddendæ tibi gratiæ sont, quod dignus factus sis, mane surgens ad Creatorem omnium accedere, vnaque cum eo orando colloqui? & licet gratias referre nolis, exprobras tu lutum Creatori tuo? Veruntamen nunc, cum te- F
ipsum, mi vir, examinaveris, mensuram agnosce tuam.

EPIST. XXXIV.

Plutino Consulari.

QVi trans Iordanem à Moyse magno legum latore Ios. 13. 8.
sortem acceperunt, Ruben erant, & Gad, & tribus Manasse dimidium. Hi porro, per legem iustificatos repræsentabant; at reliquæ novem, cum dimidia parte cis Iordanem subsortitæ, ex Gentibus Christo credentes, & per gratiam Spiritus Sancti perfectionem adeptos referebant. Adnotandum verò est, ante fluuium, hoc est Christianam ablutionem, imperfectam quodammodo, & puerilem cognitionem, ac vitæ institutionem indicari: infantes enim ibi, & bruta pleraque, & mulieres adfuisse Moyses scriptis tradito testimonio suo comprobauit.

EPIST. XXXV. G

Eidem.

CVm novem & dimidia tribubus ad hæreditatem vna opera duæ & dimidia certant; quemadmodum enim nos in fide, & oratione, ac bonis operibus militamus, (namque nostra arma, vt Apostolus ait, non sunt car- 2. Cor.
nalia, sed spiritualia, & fortia) pari modo militant, & 10. 4.
nobiscum certamen ineunt desideriis, & fiducis optima, qui ante Deo per legem complacuerunt. Etenim res mysticæ, & verba Moysis, & Prophetarum vnà cum Evangelica prædicatione confluunt, & rectè factum subsecutum commune vtrisque est, ideoque dicunt Israëlitæ Iesu filio Nave, cum omni exercitu Iordanem traiecturo, Quemadmodum audivimus Moysem, ita au- Ios. 1. 17.
diemus & te. Iesus porro filius Nave præfigurabat Christum Iesum omnium Dominum. Hinc cum prius Num. 13.
Ausin vocatum sapientissimus Moyses mentis oculis fu- 17.
tura prævidens Iesum nuncupavit, vt verum Iesum, Dei filium à baptismate regnum cœlorum prædicare exor- H
dientem, & elargientem nobis supernam hæreditatem nulli mœrori, nulli fini obnoxiam, innueret.

EPIST. XXXVI.

Eidem.

RAab, latitudinem notat, quæ enim prius erat me- Ios. 2. 1.
retrix, nunc casta ac pudica Ecclesia per fidem spe- Heb. 11.
culationibus, & divinis intellectionibus dilatatur. Prop- 31.
terea magnus Apostolus Corinthiis scribit: Ne angusti 2. Cor. 6.
sitis, imo potius dilatamini, quemadmodum & cor 11.
meum dilatatum est.

EPIST. XXXVII.

Aureliano illustri ex gentibus.

INdigno Evangelica elegantia modo viam vitæ sempiternæ obambulas, haud mente comprehendens,

A non multo post iudicium omnium, quæ quilibet, dum viueret, patrauit,ad futurum, condignas fecum deferens submoto omni deprecatore pœnas.Contraria itaque neque dicta ægre feras, tibi via iucunda est, facta potius pro profanis eligenti, abigentique quæ ex vsu prava desideria contraxisti.

EPIST. XXXVIII

Zosario Tribuno.

Is. 1. 5. OMne caput in dolorem, ait Esaias, & omne cor in mœrorem à pedibus vsque ad caput, & paucis
Ib. v. 7. interiectis: Terra vestra deserta, regionem vestram in conspectu vestro exteri comedunt. Per pedes quidem subditos; per caput præfectos innuens, nequitia omni oppletos: Omne quippe caput in dolorem; siquidem & pedes eorum in improbitatem cursu rapide feruntur, quemadmodum in alio quoque loco dixit Pro-
Is. 59. 7. Ps. 7. 15. pheta. Laborem itaque improbitatem esse intellige, vt
B de profana anima David dicit: Concepisti dolorem, & peperisti iniquitatem: improbitas enim suapte natura iniquitatem parit. Cùm itaque in despectu, & amore malorum;sæpenumero iudicio Dei mœsta ac tristia consequantur, ad emendationem peccatores impellentia, propterea dixit: Et omne cor in mœrorem. In luctum etenim Iudæi à Deo coniiciuntur, dum humana manu castigantur, & deprimuntur.

EPIST. XXXIX.

Eidem.

SI non propter Christi necem desolata est vniuersa Iudæa à Romanis, & Hebræorum exteri comedunt, illiusque fructus devorant, abiiciatur tamquam
Is. 1. 7. mendax Propheta, qui ante mille annos illud prædixerat.

EPIST. XL.

C *Eidem.*

NE te seducat Iudæus asserens, propter alia scelera spoliatum se esse Palæstina: neque enim ob alias labes, & conscientiæ vulnera, sed propter Domini necem multa gravia, quibus nullum remedium afferri potest, perpessi sunt. Etenim ante illa tempora Idola colentes, Prophetas trucidantes, Dæmonibus filias, filiosque immolantes, alienigenis in captivitatem à Deo tradebantur, & paucos post annos, ite Deo annuente, in terram promissionis reducebantur. Ex quo verò immedicabile hoc flagitium, in Filium Dei manus apponentes, audacter perpetrarunt, perpetuo & extremo excidio traditi sunt. En itaque quingentesimus annos; & nusquam divinum subsidium, non auxilium, non consolatio, non Propheta instruens, & confir-
D mans, quemadmodum in Vrbe Babylone Ezechiel, & Daniel, cæterique. Non enim cum illis Deus ab illis abhorrens confabulari vult.

EPIST. XLI.

Eidem.

SI post ingens gaudium tristia vobis contigerunt, confide omnino, & ingentem hanc tristitiam in maiorem, quàm prima illa fuerat, consolationem à Deo; si eum deprecaberis, immutandam fore.

EPIST. XLII.

Meletio Cancellario.

Num. 13. 18. QVi à Moyse divino sacrorum Antistite in Palæstinam missi sunt exploratores, norare mihi videntur cœlestes Angelos, totum terrarum Orbem inspectantes, & terrenarum rerum curam gerentes. Nihil E enim inter homines est, quod providentiæ non subiactat. Hocque tibi suadeat Angelus ille, qui in Mace- Act. 16. donis figura in auxilium, pro salute hominum Apostolum Paulum verbis illis adhortabatur, Procede in Macedoniam, & opitulare nobis.

EPIST. XLIII.

Eidem.

QVando avide nimis venerandas percurris Scripturas, disce præceptum illud imperans, & omnes cohortans, vt coronam sibi præparent super tecto intellectualis domus, instituti nempe vitæ, quæ secundum Deum est. Etenim non tantùm in virtute initia ponenda sunt, sed ad vmbilicum, & finem perveniendum, extremaque lineamenta addenda, ne condemnemur, quemadmodum ille, qui in Evangelio turrim im- Luc. 14. 30. perfectam reliquit. F

EPIST. XLIV.

Eidem.

SI tecto probæ viuendi rationis coronam imponamus, omninò ad exemplar Raab fidissimæ, non inferio- Ios. 2. 1 ri quopiam loco, sed superiori excipere, & hospicio Angelos Iesu, & vt verius dicam, ipsum IESVM CHRISTVM Angelorum Dominum excipere poterimus.

EPIST. XLV.

Calandioni.

CErcopum verba præmollia, procidunt vero in araria ventris. Cercopes vocat Salomon eos, qui vul- Prou. 26 22. pino ingenio sunt, dolosque aliis nectunt. Propterea dicit David, Ne me perdas Deus vna cum loquentibus Ps. 27. 3. pacem ad proximum, mala verò in cordibus suis: Ps. 54. 22 emolliti enim sunt sermones eorum super oleum, & ipsi iacula sunt vulnifica. G

EPIST. XLVI.

Theodotioni.

NOn absque ratione miraris, hærens, quemodo poterint lapides sensilis totum descriptum capere Deuteronomium. Intelligamus igitur Christi Evangeliũ Deuteronomium mysticè prædictum fuisse, quandoquidem illud post legem Mosaicam scriptum est, lapides vero eos, qui antea cor lapideum gestabant, postmodum fide molliti sese scripturæ spiritus tamquam magistræ affixerunt.

EPIST. XLVII.

Eidem.

NOn ignoras, quod in Ezechiele dicitur, Eradicabo à vobis cor saxeum, & dabo vobis cor carneum, obediens Deo, ne vltra aberret. Ezech. 11. 19. H

EPIST. XLVIII.

Eidem.

PErlege, quid Corinthiis beatus Paulus scribat, Nostra Epistola vos estis, scripta non in tabulis lapi- 2. Cor. 3 2. deis, sed in tabulis cordis carneis, non atramento, sed Spiritu Dei vivi. Vos enim ostenditis opus legis in cordibus vestris.

EPIST. XLIX.

Eidem.

NOn multo indiget tempore verus IESVS ad scribendum Deuteronomium in cor pietate integrorum lapidum. Statim enim atque prædicatio suscepta est, nihil aliud dicendum est, quam te asportasse

A in interiora pugillaria legem gratiæ minime gravem, & concupitam in conspectu filiorum Israël, divinarum nempe, & incorporearum potestatum, in lapides non vlteri infidelitate motilandos, aut confringendos, sed auribus, & animo integros. Qui enim, ait, habet aures audiendi, fide, & industri solertia audiat.

Matth. 11. 17. & 13. 43. Marci 4. 9. Luc. 8. 8. & 14. 35.

EPIST. L.

Aphthonio Diacono.

QVicumque Dei amore, & benedictionum proposito vitam traducunt, hi dicuntur prope montem Garizim appellatum stare: at qui non propter benedictionem, & amicitiam, & laudem Dei, sed propter pœnarum decretarum metum bona opera conficiunt, hi dicuntur manere prope montem Hebal, in quo diræ effusæ sunt, non vt diris subiaceant qui in Hebal stetit, sed vt horrendas illas diras conspiciens omni conatu sibi caveat, ne in eas concidat.

Iosu. 8. 33.

B

EPIST. LI.

Aphthonio.

Esai. 1. 10

NE putes Prophetæ Isaiæ sermonem in Sodomitas dirigi, Audite verbum Domini Principes Sodomorum. Principes enim Iudæorum, qui opere Sodomorum libidines, & illis subiectos, obsecundantes, æmulabantur, sermo respicit: statim namque subnectit: Attendite legi Dei populus Gomorrthæ. Quid mihi copia sacrificiorum vestrorum? dicit Dominus. Est tamen manifestum est, non Sodomitas, multoque minus Gomorrhenos vnquam, sed Israëlitas potius Deo sacrificia obtulisse.

EPIST. LII.

Gaina copiarum ductori.

C

MVltis inanimatis personam diuinitus inspirata scriptura tradit, vt illud, Mare dixit hæc, & hæc & abyssus dixit, non est in me: & rursus, Cœli enarrant gloriam Dei: & gladio præcipit Dominus, vt sese & carne, & sanguine impleret: & à montibus & collibus saltationes deposcuntur. Et, Quid pettulisti mare, vt fugeres, & tu Iordanis vt retrocederes? Si hæc itaque ita se habent, quid mihi proponis, quod in Proverbiis dictum est, Dominus fabricavit me principium viarum suarum, in opera sua? Salomon Parabolas, obscurumque sermonem constructionem proprij libri nuncupavit. Aliud enim est quod Parabolis exprimitur, tecebrisque involvitur, multosque significatus admittit, & aliud, quod clare, & aperte, planeque, & sine vllo involucro enunciatur. Tu verò lucidam Apostoli doctrinam abiiciens, quod visu animæ læsus sis, obscuris ænigmatibus mentem applicas: & quamnam de hoc excusationem proferes? Etat itaque mihi in animo, propositæ ex proverbiis dubio respondere, verumtamen eum tu inepta, ac sine ratione præceptione Arianorum ictibus, veluti veterno confixus sis, motum calami repressi, ad illud solum cohortans, si id patienter sustinueris, vt saltem nunc Evangelistarum & Apostolorum prædicationem admittas, quam venenatorum serpentium pestilentiorum Arianorum. Attamen certo scio nulli futurum vtilitati, qui in aures demortuas verba profundit.

Iob. 28. 14. Ps. 18. 1. Ps. 113. 4. Ibid v. 5. Prou. 8. 22. Prou. 1. 1

D

EPIST. LIII.

Frumento Ecclesiæ defensori.

NAutæ quidem, atque gubernatores conatus omnes suos referunt, vt traiecto mare, in portum sese deducant. Tu verò semper in alto mari summa contentione piscationi incumbis in rerum humanarum fluctus sæpe & in foro, & in tribunalibus petetrans, eo nomine, vt rebus Ecclesiasticis provideas, re tamen plura habendi aviditatis, quæ nunquam exsatiatur, atque iniustæ exactionis gratia.

E

EPIST. LIV.

Pompeio Diacono.

CHebron notat coniunctionem, quamnam verò ob causam locus ille nomen id habuit; quod ibi coniugati iacent Abraam & Sarra, Isaac & Rebecca, Iacob & Lia. Probe igitur Deo gratus Chaleb multo studio, & labore, necnon sudore memorissimi celeberrimorum Patriarcharum excepit, quæ erat Mettopolis Enacim, arrogantium Gigantum impiis, ac nequam successoribus obtruncatis, & sit sors Chaleb, voluetfa illa terra, in qua beatorum illorum sepulchra extabant.

Iosu. 14. 14.

F

EPIST. LV.

Eidem.

NE despondeas animum, tibi etenim, qui Christo ex semine Abrahæ otto credidisti, data est sors intellectualis. Deus enim tibi factus est Deus semper commemorandorum Patriarcharum.

EPIST. LVI.

Eidem.

QVid stupes, & tamquam de re nova & peregrina admiraris, iniquissimum videns atque improbissimum laudibus nefarie exaltatum, & gloria præditum, & apud imperantes infinito cœtetis præstantem? Recordare scripturæ inclamantis, Datus est impius in altitudinibus magnis: permissum scilicet illi est, vt secundum hunc mundum exaltetur. Neque hæc facultas sine iudicio data est, sed vt ille in sublime euectus, indeque præceps actus, sine vllo remedio excidium subeat.

Eccl. 10. 6.

G

EPIST. LVII.

Apollodoro Rhetori.

ASseverasti, propterea sæpius barbarorum multitudinem in Romanorum regiones irrumpere, quod non omnes velint, neque procurent Numinis gentium sacrificiis sibi conciliare. Tu tamen illud habeto expressius, & sine vllo tegumento, irruptiones barbarorum, terræ motus, incendia, cæteraque tristia ob nullam aliam causam, quam ob malitiam, & stuporem eorum, qui vt tu, Dæmonibus nimio multo addicantur, & malorum hominum impietatem, qui non cessant ab Idolorum cultu, sed quotidie perniciosis Dæmonibus in suburbiis sacrificant, & post salutarem Christi adventum, & illustrationem in tenebris ambulant, & moros in meridie, æque ac cæci, contrectant, evenire. Sed vtinam tandem aliquando resipisceres, & agnosceres divinum Moysem, qui post menstrua tempora rursus fluxum sanguinis patientem animam relegat: namque cum ante paucos dies Christi prædicatione emundari visus sis, nunc rursus mutata sententia, execrandia statuatum sacrificiis eruentaris.

H

Leu. 15. 25.

EPIST. LVIII.

Ruffino Scholastico.

QVando cum legibus publicis, etiam sacram pertractas scripturam, quod eruditionis variæ indicium est, & omnium virtutum possessor existis: quod

postulasti,

A Gen. 24. 22. postulasti, perdiscito. Brachialia, quæ Rebeccæ Abrahami filius obtulit, continentiæ, fortitudinis, prudentiæ, ac iustitiæ symbolum fuere.

EPIST. LIX.

Eidem.

Esa. 5. 18. VÆ, deplorantis vox est, innumera tristia, & mœroris plena designans. Propterea itaque Dominus per Esaiam dixit, Væ illis qui attrahunt peccata sua, vti fune longo, qui post priora delicta subsecutorum additione continuo extenditur.

EPIST. LX.

Eidem.

Gen. 40. QVæris quid innuunt, pincernarum Pharaonis princeps, qui castum Iosephum diligebat, & princeps pistorum? Ipse itaque existimo per pincernarum principem Christianorum populum vinum fidei Deo
B offerentem indicari; per pistorum vero Principem notari turbam parricidarum, & infidelium Hebræorum, cui propter ingentem cordis duritiam, & stupiditatem caput ablatum est. Caput enim Ecclesiæ Christus est, infidelium vero non est. Qui itaque diuinæ prædicationi non credit, illius caput præciditur, ipse vero palo suffigitur. Sed fideles cogitatione, & cognitione volatiles facti, ad immaculatos, salutaresque discos auolant, & panem comedunt, qui de Cœlo descendit, & sempiternam vitam nobis elargitur.

EPIST. LXI.

Gainæ Copiarum Ductori.

1. Cor. 15. NOn ex te ipso motus, sed ab aliis coactus literis tuis à me postulasti, Quomodo potest Filius
C eiusdem cum Patre essentiæ & potestatis esse, cum à Patre petat, vt sibi omnia subiiciat; postmodum, vt Apostolus scribit, Patri se subiiciens, qui illi omnem creaturam subiecerat? Quid ais mi vir? Indigetne Christus, qui Deus est, Deo subdi? Num ille prædo quispiam est, & nimius animi, & Dei hostis, ideoque illi opus est aliquando subdi? Quomodo itaque dictum est, Filium ipsum post subactos aduersarios subdendum fore illi, qui ipsi omnia subdiderat? Ea ratione, qua maledictio dictus est propter me, qui meam maledictionem suæ incarnationis arcano dissoluit; & peccatum nuncupatus est, qui solus sine peccato est, & immaculatus agnus Dei, qui tollit peccatum mundi, & Adam factus est pro vetusto illo iunior: eadem & effrene hominum ingenium, quod subdi nescit, sibi adsciscit, tamquam omnium caput. Donec itaque ipse subiectionem renuo, & discordiis, Dei eiuratione, & affectibus gaudeo, subiectionem renuere propter me Christus dicitur: postquam verò ipsi omnia subiecta fuerint, tunc & ille subiectionem
D subit, me, qui saluatus sum, Patri offerens. Quanam autem ratione Christus eiusdem cum Patre essentiæ sit secundùm diuinitatem, eiusdemque potentiæ, & similis, frustra id scripserim verba non admittenti.

EPIST. LXII.

Eidem.

Ioan. 13. QVamobrem pedes tantùm nec aliam corporis discipulorum partem Dominus lauit; quod non sordes meras, vt tu existimas, Seruator expurgabat, sed diuinam quandam firmitatem calcaneis Apostolorum coaddebat. Cum enim serpenti dictum sit, Tu
Gen. 3. 15. obseruabis hominis calcaneum, hoc est vniuersæ vitæ rationem: propterea discipulorum pedes abluti sunt, vt designarentur, qui intellectu concipiuntur, pedes. Dedi ergo vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & omnem facultatem inuisibilis aduersarij. Et Esaias dicit, Quam pulchri sunt pedes euangelizantium pacem, & bona. Apostoli etenim Christi, toto terrarum orbe peragrato, Diaboli bellicos neruos compresserunt, pacem omnibus distribuerunt, & nobis cœlestia bona annunciarunt. E Luc. 10. 19. Esa. 52. 7.

EPIST. LXIII.

Eidem.

TEgit pedes Dominus, vt pedes terrenos, ac imbecilles, totum terrarum orbem peragraturos corroboraret: partem calcanei arripit, contra quam sententia in principio lata est, vt magno medico manum superimponente, intellectualis serpentis venenum vires amitteret. Calcaneus itaque manu tangentis Domini corroboratus calcauit Satanam, qui primum conditis hominibus illusit, & sic completum est, quod à Vate Debora in canticis personatur: Pedibus calcabit aduersarios meos anima mea corroborata. David quoque exclamat palmarium accinens, Cadent sub pedibus meis, qui insurgunt aduersus me, & tamquam lutum platearum conteram inimicos meos. Ecce enim dedi vobis potestatem, Dominus dixit, vt calcetis, & non vt calcemini, neque illudamini à proditore. Gen. 3. 15. F Iud. 5. 21. Ps. 17. 39 Ibid. v. 43. Luc. 10. 19.

EPIST. LXIV.

Firmo Scriniario.

NE coneris illius hominis subsidiis prouinciæ consequi principatum, ne ipse in aliorum dominium peruenias, & cadas, & nimium vilescas, & præter spem omnem in perditionem abeas.

EPIST. LXV.

Eugenio Diacono. G

NImium in Scripturarum lectione insolescis, ac elato animo magnificè te iactas, atque ostentas in speculationibus, pro fructibus, nudis foliis gaudens, iocansque contemnis eos, qui similium cognitione destituuntur. Id qui in scena gestus agunt, sæpenumero efficere poterunt. Tu verò operibus potius bene Deo gratis animum tuum cohonestare exornareque contende. Væ enim, ait, Scribis, & Pharisæis, qui doctrinam diuinorum verborum mentiuntur: dicunt enim bona, & non faciunt. Prius itaque fac, postmodum doce. Luc. 11. 46. Mat. 23. 3.

EPIST. LXVI.

Philagrio Presbytero.

IVstus Noë Christum præfert, qui in Euangeliis dicit, Venite ad me omnes, qui multis lapsibus grauamini, & ego requiescere faciam vos in arca Ecclesiæ, à pessimo exercitandoque exercitio liberatos. Namque cùm natus esset Noë in figura, & vaticinio dictum est: Ipse consolabitur nos ab operibus nostris, & à terra, cui maledixit Dominus Deus noster. Matth. 11. 28. H Gen. 5. 29.

EPIST. LXVII.

Eidem.

POpuli infidelium Iudæorum personam gerit Chanaam, qui denudatum Christum irrisit, flagellauitque per Pilatum, & contumeliis affecit &c. Sem vero & Iaphet tantum non digito monstrant Iosephi comitem, qui corpus Seruatoris inuoluit, & reposuit in nouo monumento. Adhuc etiam innuunt Nicodemum Israëlis magistrum, cæterosque, qui sanctissimum corpus custodire, & in honore habere conabantur. Gen. 9. 22. Ioan. 19. 1. Ioan. 19. 38.

A

EPIST. LXVIII.

Acacio Memorialio.

Exod. 17. 9. SAcrorum mysta Moyses obliquum duobus manibus sustinens baculum imitatione Christum exprimens, qui supra Crucem manus extenderat, Amalecum in fugam vertit. Propterea nos quoque in oratione manus extendentes Satanam debellamus. Si rectum obliquumque baculum sanctus Moyses sustinebat, qua ratione manus onus vrgebat, indigebatque adiumento Aaronis, & Huri, qui hinc atque illinc manus illius fulcirent? Exod. 17. 12.

EPIST. LXIX.

Eidem.

B

PErcommodum fuerit vt plurimum Crucis figuræ nos manibus conformantes, preces effundere. Sic enim Deus nobis benedicit, rursusque nos illis benedicimus. Diuinus etenim Moyses tabernaculum consecrans, & fratrem suum in sedem Sacerdotum collocans, ad modum crucis manibus in Cœlum expansis benedixit populo. Et licet hæc dicamus, nusquam tamen piam, & decoram genuum flexionem de medio tollimus. Propheta siquidem Daniel hora tertia, sexta, & nona super terram genua flectens, Deum exorabat. Exo. 39. 43. Leu. 9. 22. Dan. 6. 10 & 13.

EPIST. LXX.

Eidem.

Dan. 14. DAniel quidem vti seruus germanus in fovea oratione leonum ora obturavit. Christus verò illius Dominus propria auctoritate ianitorum inferi, & tenebricosissimi ibidem carceris custodum crudelium fauces occlusit: quod prævaticinatum fuerat in libro Iob, Aperientur tibi timore portæ mortis: ianitores verò inferorum videntes te contremuerunt. Qui Christo crediderunt, vivi nuncupantur; mortui qui non crediderunt: quare scriptum est: Et stetit Aaron Sacerdos in medio viuorum, & defunctorum. Medius etenim Christus Dominus est inter eos, qui eum exceperunt, & eos, qui noluerunt eum excipere. Testimonioque suo id probat Ioannes Baptista alloquens populum in Iordane, Medius vestrum stat, quem vos ignoratis.

C Iob. 38. 17. Num. 16. 48. Io. 1. 26.

EPIST. LXXI.

Eidem.

QVam perniciosissimum est, sermonem vanum, & inutilem, & spiritali ædificio minime conducentem ex ore proferre: similiter in corde nutrire serpentes, & scorpiones malarum cogitationum.

EPIST. LXXII.

D

Eidem.

Gen. 49. Exod. 1. CVpis Patriarcharum nominum interpretationes addiscere. Morem tibi geram. Ruben redditur, Videns filius, Simeon, Obedientia Dei; Levi, conglutinatus, Deo nempe adnexus, & corpori contiguus; Iudas, Confessio; Issachar, Merces sanctorum; Zabulon, Nocturna liberatio, Ioseph, Domini additamentum; Benjamin, Filius dexteræ; Dan, Iudicium; Nephthalim, Demissus truncus, siue oratio; Gad, Ad loquendum facilis, seu ad consuescendum; Aser, diuitiæ, seu Beatitudo.

EPIST. LXXIII.

Eidem.

Gen. 48. 14. COmmutatis manibus Sanctus Iacob illis, qui circa Ephraim erant, & Manassem benedixit. Et nota mirum; dum enim ea manuum commutatione, Cruce Domini figurata, suis posteris diuinas benedictiones elargitur, id præstat vt primus secundum, & secundus primus fiat.

E

EPIST. LXXIV.

Eidem

CRux Christi humanissimi primos propter eorum superbiam & arrogantiam secundos effecit. Hinc ait Apostolus Iudæis, Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, qui ex semine Abrahæ estis: sed quoniam diuina eloquia reiicitis, & indignos vos fecistis æterna vita, ecce in posterum sermonem conuertimus ad Gentes, vt impleatur quod dictum est à Patre Filio in libro Esaiæ: Posui te in lucem Gentium, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ. Act. 13. 46. Esa. 49. 6

EPIST. LXXV.

F

Eidem.

COnsidera mihi ex Hebræis, qui crediderunt, quomodo ad prædicationem Apostolorum accedant, tum postmodum intelliges, quomodo primi secundi constituantur, vt impleatur verbum Moysis, qui posteris Abraam prævaticinatus dixerat, Erit proselytus, qui est in te, supra, supra; tu verò infra, infra, ille dominabitur tui, tu verò dominium subibis, ille fiet in caput; tu in caudam. Proselytum autem appellat populum, qui ex Gentibus Christo credidit. Deut. 28. 43.

EPIST. LXXVI

Eidem.

LEvitas scribis mihi Monachos esse contiguos, & Deo conglutinatos, & hæc sentiens, maximo vsui tibi fueris.

EPIST. LXXVII.

G

Babylæ Diacono.

BOna quidem verbosa oratione loqueris, & mala vel maxime peragis, specie siquidem, & multiloquio probitatis, & morum honestatis leves, ineptosque deludeos, & tuam tegens improbitatem, à sanæ mẽtis hominibus facile ac manifesto deprehenderis, non ex iis quæ dicis, & simulas: sed ex his quæ operaris.

EPIST. LXXVIII

Soterioni.

NOn timebis, inquit, à timore nocturno, humano nempe, & dæmoniaco, namque diuinus timor cor consolans diurnus, & lucidus nuncupatur. Ps. 90. 5

EPIST. LXXIX.

H

Eidem.

SApientia in exitibus laudatur: at quosnam hic exitus Salomon nuncupat? Eos nempe, qui ex ore rectorum Ecclesiæ Doctorum emanant. Prou. 1. 20.

EPIST. LXXX.

Siluano Episcopo.

ELias Thesbites cum sub planta obdormiuisset, experrectus, ad caput ipsius panem subcinericium, & vas aquæ conspexit. Quis igitur talis est, vt inveniat panem subcinericium capiti quam proximum, in quo capite insunt, vt tradit Salomon, oculi sapientis intellectuales, vel à pia postulatione & legitima petitione, spiritualem panem animam enutrientem, & aquam salientem in vitam æternam? 3. Reg. 19. 6. Eccl. 2. 14.

EPIST.

A

EPISTOLA LXXXI.

Eidem.

QVi animas suas purgare satagunt, non tantum pane, & aqua intellectuali affluunt, sed carnes sibi
Heb. 5. 14. etiam habebunt. Solidus namque cibus, vt ait Apo-
Num. 11. 18. stolus, perfectorum quid est, & prædicit Moyses populo, Sanctificate vos in crastinum, & comedatis carnes: intelligens diuinum Corpus, quod fideles in Ecclesia comedunt, & beatissimam Christianorum cognitionem, cognitionibus omnibus excelsiorem.

EPISTOLA LXXXII.

Eidem.

Num. 11. 18. REcte & hoc diuinum Moysem dixisse nouimus,
B Non hodie, sed cras carnes comedetis: vt tempus post Christi Dei, & rerum omnium Domini aduentum commonstraret. Carnes etenim ortygometræ, in indignationem, & voluolus, & corruptionem, & choleram Hebræis cecidere. At nostræ quam beatissimæ carnes firmitatem, robur, bonam valetudinem, consolationem, & vitam æternam conciliant, iis, qui digne earum participes efficiuntur.

EPISTOLA LXXXIII.

Eidem.

QVid obstupescis, si carnium æternarum, nullique corruptioni obnoxiarum participes fiunt Christi dilecti serui, qui seipsos timore Dei, & fide, & præclaris facinoribus purgant? imo diuino etiam vi-
Gen. 9. 20. no abundabunt; quemadmodum iustus Noë agricola factus est, & plantatam à se vineam studiose eleganterque coluit: emensi siquidem infidelitatis illuuiem vinum sobrium biberunt, & inebriati sunt: vt Dauid inquit,
Ps. 22. 7. C Calix Dei inebrians me valentissime: & madidi de-
Gen. 9. 21. nudatione quadam verecundiæ offcia denudantur. Bonum quippe est improbitate, atque imprudentia denudari.

EPISTOLA LXXXIV.

Eidem.

Ps. 21. 1. DEus, Deus meus intende mihi, vt quid dereliquisti me? ex persona Christi Psalmo vigesimo primo dicitur. Sed non ipse derelictus est vel à Patre, vel à sua Deitate, vt Ariani, Eunomianique existimant, tamquam ij qui passionem metuunt, ideoque eam à patiente retrahunt. Quis enim Saluatorem, aut primum in mundo nasci, aut in crucem ascendere coëgit? Neque enim inuitus, sed volens ac lubens multa cum alacritate in crucem progressus est: ante enim
Matth. 20. 18. D multos dies Discipulis dicebat, Ecce ascendimus Hierosolyma, & filius hominis tradetur ad illudendum, & crucifigendum, & cætera. Sed in seipso rem nostram confingit: namque homo factus, modis omnibus sermonem pro hominibus habet, & homo factus non amisit vt Deus sit, & omnium Dominus.
Phil. 2. 7. Quæ adnotanda sunt. Quando igitur, vt Apostolus ait, formam serui induit omnium Dominus, in seipso rem nostram efformat, tanquam orator nullo modo seductus, sed patronus, & aduocatus, causam dicens pro tyrannide oppresso, ad Prouinciæ Præfectum, Afflicti sumus, depressi sumus, direpti sumus, iustissime Iudicum. Pro nobis itaque Christus ait, Deus, Deus meus intende mihi. Deus equidem omnium Pater cum Filio in creatione omnium; Deus vero Filij Pater dicitur secundum Incarnationis mysterium. In se ipso itaque, vt supra dixi, rem nostram Christus effingit. Namque nos primum eramus derelicti, nunc accepti & seruati nulla Passioni obnoxij Christi Passione. Quemadmodum & insipientiam nostram, & lapsus sibi adsciscens, hæc per Psalmum enunciat: manifestum enim est, Psalmum E vigesimum primum ad Christum referri. Eiusdem speculationis est, eundem, ex quibus passus est, obedientiam didicisse, vt ait Apostolus; clamor etiam, Heb. 5. 8. & lacrymæ, & preces, & exauditio, & reuerentia, quæ velut alienæ fabulæ actor aliena persona sumpta refert, & pro nobis mirè intexit. Vt enim verbum neque subjiciebatur, neque non audiebatur: hæc enim propria sunt eorum, qui alieno dominio premuntur, & secundas partes habent; illud quidem sanioris hominum mentis, hoc vero eorum, qui digni punitione sunt. Porro vt forma serui seipsum vna cum conseruis, & seruis demittit, & quod aliorum est, in se efformat, totum me in seipso ferens cum meis, vt in seipso sicut ceram ignis, aut terræ vaporem Sol, quod peius est, absumat, ipseque eorum, quæ illius sunt, particeps propter commixtionem fiam. Propterea opere ipso obedientiam honestat, illiusque passione ipsa experimentum capit. F Neque enim satis est propositum, quemadmodum neque nobis, nisi per opera gradiamur. Opus enim est propositi commonstratio.

EPISTOLA LXXXV.

Euthio Prouinciali.

QVi te mœror inuasit, gaudium ingens tibi despondat, immo & erratis tuis abundantem remissionem conciliat.

EPISTOLA LXXXVI.

Capitoni Diacono.

DIcit Ieremias Propheta ex persona Dei delictis sauciæ & lepra obsitæ animæ, Ecce ego illi cicatri- Ier. 33. 5.
ces obduco, apportoque remedium, & medicabo eam, & manifestabo ipsis pacem, & fidem, & non recordabor amplius peccatorum, quæ peccauerunt mihi. Il- G
lud autem, cicatrices obducam, satis percommode applicabitur lepræ, in Leuitico descriptæ. Quibus vero Deus cicatrices obducit, & quibus medetur, iis & cogitationum pacem, & fidem nulli hæsitationi obnoxiam, sed firmam, ac stabilem manifestat. Quibus itaque cicatrices obductæ sunt, ij, vt manifestum est, perfecte anima purgati, donum impassibilitatis reportant.

EPISTOLA LXXXVII.

Eidem.

ETiam per vim, mente tibi diligendi sunt, qui in inuidentia hominum, & odio sunt.

EPISTOLA LXXXVIII.

Eidem.

INuidentia serpentum instar, & amaritudine odij tinctus es: sed habes lignum pretiosam Domini Crucem, H
quæ, dummodo velis, amaram morum tuorum aquam in Exod.
dulcem vertere potest. Nam & magnus Moyses lignum 15. 25.
immergens in amarissimam Mara aquam, subito dulcem, & perplacidam effecit.

EPISTOLA LXXXIX.

Sosimiano Monacho.

NOs vero, ait sanctus Moyses, nescimus quid Do- Exod. 8.
mino sacrificabimus, quousque ambulabimus viam 26. & 27.
trium dierum in eremum. Apud nos sacrificium oratio est; desertus conditio quædam brutis affectibus spoliata, quam perfectionem esse definimus. Tale quidpiam erit Rom. 8.
de nobis, ait Apostolus; illud enim; Quid, vti addecet, orandum sit, haud nouimus vsque ad constitutionem nullis affectibus nullis sordibus obnoxiam; neque enim tunc eandem omnino orationes, aut cogitationes habebimus, quales nunc habemus ab aduersariis interturbati.

A

EPISTOLA XC.

Flauiano.

PRæcipua Sanctorum animæ para pugillati, siue libro, in quo Deus populo suo edicenda inscribit, Habac. 2. assimilatur. Quare Prophetæ Abacuc dicitur, Scribe visionem in tabella, nam in propriam mentem sanctus introspiciens, & in semetipsum oculos figens, totusque in internas partes conuersus, scripta à Deo in sua mente comperit, sicque enunciat populo.

EPISTOLA XCI.

Aphthonio Samaritæ.

LIteræ tuæ hooc in modum efformantur; Si in terra granum proiectum, non putrescerit, spem fane resurrectionis aliquam corpus haberet humanum. B Quod si frumentum, & quodcunque aliud genuen in terram immissum putrescit; & corpus hominum in cinerem, ac puluerem fatiscit, quid mihi omni asseueratione humanorum corporum resurrectionem futuram affirmas? Ad hæc ipse respondeo. Percurre Gen. 2. 7. Genesis initium, & accepit Deus puluerem è terrà & formauit hominem. Quæ ergo differentia est inter puluerem ex terra, & cinerem, & puluerem? Quemadmodum itaque ex humo terræ principio corpus constructum, & spiritum ex Deo accepit, stetitque homo pedibus suis, sic rursus ex terra & cinere in præsentis seculi fine, imperio ac facultate diuina corpora humana resurgent, proprias reassumentia animas, propriis stabunt pedibus in gloriam, & laudem illius, qui omnia mira operatur, omnium Creatoris.

EPISTOLA XCII.

Eidem.

C Gen. 15. 6. Rom. 4. 3. QVemadmodum magno Abrahæ fides reputata fuit in iustitiam, ita & tibi defunctorum resurrectioni fidem adhibenti, si modo vnquam fidem adhibueris iustitia apud Deum ingens reputabitur.

EPISTOLA CXIII.

Eidem.

SCripsisti, Granum frumenti molam, & in farinam redigam, id licet millies in terram seminauerim, non reuiuiscit, immo nec resurget, nec vnquam surculos emittet, neque fructus afferet, pari ratione & corpus cinis, ac pulois factum, non poterit resurgere, neque vllatenus vitam viuere. At ipse, quem alias tibi miseram sermonem, eundem nunc cum placiditate repetam. Quemadmodum primum ex terra homo potentia, & arte sapientissimi, ac omnipotentia Domini subsistit: ita & in fine præsentis seculi ex cinere D corrupti corporia fiet, & resurget homo, vita animoque prædima pristina corruptione abiecta, & diuina incorruptibilitate comparata.

EPISTOLA XCIV.

Eidem.

DIxisti humanorum corporum cineres hoc atque illuc dissipatos à ventis, & veluti ventilabro iactatos: & quid erit vltra? Sed perpendas velim, vndenam terra producta est, vnde ignis, & aer, & aqua subsistit? Sane omnino ex te sciscitanti, nugamẽta gentiũ longe abigens, & Pseudophilosophorũ ineptias e aeratus respondebis: ex quoquod non erat, in id quod est, elementa à Deo producta fuisse. Ipse etiam edico tibi: quemadmodum ex iis quæ non erant, ad id quod sunt, omnia nutu solo diuinæ voluntatis subsistere: ita ex cinere, qui à te deperditus esse existimatur, humanorum corporum resurrectio erit.

EPISTOLA XCV.

Eidem.

B

OMnipotens Deus, qui exsiccatum, & sine cortice baculum Moysis miro quodam modo in animal animatum, repentèque immutauit; draco siquidem erat terribilis, & Moyses in fugam se dedit miraculo Exod. 4. 9. perterritus: & qui Aaronis baculum siccum, & ipsum multum ante tempus, absque terra, & radicibus, & Num. 17. 8. pluuiis, & aëris temperie, vel sola voluntate vna noctæ germen emittere, & folia gratiosissima, & fructum pulcherrimum, effecit; omnia namque Deo omnipotenti, cui omnia obediunt, possibilia sunt: ipse ictu oculi tempore debito corpora humana resurgere faciet, sua gratia pullulantia, & in tantum decora, vt diuino splendore inanimati Solis radio quam maxime superent. Tibique persuadeat verus Dei seruus, F qui ex Sina monte luciferi instar descendit, & splendoribus corporis gloriosus, vt per id, quod apparebat, futuram ex alto gratiam hominibus præmonstraret.

EPISTOLA XCVI.

Gaina copiarum ductori.

REursus magnus copiarum ductor per literas ad nos venit arma cerca obiiciens, non quæ ex seipso possideat, sed aliunde opprobriose suscipiens. Ecce enim, ait, diuinus Apostolus IESV demissionem edixit: Heb. 7. 25. ad eos etenim, qui ex Hebræis crediderant, scribit, Semper viuit IESVS Filius Dei ad interpellandum pro nobis, Veruntamen noscant qui tibi hæc ad scribendum suggerunt, Seruatoris beatissimam, & decantatissimam dispositionem, pro nobis interpellationem esse, nuncu patique à Deiferis, & diuiniloquis hominibus.

EPISTOLA XCVII.

Eidem.

G

INterpellare, non vt multorum consuetudo, & postulare vilocem, exponi debet; hoc namque quodammodo demissionis fuerit: sed pro nobis, vt media tor est, legationem obire, siue preces effundere; quemadmodum & Spiritus pro nobis interpellare dicitur. Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum Rom. 8. 26. homo IESVS CHRISTVS. Orare siquidem ad hæc vs- 1 Tim. 2. 5. que tempora pro mea salute dicitur vt homo, quod cum corpore est, quod assumpsit, donec me Deum incarnationis potentia faciat, licet nondum secundum carnem agnoscatur, carneos inquam nostrosque, vno excepto peccato, affectus. Et hac ratione intercessorem habemus apud Patrem IESVM, non qui pro nobis ante Patrem voluetur, ac seruorum more procumbat, abiicebanc vere seruam & indignam cogitationem: neque H enim id Patris est petere, neque Filij tolerare: vel de eo tamquam de Deo ista sentire debemus. Ast IESVS passus est vt homo, vt Verbum & hortator tolerantiam suadet. Et sic intercessio intelligenda est.

EPISTOLA XCVIII.

Eidem.

REcordare sodes verborum Seruatoris dicentis, Omnia quæ habet Pater, mea sunt; & Qui vidit me, Ioan. 16. 15. vidit & Patrem; &, Tibi Petre do authoritate mea cla- Ioan. 14. 19. ues Regni cœlorum: propterea quod non seruum, ne- Matth. 16. 18. que auxiliarium, neque ministrum, multo minus imperio subiacentem, vel à paterna substantia alienum me compellasti, sed verum Filium esse me viui Dei ex reuelatione cælestis Patris fassus es. Rursusque Euan- Ioan. 5. 18. gelista dixit, Propterea Iudæi IESVM persequebantur, non tantum quod Sabbatum soluebat, sed etiam quod semetipsum ostendebat verum Filium esse Dei, & similem in omnibus cælesti Patri.

A

EPISTOLA XCIX.

Euandrio.

PLerosque rectè sentientes tibi illudere facis, fabellas mysteria nuncupans. Omnis nihilominus secta extra Dei Ecclesiam aberrans ineptias suas my-
2.Thess. 2.7. steria vocat. Pari ratione Manichæi mysteria, & thesauros bonos Impietatis suæ, ac improbitatis libros appellant: namque iam opere perficitur perditionis mysterium.

EPISTOLA C.

Epigono Cursori.

QVando diuinos sermones sanctus Moyses obscure extulit, ne eos qui tum erant, & nunc viuunt, & postmodum futuri sunt, stulti, ineptique Hebræi intel-
B Deut. 32.5. ligerent, vt ipse testimonio suo in magno cantico comprobauit, Hic populus nec mente, nec consilio præditus, generatio distorta est: filij non habentes fidem in
Exod. 34.33. & 35. semetipsis, tentant, & exasperant Dominum: propterea velamen apponebat propriæ prælucenti faciei, & hac ratione prudentes, & qui sapientia Ægyptios æmulabantur, alloquebatur.

EPISTOLA CI.

Eidem.

Exod. 34.38. FAciem Moysis lumen esse Pentsteuchi existima, velamen beatorum sermonum obscuritatem, & quod parabolia, aut symbolis, siue etiam ænigmatibus exprimitur. Et sanctus Moyses super puteo, ea quo omnes
Num. 21.18. Num. 21.17. bibere, nonnulla per modum parabolæ refert postmodum addit, Propterea dicent, qui captiose & perplexe argutantur, hæc & hæc.

EPISTOLA CII.

C *Eidem.*

Gen. 16. SI eum lacrymis ad Christum conuertatur Hebræus, infantem agens secundum puerum, Ismaël dictum, oculorum mentis, Agar nuncupatæ velamen abstrahit, propeque inuenit aquam viuam diuinæ Scripturæ, vti addecet expositam, potui accommodatam, atque pellucidam, & ab infidelitate mortis liberantem.

EPISTOLA CIII.

Eidem.

Gen. 16. QVousque Hebræi fidem beatæ Saræ non possidebunt, feruæ Agar nomen eorum menti appingendum est.

EPISTOLA CIV.

Eidem.

D Gen. 16. 14. MVlta speculatione, & intelligentia Mosaica scripta, necnon profunda perquisitione indigere persuadeat te mystica compellatio putei visionis

EPISTOLA CV.

Eidem.

NE patiaris in his, quæ te opprimunt, infortuniis spem bonam abiicere, neque diuinæ expectationis cotnu relaxes. Facile enim Deo est, modo voluerit, tristia in læta, amœnaque conuertere.

EPISTOLA CVI.

Benjamino Hebræo.

AIs, te in multis IESVM celebrare, sed quod Sabbatum ille neglexerit, dissolverit, iniquissimo animo ferre. Verumtamen hominem in omne tempus paruulum esse non decet. Namque cum quis ad virilem ætatem perueniens, non æquo animo ferret, si lacte potatur, & qui ad philosophicas disciplinas gradum fecit, non facile sustinebit adhuc in Alphabeti ordine perdurare. Igitur ante cœlestis sapientiæ in homines aduentum, erat Sabbati obseruatio, & vtilis: at nunc post Christi aduentum accommoda non est. Supra enim & dies & tempora, & mundum vniuersum Christianus sapiet. E

EPISTOLA CVII.

Eidem.

NE permirum tibi accidat, Deum antiquitus Sabbati obseruationem præcepisse, & nunc similem obseruationem rejicere. Vides enim veteres, recentesque Imperatorum terrenorum constitutiones, antea rem hanc decreuisse, postmodum alio atque alio tempore legem antea latam dissolvere. Exod. 20.8. F

EPISTOLA CVIII.

Eidem.

APrehende quæso animo tuo, Dei sapientiam matrem quandam esse, nunc quidem infantulo mammas porrigentem, clamantemque, bonum est hoc, bonum: postea ad solidiorem cibum filium conertantem, & felle mammas inungentem, sæpiusque inclamantem, putridum est hoc, putridum.

EPISTOLA CIX.

Eidem.

INcuses Moysem in Deuteronomio dictasse, Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester ex fratribus vestris, vt me. Prophetam dixit, non Deum. Deut. 18.15. & 18.
Quomodo itaque Deum esse IESVM dicitis? Tamquam infantulo tibi, mi Iudæe, vns balbutit sapientissimus Moyses, non audens tibi nimis aperte Diuinitatem Christi exhibere. Quando igitur, vt Moyses inquit, tamquam Prophetam excipies, & Regem, & Pastorem mitem, & pauperem, tunc ipse Propheta ceum maximus, & princeps reuelabit tibi se Deum esse verum, sine corpore, & ante omnia sæcula ex Deo vero genitum. Omnes vero celeberrimi Prophetæ, qui legis interpretes sunt, Diuinitati Christi, & dispositioni fidem suam exhibent. G

EPISTOLA CX.

Eidem.

NOn contemnendum tibi periculum impendet in Deuteronomio, si Christo fidem non habueris, illique cultum, obedientiam, & subiectionem non deferas, vti conuenit, in omnibus. Legislator siquidem ait, Vniuersa anima, quæ non obedierit Prophetæ illi, exterminabitur, è diuino populo. Deut. 18. 19.

EPISTOLA CXI.

H *Alexandro Monacho.*

ABsurdam rem agere mihi videris, dum inter iniuriis & rabiem nonnullos tibi fructum afferre cogis. Hæc non dicetur fructuum perceptio, sed vis, & dedecus, & extrema importunitas, & publicarum impositionum & grauissimarum exactionum acerbior depressio. Sed cessa obsecro ab hac indecentia; quinimo precibus, & multæ secundum animam quieti operam naua: & Deus excitabit eos, qui digni sunt, morum probitate, cum libello supplici, quidquid tibi opus fuerit, offerre. Quidam enim digni sunt, qui Monachis fructum reddant, quidam vero omnino indigni, & à numi Dei maxime distantes.

A

EPISTOLA CXII.

Clearcho numerario.

IPse quidem nunquam lupum, si surripit, conuitiis vexabo, rapere etenim lupo natura insitum est; sed illum nimem, qui lupinam mentem, præter sui naturam possidet, reprehendo.

EPISTOLA CXIII.

Aureliano.

Ier.3.22. PEr Hieremiam Dominus dixit, Conuertimini ad me, & non irascar vobis in seculum. Digna sane sempiterno furore facinora perpetrastis, sed cum ipse misericors sim, meam humanitatem non cum vestra improbitate, sed cum mea ingenti bonitate dimetior. Veruntamen ait, etsi ipse bonus, & humanus

B

Ier.3.13 sum, tu tamen quæ praue cogitasti, aut peregisti, ne obliuiscaris. Namque illud habeto, te in Dominum Deum tuum impium fuisse, quem cum lacrymis toto vitæ tuæ curriculo exora.

EPISTOLA CXIV.

Genethlio.

Ps.31.9. IN camo, & fræno maxillas eorum, quemadmodum brutorum, Deus constringes, qui tibi terga vertunt, Dauid cithara concinens clamabat. Quemadmodum enim equum licet inuitum fræno domamus, non odio, sed vt illi cursum bene ordinatum constituamus, & inordinatum ipsius motum ordine compescamus, & indecorum, atque ineptum saltum in concinnum iter transferamus: ita Deus si viderit animam pulli instar se gerentem, calcitrantem, hac & illac petetrantem, ad decentius eam, etiam si nolit traducit.

C

EPISTOLA CXV.

Theodosio.

PLetosque ipse noui egregiis facinoribus nobilitari non potuisse, sed iniquitate potius, & summa improbitate, seipsos celebres, ac tremendos edidisse.

EPISTOLA CXVI.

Serapioni Presbytero.

Matt.6.21. VBi est thesaurus tuus, inquit, ibi & cor tuum. Qualia namque sunt studia, vaga & nullo in loco quiescentia, talis omnino fuerit, & mens, & memoria, & intellectus illius. Potius itaque ad cœlestem, & nullis furibus obnoxium thesaurum prudenter animus intendendus est.

EPISTOLA CXVII.

Eidem.

D

Matth.6.22. LVcerna, ait, corporis oculus est. Superna siquidem percipiens intellectus, oculus est animæ, visum firmum, ac stabilem possidens, splendoremque suum in vniuersam rerum compositionem transmittens. Quod si tu in asperum hoc & prauum, mentem crapula, cogitationibus inutilibus, & quæ ad inferiora ducunt & perditionis barathrum, flectas: quid boni intelligere, aut probi enunciare propriis cogitationibus poterit? Quare necesse est obtenebratum, & turbatum esse omnem habitum dubiis incertum, veluti in nocte, & difficili bello.

EPISTOLA CXVIII.

Eidem.

Matt.7.23. DOminus decreuit, Dicentibus mihi in die illa à me cognosci, respondebo, Non noui vos; quippe qui verbo tantum pietatem colebatis, opere prauā patrabatis.

E

Luc.13.25.

EPISTOLA CXIX.

Ioanni Monacho.

DÆmones variis tentationibus nostrum os occludere nituntur, ne laudemus, & canteous, & gloriam dicamus Conditori. Sed spem habemus, vt ait castus Ioannes, quod Dominus aperiet, & nullus claudere poterit. Apoc.3.7.

EPISTOLA CXX.

Philoni Illustrio.

CEssa vltra deprimere, aut pugnis obtundere viles, ac simplices, satis enim superque delicta Deus examinat, & nusquam Dei homo paupertatis despector, & pauperis intrepide iniurius retributionem aufugiet. F

EPISTOLA CXXI.

Stephano Diacono.

QVi ex tota mente omnia videntem Dominum inuocant, licet extremis periculis confligantur, omnino superni auxilij participes fiunt. Namque Deus exaudiens ab ipso exitio ereptos in vitam æternam, & lætitiam transfuebit.

EPISTOLA CXXII.

Amphilochio comiti iuniori.

ANnon lepra obsito similem dixerim eum, qui prius ætatis iuuenilis deliciis perfrui sibi proponit, postmodum in extrema senectute continentiæ, fortitudinis, & iustitiæ flores promere. Quis enim tibi cœlestis Angelus consenescere promisit? Quare non horres inter libidines, gaudia, & vanas cogitationes infauste commoti, ætate quidem iuuenili, sed vitæ instituto citissime inueterato. G

EPISTOLA CXXIII.

Eidem.

POstulasti à me, quis sit vetus homo, qui desideriis corrumpitur, & quem deponere diuinus Apostolus hortatur? Veterem hominem non existentem quidem, sed qui corrumpitur, esse putamus, idolum quoddam perditionis, quod ex execrandis & impiis cogitationibus, & verbis iniquis, & immundis facinoribus penicillo exprimitur, vel componitur, vel vt quispiam diceret, satis noxie contexitur. Gal.4.22.

EPISTOLA CXXIV.

Eidem.

QVæ in senectute virtus dilucet, virtus non nuncupabitur, sed imbecillitas. In iuuentute itaque potius virtus operanda à nobis, exercendaque est: & in corpore iuueni cana prudentia commonstranda. H

EPISTOLA CXXV.

Antonio.

SI cœcæ diuitiæ sunt, fortasse etiam erit & cœca opinio, suique comprehensio. Et videris Illustrium Canonem, qui nemini vnquam neque verbo, neque opere fructuum vtilitatis præbuit, neque quænam sit virtus, addiscere curauit, frustra laudibus cohonestatum, & vane à plerisque hominibus illiberalibus, ac stupidus strepitu consociatum, & in hoc tumentem, seseque absurde omnis iactantem.

EPISTOLA

A

EPISTOLA CXXVI.

Cononi Illustri.

INiuste diuitiis affluis, aliisque debitam gloriam tibi vsurpas. Lepidum enim, & ad risum iocumque factum conuiuius in admirationem incidi, dignos admiratione conuiuiis præsenti tempore petitos videns, suspectos atque inutiles laudibus cohonestatos. Et hanc machinam esse dæmonum duco, Quare ne multa inaniter comminiscens, in futurum grauius puniaris: rogo te, vt potius virtutis operibus te dedas, vt non iniquè ratione, sed vt addecet, laudem consequaris.

EPISTOLA CXXVII.

Eolampio.

B Iac. 4. 5. AVes perdiscere, quid sit quod Iacobus Hierosolymorum Archiepiscopus ait, an putatis quia inaniter dicit Scriptura ad inuidiam? hoc est, non intempestiuè, sed maxime opportune, & prospicienter diuina Scriptura contra inuidiam loquitur: etenim quocunque sancto enunciato contra affectus, sed exitiosam inuidiam potissimum, tanquam validissima armatura constipamur.

EPISTOLA CXXVIII.

Eidem.

Iac. 4. 5. COncupiscit, inquit, spiritus, quem habitare fecit Deus in nobis. Quid porro desiderat, appetit, & diligit diuinus Spiritus? vnionem, concordiam, mutuum fratrum amorem. Charitas autem ex humilitate, & pietate nascitur; odium, & amarulentus liuor ex superbia & iactantia oritur: quapropter dictum

Iac. 4. 6. est, Deus superbis resistit, propter eorum stultitiam in eos castra mouens, vti olim in primum omnium su-

C Iac. 4. 6. perbiæ vitio infectum Satanam. Humilibus autem dat gratiam, hoc est spiritalia quædam elargitor iis, qui propter Deum humilitatem amplectuntur.

EPISTOLA CXXIX.

Eidem.

Prou. 26. 4. NE respondeas, ait Salomon, stolto secundum stultitiam eius ne similis illi fias. Responde vero stultitiæ eius, ne prudens se esse videatur. Qui enim præceptis Dei aduersantia loquenti stulto, & in peccatum innitanti consentit, ea laudans, secundum stulti stultitiam respondit, & similis factus est illi: qui vero improba enonciaoti sese opposuit, nec execrandis illius verbis assensum præstare sustinuit, respondere dicitur ad stultitiam illius; hoc est contra illius stultitiam palmariom optimum habuit, trophæumque consensu omnium etexit, pharetra sagittarum veritatis, ac cœlestis sapientiæ aduersus stultitiam, vanamque improbi sophi-

D stæ opinionem vsus.

EPISTOLA CXXX.

Sozomeno.

PEccatum fumi instar citissime dissoluitur; debita verso punitio & pœna ad quæ secula protrahitur? si hæc tecum consideraueris, maximo timore, & tremore concutieris.

EPISTOLA CXXXI.

Cornelio Presbytero.

2. Cor. 5. 16. QVid est quod ait Apostolus: Etsi cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc nondum cognoscimus. Namque propter nostram salutem Dominus homo factus, & cum hominibus conuersatus, vt propriam incarnationem veram ostenderet; non tantum puerulus adhoc lac suxit, vt plane videbatur, sed adultus etiam comedit, & bibit, & laborauit, & somnum cepit, flagellis cæsus, & cruci affixus est &c. Attamen post ipsius ex mortuis resurrectionem, non amplius corporis ægritudinibus, & necessitatibus subiacet. Propterea Apostolus ait, Non vltra cognoscimus Christum passionibus, infirmitatibus, & morti obnoxium. Virtus namque diuinitatis illius humana omnia superauit. Et licet nunc, & in futura secula in sancto corpore, quod antea sub Pilato cruci affixum fuit, & sepulturæ traditum, & postmodum ex mortuis resurrexit, sit: nihilominus non vltra humana patietur, corpus habens, quod neque senescere, neque noxis perturbari, neque sordibus inquinari in secula potest.

E

EPISTOLA CXXXII.

Gerontio Exceptori.

NE communicetis, ait Apostolus, infructuosis operibus tenebrarum. Quemnam enim fructum in intellectualis mortis obsoniis habebatis, ob quæ nunc verecundamini? Nam vere infructuosa sunt opera praua. & quælibet tenebricosa actio. Quando vero anima in saniorem mentem redacta, res à se gestas perceperit, tunc potius erubescit, & verecundatur, pro peccatis in iniquitatis ebrietate patratis, splendoremque continentiæ comperit. F Ephes. 5. 11.

EPISTOLA CXXXIII.

Hypasioro Diacono.

NE despondeas animum, sed generosis cogitationibus fortis esto. Fortis namque licet vulnetibus scateat, & volneribus obsitus pugnam ineat, omnino victoriam consequetur.

EPISTOLA CXXXIV.

Olympio Scholastico.

ABsit hoc. Non de seipso affirmat diuus Apostolus, Video aliam legem in membris meis captiuantem me in lege peccati, sed ex persona eorum loquitur, qui similibus interturbantur, & ab affectibus carneis oppugnantur, veruntamen sese opponunt & vt plurimum victoria potiuntur, aliquando etiam correpti cadunt. G Ad Rom. 7. 23.

EPISTOLA CXXXV.

Eidem.

NOn est id in difficili deprehendere Apostolum Ethopœiam vsurpasse, cum dicat; Ego vero viuebam aliquando sine lege: licet nusquam sine lege Mosaica ducere spiritum potuerit; à teneris enim, vt aiunt, vnguiculis apud Gamalielem legem exquisite perdidicerat. Eorum ergo, qui extra Mosaicam legem vitam dixerunt, personam assumit. Rom. 7. 9 Act. 22. 3.

EPISTOLA CXXXVI.

H

Maximiano.

IN quacunque gente, qui timet Deum, &, iustitiam seruat acceptus illi est. Manifestum autem est, hunc Deo esse acceptum, nec ab eo abiicere quemcunque tempore opportuno ad cultum beatissimæ Numinis cognitionis confugientem. Neque enim deferet illum Deus, in ignorantia commori; sed adducet ad veritatem, & cognitionis lumine illustrabit, quemadmodum Cornelium, de quo verba supra laudata beatus Petrus enunciarat. Act. 10. 35. Act. 10.

EPISTOLA CXXXVII.

Thessalio Diacono.

OPeræ pretium est, vt qui bonum concupiuit, non tantum cogitatione, & verbo, sed opere quoque laborem per totum vitæ spatium continuet, vt sic cœlestem quietem, & regnum multiiugæ virtutis demessis fructibus, consequi possit. Considera dicta Patriarchæ

A Patriarchæ Iacobi, Issachar bonum desiderauit, requiescens in medio fortium, & videns terram, quod pinguis esset, supposuit humerum suum ad laborandum, & factus est vir agricola. Nec Propheta Ieremias diffidet, Præbe cor tuum in hominem tuum: hoc est bona desideria educ in opus factus operosus.

Gen. 49. 15.

Ier. 31. 21.

EPISTOLA CXXXVIII.

Chrysogono Clesvalio.

SI quis ex ineptissimis optima quæque calumniari, & à mendacio exordium ducere, perpetuoque etiam in medacium desinere velit, dicito mihi, in quemnam desinet, aut adducetur finem?

EPISTOLA CXXXIX.

Theognosto.

B FOrte ignoras, mi frater, legem Dei custoditam, seruare, custodire, & regere eos, qui illam seruare, & custodire eum sobrietate satagunt.

EPISTOLA CXL.

Decurioni.

NEque vniuersum aërem aliquis vnquam duxit, & reflauit; neque essentiam Dei plane bene ulla mens cepit aut vox complexa est, sed ex iis quæ circa eum sunt, quæ illius sunt veluti in vmbra affingentes, debilem quandam ac imbecillem aliam ab alia imaginem, atque conceptum exprimimus.

EPISTOLA CXLI.

Eidem.

Matth. 7. 14. ANgusta ianua, & arcta via est, quæ ducit in vitam, & pauci sunt, qui deprehendunt. Si itaque qui eam C deprehendunt, pauci sunt, multo pauciores erunt, qui introire valeant: non introeunt verò ob propriam negligentiam.

EPISTOLA CXLII.

Eidem.

MEns est domina, seruus catuncula. Ne ergo immoderata ingluuie seruum foueas, ne propriæ mensuræ oblitus tyrannidem arripiat, audeatque arma in possessorem inferre. Propterea Salomon insolentiæ

Prou. 19. 10. corporis minime ignarus dicebat; Non conducit stulto luxus, licet seruus insolenter in proprium herum imperium teneat.

EPISTOLA CXLIII.

Eidem.

SI principatum prouinciæ tenere cupis, inhonorabe-

D tis; si vero te humiliaueris, misericordiam consequeris. Scriptum est enim, Deus effundens super Principes opprobrium, humiles saluauit.

Iob. 12. 21.

EPISTOLA CXLIV.

Crispo scholario.

NOnnulli, superquam par est, confiderationibus effusi, opinantes se maius quidpiam comprehendere posse, à vera cognitione excidentes, in cognitionem

Eccles. 1. 11. & 2. 15. mendaciis inuolutam prolapsi sunt: & tamen hoc vanitas est, vt Salomon ait.

EPISTOLA CXLV.

Iulianæ virgini.

Exod. 38. 8. CAstissimæ, perpulchræque Virgini speculum optimum est ieiunium: in eo etenim Virgo pro modulo suo Deum speculatur, labiumque fabricat, basim firmam, inconcussam, atque immutabilem, cogitationes affectibus minime obnoxias sibi comparans. E

EPISTOLA CXLVI.

Eidem.

SÆpius lectitasti, quid sanctus Moyses de quodam optimo, ac sapientissimo viro narrat: eum nempe labrum æreum confecisse, & basim illius similiter æream ex speculis ieiunantium, quæ ad portas Tabernaculi testimonij ieiunium celebrauerant. Exod. 38. 8.

EPISTOLA CXLVII.

Theodoro.

NE tibi neglectui sit, singulis diebus, antequam operi te accinxeris, ædem oratoriam ingredi, ibique orationis debitum Domino persoluere.

EPISTOLA CXLVIII. F

Eidem.

PRopterea veluti quosdam portus: in medio maritimo quolibet in loco templa Deus fundauit, vt, cum fieri potest, terrenarum curarum mare, ac tempestates deuitantes, in eosque nos subducentes, quiete salutari, ac ingenti lætitia potiamur.

EPISTOLA CXLIX.

Sophronio tribuno.

NImiam voluptatem, & immoderatum gaudium, & in secunda fortuna animæ insolentiam tristitia vultus, & tempestiuo silentio comprimamus.

EPISTOLA CL.

Eidem.

CArnis exultantiam, & appetitum obscœnum ieiunij loro cædentes & ratione, persuademus quiescere. G

EPISTOLA CLI.

Eidem.

FAcillime genus humanum ad iactantiam intumescit, quapropter ad inflatas cogitationes compescendas frœna, eaque multa, ac valida opus sunt. Multa vero tibi quærendo inuestigabis spatium ex diuinis litteris ratione expertium affectuum frœna, ac retinacula.

EPISTOLA CLII.

Eidem.

DOminus noster IESVS CHRISTVS omnia pro nobis, quæ & nos sumus, præter vnum peccatum, factus est: peccatum enim prorsus non fecit. Omnia verò factus est, corpus nempe, anima, mens. Caue tibi igitur à deliriis Manichæorum. 1. Pet. 2. 22. H

EPISTOLA CLIII.

Eidem.

HOmo quidem oculis obiectus Seruator Christus, Deus idem intellectu deprehensus, at Filius hominis propter Adam, & Virginem, ex quibus ortum duxit, ab eo tanquam progenitore, ab hac more matris, sed non patris.

EPISTOLA CLIV.

Eidem.

CAro, & sanguis, inquit, regnum Dei non hæreditabunt; hoc est, qui carnei moribus sunt extra regnum abiicientur. Vos autem fideles, & spiritui addicti, non estis, ait, in carne, sed in spiritu. 1. Cor. 15. 50. Rom. 8. 9.

EPIST.

A

EPISTOLA CLV.

Aphthonio Samaritæ.

POscis à me, quomodo fieri potest, vt corpus corruptioni obnoxium, incorruptum resurgat? Ipse contra à te posco. Quanam ratione quod liquari, ac corrumpi poterat manna, in vrna aurea à Moyse occlusum illibatum permansit? Dei scilicet nutu, ac potentia. Sic eadem facultate Henoch mortalis cum esset, repositus est, & immortalis ad hæc vsque tempora conseruatur. Exod.16. 33. Gen. 5. 24.

EPISTOLA CLVI.

Telesphoro Primati.

COmmunem personam Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & vnam imaginem, & eandem similitudinem ostendit Scriptura. Illud enim, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem, hoc innuit.

B Gen. 1. 26.

EPISTOLA CLVII.

Philagrio Lectori.

SI quis poterit animo suauissimum Spiritus sancti odorem olfacere habitu reuiuiscet, ac si è mortuis resurrexisset; & secum ipse mirabitur, ex qua conditione in quam fuerit immutatus, illudque Ezechiæ exclamabit, Excitasti mihi vitam, & consolatus vixi, & proiecisti post me omnes iniquitates meas, ne in posterum lapsuum idola imaginatione exprimam, corde puro in futurum comparato. Esa. 38. 17.

EPISTOLA. CLVIII.

Eidem.

NOn tantum maleolentia, & infructuosa, quin etiam mortua iniquitatis opera dicenda sunt.

C

EPISTOLA. LIX.

Limenio monacho.

VIrtutum recta dispositio, quæ in cœlis est, beatitatem suppeditat, quam nec oratio exprimere, nec mens comprehendere: nec cogitatio capere potest.

EPISTOLA CLX.

Eidem.

NE tradas me, ait, in animas tribulantium me; impij siquidem affectus, à quibus liberari orandum est; dæmonum sunt animæ. Psal. 26. 12.

EPISTOLA CLXI.

Eidem.

IAcobi, illud, Si dederit mihi Dominus panem ad comedendum, & vestem ad conuoluendum me; vitæ institutum Monachorum exprimit.

D Gen. 28. 20.

EPISTOLA CLXII.

Eidem.

MAximum bonum est placiditas, quam assecutus Moyses Deum intuitus est, vt humanæ vires intueri possunt. Exod.33. 11. & seqq.

EPISTOLA CLXIII.

Eidem.

CAstitate, & puritate admirabilem Eliam æmulans es; qui exercitationis vniuersæ dux factus primus omnium nobis pudicitiam, & patem Angelis cœlibatum ostendit, propter quam igneo curru subreptus est. 4. Reg. 2. 11.

E

EPISTOLA CLXIV.

Eidem.

GRauissimam ægritudinem, & tenebras impietatem appellans, non aberras à veritate.

EPISTOLA CLXV.

Amphictyoni Rhetori.

INgenti emolumento ditatus, & mensa affluenti, honoribusque, supra quam par est, cohonestatus, ne nimis Corybantum more, insanias, sed vices rerum expectans insolentiam compesce. Nihil enim est humana felicitate debilius, nihil imbecillius, nihil infortunatius.

EPISTOLA CLXVI.

Hierio syncletico.

F

QVot putas, seipsos beatos ducunt, quod diuini Ioannis Constantinopolitani Episcopi sermonibus vti digni habiti sunt? eorum tu, cum admirator, cultorque percupidus sis, fortunatus.

EPISTOLA CLXVII.

Gigantio Diacono.

VT in dono alacritatis, ac absolutissimæ indolentiæ acquiescas, & à mœrore, qui te præfocat, liberetis habes tibi animos addentem sanctum Moysem, in Leuitico dicentem, Dabo pacem in terra vestra, & dormietis, & non erit, qui vobis timorem incutiat, & interimam animalia praua de terra vestra, & fugabitis inimicos vestros, & cadent in conspectu vestro præ timore. Terram vocat cor humanum, bona, malaque semina excipiens; animalia praua Dæmones aduersarios, & subdolas malitiæ cogitationes. Leu. 26. 6.

EPISTOLA CLXVIII.

G

Eidem.

CVm tolerantia, & oratione superna munera accepetimus, tunc inuisibiles barbaros fugare poterimus, qui cadent præ timore ante pedes nostros: nam & quidam Propheta dicit, Quos prius timebatis: vos timebunt.

EPISTOLA CLXIX.

Leucadio archidiacono.

SOlemne Sanctorum est, Deo gratias reddere, qui cognitionis animabus percommodæ odorem per eos vbicunque manifestet, Sed tu pro suaui odore æque ac illæ mulieres, quarum Propheta Ieremias captiuis Babylonem scribens meminit, furfures incensas. In quo enim, id quod ipse profiteris, cum inimicitias procreet, & nullo sit emolumento, à fumo differet; Epist. Hier.

H

EPISTOLA CLXX.

Eidem.

SI turba animarum, vt ipse asseris, per peccatum ex summitate cœli huc, cum primum homo conderetur, delapsa, corpus sibi assumpsit; sane magno Moysi scribendum erat, multa Deum è terra creasse corpora, in eaque delapsas animas immisisse. At ille nil minus: vnum vero hominem solum Adam è terra creasse, in eoque animam viuentem inspirasse Deum Scriptura tradit: Gen. 2. 7. fecitque ex vno sanguine, vt Apostolus refert, gentem vniuersam hominum habitare in faciem terræ. Primus Act. 17. 26. enim homo ex terra terrenus, non primæ turbæ insiti. 1. Cor. 15 47. totum hominum ex terra terreni. Et per vnum, ait, hominem peccatum in mundum introductum est, & non Rom. 5. 12. per multitudinem hominum.

A

EPISTOLA CLXXI.
Eidem.

NEmini in offensionem Dei incidenti, & extotti facto benedicitur. Sed Adam e terra confictus, & Gen.1. Eua ex eius latere producta, ad procreandos filios auxiliatrix, tamquam nullo adhuc peccato obstricti à Deo benedictionem accipiunt, Crescite, & multiplicamini, & totius terrarum orbis principatum obtinere. Quomodo itaque, vt ais, Adam, & illius vxor antea in cœlo peccauerant?

EPISTOLA CLXXII.
Attico Lectori.

Ioan.14.9. QVi vidit me, vidit & Patrem, id est, qui dignus habitus est ad cognoscendam meam deitatem, manifestum est, eum, & Patris deitatem cognouisse. Vna Ioan.10. siquidem deitas, & gloria Patris, & Filij: namque Ego & Pater vnum sumus.

EPISTOLA CLXXIII.
Aglaio Antecessori.

B

1.Petr.4.6. BEatus Petrus scripto tradidit, Vt iudicentur omnes carne, viuant vero secundum Deum spiritu. Illud iudicentur carne, ad eos prolatum est, qui asseuerant, neque carnem à mortuis resurgere, neque iudicari: at illud vt viuant secundum Deum spiritu, hoc est non aberrantes animo adeo vt multos ac varios Deos esse suspicentur; sed vnum & solum Deum, in secula existentem, viuentes, ac omnes cognoscentes. Dictum vero satis nobis percommodum erit aduersus eos, qui Aristotelica sapiunt, contenduntque, animas aliquando omnes humorum extenuatas ad id quod non est, migraturas.

EPISTOLA CLXXIV.
Eidem.

Hebr.7.3. QVomodo Christus Dominus sine matre, & sine patre, & sine genealogia sit, perdiscere cupis. Secundum quod est supra nos, dicitur sine matre: sed vt est secundum nos, sine patre; secundum quod autem ad

C

Esa.53.8. superna pertinet sine genealogia. Ait etenim Propheta, Generationem eius quis enarrabit? Veruntamen genera-
Math.1. tionis illius secundum carnem altius ducta origine Matthæus narrauit. At quomodo ante secula Pater Filium generauerit, nemo penitus neque ex hominibus, neque ex Angelis exprimere aut capere potuit.

EPISTOLA CLXXV.
Eidem.

QVemadmodum qui febri corripiuntur, deprauatis gustus facultatibus, mel amarum esse existimant; sic & ij, quorum animæ via degustandi deperdita est. Et
Esa.5.20 ait Propheta, Væ iis, qui dicunt amarum dulce.

EPISTOLA CLXXVI.
Anaxagore Grammatico.

Prou.1.9. COronam gratiarum accipies vertici tuo, dixit Salomon: neque enim vna gratia est, qua nectitur quæ mente concipitur corona, sed multæ admodum gratiæ;
1.Petr.1.2. & ait Apostolus, Gratia vobis multiplicetur.

EPISTOLA CLXXVII.
Eidem.

D

Pro.1.9. APpetis & aureum torquem, qui coronam subsequitur, quis sit, cognoscere. Is fuerit Christi Seruatoris suaue iugum, qui collo veritati credentis animæ apponitur.

EPISTOLA CLXXVIII.
Tryphoni Architecto

PVlcherrima pœnitentia, & continua oratio: & inuocatio emarcido operibus homini odorem præstat. Accipit enim humanissimus Dominus Christus ex ore sordido preces lutulentas, si in humilitate ingenti offe-
Luc.23.42. rantur. Teque suadeat clamans Latro, Memento mei Domine Iesv, cum veneris in regno tuo, extemplo audiens, Hodie mecum eris in Paradiso.

EPISTOLA CLXXIX.
Eidem.

SCribis te à peccatore infideli audisse, qui hæc diceret: Nihil à me differs, etiamsi Christianus es, cum sis & ipse peccator. Igitur effare ad ipsum hanc parabolam.

E

Duos canes Paterfamilias possidebat; vnum, qui rabie actus Dominum ipsum membratim discerpere tentauerat, præcepit tympania, ac fidiculis extendi: alterum, secundis auribus eum accipientem, lambentemque beneuole continuo pedes illius, ideoque eum amplectitur, alit seruatque.

EPISTOLA CLXXX.
Fortunato.

NOn est Philosophi, sed pusillæ cuiuspiam animæ Ps.118.165. scandalum pati. Pax namque summa, ait, diligentibus nomen tuum, & non est illis scandalum.

EPISTOLA CLXXXI.
Secundiano.

IMmundum etiam posse in virginem electionem trans- 2.Cor.11.2. formari, ostendit Paulus Corinthiis scribens, Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo.

EPISTOLA CLXXXII.
Callistioni

F

IVstus multifariam, multisque modis dicitur, veluti nonaginta nouem oues in parabola. Peccator vero tam- Math.18.12. quam qui deperditur, vel vnus vel nemo nuncupatur, Luc.15.4. vti qui nolit pœnitentiam agere, & virtutibus multiplicari.

EPISTOLA CLXXXIII.
Eidem.

IN corporibus vna generatio est, cum nullus secunda vice generetur. At in animis eorum, qui se continuo sanctos fieri contendunt, plures generationes comperiuntur: semper enim renouatus, & redintegratus nascitur iustus; in facinore aliquo bono hodie nascitur, rursumque si aliud egregium patrauerit, nascitur. Quapropter dictio in iustorum generationibus plurium numero profluenter redundat apud Moysem, Hæ generationes Gen.6.9. Noe: Hæ generationes Iacob: & si quis alius in plurium numero dicitur generationes habuisse.

EPISTOLA CLXXXIV.
Cyrino Episcopo.

G

POstulasti à me, quid illud innuat, Vanitas vanitatum? Eccl.1.2. Vanum intellexeris, quod subsistentiam non habet, sed in sola verbi prolatione habet quod sit. Vanitas autem vanitatum, ac si quis dixerit, ipso defuncto magis defunctum, & ipso inanimato magis inanimatum: licet comparatiua auctio in similibus locum non habeat, exprimitur nihilominus eo verbo ad maiorem exuperantiæ dictorum declarationem.

EPISTOLA CLXXXV.
Eidem

ITerum crucifigentes, ait, Filium Dei, & palam tradu- Heb.6.6. centes. Iterum eum crucifigunt Hæretici, non tantum qui peruerse baptismum iterare præsumunt, sed etiam ij, qui dicunt fore aliquando, vt Christus pro dæmonibus cruci affigatur.

EPISTOLA. CLXXXVI.
Gaina Copiarum Ductori.

OMnia creatura verbo, & sapientia, quod sit, habuit. Verum Deus Verbum, cum sua natura sapientia, creaturæque vniuersæ, siue ea intellectu com- H prehendatur, siue sub sensum cadat, conditor sit, quomodo creatura dicetur?

EPISTOLA CLXXXVII.
Eidem.

LVcem inhabitare inaccessibilem, ait, Deum omni- 1.Tim.6.16. potentem, & Patrem, beatus Paulus. Hoc vero, quod mente tantum concipitur, suaque natura subsistit, & non comprehenditur, & sine vllis limitibus lumen, est adorandus Filius, & Verbum, & omnium Dominus. Hæc igitur si ita prorsus se habent, quanam ratione creaturam, & ex iis, quæ non erant, vnigenitum Dei Filium, & Verbum generatum fuisse, instruere te audent belluinis motibus præditi & Christi gregis perditores Ariani?

EPISTOLA CLXXXVIII.
Melisso Candidato.

HOmo in ægritudinem incidens, genium propter morbum commutans, inutilis ad opera, & imbe

A cillior fit; nihilominus noxia concupiscit. Ita & anima à bono declinans, & in peiora immersa neruos quidem ad meliora exequenda amittit, & perniciosa ambit, & affectatur.

EPISTOLA CLXXXIX.

Thyrso Scriniario.

Deut. 25.5. INgreditur, lex ait, ad vxorem fratris, & excitabit semen. Quicunque etenim homo, siue omnia hominis anima virum intellectualem à Deo assumens, legem scilicet internam, interemit ipsam, & ob segnitiem sepeliit. Hinc necessitas illius fratrem aduocauit, legem scilicet scriptam, vt ingrediatur ad vxorem legis naturalis iam demortuæ, & exsuscitaret semen ob segnitiem summam defunctæ.

EPISTOLA CXC.

Eidem.

AVersatus Deus Sophistas, & insulsissimorum sermonum, omnibusque mendaciis & erroribus confertorum artifices, coriariis quibusdam, & piscatoribus B propriam, salutarem, & splendidissimam pietatis & iustitiæ prædicationem tradidit.

EPISTOLA CXCI.

Eidem.

QVilibet pro inclinatione voluntatis, siue in malum siue in melius iudicatur. Teque suadeant, Iudas qui per vnam noctem à vita abalienatus, Magistrum prodidit, & Latro momento temporis vitæ conciliatus. Neque enim in memoriam reducentur iniquitates illius hominis, qui non vsquequaque à Deo defecerit; & cor Ezech. 18.28. prauum infidelitatis, ac stupiditatis assumpserit. Viuens enim viuet, ait, cum conuerteretur, & non morietur.

EPISTOLA CXCII.

Byrillo Macedoniano.

QVomodo audes Spiritum sanctum seruum compellare qui per immaculatum baptismum credentes Rom. 8. 2. omnes in libertatem vindicat? Dicit enim Apostolus, Lex spiritus vitæ liberauit me à lege peccati, & mortis.

EPISTOLA CXCIII.

Ignatio Proconsuli.

C IN facultate illius est, qui per os belluæ, Diaboli inquam, prolabitur, per pœnitentiam liberari; quemad-1. Cor. 5. 1. modum liberatus, ac seruatus est, qui Corinthi cum nouerca consueuerat, ex aduersarij faucibus antequam abundantiori tristitia absorberetur, & in ventrem belluæ per pusilli animi angorem, ac desperationem immergeretur.

EPISTOLA CXCIV.

Eidem.

IPse per seipsum ad te cœlestis medicus oculis minime obiectus accedit, licet tu ad eum propter ægritudinem, & cogitationis languorem accedere non valeas.

EPISTOLA CXCV.

Eidem.

Nonnulloa ipse cognoui, qui etiam propter suam humanitatem proxime accedentem animarum medicum ob stuporem, & summam nequitiam admittere noluerunt.

D

EPISTOLA CXCVI.

Eidem.

Act. 9.5. PAulus cum persequeretur Christi Ecclesiam, oculis obcæcatus est primum malis, & crudelitate inexplicabili, vt Dei, & iustitiæ lumen recuperaret. Non abs re Ioan. 9. 39. itaque Dominus dicebat, Ego veni in mundum, vt qui non vident, videant; & qui vident, cæci fiant: innuit siquidem se turpibus facinoribus, absurdisque deditos oculos effossurum; reseraturum vero, & medicaturum oculos intellectuales, quibus virtutum decor & diuinæ cognitionis conspicitur.

EPISTOLA CXCVII.

Eugrammio Legumperito.

Exod. 20.21. INtroiuit, ait Moyses, in obscuritatem. Circa Deum obscuritas nihil aliud instruit, quam inintelligibile Dei atque inscrutabile; opacus enim, & sine lumine caliginis aspectus est, qui spissa, ac tenebrosa aëris crassitie, quæ in eo sunt, obtegit, oculos in eum intuentium arcens, & cogitationum præterea ipsarum curiosas de Deo indagines, Tenebræ enim, ait, tegumentum ipsius, & non videbitur. E Iob 22. 14.

EPISTOLA CXCVIII.

Eidem.

SOles inconsulto dicere versutum esse, atque astutum diabolum? neque ipse abnuerim. Veruntamen si sobrij esse velimus, sibi ipsi astutus erit & non nobis. Improbitatis siquidem genius solis ipsius possessoribus perniciem affert: sed virtus contrarie se gerens, non possessoribus modo, sed vicinis etiam emolumento est.

EPISTOLA CXCIX.

Eidem

VT discas, malum sibi ipsi soli esse malum, bonum vero & aliis bonum, testimonium tibi ex Prouerbiis adducam; Fili enim, ait: si praua fies, solus exhauries mala, si sapiens, eris tibimetipsi, & proximo sapiens. Prou. 9. 12.

EPISTOLA CC.

Aristoteli Primati.

F MIrti dicitur Filius, non secundum quod Deus Verbum in sinu est Patris omnia continens. Ex ipso Col. 1. 16. enim, & per ipsum, & in ipsum omnia: & in ipso viuimus, mouemur, & sumus; sed secundum quod sibi-Act. 17. 28. metipsi adsciscit Deus Verbum, affectiones assumpti corporis.

EPISTOLA CCI

Eidem.

LVctus, qui pro peccatis fit, dulcem sibi mœrorem & tristitiam vindicat, & melleum illius amarum degustatur, spe bona, ac suaui conditum; propterea nutrit animam, cogitationem voluptate perfundit, cor pinguefacit, corporisque concretum florere, ac virescere facit. Quare optime Dauid concinebat, Factæ sunt Ps. 41. 4. mihi lacrymæ panis die ac nocte.

EPISTOLA CCII.

Eidem.

G DOmine, ait, vt scuto bonæ voluntatis coronasti nos. Idem iustorum fuerit scutum, & corona: Ps. 5. 13. propterea qui armis induitur intellectualiter coronatur. Namque Salomon dixit, Corona deliciarum defendet te. Prou. 4. 9.

EPISTOLA CCIII.

Therino Monacho.

QVemadmodum in mari genus hominum facinorosum, & audax, in mari, vbi ciuitas est, vel nauium statio, aut portus, nulla ratione in nauigantes impetum faciunt? id enim esset frustra se in discrimen adducere: verum si in alto mari nauiculam deprehenderint, quod illi ope auxiliaria destituti sunt, occasionem arripientes, omnia mouent, inuertuntque, nec prius absistunt, donec vel nauigantes immergant vel hoc ipsi subeant: sic & dira voluptatis tentatio, ei, qui virginitatem elegit, multam affert tempestatem, & grauem procellam, & non ferendos fluctuum turbines, omnia susquedeque miscens, vt vi, & impetu nauem submergat. H Audiit namque, Monacho non esse in potestate vxorem ducere, & veluti in portum coniugij vsu se subducere; sed per omnia certamen, pugnamque aduersus dæmones, qui voluptatibus animam irritant, subeunda esse. Ne igitur admiremur, si bello impetimur; neque ad pugnam animum despondeamus. Habemus enim magnum defensorem, ac vindicem Spiritum sanctum, per quem poterimus diaboli omnia obscœnarum cupiditatum ignita iacula, & carnis facem, & incitamentum facillimo negotio extinguere.

EPISTOLA CCIV.

Seleucio Diacono.

CVm quatuor inter alias virtutes primum locum obtineant, Prudentia, Fortitudo, Temperantia, & Iustitia; propterea & diabolus quatuor vitiis multa alia in se continentibus, ad sui ipsius propugnationem vtitur. Et audi, quid dicat Zacharias Propheta quatuor cornibus suffultam Satanæ potentiam intuitus, Zach. 1. 18.

A Eleuani oculos meos, & vidi quatuor cornua, quæ Iudam & Israël disperserunt.

EPISTOLA CCV.

Eidem.

Leu. 13. QVadruplicem potentiam diaboli etiam Moyses maximus legislator in Leuitico ijs, qui rem diligentius intelligere possunt, designauit; septam quatuor capitibus hydræ instar describens, albidam, glaucam, herbidam, & rutilam.

EPISTOLA CCVI.

Augustino Tribuno.

Gen. 31. 12. DEum esse vniuersi boni datorem, optime callens, sæpe te alloquentibus Iacobi Patriarchæ effatum inculcas, Deus misertus est mei, & omnibus abundo. Neque enim ex operibus iustitiæ, sed ex Dei misericordia, summaque bonitate habes, quæ possides: & ex ijs egenis ac pauperibus multis bene fit. Et mihi sane complures beneficia conferens, & bene apud alios audiens, & humilia de te sentiens.

B

EPISTOLA CCVII.

Theophilo Cancellario.

QVemadmodum non quæcunque poterat, omnia Dominus IESVS exequebatur, sed quæcunque volebat admiranda conficiebat: eadem ratione non quæcunque noscebat, edocebat, sed quæ nos ediscere poteramus enunciabat, sermonem magisterij cum naturæ imbecillitate mensurans. Propterea ignorare se diem, ait

Matth. 24. 36. Marc. 13. 32. Discipulis nondum perfectis.

EPISTOLA CCVIII.

Sisinnio. Spathario.

AFfligens te nequam dæmon, facit, vt sobrie viuas, & ardentius ad Deum confugias, indeque auxilia, atque propugnationem extorqueas. Qui enim imminentem aduersarium conspicit, accurrit, & vna cum eo, qui opem ferre potest, vnitur. Sic etiam & infantes pueri faciunt: cum horrendum quidpiam illis obuium fit, ad matris sinum confugiunt, & eius indumentis appensi, firmiter adhærent, licet multi sæpius inde eos auellere, sed frustra conentur. Cum vero nihil adest, quod eos turbet, etiam vocante matre, & pertrahente diffugiunt, imo eam vocantem contemnunt, & ab ea licet multa ad eos attrahendos comminiscatur, auertuntur, & etiam apposita mensa contemnunt. Matrem autem nunc beneuolam Dei prouidentiam intellexeris.

C

EPISTOLA CCIX.

Eustathio Diacono.

Ps. 104. 18. FErrum, ait Psalmus, pertransiuit animam Ioseph. Ferrum, vt mihi videtur, peccatum perobscure nuncupans, ad quod cohortabatur castum iuuenem Putiphari muliercula. Ferrum enim secans animam, & trucidans, peccatum non abs te dixeris. (Gen. 39. 7.)

EPISTOLA CCX.

Strationi illustrio.

HOc nos ab infidelibus differimus, quod res alio atque ipsi modo diiudicamus. Videt Gentilis cœlum, & veneratur, & stupet: nam Deum esse cœlum existimat. Videt terram, & aquas, & adorat, rebusque omni sensu destitutis cultum exhibet. Nos vero non ita. Absit. Sed videmus cœlum; & Creatorem admiramur: neque enim Deum cœlum, sed opus Dei esse opinamur. Video ipsa creaturam, & per eam quasi manuducor ad Conditorem. Videt diuitias Gentilis, & admiratione stupet. Video ipse diuitias, iisque neglectis risum extuli. Videt ille pauperiem, & pertimescens eiulatur. Video ipse pauperiem, & subsulto, & gaudeo, virtutem veras diuitias esse existimans. Alia itaque ratione, qui Christo addicti sunt, res vident, & alia vecordes Gentiles.

D

EPISTOLA CCXI.

Zephyriano.

NEque multitudini egregiorum facinorum fidendum est, neque propter errata animus despondendus. Namque Pharisæus bonis suis operibus fidens, ex ipsa

Luc. 18. 10. virtutis sublimitate corruit, & Publicanus non desperans in tantum eleuatus est, vt virtuti deditum Pharisæum diuina sententia superauerit.

E

EPISTOLA CCXII.

Nicareto Scriniario.

QVemadmodum mari in altum sublato, & fluctibus vndique sese attollentibus nauicula submergitur; sic & anima tristitia vndique cingente nulla interposita mora suffocatur, si nullum offenderit, qui ei interim operam adiutabilem porrigat, & consoletur.

EPISTOLA CCXIII.

Monachis in Cilicia degentibus.

NOn mediocris, sed maxima nobis lætitia oborta est, cum piissimus Presbyter Marinus res vestras nobis nunciasset. Vos scilicet adamussim Apostolos æmulari, qui alacriter rebus mundanis renunciastis, genus, & noxias voluptates despicientes, ad laboriosam vitam transitum facientes, vosmet in omni genere molestiæ, & asperitatis propter Deum exercentes, & ore nunquam cessante eum, qui vos ad Monachorum dignitatem maximam aduocauerat, laudentes Seruatorem, & Regem Christum, vt vos quoque, quemadmodum diuina Ægyptiorum fax Antonius, post vitæ exitum futuræ generationi optimi vitæ instituti imaginem relinquatis.

F

EPISTOLA CCXIV.

Theopempto Protectori.

COnducibile, & maxime percommodum tibi fuerit, vitæ exitum semper præ oculis habere, & retia diaboli varia, implicatasque fugere.

EPISTOLA CCXV.

Carpioni Valentinianorum Hæreseos Sectatori

CVm impudenter nimis nudius tertius in loco publico, sermonem habere ausus fuisses, dixerisque vitam quampiam Deitatis neptem Achamoth appellatam, cum desiderasset magnitudinem deprehendere, qui in sublimitatibus inenarrabilibus habitat, Dei cognomento Bythi, & illius qui Chaos nuncupatur, id haud prospero euentu aggressam, infra cecidisse, sedentem solam in tenebris nimis supetque illacrymatam fuisse, & ex illius lacrymis vniuersam aquarum substantiam ortum duxisse: interim dum quispiam ex nostris fratribus prætergrederetur, postulauit à te an omnes salsæ, & dulces aquæ ex Achamoth lacrymis sortiuatæ sint? Id cum nescisses tempus ad respondendum petiisti, & vsque dum procedere non audes, cum rationis destituatis. Veruntamen nos risu edito, mendacium mendaci, sed ridiculum, ad illius adiuuandam hæsitationem in medium proferamus. Namque respondendum tibi erat, amaras quæ nulla est Achamoth lacrymas salsa maria progenerasse, tamquam quæ ex dolore, & laceratione effusæ sunt. Sed sudorem illius misellæ mulieris, fontes, & fluuios, & puteos, & lacus, & reliquas dulces aquas eructasse. Hæc ad tuas ineptias non sine sensu dicimus.

G

EPISTOLA CCXVI.

Sophiano Scholario

SIca quæ non sunt facit vt fiant, Deus, & iis, quæ nulla nuspiam apparent, vt sint, elargitur: multo melius ea quæ sunt, subleuare poterit.

EPISTOLA CCXVII.

Eidem.

H Matt. 5. 3. DOminus noster IESVS CHRISTVS paupertati beatitudinem attribuit. Sola etenim ipsa miseriæ humanæ modum præseruat, tumorem odit, compescit iactantiam, cogitationes demittit, superbiam confundit, vitam hominis obseruat, persuadetque vt quilibet lateat, ne lateat dum saluatur.

EPISTOLA CCXVIII.

Sosandro.

Ps. 150. 4. LAudate eum, inquit, in chordis & organo. Chordæ plures, vt harmonia postulat compositæ, & musice vnaquæque proprio in loco disposita, multa Dei præcepta sunt, & de rebus plurimis dogmata, quæ nihil inter se dissonum includunt: at organum hæc omnia continens est Christi amans sapientis anima.

EPISTOLA CCXIX

Eidem.

DIuini præcepti obedientia ad vitam, & immortalitatem elargiendam inobidientia ad mortem, &

corru

A corruptionem nata est. Cum itaque Adam spreto Deo,
Gen. 3. 5. 6. comedendo quod vetitum fuerat, mortem contraxisset,
Gen. 3. 21. ideo Deus eum tunicis pelliceis induit, vt recordaretur,
nec in obliuionem veniret erroris proprij, & mortalita-
tis, quã ipse sua sponte contraxerat,& corruptionis. Pel-
les enim demortuæ mortem & corruptionem indicant.

EPISTOLA CCXX.

Eidem.

Licet multarum necessitatum, & afflictionum tempe-
state iactemur, non ideo interpellabimur, ne Encæ-
niorum solemnitatem in Hierusalem peragamus, & ca-
Ps. 149. 1. namus Domino, vt ait Dauid, canticum nouum, Euan-
gelicum nempe: Hierusalem enim modo anima subin-
telligatur, in qua nos solemnitatem diuinæ cognitionis,
Ps. 102. 5. Ioan. 10. 22. & vniuersæ virtutis celebramus, abiicientes veterem ho-
minem,& nouum secundum imaginem & similitudinem
Domini creatum induentes: Renouabitur enim sicut
Aquilæ iuuentus tua. Facta sunt itaque, ait, Encænia
B Hierosolymis, & hyems erat.

EPISTOLA CCXXI.

Sabino Magistriano.

Iob 42. 15. Tribus Iobi filiabus rationem subiectam cognoscere
cupis. Ab afflictionum itaque, & molestiarum no-
cte iussu Dei Iobus exemptus, necessario splendidissi-
mum exultationis & indesinentis ac perennis quietis, &
gaudij diem aspexit. Propterea primam Diem appellauit?
secundam Cassiam: omnque cassia suauiter olet? quod
pro maleolentia execrandorum tormentorum, quæ an-
tea subierat bonum supernæ gratiæ odorem assecutus est.
Tertia porro Amalthææ cornu nuncupata, Græca lin-
gua bonorum affluentiam notat. Tu vero non ignotas
tot bona, quæ illi Dominus ante futurum seculum to-
busto, ac multa perpesso Iobo in hac vita propter ingen-
tem tolerantiam, & validissimum ac celeberrimum for-
titudinis facinus & trophæum exhibuit.

EPISTOLA CCXXII.

Drusilliano.

C Si corpus ægritudinibus obnoxium habens similia fa-
cinorosa audes, eaque inhumana; quid, si firmum,
ac robustum habuisses, non fuisses ausus? Prænoscens
itaque Deus cædes à te patrandas hominum, infandum
istum furorem tuum vinculis, & necessitate calamitosæ
& multiformis infirmitatis coercuit.

EPISTOLA CCXXIII.

Euphrasio Episcopo.

Leu. 13. 58. Prolixe, cumulateque precemur, lepram, quæ ani-
mam inficit, à stamine, subtegmine, & pelle abigi.
Stamine nerosa Christi Ecclesiæ, Præsulum inquam,
eorumque qui Leuiticæ dignitatis muneribus cohone-
stantur, pars intelligatur: subtegmine, qui instruitur,
ac pascitur ab eisdem, sanctificatus populus innuitur:
pelle, qui recens ad Deum accedunt, & adhuc inter ca-
techumenos locum tenent, neque dum per sacri baptis-
matis regenerationem morticinum veterum indumen-
torum peccati deposuerunt, notatur.

D

EPISTOLA CCXXIV.

Eidem.

Qva ratione si quis ex imagine Regis affabre, dili-
genterque ex pretiosis lapillis per carum artificem
constructa suppositam hominis figuram dissoluens, la-
pillos illos transferat, accommodetque,& ex iis formam
canis, aut vulpis efformet, postmodum definiat asseue-
retque hanc Regis illam esse perpulchram, quam sapi-
ens artifex construxerat, lapillos probe à primo artifi-
ce in Regis imaginem compactos, male vero à secundo
in canis formam transuectos ostendens & nouum in mo-
dum lapillis inditæ menti imaginis nescios, qui ex figu-
ra Regis imaginem non receperunt, instruat, suadere-
que conatur hanc emarcidam vulpis figuram perpul-
chram illam Regis imaginem esse: eadem Hæresean pri-
mi parentes, more vetularum verba, & dictiones con-
sarcinantes,, & diuinæ Scripturæ parabolas nonnullas
auellentes suis fabulis eloquia Dei accommodare con-
tendunt. Sed vos hosce ne ignoretis.

EPISTOLA CCXXV.

E

Theocliano.

Sed nobis, ait Apostolus, vnus Deus Pater, ex quo 1. Cor. 6.
omnia, & nos in illum; & vnus Dominus Iesvs
Christvs, per quem omnia, & nos per ipsum. Quo-
modo itaque multi Dij erunt, & multa principia? Erit
ergo vnus omnium conditor, & non multi Dij, vt vos
asseueratis neque multi Æones masculi, & feminæ.
Nam beatus Paulus, si sunt qui dicuntur multi Dij, quod 1. Cor. 8. 5.
dicuntur, non sunt, protulit. Neque enim Dij sunt
Sol, & Luna, & Stellæ, & reliquæ creaturæ. Et plani
homines ea in Deorum numero collocant.

EPISTOLA CCXXVI.

Æliano Lectori.

Infelix ego homo, quis me liberabit è corpore mor- Rom. 7. 24.
tis huius? Non decernit corpus esse mortem diuinus
Apostolus, sed legem peccati, quæ in membris corpo-
ris est, per transgressionem, quæ in Adamo fuit, laten-
tem in nobis, & in iniustitiæ mortem animam compel- F
lentem.

EPISTOLA CCXXVII.

Teucro Diacono.

De laudandis nostris operibus noster Dominus Ser-
uator & Christus lætatur, diu noctuque continuo
seipsum nutriens. Cibum enim manducare habeo, Apo- Ioan. 4. 32.
stolis dicebat, quem vos nunc nescitis, postmodum
scietis; eorum qui tunc ex Samaritana vrbe crediderant,
& post eos infinitarum gentium, qui nomina Christo
dederunt, salutis cibum propriis asseclis prænuncians.
Esaias etenim de Christo præuaricinabatur, Butyrum & Esa. 7. 15.
mel cumedet, qui prius Adamum condiderat, postmo-
dum vt infantulus, & homo visus est Christvs Iesvs
Deus & cœli, & terræ, & visibilium omnium. Per bu-
tyrum & mel animæ nutrimentum, necnon suaue & ioi-
te Christianorum bonæ operationis subindicans.

EPISTOLA CCXXVIII.

Eidem.

Si bona opera facis, & mansuetodinem Iesv æmula- G
ris, butyro & melle eum pauisti: si iracundia turges,
prauasque actiones effectas, non absque ratione de te
Christus enunciabit, Dedit ille in cibum meum fel, & Ps. 68. 22.
in siti mea potauerunt me aceto.

EPISTOLA CCXXIX

Glycadio Protectori.

Glycadios dulcidus quidem nomine tenus, acidus
vero insuauisque moribus es.

EPISTOLA CCXXX.

Demetrio Hæretico.

Petiisti à me, vndenam Adamo, & sociæ pelliceæ Gen. 3. 21.
tunicæ copia fuit? contra ipse à te posco, vndenam
cœlum ex iis quæ non erant protensum est, & in sub-
lime extensum? vnde Sol lucens conditus est? vnde Lu-
na choreæque Stellarum? ex quibus substantiis montes
scissi sunt? vnde Cinipis, & Culicis in Ægypto magno
Moysi abundantia? quomodo ligneum baculum in ser-
pentem animatum, repentemque conuersum est? vnde H
legumlatoris manui datum est, vt veluti nix albesceret.
Eadem itaque ratione tunc, ita Domino annuente, pel-
liceas tunicas absque animalibus, & arte humana, & va-
rio opificio, cum strisit, his, qui cum Adam erant,
confecit; quemadmodum & ab initio cum voluit, &
cœlum, & omnia creata sunt.

EPISTOLA CCXXXI.

Eidem.

Primum quidem illud firmum sit, quod non vt intel-
lectu, sed vt sensu percipiebatur, Christus dixit, Ab Matth. 19. 4.
initio, qui creauit masculum, & fœminam fecit? &,
Quod Deus coniunxit, homo non separet. Postmodum Eph. 5. 32.
dictum Apostoli per allegoriam explana, Magnum my-
sterium in Christum, & in Ecclesiam, quod ex carni-
bus ipsius, & ossibus sumus, quia participes Chri-
sti sumus, & ipsi in fide, cognitione, & virtuti-
bus coniungimur.

A

EPIST. LXVIII.

Acacio Memorialio.

Exod.17 9. SActorum mysta Moyses obliquum duobus manibus sustinens baculum imitatione Christum exprimens, qui supra Crucem manus extenderat, Amalecum in fugam vertit. Propterea nos quoque in oratione manus extendentes Satanam debellamus. Si rectum obliquumque baculum sanctus Moyses sustinebat, Exod.17 12. qua ratione manus onus vrgebat, indigebatque adiumento Aaronis, & Huri, qui hinc atque illinc manus illius fulcirent?

EPIST. LXIX.

Eidem.

B PErcommodum fuerit vt plurimum Crucia figuræ nos manibus conformantes, preces effundera. Sic enim Deus nobis benedicit, rursusque nos aliis benedicimus. Exo.39. 43. Leu. 9. 22. Divinus etenim Moyses tabernaculum consecrans, & fratrem suum in sedem Sacerdotum colloeans, ad modum crucis manibus in Cœlum expansis benedixit populo. Et licet hæc dicamus, nusquam tamen piam, & decoram genuum flexionem de medio tollimus. Dan. 6. 10 & 13. Propheta siquidem Daniel hora tertia, sexta, & nona super terram genua flectens, Deum exorabat.

EPIST. LXX.

Eidem.

Dan. 14. DAniel quidem vti servus germanus in fovea oratione leonum ora obturavit. Christus verò illius Dominus propria auctoritate ianitorum inferi, & tenebricosissimi ibidem carceris custodum crudelium fauces occlusit: quod prævaticinatum fuerat in libro Iob, C Iob.38. 17. Aperientur tibi timore portæ mortis: ianitores verò inferorum videntes te contremuerunt. Qui Christo crediderunt, vivi nuncupantur; mortui qui non crediderunt: Num.16 48. quare scriptum est: Et stetit Aaron Sacerdos in medio viuorum, & defunctorum. Medius etenim Christus Dominus est inter eos, qui eum exceperunt, & eos, qui noluerunt eum excipere. Io.1. 26. Testimonioque suo id probat Ioannes Baptista alloquens populum in Iordane, Medius vestrum stat, quem vos ignoratis.

EPIST. LXXI.

Eidem.

QVam perniciosissimum est, sermonem vanum, & inutilem, & spiritali ædificio minime conducentem ex ore proferre: similiter in corde nutrire serpentes, & scorpiones malarum cogitationum.

D

EPIST. LXXII.

Eidem.

Gen. 49. Exod.1. CVpis Patriarcharum nominum interpretationes addiscere. Morem tibi geram. Ruben redditur, Videns filius; Simeon, Obedientia Dei; Levi, conglutinatus, Deo nempe adnexus, & corpori contiguus; Iudas, Confessio; Issachar, Merces sanctorum; Zabulon, Nocturna liberatio; Ioseph, Domini additamentum; Benjamin, Filius dexteræ; Dan, Iudicium; Nephthalim, Dimissus truncus, siue oratio; Gad, Ad loquendum facilis, seu ad consuescendum; Aser, divitiæ, seu Beatitudo.

EPIST. LXXIII.

Eidem.

Gen. 48. 14. COmmutatis manibus Sanctus Iacob illis, qui circa Ephraim erant, & Manassem benedixit. Et nota mirum; dum enim ea manuum commutatione, Cruce Domini figurata, suis posteris divinas benedictiones elargitur, id præstat vt primus secundum, & secundus primus fiat.

E

EPIST. LXXIV.

Eidem

CRux Christi humanissimi primos propter eorum superbiam & arrogantiam secundos effecit. Hinc ait Apostolus Iudæis, Act. 13. 46. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, qui ex semine Abrahæ estis: sed quoniam divina eloquia reiicitis, & indignos vos fecistis æterna vita, ecce in posterum sermonem convertimus ad Gentes, vt impleatur quod dictum est à Patre Filio in libro Esaiæ: Posui te in lucem Gentium, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ. Esa.49.6

EPIST. LXXV.

Eidem.

F

COnsidera mihi ex Hebræis, qui crediderunt, quomodo ad prædicationem Apostolorum accedant, tum postmodum intelliges, quomodo primi secundi constituantur, vt impleatur verbum Moysis, qui posteris Abraam prævaticinatos dixerat, Erit proselytus, qui est in te, supra, supra; Deut.28 43. tu verò infra, infra, ille dominabitur tui, tu verò dominium subibis, ille fiet in caput; tu in caudam. Proselytum autem appellat populum, qui ex Gentibus Christo credidit.

EPIST. LXXVI.

Eidem.

LEvitas scribis mihi Monachos esse contiguos, & Deo conglutinatos, & hæc sentiens, maximo vsui tibi fueris.

EPIST. LXXVII.

G

Babylæ Diacono.

BOna quidem verbosa oratione loqueris, & mala vel maxima pergis, specie siquidem, & multiloquio probitatis, & morum honestatis laves, ineptosque deludens, & tuam tegens improbitatem, à sanæ mētis hominibus facile ac manifesto deprehenderis, non ex iis quæ dicis, & simulas: sed ex his quæ operaris.

EPIST. LXXVIII

Soterioni.

NOn timebis, inquit, à timore nocturno, humano Ps. 90. 5 nempe, & dæmoniaco, namque divinus timor cor consolans diurnus, & lucidus nuncupatur.

EPIST. LXXIX.

H

Eidem.

SApientia in exitibus laudatur: at quosnam hic exitus Salomon nuncupat? Prou.1. 20. Eos nempe, qui ex ore rectorum Ecclesiæ Doctorum emanant.

EPIST. LXXX.

Silvano Episcopo.

ELias Thesbites cum sub planta obdormivisset, experrectus, 3. Reg. 19. 6. ad caput ipsius panem subcinericium, & vas aquæ conspexit. Quia igitur talis est, vt inveniat panem subcinericium capiti quam proximum, Eccl. 2. 14. in quo capita insunt, vt tradit Salomon, oculi sapientis intellectuales, vel à pia postulatione & legitima petitione, spiritualem panem animam enutrientem, & aquam salientem in vitam æternam?

A

EPISTOLA LXXXI.

Eidem.

QVi animas suas purgate satagunt, nun tantum pa-
ne, & aqua intellectuali affluant, sed carnes sibi
Hebr. 5. 14. etiam habebunt. Solidus namque cibus, vt ait Apo-
stolus, perfectum quid est, & prædicit Moyses popu-
Num. 11. 18. lo, Sanctificate vos in crastinum, & comedatis carnes:
intelligens diuinum Corpus, quod fideles in Ecclesia
comedunt, & beatissimam Christianorum cognitionem,
cognitionibus omnibus excelsiorem.

EPISTOLA LXXXII.

Eidem.

Num. 11. 18. REcte & hoc diuinum Moysem dixisse nouimus,
Non hodie, sed cras carnes comedetis: vt tem-
B pus post Christi Dei, & rerum omnium Domini ad-
uentum commonstraret. Carnes etenim ortygometræ,
in indignationem, & volvulos, & corruptionem, &
choleram Hebræis cecidere. At nostræ quam beatis-
simæ carnes firmitatem, robur, bonam valetudinem,
consolationem, & vitam æternam conciliant, iis, qui
digne earum participes efficiuntur.

EPISTOLA LXXXIII.

Eidem.

QVid obstupescis, si carnium æternarum, nulliqoe
corruptioni obnoxiarum participes fiunt Chri-
sti dilecti serui, qui seipsos timore Dei, & fide, &
præclaris facinoribus purgant? imo diuino etiam vi-
Gen. 19. 20. no abundabunt; quemadmodum iustus Noë agricola
factus est, & plantatam à se vitem studiose eleganterque
coluit: emensi siquidem infidelitatis illuuiem vinum
Ps. 22. 7. sobrium biberunt, & inebriati sunt: vt Dauid inquit,
C Calix Dei inebrians me valentissime: & madidi de-
Gen. 9. 21. nudatione quadam verecundiæ nescia denudantur. Bo-
num quippe est improbitate, atque imprudentia de-
nudari.

EPISTOLA LXXXIV.

Eidem.

Ps. 21. 1. DEus, Deus meus intende mihi, vt quid dereli-
quisti me? ex persona Christi Psalmo vigesimo
primo dicitur. Sed non ipse derelictus est vel à Pa-
tre, vel à sua Deitate, vt Ariani, Eunomianique exi-
stimant, tamquam ij qui passionem metuunt, ideoque
eam à patiente retrahunt. Quis enim Seruatorem, aut
primum in mundo nasci, aut in crucem ascendere coë-
git? Neque enim inuitus, sed volens ac lubens multa
cum alacritate in crucem progressus est: ante enim
Matth. 20. 18. multos dies Discipulis dicebat, Ecce ascendimus Hie-
rosolyma, & filius hominis tradetur ad illudendum,
D & crucifigendum, & cætera. Sed in seipso rem no-
stram confingit: namque homo factus, modis omni-
bus sermonem pro hominibus habet, & homo fa-
ctus non amisit vt Deus sit, & omnium Dominus.
Phil. 2. 7 Quæ adnotanda sunt. Quando igitur, vt Apostolus
ait, formam serui induit omnium Dominus, in se-
ipso rem nostram efformat, tanquam orator nullo
modo seductus, sed patronus, & aduocatus, causam
dicens pro tyrannide oppresso, ad Prouinciæ Præfe-
ctum, Afflicti sumus, depressi sumus, direpti su-
mus, iustissime Iudicum. Pro nobis itaque Christus
ait, Deus, Deus meus intende mihi. Deus equidem
omnium Pater cum Filio in creatione omnium; Deus
vero Filij Pater dicitur secundum Incarnationis my-
sterium. In se ipso itaque, vt supra diximus, rem no-
stram Christus effingit. Namque nos primum eramus
derelicti, nunc accepti & seruati nulla Passioni ob-
noxij Christi Passione. Quemadmodum & insipientiam
nostram, & lapsus sibi adsciscens, hæc per Psal-
mum enunciat: manifestum enim est, Psalmum E
vigesimum primum ad Christum referri. Eiusdem
speculationis est, eundem, ex quibus passus est, obe-
dientiam didicisse, vt ait Apostolus; clamor etiam, Heb. 5. 8.
& lacrymæ, & preces, & exauditio, & reueren-
tia, quæ velut alienæ fabulæ actor aliena perso-
na sumpta refert, & pro nobis mirè intexit. Vt enim
verbum neque subjiciebatur, neque non audiebatur:
hæc enim propria sunt eorum, qui alieno dominio
premuntur, & secundas partes habent; illud qui-
dem sanioris hominum mentis, hoc vero eorum,
qui digni punitione sunt. Porro vt forma serui se-
ipsum vna cum conseruis, & seruis demittit, & quod
aliorum est, in se efformat, totum me in seipso fe-
rens cum meis, vt in seipso sicut ceram ignis, aut
terræ vaporem Sol, quod peius est, absumat, ipseque
eorum, quæ illius sunt, particeps propter commix-
tionem fiam. Propterea opere ipso obedientiam ho-
nestat, illiusque passione ipsa experimentum capit. F
Neque enim satis est propositum, quemadmodum ne-
que nobis, nisi per opera gradiamur. Opus enim est pro
positi commonstratio.

EPISTOLA LXXXV.

Euthio Prouinciali.

QVi te mœror inuasit, gaudium ingens tibi de-
sponsat, immo & erratis tuis abundantem remissio-
nem conciliat.

EPISTOLA LXXXVI.

Capitoni Diacono.

DIcit Ieremias Propheta ex persona Dei delictis sau- Ier. 33. 5.
ciæ & lepra obsitæ animæ, Ecce ego illi cicatri-
ces obduco, apportoque remedium, & medicabo eam,
& manifestabo ipsis pacem, & fidem, & non recorda-
bor amplius peccatorum, quæ peccauerunt mihi. Il- G
lud autem, cicatrices obducam, satis percommode ap-
plicabitur lepræ, in Leuitico descriptæ. Quibus ve-
ro Deus cicatrices obducit, & quibus medetur, iis &
cogitationum pacem, & fidem nulli hæsitationi ob-
noxiam, sed firmam, ac stabilem manifestat. Quibus
itaque cicatrices obductæ sunt, ij, vt manifestum
est, perfecte anima purgati, donum impassibilitatis
reportant.

EPISTOLA LXXXVII.

Eidem.

ETiam per vim, mente tibi diligendi sunt, qui in in-
uidentia hominum, & odio sunt.

EPISTOLA LXXXVIII.

Eidem.

INuidentia serpentum instar, & amaritudine odij tin-
ctus es: sed habes lignum pretiosam Domini Crucem, H
quæ, dummodo velis, amaram morum tuorum aquam in Exod.
dulcem vertere potest. Nam & magnus Moyses lignum 15. 25.
immergens in amarissimam Mara aquam, subito dul-
cem, & perplacidam effecit.

EPISTOLA LXXXIX.

Sosimiano Monacho.

NOs vero, ait sanctus Moyses, nescimus qoid Do- Exod. 8.
mino sacrificabimus, quousque ambulabimus viam 26. & 27
trium dierum in eremum. Apud nos sacrificium oratio
est; desertus conditio quædam brutis affectibus spoliata,
quam perfectionem esse deffinimus. Tale quidpiam erit Rom. 8.
de nobis, ait Apostolus; illud enim; Quid, vti adde-
cet, orandum sit, haud nouimus vsque ad constitutionem
nullis affectibus nullis sordibus obnoxiam; neque enim
tunc eandem omnino orationes, aut cogitationes habebi-
mus, quales nunc habemus ab aduersariis interturbati.

A

EPISTOLA XC.

Flauiano.

PRæcipua Sanctorum animæ pars pugillari, siue libro, in quo Deus popolo suo edicenda inscribit, assimilatur. Quare Prophetæ Abacuc dicitur, Habac. 2. Scribe visionem in tabella, nam in proprium mentem sanctus introspiciens, & in semetipsum oculos figens, totusque in internas partes conuersus, scripta à Deo in sua mente comperit, sicque enunciat populo.

EPISTOLA XCI.

Aphthonio Samaritæ.

LIteræ tuæ hunc in modum efformantur; Si in terra granum proiectum, non putresceret, spem sane resurrectionis aliquam corpus haberet humanum. B Quod si frumentum, & quodcunque aliud germen in terram immissum putrescit; & corpus hominum in cinerem, ac puluerem fatiscit, quid mihi omni assueratione humanorum corporum resurrectionem futuram affirmas? Ad hæc ipse respondeo. Percurre Gen. 2. 7. Genesis initium, & accepit Deus puluerem è terrâ & formauit hominem. Quæ ergo differentia est inter puluerem ex terra, & cinerem, & puluerem? Quemadmodum itaque ex humo terræ principio corpus constructum, & spiritum ex Deo accepit, stetitque homo pedibus suis, sic rursus ex terra & cinere in præsentis seculi fine, imperio se facultate diuina corpora humana resurgent, proprias reassumentia animas, propriis stabunt pedibus in gloriam, & laudem illius, qui omnia mira operatur, omnium Creatoris.

EPISTOLA XCII.

Eidem.

C Gen. 15. 6. Rom. 4. 3. QVemadmodum magno Abrahæ fides reputata fuit in iustitiam, ita & tibi defunctorum resurrectioni fidem adhibenti, si modo vnquam fidem adhibueris iustitia apud Deum ingens reputabitur.

EPISTOLA CXIII.

Eidem.

SCripsisti, Granum frumenti molam, & in farinam redigam, id licet millies in terram seminauerim, non reuiuiscit, immo nec resurget, nec vnquam surculos emittet, neque fructus afferet, pari ratione & corpus cinis, ac puluis factum, non poterit resurgere, neque vllatenus vitam viuere. At ipse, quem alias tibi miseram sermonem, eundem nunc cum placiditate repetam. Quemadmodum primum ex terra homo potentia, & arte sapientissimi, ac omnipotentis Domini substitit: ita & in fine præsentis seculi ex cinere D corrupti corporis fiet, & resurget homo, vita animoque præditus pristina corruptione abiecta, & diuina incorruptibilitate comparata.

EPISTOLA XCIV.

Eidem.

DIxisti humanorum corporum cineres huc atque illuc dissipatos à ventis, & veluti ventilabro iactatos: & quid erit vlira? Sed perpendas velim, vndenam terra producta est, vnde ignis, & aër, & aqua substitit? Sane omnino ex te sciscitanti, nogamēta gentiō longe abigens, & Pseudophilosophorū ineptias execratus respondebis: ex eo quod non erat, in id quod est, elementa à Deo producta fuisse. Ipse etiam edico tibi: quemadmodum ex iis quæ non erant, ad id quod sunt, omnia nutu solo diuinæ voluntatis substitere: ita ex eo cinere, qui à te deperditus esse existimatur, humanorum corporum resurrectio erit.

E

EPISTOLA XCV.

Eidem.

OMnipotens Deus, qui exsiccatum, & sine cortice baculum Moysis miro quodam modo in animal animatum, repensque immutauit; Exod. 4. 9. draco siquidem erat terribilis, & Moyses in fugam se dedit miraculo perterritus: & qui Aaronis baculum siccum, & ipsum Num. 17. 8. multum ante tempus, absque terra, & radicibus, & pluuiis, & aëris temperie, vel sola voluntate vna nocte germen emittere, & foliis gratiosissima, & fructum pulcherrimum, efferre fecit; omnia namque Deo omnipotenti, cui omnia obediunt, possibilia sunt: ipse ictu oculi tempore debito corpora humana resurgere faciet, sua gratia pullulantia, & in tantum decora, vt diuino splendore inanimati Solis radio quam maxime superent. Tibique persuadeat verus Dei seruus, F qui ex Sina monte luciferi instar descendit, & splendoribus corporis gloriosus, vt per id, quod apparebat, futuram ex alto gratiam hominibus præmonstraret.

EPISTOLA XCVI.

Gainæ copiarum ductori.

RVrsus magnus copiarum ductor per literas ad nos venit arma cerea obiiciens, non quæ ex seipso possideat, sed aliunde opprobriose suscipiens. Ecce Heb. 7. 25. enim, ait, diuinus Apostolus IESV demissionem edixit: ad eos etenim, qui ex Hebræis crediderant, scribit, Semper viuit IESVS Filius Dei ad interpellandum pro nobis, Veruntamen noscant qui tibi hæc ad scribendum suggerunt, Seruatoris beatissimam, & decantatissimam dispositionem, pro nobis interpellationem esse, nuncupatique à Deifero, & diuiniloquia hominibus.

EPISTOLA XCVII.

G

Eidem.

INterpellare, non vt multorum consuetudo, & postulare vltionem, exponi debet; hoc omnque quodammodo demissionis fuerit: sed pro nobis, vt medius tot est, legationem obire, siue preces effundere; quemadmodum & Spiritus pro nobis interpellare dicitur. Rom. 8. 26. Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum 1. Tim. 2. 5. homo IESVS CHRISTVS. Orare siquidem ad hæc vsque tempora pro mea salute dicitur vt homo, quod cum corpore est, quod assumpsit, donec me Deum incarnationis potentia faciat, licet nondum secundum carnem agnoscatur, carneos inquam nostrosque, vno excepto peccato, affectus. Et hac ratione intercessorem habemus apud Patrem IESVM, non qui pro nobis ante Patrem voluetur, ac seruorum more procumbat, abiice hanc vere seruam & indignam cogitationem: neque H enim id Patris est petere, neque Filij tolerare: vel de eo tamquam de Deo ista sentire debemus. Ast IESVS passus est vt homo, vt Verbum & hortator tolerantiam suadet. Et sic intercessio intelligenda est.

EPISTOLA XCVIII.

Eidem.

REcordare sodes verborum Seruatoris dicentis, Omnia quæ habet Pater, mea sunt; Ioan. 16. 15. & Qui vidit me, vidit & Patrem; Ioan. 14. 19. &, Tibi Petre do authoritate mea claues Regni cœlorum: Matth. 16. 18. propterea quod non seruum, neque auxiliarium, neque ministrum, multo minus imperio subiacentem, vel à paterna substantia alienum me compellasti, sed verum Filium esse me viui Dei ex reuelatione cælestis Patris fassus es. Rursusque Euangelista dixit, Ioan. 5. 18. Propterea Iudæi IESVM persequebantur, non tantum quod Sabbatum soluebat, sed etiam quod semetipsum ostendebat verum Filium esse Dei, & similem in omnibus cælesti Patri.

EPISTOLA

A

EPISTOLA XCIX.

Evandrio.

PLerosque rectè sentientes tibi illudere facis, fabellas mysteria nuncupans. Omnis nihilominus secta extra Dei Ecclesiam aberrans ineprias suas mysteria vocat. 2. Thess. 2.7. Pari ratione Manichæi mysteria, & thesauros bonos impietatis suæ, se improbitatis libros appellant: namque iam opere perficitur perditionis mysterium.

EPISTOLA C.

Epigono Cursori.

QVando diuinos sermones sanctus Moyses obscure extulit, ne eos qui tum erant, & nunc vivunt, & postmodum futuri sunt, stulti, ineptique Hebræi intelligerent, vt ipse testimonio suo in magno cantico comprobauit, B Deut. 32.5. Hic populus nec mente, nec consilio præditus, generatio distorta est: filij non habentes fidem in semetipsis, tentant, & exspetant Dominum: propterea velamen apponebat propriæ prælucenti faciei; Exod. 34. 32. & 35. & hac ratione prudentes, & qui sapientia Ægyptios æmulabantur, alloquebatur.

EPISTOLA CI.

Eidem.

Exod. 34.32. FAciem Moysis lumen esse Pentateuchi existima, velamen beatorum sermonum obscuritatem, & quod parabolis, aut symbolis, siue etiam ænigmatibus exprimitur. Num. 21.18. Num. 21. 27. Et sanctus Moyses super puteo, ex quo omnes bibere, nonnulla per modum parabolæ refert postmodum addit, Propterea dicent, qui capriose & perplexe argutantur, hæc & hæc.

EPISTOLA CII.

C

Eidem.

Gen. 16. SI cum lacrymis ad Christum conuertatur Hebræus, infantem agens secundum puerum, Ismaël dictum, oculorum mentis, Agar nuncupatæ velamen abstrahit, propeque inuenit aquam viuam diuinæ Scripturæ, vti addecet expositam, potui accommodatam, atque pellucidam, & ab infidelitate mortis liberantem.

EPISTOLA CIII.

Eidem.

Gen. 16. QVousque Hebræi fidem beatæ Saræ non possidebunt, seruæ Agar nomen eorum menti appingendum est.

EPISTOLA CIV.

Eidem.

D

Gen. 16. 14. MVlta speculatione, & intelligentia Mosaica scripta, necnon profunda perquisitione indigere persuadeat te mystica compellatio putei visionis

EPISTOLA CV.

Eidem.

NE patiaris in his, quæ te opprimunt, infortunij spem bonam abjicere, neque diuinæ expectationis cornu relaxes. Facile enim Deo est, modo voluerit, tristia in læta, amœnaque conuertere.

EPISTOLA CVI.

Benjamino Hebræo.

AIs, te in multis IESVM celebrare, sed quod Sabbatum ille neglexerit, dissolverit, iniquissimo animo ferre. Verumtamen hominem in omne tempus parvulum esse non decet. Namque cum quis ad virilem ætatem perueniens, non æquo animo ferret, si lacte potatur, & qui ad philosophicas disciplinas gradum fecit, non facile sustinebit adhuc in Alphabeti ordine perdurare. E Igitur ante cœlestis sapientiæ in homines aduentum, erat Sabbati obseruatio, & vtilis: at nunc post Christi aduentum accommoda non est. Supra enim & dies & tempora, & mundum vniuersum Christianus sapiet.

EPISTOLA CVII.

Eidem.

Exod. 20.8. NE permirum tibi accidat, Deum antiquitus Sabbati obseruationem præcepisse, & nunc similem obseruationem rejicere. Vides enim veteres, recentesque Imperatorum terrenorum constitutiones, antea rem hanc decreuisse, postmodum alio atque alio tempore legem antea latam dissolvere.

F

EPISTOLA CVIII.

Eidem.

APrehende quæso animo tuo, Dei sapientiam matrem quandam esse, nunc quidem infantulo mammas porrigentem, clamantemque, bonum est hoc, bonum: postea ad solidiorem cibum filium concitantem, & felle mammas inungentem, sæpiusque inclamantem, putridum est hoc, putridum.

EPISTOLA CIX.

Eidem.

Deut. 18.15. & 18. INculcas Moysem in Deuteronomio dictasse, Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester ex fratribus vestris, vt me. Prophetam dixit, non Deum. Quomodo itaque Deum esse IESVM dicitis? Tamquam infantulo tibi, mi Iudæe, vns balburit sapientissimus Moyses, non audens tibi nimis aperte Diuinitatem Christi exhibere. G Quando igitur, vt Moyses infit, tamquam Prophetam excipies, & Regem, & Pastorem mitem, & pauperem, tunc ipse Prophetarum maximus, & princeps reuelabit tibi se Deum esse verum, sine corpore, & ante omnis sæcula ex Deo vero genitum. Omnes vero celeberrimi Prophetæ, qui legis interpretes sunt, Diuinitati Christi, & dispositioni fidem suam exhibent.

EPISTOLA CX.

Eidem.

Deut. 18. 19. NOn contemnendum tibi periculum impendet in Deuteronomio, si Christo fidem non habueris, illique cultum, obedientiam, & subiectionem non deferas, vti conuenit, in omnibus. Legislator siquidem ait, Vniuersa anima, quæ non obedierit Prophetæ illi, exterminabitur, è diuino populo.

H

EPISTOLA CXI.

Alexandro Monacho.

ABsordam rem agere mibi videris, dum inter iniurias & rabiem nonnullos tibi fructum afferre cogis. Hæc non dicetur fructuum perceptio, sed vis, & dedecus, & extrema importunitas, & publicarum impositionum & grauissimarum exactionum acerbior depressio. Sed cessa obsecro ab hac indecentia; quinimo precibus, & multæ secundum animam quieti operam nsua: & Deus excitabit eos, qui digni sunt, morum probitate, cum libello supplici, quidquid tibi opus fuerit, offerre. Quidam enim digni sunt, qui Monachis fructum reddant, quidam vero omnino indigni, & à nutu Dei maxime distantes.

A

EPISTOLA CXII.

Clearcho numerario.

IPse qnidem nunquam lupum, si surripit, conuitiis oneraho, rapere etenim lupo natura insitum est; sed hominem, qui lupinam mentem, przter sui naturam possidet, reprehendo.

EPISTOLA CXIII.

Aureliano.

Ier.3.12. PEr Hieramiam Dominus dixit, Conoertimini ad me, & non irascar vobis in seculum. Digna sane sempiterno furore facinora perpetrastis, sed cum ipse misericors sim, meam humanitatem non cum vestra improbitate, sed cum mea ingenti bonitate dimetior.
B
Ier. 3.13 Veruntamen ait, etsi ipse bonus, & humanus sum, tu tamen quæ praue cogitasti, aut peregisti, ne obliuiscaris. Namque illud habeto, te in Dominum Deum tuum impiom fuisse, quem cum lacrymis toto vitæ tuæ curriculo exora.

EPISTOLA CXIV.

Genethlio.

Pſ.31.9. IN camo, & fræno maxillas eorum, quemadmodum brurorum, Deus constringes, qui tibi terga vertunt, Dauid cithara concinens clamabat. Quemadmodum enim equom licet inuitum fræno domamus, non odio, sed vt illi cursum bene ordinatum constituamus, & inordinatum ipsius motom ordine compescamus, & indecorum, atque ineptum saltum in concinnum iter transferamos: ita Deus si viderit animam pulli instar se gerentem, calcitrantem, hac & illac petertantem, ad decentius eam, etiam si nolit traducit.

C

EPISTOLA CXV.

Theodosio.

PLerosque ipse noui egregiis facinoribus nobilitari non potuisse, sed iniquitate potius, & summa improbitate, seipsos celebres, ac tremendos edidisse.

EPISTOLA CXVI.

Serapioni Presbytero.

VBi est thesaurus tuus, inquit, ibi & cor tuum.
Matt.6.21. Qualia namque sunt studia, vaga & nullo in loco quiescentia, talis omnino fuerit, & mens, & memoria, & intellectus illius. Potius itaque ad cœlestem, & nullis furibus obnoxium thesaurum prudenter animus intendendus est.

EPISTOLA CXVII.

D

Eidem.

Matth.6.22. LVcerna, ait, corporis oculus est. Superna siquidem percipiens intellectus, oculos est animæ, visum firmum, ac stabilem possidens, splendoremqoe suum in vniuersam rerum compositionem transmittens. Quod si tu in asperum hoc & prauum, mentem crapula, cogitationibus inutilibus, & quæ ad inferiora ducunt & perditionis barathrum, flectas: quid boni intelligere, aut probi enunciare propriis cogitationibus poterit? Quare necesse est obtenebratum, & turbatum esse omnem habitum dubiis incertum, veluti in nocte, & difficili bello.

EPISTOLA CXVIII.

Eidem.

Matt.7.22. DOminus decreuit, Dicentibus mihi in die illa à me cognosci, respondebo, Non nooi vos; quippe qui verbo tantum pietatem colebatis, opere praua patrabatis. E Luc.13.25.

EPISTOLA CXIX.

Ioanni Monacho.

DÆmones variis tentationibus nostrum os occludere nituntur, ne laudemus, & cantemos, & gloriam dicamus Conditori. Sed spem habemus, vt ait castus Ioannes, qood Dominus aperiet, & nullos claudere poterit. Apoc.3.7.

EPISTOLA CXX.

Philoni Illustrio.

CEssa vltra deprimere, aut pugnis obtundere viles, ac simplices, satis enim superque delicta Deus examinat, & nusqoam Dei homo paupertatis despector, & pauperis intrepide iniorius retributionem aufugiet. F

EPISTOLA CXXI.

Stephano Diacono.

QVi ex tota mente omnia videntem Dominum inuocant, licet extremis periculis conflictentor, omnino superoi auxilij participes fient. Namque Deus exaudiens ab ipso excidio ereptos in vitam æternam, & lætitiam transuehit.

EPISTOLA CXXII.

Amphilochio comiti iuniori.

ANnon lepra obsito similem dixerim eum, qoi prius ætatis iuuenilis deliciis perfrui sibi proponit, postmodum in extrema senectute continentiæ, fortitudinis, & iustitiæ flores promere. Quis enim tibi cœlestis Angelus consenescere promisit? Quare non hortes inter libidines, gaudia, & vanas cogitationes infauste commori, ætare qoidem iuuenili, sed vitæ instituto citissime inueterato. G

EPISTOLA CXXIII.

Eidem.

POstolasti à me, quis sit vetus homo, qui desideriis corrumpitur, & quem deponere diuinus Apostolus hortatur? Veterem hominem non existentem quidem, sed qui corrumpitur, esse potamus, idolum quoddam perditionis, quod ex execrandis & impiis cogitationibus, & verbis iniquis, & immundis facinoribus penicillo exprimitor, vel componitur, vel vt quispiam diceret, satis noxie contexitur. Gal.4.22.

EPISTOLA CXXIV.

Eidem.

H

QVæ in senectute virtus dilucet, virtus non nuncupabitur, sed imbecillitas. In iuuentute itaque potius virtus operanda à nobis, exercendaque est: & in corpore iuueni cana prudentia commonstranda.

EPISTOLA CXXV.

Antonio.

SI cœcæ diuitiæ sunt, fortasse etiam erit & cœca opinio, suique comprehensio. Et videsis Illustrium Canonem, qui nemini vnquam neque verbo, neque opere fructuum vtilitatis præbuit, neque quænam sit virtus, addiscere curauit, frustra laudibus cohonestatum, & vane à plerisque hominibus illiberalibus, ac stupidus strepitu consociatum, & in hoc tumentem, sesequa absurde nimis iactantem.

EPISTOLA

A

EPISTOLA CXXVI.

Cononi Illustrio.

INiuste diuitiis affluis, aliisque debitam gloriam tibi vsurpas. Lepidum enim, & ad risum iocumque factum contuitus io admirationem incidi, digoos admiratione conuitiis præsenti tempore petitos videns, ineptos atqoe inutiles laudibus eohonestatos. Et hanc machinam esse dæmonum duco, Quare ne multa inaniter comminiscens, in futurum grauius puniaris: togo te, vt potius virtutis operibus te dedas, vt non hoc ratione, sed vt addecet, laudem consequaris.

EPISTOLA CXXVII.

Eulampio.

B Iac. 4. 5. AVes perdiscere, quid sit quod Iacobus Hierosolymotum Archiepiscopus ait, an putatis quia inaniter dicit scriptura ad inuidiam? hoc est, ooo intempestiuè, sed maxime opportune, & prospicieores diuina Scriptura contra inuidiam loquitur: etenim quocunque sancto enuneisto contra affectus, sed eartiosam inuidiam potissimum, tanquam validissima armatura constipamur.

EPISTOLA CXXVIII.

Eidem.

Iac. 4. 5. COneupiscit, inquit, spiritus, quem habitare fecit Deus in nobis. Quid porro desiderat, appetit, & diligit diuinus Spiritus? vnionem, coucordiam, mutuum fratrum amorem. Charitas autem ex humilitate, & pietate nascitur; odium, & amarulentus liuor ex superbia & iactantia oritur: quapropter dictum

Iac. 4. 6. est, Deus superbis resistit, propter eorum stultitiam in eos castra mouens, vti olim in primum omnium superbiæ vitio infectum Satanam. Humilibus autem dat

C Iac. 4. 6. gratiam, hoc est spiritalia quædam elargitur iis, qui propter Deum humilitatem amplectuntur.

EPISTOLA CXXIX.

Eidem.

Prou. 12. 4. NE respondeas, ait Salomon, stulto secundum stultitiam eius ne similis illi fias. Responde vero stultitiæ eius, ne prudens se esse videatur. Qui enim præceptis Dei aduersaotia loquenti stulto, & in peccatum inuitanti consentit, ea laodans, secundum stulti stultitiam respondit, & similis factus est illi: qui vero improba enuncianti sese opposuit, nec eaeetandis illius verbis assensum præstare sustinuit, respondere dicitur ad stultitiam illius; hoc est contra illius stultitiam palmarium optimum habuit, tropbæumque coosensu omnium creait, pharetra sagittarum veritatis, ac cœlestia sapientiæ aduersus stultitiam, vanamque improbi sophi-

D stæ opinionem vsos.

EPISTOLA CXXX.

Sozomeno.

PEccatum fumi instar citissime dissoluitur; debita vero punitio & pœna ad quæ secula protrahitur? si hæc tecum consideraueris, maximo timore, & tremore concutieris.

EPISTOLA CXXXI.

Cornelio Presbytero.

2. Cor. 5. 16. QVid est quod ait Apostolus? Etsi cognouimos secundum carnem Christum, sed nunc nondum cognoscimos. Namque propter nostram salutem Dominus homo factus, & cum hominibus conuersatus, vt propriam incarnationem veram ostenderet; non tantum puerulus adhuc lac suxit, vt plane videbatur, sed adultus etiam comedit, & bibit, & laborauit, & somnum E cepit, flagellis cæsus, & cruci affixus est &c. Attamen post ipsius ex mortuis resurrectionem, non amplius corporis ægritudinibus, & necessitatibus subiacet. Propterea Apostolus ait, Non vltra cognoscimos Christum passionibus, infirmitatibus, & morti obnoxium. Virtus namque diuinitatis illos humana omoia superauit. Et licet nunc, & in futura secula in sancto corpore, quod antea sub Pilato cruci affixum fuit, & sepulturæ traditum, & postmodum ex mortuis resurrexit, sit? nihilominus noo vltra humana patietur, corpus habens, quod neque senescere, neque noxis perturbari, neque sordibus inquinari in secula potest.

EPISTOLA CXXXII.

Gerontio Exceptori.

NE communicetis, ait Apostolus, infructuosis operibus tenebrarum. Quemnam enim fructum in in- F tellectualia mortis obsoniis habebatis, ob quæ nuoe ve- Ephes. 5. 11. reeundamini? Nam vere infructuosa sunt opera praua, & qualibet tenebricosa actio. Quando vero anima in saniorem mentem redacta, res à se gestas perceperit, tunc potius erubescit, & verecundatur, pro peccatis in iniquitatis ebrietate patratis, splendoremque conuenientiæ competit.

EPISTOLA CXXXIII.

Hypastore Diacono.

NE despondeas animum, sed generosis cogitationibus fortis esto. Fortis oamque licet vulneribus scateat, & vulneribus obsitus pugnam ineat, omnino victoriam consequetur.

EPISTOLA CXXXIV.

Olympio Scholastico.

G

ABsit hoc. Non de seipso affirmat diuus Apostolus, Video aliam legem in membris meis captiuantem Ad Rom. 7. 23. me in lege peccati, sed ex persona eorum loquitur, qui similibus interturbantur, & ab affectibus carneis oppugnantur, veruntamen sese opponunt & vt plurimum victoria potiuntur; aliquando etiam eorrepti cadunt.

EPISTOLA CXXXV.

Eidem.

Non est id in difficili deprebendere Apostolum Ethopœiam vsurpasse, cum dicat; Ego vero viuebam Rom. 7. aliquando sine lege: licet nusquam sine lege Mosaica ducere spiritum potuerit; à teneris enim, vt aiunt, vnguiculis apud Gamalielem legem exquisite perdidicerat. Act. 22. 3. Eorum ergo, qui extra Mosaicam legem vitam dixerunt, personam assumit.

EPISTOLA CXXXVI.

H

Maximiano.

IN quacunque gente, qui timet Deum, & iustitiam Act. 10. 35. seruat acceptus illi est. Manifestum autem est, hunc Deo esse acceptum, nec ab eo abiicere quemcunque tempore opportuno ad cultum beatissimæ Numinis cognitionis confugientem. Neque enim deseret illum Deus, in ignorantia commori; sed adducet ad veritatem, & Act. 10 cognitionis lumine illustrabit, quemadmodum Cornelium, de quo verba supra laudata beatus Petrus enunciarat.

EPISTOLA CXXXVII.

Thessalo Diacono.

OPeræ pretium est, vt qui bonum concupiuit, non tantum cogitatione, & verbo, sed opere quoque laborem per totum vitæ spatium continuet, vt sic cœlestem quietem, & regnum multijugæ virtutis demessis fructibus, consequi possit. Coosidera dicta

A Gen. 49. 15. Patriarchæ Iacobi, Issachar bonum desiderauit, requiescens in medio fortium, & videns terram, quod pinguis esset, supposuit humerum suum ad laborandum, & factus est vt vir agricola. Nec Propheta Ieremias dissidet, Ier. 31. 21. Præbe cor tuum in humerum tuum: hoc est bona desideria educ in opus factus operosus.

EPISTOLA CXXXVIII.

Chrysogono Clesvalio.

SI quis ex ineptissimis optima quæque calumniari, & à mendacio exordium ducere, perpetuoque etiam in medacium desinere velit, dicito mihi, in quemnam desinet, aut adducetur finem?

EPISTOLA CXXXIX.

Theognasto.

B FOrte ignoras, mi frater, legem Dei custoditam, seruate, custodire, & tegere eos, qui illam seruare, & custodire cum sobrietate satagunt.

EPISTOLA CXL.

Decurioni.

NEque vniuersum aërem aliquis vnquam duxit, & resflauit; neque essentiam Dei plane bene aut mens cepit aut vox complexa est, sed ex iis quæ circa eum sunt, quæ illius sunt veluti in vmbra affingentes, debilem quandam ac imbecillem aliam ab alia imaginem, atque conceptum exprimimus.

EPISTOLA CXLI.

Eidem.

Matth. 7. 14. ANgusta ianua, & arcta via est, quæ ducit in vitam, & pauci sunt, qui deprehendunt Si itaque qui eam
C deprehendunt, pauci sunt, multo pauciores erunt, qui introire valeant: non introeunt verò ob propriam negligentiam.

EPISTOLA CXLII.

Eidem.

MEns est domina, seruus catuneula Ne ergo immoderata ingluuie seruum foueas, ne propriæ mensuræ oblitus tyrannidem arripiat, audeatque arma in possessorem inferre. Propterea Salomon insolentiæ
Prou. 19. 10. corporis minime ignarus dicebat; Non conducit stulto luxus, licet seruus insolenter in proprium herum imperium teneat.

EPISTOLA CXLIII.

Eidem.

SI principatum prouinciæ tenere cupis, inhonorabe-
D Iob 12. 21. ris; si vero te humiliaueris, misericordiam consequeris. Scriptum est enim, Deus effundens super Principes opprobrium, humiles saluauit.

EPISTOLA CXLIV.

Crispo scholario.

NOnnulli, superquam par est, considerationibus effusi, opinantes se maius quidpiam comprehendere posse, à vera cognitione excidentes, in cognitionem
Eccles. 1. 11. & 2. 15. mendaciis inuolutam prolapsi sunt: & tamen hoc vanitas est, vt Salomon ait.

EPISTOLA CXLV.

Iulianæ virgini.

Psal. 35. 8. CAstissimæ, perpulchræque Virgini speculum optimum est ieiunium: In eo etenim Virgo pro modulo suo Deum speculatur, labrumque fabricat, basim firmam, inconcussam, atque immutabilem, cogitationes affectibus minime obnoxias sibi comparans. E

EPISTOLA CXLVI.

Eidem.

SÆpius lectitasti, quid sanctus Moyses de quodam optimo, ac sapientissimo viro narrat: eum nempe labrum æreum confecisse, & basim illius similiter æream ex speculis ieiunantium, quæ ad portas Tabernaculi testimonij ieiunium celebrauerant. Exod. 38. 8.

EPISTOLA CXLVII.

Theodoro.

NE tibi neglectui sit, singulis diebus, antequam operi te accinxeris, ædem oratoriam ingredi, ibique orationis debitum Domino persoluere.

EPISTOLA CXLVIII.

F

Eidem.

PRopterea veluti quosdam portus: in medio mariquolibet in loco templa Deus fundauit, vt, cum fieri potest, rerrenarum curarum mare, ac tempestates deuitantes, in eosque nos subducentes, quiete salutari, ac ingenti lætitia potiamur.

EPISTOLA CXLIX.

Sophronio tribuno.

NImiam voluptatem, & immoderatum gaudium, & in secunda fortuna animæ insolentiam tristitia vultus, & tempestiuo silentio comprimamus.

EPISTOLA CL.

Eidem.

CArnis exultantiam, & appetitum obscœnum ieiunij loro cædentes & ratione, persuademus quiescere. G

EPISTOLA CLI.

Eidem.

FAcillime genus humanum ad iactantiam intumescit, quapropter ad inflatas cogitationes compescendas frœna, eaque multa, ac valida opus sunt. Multa vero tibi quærendo inuestigabis sparsim in diuinis litteris ratione expertium affectuum frœna, ac retinacula.

EPISTOLA CLII.

Eidem.

DOminus noster IESVS CHRISTVS omnia pro nobis, quæ & nos sumus, præter vnum peccatum, factus est: peccatum enim prorsus non fecit. Omnia verò factus est, corpus nempe, anima, mens. Caue tibi igitur à deliriis Manichæorum. 1. Pet. 2. 22. H

EPISTOLA CLIII.

Eidem.

HOmo quidem oculis obiectus Seruator Christus, Deus idem intellectu deprehensus, at Filius hominis propter Adam, & Virginem, ex quibus ortum duxit, ab eo tanquam progenitore, ab hac more matris, sed non partus.

EPISTOLA CLIV.

Eidem.

CAro, & sanguis, inquit, regnum Dei non hæreditabunt; hoc est, qui carnei moribus sunt extra regnum abiicientur. Vos autem fideles, & spiritui addicti, non estis, ait, in carne, sed in spiritu. 1. Cor. 15. 50. Rom. 8. 9.

A

EPISTOLA CLV.

Aphthonio Samaritæ.

Poscis à me, quomodo fieri potest, vt corpus corruptioni obnoxium, incorruptum resurgat? Ipse contra à te posco. Quanam ratione quod liquari, ac corrumpi poterat manna, in vrna aurea à Moyse occlusum illibatum permansit? Dei scilicet nutu, ac potentia. Sic eadem facultate Henoch mortalis cum esset, repositus est, & immortalis ad hæc vsque tempora conseruatur.

Exod.13. 33. Gen. 5. 24.

EPISTOLA CLVI.

Telesphoro Primati.

Communem personam Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & vnam imaginem, & eandem similitudinem ostendit Scriptura. Illud enim, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem, hoc innuit.

B Gen. 1. 26.

EPISTOLA CLVII.

Philagrio Lectori.

Si quis poterit animo suauissimum Spiritus sancti odorem olfacere habitu reuiuiscet, acsi è mortuis resurrexisset; & secum ipse mirabitur, ex qua conditione in quam fuerit immutatus, illudque Ezechiæ exclamabit, Excitasti mihi vitam, & consolatus vixi, & proiecisti post me omnes iniquitates meas, ne in posterum lapsuum idola imaginatione exprimam, corde puro in futurum compatato.

Esa 38.

EPISTOLA CLVIII.

Eidem.

Non tantum maleolentia, & infructuosa, quin etiam mortua iniquitatis opera dicenda sunt.

C

EPISTOLA. LIX.

Limenio monacho.

Virtutum recta dispositio, quæ in cœlis est, beatitatem suppeditat, quam nec oratio exprimere, nec mens comprehendere: nec cogitatio capere potest

EPISTOLA CLX.

Eidem.

Ne tradas me, ait, in animas tribulantium me; impij siquidem affectus, à quibus liberari orandum est, dæmonum sunt animæ.

Psal. 26. 12.

EPISTOLA CLXI.

Eidem.

Iacobi, illud, Si dederit mihi Dominus panem ad comedendum, & vestem ad conuoluendum me; vitæ institutum Monachorum exprimit.

D Gen. 28. 20.

EPISTOLA CLXII.

Eidem.

Maximum bonum est placiditas, quam assecutus Moyses Deum intuitus est, vt humanæ vires intueri possunt.

Exod.33. 11. & seqq.

EPISTOLA CLXIII.

Eidem.

Castitate, & puritate admirabilem Eliam æmulatus es; qui exercitationis vniuersæ dux factus primus omnium nobis pudicitiam, & patem Angelis cœlibatum ostendit, propter quam igneo curru subreptus est.

4.Reg. 2.11.

E

EPISTOLA CLXIV.

Eidem.

Grauissimam ægritudinem, & tenebras impietatem appellans, non aberras à veritate.

EPISTOLA CLXV.

Amphictyoni Rhetori.

Ingenti emolumento ditatus, & mensa affluenti, honoribusque, supra quam par est, cohonestatus, ne nimis Corybantum more, insanias, sed vices rerum expectans insolentiam compesce. Nihil enim est humana felicitate debilius, nihil imbecillius, nihil informatius.

EPISTOLA CLXVI.

Hierio syncletico.

F

Quot putas, seipsos beatos ducunt, quod diuini Ioannis Constantinopolitani Episcopi sermonibus vti digni habiti sunt? eorum tu, cum admirator, eultorque percupidus sis, fortunatus.

EPISTOLA CLXVII.

Gigantio Diacono.

Vt in dono alacritatis, ac absolutissimæ indolentiæ acquiescas, & à mœrore, qui te præfocat, liberetis habes tibi animos addentem sanctum Moysem, in Leuitico dicentem, Dabo pacem in terra vestra, & dormietis, & non erit, qui vobis timorem incutiat, & interimam animalia praua de terra vestra, & fugabitis inimicos vestros, & cadent in conspectu vestro præ timore. Terram vocat cor humanum, bona, malaque semina excipiens; animalia praua Dæmones aduersarios, & subdolas malitiæ cogitationes.

Leu. 26. 6.

EPISTOLA CLXVIII.

Eidem.

G

Cvm tolerantia, & oratione superna munera accepimus, tunc inuisibiles barbaros fugate poterimus, qui cadent prætimore ante pedes nostros: nam & quidam Propheta dicit, Quos prius timebatis: vos timebunt.

EPISTOLA CLXIX.

Leucadio archidiacono.

Solemne Sanctorum est, Deo gratias reddete, qui cognitionis animabus percommodæ odorem per eos vbicunque manifester, Sed tu pro suaui odote æque ac illæ mulieres, quarum Propheta Ieremias captiuis Babylonem scribens meminit, surfures incensas. In quo enim, id quod ipse profiteris, cum inimicitias ptoeteet, & nullo sit emolumento, à fumo differet;

Epist. Hier.

H

EPISTOLA CLXX.

Eidem.

Si turba animatum, vt ipse asseris, per peccatum ex summitate cœli huc, cum primum homo conderetur, delapsa, corpus sibi assumpsit; sane magno Moysi scribendum erat, multa Deum è terra creasse corpora, in eaque delapsas animas immisisse. At ille nil minus: vnum vero hominem solum Adam è terra creasse, in eoque animam viuentem inspirasse Deum Scriptura tradit; fecitque ex vno sanguine, vt Apostolus refert, gentem vniuersam hominum habitare in faciem terræ. Primus enim homo ex terra terrenus, non primæ turbæ infinitorum hominum ex terra terreni. Et per vnum, ait, hominem peccatum in mundum introductum est, & non per multitudinem hominum.

Gen. 2. 7. Act. 17. 26. 1. Cor. 15 47. Rom. 5. 12.

A

EPISTOLA CLXXI.

Eidem.

NEmini in offensionem Dei incidenti, & extorri facto benedicitur. Sed Adam e terra confictus, & Gen. 1. 28. Eua ex eius latere producta, ad procreandos filios adiutrix, tamquam nullo adhuc peccato obstricti à Deo benedictionem accipiunt, Crescite, & multiplicamini, & totius terrarum orbis principatum obtinete. Quomodo itaque, vt ais, Adam, & illius vxor antea in cœlo peccauerant?

EPISTOLA CLXXII.

Attico Lectori.

Ioan. 14. 9. QVi vidit me, vidit & Patrem, id est, qui dignus habitus est ad cognoscendam meam deitatem, manifestum est, eum, & Patris deitatem cognouisse. Vna Ioan. 10. 30. siquidem deitas, & gloria Patris, & Filij: namque Ego & Pater vnum sumus.

EPISTOLA CLXXIII.

Aglaio Antecessori.

B

1. Petr. 4. 6. BEatus Petrus scripto tradidit, Vt iudicentur omnes carne, viuant vero secundum Deum spiritu. Illud iudicentur carne, ad eos prolatum est, qui asseuerant, neque carnem à mortuis resurgere, neque iudicari: at illud vt viuant secundum Deum spiritu, hoc est non aberrantes animo adeo vt multos ac varios Deos esse suspicentur; sed vnum & solum Deum, in secula existentem, viuentem, ac omnes cognoscentes. Dictum vero satis nobis percommodum erit aduersus eos, qui Aristotelica fouent, contenduntque, animas aliquando omnes hominum extenuatas ad id quod non est, migraturas.

EPISTOLA CLXXIV.

Eidem.

Hebr. 7. 3. QVomodo Christus Dominus sine matre, & sine patre, & sine genealogia sit, perdiscere cupis. Secundum quod est supra nos, dicitur sine matre: sed vt est secundum nos, sine patre; secundum quod autem ad C superna pertinet sine genealogia. Ait etenim Propheta, Esa. 53. 8. Generationem eius quis enarrabit? Veruntamen generationis Math. 1. illius secundum carnem altius ducta origine Matthæus narrauit. At quomodo ante secula Pater Filium generauerit, nemo penitus neque ex hominibus, neque ex Angelis exprimere aut capere potuit.

EPISTOLA CLXXV.

Eidem.

QVemadmodum qui febri corripiuntur, deprauatis gustus facultatibus, mel amarum esse existimant; sic & ij, quorum animæ vis degustandi deperdita est. Et Es. 5. 20. ait Propheta, Væ iis, qui dicunt amarum dulce.

EPISTOLA CLXXVI.

Anaxagoræ Grammatico.

Prou. 1. 9. COronam gratiarum accipies vertici tuo, dixit Salomon: neque enim vna gratia est, qua nectitur quæ mente concipitur corona, sed multæ admodum gratiæ; 1. Petr. 1. 2. & ait Apostolus, Gratia vobis multiplicetur.

EPISTOLA CLXXVII.

Eidem.

D

Pro. 1. 9. APpetis & aureum torquem, qui coronam subsequitur, quis sit, cognoscere. Is fuerit Christi Seruatoris suaue iugum, qui collo veritati credentis animæ apponitur.

EPISTOLA CLXXVIII.

Tryphoni Architecto

PVlcherrima pœnitentia, & continua oratio: & inuocatio emarcido operibus homini odorem præstat. Accipit enim humanissimus Dominus Christus ex ore sordido preces lutulentas, si in humilitate ingenti offe- Luc. 23. 42. rantur. Teque suadrat clamans Latro, Memento mei Domine Iesv, cum veneris in regno tuo, exemplo audiens, Hodie mecum eris in Paradiso.

EPISTOLA CLXXIX.

Eidem.

SCribis te à peccatore infideli audisse, qui hæc diceret: Nihil à me differs, etiamsi Christianus es, cum sis & ipse peccator. Igitur effare ad ipsum hanc parabolam. Duos canes Paterfamilias possidebat; vnum, qui rabie E actus Dominum ipsum membratim discerpere tentauerat, præcepit tympanis, ac fidiculis estendi: alterum, secundis auribus eum accipientem, lambentemque beneuole continuo pedes illius, ideoque eum amplectitur, alit seruatque.

EPISTOLA CLXXX.

Fortunato.

NOn est Philosophi, sed pusillæ cuiuspiam animæ Ps. 118. 165. scandalum pati. Pax namque summa, ait, diligentibus nomen tuum, & non est illis scandalum.

EPISTOLA CLXXXI.

Secundiano.

IMmundum etiam posse in virginem electionem trans- 2. Cor. 11. 2. formari, ostendit Paulus Corinthiis scribens, Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo.

EPISTOLA CLXXXII.

Callistioni

IVstus multifariam, multisque modis dicitur, veluti F nonaginta nouem oues in parabola. Peccator vero tam- Matth. 18. 12. quam qui deperditur, vel vnus vel nemo nuncupatur, Luc. 15. 4. vt qui nolit pœnitentiam agere, & virtutibus multiplicari.

EPISTOLA CLXXXIII.

Eidem.

IN corporibus vna generatio est, cum nullus secunda vice generetur. At in animis eorum, qui se continuo sanctos fieri contendunt, plures generationes comperiuntur: semper enim renouatus, & redintegratus nascitur iustus; in facinore aliquo bono hodie nascitur, rursumque si aliud egregium patrauerit, nascitur. Quapropter dictio in iustorum generationibus plurium numero profluenter redundat apud Moysem, Hæ generationes Gen. 6. 9. Noe? Hæ generationes Iacob: & si quis alius in plurium numero dicitur generationes habuisse.

EPISTOLA CLXXXIV.

Cyrino Episcopo.

POstulasti à me, quid illud innuat, Vanitas vanitatum? G Vanum intelleceris, quod subsistentiam non habet, Eccl. 1. 2. sed in sola verbi prolatione habet quod sit. Vanitas autem vanitatum, ac si quis dixerit, ipso defuncto magis defunctum, & ipso inanimato magis inanimatum: licet comparatiua auctio in similibus locum non habeat, exprimitur nihilominus eo verbo ad maiorem exsuperantiæ dictorum declarationem.

EPISTOLA CLXXXV.

Eidem

ITerum crucifigentes, ait, Filium Dei, & palam tradu- Heb. 6. 6. centes. Iterum eum crucifigunt Hæretici, non tantum qui peruerse baptismum iterare præsumunt, sed etiam ij, qui dicunt fore aliquando, vt Christus pro dæmonibus cruci affigatur.

EPISTOLA CLXXXVI.

Gaine Copiarum Ductori.

OMnis creatura verbo, & sapientia, quod sit, habuit. Verum Deus Verbum, cum sua natura sapientis, creaturæque vniuersæ, siue ea intellectu com- H prehendatur, siue sub sensum cadat, conditor sit, quomodo creatura dicetur?

EPISTOLA CLXXXVII.

Eidem.

LVcem inhabitare inaccessibilem, ait, Deum omni- 1. Tim. 6. 16. potentem, & Patrem, beatus Paulus. Hoc vero, quod mente tantum concipitur, suaque natura subsistit, & non comprehenditur, & sine vllis limitibus lumen, est adorandus Filius, & Verbum, & omnium Dominus. Hæc igitur si ita prorsus se habent, quanam ratione creaturam, & ex iis, quæ non erant, vnigenitum Dei Filium, & Verbum generatum fuisse, instruere te audent belluinis moribus præditi & Christi gregis perditores Ariani?

EPISTOLA CLXXXVIII.

Melisso Candidato.

HOmo in ægritudinem incidens, genium propter morbum commutans, inutilis ad opera, & imbe-

A cillior fit; nihilominus noxia concupiſcit. Ita & anima à bono declinans, & in peiora immerſa neruos quidem ad meliora exequenda amittit, & perniciosa ambit, & affectatur.

EPISTOLA CLXXXIX.

Thyrſo Scriniario.

Deut. 25. 5. INgreditur, lex ait, ad vxorem fratris, & excitabit ſamen. Quicunque etenim homo, ſiue omnis hominis anima virum intellectualem à Deo aſſumens, legem ſcilicet internam, interemit ipſam, & ob ſegnitiem ſepeliit. Hinc neceſſitas illius fratrem aduocauit, legem ſcilicet ſcriptam, vt ingrediatur ad vxorem legis naturalis iam demortuæ, & exſuſcitaret ſemen ob ſegnitiem ſummam defunctæ.

EPISTOLA CXC.

Eidem.

AVerſatus Deus Sophiſtas, & inſulſiſſimorum ſermonum, omnibuſque mendaciis & erroribus conferrorum artifices, coriariis quibuſdam, & piſcatoribus propriam, ſalutarem, & ſplendidiſſimam pietatia & B iuſtitiæ prædicationem tradidit.

EPISTOLA CXCI.

Eidem.

QVilibet pro inclinatione voluntatis, ſiue in malum ſiue in melius indicatur. Teque ſuadeant, Iudas qui per vnam noctem à vita abalienatus, Magiſtrum prodidit, & Latro momento temporis vitæ conciliatus. Neque enim in memoriam reducentur iniquitares illius hominis, qui non vſquequaque à Deo defecerit; & cor Ezech. 18. 28. prauum infidelitatis, ac ſtupiditatis aſſumpſerit. Viuens enim viuet, ait, cum conuerterit, & non morietur.

EPISTOLA CXCII.

Byrillo Macedoniano.

QVomodo audes Spiritum ſanctum ſeruum compellare qui per immaculatum baptiſmum eredentes Rom. 8. 2. omnes in libertatem vindicat? Dicit enim Apuſtolus, Lex ſpiritus vitæ liberauit me à lege peccati, & mortis.

EPISTOLA CXCIII.

C *Ignatio Proconſuli.*

IN facultate illius eſt, qui per os belluæ, Diaboli inquam, prolabitur, per pœnitentiam liberari; quemad- 1. Cor. 5. 1. modum liberatus, ac ſeruatus eſt, qui Corinthi cum nouerca conſueuerat, ea aduerſarij faucibus antequam abundantiori triſtitia abſorberetur, & in ventrem belluæ per puſilli animi angorem, ac deſperationem immergeretur.

EPISTOLA CXCIV.

Eidem.

IPſe per ſcipſum ad te cœleſtis medicus oculis minime obiectus accedit, licet tu ad eum propter ægritudinem, & cogitationis languorem accedere non valeas.

EPISTOLA CXCV.

Eidem.

NOnnullos ipſa cognoui, qui etiam propter ſuam humanitatem proxima accedentem animarum medicum ob ſtuporem, & ſummam nequitiam admittere noluerunt.

D EPISTOLA CXCVI.

Eidem.

Act. 9. 8. PAulus cum perſequeretur Christi Eccleſiam, oculis obcœcatus eſt primum malis, & crudelitate inexplicabili, vt Dei, & iuſtitiæ lumen recuperaret. Non abs re Ioan. 9. 39. itaque Dominus dicebat, Ego veni in mundum, vt qui non vident, videant; & qui vident, cœci fiant: innuit ſiquidem ſe turpibus facinoribus, abſurdiſque deditos oculos effoſſurum; reſeraturum vero, & medicaturum oculos intellectuales, quibus virtutum decor & diuinæ cognitionis conſpicitur.

EPISTOLA CXCVII.

Eugrammio Legumperito.

Exod. 20. 21. INtroiuit, ait Moyſes, in obſcuritatem. Circa Deum obſcuritas nihil aliud inſtruit, quam inintelligibile Dei atque inſcrutabile; opacus enim, & ſine lumine caliginis aſpectus eſt, qui ſpiſſa, ac tenebroſa aëris craſſitie, quæ in eo ſunt, obtegit, oculos in eum intuentium arcens, & cogitationum præterea ipſarum curioſas de E Deo indagines, Tenebræ enim, ait, tegumentum ipſius, & non videbitur. Iob 22. 14.

EPISTOLA CXCVIII.

Eidem.

SOles inconſulto dicere verſutum eſſe, atque aſtutum diabolum: neque ipſe abnuerim. Veruntamen ſi ſobrij eſſe velimus, ſibi ipſi aſtutus erit & non nobis. Improbitatis ſiquidem genius ſolis ipſius poſſeſſoribus perniciem affert: ſed virtus contraria ſe gerens, non poſſeſſoribus modo, ſed vicinis etiam emolumento eſt.

EPISTOLA CXCIX.

Eidem

VT diſcas, malum ſibi ipſi ſoli eſſe malum, bonum vero & aliis bonum, teſtimonium tibi ex Prouer- Prou. 9. 12. biis adducam; Fili enim, ait: ſi prauus fies, ſolus ea hauries mala, ſi ſapiens, eris tibimetipſi, & proximo ſapiens.

EPISTOLA CC.

Ariſtoteli Primati. F

MIrti dicitur Filius, non ſecundum quod Deus Verbum in ſinu eſt Patris omnia continens. Ex ipſo Col. 1. 16. enim, & per ipſum, & in ipſum omnia: & in ipſo viuimus, mouemur, & ſumus; ſed ſecundum quod ſibi- Act. 17. 28. metipſi adſciſcit Deus Verbum, affectiones aſſumpti corporis.

EPISTOLA CCI

Eidem.

LVctus, qui pro peccatis fit, dulcem ſibi mœrorem & triſtitiam vindicat, & melleum illius amarum deguſtatur, ſpe bona, ac ſuaui conditum; propterea nutrit animam, cogitationem voluptate perfundit, cor pinguefacit, corporiſque concretum florere, ac viteſcere facit. Quare optime Dauid concinebat, Factæ ſunt Pſ. 41. 4. mihi lacrymæ panis die ac nocte.

EPISTOLA CCII.

Eidem.

DOminus, ait, vt ſcuto bonæ voluntatis coronaſti G nos. Idem iuſtorum fuerit ſcutum, & corona: Pſ. 5. 13. propterea qui armis induitur intellectualiter coronatur. Namque Salomon dixit, Corona deliciarum de- Prou. 4. 9. fendet te.

EPISTOLA CCIII.

Therino Monacho.

QVemadmodum in mari genus hominum facinoroſum, & audax, in mari, vbi ciuitas eſt, vel nauium ſtatio, aut portus, nulla ratione in nauigantes impetum faciunt: id enim eſſet fruſtra ſe in diſcrimen adducere: verum ſi in alto mari nauiculam deprehenderint, quod illi ope auxiliaria deſtituti ſunt, occaſionem arripientes, omnia mouent, inuertuntque, nec prius abſiſtunt, donec vel nauigantes immergant vel hoc ipſi ſubeant: ſic & dira voluptatis tentatio, ei, qui virginitatem elegit, multam affert tempeſtatem, & grauem procellam, & non ferendos fluctuum turbinas, omnia ſuſque deque miſcens, vt vi, & impetu nauem ſubmergat. Audiit namque, Monacho non eſſe in poteſtate vxorem H ducere, & veluti in portum coniugij vſu ſe ſubducere; ſed per omnia certamen, pugnamque aduerſus dæmones, qui voluptatibus animam irritant, ſubeunda eſſe. Ne igitur admiremur, ſi bello impetimur; neque ad pugnam animum deſpondeamus. Habemus enim magnum defenſorem, ac vindicem Spiritum ſanctum, per quem poterimus diaboli omnia obſcœnarum cupiditatum ignita iacula, & carnis facem, & incitamentum facillimo negotio extinguere.

EPISTOLA CCIV.

Seleuco Diacono.

CVm quatuor inter alias virtutes primum locum obtineant, Prudentia, Fortitudo, Temperantia, & Iuſtitia; propterea & diabolus quatuor vitiis multa alia in ſe continentibus, ad ſui ipſius propugnationem vtitur. Et audi, quid dicat Zacharias Propheta qua- Zach. 1. 18. tuor cornibus fulſultam Satanæ potentiam intuitus,

Eleuaui

A Eleuaui oculos meos, & vidi quatuor cornua, quæ Iudam & Iſraël diſperſeruot.

EPISTOLA CCV.

Eidem.

Leu. 11. QVadruplicem potentiam diaboli etiam Moyſes maximus legiſlator in Leuitico ijs, qui tem diligentius intelligere poſſunt, deſignauit; ſeptem quatuor capitibus hydræ inſtar deſcribens, albidam, glaucam, herbidam, & rutilam.

EPISTOLA CCVI.

Auguſtino Tribuno.

Gen. 31. 32. DEum eſſe vniuerſi boni datorem, optime callens, ſæpe te alloquentibus Iacobi Patriarchæ effatum inculcas, Deus miſertus eſt mei, & omnibus abundo. Neque enim ex operibus iuſtitiæ, ſed ex Dei miſericordia, ſummaque bonitate habes, quæ poſſides: & ex ijs egenis ac pauperibus multis bene fit. Et mihi ſane complaces beneficia conferens, & bene apud alios audiens, & humilia de te ſentiens.

B EPISTOLA CCVII.

Theophilo Cancellario.

Matth. 24. 36. Marc. 13. 32. QVemadmodum non quæcunque poterat, omnia Dominus IESVS exequebatur, ſed quæcunque volebat admiranda conficiebat: eadem ratione non quæcunque noſcebat, edocebat, ſed quæ nos ediſcere poteramus enunciabat, ſermonem magiſterij cum naturæ imbecillitate menſurans. Propterea ignorare ſe diem, ait Diſcipulis nondum perfectis.

EPISTOLA CCVIII.

Siſinnio, Spathario.

AFfligens te nequam dæmon, facit, vt ſobrie viuas, & ardentius ad Deum confugias, indeque auxilia, atque propugnationem extorqueas. Qui enim imminentem aduerſarium conſpicit, accurrit, & vna cum eo, qui opem ferre poteſt, vnitur. Sic etiam & infantes pueri faciunt: cum horrendum quidpiam illis obuium fit, ad matris ſinum confugiunt, & eius indumentis appenſi, firmiter adhærent, licet multi ſæpius inde eos auellere, ſed fruſtra conentur. Cum vero nihil adeſt, quod eos turbet, etiam vocante matre, & pertrahente diffugiunt, imo eam vocantem contemnunt, & ab ea licet mults ad eos attrahendos comminiſcatur, auertuntur, & etiam appoſita menſa contemnunt. Mattem autem nunc beneuolam Dei prouidentiam intellexeris.

C

EPISTOLA CCIX.

Euſtathio Diacono.

Pſ. 10. 18. Gen. 39. 7. FErrum, ait Pſalmus, pertranſiuit animam Ioſeph. Ferrum, vt mihi videtur, peccatum petobſcure nuncupans, ad quod cohortabatur caſtum iuuenem Putiphari mulier cula. Ferrum enim ſecans animam, & trucidans, peccatum non abs te dixeris.

EPISTOLA CCX.

Strationi illuſtrio.

HOc nos ab infidelibus differimus, quod res alio atque ipſi modo diiudicamus. Videt Gentilis cœlum, & veneratur, & ſtupet: nam Deum eſſe cœlum exiſtimat. Videt terram, & aquas, & adorat, rebuſque omni ſenſu deſtitutis cultum exhibet. Nos vero non ita. Abſit. Sed videmus cœlum; & Creatorem admitamur: neque enim Deum cœlum, ſed opus Dei eſſe opinamur. Video ipſe creaturam, & per eam quaſi manuducor ad Conditorem. Videt diuitias Gentilis, & admiratione ſtupet. Video ipſe diuitias, iiſque neglectis riſum extuli. Videt ille pauperiem, & pertimeſcens eiulatur. Video ipſe paupetiem, & ſubſulto, & gaudeo, virtutem veras diuitias eſſe exiſtimans. Alia itaque ratione, qui Chriſto addicti ſunt, res vident, & alia vecordes Gentiles.

D

EPISTOLA CCXI.

Zephyriano.

Luc. 18. 10. NEque multitudini egregiorum facinorum fidendum eſt, neque propter errata animus deſpondendus. Namque Phariſæus bonis ſuis operibus fidens, ex ipſa virtutis ſublimitate corruit, & Publicanus non deſperans in tantum eleuatus eſt, vt virtuti deditum Phariſæum diuina ſententia ſuperauerit.

E EPISTOLA CCXII.

Nicaretæ Scriniario.

QVemadmodum mari in altum ſublato, & fluctibus vndique ſeſe attollentibus nauicula ſubmergitur; ſic & anima triſtitia vndique cingente nulla interpoſita mora ſuffocatur, ſi nullum offendetit, qui ei interim operam adiutabilem porrigat, & conſoletur.

EPISTOLA CCXIII.

Monachis in Cilicia degentibus.

NOn mediocris, ſed maxima nobis lætitia oborta eſt, cum puſſimus Presbyter Marinus res veſtras nobis nunciaſſet. Vos ſcilicet adamuſſim Apoſtolos æmulari, qui alacriter rebus mundanis renonciaſtis, genus, & noxias voluptates deſpicientes, ad laborioſam vitam tranſitum facientes, voſmet in omni genere moleſtiæ, & aſperitatis propter Deum exercentes, & ore nunquam ceſſante eum, qui vos ad Monachorum dignitatem maximam aduocauerat, laudentes Seruatorem, & Regem Chriſtum, vt vos quoque, quemadmodū diuina Ægyptiorum fax Antonius, poſt vitæ exitum futuræ generationi optimi vitæ inſtituti imaginem relinquatis. F

EPISTOLA CCXIV.

Theopempto Protectori.

COnducibile, & maxime peropportunum tibi fuerit, vitæ exitum ſemper præ oculis habere, & retia diaboli varia, implicataque fugere.

EPISTOLA CCXV.

Carpiani Valentinianorum Hæreſeos Sectatori.

CVm impudenter nimis nodius tertius in loco publico, ſermonem habere auſus fueris, dixeriſque vnam quampiam Deitatis neptem Achamoth appellatam, cum deſideraſſet magnitudinem deprehendere, qui in ſublimitatibus inenarrabilibus habitat, Dei cognomento Bythi, & illius qui Chaos nuncupatur, id haud proſpero euentu aggreſſam, infra cecidiſſe, ſedentem ſolam in tenebris nimia ſuperque illacrymatam fuiſſe, & ex illius lacrymis vniuerſam aquarum ſubſtantiam ortum duxiſſe: interim dum quiſpiam ex noſtris fratribus prætergrederetur, poſtulauit à te an omnes ſalſæ, & dulces aquæ ex Achamoth lacrymis corriuatæ ſint? Id G cum oeſciſſes tempus ad reſpondendum periiſti, & vſque dum procedere non audes, cum ratione deſtituaris. Veruntamen nos riſu edito, mendacium mendaci, ſed ridiculum, ad illius adiuuandam hæſitationem in medium proferamus. Namque reſpondendum tibi erat, amaras quæ nulla eſt Achamoth lacrymas ſalſa maria progeneraſſe, tamquam quæ ex dolore, & laceratione effuſæ ſunt. Sed ſudorem illius miſellæ mulieris, fontes, & fluuios, & puteos, & lacus, & reliquas dulces aquas eructaſſe. Hæc ad tuas ineptias non ſine ſenſu dicimus.

EPISTOLA CCXVI.

Sophiano Scholario

SI ea quæ non ſunt facit vt ſiant, Deus, & iis, quæ nulla nuſpiam apparent, vt ſint, elargitur: multo melius ea quæ ſunt, ſubleuare poterit.

EPISTOLA CCXVII.

Eidem.

DOminus noſter IESVS CHRISTVS paupertati beatitudinem attribuit. Sola etenim ipſa miſeriæ humanæ modum præſeruat, tumorem odit, compeſcit H Matt. 5. 3. iactantiam, cogitationes demittit, ſuperbiam confundit, vitam hominis obſeruat, perſuadetque vt quilibet lateat, ne lateat dum ſaluatur.

EPISTOLA CCXVIII.

Soſandro.

LAudate eum, inquit, in chordis & organo. Chordæ plures, vt harmonia poſtulat compoſitæ, & Pſ. 15. 4. muſice vnaquæque proprio in loco diſpoſita, multa Dei præcepta ſunt, & de rebus plurimis dogmata, quæ nihil inter ſe diſſonum includunt: at organum hæc omnia continens eſt Chriſti amans ſapientis anima.

EPISTOLA CCXIX

Eidem.

DIuini præcepti obedientia ad vitam, & immortalitatem elargiendam inobidientia ad mortem, & corru-

A corruptionem nata est. Cum itaque Adam spreto Deo,
Gen. 3. 3. 6. comedendo quod vetitum fuerat, mortem contraxisset,
Gen. 3. 21. ideo Deus eum tunica pellicea induit, vt recordaretur,
nec in obliuionem veniret erroris proprij, & mortalitatis, quã ipse sua sponte contraxerat, & corruptionis. Pelles enim demortuæ mortem & corruptionem indicant.

EPISTOLA CCXX.

Eidem.

LIcet multarum necessitatum, & afflictionum tempestate iactemur, non ideo interpellabimur, ne Encæniorum solemnitatem in Hierusalem peragamus, & ca-
Ps. 149. 1. namus Domino, vt ait Dauid, canticum nouum, Euangelicum nempe: Hierusalem enim modo anima subintelligatur, in qua nos solemnitatem diuinæ cognitionis, & vniuersæ virtutis celebramus, abiicientes veterem ho-
Ps. 102. 5. Ioan. 10. 22. minem, & nouum secundum imaginem & similitudinem Domini creatum induentes: Renouabitur enim sicut Aquilæ iuuentus tua. Facta sunt itaque, ait, Encænia
B Hierosolymis, & hyems erat.

EPISTOLA CCXXI.

Sabino Magistriano.

Iob 42. 13. TRibus Iobi filiabus rationem subiectam cognoscere cupis. Ab afflictionum itaque, & molestiarum nocte iussu Dei Iobus exemptus, necessario splendidissimum exultationis & indesinentis ac perennis quietis, & gaudij diem aspexit. Propterea primam Diem appellauit? secundam Cassiam: namque cassia suauiter olet? quod pro maleolentia execrandorum tormentorum, quæ antea subierat bonum supernæ gratiæ odorem assecutus est. Tertia porro Amalthææ cornu nuncupata, Græca lingua bonorum affluentiam notat. Tu vero non ignoras tot bona, quæ illi Dominus ante futurum seculum robusto, ac multa perpesso Iobo in hac vita propter ingentem tolerantiam, & validissimum ac celeberrimum fortitudinis facinus & trophæum exhibuit.

EPISTOLA CCXXII.

Drusilliano.

C SI corpus ægritudinibus obnoxium habens similla facinorosa audes, eaque inhumana; quid, si firmum, ac robustum habuisses, non fuisses ausus? Prænoscens itaque Deus cædes à te patrandas hominum, infandum istum furorem tuum vinculis, & necessitate calamitosæ & multiformis infirmitatis coercuit.

EPISTOLA CCXXIII.

Euphrasio Episcopo.

Leu. 13. 58. PRolixe, cumulateque precemur, lepram, quæ animam inficit, à stamine, subtegmine, & pelle abigi. Stamine neruosa Christi Ecclesiæ, Præsulum inquam, eorumque qui Leuiticæ dignitatis muneribus cohonestantur, pars intelligatur: subtegmine, qui instruitur, ac pascitur ab eisdem, sanctificatus populus innuitur: pelle, qui recens ad Deum accedunt, & adhuc inter catechumenos locum tenent, neque dum per sacri baptismatis regenerationem morticinum veterum indumentorum peccati deposuerunt, notatur.

D

EPISTOLA CCXXIV.

Eidem.

QVa ratione si quis ex imagine Regis affabre, diligenterque ex pretiosis lapillis per catum artificem constructa suppositam hominis figuram dissoluens, lapillos illos transferat, accommodetque, & ex iis formam canis, aut vulpis efformet, postmodum definiat asseueretque hanc Regis illam esse perpulchram, quam sapiens artifex construxerat, lapillos probe à primo artifice in Regis imaginem compactos, male vero à secundo in canis formam transuectos ostendens & nouum in modum lapillis inditæ menti imaginis nescios, qui ex figura Regis imaginem non receperunt, instruat, suadereque conatur hanc emarcidam vulpis figuram perpulchram illam Regis imaginem esse: eadem Hæreseon primi parentes, more vetularum verba, & dictiones consarcinantes, , & diuinæ Scripturæ parabolas nonnullas auellentes suis fabulis eloquia Dei accommodare contendunt. Sed vos hosce ne ignoretis.

EPISTOLA CCXXV.

Theocliano.

SEd nobis, ait Apostolus, vnus Deus Pater, ex quo E
omnia, & nos in illum; & vnus Dominus IESVS 1. Cor. 6.
CHRISTVS, per quem omnia, & nos per ipsum. Quomodo itaque multi Dij erunt, & multa principia? Erit ergo vnus omnium conditor, & non multi Dij, vt vos asseueratis neque multi Æones masculi, & fœminæ.
Nam beatus Paulus, si sunt qui dicuntur multi Dij, quod 1. Cor. 8. 5.
dicuntur, non sunt, protulit. Neque enim Dij sunt Sol, & Luna, & Stellæ, & reliquæ creaturæ. Et plani homines ea in Deorum numero collocant.

EPISTOLA CCXXVI.

Æliano Lectori.

INfelix ego homo, quis me liberabit è corpore mor- Rom. 7. 24.
tis huius? Non decernit corpus esse mortem diuinus Apostolus, sed legem peccati, quæ in membris corporis est, per transgressionem, quæ in Adamo fuit, laten- F
tem in nobis, & in iniustitiæ mortem animam compellentem.

EPISTOLA CCXXVII.

Teucro Diacono.

DE laudandis nostris operibus noster Dominus Seruator & Christus lætatur, diu noctuque continuo
seipsum nutriens. Cibum enim manducare habeo, Apo- Ioan. 4. 32.
stolis dicebat, quem vos nunc nescitis, postmodum scietis; eorum qui tunc ex Samaritana vrbe crediderant, & post eos infinitarum gentium, qui nomina Christo dederunt, salutis cibum propriis asseclis prænuncians.
Esaias etenim de Christo præuaticinabatur, Butyrum & Esa. 7. 15.
mel comedet, qui prius Adamum condiderat, postmodum vt infantulus, & homo visus est CHRISTVS IESVS Deus & cœli, & terræ, & visibilium omnium. Per butyrum & mel animæ nutrimentum, necnon suaue & mite Christianorum bonæ operationis subindicans.

EPISTOLA CCXXVIII.

Eidem.

SI bona opera facis, & mansuetudinem IESV æmula- G
ris, butyro & melle eum pauisti: si iracundia turges, prauasque actiones effectas, non absque ratione de te
Christus enunciabit, Dedit ille in cibum meum fel, & Ps. 68. 22.
in siti mea potauerunt me aceto.

EPISTOLA CCXXIX

Glycadio Protectori.

GLycadius dulcidus quidem nomine tenus, acidus vero insuauisque moribus es.

EPISTOLA CCXXX.

Demetrio Hæretico.

PEtiisti à me, vndenam Adamo, & sociæ pelliceæ Gen. 3. 21.
tunicæ copia fuit? contra ipse à te posco, vndenam cœlum ex iis quæ non erant protensum est, & in sublime extensum? vnde Sol lucens conditus est? vnde Luna choreæque Stellarum? ex quibus substantiis montes scissi sunt? vnde Cnipis, & Culicis in Ægypto magno Moysi abundantia? quomodo ligneum baculum in ser-
pentem animatum, repentemque conuersum est? vnde H
legumlatoris manui datum est, vt veluti nix albesceret. Eadem itaque ratione tunc, ita Domino annuente, pelliceas tunicas absque animalibus, & arte humana, & vario opificio, cum attisit, his, qui cum Adam erant, confecit; quemadmodum & ab initio cum voluit, & cœlum, & omnia creata sunt.

EPISTOLA CCXXXI.

Eidem.

PRimum quidem illud firmum sit, quod non vt Intel-
lectu, sed vt sensu percipiebatur, Christus dixit, Ab Matth. 19. 4.
initio, qui creauit masculum, & fœminam fecit? &,
Quod Deus coniunxit, homo non separet. Postmodum Eph. 5. 32.
dictum Apostoli per allegoriam explana, Magnum mysterium in Christum, & in Ecclesiam, quod ex carnibus ipsius, & ossibus sumus, quia participes Christi sumus, & ipsi in fide, cognitione, & virtutibus coniungimur.

A

EPIST. LXVIII.

Acacio Memorialio.

Exod.17 9. SActotum mysta Moysea obliquum duobus manibus sustinens baculum imitatione Chrstum exprimens, qui supra Crucem manus extenderat, Amaleceum in fugam vertit. Propterea nos quoque in oratione manus extendentes Saranam debellamus. Si re-
Exod.17 12. ctum obliquumque baculum sanctus Moyses sustinebat, qua ratione manus onus vrgebat, indigebatque adiumento Aaronis, & Huri, qui hinc atque illhoc manus illius fulcirent?

EPIST. LXIX.

Eidem.

PErcommodum fuerit vt plurimum Crucis figurae nos manibus conformantes, preces effundere. Sic
B enim Deus nobis benedicit, rursusque nos aliis be-
Exo.39. 43. nedicimus. Divinus etenim Moyses tabernaculum consecrans, & fratrem suum in sedem Sacerdotum col-
Leu. 9. 22. locans, ad modum crucis manibus in Cœlum expansis benedixit populo. Et licet haec dicamus, nusquam tamen piam, & decoram genuum flexionem de medio
Dan. 6. 10 & 13. tollimus. Propheta siquidem Daniel hora tertia, sexta, & nona super terram genua flectens, Deum exorabat.

EPIST. LXX.

Eidem.

Dan. 14. DAniel quidem vti servus germanus in fovea oratione leonum ora obturavit. Christus verò illius Dominus propria auctoritate ianitorum inferi, & tenebricosissimi ibidem carceris custodum crudelium fauces occlusit: quod praevaticinatum fuerat in libro Iob,
C Iob.38. 17. Aperientur tibi timore portae mortis: ianitores verò inferorum videntes te contremuerunt. Qui Christo crediderunt, vivi nuncupantur; mortui qui non cre-
Num.16 48. diderunt: quare scriptum est: Et stetit Aaron Sacerdos in medio viuorum, & defunctorum. Medius etenim Christus Dominus est inter eos, qui eum exceperunt,
Io.1. 26. & eos, qui noluerunt eum excipere. Testimonioque suo id probat Ioannes Baptista alloquens populum in Iordane, Medius vestrum stat, quem vos ignoratis.

EPIST. LXXI.

Eidem.

QVam perniciosissimum est, sermonem vanum, & inutilem, & spiritali aedificio minime conducentem ex ore proferre: similiter in corde nutrire serpentes, & scorpiones malarum cogitationum.

D

EPIST. LXXII.

Eidem.

Gen. 49. Exod.1. CVpis Patriarcharum nominum interpretationes addiscere. Morem tibi geram. Ruben redditur, Videns filius; Simeon, Obedientia Dei; Levi, conglutinatus, Deo nempe adnexus, & corpori contiguus; Iudas, Confessio; Issachar, Merces sanctorum; Zabulon, Nocturna liberatio; Ioseph, Domini additamentum; Beniamin, Filius dexterae; Dan, Iudicium; Nephthalim, Demissus truncus, siue oratio; Gad. Ad loquendum facilis, seu ad consuescendum; Aser, divitiae, seu Beatitudo.

EPIST. LXXIII.

Eidem.

Gen. 48. 14. COmmutatis manibus Sanctus Iacob illis, qui circa Ephraim erant, & Manassem benedixit. Et nota mirum; dum enim ea manuum commutatione, Cruce E
Domini figurata, suis posteris divinas benedictiones elargitur, id praestat vt primus secundum, & secundus primus fiat.

EPIST. LXXIV.

Eidem

CRux Christi humanissimi primos propter eorum Act. 13. 46.
superbiam & arrogantiam secundos effecit. Hinc ait Apostolus Iudaeis, Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, qui ex semine Abrahae estis: sed quoniam divina eloquia reiicitis, & indignos vos fecistis aeterna vita, ecce in posterum sermonem convertimus ad Gentes, vt impleatur quod dictum est à Patre Filio in libro Esaiae: Posui te in lucem Gentium, vt sis Esa.49.6
in salutem vsque ad extremum terrae.

EPIST. LXXV.

Eidem. F

COnsidere mihi ex Hebraeis, qui crediderunt, quomodo ad praedicationem Apostolorum accedant, tum postmodum intelliges, quomodo primi secundi constituantur, vt impleatur verbum Moysis, qui posteris Abraam praevaticinatus dixerat, Erit proselytus, qui est in te, supra, supra; tu verò infra, infra, Deut.28 43.
ille dominabitur tui, tu verò dominium subibis, ille fiet in caput; tu in caudam. Proselytum autem appellat populum, qui ex Gentibus Christo credidit.

EPIST. LXXVI.

Eidem.

LEvitas scribis mihi Monachos esse contiguos, & Deo conglutinatos, & haec sentiens, maximo vsui tibi fueris.

EPIST. LXXVII. G

Babylae Diacono.

BOna quidem verbosa oratione loqueris, & mala vel maxime peragis, specie siquidem, & multiloquio probitatis, & morum honestatis leves, ineptosque deludens, & tuam tegens improbitatem, à sanae mentis hominibus facile ac manifesto deprehenderis, non ex iis quae dicis, & simulas: sed ex his quae operaris.

EPIST. LXXVIII

Soterioni.

NOn timebis, inquit, à timore nocturno, humano Ps. 90. 5
nempe, & daemoniaco, namque divinus timor cor consolans diurnus, & lucidus nuncupatur.

EPIST. LXXIX. H

Eidem.

SApientia in exitibus laudatur: at quosnam hic exi- Prou.1. 20.
tus Salomon nuncupat? Eos nempe, qui ex ore rectorum Ecclesiae Doctorum emanant.

EPIST. LXXX.

Silvano Episcopo.

ELias Thesbites cum sub planta obdormivisset, ex- 3. Reg. 19. 6.
perrectus, ad caput ipsius panem subcinericium, & vas aquae conspexit. Quis igitur talis est, vt inveniat panem subcinericium capiti quam proximum, in quo ca- Eccl. 2. 14.
pite insunt, vt tradit Salomon, oculi sapientis intellectuales; vel à pia postulatione & legitima petitione, spiritualem panem animam enutrientem, & aquam salientem in vitam aeternam?

EPIST.

A

EPISTOLA LXXXI.

Eidem.

QVi animas suas purgare satagunt, non tantum pane, & aqua intellectuali affluant, sed carnes sibi H.br.5.14. etiam habebunt. Solidus namque cibus, vt ait Apostolus, perfectum quid est, & prædicit Moyses populo, Num 11.18. Sanctificate vos in crastinum, & comedatis carnes: intelligens diuinum Corpus, quod fideles in Ecclesia comedunt, & beatissimam Christianorum cognitionem, cognitionibus omnibus excelsiorem.

EPISTOLA LXXXII.

Eidem.

Num.11.18. REcte & hoc diuinum Moysem dixisse nouimus, Non hodie, sed cras carnes comedetis: vt B tempus post Christi Dei, & rerum omnium Domini aduentum commonstraret. Carnes etenim ortygometræ, in indignationem, & volvulos, & corruptionem, & choleram Hebræis cecidere. At nostræ quam beatissimæ carnea firmitatem, robur, bonam valetudinem, consolationem, & vitam æternam conciliant, iis, qui digne earum participes efficiuntur.

EPISTOLA LXXXIII.

Eidem.

QVid obstupescis, si carnium æternarum, nullique corruptioni obnoxiarum participes fiunt Christi dilecti serui, qui seipsos timore Dei, & fide, & præclaris facinoribus purgant? imo diuino etiam vino abundabunt; Gen. 19.20. quemadmodum iustus Noë agricola factus est, & plantatam à se vitem studiose eleganterque coluit: euenit siquidem infidelitatis illuuiem vinum sobrium biberunt, & inebriati sunt: Ps. 22.7. vt Dauid inquit, C Calix Dei inebrians me valentissime: & madidi denudatione Gen 9.21. quadam verecundiæ nescia denudantur. Bonum quippe est improbitate, atque imprudentia denudari.

EPISTOLA LXXXIV.

Eidem.

Ps. 21.1. DEus, Deus meus intende mihi, vt quid dereliquisti me? ex persona Christi Psalmo vigesimo primo dicitur. Sed non ipse derelictus est vel à Patre, vel à sua Deitate, vt Ariani, Eunomianique existimant, tamquam ij qui passionem metuunt, ideoque eam à patiente retrahunt. Quis enim Seruatorem, aut primum in mundo nasci, aut in crucem ascendere coëgit? Neque enim inuitus, sed volens ac lubens multa cum alacritate in crucem progressus est: ante enim Matth. 20.18. multos dies Discipulis dicebat, Ecce ascendimus Hierosolyma, & filius hominis tradetur ad illudendum, D & crucifigendum, & cœtera. Sed in seipso rem nostram confingit: namque homo factus, modis omnibus sermonem pro hominibus habet, & homo factus non amisit vt Deus sit, & omnium Dominus. Phil.2.7. Quæ adnotanda sunt. Quando igitur, vt Apostolus ait, formam serui induit omnium Dominus, in seipso rem nostram efformat, tanquam orator nullo modo seductus, sed patronos, & aduocatus, causam dicens pro tyrannide oppresso, ad Prouinciæ Præfectum, Afflicti sumus, depressi sumus, direpti sumus, iustissime Iudicum. Pro nobis itaque Christus ait, Deus, Deus meus intende mihi. Deus equidem omnium Pater cum Filio in creatione omnium; Deus vero Filij Pater dicitur secundum Incarnationis mysterium. In se ipso itaque, vt supra dixi, rem nostram Christus effingit. Namque nos primum eramus derelicti, nunc accepti & seruati nulla Passioni obnoxij Christi Passione. Quemadmodum & insipientiam nostram, & lapsus sibi adsciscens, hæc per Psalmum enunciat: manifestum enim est, Psalmum E vigesimum primum ad Christum referri. Eiusdem specularinnis est, eundem, ex quibus passus est, obedientiam didicisse, vt ait Apostolus; clamor etiam, Heb.5.8. & lacrymæ, & preces, & exauditio, & reuerentia, quæ velut alienæ fabulæ actor aliena persona sumpta refert, & pro nobis mirè intexit. Vt enim verbum neque subijciebatur, neque non audiebatur: hæc enim propria sunt eorum, qui alieno dominio premuntur, & secundas partes habent; illud quidem sanioris hominum mentis, hoc vero eorum, qui digni punitione sunt. Porro vt forma serui seipsum vna cum conseruis, & seruis demittit, & quod aliorum est, in se efformat, totum me in seipso ferens cum meis, vt in seipso sicut ceram ignis, aut terræ vaporem Sol, quod peius est, absumat, ipseque eorum, quæ illius sunt, particeps propter commixtionem suam. Propterea opere ipso obedientiam honestat, illiusque passione ipsa experimentum capit. F Neque enim satis est propositum, quemadmodum neque nobis, nisi per opera gradiamur. Opus enim est propositi commonstratio.

EPISTOLA LXXXV.

Euthio Prouinciali.

QVi te mœror inuasit, gaudium ingens tibi despondeat, immo & erratis tuis abundantem remissionem conciliat.

EPISTOLA LXXXVI.

Capitoni Diacono.

DIcit Ieremias Propheta ex persona Dei delictis sauciæ & lepra obsitæ animæ, Ecce ego illi cicatrices Ier.33.5. obduco, apportoque remedium, & medicabo eam, & manifestabo ipsis pacem, & fidem, & non recordabor amplius peccatorum, quæ peccauerunt mihi. Il- G lud autem, cicatrices obducam, satis percommode applicabitur lepræ, in Leuitico descriptæ. Quibus vero Deus cicatrices obducit, & quibus medetur, iis & cogitationum pacem, & fidem nulli hæsitationi obnoxiam, sed firmam, ac stabilem manifestat. Quibus itaque cicatrices obductæ sunt, ij, vt manifestum est, perfecte anima purgati, donum impassibilitatis reportant.

EPISTOLA LXXXVII.

Eidem.

ETiam per vim, mente tibi diligendi sunt, qui in inuidentia hominum, & odio sunt.

EPISTOLA LXXXVIII.

Eidem.

INuidentia serpentum instar, & amaritudine odij infectus es: sed habes lignum pretiosam Domini Crucem, H quæ, dummodo velis, amaram morum tuorum aquam in Exod. 15.25. dulcem vertere potest. Nam & magnus Moyses lignum immergens in amarissimam Mara aquam, subito dulcem, & perplacidam effecit.

EPISTOLA LXXXIX.

Sosimiano Monacho.

NOs vero, ait sanctus Moyses, nescimus quid Domino sacrificabimus, quousque ambulabimus viam Exod. 8. 26.& 27 trium dierum in eremum. Apud nos sacrificium oratio est; desertus conditio quædam brutis affectibus spoliata, quam perfectionem esse deffinimus. Tale quidpiam erit Rom.8. de nobis, ait Apostolus, illud enim; Quid, vti addecet, orandum sit, haud nouimus vsque ad constitutionem nullis affectibus nullis sordibus obnoxiam; neque enim tunc eandem omnino orationes, aut cogitationes habebimus, quales nunc habemus ab aduersariis inerturbati.

A

EPISTOLA XC.

Flauiano.

PRæcipua Sanctorum animæ pars pugillari, siue libro, in quo Deus populo suo edicenda inscribit, assimilatur. Quare Prophetæ Abacuc dicitur, Scribe visionem in tabella, nam in propriam mentem sanctus introspiciens, & in semetipsum oculos figens, totusque in internas partes conuersus, scripta à Deo in sua mente comperit, sicque enunciat populo. (Habac. 2.)

EPISTOLA XCI.

Aphthonio Samaritæ.

LIteræ tuæ hunc in modum efformantur; Si in terra granum proiectum, non putresceret, spem sane resurrectionis aliquam corpus haberet humanum. B Quod si frumentum, & quodcunque aliud germen in terram immissum putrescit; & corpus hominum in cinerem, ac puluerem fatiscis, quid mihi omni asseueratione humanorum corporum resurrectionem futuram affirmas? Ad hæc ipse respondeo. Percurre Genesis initium, & accepit Deus puluerem è terrá & formauit hominem. (Gen. 2. 7.) Quæ ergo differentia est inter puluerem ea terra, & cinerem, & puluerem? Quemadmodum itaque ex humo terræ principio corpus constructum, & spiritum ea Deo accepit, stetitque homo pedibus suis, sic rursus ea terra & cinere in præsentis seculi fine, imperio se facultate diuina corpora humana resurgent, proprias reassumentia animas, propriis stabunt pedibus in gloriam, & laudem illius, qui omnia mira operatur, omnium Creatoris.

EPISTOLA XCII.

Eidem.

C QVemadmodum magno Abrahæ fides reputata fuit in iustitiam, ita & tibi defunctorum resurrectiuni fidem adhibenti, si modo vnquam fidem adhibueris iustitia apud Deum ingens reputabitur. (Gen. 15. 6. Rom. 4. 3.)

EPISTOLA CXIII.

Eidem.

SCripsisti, Granum frumenti molam, & in farinam redigam, id licet millies in terram seminauerim, non reuiuiscit, immo nec resurget, nec vnquam surculos emittet, neque fructus afferet, pari ratione & corpus cinis, ac puluis factum, non poterit resurgere, neque vllatenus vitam viuere. At ipse, quem alias tibi miseram sermonem, eundem nunc cum placiditate repetam. Quemadmodum primum ex terra homo potentia, & arte sapientissimi, ac omnipotentis Domini substitit: ita & in fine præsentis seculi ex cinere D corrupti corporis fiet, & resurget homo, vita animoque præditus pristina corruptione abiecta, & diuina incorruptibilitate comparata.

EPISTOLA XCIV.

Eidem.

DIxisti humanorum corporum cineres huc atque illuc dissipatos à ventis, & veluti ventilabro iactatos: & quid erit vltra? Sed perpendas velim, vndenam terra producta est, vnde ignis, & aër, & aqua substitit? Sane omnino ea te sciscitanti, nugamēta gentiū longe abigens, & Pseudophilosophorū ineptias execratus respondebis; ex eo quod non erat, in id quod est, elementa à Deo producta fuisse. Ipse etiam edico tibi: quemadmodum ex iis quæ non erant, ad id quod sunt, omnia nutu solo diuinæ voluntatis substitere: ita ex eo cinere, qui à te deperditus esse existimatur, humanorum corporum resurrectio erit.

E

EPISTOLA XCV.

Eidem.

OMnipotens Deus, qui exsiccatum, & sine cortice baculum Moysis miro quodam modo in animal animatum, repensque immutauit; draco siquidem erat terribilis, & Moyses in fugam se dedit miraculo perterritus: (Exod. 4. 9.) & qui Aaronis baculum siccum, & ipsum multum ante tempus, absque terra, & radicibus, & (Num. 17. 8.) pluuiis, & aëris temperie, vel sola voluntate vna nocte germen emittere, & folia gratiosissima, & fructum pulcherrimum, effecit; omnia namque Deo omnipotenti, cui omnia obediunt, possibilia sunt: ipse ictu oculi tempore debito corpora humana resurgere faciet, sua gratia pullulantia, & in tantum decora, vt diuino splendore inanimati Solis radio quam maxime superent. Tibique persuadeat verus Dei seruus, F qui ex Sina monte luciferi instar descendit, & splendoribus corporis gloriosus, vt per id, quod apparebat, futuram ex alto gratiam hominibus præmonstraret.

EPISTOLA XCVI

Gaina copiarum ductori.

RVrsus magnus copiarum ductor per literas ad nos venit arma certa obiiciens, non quæ ea seipso possideat, sed aliunde opprobriose suscipiens. Ecce enim, ait, diuinus Apostolus IESV demissionem edixit: (Heb. 7. 25.) ad eos etenim, qui ex Hebræis crediderant, scribit, Semper viuit IESVS Filius Dei ad interpellandum pro nobis, Veruntamen noscant qui tibi hæc ad scribendum suggerunt, Seruatoris beatissimam, & decantatissimam dispositionem, pro nobis interpellationem esse, nuncupari que à Deiferis, & diuiniloquis hominibus.

G

EPISTOLA XCVII.

Eidem.

INterpellare, non vt multorum consuetudo, & postulare vltionem, exponi debet; hoc namque quodammodo demissionis fuerit: sed pro nobis, vt mediator est, legationem obire, siue preces effundere; quemadmodum & Spiritus pro nobis interpellare dicitur. Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum (Rom. 8. 26.) homo IESVS CHRISTVS. Orare siquidem ad hæc vsque tempora pro mea salute dicitur vt homo, quod (1. Tim. 2. 5.) cum corpore est, quod assumpsit, donec me Deum incarnationis potentia faciat, licet nondum secundum carnem agnoscatur, carneos inquam nostrosque, vno excepto peccato, affectus. Et hac ratione intercessorem habemus apud Patrem IESVM, non qui pro nobis ante Patrem voluetur, ac seruorum more procumbat, abiice hanc vere seruam & indignam cogitationem: neque H enim id Patris est petere, neque Filij tolerare: vel de eo tamquam de Deo ista sentire debemus. Ast IESVS passus est vt homo, vt Verbum & hortator tolerantiam suadet. Et sic intercessio intelligenda est.

EPISTOLA XCVIII.

Eidem.

REcordare sodes verborum Seruatoris dicentis, Omnia quæ habet Pater, mea sunt; & Qui vidit me, (Ioan. 16. 15.) vidit & Patrem; & , Tibi Petre do authoritate mea claues Regni cœlorum: (Ioan. 14. 9. Matth. 16. 18.) propterea quod non seruum, neque auxiliarium, neque ministrum, multo minus imperio subiacentem, vel à paterna substantia alienum me compellasti, sed verum Filium esse me viui Dei ex reuelatione cælestis Patris fassus es. Rursusque Euangelista dixit, Propterea Iudæi IESVM persequebantur, (Ioan. 5. 18.) non tantum quod Sabbatum soluebat, sed etiam quod semetipsum ostendebat verum Filium esse Dei, & similem in omnibus cælesti Patri.

A

EPISTOLA XCIX.

Evandrio.

PLerosque rectè sentientes tibi illudere facis, fabellas mysteria nuncupans. Omnis nihilominus secta extra Dei Ecclesiam aberrans ineptias suas mysteria vocat. Pari ratione Manichæi mysteria, & thesauros bonos impietatis suæ, ac improbitatis libros appellant: namque iam opere perficitur perditionis mysterium.

2.Thess. 2.7.

EPISTOLA C.

Epigono Cursori.

QVando diuinos fermones sanctus Moyses obscure exaralit, ne eos qui tum erant, & nune viuunt, & postmodum futuri sunt, stulti, ineptique Hebræi intelligerent, vt ipse testimonio suo in magno cantico comprobanit, Hic populus nec mente, nec consilio præditus, generatio distorta est: filij non habentes fidem in semetipsis, tentant, & exasperant Dominum: propterea velamen apponebat propriæ prælucenti faciei; & hac ratione prudentes,& qui sapientia Ægyptios æmulabantur, alloquebatur.

B Deut. 32.5.

Exod. 34. 32. & 35.

EPISTOLA CI.

Eidem.

FAciem Moysis lumen esse Pentatenchi castissima, velamen beatorum sermonum obscuritatem, & quod parabolis, aut symbolis, siue etiam ænigmatibus exprimitur. Et sanctus Moyses super puteo, ex quo omnes bibere, nonnulla per modum parabolæ refert postmodum addit, Propterea dicent, qui captiose & perplexe argutantur, hæc & hæc.

Exod. 34.33.

Num. 21.18. Num.21. 27.

EPISTOLA CII.

Eidem.

SI cum lacrymis ad Christum conuertatur Hebræus, infantem agens secundum puerum, Ismaël dictum, oculorum mentis, Agar nuncupatæ velamen abstrahit, propeque inuenit aquam viuam diuinæ Scripturæ, vti addecet expositam, potui accommodatam, atque pellucidam, & ab infidelitate mortis liberantem.

C

Gen. 21.

EPISTOLA CIII.

Eidem.

QVousque Hebræi fidem beatæ Saræ non possidebunt, seruæ Agar nomen eorum menti appingendum est.

Gen. 16.

EPISTOLA CIV.

Eidem.

MVlta speculatione, & intelligentia Mosaica scripta, necnon profunda perquisitione indigere persuadeat te mystica compellatio putei visionis

D Gen. 16. 14.

EPISTOLA CV.

Eidem.

NE patiaris in his, quæ te opprimunt, infortuniis spem bonam abijcere, neque diuinæ expectationis cornu relaxes. Facile enim Deo est, modo voluerit, tristia in læta, amœnaque conuertere.

EPISTOLA CVI.

Benjamino Hebræo.

A Is, te in multis Iesvm celebrare, sed quod Sabbatum ille neglexerit, dissolverit, iniquissimo animo ferre. Verumtamen hominem in omne tempus parvulum esse non decet. Namque cum quis ad virilem ætatem perueniens, non æquo animo ferret, si lacte potatur, & qui ad philosophicas disciplinas gradum fecit, non facile sustinebit adhuc in Alphabeti ordine perdurare. Igitur ante cœlestis sapientiæ in homines aduentum, erat Sabbati obseruatio, & vtilis: at nunc post Christi aduentum accommoda non est. Supra enim & dies & tempora, & mundum vniuersum Christianus sapiet.

E

EPISTOLA CVII.

Eidem.

NE permirum tibi accidat, Deum antiquitus Sabbati obseruationem præcepisse, & nunc similem obseruationem rejicere. Vides enim veteres, recentesque Imperatorum terrenorum constitutiones, antea rem hanc decreuisse, postmodum alio atque alio tempore legem antes latam dissolvere.

Exod. 20.8.

F

EPISTOLA CVIII.

Eidem.

APrehende quæso animo tuo, Dei sapientiam matrem quandam esse, nunc quidem infantulo mammas porrigentem, clamantemque, bonum est hoc, bonum: postea ad solidiorem cibum filium concitantem, & felle mammas inungentem, sæpiusque inclamantem, putridum est hoc, putridum.

EPISTOLA CIX.

Eidem.

INsulsas Moysem in Deuteronomio dictasse, Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester ex fratribus vestris, vt me. Prophetam dixit, non Deum. Quomodo itaque Deum esse Iesvm dicitis? Tamquam infantulo tibi, mi Iudæe, vna balbutie sapientissimus Moyses, non audens tibi nimis aperte Diuinitatem Christi exhibere. Quando igitur, vt Moyses inquit, tamquam Prophetam excipies, & Regem, & Pastorem mitem, & pauperem, tunc ipse Propheta maximus, & princeps reuelabit tibi se Deum esse verum, sine corpore, & ante omnia sæcula ex Deo vero genitum. Omnes vero celeberrimi Prophetæ, qui legis interpretes sunt, Diuinitati Christi, & dispositioni fidem suam exhibent.

Deut. 18.15. & 18.

G

EPISTOLA CX.

Eidem.

NOn contemnendum tibi periculum impendet in Deuteronomio, si Christo fidem non habueris, illique cultum, obedientiam, & subiectionem non deferas, vti conuenit, in omnibus. Legislator siquidem ait, Vniuersa anima, quæ non obedierit Prophetæ illi, exterminabitur, è diuino populo.

Deut. 18. 19.

H

EPISTOLA CXI.

Alexandro Monacho.

ABsurdam rem agere mihi videris, dum inter iniurias & rabiem nonnullos tibi fructum afferre cogis. Hæc non dicetur fructuum perceptio, sed vis, & dedecus, & extrema importunitas, & publicatum impositionum & grauissimarum exactionum acerbior depressio. Sed cessa obsecro ab hac indecentia; quinimo precibus, & multæ secundum animam quieti operam naua: & Deus excitabit eos, qui digni sunt, morum probitate, cum libello supplici, quidquid tibi opus fuerit, offerre. Quidam enim digni sunt, qui Monachis fructum tedant, quidam vero omnino indigni, & à numo Dei maxime distantes.

A
EPISTOLA CXII.

Clearcho numerario.

IPse quidem nunquam lupum, si surripit, conuitiis
onerabo, rapere etenim lupo natura insitum est; sed
hominem, qui lupinam mentem, præter sui naturam
possidet, reprehendo.

EPISTOLA CXIII.

Aureliano.

Ier.3.12. PEr Hieremiam Dominus dixit, Conuertimini ad
me, & non irascar vobis in seculum. Digna sane
sempiterno furore facinora perpetrastis, sed cum
ipse misericors sim, meam humanitatem non cum
vestra improbitate, sed cum mea ingenti bonitate di-
B metior. Veruntamen ait, etsi ipse bonus, & humanus
Ier.3.13 sum, tu tamen quæ praue cogitasti, aut peregisti, ne
obliuiscaris. Namque illud habeto, te in Dominum
Deum tuum impium fuisse, quem cum lacrymis toto
vitæ tuæ curriculo exora.

EPISTOLA CXIV.

Genethlio.

Ps.31.9. IN camo, & fræno maxillas eorum, quemadmo-
dum brutorum, Deus constringes, qui tibi terga ver-
tunt, Dauid cithara concineos clamabat. Quemadmo-
dum enim equum licet inuitum fræno domamus, non
odio, sed vt illi cursum bene ordinatum constituamus,
& inordinatum ipsius motum ordine compescamus, &
indecorum, atque ineptum saltum in concinnum iter
transferamus: ita Deus si viderit animam pulli instar
se gerentem, calcitrantem, hac & illac pererrantem, ad
decentius eam, etiam si nolit traducit.

C
EPISTOLA CXV.

Theodosio.

PLerosque ipse noui egregiis facinoribus nobilitari
non potuisse, sed iniquitate potius, & summa im-
probitate, seipsos celebres, ac tremendos edidisse.

EPISTOLA CXVI.

Serapioni Presbytero.

VBi est thesaurus tuus, inquit, ibi & cor tuum.
Matt.6. Qualia namque sunt studia, vaga & nullo in loco
21. quiescentia, talis omnino fuerit, & mens, & memoria,
& intellectus illius. Potius itaque ad cœlestem, & nul-
lis furibus obnoxium thesaurum prudenter animus in-
tendendus est.

EPISTOLA CXVII.

D
Eidem.

Matth.6. LVcerna, ait, corporis oculus est. Supera siquidem
22. percipiens intellectus, oculus est animæ, visum
firmum, ac stabilem possidens, splendoremque suum
in vniuersam rerum compositionem transmittens. Quod
si tu in asperum hoc & prauum, mentem crapula, co-
gitationibus inutilibus, & quæ ad inferiora ducunt
& perditionis barathrum, flectas: quid boni intel-
ligere, aut probi enunciare propriis cogitationibus
poterit? Quare necesse est obtenebratum, & turbatum
esse omnem habitum dubiis incertum, veluti in nocte,
& difficili bello.

EPISTOLA CXVIII.

Eidem.

Matt.7. DOminus decreuit, Dicentibus mihi in die illa
22. à me cognosci, respondebo, Non noui vos;
quippe qui verbo tantum pietatem colebatis, opere pra- E
ua patrabatis. Luc.13.
25.

EPISTOLA CXIX.

Ioanni Monacho.

DÆmones variis tentationibus nostrum os occlude-
re nituntur, ne laudemus, & cantemus, & gloriam
dicamus Conditori. Sed spem habemus, vt ait castus Apoc.3.
Ioannes, quod Dominus aperiet, & nullus claudere 7.
poterit.

EPISTOLA CXX.

Philoni Illustrio.

CEssa vltra deprimere, aut pugnis obtundere viles,
ac simplices, satis enim superque delicta Deus exa-
minat, & nusquam Dei homo paupertatis despector, &
pauperis intrepide iniurius retributionem aufugiet. F

EPISTOLA CXXI.

Stephano Diacono.

QVi ex tota mente omnia videntem Dominum inuo-
cant, licet extremis periculis conflictentur, omni-
no superni auxilij participes fiunt. Namque Deus exau-
diens ab ipso exitio ereptos in vitam æternam, & læ-
titiam transuehit.

EPISTOLA CXXII.

Amphilochio comiti iuniori.

ANnon lepra obsito similem dixerim eum, qui
prius ætatis iuuenilis deliciis perfrui sibi proponit,
postmodum in extrema senectute continentiæ, fortitu-
dinis, & iustitiæ flores promere. Quis enim tibi cœle-
stis Angelus consenescere promisit? Quare non hoites
inter libidines, gaudia, & vanas cogitationes infauste G
commoti, ætate quidem iuuenili, sed vitæ instituto ci-
tissime inueterato.

EPISTOLA CXXIII.

Eidem.

POstulasti à me, quis sit vetus homo, qui desideriis Gal.4.
corrumpitur, & quem deponere diuinus Apostolus 22.
hortatur? Veterem hominem non existentem quidem,
sed qui corrumpitur, esse putamus, idolum quoddam
perditionis, quod ex execrandis & impiis cogitationi-
bus, & verbis iniquis, & immundis facinoribus peni-
cillo exprimitur, vel componitur, vel vt quispiam di-
ceret, satis noxie contexitur.

EPISTOLA CXXIV.

Eidem.

QVæ in senectute virtus dilucet, virtus non nunco- H
pabitur, sed imbecillitas. In iuuentute itaque po-
tius virtus operanda à nobis, exercendaque est: & in
corpore iuueni cana prudentia commonstranda.

EPISTOLA CXXV.

Antonio.

SI cœcæ diuitiæ sunt, fortasse etiam erit & cœca
opinio, suique comprehensio. Et videsis Illustrium
Canonem, qui nemini vnquam neque verbo, ne-
que opere fructuum vtilitatis præbuit, neque quænam
sit virtus, addiscere curauit, frustra laudibus cohone-
statum, & vane à plerisque hominibus illiberali-
bus, ac stupidus strepitu consociatum,
& in hoc tumentem, seseque
absurde nimis ia-
ctantem.

A

EPISTOLA CXXVI.

Cononi Illustrio.

INiuste diuitiis affluis, aliisque debitam gloriam tibi vsurpas. Lepidum enim, & ad risum iocumque factum contrarius in admirationem incidi, dignos admiratione conuitiis præsenti tempore petitos videns, ineptos atque inutiles laudibus cohonestatos. Et hanc machinam esse dæmonum doeo, Quare ne multa inaniter comminiscens, in futurum grauius puniaris: rogo te, vt potius virtutis operibus te dedas, vt non sine ratione, sed vt addecet, laudem consequaris.

EPISTOLA CXXVII.

Eulampio.

B Iac. 4. 5. AVes perdiscere, qoid sit quod Iacobus Hierosolymorum Archiepiscopus ait, an putatis quis inaniter dicit scriptura ad inuidiam? hoc est, non intempestiuè, sed maxime opportune, & prospicienter diuina Scriptura contra inuidiam loquitur: etenim quocunque sancto enunciato contra affectus, sed exitiosam inuidiam potissimum, tanquam validissima armatura constipamur.

EPISTOLA CXXVIII.

Eidem.

Iac. 4. 5. COncupiscit, inquit, spiritus, quem habitare fecit Deus in nobis. Quid porro desiderat, appetit, & diligit diuinus Spiritus? vnionem, concordiam, mutuum fratrum amorem. Charitas autem ex humilitate, & pietate nascitur; odium, & amarulentus liuor ex superbia & iactantia oritur: quapropter dictum est, Iac. 4. 6. Deus superbis resistit, propter eorum stultitiam in eos castra mouens, vti olim in primum omnium superbiæ vitio infectum Satanam. C Iac. 4. 6. Humilibus autem dat gratiam, hoc est spiritalia quædam elargitur iis, qui propter Deum humilitatem amplectuntur.

EPISTOLA CXXIX.

Eidem.

Prou. 26. 4. NE respondeas, ait Salomon, stulto secundum stultitiam eius ne similis illi fias. Responde vero stultitiæ eius, ne prudens se esse videatur. Qui enim præceptis Dei aduersantia loquenti stulto, & in peccatum innitanti consentit, ea laudans, secundum stulti stultitiam respondit, & similis factus est illi: qui vero improba enuncianti sese opposuit, nec execrandis illius verbis assensum præstare sustinuit, respondere dicitur ad stultitiam illius; hoc est contra illius stultitiam palmarium optimum habuit, tropbæumque consensu omnium erexit, pharetra sagittarum veritatis, ac cœlestis sapientiæ aduersus stultitiam, vanamque improbi sophistæ opinionem vsus.

D

EPISTOLA CXXX.

Sozomeno.

PEccatum fumi instar citissime dissoluitur; debita vero punitio & pœna ad quæ secula protrahitur? si hæc tecum considerau eris, maximo timore, & tremore concutieris.

EPISTOLA CXXXI.

Cornelio Presbytero.

2. Cor. 5. 16. QVid est quod ait Apostolus? Etsi cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc nondum cognoscimus. Namque propter nostram salutem Dominus homo factus, & cum hominibus conuersatus, vt propriam incarnationem veram ostenderet; non tantum puerulus adhuc lac suxit, vt plane videbatur, sed adultus etiam comedit, & bibit, & laborauit, & somnum cepit, flagellis cæsus, & cruci affixus est &c. E Attamen post ipsius ex mortuis resurrectionem, non amplius corporis ægritudinibus, & necessitatibus subiacet. Propterea Apostolus ait, Non vltra cognoscimus Christum passionibus, infirmitatibus, & morti obnoxium. Virtus namque diuinitatis illius humana omnia superanit. Et licet nunc, & in futura secula in sancto corpore, quod antea sub Pilato cruci affixum fuit, & sepulturæ traditum, & postmodum ex mortuis resurrexit, sit? nihilominus non vltra humana patietur, corpus habens, quod neque senescere, neque noxis perturbari, neque sordibus inquinari in secula potest.

EPISTOLA CXXXII.

Gerontio Exceptori.

NE communicetis, ait Apostolus, infructuosis operibus tenebrarum. Quemnam enim fructum in intellectualis mortis obsoniis habebatis, ob quæ nunc verecundamini? F Ephes. 5. 11. Nam vere infructuosa sunt opera praua, & quælibet tenebricosa actio. Quando vero anima in saniorem mentem redacta, res à se gestas perceperit, tunc potius erubescit, & verecundatur, pro peccatis in iniquitatis ebrietate patratis, splendoremque continentiæ competit.

EPISTOLA CXXXIII.

Hypasioro Diacono.

NE despondeas animum, sed generosis cogitationibus fortis esto. Fortis namque licet vulneribus scateat, & vulneribus obsitus pugnam ineat, omnino victoriam consequetur.

EPISTOLA CXXXIV.

Olympio Scholastico.

G

ABsit hoc. Non de seipso affirmat diuus Apostolus, Video aliam legem in membris meis captiuantem me in lege peccati, Ad Rom. 7. 23. sed ex persona eorum loquitur, qui similibus interturbantur, & ab affectibus carneis oppugnantur, veruntamen sese opponunt & vt plurimum victoria potiuntur, aliquando etiam correpti cadunt.

EPISTOLA CXXXV.

Eidem.

NOn est id in difficili deprehendere Apostolum Ethopœiam vsurpasse, cum dicat; Ego vero viuebam Rom. 7. 9 aliquando sine lege: licet nusquam sine lege Mosaica ducere spiritum potuerit; à teneris enim, vt aiunt, vnguiculis apud Gamalielem legem exquisite perdidicerat. Act. 22, 3. Eorum ergo, qui extra Mosaicam legem vitam dixerunt, personam assumit.

EPISTOLA CXXXVI.

H

Maximiano.

IN quacunque gente, qui timet Deum, & iustitiam seruat acceptus illi est. Act. 10, 35. Manifestum autem est, hunc Deo esse acceptum, nec ab eo abiicere quemcunque tempore opportuno ad cultum beatissimæ Numinis cognitionis confugientem. Neque enim deseret illum Deus, in ignorantia commori; sed adducet ad veritatem, & Act. 10, cognitionis lumine illustrabit, quemadmodum Cornelium, de quo verba supra laudata beatus Petrus enunciarat.

EPISTOLA CXXXVII.

Thessalio Diacono.

OPeræ pretium est, vt qui bonum concupiuit, non tantum cogitatione, & verbo, sed opere quoque laborem per totum vitæ spatium continuet, vt sic cœlestem quietem, & regnum multiiugæ virtutis demessis fructibus, consequi possit. Considera dicta

A Gen. 49. 15. Patriarchæ Iacobi, Isachar bonum desiderauit, requiescens in medio fortium, & videns terram, quod pinguis esset, supposuit humerum suum ad laborandum, & factus est vir agricola. Nec Propheta Ieremias dissider, Præbe cor tuum in humerum tuum: hoe est bona desideria educ in opus factus operosus.

EPISTOLA CXXXVIII.

Chrysogono Clesvalio.

SI quis ex ineptissimis optima quæque calumniari, & à mendacio exordium ducere, perpetuoque etiam in mendacium desinere velit, dicito mihi, in quemnam desinet, aut adducetur finem?

EPISTOLA CXXXIX.

Theognosto.

B FOrte ignoras, mi frater, legem Dei custoditam, seruare, custodire, & regere eos, qui illam seruare, & custodire cum sobrietate satagunt.

EPISTOLA CXL.

Decurioni.

NEque vniuersum aërem aliquis vnquam duxit, & reflauit; neque essentiam Dei plane bene aut mente cepit aut vox complexa est, sed ex iis quæ circa eum sunt, quæ illius sunt veluti in vmbra affingentes, debilem quandam ac imbecillem aliam ab alia imaginem, atque conceptum exprimimus.

EPISTOLA CXLI.

Eidem.

Matth. 7. 14. C ANgusta ianua, & arcta via est, quæ ducit in vitam, & pauci sunt, qui deprehendunt. Si itaque qui eam deprehendunt, pauci sunt, multo pauciores erunt, qui introire valeant; non introeunt verò ob propriam negligentiam.

EPISTOLA CXLII.

Eidem.

MEns est domina, seruus caruncula Ne ergo immoderata ingluuie fetuum foueas, ne propriæ mensuræ oblitus tyrannidem arripiat, ac deatque arma in possessorem inferre. Propterea Salomon insolentiæ Prou. 19. 10. corporis minime ignarus dicebat; Non conducit stulto luxus, licet seruus insolenter improprium herum imperium teneat.

EPISTOLA CXLIII.

Eidem.

D Iob 15. 11. SI principatum prouinciæ tenere cupis, inhonorabetis; si vero te humiliaueris, misericordiam consequeris. Scriptum est enim, Deus effundens super Principes opprobrium, humiles saluauit.

EPISTOLA CXLIV.

Crispo scholario.

NOnnulli, superquam par est, considerationibus effusi, opinantes se maius quidpiam comprehendere posse, à vera cognitione excidentes, in cognitionem Eccles 1. 14. & 2. 15. mendaciis inuolutam prolapsi sunt: & tamen hoc vanitas est, vt Salomon ait.

EPISTOLA CXLV.

Iulianæ virgini.

Exod. 38. 8. CAstissimæ, perpulchræque Virgini speculum optimum est ieiunium: in eo etenim Virgo pro modulo suo Deum speculatur, labrumque fabricat, basim firmam, inconcussam, atque immutabilem, cogitationes affectibus minime obnoxias sibi comparans. E

EPISTOLA CXLVI.

Eidem.

SÆpius lectitasti, quid sanctus Moyses de quodam optimo, ac sapientissimo viro narrat: eum nempe labrum æreum confecisse, & basim illius similiter æream ex speculis ieiunantium, quæ ad portas Tabernaculi testimonij ieiunium celebrauerant. Exod. 38. 8.

EPISTOLA CXLVII.

Theodoro.

NE tibi neglectui sit, singulis diebus, antequam operi te accinxeris, ædem orationis ingredi, ibique orationis debitum Domino persoluere.

EPISTOLA CXLVIII.

Eidem.

PRopterea veluti quosdam portus: in medio mari quolibet in loco templa Deus fundauit, vt, eum fieri potest, terrenarum curarum mare, ac tempestates deuitantes, in eosque nos subducentes, quiete salutari, ac ingenti lætitia potiamur. F

EPISTOLA CXLIX.

Sophronio tribuno.

NImiam voluptatem, & immoderatum gaudium, & in secunda fortuna animæ insolentiam tristitia vultus, & tempestiuo silentio comprimamus.

EPISTOLA CL.

Eidem.

CArnis exultantiam, & apperitum obscœnum ieiunij loro cædentes & ratione, persuademus quiescere. G

EPISTOLA CLI.

Eidem.

FAcillime genus humanum ad iactantiam intumescit, quapropter ad inflatas cogitationes compescendas frœna, eaque multa, ac valida opus sunt. Multa vero tibi quærendo inuestigabis sparsim in diuinis litteris ratione expertium affectuum frœna, ac retinacula.

EPISTOLA CLII.

Eidem.

DOminus noster IESVS CHRISTVS omnia pro nobis, quæ & nos sumus, præter vnum peccatum, factus est: peccatum enim prorsus non fecit. Omnia verò factus est, corpus nempe, anima, mens. Caue tibi igitur à deliriis Manichæorum. 1. Pet. 2. 22. H

EPISTOLA CLIII.

Eidem.

HOmo quidem oculis obiectus Seruator Christus, Deus idem intellectu deprehensus, at Filius hominis propter Adam, & Virginem, ex quibus ortum duxit, ab eo tanquam progenitore, ab hac more matris, sed non patrus.

EPISTOLA CLIV.

Eidem.

CAro, & sanguis, inquit, regnum Dei non hæreditabunt; hoe est, qui carnei moribus sunt extra regnum abiicientur. Vos autem fideles, & spiritui addicti, non estis, ait, in carne, sed in spiritu. 1. Cor. 15. 50. Rom. 8. 9.

A

EPISTOLA CLV.

Aphthonio Samaritæ.

POscis à me, quomodo fieri potest, vt corpus corruptioni obnoxium, incorruptum resurgat? Ipse contra à te posco. Quanam ratione quod liquari, ac corrumpi poterat manna, in vrna aurea à Moyse occlusum illibatum permansit? Dei scilicet nutu, ac potentia. Sic eadem facultate Henoch mortalis cum esset, repositus est, & immortalis ad hæc vsque tempora conseruatur. Exod. 13. 35. Gen. 5. 24.

EPISTOLA CLVI.

Telesphoro Primati.

COmmonem personam Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & vnam imaginem, & eandem similitudinem ostendit Scriptura. Illud enim, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem, hoc innuit. B Gen. 1. 26.

EPISTOLA CLVII.

Philagrio Lectori.

SI quis poterit animo suauissimum Spiritus sancti odorem olfacere habitu teuiuiscet, ac si è mortuis resurrexisset; & secum ipse mirabitur, ex qua conditione in quam fuerit immutatus, illudque Ezechiæ exclamabit, Excitasti mihi vitam, & consolatus vixi, & proiecisti post me omnes iniquitates meas, ne in posterum lapsuum idola imaginatione exprimam, corde puro in futurum comparato. Esa. 38.

EPISTOLA. CLVIII.

Eidem.

NOn tantum maleolentia, & infructuosa, quin etiam mortua iniquitatis opera dicenda sunt.

C

EPISTOLA. LIX.

Limenio monacho.

VIrtutum recta dispositio, quæ in cœlia est, beatitatem suppeditat, quam nec oratio exprimere, nec mens comprehendere: nec cogitatio capere potest.

EPISTOLA CLX.

Eidem.

NE tradas me, ait, in animas tribolantium me; impij siquidem affectus, à quibus liberari orandum est; dæmonum sunt animæ. Psal. 26. 12.

EPISTOLA CLXI.

Eidem.

IAcobi, illud, Si dederit mihi Dominus panem ad comedendum, & vestem ad conuoluendum me; vitæ institutum Monachorum exprimit. D Gen. 28. 20.

EPISTOLA CLXII.

Eidem.

MAximum bonum est placiditas, quam assecutos Moyses Deum intuitus est, vt homanæ vires intueri possunt. Exod. 33. 11. & seqq.

EPISTOLA CLXIII.

Eidem.

CAstitate, & puritate admirabilem Eliam æmulatus es; qui exercitationis vnioersæ dux factus primus omnium nobis pudicitiam, & parem Angelis cœlibatum ostendit, propter quam igneo curru subreptus est. 4. Reg. 2. 11.

E

EPISTOLA CLXIV.

Eidem.

GRauissimam ægritudinem, & tenebras impietatem appellans, non aberras à veritate.

EPISTOLA CLXV.

Amphictyoni Rhetori.

INgenti emolumento ditatus, & mensa affluenti, honoribusque, supra quam par est, cohonestatus, ne nimis Corybantum more, insanias, sed vices rerum expectans insolentiam compesce. Nihil enim est humana felicitate debilius, nihil imbecillius, nihil infortunatius.

EPISTOLA CLXVI.

Hierio syncletico.

F

QVot putas, seipsos beatos ducunt, quod diuini Ioannis Constantinopolitani Episcopi sermonibus vti digni habiti sunt? eorum tu, eum admirator, cultorque percupidus sis, fortunatus.

EPISTOLA CLXVII.

Gigantio Diacono.

VT in dono alacritatis, ac absolutissimæ indolentiæ acquiescas, & à mœrore, qui te præfocat, liberetis habes tibi animos addentem sanctum Moysem, in Leuitico dicentem, Dabo pacem in terra vestra, & dormietis, & non erit, qui vobis timorem incutiat, & interimam animalia praua de terra vestra, & fugabitis inimicos vestros, & cadent in conspectu vestro præ timore. Terram vocat cor humanum, bona, malaque semina excipiens; animalia praua Dæmones aduersarios, & subdolas malitiæ cogitationes. Leu. 26. 6.

G

EPISTOLA CLXVIII.

Eidem.

CVm tolerantia, & oratione superna muneta accepimus, tunc inuisibiles barbaros fugare poterimus, qui cadent prætimore ante pedes nostros: nam & quidam Prophetа dicit, Quos prius timebatis: vos timebunt.

EPISTOLA CLXIX.

Leucadio archidiacono.

SOlemne Sanctorum est, Deo gratias reddere, qui cognitionis animabus percommodæ odorem per eos vbicunque manifestet. Sed tu pro suaui odore æque ac illæ mulieres, quarum Propheta Ieremias captiuis Babylonem scribens meminit, suffites incensas. In quo enim, id quod ipse profiteris, cum inimicitias procreet, & nullo fit emolumento, à fumo differet? Epist. Hier.

H

EPISTOLA CLXX.

Eidem.

SI turba animarum, vt ipse asseris, per peccatum ex summitate cœli huc, cum primum homo conderetur, delapsa, corpus sibi assumpsit; sane magno Moysi scribendum erat, multa Deum è terra creasse corpora, in eaque delapsas animas immisisse. At ille nil minus: vnum vero hominem solum Adam è terra creasse, in eoque animam viuentem inspirasse Deum Scriptura tradit: fecitque ex vno sanguine, vt Apostolus testatur, gentem vniuersam hominum habitare in faciem terræ. Primus enim homo ex terra terrenus, non primæ turbæ infinitorum hominum ex terra terreni. Et per vnum, ait, hominem peccatum in mondum introductum est, & non per multitudinem hominum. Gen. 2. 7. Act. 17. 26. 1. Cor. 15. 47. Rom. 5. 12.

EPISTOLA CLXXI.

Eidem.

NEmini in offensionem Dei incidenti, & extorri facto benedicitur. Sed Adam e terra confictus, &
.1. Eua ex eius latere producta, ad procreandos filios auxiliatrix, tamquam nullo adhuc peccato obstricti à Deo benedictionem accipiunt, Crescite, & multiplicamini, & totius terrarum orbis principatum obtinere. Quomodo itaque, vt ais, Adam, & illius vxor antea in cœlo peccauerant?

EPISTOLA CLXXII.

Attico Lectori.

149. QVi vidit me, vidit & Patrem, id est, qui dignus habitus est ad cognoscendam meam deitatem, manifestum est, eum, & Patris deitatem cognouisse. Vna
.10. siquidem deitas, & gloria Patris, & Filij: namque Ego & Pater vnum sumus.

EPISTOLA CLXXIII.

Aglaio Antecessori.

B
cit. BEatus Petrus scripto tradidit, Vt iudicentur omnes carne, viuant vero secundum Deum spiritu. Illud iudicentur carne, ad eos prolatum est, qui asseuerant, neque carnem à mortuis resurgere, neque iudicari: at illud vt viuant secundum Deum spiritu, hoc est non aberrantes animo adeo vt multos ac varios Deos esse suspicentur; sed vnum & solum Deum, in secula existentem, viuentes, ac omnes cognoscentes. Dictum vero satis nobis percommodum erit aduersus eos, qui Aristotelica fouent, contenduntque, animas aliquando omnes hominum extenuatas ad id quod non est, migraturas.

EPISTOLA CLXXIV.

Eidem.

br.7. QVomodo Christus Dominus sine matre, & sine patre, & sine genealogia sit, perdiscere cupis. Secundum quod est supra nos, dicitur sine matre: sed vt est secundum nos, sine patre; secundum quod autem ad
C superna pertinet sine genealogia. Ait etenim Propheta,
a.53. Generationem eius quis enarrabit? Veruntamen genera-
tth,1. tionis illius secundum carnem altius ducta origine Matthæus narrauit. At quomodo ante secula Pater Filium generauerit, nemo penitus neque ex hominibus, neque ex Angelis exprimere aut capere potuit.

EPISTOLA CLXXV.

Eidem.

QVemadmodum qui febri corripiuntur, deprauatis gustus facultatibus, mel amarum esse existimant; sic & ij, quorum animæ vis degustandi deperdita est. Et
.5.20 ait Propheta, Væ iis, qui dicunt amarum dulce.

EPISTOLA CLXXVI.

Anaxagoræ Grammatico.

ou.1. COronam gratiarum accipies vertici tuo, dixit Salomon: neque enim vna gratia est, qua nectitur quæ mente concipitur corona, sed multæ admodum gratiæ;
Petr.1. & ait Apostolus, Gratia vobis multiplicetur.

EPISTOLA CLXXVII.

D

Eidem.

o.1.9. APpetis & aureum torquem, qui coronam subsequitur, quis sit, cognoscere. Is fuerit Christi Seruatoris suaue iugum, qui collo veritati credentis animæ apponitur.

EPISTOLA CLXXVIII.

Tryphoni Architecto

PVlcherrima pœnitentia, & continua oratio: & inuocatio emarcido operibus homini odorem præstat. Accipit enim humanissimus Dominus Christus ex ore sordido preces lutulentas, si in humilitate ingenti offe-
nu.53. rantur. Teque suadeat clamans Latro, Memento mei
1. Domine IESV, cum veneris in regno tuo, extemplo audiens, Hodie mecum eris in Paradiso.

EPISTOLA CLXXIX.

Eidem.

SCribis te à peccatore infideli audisse, qui hæc diceret: Nihil à me differs, etiamsi Christianus es, cum sis & ipse peccator. Igitur effare ad ipsum hanc parabolam. Duos canes Paterfamilias possidebat; vnum, qui rabie E
actus Dominum ipsum membratim discerpere tentauerat, præcepit tympanis, ac fidiculis extendi: alterum, secundis auribus eum accipientem, lambentemque beneuole continuo pedes illius, ideoque eum amplectitur, alit seruatque.

EPISTOLA CLXXX.

Fortunato.

NOn est Philosophi, sed pusillæ cuiuspiam animæ Ps.118.
scandalum pati. Pax namque summa, ait, diligen- 165.
tibus nomen tuum, & non est illis scandalum.

EPISTOLA CLXXXI.

Secundiano.

IMmundum etiam posse in virginem electionem trans- 2.Cor.
formari, ostendit Paulus Corinthiis scribens, Des- 11.2.
pondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo.

EPISTOLA CLXXXII.

Callistioni

IVstus multifariam, multisque modis dicitur, veluti F
nonaginta nouem oues in parabola. Peccator vero tam- Matth.
quam qui deperditur, vel vnus vel nemo nuncupatur, 18.12.
vti qui nolit pœnitentiam agere, & virtutibus multi- Luc.15.
plicari. 4.

EPISTOLA CLXXXIII.

Eidem.

IN corporibus vna generatio est, cum nullus secunda vice generetur. At in animis eorum, qui se continuo sanctos fieri contendunt, plures generationes competiuntur: semper enim renouatus, & redintegratus nascitur iustus; in facinore aliquo bono hodie nascitur, rursumque si aliud egregium patrauerit, nascitur. Quapropter dictio in iustorum generationibus plurium numero
profluenter redundat apud Moysem, Hæ generationes Gen.6.
Noe: Hæ generationes Iacob: & si quis alius in plu- 9.
rium numero dicitur generationes habuisse.

EPISTOLA CLXXXIV.

Cyrino Episcopo.

POstulasti à me, quid illud innuat, Vanitas vanitatum? G
Vanum intellexeris, quod subsistentiam non habet, Eccl.1.
sed in sola verbi prolatione habet quod sit. Vanitas an- 2.
tem vanitatum, ac si quis dixerit, ipso defuncto magis defunctum, & ipso inanimato magis inanimatum: licet comparatiua auctio in similibus locum non habeat, exprimitur nihilominus eo verbo ad maiorem exuperantiæ dictorum declarationem.

EPISTOLA CLXXXV.

Eidem

ITerum crucifigentes, ait, Filium Dei, & palam tradu- Heb.6.
centes. Iterum eum crucifigunt Hæretici, non tan- 6.
tum qui peruerse baptismum iterare præsumunt, sed etiam ij, qui dicunt fore aliquando, vt Christus pro dæmonibus cruci affigatur.

EPISTOLA CLXXXVI.

Gainæ Copiarum Ductori.

OMnis creatura verbo, & sapientia, quod fit, habuit. Verum Deus Verbum, cum sua natura sa-
pientia, creaturæque vniuersæ, siue ea intellectu com- H
prehendatur, siue sub sensum cadat, conditor sit, quomodo creatura dicetur?

EPISTOLA CLXXXVII.

Eidem.

LVcem inhabitare inaccessibilem, ait, Deum omni- 1.Tim.
potentem, & Patrem, beatus Paulus. Hoc vero, 6.16.
quod mente tantum concipitur, suaque natura subsistit, & non comprehenditur, & sine vllis limitibus lumen, est adorandus Filius, & Verbum, & omnium Dominus. Hæc igitur si ita prorsus se habent, quanam ratione creaturam, & ex iis, quæ non erant, vnigenitum Dei Filium, & Verbum generatum fuisse, instruere te audent belluinis moribus præditi & Christi gregis perditores Ariani?

EPISTOLA CLXXXVIII.

Melisso Candidato.

HOnio in ægritudinem incidens, genium propter morbum commutans, inutilis ad opera, & imbe-

A cillior fit, nihilominus noxia concupiscit. Ita & anima à bono declinans, & in peiora immersa neruos quidem ad meliora exequenda amittit, & perniciosa ambit, & affectatur.

EPISTOLA CLXXXIX.

Thyrso Scriniario.

Deut. 25. 5. INgreditur, lex ait, ad vxorem fratris, & excitabit semen. Quicunque etenim homo, siue omnis hominis anima virum intellectualem à Deo assumens, legem scilicet internam, interemit ipsam, & ob segnitiem sepeliit. Hinc necessitas illius fratrem aduocauit, legem scilicet scriptam, vt ingrediatur ad vxorem legis naturalis iam demortuæ, & exsuscitaret semen ob segnitiem summam defunctæ.

EPISTOLA CXC.

Eidem.

AVersatus Deus Sophistas, & insulsissimorum sermonum, omnibusque mendaciis & erroribus confertorum artifices, coriariis quibusdam, & piscatoribus B propriam, salutarem, & splendidissimam pietatis & iustitiæ prædicationem tradidit.

EPISTOLA CXCI.

Eidem.

QVilibet pro inclinatione voluntaris, siue in malum siue in melius iudicatur. Teque suadeant, Iudas qui per vnam noctem à vita abalienatus, Magistrum prodidit, & Latro momento temporis vitæ conciliatus. Neque enim in memoriam reducentur iniquitates illius hominis, qui non vsquequaque à Deo defecerit; & cor prauum infidelitatis, ac stupiditatis assumpserit. Viuens Ezech. 18. 28. enim viuet, ait, cum conuerretur, & non morietur.

EPISTOLA CXCII.

Byrillo Macedoniano.

QVomodo audes Spiritum sanctum seruum compellare qui per immaculatum baptismum credentes omnes in libertatem vindicat? Dicit enim Apostolus, Rom. 8. 2. Lex spiritus vitæ liberauit me à lege peccati, & mortis.

EPISTOLA CXCIII.

Ignatio Proconsuli.

C IN facultate illius est, qui per os belluæ, Diaboli inquam, prolabitur, per pœnitentiam liberari; quemadmodum 1. Cor. 5. 1. liberatus, ac seruatus est, qui Corinthi cum nouerca consueuerat, ex aduersarij faucibus antequam abundantiori tristitia absorberetur, & in ventrem belluæ per pusilli animi angorem, ac desperationem immergeretur.

EPISTOLA CXCIV.

Eidem.

IPse per seipsum ad te cœlestis medicus oculis minime obiectus accedit, licet tu ad eum propter ægritudinem, & cogitationis languorem accedere non valeas.

EPISTOLA CXCV.

Eidem.

NOnnullos ipse cognoui, qui etiam propter suam humanitatem proxime accedentem animarum medicum ob stuporem, & summam nequitiam admittere noluerunt.

D EPISTOLA CXCVI.

Eidem.

Act. 9. 8. PAulus cum persequeretur Christi Ecclesiam, oculis obcæcatus est primum malis, & crudelitate inexplicabili, vt Dei, & iustitiæ lumen recuperaret. Non abs re Ioan. 9. 39. itaque Dominus dicebat, Ego veni in mundum, vt qui non vident, videant; & qui vident, cæci fiant: innuit siquidem se turpibus facinoribus, absurdisque deditos oculos effossurum; reseraturum vero, & medicaturum oculos intellectuales, quibus virtutum decor & diuinæ cognitionis conspicitur.

EPISTOLA CXCVII.

Eugrammio Legumperito.

Exod. 20. 21. INtroiuit, ait Moyses, In obscuritatem. Circa Deum obscuritas nihil aliud instruit, quam inintelligibile Dei atque inscrutabile; opacus enim, & siue lumine caliginis aspectus est, qui spissa, ac tenebrosa aëris crassitie, quæ in eo sunt, obtegit, oculos in eum intuentium arcens, & cogitationum præterea ipsarum curiosas de E Deo indagines, Tenebræ enim, ait, tegumentum ipsius, & non videbitur. Iob 22. 14.

EPISTOLA CXCVIII.

Eidem.

SOles inconsulto dicere versutum esse, atque astutum diabolum? neque ipse abnuerim. Veruntamen si sobrij esse velimus, sibi ipsi astutus erit & non nobis. Improbitatis siquidem genius solis ipsius possessoribus perniciem affert: sed virtus contrarie se gerens, non possessoribus modo, sed vicinis etiam emolumento est.

EPISTOLA CXCIX.

Eidem

VT discas, malum sibi ipsi soli esse malum, bonum vero & aliis bonum, testimonium tibi ex Prouerbiis adducam; Fili enim, ait: si prauus fies, solus exhauries mala, si sapiens, eris tibimetipsi, & proximo sapiens. Prou. 9. 12.

EPISTOLA CC.

Aristoteli Primati.

F MIcti dicitur Filius, non secundum quod Deus Verbum in sinu est Patris omnia continens. Ex ipso Col. 1. 16. enim, & per ipsum, & in ipsum omnia: & in ipso viuimus, mouemur, & sumus; sed secundum quod sibi- Act. 17. 28. metipsi adsciscit Deus Verbum, affectiones assumpti corporis.

EPISTOLA CCI

Eidem.

LVctus, qui pro peccatis fit, dulcem sibi mœrorem & tristitiam vindicat, & melleum illius amarum degustatur, spe bona, ac suaui conditum; propterea nutrit animam, cogitationem voluptate perfundit, cor pinguefacit, corporisque concretum florere, ac virescere facit. Quare optime Dauid concinebat, Factæ sunt Ps. 41. 4. mihi lacrymæ panis die ac nocte.

EPISTOLA CCII.

Eidem.

DOmine, ait, vt scuto bonæ voluntatis coronasti G nos. Idem iustorum fuerit scutum, & corona: Ps. 5. 13. propterea qui armis induitur intellectualiter coronatur. Namque Salomon dixit, Corona deliciarum de- Prou. 4. 9. fendet te.

EPISTOLA CCIII.

Therino Monacho.

QVemadmodum in mari genus hominum facinorosum, & audax, in mari, vbi ciuitas est, vel nauium statio, aut portus, nulla ratione in nauigantes impetum faciunt? id enim esset frustra se in discrimen adducere: verum si in alto mari nauiculam deprehenderint, quod illi ope auxiliaria destituti sunt, occasionem arripientes, omnia mouent, inuertuntque, nec prius absistunt, donec vel nauigantes immergant vel hoc ipsi subeant: sic & dira voluptatis tentatio, ei, qui virginitatem elegit, multam affert tempestatem, & grauem procellam, & non ferendos fluctuum turbines, omnia susque deque miscens, vt vi, & impetu nauem submergat. H Audiit namque, Monacho non esse in potestate vxorem ducere, & veluti in portum coniugij vsu se subducere; sed per omnia certamen, pugnamque aduersus dæmones, qui voluptatibus animam irritant, subeunda esse. Ne igitur admiremur, si bello impetimur; neque ad pugnam animum despondeamus. Habemus enim magnum defensorem, ac vindicem Spiritum sanctum, per quem poterimus diaboli omnia obscœnarum cupiditatum ignita iacula, & carnis facem, & incitamentum facillime negotio extinguere.

EPISTOLA CCIV.

Seleucio Diacono.

CVm quatuor inter alias virtutes primum locum obtineant, Prudentia, Fortitudo, Temperantia, & Iustitia; propterea & diabolus quatuor vitiis multa alia in se continentibus, ad sui ipsius propugnationem vtitur. Et audi, quid dicat Zacharias Propheta qua- Zach. 1. 18. tuor cornibus suffultam Satanæ potentiam intuitus,

Eleuati

A corruptionem nata est. Cum itaque Adam spreto Deo, Gen. 3. 6. comedendo quod vetitum fuerat, mortem contraxisset, Gen. 3. 21. ideo Deus eum tunica pellicea induit, vt recordaretur, nec in obliuionem veniret erroris proprij, & mortalitatis, quã ipse sua sponte contraxerat, & corruptionis. Pelles enim demortuæ mortem & corruptionem indicant.

EPISTOLA CCXX.

Eidem.

LIcet multarum necessitatum, & afflictionum tempestate iactemur, non ideo interpellabimur, ne Encæniorum solemnitatem in Hierusalem peragamus, & Ps. 149. 1. canamus Domino, vt ait Dauid, canticum nouum, Euangelicum nempe: Hierusalem enim modo anima subintelligatur, in qua nos solemnitatem diuinæ cognitionis, & vniuersæ virtutis celebramus, abiicientes veterem hominem, & nouum secundum imaginem & similitudinem Ps. 102. 5. Ioan. 10. 22. Domini creatum induentes: Renouabitur enim sicut Aquilæ iuuentus tua. Facta sunt itaque, ait, Encænia B Hierosolymis, & hyems erat.

EPISTOLA CCXXI.

Sabino Magistriano.

Iob 42. 13. TRibus Iobi filiabus rationem subiectam cognoscere cupis. Ab afflictionum itaque, & molestiarum nocte iussu Dei Iobus exemptus, necessario splendidissimum exultationis & indesinentis ac perennis quietis, & gaudij diem aspexit. Propterea primam Diem appellauit: secundam Cassiam: namque cassia suauiter olet: quod pro maleolentia execrandorum tormentorum, quæ antea subierat bonum supernæ gratiæ odorem assecutus est. Tertia porro Amalthææ cornu nuncupata, Græca lingua bonorum affluentiam notat. Tu vero non ignoras tot bona, quæ illi Dominus ante futurum seculum robusto, ac multa perpesso Iobo in hac vita propter ingentem tolerantiam, & validissimum ac celeberrimum fortitudinis facinus & tropæum exhibuit.

EPISTOLA CCXXII.

Drusilliano.

C SI corpus ægritudinibus obnoxium habens similla facinorosa sudes, eaque inhumana; quid, si firmum, se robustum habuisses, non fuisses ausus? Prænoscens itaque Deus cædes à te patrandas hominum, infandum istum furorem tuum vinculis, & necessitate calamitosæ & multiformis infirmitatis coercuit.

EPISTOLA CCXXIII.

Euphrasio Episcopo.

Leu. 13. 58. PRolixe, cumulateque precemur, lepram, quæ animam inficit, à stamine, subtegmine, & pelle abigi. Stamine neruosa Christi Ecclesiæ, Præsulum inquam, eorumque qui Leuiticæ dignitatis muneribus cohonestantur, pars intelligatur: subtegmine, qui instruitur, ac pascitur ab eisdem, sanctificatus populus innuitur: pelle, qui recens ad Deum accedunt, & adhuc inter catechumenos locum tenent, neque dum per sacri baptismatis regenerationem morticinum veterum indumentorum peccati deposuerunt, notatur.

D

EPISTOLA CCXXIV.

Eidem.

QVa ratione si quis ex imagine Regis affabre, diligenterque ex pretiosis lapillis per catum artificem constructa suppositam hominis figuram dissoluens, lapillos illos transferat, accommodetque, & ex iis formam canis, aut vulpis efformet, postmodum definiat asseueretque hanc Regis illam esse perpulchram, quam sapiens artifex constituerat, lapillos probe à primo artifice in Regis imaginem compactos, male vero à secundo in canis formam transuectos ostendens & nouum in modum lapillis indutæ menti imaginis nescios, qui ex figura Regis imaginem non receperunt, instruat, suadereque conatur hanc emarcidam vulpis figuram perpulchram illam Regis imaginem esse: eadem Hæresewn primi parentes, more verulatum verba, & dictiones consarcinantes, , & diuinæ Scripturæ parabolas nonnullas auellentes suis fabulis eloquia Dei accommodare contendunt. Sed vos hosce ne ignoretis.

EPISTOLA CCXXV.

E

Theocliano.

SEd nobis, ait Apostolus, vnus Deus Pater, ex quo 1. Cor. 8. 6. omnia, & nos in illum; & vnus Dominus IESVS CHRISTVS, per quem omnia, & nos per ipsum. Quomodo itaque multi Dij erunt, & multa principia? Erit ergo vnus omnium conditor, & non multi Dij, vt vos asseueratis neque multi Æones masculi, & fœminæ. Nam beatus Paulus, si sunt qui dicuntur multi Dij, quod 1. Cor. 8. 5. dicuntur, non sunt, protulit. Neque enim Dij sunt Sol, & Luna, & Stellæ, & reliquæ creaturæ. Et plani homines ea in Deorum numero collocant.

EPISTOLA CCXXVI.

Æliano Lectori.

INfelix ego homo, quis me liberabit è corpore mor- Rom. 7. 24. tis huius? Non decernit corpus esse mortem diuinus Apostolus, sed legem peccati, quæ in membris corporis est, per transgressionem, quæ in Adamo fuit, latentem in nobis, & in iniustitiæ mortem animam compel- F lentem.

EPISTOLA CCXXVII.

Teucro Diacono.

DE laudandis nostris operibus noster Dominus Seruator & Christus lætatur, diu noctuque continuo seipsum nutriens. Cibum enim manducare habeo, Apo- Ioan. 4. 32. stolis dicebat, quem vos nunc nescitis, postmodum scietis; eorum qui tunc ex Samaritana vrbe crediderant, & post eos infinitarum gentium, qui nomina Christo dederunt, salutis cibum propriis asseclis prænuncians. Esaias etenim de Christo præuaticinabatur, Butyrum & Esa. 7. 15. mel comedet, qui prius Adamum condiderat, postmodum vt infantulus, & homo visus est CHRISTVS IESVS Deus & cœli, & terræ, & visibilium omnium. Per butyrum & mel animæ nutrimentum, necnon suaue & mite Christianorum bonæ operationis subindicans.

EPISTOLA CCXXVIII.

Eidem.

SI bona opera facis, & mansuetudinem IESV æmula- G ris, butyro & melle eum pauisti: si iracundia turges, prauasque actiones effectas, non absque ratione de te Christus conuocishit, Dedit ille in cibum meum fel, & Ps. 68. 22. in siti mea potaurrunt me aceto.

EPISTOLA CCXXIX

Glycadio Protectori.

GLycadius dulcidus quidem nomine tenus, acidus vero insuauisque moribus es.

EPISTOLA CCXXX.

Demetrio Hæretico.

PEtiisti à me, vndenam Adamo, & sociæ pelliceæ Gen. 3. 21. tunicæ copia fuit? contra ipse à te posco, vndenam cœlum ex iis quæ non erant protensum est, & in sublime extensum? vnde Sol lucens conditus est? vnde Luna choreæque Stellarum? ex quibus substantiis montes scissi sunt? vnde Cnipis, & Culicis in Ægypto magno Moysi abundantia? quomodo ligneum baculum in serpentem animatum, repentemque conuersum est? vnde H legumlatoris manni datum est, vt veluti nix albesceret. Eadem itaque ratione tunc, ita Domino annuente, pelliceas tunicas absque animalibus, & arte humana, & vario opificio, eum artifit, his, qui cum Adam erant, confecit; quemadmodum & ab initio cum voluit, & cœlum, & omnia creata sunt.

EPISTOLA CCXXXI.

Eidem.

PRimum quidem illud firmum sit, quod non vt intellectu, sed vt sensu percipiebatur, Christus dixit, Ab Matth. 19. 4. initio, qui creauit masculum, & fœminam fecit? &, Eph. 5. 32. Quod Deus coniunxit, homo non separet. Postmodum dictum Apostoli per allegoriam explana, Magnum mysterium in Christum, & in Ecclesiam, quod ex carnibus ipsius, & ossibus sumus, quia participes Christi sumus, & ipsi in fide, cognitione, & virtutibus coniungimur.

A

EPISTOLA CCXXXII.

Fausto Primati.

PRædicamus, glorificamus, laudamus, adoramus Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, vnam naturam, vnam potentiam, vnam deitatem, vnam auctoritatem, vnam voluntatem, vnius essentiæ Trinitatem firmiter tenemus, & confitemur vnico, trinoque modo; vnico in vna essentia, & deitate; trino vero in tribus hypostasibus, siue personis.

EPISTOLA CCXXXIII.

Pelagio.

VEntriloqui, illique qui è terra clamant, frustraque sermones congerunt, vt Scriptura ait, fugiendi
Leu. 19. 31. sunt. Omnis etenim prohibitus, ac mendax sermo, veritate vacuus est. Vide quid dicatur in Euangelio, Ex
Ioan. 1. 16. plenitudine Dei accepimus. Qui vero verba frustra consarcinant Hæretici, non possident sermones ea plenitudine, sed omnes veritatis diuinæ potentiæ, ac sapientiæ
B vacuos. Qui ea ventre clamant: qui enim veritatem non possident, & eam profitentur, manifestum est eos è ventre clamare, suo ventri andientes, quibus Deus venter
Phil. 3. 19. est. Fons etenim sermonum ventri deditorum non ea Spiritu S. effluit, non à principe animæ parte, non à corde Christum concupiscente, sed à ventre emanat.

EPISTOLA CCXXXIV.

Diocletiano.

POtest quispiam ex parte dextra in sinistram facili negotio conuolui, vt ait Apostolus; Qui sibi videtur
1. Cor. 10. 12. stare, videat ne cadat: namque ad extremum vsque spiritum res humanæ in incerto sunt, hinc atque illinc se se deflectentes. Et sane tuis ipse oculis inspexisti Apollinarium in vita prudenti, & veneranda senio ingrauescentem, sermone honorificum, ab Arianis per aliquod tempus persecutionem passum. Hic nihilominus à Diabolo seductus, in hæresim incidit, palamque veluti dogma enunciauit, Filium Dei loco è superiori carnem assumpsisse, anima, menteque expertem, & diuinam inhu-
C manationem vocat Verbi deitatem. idque opera vniuersis hominibus inuidentis Diaboli; quemadmodum vni ex Sapientibus dictum est, inuidiam semper esse magnorum, ac fortunatorum successuum aduersatricem. Sic per viros magni nominis, & qui maxima in admiratione fuerunt, nonnihil comminiscitur, vt Dei Ecclesiam turbet, mœrore afficiat, ac valide concussam confodiat.

EPISTOLA CCXXXV.

Saburio comiti.

Ps. 121. 3. DE intellectuali Hierusalem, id est Ecclesia scriptum est, Cuius participatio eius in idipsum. Omnes enim credentes, vnum corpus, & vnus spiritus, vnaque ciuitas moribus cum simus in idem conuenientes, in pacis vinculo & charitatis, vnanimiter Spiritus sancti munerum participes euadimus.

EPISTOLA CCXXXVI.

Naucratio.

Luc. 15. 8. INcarnationis dispositionem lucernam vocat: Sapientia quippe Dei dictam lucernam accendens drachmam
D deperditam inuenit.

EPISTOLA CCXXXVII.

Eidem.

Rom. 9. 27. QVod salute est dignum, omne inuentum est; indignum propter impœnitentiam, & stuporem non
Isa. 10. 22. dicitur inuentum. Etenim licet sint sicuti arena maris, reliquiæ saluabuntur. siue quod apud Apostolum resi-
Rom. 11. 5. duum secundum electionem gratia dicitur, quod per fidem seruatur

EPISTOLA CCXXXVIII.

Eidem.

1. Cor. 9. 22. SI omnes, vt tu dicis, saluantur, quomodo factus sum omnibus omnia, vt omnino aliquem lucrifacerem?
Rom. 11. 14. quomodo ad æmulandum prouocem carnem meam, vt aliquos ex illis, non omnes, saluos faciam?

EPISTOLA CCXXXIX

Eidem.

NOnnulli Prophetas Apes nuncupant: mellificium eorum tradunt esse diuinam Scripturam.
E Bonum itaque fuerit credere Salomoni dicenti; Fili mi,
Prou. 24. 13. comede mel, vt animæ fauces dulcescant. Cibum dulcem, ac melleum vocat lectionem, & eloquiorum spiritus meditationem.

EPISTOLA CCXL.

Eidem.

Matt. 1. 25. POscis à me, quid illud notet, quod scribitur, Non cognoscebat Ioseph Mariam, donec peperit? id est, non callebat, neque sciebat, quod Deipara Maria osten-
Luc. 2. 11. deretur. Sed post partum admirabilem annunciauerunt Pastores Angelorum sermones; Natus est in mundo
Luc. 2. 13. Christus Dominus in ciuitate Dauid: Et, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, &c.

EPISTOLA CCXLI.

Callimacho Memorialio.

Ps. 18. 11. SImplex ac nuda diuinitus inspiratæ Scripturæ litera Fauus non male dicitur, qui sub litera veluti thesaurus absconditur sensus, figurate mel vocabitur.

EPISTOLA CCXLII.

Paulo Decemprimo.

Esa. 8. 18. ECce ego, & pueri mei; Seruator Christus per Esaiam clamabat. Quemadmodum enim puerulis, Sanctis expedimt Seruator, quæcunque illi capere poterant, aliisque ministrare. Christi quippe perfectioni Sancti omnes æquiparati pueri sunt.

EPISTOLA CCXLIII.

Cyrillo Primati.

Gen. 3. 20. FIgurate principio condita Eua Vita vocata est, vt illi secundam adnotaret, Sanctam nempe Mariam, quæ vitam hominum Christum Dominum gloriæ peperit, Ipsa siquidem vera mater omnium, qui Euangelicis præceptis consentanee viuunt, neque per incredulitatem animis emoriuntur, ostenditur.

EPISTOLA CCXLIV.

Eidem.

Iob 38. 36. QVis autem textoriam mulieribus tradidit? à Iobo Dominus percontatur, Prima siquidem mulier te-
G xendorum vestimentorum, quæ oculis obueniuntur, sapientiam habuit, vt patentem corporum nuditatem illis contegeremus. At secunda, Deipara nempe, talem sapientiam, & artem variegandi, indicauit, vt ea lana ab ipsa progeniti agni, fideles omnes incorruptibilitatis indumentis circumuestiret, & nuditate non omnibus
Ps. 44. 14 patente liberaret. Omnis enim verus Christianorum cœtus adest à dextris superni Regis in vestitu deaurato, circumdatus varietate infinitis virtutum generibus multiformis.

EPISTOLA CCXLV.

Eidem.

Gen. 2. ADam creatus, Eua extructa est: vt Deus Verbum commonstraret, sibi quidem intaminatum corpus ex Maria condidisse, ex aperto vero ipsius in Cruce latere sponsam sui Ecclesiam extruxisse.

EPISTOLA CCXLVI.

Eidem.

H
Matt. 1. 25. SCripsisti; si prius non cognoscebat Virginem Ioseph, donec pareret, omnino post partum cognouit. Quomodo itaque cognouit? Manifestum est cognouisse, illi, quæ à Deo ita cohonestata fuerat, vt Virgo ante partum, & rursum Virgo post partum permaneret, honorem ac reuerentiam exhibere.

EPISTOLA CCXLVII.

Eidem.

QVi, dum pareretur, vuluam immaculatam adaperuit Dominus noster Christus, ipse & post partum, propria sapientia, & facultate, non sine miraculo illam obsignauit, nullo modo sigillis virginitatis solutis. Quod Dei opus esse, quicunque sanę mentis est, fatebitur,

EPISTOLA CCXLVIII.

Eidem.

TOtam mentem tuam ad carneas cogitationes deflectis, dicisque, Cognouit illam: si cognouit, concubitum innuere. Veruntamen scias, mi nasutule, Iosephū neque voluptatibus, neque libidinibus deditum, sed pijssimum iustissimumque fuisse. Hic cum audisset ab

Angelo

A Angelo de Virgine iam parturiente, Quod ex ea nascetur,
Matth. 1. 20. de Spiritu Sancto est, & generabitur, & salvabit populum suum, & regnabit in æternum; sibi cavendum esse
Luc. 1. 32. duxit à facie Domini, stupens ipse propter stupendum, atque admirabilissimum arcanum. Quapropter in posterum non vt procus, aut maritus, sed vt cultor, & minister Dei constantissimus, continentia propriis cogitationibus compressis, cum omni pietate, & summa castimonia, & timore Dei, quæ dicebatur, nec tamen erat, vxor ipsius, se Mariæ mancipaverat.

EPIST. CCXLIX.

Ptolemæo.

SI quemadmodum Appollinarius, ita & tu dicis, Deum Verbum, è cœlo carne desumpta in terram descendisse; quæ porrò Beatæ Virginis necessitas? itaque, prudentissime vir, exquisitissime scito, eum qui secundum Deitatem creatus non erat Dominus, ipse semet à Virgine sine semine & corruptione, & absque omni sorde secundum humanitatem efformasse. Vbi porro Spiritus
B Sanctus adest, ibi nulla omninò pollutio intelligenda est.

EPIST. CCL.

Eusychi Presbytero.

Ioan. 3. 23. LOcus, qui vocabatur Ænon, trans Iordanem erat. Is porro significat oculum tormenti; examinatam scilicet, & exquisito examine, ac doloribus improbam speculationem. Perspicaciores itaque fuere, qui baptismo abluti sunt. Salem notat filium ascendentem: & Iordanes descensus Græca dialecto exprimitur. Trans verò descensum est, eorum ascensus, qui à discipulis Christi, in nomine Servatoris nostri Christi baptizantur.

EPIST. CCLI.

Eidem.

POenitentia delictis exanguem, ac demortuum in vitam restituit. Ipsa enim regenerationis symbolum est, eropbæumque, quæ hinc oculis iam vsurpatur, resurrectionis.

EPIST. CCLII.

Heraclito Scholastico.

C PRima tentationis irruptio, vnde affectiones initium sumunt, nostræ facultatis examen quodammodo est. Exempli gratia: oculis spectaculum obiectum est, quod desiderium irritare valet; per id tuam facultatem adversarius, si robustus, & apparatus es, sive æger, & qui facile capi possis, examinat. Quod si voluptate sensus ad spectaculum inflexus fuerit, & characteris illius imago per oculos in mentem irrepserit; tunc penetralium & abditorum dux, mens scilicet, debellatur.

EPIST. CCLIII.

Eidem.

Deut. 20. 8. SI quis, ait, homo formidolosus est, & corde pavido, revertatur in domum suam, & ne exeat ad bellum, ne pavere faciat cor fratris sui. Potest enim quispiam, si meticulosus & pavidus est, & pugnam dæmonum, robusti ardentem ad egregia quæque propensionem dissolvere.

EPIST. CCLIV.

Eidem.

D CVm non pusillum malum sit iis, qui temere & frustra deblaterant, acies linguæ. Propterea pro porta, & vecte sanctus Moyses silentium posuit. Namque ideo duas aures possidemus, linguam vnam, vt plura ad salutem audiamus, quam loquamur, per bona opera potius clamantes, & divina facinora. Recte itaque Moyses ipse,
Deut. 27. 9. & Sacerdotes, & Levitæ vniverso Israëli mittebantur dicentes, Tace Israël, & audi eloquia Domini.

EPIST. CCLV.

Leonide Comiti.

QVæ apud insipientes gentes Fortuna, & Fatum nuncupabatur, neque vnquam fuit, neq; est, neq; erit aliquando, neque vsquam apparuerit. Cave, ne tu illi, quæ nulla subsistit, subsistentiam elargiaris, ex præcepta prænotione insulsarum gentium ineptias, ac nugamenta subsequens.

EPIST. CCLVI. E

Thalliano Illustri.

ALij quidem præcipientibus Monachis cum gaudio, & alacritate magis obediunt, quam ipsi præcipiant. Se quippe Deo obedire cognoscunt, & Deo gratias agunt & tamquam à Deo honorandi pro dignitate eos honorant. At tu præceptis gravibus Asceras, qui circa tuum oppidum degunt, veluti mancipia, molestus fatigas. Et quomodo te Christi amantem compellabo.

EPIST. CCLVII.

Februario Diacono.

NE vitæ ampla, remissaque avide nimis perquiras. Potius angustiorem, pressioremque viam studiosè conquirito.

EPIST. CCLVIII.

Hilario Presbytero.

CVm per duos menses in oratione, & quiete persistere poteris, tunc vel vnguem aliquem, vel pusillam imaginem laboriosæ patientiæ, & sudoribus obno- F
xiæ vitæ, & instituti eorum, qui per totum vitæ spatium Monasticæ regulæ, & ab omni strepitu vacuæ quieti addicuntur, cognoscere poteris.

EPIST. CCLIX.

Eidem.

CVm fures perversis moribus sapientes gentium essent, à Moyse, & Prophetis potissima eorum dogmata male grati, & beneficij immemores accipientes, iactantiam, & tumorem struunt, tamquam propriis aliorum elatitantibus insolescentes.

EPIST. CCLX.

Dionysiodoro.

HAud necessarium fuerit, nec laude dignum iis, qui nonnullorum hominum accusationem instituunt, credere, licet accusatores venerandi videantur. Perquam enim vtile, & quæstui vberrimo fuerit & accusatorum responsionem expectare: postmodum vtrisque auditis legitimum, ac iustum, & vt par est, iudicium ferre.

EPIST. CCLXI.

Iulio Fœderato.

VIctus quotidiani immodici finis, vt manifesto apparet, supplicium, sæpe etiam numero & malam ægri- G
tudinem corpori conciliat.

EPISTOLA CCLXII.

Cornelio.

VIsitabo, ait vaticinium, super eos, qui induti sunt Sophon. 1. 8.
vestibus peregrinis. Qui enim virtutem non tenet, dissimulatione verò vsus virtutem se possidere contendit, manifestum est eum alienis vestibus circumvestiri. Et qui à catholicis auribus aliena sentiunt, simulantes se proba docere, propter prava dogmata aliis insinuata, se à divina veritate, & iustitia longe esse deprehenduntur; namque alieno indumento circumvestiti sunt, quemadmodum lupi pellibus ovium.

EPIST. CCLXIII.

Gaina copiarum Ductori.

QVi est splendor gloriæ: Exemplo sermonem con- Heb. 1. 3. H
ferit magnus Apostolus, vt passioni minime obnoxium significaret, splendorem hunc neque ex detrimentum passo, aut imminuto Patre, esse sine subsistentia, quam in alio habetet. Ne itaque hoc de Deo Verbo intelligas. Considera enim quæ statim Apostolus subdit: Et character hypostaseos illius. Quemadmodum enim Pater, ita & Filius enypostatus est: non absque principio Filius tamquam qui principium habet Patrem, vt Ioan. 1. 14.
Patrem, non vt Creatorem. Vide præterea, quomodo loquatur splendor iste in Evangeliis, Ego sum lux mundi: lumen ex lumine. Character aliud quidpiam est abeo, cuius est character, non vsquequaque aliud, sed tantum secundum hypostasim.

EPIST. CCLXIV.

Philoromo Comiti.

SI bellorum laborem, ac validam Monachorum pugnam, quam cum facinorosis dæmonibus continuis adversariis ineunt, & nunquam cessantem, nec sibi aliquid condonan

A donantem salutis curam, & studium, & innumeras animæ molestias, amarotemque, qui ex variis adversariarum vlturum tentationibus provenit, comprehendere poteris: ne tu, si quando temporis progressu Ascetarum tibi affluens, ac dapsilis mensa videtur, maximum malum, & gravem inopiam, & victum austerum, eam enim ruis perpetnis, ac libidinosis luxibus, & lautissimis convivijs comparans, ac diiudicans, existimabis. Ne itaque condemnes, neque eos, qui quandoque solamen aliquod participatione bonorum ciborum cum divina facultate, & libertare proba, & bonis cogitationibus, defesso corpori suppeditare conati sunt, Monachos irrideas.

EPIST. CCLXV.

Athanasio defensori.

POstulasti à me, si essentialis sapientia, omnium Dominus Christus, solus plenus, & perfectus, & à principio nullius indigus est; quomodo de eo Lucas scribit, (Luc. 2. 52.) Proficiebat ætate, & sapientia, & gratia? Non quod deforis alicunde, quam domi habebat, sapientiam assumeret; B totus enim sapientia, & cognitio comprehendi nescia, & gratia, & thesaurus gratiarum inexhaustarum secundùm Deitatem erat; sed quod proficiente humana Servatoris ætate hominibus elucidabatur divinæ sapientiæ, ac gratiæ indicatio.

EPIST. CCLXVI.

Drusiano.

LIcet adhuc cornua vitulo non eruperint, veruntamen ipse scit, quod erumpent; hinc capita quod sibi adversari videtur impetit. Sic & David, licet Servator Christus secundum dispositionem, nõdum apparuisset, nihilominus vt Propheta, vndenam salutis cornu erupturum erat, agnoverat, hoc est, ex semine, & genere Davidis. Quapropter ipse David dicebat, In te inimicos nostros (Ps. 43. 6.) cornu peremus, hoc est, per te, & per tuam potentiam, & cornu visibiliter adversarios nostros dæmones oppugnabimus. Non enim ex nobismetipsis invincibiles hostes superare nequimus.

EPIST. CCLXVII.

C *Æliano Episcopo.*

AAronem ostentans in omnium admiratione ea, & bene sonantia tintinnabula appensa gestans; qui enim tibi subsunt ex Clero, hi quidem silentium exercentes tuba magniloquentius insonant; alij divino verbo, splendidisque colloquiis illis tintinnabulis consonantius interstrepentes, beatum sonitum in ipsas mentis aures importent.

EPIST. CCLXVIII.

Priscilliano Diacono.

SI ex persona Domini nostri Iesu Christi proposita (Sap. 7. 2.) per te verba asseris dictata esse à Salomone in Panareto: quamobrem sermonis illius Scriptor ait sese ex voluptate, & somno ortum duxisse? Fatcare itaque tuam oscitantiam. Servatoris namque in ventre Virginis conceptio, prorsus sine voluptate, non sordidata, intaminata, immaculata, pura, & incorrupta fuit.

EPIST. CCLXIX.

Ioanni Monacho.

D SÆpenumero alia alius satanica ministeria Dæmones in tentationem, & noxam hominum exercent. Sæpenumero etiam vnus Dæmon multas molitur improbitates. Quemadmodum enim fieri potest, vt vnus homo agricola sit, & faber, & excusor, & cortarius, & figulus, & pictor, & alia; pari ratione etiam fieri potest, vt vnus Dæmon & iracundiam, & fornicationem, & inanem gloriam, & in- (Matt. 4. Luc. 4.) videntiam, & alia insinuet. Et attende, eundem facinorosum, & hominum osorem adversarium, & gulam, & inanem gloriam, & avaritiam Christo, qui vt homo tentationibus subdebatur, proposuisse.

EPIST. CCLXX.

Carpaliani.

PArum abfuit, quin nos in stuporem adduxeris, fabellis in medium adductis, per somnium dives factus plurimis mundis, & Æonum multitudine, & terminorum, atque confiniorum enumeratione, sed quæ in folio commonstrantur. Ac multos iam abhinc annos compositam à diversis refutationem, & similium dogmatum reprobationem perlegens silentio magis tibi honorem E comparas.

EPIST. CCLXXI.

Evethio Tribuno.

CVm mihi fœdera inter canem & hyænam ostenderis, tunc tibi credam dicenti, excultum ad humanitem posse esse virum, qui nunquam exsaturatur divitiis.

EPIST. CCLXXII.

Eidem.

NEque lupus cum ove vnquam amabiliter in societatem venit; neque immisericors, & quæ nunquam exsaturatur cogitatio, bona voluntate amicari sustinet.

EPIST. CCLXXIII.

Eidem.

QVæris à me, quare in proprium genus amorem canem vocaverim? nam canis est ipse, rabiose sæpenumero inhumanitatem omnem, & omnem improbitatem, duritiem, insolentiam, tenacitatemque discerpens. Canis itaque est non vituperabilis, sed laudabilis potius erga homines amor, ac benevolentia. F

EPIST. CCLXXIV.

Eidem.

SI perpetuo contenderis in dæmonas, & affectus latrare, non latrabis in homines.

EPIST. CCLXXV.

Eidem.

SCripsisti, propter quid non cesso baubari? sed sæpius significavi, gratia tuæ pusillanimitatis, & illiberalitatis. Præ admiratione namque in stuporem me commovebis, si vel minimum tuæ inhumanitati pugnam atque certamen inieris.

EPIST. CCLXXVI.

Felici Presbytero.

ROburstarum firmarumque animarum est per multas tribulationes præsentis sæculi iter peragere. Sic enim Dominus forti, & constanti anima vsus est.

EPISTOLA CCLXXVII.

Severo Primati.

AEthiops pellem non mutat, neque versicolorem varietatem Panthera. Tu vero poteris, dummodo G voluntas fert, & à tenebrosa sententia liberari, & variæ multiplicisque improbitatis iniusta signa abluere.

EPISTOLA CCLXXVIII.

Eidem.

QVæris à me, quid est, quod ait Deus per Prophetam; (Ier. 3. 26.) Detegam posteriora tua in conspectu tuo, & tunc videbuntur fanda, infandaque opprobria tua. Etenim in divino illo, ac tremendo iudicio, omnia in faciem tuam mala, quæ hic perpetrasti, adstabunt: vt videns, & cognoscens in confusionem, timorem, ac tremorem concedas.

EPISTOLA CCLXXIX.

Calotyro.

AQuæ sæpenumero homines nuncupantur: namque (Esa. 17. 12.) dicunt prophetæ, Ecce velut aquæ multæ populi multi; Et, Multitudo multarum gentium velut aqua perstrepet. Et, Ecce ego adducam super vos aquam multam (Esa. 8. 7.) Regem Assyriorum. H

EPISTOLA CCLXXX.

Eidem.

CHristus Deus, & omnium Dominus, clare, ac palam in Evangeliis, eos qui omni genere malitiæ prægravantur, advocat: Venite ad me clamans, & ego reficiam vos. (Matth. 11. 28.) Hoc enim illi & de cœlo descensus in causa fuisse asseveravit. Non enim, inquit, veni iustos vocare, (Matth. 9. 13.) sed peccatores ad pœnitentiam. Et, qui bene valent, non indigent medico, sed qui male se habent: (Matth. 9. 12.) nullo modo in desperationem rapiaris, sed potius spe meliori confirmare.

EPIST. CCLXXXI.

Sylvano Cœnobitæ.

SI prorsus Dæmones conculcare nobis in animo est, per omnia ostendamus humilitatem, longe à nobis propriam voluntatem remouentes. Et quemadmodũ ieiunium libenti animo amplectimur, ita præcipientib. illis

qui

A qui nos præcesserunt; sic & comedere, & bibere, & ad tempus defessum corpus quieti tradere, cum ab illis, qui res experiri, ac diiudicare optime callent, suademur, alacriter imperio audiamus, ac sine vlla hæsitatione. Magis siquidem ieiunio ipso, quæ per obedientiam refectio fit, Dæmones flagellat.

EPIST. CCLXXXII.

Thalassio argentario.

QVomodo ex intellectualibus nonnulli, quendam pererrantem hominem, sepulturæ appositum in alienam patriam dimiserunt, tenebris cuncta occupantibus? manifestum, prava advocatione, & rerum naturalium facultate à Dæmone hominem sublatum in aliam regionem transportatum fuisse. Eadem itaque ratione hominem in bestiam convertere sæpius videntur venefici, non substantiam corporis immutantes, sed pecudis formam illi appingentes. Itaque licet homo, quemadmodum asinus sella prægravetur, quantum potest ipse vt homo sustinet, reliquum humeris Dæmon attollit.

B EPIST. CCLXXXIII.

Sostheni Commentaresio.

FAtuum te, insulsumque esse deprehendo: nam si Deiferum Virum Ioannem Episcopum Constantinopolitanum, tanquam iracundiæ deditum, & nimium se iniuriis, in facinorosis reprehendendis, oblectantem, & illis qui præ indolentia, ac stupore nihil persentiscunt, doriter, asperèque obiurgandis, culpas: tempus iam est, vt & Ioannem baptistam, genimina viperarum nonnullos qui venenosis moribus erant, nuncupantem, infimules, & Apostolum iniuriosum esse; bis Galatas insensatos appellantem iudices; iniuriæque dicam Prophetis impingas, cùm equorum fœminas deperientium, & canum latenter mordentium, & luporum, & cornicum nominibus rationis compotes insigniant, reprehensionibus pererrantem in meliorum frugem revocantes. Quid porro de omnium Deo, & provisore Christo humili, qui propria clementia, & mansuetudine, omnem mansuetudinem superaverat, cum audis ab ipso, stultos, & cæcos, C & filios Diaboli: & zizania, & canes, & porcos, & aliis quibusdam mordacibus peccatores vocitari, pronunciabis. Matth. 3. 7. Luc. 3. 7. Gal. 3. 1. & 3.

EPIST. CCLXXXIV.

Theonæ Remp. gerenti.

SIne vllo solatio mœrore angi, & deplorare, & ieiunare pro demortuo consanguineo, incredulitatis, ac abiectæ spei indicium est. Qui credit, sepulturæ nunc traditum à mortuis resurrecturum, spe confirmabitur, Deo gratias aget, lacrymas transferet in hilaritatem, demortuus vt sempiternæ misericordiæ particeps fiat, deprecabitur, necnon ad propriorum errorum emendationem prolabetur.

EPIST. CCLXXXV.

Eidem.

QVisquis iucunde, ac fortiter animo rei desideratæ tulerit iacturam, is philosophus vocabitur, & magnanimus, & multa, quæ antea commiserat; errata dissolvet.

D EPIST. CCLXXXVI.

Thessalio Diacono.

SI canis latrans gigantem vinci nescium offendet, offendet vtique & fide conspicuum spiritus blasphemiæ, animæ molestiam exhibens.

EPIST. CCLXXXVII.

Dracontio.

Iob. 9. 17. TImeo inquit Iob, ne me caligine perdat Dominus: hoc est, ne aliquando ex sorte eorum, qui idonei facti sunt in lumine gloriæ eius, me separans, sempiternæ caligini tradat. Quapropter neque lente, neque secure vitam transigamus.

EPIST. CCLXXXVIII.

Eubulioni.

HÆretici lupi, eos qui à pessima hæresi ad rectam fidem transiliunt, & non sine laude convertuntur ad pietatem, repraedatores, ignominiosósque vocant.

E EPIST. CCLXXXIX.

Pierio Syncletico.

HVmanissimus omnium Servator Christus, quod ad ipsum spectabat, omnes homines venit salvare. Conspicimus tamen non omnes semetipsos suæ saluti dedere. Cognoscamus igitur, nosque metipsos ob desidiam, & pravam voluntatem deploremus, neque optimo Domino scelera tribuamus.

EPIST. CCXC.

Athanasio defensori.

HAud dissimilis es poscenti, videre vellem pluvias terram vniversam inebriantes, sed nolo frigore rigescere. Verumtamen quomodo fieri potest, vt absque frigore pluvias obtineas? Quomodo ergo appetis, exorasque tibi spiritualem aliquam gratiam sine dolore, & afflictione? Opus est, eum, qui vult, sive homo è vulgo, sive Monachus sit, munus quidpiam cœleste obtinere multas sufferre afflictiones, & tentationes, & angustias, quæ omnia validissimæ hyemis rationem præseferunt, & sic postmodum Spiritus sancti fructus demere. F

EPIST. CCXCI.

Eidem.

ETsedisti illis tamquam cornix, dicebat Propheta: Ier. 3. 2 hoc est, per multum tempus Dei oblitus anxie nimis in iniquitatibus, & per iniquitates Dæmonibus immundis immorabaris. Cornix etenim in multos annos vitam protrahit, & liberorum est amans. Omnis itaque voluptuarius, & mundo deditus nimium amat, & diligit proprios filios, noxias nempe res, atque execrandas.

EPIST. CCXCII.

Herimo Comiti.

QVæ dicitur, nec tamen est, inaccessam, atque insignem Præsidum provinciæ cathedram avide te peroptare audio. Scias itaque Vir illustrissime, quæ tibi ab hominibus ridicula, & dedecore oppressa gloria defertur, parvam & vilem, & paucorum dierum esse. & à vernis floribus nihil differre; ingentem verò, multamque quæ subsequitur, deformationem. Itaque si non vis probra, despice gloriam illam, quæ facile dilabitur, amittitur, atque imminuitur. G

EPIST. CCXCIII.

Firmilliano.

PRo patribus tuis nati sunt tibi filij. Qui enim in lege Mosaica, Deo cultum principio exhibuerunt, il- Ps. 44. 17 lique placuerunt, secundum post Apostolos in Ecclesia locum obtinuerunt: filij enim Apostoli erant Hebræorum Synagogæ; sed cum postea digni habiti sunt, vt Christi discipuli fierent, & per omnia Magistrum imitarentur, vitæ instituto, & dignitate proprios patres, qui in lege iam olim iustificati fuerant, filios esse suos ostenderunt.

EPIST. CCXCIV.

Eidem.

POteris etiam dictum, & in aliam sententiam retorquere: quæ ante non multum tempus à nobis per- Ps. 44. 1 tractata sunt. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: quòd quod scilicet pridem patrum tuorum tempore sæpius à Deo munus postulasti, & sæpius non obtinuisti, neque exauditus es, hoc effœta iam ætate super alios filios consecutus lætaris, & gaudes: Melius enim, ait, filiis & filiabus, munus Dominus tibi tribuet. H

EPIST. CCXCV.

Socrati Presbytero

PRopria Deus bonitate constitutis omnibus, omnium curam gerit, non dignitatem eorum, quos ipse prævidet, respiciens, sed suipsius electionem, & cuiuscunque boni suppeditationem. Quapropter & alimenta, misericordia, & commiseratione, in eum respicientibus exhibet. Et hoc fuerit, quod à Psalmodo concinitur, Misericors, & Ps. 110. miserator Dominus, escam dat timentibus se.

EPIST. CCXCVI.

Cyriaco Diacono.

NE, vt vesani facere suevere, corporis, quæ generationem propagant, partes abscidas, sed precare, exoraque Dominum, invisibili potentia interiorem hominem evirare: ne vlira intelligas, neque mente revolvas masculum, & fœminam.

A

EPIST. CCXCVII.

Eidem.

Heb. 3. 13. Iob. 1. 1. Dictum Apostoli, adhortamini vosmetipsos, donec Hodie cognominatur, & quod in Iobi libro scriptum est, Factum est, vt dies hæc, præsens æuum vniversum indicat: vnus siquidem dies est humana vita omnis. Continuo enim, sempeque Satanas exposcit. Factum itaque est, vt dies hæc: hoc est, tale quid tunc fieri contigit, quale & nostris hisce temporibus sæpenumero vsuvenit iis, qui à Diabolo tentantur. Adeo vt haud rectè fuerit contemnere; quinimo deprecatione, & spiritus consolatione mentem firmemus, ne nos adversarius per desperationem obglutiat.

EPIST. CCXCVIII.

Eidem.

Gen. 17. 16. Occulta manu Deus bello vexat Amalec, vt refert Moyses. Dominus enim noster, oculorum effugiens obtutum, pro nobis Diabolum oppugnat: nos verò propter nomen suum, & propriam misericordiam beneficiis afficit, fovet, ædificat, ordinat, intus extraque circumsepit, custodit, & servat misericordiæ, ac humanitatis amans Dominus.

B

EPIST. CCXCIX.

Hippodico Scriniario.

Sæpius nonnulli preces effundunt, vt à proprio liberentur corpore, tamquam ab eo, quod animam ad delinquendum compellit. Potius illis comprecandum esset; vt à propriis facinorosis moribus, menteque sordida, & affectionibus involuta exonerarentur.

EPIST. CCC.

Eidem.

Manus Christi cruci affixæ, pedesque clavis perforati, malarum actionum, & ad omnem impietatem, & scelus impetus impedimentum, & cessationem, firmumque obstaculum notant. Namque Dominicæ crucis virtute prostravimus, ac conculcavimus, & ablegavimus prius nos vincentem, ac illudentem, & tantum non cogentem iniquitatem.

C

EPIST. CCCI.

Mauriano.

Dei Filius Iesus Christus sibimetipsi non pepercit, vt nobis parceret; qui solus sine peccato erat, pro peccatoribus mortem oppetiit. Ne itaque diffidas, sed ad salutem allaturum contende.

EPIST. CCCII.

Theopompo Syncletico.

Zacch. 3. 3. Figurate, immo prophetice Iesus Iosodeci filius aliquando visus est sordidis vestimentis indutus. Verumtamen quæ sordibus inquinatæ fuerant, vestibus depositis, intaminatas assumpsit. Id Ideo factum est, vt cognoscamus, addiscamusque, quod quemadmodum imaginem terrestris portavimus, ita portabimus & cœlestis imaginem; magno siquidem intervallo Christus propriis virtutibus hominum sordes exsuperat. Quapropter orandum est, vt relaxemur, liberemurque à diuturna præceptione, neque in contaminata, & opprobriosa conditione vitæ finem ponamus.

D

EPIST. CCCIII.

Hilario Monacho.

Cant. 4. 8. De vertice Sanir, & Hermon, in Cantico Canticorum dicitur. Sanir viam lucernæ notat, Hermon offerrumentum est. Per verticem ratione præditam facultatem nobis Salomon indicavit. Nosmetipsos itaque totos Deo Matth. 7. 14. voveamus, ac offeramus, diligenter propositam nobis viam angustam, ac longam, oculis animæ præceptorum divinorum splendore illuminatis, pedites ineuntes.

EPIST. CCCIV.

Eidem.

Zacch. 3. 3. Quæ in Scriptura referuntur sordida vestimenta, cogitationes pravæ sunt, & colloquia mala, exlegesque actiones. Propterea que de Iuda in libro Psalmorum Ps. 108. 18. traditur, Induit maledictionem sicut vestimentum; & Ps. 70. 13. Operiantur confusione, & pudore, qui quærunt mihi mala. Nihil enim magis infamat, execrandumque hominem reddit, peccato.

E

EPIST. CCCV.

Chimasio.

De iis, qui aggressi sunt, nec admirabile virtutis opus perfecere, Propheticum illud dixeris, Anteriora ipsius paradisus deliciarum, & posteriora illius campus perditionis. Ioel. 2. 3.

EPIST. CCCVI.

Timoni Episcopo.

Protegam, ait Deus, civitatem hanc, propter me, & David servum meum. Civitatem nunc fidei addictissimam animam intelligamus. 4. Reg. 19. 34. Reg. 20. 6.

EPIST. CCCVII.

Eidem.

Ne vnquam Deum reprehendentem, & flagellantem renuamus, neque avertamur à spirituum patre; ne propter minimam negligentiam, & pusillanimitatem ab æterna illa, & quæ auferri non potest, hæreditate in cœlis nobis præparata, & nunquam cessante lætitia excidamus.

F

EPIST. CCCVIII.

Balcho Præfecto.

Ne seminetis, dictum Propheticum est, super spinas: hoc est, Ne iis, qui multis inquietantur negotiis, Ier. 4. 4. & voluptates sectantur, hominibus, eloquia Dei concredatis. Perversas enim voluptates, & invtiles animæ curas divinæ leges spinas nominarot.

EPIST. CCCIX.

Asterio Lectori.

Nolo te opinatione, sed optima vitæ ratione, & Dei cognitione ad virtutem progredi.

EPIST. CCCX.

Eidem.

Peccatum non reputabitur, si lex non est. Quousque Rom. 5. 13. enim non completa est in nobis lex, quæ iubeat ea, quæ facienda sunt, prohibeatque contraria secundùm innatas nobis de bonis, & malis animadversiones, peccatè nusquam reputamur. Namque absque lege peccatum mortuum est. Dùm verò lex in nobis completa fuerit post cognitionum perfectionem, & præcepto adveniente, statim malitia in nobis invenitur, & peccatum revixit.

G

EPISTOLA CCCII.

Eidem.

Quemadmodum circumcisio facinoroso Iudæo in præputium reputatur; ita & continentia, & ieiunium in crapulam, & in insatietatem reputatur illi, qui more gentium ieiunat, & qui, vt Manichæi assulent, à cibis abstinet, & bona Dei opera execratur.

EPISTOLA CCCXII.

Eidem.

Quæ secundum Christum continentia perficitur, bona, & quam optima est, & vtilis; quæ secundùm Gentes, & Manichæos, vituperabilia, & noxia.

EPIST. CCCXIII.

Nemertio silentiario.

Ne vnquam cesses ab omni re, quæ ad pietatem conducit. In cessationibus enim, ac otiis error, improbitasque potius admittitur. Sed & precare frequentius, & Dominicorum præceptorum lectioni incumbe, & attrahe, & applica mentem tuam in egenorum beneficentiam, & patrocinia oppressorum. Sicque facili negotio evitabis non tantum iniquitatis actiones, sed & ipsos, vt pat est, impetus, & memorias, & motus rerum absurdarum.

H

EPIST. CCCXIV.

Eidem.

Multam tuam circa animam diligentiam, & continentiam, & à pravis spectaculis longinquitatem, & iniuriarum tolerantiam, cæteraque alia præclare gesta, quæ medio mundo involutus ostendis, summopere admiror. Sed vnum mihi adhuc præ his omnibus gratificare, à peste scortatum, quibus inhæres, discinditor: & en iam tibi corona contexta est.

A

EPIST. CCCXV.

Antonio Scholastico.

Gen. 48. 19. DIvino decreto Iſraëlitæ mare rubrum trajicientes, licet baptizati non fuerint, baptizati tamen exiſtimantur. Sic Deo viſum eſt, ſecundogenitum Ephræm primogenitum dici, & maiori nato Manaſſæ anteferri, vt nos horum ſignificatus avidè perquiramus.

EPIST. CCCXVI.

Theoſobio.

Zach. 4. DVæ apud Prophetam Zachariam Olivæ aureæ eos, qui in Christum crediderunt, tum ex Hebræis, tum ex Gentibus, veluti in vmbra notant: qui prius cùm eſſent vt paleæ, demum per fidem, & pœnitentiam ingentem miſericordiam conſecuti, aurei mente viſi ſunt.

EPIST. CCCXVII.

Agathoni Decembrio.

2. Reg. 4. 12. CVm Isboſeth interfectores beatus David occidiſſet, eorumque manus, pedeſque abſcidiſſet, in fonte, & in aqua ſuſpendit. Per hæc notat, quod ſecundum

B

Chriſtum fit, baptiſmate amputatis extremis mutilari, & interimi, qui ante fidem nos in captivitatem abduxerunt, animaſque noſtras contrucidarunt, Dæmones.

EPIST. CCCXVIII.

Eidem.

POſt Moſaïcam ſpei melioris legem ſuperinductam fuiſſe edocti ſumus, per quam inhærere Deo poſſumus. Itaque appropinquate Deo, & appropinquabit vobis, vt Iacobus ait. Attamen Iudæorum populus nolebat per ſpem, & fidem prope fieri, Dominoque conglutinari. Quapropter David dicebat, Ira aſcendit in Iſraël: quandoquidem non credidit Deo, neque ſperavit in ſalutare illius. Ipſe rurſum Deus per Eſaiam enunciavit: Populus iſte labiis me amat, cor autem eorum longe eſt à me.

Iac. 4. 8. Pſ. 77. 21.

Eſa. 29. 13.

EPIST. CCCXIX.

Eidem.

EX improbis pleriqne tenebras in corde ſuo tetricas clam eſſe aliis hominibus copientes, ingentes riſus edunt, lætitiamque veluti in theatro pervulgare populis videntur. Porro neceſſario ſciendum eſt, eos intus omni triſtitia plenos eſſe, cum eos iuſtum gaudium averſatum deſeruerit.

C

EPIST. CCCXX.

Pantorymo Satrapæ.

IVdæis de tua familia cur victum & amictum invito animo te ſuppeditare oſtendis, quaſi facultates tuas in exteros, pervicaces, improbos, & delitos profunderes?

EPIST. CCCXXI.

Hipatio Ephoro.

Rom. 6. 7. NOn omnes demortuos iuſtos factos eſſe exiſtimans Apoſtolus Paulus ſcribit, Qui vitam obiit, iuſtificatus eſt a peccato, vere enim omnes impij, & iniqui, cum vitæ finem poſuerint, iuſti facti eſſe videbuntur: ſed quod omnis homo, iam peccatum non faciens, cum à prava operatione ceſſaverit, & videatur iniquis actionibus demortuus, hic non peccator, ſed iuſtus, nec abſque ratione eſt. Sic itaque ſcriptum intellige; qui peccato mortuus eſt, cum illud amplius non patret, iuſtus factus eſt.

D

EPIST. CCCXXII.

Iſidoro Lectori.

1. Pet. 4 14. PEtrus Apoſtolorum princeps ait, Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eſtis: & Dominus dixit per Eſaiam, Opprobrium hominum ne timeatis. Par ſeipſum in Evangelio clamat, Beati eſtis, cum maledixerint vobis; gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Et Paulus Apoſtolus Epiſtola ad Hebræos maxime admiratus eſt eos; qui in Salvatorem Chriſtum habent ardentem fidem. Hæc itaq; ſi ita ſe habent, ne prorſus animum deſpondeas, neque timore concidas, propter famam, & morum æquitatem, & ſplendidam pietatem, à veſanis, impiis, execrandiſque hominibus maledictis impetitus. Etenim adulteri continentes irrident, & pios impij calumniantur, & probos improbi naſo ſuſpendunt, cœcique multum ſe viſu pollere gloriantur, & peſſimi plaudunt, & iniquitates evulgant, & probroſiſſimos vituperij affectus, decernentes dulce amatum eſſe. Nos vero potius eos ludibrio habebimus, & condemnabimus, & ſimilium excidium complorabimus, ac lugebimus.

Eſa. 51. 7. Matt. 5. 11. 12. Heb. 10. 34.

E

EPIST. CCCXXIII.

Nicodemo.

GRatiæ tibi agendæ ſunt Deo, quod pecuniis deſtitutus, ne die iudicij de earum ratione expoſcaris. Cui enim, ait, multum datum eſt, eo maius expetent Angeli exactores: & dives pro conceſſis ſibi pecuniis acrius in iudicium vocabitur, rationem exactiorem redditurus, horrendæ diſcuſſioni ſubiiciendus, an bene vel male, quæ Numinis providentia in ipſum pervenere, adminiſtraverit. Luc. 12. 48.

EPIST. CCCXXIV.

Aphrodiſio diacono.

NE fidas nimium ſenio; namque concidunt & ſenes ipſi: ſed Chriſtum invoca continuo in auxilium, vt ille tibi cuſtos, & inconcuſſa ſecuritas ſit.

EPIST. CCCXXV.

Chariſio Epiſcopo.

F

PErcontaris, vir honorande, quid illud ſit quod ſcriptum eſt per Apoſtolum, Potentia peccati lex eſt Moyſis? Non quod commiſſorum turpium divina lex procreatrix ſit, quemadmodum nonnulli inſulſi nimis prave exiſtimarunt, neque quod robur peccato tribuat. Abſit hoc. Quinimo potius peccata impedit, diſperditque. Sed quod robuſte nimis rerum male geſtarum abſurditatem reprehendens, & indecorarum actionum naturam divulgans, inverecundum Iudæorum os occludit, qui in divina littera gloriantur, & more Corybantum perpetuo inſaniunt, & omne peccatum intrepide perpetrant, & legis tranſgreſſione Legiſlatorem inhonorant. Namque in perſonam eorum, qui lege gloriantur, & ſuperbiunt, divinus Apoſtolus, hæc, & ſimilia dicere conſuevit. 1. Cor. 15. 56.

EPIST. CCCXXVI.

Procopio Presbytero.

SI in peios converſionem vituperas, converſionem in peius devita. Qui enim, ait, converſus fuerit retro, non eſt bene diſpoſitus ad regnum cœlorum. G Luc. 9. 62.

EPISTOLA CCCXXVII.

Frumentio Comiti.

CIrcumciſio nihil eſt, ait Apoſtolus, & præputium nihil eſt: neutrum enim in ſalutem animæ, & divinorum cognitionem conducit. Quidnam igitur conducet, & emolumentum homini afferet? manifeſto, divinorum præceptorum cuſtodia. 1. Cor. 7 19.

EPISTOLA CCCXXVIII.

Hippaſio Tribuno.

QVemadmodum eſt ciborum ieiunium, ita eſt & iræ ieiunium, & ambitionis dominatus ieiunium, & invidentiæ, & iactantiæ, & auaritiæ, & iniuriarum memoriæ, & repentinæ iræ, & ſomnolentiæ, & ſegnitiei, & curioſitatis, & perturbationis, & ſimilium.

EPISTOLA CCCXXIX.

Thyrſo Monacho.

SI curioſe perſcrutaris, & ſedulo res eorum, qui contumelioſe ſe gerunt, expiſcatis, cordis tui oblitus es, cellam tuam non noſti, à veritate aberras, per invia iter carpis; & conſidera, ad quemnam tandem finem devenias. H

EPISTOLA CCCXXX.

Eidem.

QVemadmodum ipſe, ſi gratiam mihi datam aliis quoque non communicavero, rationem in die iudicij redditurus ſum, tanquam quod ſilentio ſpiritale talentum ſuffoderim: ita & tu in ius vocaberis, ſi & aliis idoneis non elargitus fueris, cognitionis munus cœleſte tibi concreditum. Teſtis enim ipſe ſum, multam tibi ſuppeditatam eſſe Numinis gratiam, ob morum nobilitatem, vitæ gravitatem, vnaque cum præſtantiſſimis Monachis contende tem diligentiam. Quod ſane in habitu ſeculari, & publica expeditione admirabile eſt.

A

EPIST. CCCXXXI.

Photina, & Dor...

VEstram vitam intaminatam memoria recolentes, gloriam Christo damus, com Davide enunciantes, Quã dilecta tabernacula tua, & altaria tua Domine virtutum! Vere etenim tabernacula, & altaria, & templum, & munera Dei per virginitatem aperuistis.

EPIST. CCCXXXII.

Menandro Domestico.

NOlo, insultes auribus nostris, à paterno meo Hellenissimo desciscere: namque id vituperandum puto. Veruntamen dic mihi, vir admirande, si pater tuus prædonum princeps, aut ebrietati deditus, aut adulter, aut fœnerator, aut audax, aut sepulchrorum effossor fuisset, annon cuperes prudenti, sanoque consilio vtens, iniusti, ac impij patris improbitate sanior evadere?

B

EPIST. CCCXXXIII.

Chrysogono Presbytero, & Abbati.

Bar. 3.3. POstulasti, dilecte mi, quid est, quod Baruch dicit ad Deum, Tu es sedens in sæcula, & nos perimus in sæculum? Deus cum immutabilis, atque invariabilis perpetuo sit, manifestum est, eum in propria sedere immutabilitate in æternum, vt dicitur. At nos, qui de facili mutamur, & singulis diebus morimur, alij atque alij sæpius facti, & ex aliis in alias cogitationes sæpissime transeuntes.

EPIST. CCCXXXIV.

Socratio Exceptori.

Matth. 24. 29. VIrtutes cœlorum commovebuntur in die iusti Iudicij. Hoc est, Angelici exercitus Domini audientes imperio ex mansuetudine in iram commonebuntur, & pravos homines vniversos perdent.

EPIST. CCCXXXV.

Eidem.

PErversæ, & impiæ, pravæque & exleges Satanæ cogitationes, ne te conturbent, neque perterreant,
C neque id operentur, vt animum despondeas, & tua bona anima fide collustrata, & Christi cruce circumsepta dissulvatur.

EPIST. CCCXXXVI.

Demostheni Vrbis Patri.

SI beata, & vere divina Scripturæ eloquia studiosè non appetis: iumentis insipientibus, & ratione destitutis assimilaberis.

EPIST. CCCXXXVII.

Callistiano.

QVemadmodum, dum vitam appetimus, edere, & bibere, loqui, & audire suevimus; ita & divinis eloquiis perlegendis insaturabiliter mente opera danda est.

EPIST. CCCXXXVIII.

Asclepiodoro.

QVis tibi vsus fuerit servis quidem imperare, desideriis verò tamquam immitibus Dominis servire?

D

EPIST. CCCXXXIX.

Auxentio Illustrio.

VNigenitus Filius, & Verbum Patris, vivens Verbum, & propria subsistens hypostasi Verbum est, ex Patre ante omnia sæcola, & tempora sine vlla passione genitus, solus ex solo vnigenitus, lumen ex lumine, Deus verus de Deo vero, Patri in omnibus similis, potentia, essentia, bonitate, auctoritate, & omni perfectione, adeo vt in seipso capiat Patrem, & capiatur à Patre; rerum omnium, quæ materiæ subsunt, conditor cum Patre, & sancto, & consubstantiali, & adorando Spiritu.

EPIST. CCCXL.

Eidem.

VNigenitus Filius, & Dei Verbum etiam post formam, corpus nempe, ex sancta Virgine assumptam, non degeneravit, neque à proprio Deitatis statu motus est; namque etiam post incarnationem Deus permansit, Deus quidem verus secundum quod non videtur homo verus. Neque enim sine mente, & anima erat, vt effutiit Apollinarius.

E

EPIST. CCCXLI.

Chryseroti Sophistæ.

SI linguacissimus Apollinis Tripus adveniente in carnem omnium Domino Christo silere iussus, præter Gentium expectationem, sic enim addecebat, obmutuit, quemadmodum vniversi, qui sub cœlo sunt, intuentur: quare tu ipse neque pudore, neque rubore suffunderis de tuis insipientibus, ac infortunatissimis Diis curam gerens, absurda, & ea quæ non sunt, defensans? Veruntamen si mihi credere, causamque tuam rationabiliorem facere tibi in animo fuerit, vaticinantis Tripodis silentium nunc potissimum æmolateris.

EPIST. CCCXLII.

Cyrillo Monacho.

QVanam ratione parvum esse peccatum contendis, cuius causa Deus abiicitur, & Deus divinorum præceptorum prævaricatione contemnitur? Sive enim quispiam virum trucidet, sive infantulum interimat, homicida modis omnibus est, & veluti homicidæ dies illi
F dicitur, & nomen ad Iudices defertur. Quanam igitur ratione scelus patras, pro quo regno cœlorum foras extrudetis?

EPIST. CCCXLIII.

Leonida Monacho.

OPrimum nunc equidem est, illud tibi Ieremiæ edicere, O popule stulte, & excors. Namque cum opus esset te rubore suffundi, ob res pravas, & inanem gloriam, & linguæ petulantiam, tunc manibus plaudis, & aliis per te insolenter gestis, superbis, & oblectaris, & ante alios iactas, & te laudibus effers, & abundantioribus præconiis extollis. Veruntamen rubore suffundere, sanctus Propheta ex persona Dei clamat, & accipe opprobrium tuum, vt tandem aliquando persentiscens, te ipsum cognoscas, & tua improbitate condemnata possis illuminari. Namque animæ matutinum est peccatorum cognitio, & condemnatio est salutis principium. — Ier. 5. 21. — Ezech. 16. 52.

G

EPIST. CCCXLIV.

Eidem.

DEo tuam imbecillitatem fatere, vt vis gratiæ splendeat, & supra naturam Domini voluntas miracula efficiat.

EPIST. CCCXLV.

Alexandro Monacho ex Grammatico.

Esa. 2. 3. VEnite, ait Propheta, & ascendamus in montem Domini, non autem, Venite & nos præcipites deiiciamus in adversarij voraginem: nihil enim, vt verum fatear, terrigena sapientia profundius, depressius, humilius; licet impudenter satis in altum volatus attollere suos profiteatur. Quapropter divinus aiebat Apostolus sapientiam mundi huius esse stultitiam apud Deum.
1. Cor. 3 19. Cùm enim mundus per sapientiam Deum non cognovisset, Deus sapientum scientiam stultam reddidit, eloquio, ac dictione rudibus, cognitionem, in qua nullus error admittebatur, possidentibus Apostolis, subdens vniversas gentes, & omnem linguam Græcorum, & Barbarorum.
H Hinc quicumque pietatis præconium amplectitur, totis viribus incumbit, Apostolorum regulis obtemperans, vt eorum dicendi formam exquisite assequatur, nulloque modo ab eorum illibata traditione deflectat. Absurdissimum itaque fuerit, nos, qui ad montem excelsæ, & Christianæ philosophiæ ascendimus, post Gentilium ejuratas præstigias, & eorum tumidum dicendi genus exsibilatum, rursus ad inanis gloriæ, vanique studij tenebricosissimam convallem protrudi, & prudentia iam perfectos denuo rejuvenescere, & instar infantulorum carmina, iambosque maximi æstimare, quibus nullus indiguit, neque Apollo Alexandreus disertus, potum Christi discipulis exhibens, neque Clemens Romanus Philosophus, neque innumeri alij Magistri virtutis, & Grammatistæ Apostolorum successores
Luc. 2. 11, 12. nemetris, & carminibus Crucem Domini evacuantes, & contra divinam legem, mel super altare offerre de-

prehen

A prehenderentur. Mel enim è labiis mulieris meretricis
Prou. 5. 3. distillat, hoc est gentilium verborum ornatu, & splendore, quæ satis persuadente, consuetudine, decipiens stultè deceptum, vt ait Salomon, laqueisque ex labiis exortis colligat, ac diuinam philosophiam extrudens, in laqueum, & in profundum inferni misere captum præcipitat. Ne itaque numeris attendas, licet in eos animo propensiore sis, nimisque illis addictus, ne diuinum Apostolorum characterem abolens, quem auide nimis antea exprimere elegeras, in extremam deformitatem incidas, atque innotescas, parum tibi curæ esse salutem tuam propter studium carminum; præiudicium vero, & typos, & laqueos alios sias, qui immorigerati, viles, segnesque cum sint, nullam virtutis rationem habent, sed omnibus vitæ suæ diebus circa hæc ineptiunt, per execrandam, vanam, & inanem gloriam pusillum panem paucorum hominum, laudibus extollere æque atque studentium, seruorum instar, nimisque pueriliter depoptant, quo prorsus anima eorum non nutritur, immo potius fame enecabitur. Nam
B cum à Deo virtutum, & veræ gloriæ, & bonoris plenum panem poscere debuissent; hi oppositum faciunt, ex seculari sapientia, quæ nulli vsui est, existimantes sibi alimenta suppeditari. Honor vero mulieris meretricis est idem ac vnius panis ignominia, & multa infinitate pleni. Tu porro supernarum virtutum panem
Ps. 77. 25. continuo posce: Panem enim cœli, & Panem Angelorum homo comedit, qui spiritu ambulat, & Ecclesia-
Gal. 5. 25. sticis legibus obtemperans, sapientiæ ex alto aduenientis particeps fit. Panem itaque cœli, & panem Angelorum, non panem mulieris meretricis homo is comedit. Ex Hæreticis multi multa scripsis tradiderunt, quæ tamen nulli vsui fuere, quod à vento corruptas spicas
Ose. 8. 7. habuerunt, vt ait Propheta, Manipulus non habens robur ad faciendam farinam. Si vero ij tibi in admiratione sunt, qui carmina scripserunt, poteris & impium, & nouatorem Apollinarium habere in admiratione, qui quamplurima numeris, & carmine composuit, & fru-
C stra labores insumpsit, & per totum suæ vitæ tempus in insipientibus sermonibus congerendis semetipsum attriuit, quique carminum inutilibus studiis intumuit, exæstuauit, & quasi aqua subtus eurem cogitationibus inflatus est: & lingua eius percurrit super ter-
Ps. 71. 9. ram, vt David dicebat.

EPIST. CCCXLVI.

Aristocli Monacho.

TV te ipse à temetipso discrepare videris, dum optima quæque loquens, pessima operè præstas, & æque ac canes, in tabiem actus, in omnes largiter, nulloque rubore suffusus, oblatras. At nunc teipsum corrige frater, ne à graui, venerandoque vitæ tuæ instituto opera dissideant.

EPIST. CCCXLVII.

Menandro Ascetæ.

CVm tu non illegitimus, sed optimus, valdeque lau-
D dandus, celeberrimi, virtutibusque omnibus prædi Abbatis Minuciani surculus sis, iure merito illustrissimam Viri notam in temetipso ostendis: ille siquidem non discipulus tantum, sed & æmulator humanissimi Seruatoris nostri Christi, qui opere, & verbo veram philosophiam commonstrauit, habitus est, tum vitæ rationem puram, ac illibatam subeundo, tum animam supra corporis passiones continuo extollendo.

EPIST. CCCXLVIII.

Euphemio Monacho.

INdignum Philosopho ego vtique iudico, nos circa cœlestes res, ac sempiternas cura abiecta, circa ea, quæ homini repunt, tempus consumere, & occupationibus macerari, sexcentasque nobis temporarij, stultique lucri faciendi causas comminisci.

EPIST. CCCXLIX.

Hilario Monacho ex scholasticis.

TAndem aliquando virum antiquum æmulari tibi propofuisti, cum postquam conueniens ad Echinadas finem errandi fecisti. Namque per omnia loca diuagari, semperque in motu esse, & hinc atque illinc dissilire absque aliqua necessaria, & quam euitare non potes, pausa, & locum ex loco, & cubile ex cubili instar leporum commutare, quomodo id quispiam, dommodo sapit, approbauerit? Sede itaque in Monasterio firmus, ac stabilis, quiete te exercens, & mortem, quando aduenient, expectans, vt bene rebus hisce solutus, ante pedes Christi in æternum consoleris.

EPIST. CCCL.

Platoni Archimandritæ.

NOstri Instituti auctores, cum essent æmulatores Apostolorum, lucernæ erant in tenebris lucentes 1. Petr. 1. 19.
& stellæ non errantes obscuram vitæ nostræ noctem collustrantes, & tranquillitate propria omni concitatione vacua portuum propugnacula, facilem omnibus præmonstrantes viam, vt sine discrimine perturbationum impetus declinarent. Tu vero ipse tot animas sub potestate habens virtuti exilium imperasti, longeque eam pulsam exterminasti; impietatis vero tenebris, & per- F
versitatis faciem tuam libenti animo contegis, & in prauos mores, & tempestates, & nunquam cessantes turbas fratres coniicis, & saluandos in perditionem maxima contentione protrudis. Et quis te à sempiterna pœ- Hebr. 10. 31.
na liberabit? Tremendum namque est incidere in manus Dei viuentis.

EPIST. CCCLI.

Adriano Monacho.

QVam ob causam ex immani, importunaque cura amittendæ fidei in discrimen venis, suspicans Deum te derelicturum, & necessaria defutura? Habes enim in hunc diem nonnullos, qui tibi ministrant, & in graui hac tua ægritudine subsidio veniunt, & inter alios omnes inclitum, illustremque Heronem, nimis ex eorde Monachis addictum, & sanctissimi Episcopi ex fratre nepotem, qui & ipse Monachos diligit, & venerabilissimam Christi Diaconissam Theodulam. Et licet hi, antequam ipse vita fungaris, diem suum obierint, Deus mansuetudinem, & quietem animæ tuæ intuitus, necnon tranquillitatem, & minime curiosam simplicitatem, optimosque ad meliora conatus, ex improuiso mittet, qui G
necessitati tuæ ministrent. Potest enim Deus ex lapidi- Math. 3. 9.
bus hisce suscitare, qui libentissime iis, qui monasticam vitam amplectuntur, subseruiant. Etenim quis non, etiam ingentibus precibus additis, non subministrabit, non tantum ea quæ necessaria, sed etiam quæ supra ipsum vsum sunt abundantius, pie, & virtuose viuentibus? Si enim homines barbari, & qui iure belli Hierosolyma ceperunt Babylonij, virtutem Ieremiæ reueriti sunt, omnem Ier. 39. 11.
illi curam corporalem quam munificentissime exhi- Ier. 40. 5.
buerunt, non solum ad victum pertinentia elargiti, sed vasa, quibus solent conuiuatoribus ministrare: quomodo ij, qui eiusdem generis sunt, vitam virtuti dedicam non reuerebuntur, & cogitatione per disciplinas plusquam barbari ipsi ad rerum bonarum comprehensionem expurgati, & virtutibus æmulatores? Licet enim ad illius exercitium ob nonnullas causas admonere se non possint, eam honorant nihilominus, illiusque athletas H
demirantes intentis oculis contemplantur. Ne igitur multis cogitationibus te maceres, sed, vt Petrus & Pau- 2. Pet. 5. 8.
lus adhortantur, Inuigila, & sobrius esto in orationibus, 1. Thess. 5. 6.
vniuersas tuas cogitationes in Deum remittens; Prope enim Dominus est: & Nihil solliciti sitis, ait, sed in om- 1. Petr. 5. 6.
ni re, oratione, & prece postulata vestra Deo nota fiant: Phil. 4. 5. 6.
& ipse vobis in omnibus prouidebit. Et rursum alio loco scriptum est; Respicite in antiquas generationes Quis Eccl. 1. 11. 12.
credidit vnquam Domino, & neglexit illum? Percurristi hæc omnia; illud tamen in memoriam adducimus. Da- Dan. 14.
niel in Vrbe Babylone in foueam leonum proiectus, nihilque ab illis mali perpessus sedebat cum fame depugnans; Abacuc vero Propheta, ita Deo iubente, & ab Angelo sublatus ex Iudæa in Babylonem, & in ipsam leonum foueam prandium defert, & ait gratias agens maximus Daniel, Meminisiti enim mei Deus, & non dereliquisti quærétes te. Hæc igitur, & similia mente euolués, ad Deum, ad eumq; solú incessanter cogitatione confuge-

A

EPIST. CCCLII.

Florioni Monacho.

NE despondeas animum; licet sis infirma valetudi-
ne, quasi nullum consolatorem habiturus. Bonum
Ps. 117. 7. enim est sperare in Dominum, quam sperare in homi-
nem. Viam enim omnino ad tuam consolationem Deus
excogitabit, nec deerit ad salutem excogitatio sapientiæ
fonti.

EPIST. CCCLIII.

Syriano Monacho.

ATtente, prudenterque Monastico ordine vtendum
est gymnico siquidem certamine certamen nostrum
laboriosius est: ibi enim athletarum corpora, quæ facili
negotio erigi valent, incuruantur; hic animæ conciduur,
quas semel inuersas vix erigas.

EPIST. CCCLIV.

Gregorio Abbati.

Exod. 33. 7. MOyses magnus ille sacrorum Antistes extra castra
B tabernaculum construens innuit, longe à tumul-
tu bellico oportere magistrum esse, & longe ab impuro
commorari exercitu, ad pacificam nulloque tumultu bel-
lico vexatam viam transuectum.

EPIST. CCCLV.

Gallo Monacho.

QVis tibi vsus fuerit peregrinationis, & exercitatio-
nis laboriosæ, & tam immanis afflictionis, rursum
corde in Ægyptum reuertenti, & singulis fere diebus per
epistolas familiaribus colloquenti, & ardenti cognatio-
Luc. 2. 49. nis cupidine à perfectione deerranti? Forte enim non
audisti Dominum Matriæ exprobrantem, quod inter
consanguineos eum inquireret: eique qui patrem, &
Matth. 10. 37. matrem plusquam illum amaret, seipso indignum iudi-
cantem, & per hæc verba firmiter consanguineorum vin-
Gen. 12. 4. culorum solutionem supponentem? Itaque si dereliqui-
sti Charran, quæ interpretatur nidus, hic vero nouit
sensus, & ex valle Chebron exiisti, hoc est ex miseris pec-
cati operibus, & ex deserto terturibus obnoxio, contende
C vt transferatis, quemadmodum & Patriarchæ, in Do-
Gen. 37. 17. thaim, hoc est sufficientem defectum carneæ affectionis.
Dothaim namque sufficiens defectus interpretatur, cu-
ius compotes fieri contendunt, quicunque beatissimam
illam perturbationum vacuitatem concupiscunt.

EPIST. CCCLVI.

Eidem.

Gen. 34. EX Dinæ filiæ Iacobi historia discito, vere puellaris,
ac mulierosæ animæ esse, quæ super habitum pro-
prium sunt, & vires, aggredi, & ab opinione de sa ipso
tamquam idoneo, & apto argumento decipi. Laudare
siquidem Dina nisi prompte familiarium rerum specula-
tione semet spoliasset, vti potens facta, ab eorum oble-
ctatione non redargui, non intempestiue pars, quæ di-
iudicat, animæ abolita fuisset, à sensilium imagine dis-
cissa cum nondum sanæ, generosæ, ac virili cogitationi
assueuisset.

EPIST. CCCLVII.

Eidem.

D

2. Cor. 6. 16. TEmplum Dei vos estis, inquit Apostolus. Ne itaque
ex immundis imaginibus aliquid in tuam mentem
irrepat, futuri iudicij cogitationum retia circumcirca
corporis foribus implica, ab imaginibus, quæ per sensus
introeunt, arcens intellectionem. Si vero tentationum
tempore terrorem diuini iudicij tibi repræsentabis, in
4 Reg. 1. 2. lætitiam concidisti: & æstima te subiisse illud Ochoziæ
è reticulato cadentis, & ad mortem vsque grauissima
obruti infirmitate. Nihil enim infirmitate, quæ ex pec-
cato oritur, crudelius, aut perniciosius est.

EPIST. CCCLVIII.

Democrito Monacho.

SI planta potest fructum producere sæpius transplan-
tata, licet affluenter irrigetur; poteris & tu iustitiæ
fructum afferre huc, atque illuc transmeans, & vmbras
ventosque consequens, & locum omnem, nullo in loco
stabilis curiose circumspectans.

E

EPIST. CCCLIX.

Eidem.

LAbrum, quod apud Moysem est, basim habebat; Exod. 39. 39.
quod Asceta purgationi stabilitas, & tolerantia, &
continua firmitas, & immota vitæ ratio opus sunt.

EPIST. CCCLX.

Comasio ex Rhetore Monacho.

COlluuiem, & cinerem, immanesque gentilium li-
brorum sordes, quid tibi tam sedulo, postquam
illis abrenunciasti, sine vllo commodo, immo tam no-
xie in Monasterio congeris? O vanissimæ huiusce,
& miserrimæ fatuitatis floride collector, responde
mihi.

EPIST. CCCLXI.

Pisimio Monacho.

ORante Domino IESV in monte, facies eius resplen- Matth. 17. 2.
duit, & vestimenta fulserunt, quod euenire sueuit
iis, qui contentiosius, attentiusque orationi incum-
bunt, Monachis. Tunc enim animæ facies splendet, F
illiusque inuisibilis ornatus coruscat, quod plerique
ignorant.

EPIST. CCCLXII.

Zosæ Ascetæ.

BEatus Petrus pro carbonum illa strue, quæ in Cai- Ioan. 18. 18.
phæ atrio, vbi & tentationem subiit, erat, diuinam
postmodum aliam Tiberiade comperit: namque cum
propter negationem nudus esset, (sed ne quæso me
Euangeliorum historiam pessundare existimes, dum
quod mente concipio, immisceo) nudus itaque cum es-
set beatus Petrus, in Christum spei tunica accingitur, Ioan. 21. 7.
seque in mare diuinarum misericordiarum proijciens, ac-
cessit ad Iesum, amore veluti catena quadam attractus.
& sic nimis negationis tempore defatigatum, magnos la-
bores expertum, lachrymis, tristitiisque afflictum, quod
Domino priuaretur, eum sibi proprius Dominus recon- Ioan. 21. 13.
ciliauit, admirando pane, & pisce inopinato: & post G
prandium eum audiendæ beatæ vocis desiderio gestien- Ioan. 21. 15.
tem alloquitur, & tranquillat, & pro modulo dolorum
cordis Petri solatur; & edulcatum totius orbis terrarum
Pastorem constituit.

EPIST. CCCLXIII.

Neadio, Olympio, Andromacho, Iulio, Chimasio Monachis contentiosis.

NVnc peropportunum fuerit, quempiam adultum
sapientia virum, vestrum Numinis contemptum, &
militum, qui vobis genere coniuncti sunt, eiusdem
Numinis cultum noscentem dicere; Piissimi milites,
Psalmorum cantibus, & orationibus, & propriorum ne-
gotiorum administratione, & vigili in Ecclesia stabili
permansione, efferatos, & iracundiæ mancipia, & im-
piissimos Monachos superarunt, qui conuenientem sibi
quietem, & precum, & Psalmorum ministerium abdi-
carunt, & sacræ professionis, & habitus obliti sunt, &
locum, in quo se exercebant, neglexerunt, & impuden-
ter nimis in aliorum sese negotia ingerunt, continuoque
in externis iudiciis sese experientes, turbas, tumultusque
nefandos spargunt: adeo vt & ipsi publici præsides pro H
hac re vos irrideant, & contemnant.

EPIST. CCCLXIV.

Cyriaco Monacho.

DOminus noster Iesus Christus transformabit, ait, Philip. 3. 21.
corpus humilitatis nostræ configuratum corpori
gloriæ suæ. Nunc etenim vilitate, ac opprobrio fortas-
se corpus humanum deprimitur Dæmonum irruptioni-
bus infestatum, & suæ ipsius animæ sæpenumero igna-
uiis, notis quibusdam, ac maculis inspersum, sæpeque
etiam in seruitutem redactum, multumque à peccato
compressum; in ipso etiam moriendi, ac parentandi
actu vt vile, & inhonoratum per terram tractum, &
cum maxima inopia sepultum. Seminatur enim, ait,
in ignominia, suscitatur in gloria. Vniuersi vero gene- 1. Cor. 15. 43.
ris humani resurrectionis tempore corruptionem, &
contemptum excutiens, resurgit corpus nostrum Sal-
uatoris Christi gloria, & munificentia condecoratum,
nusquam in posterum in peccatum, & corruptionem

defluxu

A defluantum, nunquam mortalitate, & vanitate, & miſe-
riis humiliandum, ſed indeſinente ineotruptione in per-
petuum cum eo, qui immortalitatem exhibet, durx-
turum.

EPIST. CCCLXV.

Eidem.

Pſal. 65. 12. IMpoſuiſti homines ſuper capita noſtra. Nam aliquan-
do Deus permittit dæmonibus interiori capiti noſtro
impudenter inſidere, menti nempe, & animam ad co-
gitationes prauas detrahere, quibuſcum nobis collu-
ctandum eſt, & depugnandum, neque eas approbantibus,
nequx vna cum iis conſpirantibus.

EPIST. CCCLXVI.

Eidem.

2. Cor. 6. 12. NOn anguſtiamur in Dei dilectione, Corinthiis
Apoſtolus ſcribit: vos vero anguſtiamini in viſce-
ribus veſtris, nolentes per plures virtutes animam dila-
tari, & diuinas illuminationes excipere, & capere. Hinc
B vobis contigit, quod in Eſaïa dicitur, in afflictione ad-
Eſai. 30. 6. uerſarij, & in anguſtia mentis, leones, & aſpides, & ſi
quæ alia eſt facultas aduerſatria, his etenim & ſimilibus
appellationibus dæmones innuuntur, diuitias xſinorum,
& camelorum portarunt. Aſini intelliguntur eſſe ſeg-
niores, & voluptuoſi, & improbi; cameli ij ſunt, qui
ſuperbiam, atque iracundiam exercent. Diuitiis itaque
improbarum, & obſcœnarum, & exlegum cogitatio-
num animas hominum dæmones onerantes, in vacuas à
virtutibus operationes, & conditiones compellunt. Ni-
hil autem peccato grauius eſt: quapropter & apud diui-
nos illos Patres plumbo aſſimilatur.

EPIST. CCCLXVII.

Eidem.

SI ea profundo cordis ad Deum ingemuerimus, omni-
no exaudiet, & oſtendet mirabilia filiis hominum,
Pſal. 76. 11. & faciet camelum ouem: hæc enim, ait, eſt mutatio
dexteræ excelſi. Et nonnulli Pſalmorum tituli, iis qui
Pſal. 59. immutantur ſcripti ſunt. Quapropter ſi incumbes per
C virtutes Salvatori placere, intellectualem tuum aſinum
Pſal. 68. & 79. onus dæmonibus portantem exoneraſt, & clitella excuſ-
Math. 21. 7. ſa, imponet tibi veſtimenta Apoſtolorum, hoc eſt diui-
nas diſciplinas, & dogmata, & aſſidens menti tuæ,
quemadmodum aliquando xſino, introit & nunc in ſan-
ctam ciuitatem glorificatus, laudibuſque celebratus ab
omnibus Angelis pro ſalute rationis expertis, quod ra-
tionis compos factum eſt per humanitatem Creatoris,
immo renouatoris, qui immutauit, & refecit propter
negligentiam, & errorem animam inueteratam, & ſpon-
te diſtortam, atque deflexam.

EPIST. CCCLXVIII.

Eidem.

Gal. 2. 20. POteſt quiſquam vnus, licet in corpore ſit, eſſe cum
Chriſto, vt tradidit Apoſtolus; Viuo iam non ego,
viuit vero in me Chriſtus. Sed magis magiſque, ſi ex
Philipp. 1. 23. corpuſculo exceſſerit, vt rurſus idem ſcribit, Cupio
diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Anima enim cum intel-
lectuale quid ſit, intellectualia quoque appetit, tanquam
D quæ ſpiraculum diuinum, & admirabilis quædam crea-
tura ſit. Prægrauata itaque terreſtri corpore propter
mortalitatem, iure merito nunc concupiſcit, per mor-
tem diſſolui, & ſincere, & ſecure, & intrepide vna
cum Domino eſſe, à mortali hoc in immortale, & im-
mutabile reſoluta. Poſt hanc vero ſolutionem, in reſur-
rectione incorrupta, atque immortale proprium corpus
recipiens Spiritu ſancto viuificatum vnx ſimul in poſte-
rum cum inſolubili lætitia, & beatitate, & inculpata
innocentiæ, quæ amitti non poteſt, perennat. Redu-
cendus enim es ad puram, vel diuinam, & nunquam
ſeneſcentem naturam, necnon ab omni triſtitia, &
cura immunem, ac vacuam conditionem.

EPIST. CCCLXIX.

Eidem.

SVnt quædam conditiones, & habitus inter homines
pari, adeo vt hic quidem locum teneat Solis, alius
Lunæ, alius Stellæ. Et videbis ſane nonneminem Sa-
lomone ipſo ſæpenumero ſuperna prudentia glorioſio-
rem: poſtmodum, quod dormitarit, & à contentione E
illa quicquam demiſerit, derelictum à Deo, & pietate,
& Domini metu ſpoliatum, in impietatem, & ingentia
ſcelera prolapſum; vt poſſis dicere, conuerſus eſt Sol,
præter expectationem in nefandas iniquitates delapſus.
Eueniunt namque ſæpiſſime ſimilia, etiam virtuti addi-
ctiſſimis, poſthac propter negligentiam cuſtodiæ ſancti
Spiritus denudatis, aſcendente ad ipſos Nabuchodo- 4. Reg. 24. 11. 13.
noſore, & bellum inferente, & vrbem quidem machi-
nis Satanicis diſiiciente, Regem autem, mentem inquam,
quemadmodum Sedechiam, excæcante, & filios com- 4. Reg. 25.
pedibus alligante, & in Babylonem ſub allegoria ex-
preſſam abducente; ſancta vero David, & Salomonis,
& poſterorum Regum diripiente, quæ in theſauris
cordis, & reliqua multis temporibus, impenſoque la-
bore, & ſtudio comparata, & conducta, & concinna-
ta; templum Dei inuadente, efficienteque, vt à profanis
pedibus conculcetur. Audiuique Pſalmodum propte- Pſal. 55
rea clamantem, in fletibus, Miſerere mei, quod motri op- F
pugnant me ab excelſo dæmones, & conculcantes me
per totam diem. Quoniam aſcendere feciſti inimicos
meos ſuper caput meum. Et Ieremiam lugentem, Do- Thren.1
minans antea per bene geſta anima, nunc iure belli ca-
pta facta eſt ſub tributo, diabolo ſeruiens in peccatis.
Nihilominus qui in hæc mala incidit, ſi ob puſillum
animum ad finem vſque ſeſe non deſeruerit, ſed pœni-
tentia ductus ad Dominum fuerit conuerſus, & rurſum
veteres, ac vere philoſophicas actionas de nouo perfe-
cerit: denuo ad ipſum Domini gratia regreditur, di-
cetque de hoc quoque Propheticum eloquium, Reuer- Amos 9. 11.
tar, & reædificabo tabernaculum David, quod ceciderat,
& confoſſas ipſius res præclare geſtas, & diuinas largi-
tiones, & interiorem cognitionem: & dirigam, & ex- Agg. 2. 10.
truam, & erit nouiſſima gloria pluſquam prima, dicit
Dominos omnipotens. Hæc vero ſcripſi ad ea, quæ in
Epiſtola tux continebantur, reſpondentia.

EPIST. CCCLXX.

Oneſimo Monacho.

SI prorſus Deo exiſtimet, qui in præſentia diues eſt, G
erga te liberalitatis gratiam offerre, multo magis hic
exhortari te debet, atque deprecari, vt digneris accipere:
neque enim à te expectandum eſt, vt roges. Verum ho-
minis iactantia cognita, ne illum, Corybantum more
delirantem, ſermone digneris.

EPIST. CCCLXXI.

Fauſto Monacho.

VEſtis ex pilis, & lacera, omnino puſillæ, ac humi-
lis indiget cogitationis: iuſti enim propterea æmu-
latione Domini magis exoptant humilitatem. Verumta-
men ſi tu inſoleſcis, & altercaris quotidie, & alios cæ-
dis verberibus, & mente captos, ac furentes imitaris:
quam ob cauſam ex pilis indumentum contextum ge-
ſtas, opinioni ac fini tuo aduerſans? Verum ſolitaria
vita veritatem, & iuſtitiam amplecti debet, non hi-
ſtrioniam, & ſcenam, & laruam veritatis; & iu-
ſtitiæ.

EPIST. CCCLXXII. H

Eidem.

OStende, ait, miſericordiam tuam cognoſcentibus Pſal. 35. 11.
te. Qui enim, vt tu, cognitione delinquunt, gra-
nioribus pœnis mulctabuntur. Augeſcere itaque, ex-
tendique magis ac magis miſericordiam exora.

EPIST. CCCLXXIII.

Alexandro Archimandritæ.

NOctem illunem humanæ vitæ innumerorum præ-
clare geſtorum facinorum tædis colluſtrans, quo-
modo in cœleſtium Angelorum albo non enitueris, cum
incorruptibilibus illis virtutibus contendens, licet
corruptibili hoc, & vili, & mortali corpore circum-
ueſtiaris?

EPIST. CCCLXXIV.

Frontoni Archimandritæ.

SErmonum tuorum Deo gratorum roſas laudo, licet
peropportunarum redargutionum paruas ſpinas in-
figas, extimulans noſtrum, vt quiſpiam diceret, atque
vellicans.

A vellicans, erga tuam sanctam, & nunquam lumine vacuam animam, inextinctum, & non marcescentem amorem.

EPIST. CCCLXXV.
Arsino Monacho.

CVm temporis potueris vniuersas noxias, & furiosas perturbationes extirpare, tunc demum temetipsum subliminm considerationum speculationi dede. Si vero ante aduersarios Dæmones debellatos ausus fueris per vim in montem ascendere, præter id quod diuinæ voluntati collubitum est, auxilium, & præsidium Dei non inuenies: & sauciabunt te hostes quemadmodum apes.

EPIST. CCCLXXVI.
Eidem.

LAboribus quotidie cor alij perdomant, & continentiæ studio se macerant: tu autem abundantiori, effusiorique victu, & ebrietatibus corpus impinguans,
B disrumpi periclitaris.

EPIST. CCCLXXVII.
Amphilochio Monacho.

QVid tremis animo, dum à blasphemiæ spiritu pungeris? Recordare, quod beatus David mystico
1. Reg. 16. 13. oleo perunctus confestim Saulem, & insidiatorem inuenit.

EPIST. CCCLXXVIII.
Eidem.

SEd & tu quoque inuisibiliter vnctus es, cum ad venerandum habitum accessisti. Ego porro vnctionem diuinam voco, aduenientem tibi gratiam Spiritus sancti.

EPIST. CCCLXXIX.
Dionysio Monacho.

Gen. 14. 20. Matth. 22. 37. NEcesse est nos æmulantes Abraam spoliorum decimam Domino offerre, quæ fuerit primum inter decem præcepta locum occupans, ex qua lex pendet & Prophetæ, Diligete nempe Deum ex toto corde, & ex toC tis viribus: Complementum enim legis diuinus Apostolus
Rom. 13. 10. dilectionem esse definit.

EPIST. CCCLXXX.
Dracontio Monacho.

INtellectualium Ægyptiorum retro te persequentem exercitum intueris, & ante mare spumescentium, execrandarumque perturbationum; Deum autem propugnantem, & inuisibili manu, & brachio excelso hostes vlciscentem, & liberantem te, tibi animo non repræseotas.

EPIST. CCCLXXXI.
Cleobulo Monacho.

Ps. 17. 35. ET posuisti sagittam æream brachia mea: non sagittam ceream cedentem, ac vires Dæmonibus submittentem, & perturbationibus, quæ statim in ipso primo impetu inter pugnandum frangatur; sed sagittam æream. Namque à Domino arma comparanda sunt valida, & inconcussa, quæ multis aduersariorum incursibus sese opponant, atque resistant.

D

EPIST. CCCLXXXII.
Philumeno Enclisto.

O Præclara vestra post secessionem gesta! O vestra secundum virtutem trophæa! O supra modum vestram in inclusione inanem, scenicam, & dissimulatam vitæ rationem! nihil enim ab iis, qui in foro contentiosius negotiantur, & innumeras lites, variasque verborum velitationes in prætoriis consuunt, te esse dissimilem, vt videris, autumo; negotia omnium generum excogitans, cum iracundia perstrepitans, & fremens, ex caueis ferreis, iniuriis, dicteriis, lœdoriis, ac querelis obuios quosque onerans; sæpe etiam eductis per ostium manibus fratres verberans, tumultu, strepitu, & turbidis concitatisque motibus cellam misellam complens lachrymantem fortasse, licet ea sensu, animaque deseratur, ob crudelitatem, & amaritudinem illius, quæ in ipsa, veluti in bestiarum cauea, inclusa est, feræ, immo feris ipsis efferatioris Monachi. Dic mihi sodes, quid in lucro posuisti in domuncula inclusus? animæ tuæ cui vsui fuisti inter murellos corpus abscondens? Factus est enim, ait Ephrem, veluti panis subcinericius nunquam se ad meliora conuertens. Quid lucri tibi fuit cellulam possedisse? Quando igitur Monachorum venerandum habitum induisti? Quis Abbas bona dicens verba, manum apposuit? Vndenam cœnosos hosce, execrandosque mores hausisti? Vbinam sunt orationum inceussa, & erga Deum secura colloquia? quonam psalmos, & hymnos amandasti? quo tranquillas cogitationes fugasti? quo sacrosanctas Patrum instructiones pepulisti? quo mellis instar emanaos lachryma abiit? quo socia eiusdem tori, & ædis Monachorum pax, & quies, & tranquillitas, & fides? Quamnam habebis fiduciam dicendi in die retributionis?

E Osc. 7. 8.

EPIST. CCCLXXXIII.
Fausto Monacho.

COmmoueantur, ait, fundamenta terræ. Illud commoueantur fundamenta terræ, loco illius dictum est quæ in profundo cordis cogitationes sunt, à sinistris ad dexteram transvehantur. F

EPIST. CCCLXXXIV.
Eutropio Monacho.

SI tibi in animo est ascendere ad altare illius, quæ in cœlis est, Hierusalem, per multiformem virtutem, & humilitatem proficiens ascende, quas beatus David Ps. 83. 6. ascensiones decantauerat, corde in tuo præparans in loco lachrymarum humanæ vitæ. Et ploratuum, & lachrymarum humanam vitam plenam esse manifesto addisces, infantulos conspiciens, in lachrymas se effundentes, dum è materno ventre emergunt, & postquam mortem opetierit, miserum hominem lachrymis quoque excipi. Per virtutem itaque ascende, & humilitatem ad altare illud, non per lapsus, & superbiam.

EPIST. CCCLXXXV.
Eidem.

TImorem tibi incutiat Domini dictum, non per scalas malitiæ, & iactabundæ cogitationis in altare ascendere imperans; ne per nuditatem tua deformitas reueletur. Et tunc cognoscent, ait, vbi est eorum materia. Exod. 20. 26. G Ioh. 19. 29.

EPIST. CCCLXXXVI.
Lampadio Monacho.

NOn tantum Iudas Dominum tradidit diuinis spretis iudiciis, sed & qui diuina præcepta non adimplent Christiani, proditores reputantur, pessundantes, & pertinaciter resistentes, & propriis prauis obsecundantes desideriis.

EPIST. CCCLXXXVII.
Eidem.

QVi timore Dei semetipsum exercentium se ministerio addixit, si postea indurescere incipit, & insolescere, nummosque ratione propria possidere, hic diuinas leges transgressus est, & abiecit, & fœdera, & renunciationis, & submissionis professionem violauit, diciturque proditor. Prodidit enim, quam prius amplexus fuerat, rationem.

H

EPIST. CCCLXXXVIII.
Eustathio Archimandritæ.

TVmentem sacculum diligenter colis, carnisque pinguedinem alacriter procuras, teipsum æque ac auis in tenebris ignorantiæ nutriens. Et quamnam tibi libertatem dicendi compatabis, cum qui iudicat omnia, aduenerit?

EPIST. CCCLXXXIX.
Eumathio Monacho.

CVm ex fratribus nonnulli, antequam omnino sordes deponant, & perfectioris habitus participes fiant, docere aggrediuntur, tunc dæmones non sine risu, inter se nutibus indicant, hæc colloquentes, dicentesque. Hic opportuno tempore nostra erit præda, cum præter mentem Domini alios instruere audet. Quapropter, ne acerbi adhuc, nec matura vua comparata adhortemur, aliosque instruamus; ne dæmonibus ludus obiiciamur.

A

EPIST. CCCXC.

Euphemio Monacho.

Ps.54.7. QVinquagesimus quartus Psalmus metus, tremoris, & tenebrarum peccatorum meminit. Et quis dabit mihi, ait, pennas sicut columbæ & volabo, & pertransibo hæc molesta mala, & accedam ad Deum, & quiescam in ipso, & vna cum meo humano Domino requiescam? Ipse enim est requies eorum, qui se improbis peccati sudoribus defatigarunt. Hinc clamat, Venite ad me Matth. 11. 28. omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Quare David eum probe teneret, quidquid per totum psalmum dissetuerat, & certantibus oculos indens, & præparans ad nunquam animo despondendum, in bona spe psalmo finem facit.

EPIST. CCCXCI.

Eidem.

SI nos alacriter spirituale opus perficimus, prudenterque exequimur debitum, quod à sancta regula nobis B imponitur ministerium, manifestum est, multo magis Deum nobis curam gerentem excitare piissimas animas ad nobis omnia, quæcunque opus fuerint, subministranda. Quod si nos negligimus, nullamque de iis, qui se ad spirituale opus accingunt, curam gerimus; quanam ratione de nobis curam haberi volumus?

EPIST. CCCXCII.

Eidem.

Ier. 15. 18. PLaga mea valida, ait Ieremias Propheta ex persona nostra reæns lamentationes: vt quid præualent nobis, Thren. 2. 12. qui nos contristant? coaisti, & non pepercisti. Archimagiro namque Nabuzardano, & iis, qui cum eo Habac.1. 13. erant, tradidisti. Et Abacuc dicebat ad Dominum, Vt quid si es videns? & impius deglutit iustum, & toleras?

EPIST. CCCXCIII.

Eidem.

INgentes ægritudines despicationis, & iactantiæ, & propriæ existimationis, & similium in intimis, ac la- C tentibus penetralibus abscondentes, hominum plerosque, nosque metipsos sæpissime per inconsiderantiam fallimus. Sed magnus animarum nostrarum medicus abunde nouit, quomodo absconditis opem ferat. Ne igitur ægre feramus, neque animum despondeamus, neque desperemus, propter ea, quæ nobis non incongrue Dominus adducit.

EPIST. CCCXCIV.

Eidem.

MVlti in præsentis seculi valetudinario infirmi iacent, & alij resolutione neruorum infestantur. Quibus omnibus non vna medicina congruit, neque confert omnibus vna, eademque mensa: propriam enim cuique & medicinam, & victus rationem medicus assignat.

EPIST. CCCXCV.

Nicandro Stylitæ.

2. Cor. 10. 18. NOn qui seipsum commendat, sed quem Dominus commendat, probatus est. Qui enim se exaltat, D ait, humiliabitur. At tu, qui nihil celebrandum, vel Matth. 23. 12. gloriosum perfecisti, sed super excelsam columnam teLuc. 14. metipsum exaltasti, ideoque ingentes laudes, & præco11. & 18. 14. nia consectaris, & aucupas; attende tibi, ne vnquam hic ab hominibus corruptioni obnoxiis immodice laudatus, eodem ipso tempore ab incorruptibili Deo miser præter expectationem habearis, quod supra merita hic humanis plausibus te exsaturaueris.

EPIST. CCCXCVI.

Eidem.

ABsurdum sane fuerit corpore in excelsa stare columna omnibus conspicuum, & gloriosum, infra vero cogitationibus detrahi, nihil cœlestibus rebus dignum apprehendentem, tantummodo cum mulieribus suauiter his diebus colloquentem. Antea enim homines sedulo alloquebatis, nunc vt plurimum mulierculas exGen. 3. 14. cipis. Cum itaque scriptura serpentem condemnet, vt humi repat, terramque semper depascatur, caue ne tu condemnationem illam persoluas, humi cogitationibus repens, terrenosque sermones perpetuo comedens. Equidem humi repente ambitione nihil magis terrenum est. E

EPIST. CCCXCVII.

Theodosiæ Moniali.

SIue velis, siue nolis, corpore mulier es. Cessa igitur hominibus in Ecclesia vias præceptorum tradere: turpe enim id esse Apostolus palam asseuerauit; licet mil- 1. Cor. 14. 35. lies diceris à feminea conditione te longe abesse, & hominibus secundum virgineæ cogitationis stabilitatem validiorem.

EPIST. CCCXCVIII.

Theophilo Monacho.

NE, vt se sors tulerit, & sine prædio examine nos ea locis in alia loca transmutemus; immo cum patientia consistamus orantes, vt sanctus Moyses ad Israë- Exod. 14. 13. litas aiebat, State, audete, ne timeatis, & videbitis auxilium à Deo, quod facturus est vobis.

EPIST. CCCXCIX.

F

Rhegino Archimandritæ.

MVndus mundi tu es; quapropter in temetipso creaturam vniuersam velut in speculo meditare, & omnia in temetipsum referendo considera: nec quæ extra sunt, intuere; oculos ad interiora conuerte, in intellectuale animæ penu mentem omnem conuerte, & sine rerum imaginibus templum Domino præpara.

EPISTOLA CD.

Alexandro Monacho.

SEruans serua animam tuam, nec malis retroactis, quibus bene abrenunciasti, mentem aduerte: in montem perturbationibus vacuum ascende, ne aliquando vna cum mundo peccatore igne sempiterno comprehendaris.

EPIST. CDI.

Eidem.

SI Deum mœrore afficimus, cum spernimus, ac negligimus, incumbamus potius eum oblectare per diligentiam, & bona opera. G

EPIST. CDII.

Eidem.

VAticinium ait, Aqua Neurim erit deserta, & exsic- Esai. 15. 6. cabitur, & herba ipsius vniuersa deficiet: herba enim sicca non erit. Neurim notat falsam de rebus opinionem. In promptu itaque quæcunque hæresis intelligatur, quæ desolatur, & eorum, qui recte verbum veritatis pertractant, doctrina exsiccatur. Nihilominus etiam & peccatum falsa opinio fuerit: namque nonnemo quod bonum non est, vt bonum apprehendens, illud consequi studet: cum vero peccatum per pœnitentiam abrogatum fuerit, manifestum fit, herbam exsiccatam fuisse: cum vero & ipsa herba sicca de medio sublata fuerit, memoriæ eorum, quæ praue gesta sunt, deperduntur.

EPIST. CDIII.

Eulysio Monacho.

NEque virtus, neque malitia remanet constans, & immutabilis; quandoquidem genus humanum H sponte sua immutari comparatum est. Quem itaque ex fratribus negligentissimum existimas, & opinaris peccatorem esse, nescis, an aliquando ille intra se ingemiscens, & in melius immutatus, apud Deum salvetur. Et tu ignorans talem hominem sæpenumero nihili ducis, & conuitiis oneras, & duriter contemnis, qui tamen potius, quam tu, saluatur.

EPIST. CDIV.

Eidem.

MAlitia malitiam attrahit, & perturbatio sæpissime perturbationi coniungitur: praua siquidem eiusdem generis sunt, & sibi inuicem suppetias ferunt.

EPIST. CDV.

Eidem.

EOrum, quæ à nobis criminose geruntur copia, malorum omnium pessimam iactantiam, & superbiam sæpe ex stupiditate contrahit: qui vero omnibus abunde

A est virtutibus exornatus, alienum se à demente, stulta, & detrita iactantia & inani tumore constituet.

EPIST. CDVI.

Philoxeno Archimandritæ.

IPse ego vere germanum Israëlitam dixerim eum, qui per omnium creaturarum, siue illæ obtutibus pateant, siue in clanculo lateant, speculationem, omnium Deum auctorem intuetur.

EPIST. CDVII.

Elpidio Monacho.

Tit. 1. 15. OMnia, inquit, munda mundis; infidelibus autem, & prauis affectionibus deditis, pronisque ad peccandum, & inquinatis omnia impura prauaque iudicantur; omniaque eos ad peccandum compellunt, siue ille cibus sit, siue potus, siue indumentum, siue locus, siue tempus, siue persona, siue opus, siue colloquium, siue visus, siue tactus, siue odoratus, siue auditio, siue gustus, & vt verbo extricem, quodcunque illud sit, siue
B species, siue motus, hosce ad peccata præcipitat, & ad impietatem adhortatur. Quemadmodum è contra fideles, & castos, & pios, & mentis compotes omnia ad agendas Deo gratias, & nunquam cessantem laudationem excitat, & ad vniuersam iustitiam ducit, & ad pietatem numeris omnibus absolutam viam sternit.

EPIST. CDVIII.

Nemertio Monacho.

SÆpius te timoris spiritus perquisiuit, nec inuenit: nondum enim illi instituendus traditus fueras. At nunc te inuenit, & noctu, dieque nunquam intermittens conturbat. Veruntamen ne despondeas, sed sustine deprecationibus Dominum expectans, vt te frequenter ante ipsius oculos lachrymis madentem eripiat.

EPIST. CDIX.

Eidem.

ASseueras te solum prorsus non posse in cellula degere, præter expectationem immenso Dæmonis
C metu oppressum, post maximum abrenunciationis tempus, & solitariam in deserto moram; adscisce ergo tibi Dei amantem, piumque virum, qui vna tecum inhabitet, simulque preces fundat, & concinat, & vigilijs immoretur, quousque diuinum auxilium aduenerit, improbusque dæmon abscesserit.

EPIST. CDX.

Eidem.

Psal. 124. 3. CErte mihi suadeo, nec vllus hæsito, per diuinum Angelum Dæmonem expulsum fore fugandum. Dominus siquidem virgam peccatorum Dæmonum super sortem iustorum semper debacchari non sinet. Pro-
Psal. 39. 1. pterea dicis, Expectans expectaui Dominum, qui tentationem intulit, & attendit mihi, & exaudiuit preces meas.

EPIST. CDXI.

Eidem.

EN tibi gratia, & virtute, & humanitate super omnia Christi Dei excelsi, octo mensium spatium præter-
D gressum est, & improbissimus spiritus fugatus est: & tu denuo cellam solus confidentissime inhabitas.

EPIST. CDXII.

Palladio Monacho.

1 Reg. 14. 27. VT videris, Ionatham Saülis filium spiritu æmularis. Ille siquidem, vt historia traditur, dixit, Summitate sceptri mei gustaui de melle, & vident oculi mei. At tu spiritu intellectualis mellis particeps factus diuinorum sermonum, melle ipso suauiorum, oculis animæ vides, quæ à multis non ita facile dignoscuntur.
Gen. 47. 31. Hinc quæris, quam ob causam in summitate baculi Iacobus adorauerit.

EPIST. CDXIII.

Eidem.

TIbi equidem perfecte depurgato, & ab omni labe, iactantiæ tumore immuni, operæ pretium fuerit subtilissimis speculationibus exerceri: inquinatis vero, & qui nondum opprobria, & cœnum veteris hominis lauacris abluerunt, nullo modo permittimus sanctissima

E verba vel summis digitis pertractare, quousque sani euadant, & aliquando expurgentur. Nam ait, Nolite dare sanctum canibus, neque margaritas porcis proiicite. Matth. 7. 6.

EPIST. CDXIV.

Aphtonio Monacho.

NOn tantum Scripturarum lectio in promptu sit, sed & oratio, & psalmus, & continentia, vigilia quoque, & humi cubatio, & quies, & manuum operatio.

EPIST. CDXV.

Eusebio Monacho.

TE tantummodo quieti libens dato, vt Monachorum institutum exposcit, & Deus ex arboribus, & ventis, & lapidibus tibi ministratores excitabit. Sed plane conspicio, te penitus quietem repellere: mala enim consuetudine percitus loca omnia, & vniuersas regiones & oppida, & vrbes, & vicos, nunquam quiescens circumcurris.

EPIST. CDXVI.

F *Cyrinio Monacho.*

MVltum inuident dæmones iis, qui continentiam amplectuntur, & praua, vetitaque desideria certantibus ingerunt. Sed non est propterea animus demittendus: magis enim per eas turbas nervos aduersus nostros hostes intendimus; tantoq; magis in bonorum promissionibus stabilimur, quantum à voluptuosis immundisque dæmonibus affligimur. Nam cum aduersarij ingentia esse bona, quæ nobis Christus promisit, optime calleant, aduersus nos ingenti iracundia exardescunt, & impudentia oppugnant obscœnis, & improbissimis affectionibus, vehementerque affligunt homines, qui ad virtutem contendunt. Quapropter licet appetentiæ intumescant, inflammenturque, & voluptates sordidæ; licet cato admotis stimulis saliat; licet omnis circumspectio, & peruersæ diaboli machinæ nos oppugnent: vniuersa hæc, & fide, & Psalmorum concentu, & lectione, & demissione animi, & aliis certaminibus, & super alia nominis Iesu Christi Dei humanissimi, Saluatorisque G
nostri imploratione superamus. Neque fieri potest, vt aduersi dæmones nos oppugnent, ni prius nos per fidem modicam timorem diuinum per transennam aspexerimus, & à Domino nobis præcepta neglexerimus. Sunt itaque nonnulli dæmones, qui sese humanis corporibus induentes, omnesque instrumenti vires fallantes, & langorem corpori conciliantes, licet nulla adsit infirmitas, vel valetudinis initium; quin etiam ad hæc animo tristitiam, & repentes cogitationes immittunt: quæ generosa firmitate, & prudenti corde ejicienses, omnia circumspicienti Deo adhæreamus dicentes; Eripe me ex inimicis meis Deus, & ab insurgentibus in me Psal. 58. 1.
libera me: releua animam meam ex malis eorum operibus. Quemadmodum vero Sampsoni quondam prop- Iud. 16.
pter intemperantem voluptatem contigit in manus Allophylorum incidere, & quæ iam de eo scripta sunt, perpeti: hoc idem & nunc deprauatis voluptatibus irretitis obtingit. Namque cum sordidi dæmonis impetui cogitationis hominis locum dederint, diuina gratia ad H
custodiam animæ aduigilans concedit, & dæmones istertitum arripientes, omnem in eo pudibundam cogitationem excitans, & indissolubilibus sitillationum prauæ voluptatis vinculis illigant, & in supellectilem malitiæ conducentes, consuetudine praua molæ operam dare constituunt, deseruireque diabolo diebus ac noctibus integris. Quod si resipiscens sese circumspexerit anima peccatis illaqueari, cum dolore cordis ad Deum ingemuerit, & mediis precibus ac votis inuisibilibus Domini pedibus adhæserit, infit Dominus Angelis 4. Reg.
quemadmodum de Sunamitide Elisæus, sinite eam venire ad me, & ne reiiciatis eam. 4. 27.
Licet enim nullam virtutem possideat, neque in virtute eius ergame tantum fiduciæ sit: nihilominus quando illius cor prorsus amatum est, & sine vllo respectu apud me prouoluta est, cum lachrymis & afflictione; ipsam excipio, saluoque. Opus vero nobis est omnipotentissimi, & sapientissimi Spiritus virtus, & gratia nobis alacriter conquirenda. Hac

siquidem

A siquidem ratione generosorum, ac potentiũ malitia dæmonum, & mollinei cogitationibus, veluti quibusdam ignitis iaculis nos petentium sagittæ torpescent: fideles vero ante hac vacillantes, atque remissi postmodum 1. Reg. 2.4. maximopere in hostium internecionem inualescent. Et hoc est, quod fidissima Samuëlis mater diuino Numine afflata prænunciabat: Sagitta robustorum infirmata est, & inualidi viribus sese accinxerunt. Auctori, pictorique malitiæ dæmoni scopus est, in grauem, atque insolabilem mœrorem homines inducere, & à fide, spe, & charitate diuina, quæ accommodatissima, & potissima sunt cultum erga Christum seruare incolumem, quam longissime remouere. Propterea nonnullos fidelium sæpe sæpius motione belluina in ipsis etiam sacrosanctis ædibus semen profundere cogit, vt animam tali labe contaminatam in defectionem suiipsius, & desperationem exactam inducat. Cum enim progressu temporis, B & rebus egregie gestis quispiam progressus fecerit, tum carnalium voluptatum, & desideriorum hostes ad ipsius rudimentum, atque probationem, liberi relaxantur. Postmodum ægritudine contractus, atque in angustias compulsus, deinceps sese in humilitatem submittere, in mœrorem deiici, & semetipsum solummodo condemnare, & accusare cogitur. Et sic mediis hisce vexationibus probatus, ad discretionem virtutibus omnibus excelsiorẽ peruolat. Quibus cum plerique præinstructi non fuissent, neque illam possedissent, partim nouitate rei perturbati, incertique de omnibus redditi ex segnitie, & disceptatione non iudicata, ferro sibi fatum accersiuere, partim præcipites se dederunt, mœrore intolerando, & desperatione oppressi; partim membris genitalibus abrasis & mortem sibimetipsis voluntariam irrogantes miseri, sese maledictioni Apostolicæ & derisui comico subiecere, de quibus ait, Vtinam & abscindantur, qui inquietant vos: partim mulieribus innupsere à Satana correpti, & hi quoque obnoxij facti decreto Prophetico di- Ps. 124. C 5. centi, Declinantes in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitates. Qui vero simili dæmoni obluctatur, obstatque illius audaciæ, & proposito insidioso, tolerantia vtitur, & longanimitate, & precibus, & ieiuniis nunquam cessantibus, & fide, & spe, & absoluto erga Deum amore profligabit, ac prosternet, & debellabit prorsus hunc sordidum, atque impurum dæmonem Domini nostri Iesu Christi adiutorio. Namque satis nobis superque est ad proterendos hostes Iesu Christi Dei excelsissimi nomen. Frequens vero deprecatio ad Deum nobis opus est, ne virtute excidamus. Namque fieri posse, vt ex iustitia in peccatum nos collabi, & ex affectu ad id, quod passioni obnoxium est, transforma- Esa. 63. 19. ri, clamat ad Dominum vaticinium, Efficiamur sicuti à principio, cum non habebas dominationem in nos, neque inuocatum fuerat nomen tuum super nos, & sumus impuri. Verumtamen fieri potest, post lapsum rursus denuo media pœnitentia in priorem affectuum vacuitatem & robur reuerti. Qui enim per pœnitentiam, & orationem quærit, tempore debito, de integro ex præalto D aduenientem vim, & affectuum vacuitatem consequetur. Esa. 51. 9. Attento animo excipe vaticinium: Exsuscitare Hierusalem, & indue robur brachij tui, & exsuscitare vt in principio diei, quoniam fugata sunt à te dolor, mœstitia, & planctus. Magnum porro in aduersis vel tenue bonum. Licet enim propter nostra peccata Deo odio simus, verumtamen iterum peracta pœnitentia diligemur. Deum porro Dominum humanissimum nos denuo amplecti, suaque charitate lætitiis omnibus incessere; audi, quid Esa. 60. 15. ipse dicat intellectuali Hierusalem, animæ nempe nostræ; Et ponam te gaudium sempiternum, & lætitiam in generatione generationum. Ne itaque modum in controuersiam ponas. Cum enim Deus voluerit ex statu peiori res in melius immutare, omnia contraria Dei nutu migrabunt, & nouabuntur. Quoniam de præfaci- Num. 17. 8. li, & nulla adhibita mora Dominus humanitatem omnem variare, & aliam facere poterit; quemadmodum sina cortice stipitem, & aritudinem scirpi Aaronis, citius multo, quam in terra altis defixæ radicibus plantæ, fru- E ctus producere præcepit; si enim illæ multis annorum & temporum decursibus fructus emittunt; at illa, nocte vna omnia simul folia, & flores, & fructum attulit. Ne itaque vti forte cadit, & absque examine nosmet de locis ad loca transuehamur, ex cogitationibus turbas, & afflictiones intermiscentes. Quinimo perseuerantes cum patientia, exoremus, vt Moyses Israëli dicebat, State, & Exod. 14. 13. audete, ne timeatis, & videbitis auxilium à Deo, quod vobis Deus hodie afferet.

EPIST. CDXVII.

Diacono.

CVm videris hominem non fidei, sed mundo addictum, temporariæ sapientiæ inanitate superbientem, & diuinitus inspiratam Scripturam neglectui habentem, quod formulis, & Atticorum more voces non 4. Reg. 5. promit, eum Naamanum Syrum esse existima, totum lepra propter perfidiam, antequam benefactorem, & omnium Dominum Deum agnosceret, obsitum, qui perquam maxime ingentes Damasci fluuios, nullo modo vel F vnum lepræ notis compunctum sanare valentes, commendabat, & Iordanem in terra Israël aspernabatur. Namque nos quoque intellectuales Israëlitæ diuinæ Scripturæ Iurdanica fluenta possidemus, quæ, cum prolatione tantum sermonis exprimuntur, vilia sunt, & pusilla cernuntur: verumtamen secundum facultates arcanorum absconditorum in Christi doctrina, aqua subsi- Ioan. 4. 14. liente in vitam æternam, omnes, qui fidem amplectuntur, curante, expurgante, & illuminante, supra naturam sunt, & admirabilia, gloriosa, & superexaltata in sæcula sæculi.

EPIST. CDXVIII.

Nicetycho Diacono.

QVi oculis non obiiciuntur Madianei dæmones filias proprias, obscœnas nempe cogitationes, intellectui repræsentant, eum pruritantes, maximeque ad sacrum, intestabile, rabiosum, execrandumque opus ex- G stimulantes. Itaque si id acciderit, vt spiritu illo in caminum proruas voluptatis, & interiorem fornicationem, quæ visui non obiicitur, absoluas, quemadmodum aliquando Zambre, ante oculos omnium tempore Moy- Num. 25. sis, tunc opus est Phinees, hoc est Sacerdotis sermone, qui terribilia doctrinæ Siromaste interimat, Hebræumque adulterum, & Madianitidem, hoc est, impudicum institutum, & qui irritauerat, & ad affectum incenderat, impetum disperdat.

EPIST. CDXIX.

Pamphilo Diacono.

VErbis illis Salomonis, Cor hominis sensitiuum, tri- Prou. 1. 10. stis anima illius, innuitur, eum, qui male à se per nerse gesta persenniscit, terribilisque, ac sempiternæ illius punitionis recordatur, mœrore voluntario, & pœnitentia, antequam è vita exeat, semetipsum curare. Cum vero, ait, is lætatur, non commiscetur cum flagitio. Licet enim abunde corporea lætitia adsit, luxusque affluat, nunquam in superbiam illabetur. Hæc enim flagitium apud sapientes nomen habet. H

EPIST. CDXX.

Eidem.

DIctum illud, vt ipse ais, obscurum; Ne apponas Prou. 1. 15. impio cibum iustorum. Habet equidem dictum hoc & aliam verbis subiectam notionem, quam nunc habeo. Cibus omnium fidelium, & alimentum, & vestimentum Saluator Christus est: in eo siquidem creati, & viuimus, & mouemur, & sumus. Cum itaque & Dominicum corpus, & sanguis Dei Verbi per incarnationem Verbi Christianorum omnium cibus sit, eoque arcano & alantur, & potentur; absurdum equidem fuerit prædicti arcani virum improbum, dolosumque partici- Act. 8. 13. pem facere, veluti Simonem Magum, qui se credere simulabat: quinimo & profundiorem venerandorum eloquiorum interpretationem viro improbo, necdum Matth. 7. 6. initiato concredere. Ne tradas enim, ait, sanctum cani, nec ante porcos margaritas proiicias. Præterea à me postulasti, Quanam ratione Salomonis illud

A intelligendum sit, Ne illudaris satietate ventris? Non enim, ô Christi amice, veluti communis panis, & vini, ad saturitatem ventris, sic tremendæ illius, ac concupiscæ mensæ in Ecclesia participamus; sed minima particula nobis à Deo ministrantibus exhibetur, & communicamus, animæ oculos in caelestum dirigentes, vt à peccatis mundemur, & sanctitatem, atque salutem consequamur. Optimum etiam existimo, nos in mensa cor. 14 communi apud ædes nostras satietate ventris non illudi, visus nempe necessarij limites non excedere. Mensura namque cibi, ac potus optima fuerit, necessitas corporis.

EPIST. CDXXI.
Eulampio Sophistæ.

QVid mihi Græcorum Sapientes, protensa barba prægraues, & humeralibus adornatos, tumidoque inflatos, baculo, barbaque venerationem sibi aucupantes, protendis? Paulus enim aulæorum textor, de via B homo, & apud omnes contemptui habitus, Græciam, reliquasque barbaras gentes vniuersas ad Deum conuertit. Qui vero apud vos circumfertur, omniumque manibus teritur, Plato, tertio in Siciliam adnauigans, cum verborum illorum rumore, & de se concepta splendida opinione, neque vnius tyranni compos factus est; & sic misere decessit, vt & libertatem ipsam amiserit. Ast aulæorum textor, non Siciliam tantum, non Italiam, sed vniuersum terrarum orbem pietate prædicationis emensus est.

EPIST. CDXXII.
Philoxeno Censophylaci.

NEque in rebus secundis, ac faustis Corybantum more insano, atque inani tumore inflari debemus, neque in aduersis successibus bestiarum instar despondere animos, & à mœrore absorberi: id namque pusilli animi atque imbellis est. Et præsens hæc vita corruptioni obnoxia scenæ assimilis est. Quare neque fortunatum esse semper in iisdem, neque huic oppositum C stabile fuerit.

EPIST. CDXXIII.
Ly urgo Illustri.

QVis te non irridebit? quis de isto studio nullis circumclusο finibus non accusabit? quis stultum furorem non reprehender? qui colligendis pecuniis nunquam exsaturaris, eaq; possidere existimas, quæ moriens, & in regionem illam à tremendis Angelis catenis vinctus deportatus, vna tecum conuehere non poteris; quinimo hostis munus peragis, eum inhumanitate, ac crudeli, efferatoque proposito per quam improbissimam animam tuam in rebus potissimis lædis, propendesque in affinem iuuenem, qui magnatum harum rerum facultatum, vt est hominum opinio, hæres futurus est. Sed annuncio tibi triste, & quod maxime velles, vt non præsens adesses. Breue post tempus dulcis hic hæres tuus, in quem omnia, scripto etiam edito, viuens, & sapiens, corporeque bene valens, quæ tua intererant, transtulisti, mortem obibit, & tres, eosque solos sepulturæ cubitos D hæreditabit. Tuque omnino obstupesces, ante senem multa annis grauem iouenem sepulturæ tradendum conspiciens. Et forte etiam non obstupesces, neque vti de te noua admiraberis, similia intuitus aliis etiam Illustriis Aristophani, & Crescenti accidisse. Veruntamen nunc, vti par est, in sanam mentem rediens, ingenti ingluuiei finem impone, neque periturum, sed tuam animam iniquitatibus deditam deplora, teque ipsum corrigito, bonaque opera amplectitor, antequam è præsentis seculi scena exeas, illucque migres, vbi in posterum nemini ex mortuis pro delictis respondendi vllus dabitur locus: vbi neque amicus, neque seruus, neque consanguineus defendere, aut pœnas luenti sempiternas suppetias ferre poterit.

EPIST. CDXXIV.
Nicandro Exceptori.

SÆpe tibi dixi, & nunc rursus inculco; quæ magiæ ope à Tyaneo Apollonio absoluta sunt opera, cum in se nullum omnino cœleste emolumentum teneant, E neque vsui animæ sint, nihil à gratia manipuli hordei differre videbuntur sapientibus, ac piis hominibus, qui ad cœlestia illa, & indeprauata, & quæ nunquam dissoluentur bona, anhelant. Ne itaque magiæ opera admireris, neque pro illis turberis immo temetipsum à sententia stupiditati obnoxia, & iuuenili cogitatione libera.

EPIST. CDXXV.
Palatino Primoti.

SÆpissime inculcas, quanam ratione saluari potero, innumeris animæ vlceribus scatens, malisque, quæ verbis exprimi nequeunt, confertissimus, & à propriæ prauæ conscientiæ continuo flammis perustus? Aduerte animum, mi bomo vel pusillum diuinitus inspiratæ Scripturæ, & mea adhortatio tibi opus non fuerit. Considera quid dicat Salomon, Eleemosynis enim, & fide Prou. 3. 3. expugnantur peccata. Vide quid Nabuchodonosori Daniel Propheta consilat, Iniquitates tuas in eleemosynis Dan. 4. 24. libera, & peccata tua in miserationibus pauperum. Crede F Sirach adhortanti, Ignem succensum aqua extinguit, Eccli. 3. 33. & peccatorum incendium eleemosyna. Eleemosyna enim Tob. 12. 8. à morte liberat mortem repellens per tremendam, ac terribilem condemnationem illatam, & tenebras ingestas, vt Tobias, & Salomon arbitrantur.

EPIST. CDXXVI.
Rhegino Scriniario.

NOn homo simplex communis Saluator, & bene de omnibus meritus Christus, Deus in humana forma oculis visus, & propria, quæ nullo peccato, nullisque sordibus succombebat, carne, pro peccatis hominum mortem voluntate propria sustinuit.

EPIST. CDXXVII.
Lucio Tribuno.

QVot quoties homines coruos laqueis, & retibus ceperunt, coruique capti propriam venationem, captiuitatemque non dixicerunt? Et tibi quidem, vt asseris, corui futurum prænunciant, &, quæ nusquam sunt, eorum tibi & præcinentes, & vates præscij reputantur, qui G contra sese præparatum laqueum nullo modo dignoscunt, propriumque interitum non intelligunt. Caue tibi ergo ab augurio. Nonnulli etenim illi animum aduertentes, errore tali haud indigni, volatusque coruorum aduersos, auersosque, & supra caput, & ad latus circumitiones, cum improbi dæmones cum coruis vna auolent, & ad peruersam hominis sententiam volatus auium agant, demorantes: necnon & eorum voces excipientes, longe à fide in Christum Saluatorem recesserunt, & in vitæ ac fortunarum pericula ineuitabilia inciderunt, & licet spe optima freti propter coruorum optima illis adnoista vaticinia, post innumera damna, ac discrimina, tandem tristi, detestandoque fine vitam posuerunt. Generationis enim iniustæ prauos fines, diuinæ tradunt Sap. 3. 19. literæ. Si itaque tibi in animo est, Dæmonum venatum effugere, nullam vnquam obseruationem longe animo prospicias, non volatus, non auium voces, non animantium siue ea ratione prædita sint, siue illius expertia, occursus, non inuocationes, non reH gressus, non inanes sortes, & vt verbo expediam, nihil obseruabis, nisi tantum peccatum. Operæ enim pretium est ab eo sibi cauere, & continuo à se repellere. Illud quoque ne te lateat vtlim, nonnullis hominibus, qui gentilium ritu noxia illa captarunt, sæpe sæpius ita illis euenisse, vt suspicati fuerant, non vi, aut miserorum coruorum, aut porcorum, aut canum, aut hominum prædictione, sed iudicio Dei punientis, & infidelitatem eorum deridentis. Tribuat enim tibi Dominus secundum cor Ps. 19. 5. tuum, & fiat tibi, ait, quemadmodum capectasti: & obruam te calamitatibus, & afflictionibus, & mœroribus, quæ prauæ obseruationi fidens, timuisti: vt tandem aliquando delusi illi propriam stultitiam detegentes, sinceræ pœnitentiæ ope, execrandæ illi obseruationi finem imponant, & diuinæ prouidentiæ in posterum res proprias committentes, propriam animam omni ex parte ad Deum reducant.

EPIST.

A

EPIST. CDXXVIII.

Maroni Comiti.

NE blaſphemiæ ſpiritum ſæpius Dei amanti, probæque tuæ animæ moleſtiam exhibentem vllo modo extimeſcas, imo eum & oratione, & beneficientia, & oppreſſorum ſubſidiis, & tolerantia, & humilitate, & erga ſervos tuos homanitate percutiens, impete. Hæc enim, & his ſimilia ex animo tuo repellere poſſunt exitioſum dæmonem, qui tibi cogitationes efferatas, & impias coorts te, & Numen ipſum, & creatotas, & ſanctos, & veneranda myſteria ſuggerere audet.

EPIST. CDXXIX.

Lanſo Primiſcrinio.

NEque fratres habes, neque filios poſſides. Cuinam igitur aurum inſaturabiliter aggeris? quo enim tibi theſauri opulentiores congregantur, eo pœnæ tibi & potiores, & grauiores, æterna nempe ſopplicia reſeruantur. Et vtinam tanta pecuniarum copia opportuno tempore ad pios, proboſque viros peruenifſet; vt ſcriptum

B

eſt: Congregauerunt aliqui inſatiabiliter argentum, ex quo non guſtabunt, & quæ ipſi ex iniuſtitia multa collegerunt, iuſti comedent. Verumtamen non ita tibi, vt ipſe opinior, continget; indignus etenim es immo vulgo tritum prouerbium in temetipſum locum habuiſſe deprehendes, Tantaliſtarum rea Crotaliſtæ vorabunt.

EPIST. CDXXX.

Romano Epiſcopo.

INſani, ac mente capti. Nouati balatus, qui pœnis exoneratorem pœnitentiam extrudere audet, & prætextu deſperationis impodenter peccata conſeruat; & illius aſſeclas, qui puros ſemetipſos aſſerunt, & opere ipſo impuri deprehenduntur, & in perniciem eos, qui eorum amentiæ fidem habent, compellunt, nullo modo ipſi recipimus: imo eos reprehendemus, & vituperabimus, vti eos, qui canonibus Apoſtolorum contraria ſentiant.

EPIST. CDXXXI.

C

Aphrodiſio ſcriniario.

AN latere nos putas, qui malignus es, & aſtutam ſervas ſub pectore vulpem, & quamplurimis optimis, ac probatiſſimis viris ex ingenio inſidias ſtruis, licet temetipſum beneficentiæ perſona contegas? Ecce enim ex fructibus arborem dignoſcimus; nulloque modo lupus licet ouina pelle adornatus latere poterit: namque ex dentibus ac vnguibus facili negotio in co-
Eccli. 11. 32. goitionem veniet. Et Scriptura quoque ait, Perdix venatrix cartallo incluſa. Ita ſe habet cor ſuperbi. Vere quippe ſuperbus, & inuidus, ſerpenſque ſilentio mordens, & canis abſque latratu diſcerpens cognoſceris ab omnibus, licet perditus, & intolerabilis, & diſſimulator quaquaverſum diuageris. Opeque diuina illis opus ſit, quibus inſidias ſtruis, vt dicere poſſint, quod in no-
Pſal. 90. 3. nageſimo Pſalmo legitur, Ipſe liberabit nos de laqueo venantium, & à verbo aſpero. Ipſe ſiquidem tacens in turbas inſidiis tuis obnoxios conuicis.

EPIST. CDXXXII.

D

Soſipatro Tribuno.

DIuino procedens conſilio, conſilio quoque omnia peragere contendis, optime, illius regulis, rythmiſque obediens. Hinc & vniuerſas tuas à Numine cuſtoditas diuitias vt plurimum in Monachos exhauris, & in illos perquam impenſiſſime inhians, eiſque reſtans, noctu & interdiu, ac ſi nulli tibi eſſent conſanguinei, aut filij quibus affluis. Illud quoque quod inter colloquendum inculcas, iumentum te eſſe Monachorum, abſque murmuratione, ſed ſumma animi alacritate eorum neceſſitatibus occurrens, atque miniſtrans & id quoque dependentis conſilij iodicium eſt. Omnino autem illud ſcis, vna cum Leuitis eorum quoque iumentis benedictum fuiſſe à Deo, & Moyſe. Omnia itaque diuino conſilio æſtimans, & conſilio dicens, ac efficiens, ô Dei amans, ſine vlla hæſitatione in regnum cœlorum cum Monachis vna ſimul introibis, tamquam probus eorum aſſecla, & eorum miniſter, & ſimul cum il-

E

lis in hæreditatem bonorum, quæ verbo exprimi minime poſſunt, in ſempiterna ſecula vocaberis.

EPIST. CDXXXIII.

Chiloni Domeſtico.

INſtabile, nullaque ratione firmum, immo perturbatum, & flexu facillimum conſilij tui Sirach innuens,
dixit, Rota currus inſipientis interiora. Si prompti Eccli. 33. 5.
quoque tui, ac facilis in ſecretis edicendis; ſtatimque diuulgandis, omnibuſque tibi concreditis aperiendis, conſilij teſtimonium ſupra laudati Scriptoris exoptas;
quæ ſtatim ſubduntur, habeto. Audiit enim, ait, inſi- Eccli. 19. 11.
piens ſermonem, & parturiit, quemadmodum parturit à facie infantis parturiens. Nihil enim amentius eſt, quam publicare, & hac atque illac nobis ab amicis clam priuatimque concredita tranſmittere, palamque, & indecore euulgare. Qui igitur te occupant, morbis renunciatis, fac ſis in poſterum ſapiens, & firmus, & arcanorum cuſtos, quouſque finem vitæ poſueris, proprio ori, & incontinentibus labris validas fores apponens, vectemque robuſtiſſimum, & ſilentij optimi ſigillum appingens. Sic enim & diuinæ cognitionis ſplendore illuminari poteris, & ſacra Scriptura ſolatio tibi erit, cum

F

ait, Sapientia hominis illuminabit faciem illius. Et rur- Eccleſ. 8. 1.
ſus, Audiſti ſermonem, immoriatur in te. Bono ſis Eccli. 19. 10.
animo. Non diſrumpet te ſermo in arcano tibi communicatus.

EPIST. CDXXXIV.

Gaudentio Diacono.

FOrnicationis dæmon more nati abdomini ſuo caruli penes eum, qui ab eo tenetur, ſuevit hæreſcere, non tamen vim inferre. In tua itaque poteſtate eſt, tuoque arbitrio, aut hunc per ignominioſum exercitium alere, aut iracunde per preces, & pſalmorum concentus, & ieiunia, & vigilias, & humi cubatum in fugam vertere.
Opponimini enim aduerſario, vt magnus Iacobus ſcri- Iac. 4. 7.
bit, & fugiet à vobis.

EPIST. CDXXXV.

G

Philoni Epiſcopo.

SAtis idonei, inſtructique vos per voſmetipſos, in Monaſterio veſtro degentibus, vti par eſt, in omnibus viuendi rationem præſcribere. Verumtamen cum inter ſcribendum de victûs ratione ſermonem inſtitueritis, id à nobis poſcentes, vt meam de ea ſententiam ſignificarem, recte ita inſtituendam eſſe duco. Cum varia ſit corporum temperatura, & ex iis hæc quidem malæ valetudini, illa prævalidæ ſubiaceant, varia, & perſonæ cuilibet accommodata victus ratio præſcribenda eſt. Quare bene valentibus leguminum vſus, ſecus ſe habentibus ſolatium ex oleribus, morbo remiſſis & languidis, ex carnibus moderatum auxilium exhibendum eſt.

EPIST. CDXXXVI.

Quintilio Cancellario.

SI modo tu Deo animæ officium, & diligentem cultum tribuens, temetipſum pſalmis, & hymnis, ſpiritualibus canticis, vt Apoſtoli tradiderunt, continuo concinendo obruis, conatus tuos laudabimus. Studium

H

ſiquidem hoc vtile eſt, & pſallentem Deo adglutinat; in continuis enim cantibus, & prudentibus, & in Numinis memoriam procuratis, anima execrandarum, & pernicioſarum affectionum oblita, inexplicabili gaudio repletur: hinc propenſe admodum in poſterum ad Deum mentis aciem dirigit, in illum ſolum contendens, validiſque conatibus inhians, ne vmbram quidem ex his, quæ oculis ſubiacent, pulchritudini illi inuiſibili anteponens. Si vero à Diabolo deceptus obſcœnis modis, mulierculas voluptatibus deditas, multiſque peccatis prægrauatas irretire contendis, ob hanc impuram mentem te deteſtabimur:

Neque enim pulchra laus eſt in Eccli. 15. 9.
ore peccatoris, clamabat
Sapiens neſcio quis.

* * *

EPIST. CDXXXVII.

Eupsychio Vicario.

A HOstis vitæ nostræ Dæmon, nostri misereri simulans, eam nobis cogitationem ingerit, non futurum iudicium, neque retributionem vnicuique secundum opera sua: & hisce verbis praue delusos opimans, in perniciem agit. Primatum etenim peccatorum omnium diabolus obtinet. Veruntamen Salvator omnium Christus, qui solus vere purus, & iustus, contestans, & reprehendens, astringens, & instruens, & futurum iudicium annuncians, audientes se saluat. Et hoc illud esse quod scripto refertur, existima; Corripiet me iustus in misericordia, & arguet me: oleum vero peccatoris non impinguet caput meum, hoc est Principem animæ partem, aut rationis compotem. Psal. 140. 5.

EPIST. CDXXXVIII.

Symmacho copiarum ductori.

VEræ pietatis ratio duobus constat, dogmatibus piis, & bonis operibus. Vnum igitur ab altero seiungendum non est. B

EPIST. CDXXXIX.

Pergamio Decemprimo.

NE querstis de Deo, membrorum opifice sapientissimo, sed de tua mente in peccata procliui, atque affecta. Nullum enim ex omnibus hominis membris prauum, neque condemnatum est. Et progenitor noster Adam vna cum Eua à principio in Paradiso cum essent, hæc corporis membra possidebant, nulloque modo membrorum causa, sed quod præceptum diuinum transgressi fuerunt, reiecti sunt. Non itaque membra, sed electionem accusa.

EPIST. CDXL.

Helenæ illustri.

FIdei nostræ addicta es, vt videris; cum Gentibus tamen decertas, conarisque totis viribus consimilem illis ludum ludere. Etenim si firmiter tenes, post præsentis æui consumptionem defunctorum omnium resurrectionem adfuturam; quid indoles, teque metipsam C indesinenter, & inconsolabiliter maceras? Licet enim optimus tuus, atque vnigena filius Nicaretus obdormiuerit, eum nihilominus eo die Sole ipso præclariorem, cum gloria, quæ verbis exprimi minime potest, & gaudio, throno regio adstantem, precesque pro te Christo humanissimo Regi seculorum effundentem intueberis. Tunc equidem fortunatam te dices, filium è ventre tuo progenitum conspiciens, in cœlesti commorantem palatio, vnaque cum Deo rerum omnium opifice confidenter sermones conferentem; è mundo, multiplicique peccato, quod in eo est, liberum, & incorruptæ, illabefactæ, necnon curis, & corruptione immunis per omne æuum vitæ participem. Finem itaque pone vituperabili animi angustiæ, & infandis lachrymis; & beatum gaudium, bonas expectationes, probamque spem resume, ne filium tuum, qui laudabiliter ex hac vita excessit, in iram concites, & Deum, qui eum amanter nimis excepit, offendens illius in te iram adigas. Sæpeque dictum Apostoli memoria recole, Nolo vos tristari D 1. Thess. 4. 13. de mortuis, quemadmodum tristantur Gentes, quæ spem non habent. Continuo itaque gaudete, indesinenter orate, in omnibus gratias agite: hæc est enim voluntas Dei. 1. Thess. 5. 16.

EPIST. CDXLI.

Aristarcho Presbytero.

MVndus pertransit, & desiderium, Ioannes inquit, ob puritatem, lenes, mansuetosque mores Iesu dilectus. Si igitur desiderium pertransit, finem nempe habet, & occidit quanam ipse ratione edoces, post obitum nonnullos homines voluptatibus addictos, rursus post mortem mundi huiusce minime perpetui voluptatibus inhiare? 1. Ioan. 2. 17.

EPIST. CDXLII.

Xenophonti Diacono.

DOmus animæ vniuscujusque personæ institutum, ac status vitæ dicitur. Est namque domus iustitiæ, & domus fortitudinis, domus continentiæ, & similium: & vice versa, domus iniustitiæ, domus timoris, domus fornicationis, & his simillima: illud itaque, Repleti sunt obtenebrati terræ domibus impietatum, multis scilicet, ac variis affectibus impietatis, & iniquitatis oppleti sunt. Illud vero, Veritas ex terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit, si ad mores retrahas, terra corpus designat fructus continentiæ emittens; quemadmodum & illud, Germinauit caro mea sanctimoniam, si suppetiæ cordi hominis afferantur per preces, & spem. Recte etiam nonnulli mendacium fornicationem, veritatem autem, veramque delectationem continentiam esse præscripserunt: & iustitia de cœlo, ex mente nempe prospexit, ita Deo miserante, Iesu distributio. Etenim Dominus dabit bonitatem, & terra nostra dabit fructum spiritus, amorem, gaudium, pacem, tolerantiam, aliaque à beato Paulo enumerata. Terra porro in vltimo versu cor accipiendum est, vt inquit Dominus, Semen quod cecidit in terram bonam attulit fructum trigesimum, & sexagesimum, & centesimum. E Psal. 73. 20. Psal. 84. 12. Psal. 84. 13. Gal. 5. 22. Matth. 13. 8. 23

EPIST. CDXLIII.

Therino Primati.

F IIs, qui spei curam gerunt, clamantibus ad Christum Salvatorem, Recordare nostri Domine, cum veneris in regnum tuum, probus Dominus respondet, Memor ero Raab, & Babylonis scientibus me. Quorum vero Christus recordatur, eos & saluat omnino. Namque meretrices, & publicanos ob ingentem misericordiam in regnum introducit. Luc. 23. 42. Ps. 86. 4.

EPIST. CDXLIV.

Hymetio Episcopo.

NIhil æque ad pœnas indeprecabiles ducit, ac plurimos proprium scelerum æmulatores facere. Fit enim eorum, qui Episcopi persequuntur vestigia, exitium, illi, qui male in Ecclesia docuit, & palam reprobata peragit, pœnarum accessio, & per eos, qui vti turpem imitationem vitarunt, non leuis condemnatio, quod prauorum Magister Episcopus factus est, quorum disciplinam vituperabilem iudicantes, qui sana mente fuerunt, condemnarunt. G

EPIST. CDXLV.

Tauriano exprafecto.

VÆ animæ tuæ, & vitæ tuæ immisericors, & insensate. Ignoras quippe, durum tibi esse contra stimulum calcitrare, & terribile aduersus Deum audere manum attollere. Iniuria enim Sanctis illata in Deum prorsus rependitur. Namque optimis consiliis deditos, qui ad Platonis victoriosi Martyris templum confugerant, vi incomposita rapere, & in carcerem publicum intrudere ausus, indeque haud tolerabiliter strepitans, & buccas inflans, & supercilia erigens, & decreto illo tuo tyrannorum more teterrimo liberos in seruitutem adducens: quanam ipse ratione quod futurum est inconsiderate non cogitas? quomodo postmodum ventura non examinas insensate? quomodo rerum vices præuidere non sustines mente capte? eoque potissimum, cum ad vota tua prope adstans accedat pessimus consiliarius, & quam maxime execrandus fisci aduocatus Laurentius, homo impiissimus, totus corruptela, & vappa. Animaduertas velim, sanctissimum hunc Martyrem non esse contemnendum; teque metipsum præpara ad futura contra te dira excipienda, iracundiam mortalis Imperatoris, cuius metu perciti ad limites illos maxime venerandos confugiunt, qui à te iniuria affecti sunt, & contemptui habiti: deinceps morbum grauem, molestumque tibi, omnibusque aliis, quorum ipse amore teneris: postmodum, ingentium tuarum, ac spectabilium facultatum proscriptionem. Et tunc denique Iouis pater Saturnus concinne te deplorabit, ac suauiter præcidetur, quod tu potissimum illum inter alios Deos colens, cum prospere ageres, lachrymis sæpissime inter solemnitatem, tanquam verendis misere mutilum, & proprio filio colligatum, & cuculla pelliceea obtectum, sempiterneque tenebras inhabitantem consolatus es. Act. 9. 5. H

A

EPIST. CDLXVI.
Valerio cubiculario.

Esai. 8 3. Luc. 1. 48. QVanam ratione Vates apud Esaïam Maris Deipats nuncuparut, à nobis expostulasti. Videsis io Euangelio, Respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex nunc beaiam dicent omoes generationes. Et si nou compereris Mariam sanctissimam apud omnes uationes, & in omnibus linguis beatam dictam, quod Deum, qui carnem ex Spiritu sancto, & eadem assumpsit, in vtero gestauit, & peperit absque corruptione, & omni macula, ne fidem adbibeas Isaiæ: si vero apud voiuersum mundum beata dicitur, & laudibus extollitur, & præconiis, & benedictionibus honestatut bæc sine semine & sine vlla cultura terra, & beatissimus illius, & sempiternus, fructus; quid vltra contendis, postulasque, Deiparam Mariam tibi commonstrari Vatem fuisse?

EPIST. CDXLVII.
Eidem.

B

Luc. 1. 53. ESutientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Qui enim ante vocaoonem esuriebant diuinum verbum Gentiles, postquam crediderunt, ad satietatem enutriuntur, & diuinæ doctinæ patticipes fiunt: qui vero & lege, & Prophetis abundarunt Hebræi, propter incredulitatem fame pereunt, inopesque obambulant, cum dona, quæ desuper accedunt, amiserunt. Vt enim
Esa. 50 1. Ier. 3. 8. ferunt Prophetæ, congregatio ipsorum, libro repudij accepto tamquam adultera domo Dei eiecta est, & in alienos viros, Dæmones scilicet insanit. Accepit itaque libellum repudij, à venerandisque mysteriis extorris
Iud. 6. 40. inopem vitam agit. Hinc modo oculis quod in libro Iudicum diuine præsensum, & prædictum est, intueri possumus. In omoem etenim terram, quæ sub Sole est, ros Christianæ cognitionis ortus est, & nunc quoque cadit; verumtamen super vellus Indæorum tantummodo siccitas hortet. Namque ab ipsis, animas viuificans, adaugens, irrotans, & enutriens gratis euolauit. Illud quoque scias velim, eos qui à peccatis resipiscunt, &

C

pœnitentiam agentes ad Dominum gradum faciunt, laudatissimis variæ virtutis eduliis omnino fore teplendos; qui vero ob delicta nostra antas male diuites facti sunt dæmones, diuitias amissuros, quas super asinos, & ca-
Esa 30. 6. melos deportabant, vt inquit Esaïas, Similes enim diuitias dissipamus, & lachrymas, eiulatusque amatos dæmonibus ineurimus, cum ad pœnitentiam iocliomur.

EPIST. CDXLVIII.
Eidem.

DIxisti mihi, te curiose nimis conquirere bistorias scripto relatas, quæ facile in intelligentiam cadere possunt; immo magis eorum, quæ scripto mandata sunt, sententiam enixe fateris expendere, & ad dictiones intellectuales libenter scripturam detorquere. Cornu ita-
Psal 17. 3. que saluris indolentiam esse intelligito, domum David Ecclesiam. Si itaque & ipse ex domo, quæ intelligitur esse Davidis, es, indolentiam exerce, & animæ perfectionem. Potest namque etiam boc in medio terrarum

D

orbe absolui, quemadmodum in Iosepho, & in Daniele factum est.

EPIST. CDXLIX.
Eidem.

SVnt nonnulli nunc quoque temporis nomero fluoij aquarum cursu indeficienri, diuinis repleti fluentis, & proprio impetu ciuitatem Dei, Ecclesiam dico, hilaritate conspergentes uunquam quiescente irroratione, eos intelligo, qui vsu, & consuetudine amati & besto Philemoni, & Nicepboro coniunctissimi viuunt. Hi vete sublimissimam indolentiam, & cognitionem possidentes, necnon pretiosissimos lapides in sino deferentes omnibus propoountur, Carbunculum, inquam, & viridem lapidem. Innuet porro lapis viridis euio, qui ex exercitatione in facie apparet, quam maxime venerandum pallorem, & refrigerationem, & concretiouem ob asperam tractationem membrorum corporis. Carbun-
Luc. 24. 33. culos præclaros, ignitosque spiritualis contemplationis sensus intimos, qui sane & Cleopæ cor adurebant. His

E

iam laudatis admirabilibus vitis maior à Deo mundo profluens, aureis fontibus conspicuus datus est, Ioannes Constantiuopolitanus Episcopus, cuios laudes multæ sibi Sapientum linguæ dispertitæ sunt. Hic enim quam verissime carbunculus est, à tenellis ætate pietatis splendore etiam in fasciis obuolutus, & in diuino grano ignitarum cogitationum enutritus, & ardenti desiderio per profectum carptim, incrementumque sui sublime eleuans flammam doctrinæ, pro qua de omni mortalium genere bene promeritus est, ab illis separatus, vrensque peudentibus illis, qoi antea propter virtutem io maxima omnium admiratione erant; at nuoc, ea est præsentium socordia, despectui habentur, licet Pastores sint, quod Thren. 4. 1.
verbis illis Hieremias deplorauit, Quomodo stercore circumuallati sunt rerum terrenarum ac corruptibilium, qui aliquando nutriebantur in cocco cœlestis ac venerandæ vitæ, & incorruptibilis & spiritalis instituti.

EPIST. CDL.
Teucro Candidato.

F

DVm Scripturam percurrimus, uihil noui oobis accidere videtur, cum te conspicimus iustos execrantem, & irridentem, probrisque petentem piam eorum institutionem. Scriptum est enim, Peccator execratur Eccli. 1. 22.
Dei cultum. Et alibi, Audiit diuinum verbum stultus, Eccli. 21. 18
& execrat, & abiecit illud retro in humeris suis. Alibi quoque scriptum est, Omne animal simile sibi appetit. Scele- Eccli. 13. 19.
stus enim homo scelestum amat & complectitur.

EPIST. CDLI.
Capitoni Phrontistæ.

NE mauuum tuarum amore concitus eas exaltes, laudibus cumules, & beatum te prædices, quod per eas & domum propriam, & plerosque alios nebulones, atque infames sustentas. Immo potius Deo gratias age, qui & manus exbibuit, & tui curam gerit. Quod si Dei oblitus manus tuas veneraris, caue, ne aliquando propter malam ægritudinem manus tuæ resoluantur, aut exsiccentur.

EPIST. CDLII.
Martiniano Presbytero.

G

ISraëlitis, ouem comestutis, caput cum pedibus con- Exod. 12. 9.
sumere lex præcipiebat, vt oos ea figura veritatem Dominicæ dispositionis comprehenderemus, cum caput iotelligatur esse diuinitas; pedes indicent humanitatem. Euangelista namque qui diserat, In principio Ioan. 1. 1.
erat Verbum, & Verbum erat apod Deum, & Deus erat Verbum; infra subiunxit, Et Verbum caro factum est. Ioan. 1. 14.
Adoretur itaque vt Deus, credaturque hominem induisse. Duplex namque erat Christus; vti qui oculis non subiiciebatur, Deus; vti qui oculis subdebatur, homo. Eum igitur hominem dicere sine diuinitate baud proficuum est; oeque bumanitatem noo vna cum diuinitate confiteri, salutare. Hæc ad ea, qoæ mihi scripseras, paucissimis verbis.

EPIST. CDLIII.
Eidem.

QVid est, qood Propheta sit, de incorporeis pote- Ezech. 1. 7.
statibus, Erant crura eorum recta, & pedes eorum

H

alati? Neque enim cœlestes, sanctæque illæ potestates omnino hisce corporeis indigent, ueque item illis opus est ad ista accessus; propterea crura recta habere dicuntur. Quid vero notant pedes alati, nisi ad diuioiora velocem pernicitatem illius naturæ, ab omni humiliori subiectione immunis?

EPIST. CDLIV.
Germano Cancellario.

SEmipranos mibi videris esse non totus vnluersus. Hinc & pusilla bona in te deprebendens, bonam ipse de te spem concipio, deprecorque cito vidare tuam ad optima quæque immutationem.

EPIST. CDLV.
Olympio Episcopo.

DIscaueas immanitati, ne quando diuinam indignationem incurras, licet pietaris zelo aduri videaris. Nam beatissimus Ionas feruens zeli studiom me- Ioan. 5.
dio Ceto emolliit. Caoe igitur tu quoque, ne, quod

A exorari te non finis, Cito tradaris, tentationi nempe inexpectatæ, & intolerabili. Cetum potro nune diabolum nuncupo. Attamen ne mensuram Epistolæ excedere videar, compendio extricabo historiam veterem : & tunc fortasse tibi persuadebis, eorum qui animo infirmautur, misereri. Carpus quidam Episcopus, eadem cum Apostolis ætate vixit. Sub eo duo iuuenes ex gentium errore, exterisque doctrinarum cauillationibus conuersi, ad Christi Ecclesiam accesserunt, obsecratioueque humili apud Episcopum vsi diuinum consequuntur baptisma. Id vbi audierunt, qui vna cum illis iisdem studiis imburbantur, illico . . . .

. . . .

impiissimi, atque iniquissimi. Hæc eo edisserente, en spectaculum maximum, timoris & admirationis plenum incidit. Descendit itaque Christus de cœlo, & flammiuomi dracones fugantur, exceptumque cum clementia,
B & placiditate mulia iuuenem à voragine extrahit, & sistit in terra, per hoc salutem eorum commonstrans. Christiani etenim postmodum in se truersi iotegerrimi fuere. Incusat prætetea Carpi iracundiam, & implacabilitatem : nec non quod inexorabilis ipse in eos distissima imprecatus fuerit. Hæc itaque cum didiceris Episcope, ne immisericorditer anathemate ferias, eiiciasque ab Ecclesia perpetuo Philemonis, Sosandrique sectatores, qui fraudibus circumuenti ad impietatem abducti sunt. Immo ex Sanctorum Apostolicorum Canonum
1. Tim. 4. 2. sententia præscripto tempore ab Ecclesia arcens, redargue, instrue, adhortare, astringe, Christi misericordiam superinfunde, deprecare, renoua, confirma, ros proprijs eorum lachrymis, & eiulatibus laua, ieiuniis orna, multis vigiliis purifica, orationibusque indue eos, qui Diaboli improbitate, & fraude iniquorum hominum diuino cultu spoliati sunt, & bonam illis confoue spem rogantibus, deprecantibus, eleemosynas facientibus, & propitium sibi reddentibus solum misericor-
C dem, atque humanum, & quam maxime miseratorem Saluatorem nostrum Christum.

EPIST. CDLVI.

Olymbrio Presbytero.

NVsquam Scriptura dixit, ad imaginem Dei, & similitudinem Solem procreatum fuisse : quanam igitur ratione tu id palam edicis, & in oculis omnium? licet enim ille hærens in cœlo lucidissimos radios eiaculetur, factus tamen est ea lege, ac iussu, vt hominibus inseruiat, & non est diuinis manibus fabrefactus. Solus homo animal admirabile Dei manibus procreatus, & digitis nulli materiæ obnoxiis ornatus est, & animam rationis compotem insiatu Diuino possedit.

EPIST. CDLVII.

Telesphoro encausta.

QVid laborem sedulam, inanemque capis ? quid ceteris operam frustra ? quid in ventum laborem insumis, aiebat Salomon ? stultum enim, minimeque fru-
D Eccl. 5. 15. giferum studium tuom competietur, cum Deus rerum habenas teneat, dirigatque omnia, ac regat, vt illi collubitum est. Multa siquidem, iniuste te gerens, in ærarium congeris, neque cui illa congregas, scis, vt David
Ps. 38. 7. dicebat.

EPIST. CDLVIII.

Zenoni Diacono.

VIrtus fecundum Deum, diuitiis omnibus est pretiosior, & vita quieta, tranquillaque pecuniis immensis luculentior. Bonum itaque; fuerit bona amplecti.

EPIST. CDLIX.

Eidem.

NIl adeo placet insultantes, exprobrantesque, vt exprobratorum cum lenitate, & modestia correctio. Optima siquidem exprobratorum immutatio, exprobrantibus confusio fit.

EPIST. CDLX.

Simplicio Exceptori. E

CHristum coronandum esse spinis à Iudæorum Synagoga iam prædixerat Salomon, Filiæ Ierusalem Cant. 3. 11. egredimini, & videte coronam, qua coronauit eum Mater eius. Cum itaque omnium delicta sustulerit Dominus, spina vero symbolum peccati sit ; propterea ex spinis ei diadema impositum est. Sepultua autem est in Gen. 3. 18. terra, ad ferendas spinas, & tribolos condemnata, vt maledictis onerata benediceretur. Quando vero primum creati homines post peccatum ficos folia induerunt, propterea citra passionem dicit ad ficum. Non vltra ex Matth. 21. 19. te fructus proueniat : quasi diceret, Non vltra in Paradiso fiat præuaricatio.

EPIST. CDLXI.

Socrati Comiti.

FAcillimo negotio demortuorum hominum corpora Saluator Christus sternutamento citius resurgere faciet. Quid enim, die sodes, in laborum comparatione F maius est ? Statuamne, quæ antea nulla erat, effingere, an casu quopiam disruptam in eandem formam reficere? Qui igitur nos ex eo, quod non erat, Deus creauit, ipse nos, postquam ceciderimus, vt rlatissimum est, à limine mortis restituere poterit.

EPIST. CDLXII.

Zosimo Caligario.

HVmilitate sola Publicanus ex infirmitate exemptus Luc. 18. 13. est : & ait Dominus, Quicunque se humiliat, exaltabitur. Quapropter & sanctus David pro sui defensio- Matth. 23. 12. ne illa edisserit, Intende in orationem meam, quoniam Ps. 141. 7. humiliatus sum nimis : & rursus ; Vide humilitatem meam, & laborem meum, & dimitte vniuersa delicta Psal. 24. 18. mea. Ne itaque intempestiue contristeris dicens: non sunt mihi pecuniæ, quas continuo pauperibus suppeditem. Namque si nihil habueris, nihil à te Deus exposcet ; quod vero habes, promptus Saluatori offer, Cor nempe contritum, & humiliatum, & preces frequentes, & G sic non spernis ab eo, qui diligit humiliatos, eosque solari ooo dedignatur.

EPIST. CDLXIII.

Helioni Magistriano.

SI Deus interdixit, ne fiant mala, & eos qui similia perpetrant, in Gehennam ignis amandat : quomodo, cum iis, qui praua confiriunt, cooperabitur ? Caue itaque dicas, Deum exaudire probrosos, scelestos, & studiis suis iam enarcidos, & perimere quidem homines, currentes vero equos in circis eneruare. Absit hoc. Non sunt hæc Dei opera, sed prauorum Dæmonum actiones. Imagines quippe nonnullorum scilicet Sanctorum præstigiatores esfingentes, & superuacanea quadam operositate lamias colligates, eas in postica imaginis parte sepeliunt : & cum sibi arriserit, aut molierem in adulterium pellere, aut vito necem afferre, aut equos eneruare, execrandum, & diris deuotum ieiunium ieiunant, & ante ram imaginem noctes insomnes agunt, & rereis, lampadibusque accensis vigilantes dæmones inuocant, quo- H vsque eorum apparitionis compotes fiant, & ex his quæ dam opere præstant, plutimis vero frustrantur. Caue igitur, ne per eos in laqueum incidas.

EPIST. CDLXIV.

Ioanni primati iuniori.

HOnora Patrem & Matrem tuam, vt bene tibi sit : Deut. 5. 16. ita Dominus lege sanciuit. Ne itaque si fieri poteft, vel vno momento temporis parentes deseras ; ne aliquando eorum diligentia, cura, ac delinitione destitutus in homines, qui sunt animarum lues, ac pestia, incidas, tibique, laqueo compares. Multi namque sunt, & potissimum iuniores stulti, & voluptatibus dediti, ioiquitatis opifices, & fordium omnium receptacula, qui maxima incommoda iis, qui cum ipsis consuefcunt, afferunt. Fuge itaque luem, & fordem hanc, amice cum parentibus vna viuens, & totis conatibus eos honorans, eorum præcepta sequens, eorum precibus veluti aggere constipatus; licet eoim cultu illis omne, ac sollicitudinem conferas, at ne tamen eos generare oullo modo poteris,

A

EPIST. CDLXV.
Theophilo Abactis.

IVstum hominem laudibus prosequentes, benedictionem à Deo consequi, & innumerorum bonorum participes propterea fieri opprobriis vero eos lacessere audentes, deplorata mala subituros, noscere poteris à Deo
Gen. 12. 3 dicente ad Abraam. Benedicentes te benedicam, & maledicti erunt, qui maledicent tibi. Et David dicit, Muta
Ps. 30. 19. fiant labia dolosa, quæ loquuntur adversus iustum iniquitatem in superbia, & contemptu, Te igitur laudo, qui recte semper vitam instituis, & iustos laudibus extollis.

EPIST. CDLXVI.
Simoni Cursori.

SI per sapientem apem imitari conaris, ex omni lectione, quæ vtilia sunt, in vnum congerere ne pigrescas.

EPIST. CDLXVII.
Pegasio Comiti.

B

ABsurdum vtique fuerit consorti tuæ plagas infligere, cum ea continens sit,& quam maxime veneranda, & per omne vitæ suæ tempus erga te amorem foverit,foveatque,& propter nimiam verecundiam, & honorem, quem tibi defert, adversus te oculos erigere non audeat. Finem itaque fac tibi fidissimam verberandi, ne graviter irascatur,& iniquo animo ferat.Signum etenim animi Philosophiæ addicti est, prorsus à plagis manuum abstinere, sed prave agentes increpare verbo: furiosi vero, atque imperiti signum, prompte obviis quibuscunque plagas infligere.

EPIST. CDLXVIII.
Memertio Ecdico.

LItteris tuis à me poseis, num credendum sit, Spiritum sanctum eiusdem esse cum Patre, & filio naturæ? Nos ita habemus, & sic credimus à divinis Patribus edocti: & sic confitemur eiusdem esse naturæ cum Patre & Filio sanctissimum Spiritum Paracletum, coæternum, in eodem Throno sedentem,vna regnantem, simul glorificatum cum Patre, & Filio in sempiterna sæcula sæculorum. Amen.

C

EPIST. CDLXIX.
Adolio Legisperito.

HOmines vna cum mulieribus ablui, nullo modo Christi discipuli permiserunt; sed tem consignentes execrati sunt, & tanquam inconcinnum, atque inurile Christianis, prohibuerunt, & eiecerunt, & proscripserunt.

EPIST. CDLXX.
Plutarcho Bursa.

DIvinæ leges imperant, omnino à iureiurando abstinendum esse. Sive enim quis vera iuraverit, sive peieraverit, punitioni obnoxius fit. Abstine igitur à iureiurando sive illud iustum, sive iniustum sit.

EPIST. CDLXXI.
Iulia Comitissa.

Prov. 11. 22. APte tibi nimisque Scripturæ dictum convenit. Quemadmodum enim,ait,inauris antea in nase porci,
D ita pulchritudo malesanæ mulieri. Quis enim, dummodo mente polleat, non deplorabit te, venustatem quidem à natura obtinentem, sed ea abutentem, vagantem denique, & luxuriis deditam, & ad omnem vsum corporis concitam, & in alienos homines iusanientem, & vestibus,& auro,& pretiosis lapidibus temetipsam constipantem, & maleolens corpusculum studiose comentem variis lavibus, & balneis,& odoris vnguentis: animam vero tuam tanquam alienam negligentem, quæ nuda est ab omni opere bono, nulloque ornamento conspicua, & saucia,& à virtutibus extorris, & semper maleolens, & esuriens, & sese corrumpens lasciviæ sordibus?

EPIST. CDLXXII.
Aphthonio Tabulario.

ADferunt quidem Dæmones cogitationes timoris, & metus: parturit verò & mens ipsa sæpissime strepitus quosdam, & pavores, & turbas: vtrisque Servator medetur, qui ægritudinem omnem, & malitiam curat facillimo negotio, si operetur precibus; & bonis operibus, & divinorum eloquiorum lectione, & cum vigilia invocatione pretiosi nominis Iesu.

E

EPIST. CDLXXIII.

QVi dictiones venantur, & sermone iactabundos, & eos omnes, qui sese aliis sublate vendicant, necnon eos, qui, vt tua sanctitas fecit, & populi plausibus animum advertunt, pio sque de dictionum inscitia cedarguunt, irridere solent, qui magis Deo addicuntur.

EPIST. CDLXXIV.
Callinico Aurifici.

NEque morticina, sive ea rationis compotum, sive expertium fuerint, animalium attingere, neque lectum, neque insomnia, neque quidpiam aliud simile vnquam neque viro, neque mulieri nocuit. Fides enim in Christum expurgavit olim, & nunc semper veros fideles expurgat. Verum iis, qui non credunt, nihil est purum; quippe quibus contaminata sunt & mens & conscientia, omnia quoque illis execrabilia, & imputa videntur.

F

EPIST. CDLXXV.
Stephanidi Comitissæ.

QVidnam ipse præconij loco tibi munus mitterem, cum id iam à Salomone habeas? Ait ille, Mulie- Prov. 30. 10.
rem fortem quis inveniat? Raro scilicet talis invenitur, quæ lapidibus pretiosis pretiosior est; illius vero tori consors per eamdem ipsam magis conspicuus fit,qui nulla de re familiari cura opprimitur, quippe illa omnium studio sedulo,ac diligenti curam gerit. Per hæc itaque & similia cum fide etiam tua, & graviter servaberis.

EPIST. CDLXXVI.
Vlpiano Scholastico.

PRompte quidem committis scelera, sed non æquo animo molesta tibi, ita Deo iubente, advenientia sustines. Quare adhortor te,quemadmodum à perpetrandis malis non abstinens, ita quæ pravas operationes subsequuntur, ne displiceant mala: ad modum enim perversissimæ mentis; & flagitiosæ militiæ stipendia decernuntur.

EPIST. CDLXXVII.
Aristophani candidato.

G

NE obstupescas, cum tibi ante oculos obversetur Maximus Vicarius, & illius frater propriis artibus deprehensi, & pericula,& extrema mala perpessi, quæ in alios ipsi invehere conabantur. Vides factarum litterarum eloquium:Colligavit Deus axes curruum eorum, &
duxit illos ad debitum; & , Reversa est malitia eorum Exo. 14. 25.
in capita ipsorum; & , in laqueo hoc, quem abscondc- Ps. 7. 17.
runt, deprehensus est pes eorum. Comprehenduntur Ps. 9. 16
in malis consiliis,quæ ipsi cogitant: quodcunque enim in proptiam secotitatem,in aliorum vero fraudem,& noxam commenti sunt, id Deus in eorum afflictionem, & opprobrium, & exitium inexplicabile, in vtilitatem vero, & honorem, & libertatem, & commoda non contemnenda eorum, qui insidiis petiti sunt,convertit. Amman etenim aliquando Mardochæum hominem iustum
cruci volens affigere, etiam ligno præparato, ipse qui- Esth. 7. 10.
dem ex improviso probris oppressus, & præter omnem expectationem, iussu Regis, qui eum antea multo magis quam animam suam dilexerat, suspendebatur. Mardo-
chæus autem, qui mentem suam in Deum continuo fi- H
xerat, maximis à Rege cæterisque primatibus cohonestatus honoribus, & tum magis,quam vsquam alias,spectabilior apparuit, omni itaque tempore divinis elo-
quiis credito, quæ dicunt: quod ipse abhorres, aliis ne Eccl. 27. 29.
facias aliisque mala ne machineris, ne à malis opprimaris,& quam alij condisti ollam,tu solus edere condemneris. Qui enim foveam aliis effodit, in eam ipse insperans incidet.

EPIST. CDLXXVIII.
Euryeli Patritio.

APposite de tua claritate dictum est, Doo hæc Eccl. 25. 4.
odio habui, senem mœchum, & diuitem mendacem. Qoid superbit terra, & cinis, molestiarum, putredinum, & vermium hæres futura? Si igitur in iniquitatib & mendaciis,& dolis consenuisti,& consumptus es, dierum malorum satur,nosce te ipsum.

A

EPIST. CDLXXIX.

Aglaophonti Curatori.

HOmo ens, qui iniuste alios odio persequuntur, intuitus, & rerum alienarum raptores magis, ac magis corroboratos, & potentes, si animum despondens, in desperationem ceciderit, nemine opem ferente, de cœlo admirabiliter & soppetias, & auxilia videbit. Persta igitur orans, & sperans.

EPIST. CDLXXX.

Luciano Sophistæ Christiano.

NOn est dandus ad mentem aditus cogitationum, quæ nocere aptæ sunt, imaginibus; ne perturbationes diligentia nostra demortuas excitemus, rursumque vitam discrimine, ac certaminibus plenam transigamus. Facile enim propendet cogitatio ad perturbationes non multum ante tempus sopitas, & voluptatum lancem ad solum vsque aggravat. Est habitus enim virtutis, mutatu celerrimus est, nimisque facile, si negligatur, in contraria vertitur.

B

EPIST. CDLXXXI.

Soterico Diacono.

Prou. 26. 4. Eccl. 22. 1. QVemadmodum porta super cardine suo circumvolvitur, ait Salomon, sic homo segnis super lectulo suo, Et stercorum fimo socordem Sirachus assimilat. Hæc ad tuam socordiam mihi dicta sunt.

EPIST. CDLXXXII.

Anthemio Iurisperito.

LOnge remotus à fornicationis sorde, in animi consternationis, & tristitiæ laqueum non cades.

EPIST. CDLXXXIII.

Mariano Episcopo.

IMmensam in omnibus boni Domini ergà proprios servos dispositionem intuemur. Sic etiam quæ tristia esse videntur, & non vsquequaque secundùm voluntatem adveniunt, eadem ipsa in vtilitatem multorum disponuntur, inenarrabili sapientia Domini, & consiliis inscrutabilibus. Sed contra tentationes, quæ nos instar tempestatis impetunt, assurge, & coronam tibi pater compone, pro me Deum exorans.

C

EPIST. CDLXXXIV.

Leonida Decemprimo.

Ioan. 6. 85. NEmo venit ad me, ait Servator noster Christus, nisi ei desuper datum sit. Non enim cuique obvia est fides in Christum: superiori namque impulsu indiget, cum vere credere generosi animi sit. Tali igitur animæ illa, quæ à Deo est, compunctio opus est, vt credat. Sed supernus quoque impulsus nostra eget electione, & arbitrio.

EPIST. CDLXXXV.

Theocli Scholastico.

TAntam vim habet optima pœnitentia, vt si quispiam etiam in lecto, dum animam agit, ea vsus fuerit, momento temporis ab innumeris delictis liberetur. Temporis enim angustiis Dei humanitatem non opprimit:
Isa. 30. 15. scriptum siquidem est apud Prophetam; cum aversatus tua pessima opera, ex intimo corde ingemueris,
Luc. 18. 13. tunc salvus eris. Idque tibi persuadeat humilis Publica-
D nus, in gemitu modicam orationem offerens, statimque infinitorum debitorum remissionem accipiens, iustusque divino calculo super superbientem Pharisæum, multis præclaris facinoribus conspicuum, declaratus.

EPIST. CDLXXXVI.

Philoni.

ALius in aliud quidpiam ex mundi huius inanibus inclinat: & alius in aliud, quod nihil animæ conducere potest, insanit. Tu vero circa illud vnum votis omnibus incumbis, se pro Christo exercentibus tuas sine vllo modo facultates erogare. Quas igitur propterea mercedes habiturus sis, gratia Domini ante obitum præmonstrat, quæ futura prævidens submissa voce te adhortatur, vt conducibilia peragas, revelatque nunquam destitutas retributiones.

***

EPISTOLA CDLXXXVII.

Æmiliano Protectori.

IN mœstitia faciei, ait Salomon, bonificabitur cor. Etenim si irascamur, contraque nos, qui in improbam illam actionem agimur, amarucrimus, omnino nostra anima bonificabitur, pulchritudine virtutum gaudens, & exultans. Eccl. 7. 4.

EPIST. CDLXXXVIII.

Scriniario.

IN Christo Iesu, ait Apostolus, neque masculus, neque fœmina. Et tamen credentes omnes in masculum, & fœminam conformati videntur. Veruntamen non de iis, quæ sub oculos cadunt, Apostolus loquitur, sed innuit id quod visui non obiicitur: iis enim qui mentis aciem in Deum dirigunt, & mascula, & fœminea perturbatio proposito, & fide & voluntate emoriuntur. Gal. 3. 18.

EPIST. CDLXXXIX.

Dometiano Eparchico.

NIsi rerum omnium Deus, & de omnibus bene promeritus Christus re vera mortuus, ex mortuis vere resurrexit, inanis est nostra fides: & frustra Corpus mysticum comedimus, & Sanguinem bibimus nos causa expurgandi, vt annunciemus, non mortem tantum, & sepulturam, sed resurrectionem etiam, & gloriam, & nunquam finiens regnum illius. 1 Cor. 15. 14. F

EPISTOLA CDCX.

Franco Cancellario.

CVm carnis cogitatio irritat te, concipe tibi animo æternarum pœnarum horrorem. Iacebis per idem tempus, vt inquit Salomon, in corde maris, & veluti gubernator in inexplicabili tempestate. Siquidem si pugnæ tempore, quam cum irritante te suavi facie, inis, præpotens fuisti, poteris non dissimili ratione cum præscriptis sempiternis pœnis certamen subire, atque ille qui in maris tempestate obruitur, nullo negotio, nulloque labore superior eris omni violento impulsu, qui tibi à concertantibus Dæmonibus adigitur. Prou. 23. 34.

EPIST. CDXCI.

Aristocrati Eunucho.

G

IN Spiritu sancto, & igne Dominicum baptisma, ignis appellatione calidum, & viuidum gratiæ & peccatorum discito absumens. Matth. 3. 11.

EPISTOLA CDCXII.

Apollophani collaboranti.

AEque ac ovis balans, & rationis inops, licet prudentissimus videaris, Dei quidem cultum abnegas, cum illi prorsus præstare nolis autem obnoxiam, adversario vero patentem, ac morigeram in tui perniciem exhibeas, & ex animo Domino, qui præter naturam est, addictus, continuo illius imperiis obtemperas. Probe igitur Iudaica lex sensu mystico, servi illius, cui odio fuerat libertas, aurem subula perforare mandat: ne naturali foramine audiens excipiat aliquando libertatis locutionem. Quod à te factum conspicimus: servos etenim Satanæ sempiternus factus es, illi præsentique vitæ deditus, & nunquam te induci permittis, vel semel, ad audiendas divinas litteras, neque futuri sæculi imaginem aliquam concipiendam. Deut. 15. 17.

H

EPIST. CDXCIII.

Macedonio Apparitori Præsidum.

QVanam ratione spiritales sermones securis frangens petram dicuntur in Hieremia? Verbum namque Dei in cor sexeum adveniens male compacta in duas discriminat partes; vt possit homo exquisite diiudicare, meliora à deterioribus discernere, & aliquando bona eligere, & vituperabilia repellere. Ier. 23. 29.

EPISTOLA CDXCIV.

Thyrso Primicerio.

HÆrere te ais, quisnam ille fuerit potens, & bonitate perfecta stabilis vir, de quo paucos ante dies perobscure, & quasi per nebulam scripsi, & quis latro, & quæ armatura illius. Latro itaque Diabolus est, qui nos ex melioribus deprædatus est, & veluti spolium factos abduxit. Cibos illius, & tegumentum, & armatura, nostra sunt peccata, per quæ nos trucidat, & perdit. Qui igitur

mundum

A mundum fabrefecerat Salvator,per carnem huc accedens,
cum omnia posset,prædooem quidem colligevit,nos ve-
ro ex illius servitute in libertatem vindicavit : tollens
prætetea peccata mundi , crucique affigens , de boste
triumphum,egit,quem sempiteruo dedecote affecerat.

EPISTOLA CDXCV.

Paulo Scholastico.

HAbitus quidem consuetudine , habitu natute inge-
nerati essolet. Durum vero,atque arduum est tta:ıs-
ferri , aut immurari naturam : id nihilominus Deus po-
Esa.1.18. sest , neqoe enim Deo adversatut natura. Etenim si pec-
cata vestra fuerint, ait , vt coccinum , quasi nivem deal-
babo ; si fuetint tubra,quasi lanam dealbabo. Quare non
est desperandum : ptava siquidem , ac vituperabili con-
Amos 5. 8. suetudine magia potens est cteatot nostri Deus , qui om-
nia facit,& immutat,vt Vates habet. Et licet in habitum,
& malitiæ oatoram deveneris , ne desperes , sed pœnt-
tentie vtitor , & salvaberis. Ob boc enim colores non
facile evanidos , sed feré rebus ionatos afferens , puni-
B ceum oempe , & rubrum , in contrerium eos habitum
immotare asseruit , vt hominibus spem bonam intende-
ret. Ingens itaque pœnitentiæ vis est , quæ nos ef-
ficit instar nivis , & vti lanam deelbat , licet præcedens
improbitas multum abhinc tempus animam pessimis
modis infecerit , & fotmam eius iu aliam converterit.

EPIST. CDXCVI.

Iuliano Ecclesiarum defensori.

OBcæcatorum epud Hierichum biga Salvatori cla-
mabat : Miserere nostti Domine , fili David ; Deus
Math. 20.29. enim es , idemque homo. Miserete nostri ; tuum enim
auxilium invocamus ; & ex mediis tenebtis , noctéque
implotamus lucis,ac tenebtarum Dominum , qui percu-
tete,& medere vales ; qui neci tradere, indeque ad vitam
referre poris es. Ne humanissime Domine prætergre-
diaris ; qui miseteri nosti , nostri miserete. Turba vero
Math. 13. 55. cum nollet,Christum David Filium , sed fabro genitum
vocitare , cæcis irata inerepabat, vt racerent : et illi ma-
gis , ac magis eadem clamabant. Et stetit Dominos Iesus
C cum Filius David vocaretur. Stetit Iesos , qui mare stare
fecerat , qui mensuram vndis præfixerat , qui venris ter-
minos posuerat. Stetir Iesus , qui cœlum vti fotnicem
Ios. 10. 13. coostituit. Admitationem aliquando ciebat Nave Filius
Iesus, precibus solem vt staret efficiens. Sed quid ille ad
duos hos cæcos , qui Chtistum stare fecerant iustitiæ
solem , non necessitatis imperio vllo,sed prece,& advo-
catione ? Et ait ad illos Dominus, Quid vultis, vt faciam
vobis ? Quidquid placuerit præstabo vobis,tanquam cœ-
li, terræque Dominus. Pudore Gentes, Hæreticique affi-
ciantur , qui non omnia quæcunque voluerit Christus,
opete præstare pesse asseverant. Quid vulris,vs vobis fa-
ciam ? Si à me inope pecunias petieritis, fontem eoti ex-
hibeo. Dominus enim inopes facit & divites,qui Abraam
& Iob , & David fottunatos illos homines divitiis , ac
opibos oneravit : si imbres demittere perieritis , statim
corruent ; si fontes panis vobis impertiri , iam sub manu
sunt : Operibus ipsia ptobetionem habetis : si aquem in
vinum commutate, testes sunt in Cana nuptiatum crate-
D res. Cæci vero respondetunt dicentes : Domine,vt ape-
riantut oculi nostri. Tu Domine,qui percussisti,saoa;mi-
serere nostri ounc , qui antea ita incensus fueras : nunc
denuo oculos coufinge , qoi natutæ auctor es : aperi lu-
minis radios , qui tenebrarum portas occludis. Misertus
autem Iesus, tetigit oculos eorum,& confestim viderunt.
Vbi namque Iesus tangit , omnia in meliorem modum
immutantut. Viderunt itaque cæci duplex lumen , alte-
rum communis diei,alterum illius,qui eos sanaverat,cœ-
lestis medici , & animotum , & corporum ; & lumen in
lumine resplenduit. Hinc recuperato lumine æque ac
Petrus , & Andreas Iesum sequuntor ; & venientes Be-
thphage , novis oculis videns ex Devide ptogenitum
faustis puerorum acclamationibus exceptum recori-
bus palmarom soteulis eum , qui sempet nova, & præ-
ter expectationem omnem miracula peragit.

EPIST. CDXCVII.

Epiphanio Lectori.

E DIscere cupis,quid pellis illa , quam ex alto Elies Eli- 4.Reg.2. 13.
sæo proiecit,sibi velit ? Discas igitur. Pellis illa ter-
renam omnem imaginem neci tradebat, & omnem inna-
tum membrotum motum Elisæi perdebat ; per quam
non tunc tantum,vt sensui patebat,sed & nunc , vt intel-
lectu concipitur, carni animis addictis , tanquam mortis
peccatis, & impietatibos tepletis in intellectuali Hieri-
cbo divinæ gratiæ salem iospergit,& ad Dei cultum,vir-
tutumq; procreationem credentes omnes transfert.

EPIST. CDXCVIII.

Iuliano Ecclesiarum defensori.

FIeti potest , vt fornicationi deditos oculos precibus
ad Deum exuamus ,ne vltra profanam voluptatem
inspiciamus , & ex gratia Domini novos oculos assuma-
mus, per quos postmodum odoræ,sanctæque contiuen-
tiæ pulchritudinem intueamur , & sordium amantibus
Dæmonibus oculos , in libertatem vindicati,cædamus. F

EPIST. CDXCIX.

Cypriano Delegatori.

ADmirari te , ais, quamnam ob caosam non per capot Gen. 24. 3.
Abraæ honorabilis servus in Mesopotamiam eble-
gatus,sed in fœmore manu apposita,iusiurandum Domi-
no exhiber. Sat noverat Abraam , & mentis oculis iam
prævidebat , rerum omnium opificem Christum staturo
tempote ex fœmotibus Abraæ , ex semine scilicet illius
secundum carnem nasciturum : & iam ante tot genera-
tiones arcanum futurum prævaticinabatur. Qui enim ait
ex femoribus meis carnem assumpturus est Deus, cœli,&
terræ imperium obtiner. Quapropter dicit servo, Appo-
ne manum tuam subter fœmora mea , vt adiurem te per
Dominum Deum cœli, & terræ.

EPIST. D.

Demarcho Illustri.

CVm petturbatio,quæ sub ventre est, infirmatur, ma-
nifestom est,eam ex superimpositis vasis,ventris nem-
pe, inopia male se habere : cum turget , motuque cietur,
omnioo inde vim habet ex nimia satietate transfusam. G

EPIST. DI.

Candidiano Ductori exercitus.

LItetis ad me daris intertogas, quam ob ceusam mo-
nachi,dum se ornant , ad sinistrum humetum vestem
contrahunt, partem lævam omnem denudantes : qui ve
to è sæculo sunt gestantes amiculum, dexteram corpotis
partem aperram omnibus produnt ? Antibus itaque atti
pe, Monachi dictis Domini obtemperantes , qui dixit :
Quod facit dextere tua,cave,ne cognoscat sinistra,probæ Math. 6. 3.
scilicet operationes, quas continuo operaris , pestiferam
vanagloriam lateant , nec studio placendi homioibus
agantur ; tale etenim vitæ institutum vere sinistra est ,
iuste quidem propria facinora hominibus occulrant ,cum
proprios defectus palam omnibus confiteri suescant.Qui
vero vitæ seculari operam navant,cum vani sint , suaque
insolenter iactent,recursus ad Deum immemores,& circa
res terrenas,caducasque serpentis instar perrepentes, pro-
pria quidem , eaque innumera scelera regunt , & vnius H
tantum virtutis exercitium per simulationem sibi arro-
gantes,continentiam nempe,eleemosynam,vel ieiunium,
omnibus fere hominibus eam manifestant, in publicum
appatentes,insolescentes,superbiæ bullis , veluti boccina
perstrepentes, locis in omnibus iactanter coaclamantes,
præconis instar voce pronuntiantes , pusillæ rei molem
ingentem adjicientes , & ab bominibus mercedem parvæ
laudationis , & gloriæ invtilem sibi vindicantes , & à
cœlestibus remunerationibus excidentes. Recte ita-
que de illis in Evangeliis dictum est : Habent Math. 6. 2.
mercedem suam. Perfecte enim eam re-
ceperunt,bic sine vllo vsu , atque
emolumento laudibus ho-
nestari.

***

A
EPIST. DII.
Zenobio Legato.

MVlti ex iis, qui in mari tempestate iactantur, suis ipsi manibus onus, cum taliqua supellectili pretiosa in profunda deiciunt, vanæ caducæque vitæ facultate posthabita, ne navis pondere oneris obruta in discrimen veniat. At tu, qui beatos eos, qui sempiternam, & nullum finem habituram vitam commercantes prædicas, nil tamen ex opibus indigentibus communicas, sed potius vna cum pondere immensæ substantiæ perdi vis, quam salvari, illius vel minima parte exoneratus; quare apud te non eam vim habet Dei timor, quam nihilominus timor maris incussit.

EPIST. DIII.
Sylvano Presbytero.

2.Petr.3. SI cœlos novos, & terram novam, vti Christus pro-
13. misit, expectamus, in quibus iustitia immutabilia in
sæcula sempiterna exercetur, nobisque iam ex manibus
B hostium liberatis, concederet intrepide, & indesinenter
Deo servire in pietate, & iustitia, & gaudio inenarrabili, & gloria inexplicabili; quanam ipse ratione rursus denuo timorem hominum, ac Dæmonum ibi esse, & mutationem, & lapsum, & peccatum, & perturbationem, & similia doces?

EPIST. DIV.
Damiano Magistriano.

COmpertum mihi est, te credere, Dominum superum & cœlestem habere, enixeque incumbere, vt illius humanitatis particeps fias. Si itaque aves, optasque tibi Dominum tuis miseriis commoveri, esto & tu in servos tuos misericors.

EPIST. DV.
Papisco Oscorodulis.

II servi, qui legitime carneis Dominis servitutem serviunt, mercedem à Deo accipient. Qui vero opes negligunt, & contemnunt, & superbiunt, & ministerio, vti
C par est, animum non advertunt, profecto illi pœnas luent;
tantum abest, vt à Deo bonis afficiantur.

EPIST. DVI.
Diomedi Oeconomo.

Agg.2.7. HAud scio, an Scripturam percurreris, ex persona
Dei dicentem, Adhuc semel & ego concutiam non
Heb.12. tantum terram, sed cœlum, & id Apostolus exponens
25.26. dixit, Illud adhuc semel, declarat mobilium translatio-
nem tamquam factorum, vt remaneant ea, quæ sunt im-
Ps.92.2. mobilia. Propheta præterea ait; Etenim perfecit Domi-
nus terram, quæ non commovebitur. Hæc itaque si ita se habent, ne post sæculum futurum idque inconcussum, mutationes, & vicissitudines, & casus, & infortunia, & servitutes bonorum, atque his similia expecta, & tibi animo repræsenta.

EPIST. DVII.
Zosimiano Proconsuli.

CVm desuper Deus nobis conducibilia satis calleret, res humanas in duplicem vitam partitus est, in
D præsentem hanc videlicet, & futuram; dumque præ-
sentem ad disciplinas comparandas necessariam esse illis, qui rationis compotes sunt, monstrare vellet, afflictione, mœroreque & labore oppletam esse decrevit: quæconque etenim disciplina, atque instructio, innatas sibi & mœstitias, & dolores habet, per quæ prudentiores, seque ipsis meliores, qui instruuntur, evadunt. Id vero experientia rerum manifesto nos admonet; quippe qui dum filios nostros diligenter educari percupimus, multa eos cum attritione, multisque laborum perpessionibus educamus, vt in disciplinis, atque institutione comprobatis, suo tempore laborum fructus decerpant.
Heb.12. Innuit porrò id idem & sanctus Paulus dicens; Omnis
11. disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij,
sed mœroris: postea autem fructum pacificum exercitatis per eam reddit iustitiæ: quibus nos quoque instruens tristia, diraque cum gaudio sustinere, quæ ad bo-
Prou.3. num finem nos conducunt, scribit: Fili mi noli negli-
gere disciplinam Domini, neque fatigeris, dum ab
eo argueris: quem enim diligit Dominus castigat. Fla- E
gellat autem omnem filium, quem recipit. In disci- Heb.12.
plina perseverate, &c. 5.

EPIST. DVIII.
Druseno Principi.

QVi legitime, & ex iustitiæ præscripto cum timore Domini subditis imperant, laudem habent in venerandis literis, beatique non in præsente hac vita solum, sed futura etiam iudicantur. Sed qui sine ratione, vt tu ipse facis, vitam agunt, & parte animi rerum æstimativa, & arbitra capti, nationis cuiuspiam tenent habenas, næ illi hac eadem dignitate miseri sunt, & à Deo condemnati; licet alios ipsi iudicio sustinere videantur. Haud etenim mens eorum imperij sedem occupat, secundum imaginem, & similitudinem Dei fabrefacta, iussaque vt alios regat: sed potius ex principibus sedibus deiecta in subditorum locum, omnino in condemnatorum ordinem colloca-
catur. F

EPIST. DIX.
Ablabio Notario.

QVi in surdi autem occinit, frustra occinit, & qui tecum ex sacræ Scripturæ formulis sermonem confert, qui insipientia oppletus es, & advigilante corpore dormitas, sermones perdit.

EPIST. DX.
Aricli Primati.

IIs, qui adventum illius diligunt, IESVS omnium 2. Tim
Deus, & Dominus iustitiæ coronam spopondit. 4.8.
Quænam porro fuerit dicta corona, quam perfecta modis omnibus iustitia, & sanctitas, & integritas, & immutabilitas, & immortalitas, & iucunditas sempiterna.

EPIST. DXI.
Lucæ Diacono.

QVisnam fuerit stimulus carni Apostoli datus, ne
magnitudine revelationum & multitudine aliquan- 2.Cor.
do attolleretur? Quotidianæ afflictiones, quæ illi à 12.7.
persequentibus, nequissimis hominibus inferebantur, G
stimulus nuncupantur: stimuli enim instar casus adversi, colaphorum impactiones, & necessitates variæ beatum Virum pungentes, non illi, vt inflaretur, permittebant.

EPISTOLA DXII.
Bebiano Episcopo.

MOlestias incidere, & otiosum reddere œstrum, & quæ in corpore exæstuant, voluptates, id divinus Apostolus corporalem exercitationem nuncupa-
vit. Pietas autem res ad omnes proficua est: eaque fue- 1.Tim.
rit, Deo opem ferente memorias affectibus obnoxias 4.8.
prorsus delere posse, mentisque in posterum stabilem munditiem sibi comparare.

EPIST. DXIII.
Baccho Eparcho.

NOnne vides rosæ spinas coniunctas? Ne igitur nimium turberis, ediscens florem, & splendorem,
quem vitæ huiusce magnificentia gignit, innumeras sub- H
sequi calamitates, & pericula, & dolores, & mœrores, & varias internas, externasque insidias; & quo Regiis domibus proximior fueris, eo & climacteras, & discriminum fulmina suspectiora habeto. Qui enim cœlo prope est, in propinquo fulminis est, populari fertur adagio.

EPIST. DXIV.
Marino Diacono.

QVid tibi, & morti obnoxiis hominibus, qui nullam pro recte in vita gestis, mercedem reponunt, neque sanam animi æstimativam habent sæpissime, & invidentia devicti, res probe actas magis incusant, quam laudant? Assuesce itaque temetipsum intellectuali oculo ad superna dirigere. Supernum siquidem Theatrum sinceros ac puros calculos edunt, nullo personarum respectu habito. Illud igitur Theatrum oblecta proborum operum iucunditate, indeque beatas tibi, qui virtuti addiceris, laudes attrahe.

EPI

A

EPIST. DXV.

Basilio Mercatori.

Rom. 9. 21. VAsa contumeliæ dicuntur, & qui fornicantur, & qui vectigalia redimunt, & qui profanum quodlibet, vt paucis rem expediam, exercent. Poterunt nihilominus probis malis motibus in optimos immutatis, vasa honoris fieri, & Regis sæculorum vsibus accommodata.

EPIST. DXVI.

Pharetrio Mechanicio.

Psal. 80. 7. MAnus Israël, Psalmus ait, in cophino servierunt. Si itaque addiscere tibi in animo est, ne in sensibus obnoxiam Ægyptum mentem dirigas, neque sub Moyse gesta speculare; sed in temetipsum cogitationem admove. Cophinus enim multiplicem iniquitatem significat, Ægyptus afflictionem, manus studia. Si igitur te peccati servitutem servire deprehendis, suspira ad Dominum ex corde, ab occulta procella, & prava oppressione, & in virtutis libertatem te vindica. B

EPIST. DXVII.

Symmacho leguminum venditori.

QVæ ex legis præscripto non comeduntur, omnia varias ac diversas vitiorum species innuunt, per aquatilia, & terrestria, necnon volatilia, veluti in tabella depictas. Quæ autem comeduntur, multiformem, ac multiplicem innount virtutem.

EPIST. DXVIII.

Aphrodisio Philosopho.

QVæ tibi vtilitas fuerit, qui in actione positam virtutem negligis, rationalem vero, vt existimas, Philosophiam profiteris, & Solis mensuras, & stellarum vires, & cœli molem tenere te iactas, sæpe etiam & res divinas pertractare audes, in quibus & veritas inaccessa, & iudicium periculosum est, viuisque interim, in cœno sese voluentibus porcis opprobriosius? Si itaque aliquando tibi à nobis reprehenso in animo fuerit ad rerum laudatarum exercitium gradum facere; hac etiam C ratione nullum ex hac re fructum tuleris, nisi rerum omnium Dominum agnoveris, reponendamque post mortem mercedem expectaveris.

EPIST. DXIX.

Dioscoria Viduæ.

QVi omnia circumspicit Deus Prophetæ Eliæ necessarij alimenti indigo dicebat; Vade in Sarepta Sidoniorum, ibique præcipiam cuidam Viduæ, vt te pascat, non quod labiis, & ore palam Viduæ locutus fuerit Dominus, sed quod pias cogitationes in mentem illius, ac filiorum immiserit, vt Prophetæ curam in se reciperet. Itaque tu quoque ne despondeas animum, sed ora solummodo, cum gratiarum actione inopiam sustinens, & rerum omnium Dominus bonis affluentium cordibus suggeret, vt tibi non pro necessitate modo, sed supra etiam, & affluentius subministrent.

EPIST. DXX.

Crispo Excaptivo.

D EX immani barbarorum tyrannide Dei misericordia ereptus, quid tam cito depositis curis ronchissas, nec eum propitium tibi reddis, qui præter expectationem, ex manu alienarum gentium, & impiorum te eripuit: quinimmo temetipsum in multarum iniquitatum servitutem subiecisti?

EPIST. DXXI.

Eupithio Lectori.

SVmmoventes, longeque amolientes, quæ secundum naturam sunt, bonas cogitationes, & Scripturas divinas, & Virorum, qui virtuti addicuntur, adhortamenta, nonnunquam Dominus insomniis horribilibus immissis in meliorem frugem attrahit, quandoque etiam morborum sarsura, quam nonnulli thori mollitiem nuncupant; sæpe etiam & aliis variisque punitionibus ad bonum Deus hominem convertit. Idque tibi suadeat Iob. 33. 14. Elius in Libro Iobi dicens: Semel loquitur Dominus, & secundo per somnium, aut in studio nocturno, vt cum irruit horribilis timor in homines, dum dormitant in lectulo, tunc aperit mentem hominum, in similibus E metus speciebus eos perterrefecit, vt avertat hominem ex iniustitia, & corpus illius à ruina liberavit: noctu vero increpavit eum in mollitie super lectum.

EPIST. DXXII.

Ganymedi Exceptori.

TRibus negationis vocibus Petrus vulneratus est, propterea post Salvatoris resurrectionem tribus confessionis, & assensionis, approbationisque vocibus sanatus est. Amas me, inquit, Petre? Vtique Domine. Matth. 26. 75. Propterea tu quoque ab iis, qui labuntur, erga me tantum amorem exposce. Qui enim legitime amat, licet aliquando erret, velociter ad delictum suum convertitur.

EPIST. DXXIII.

Asclepiadæ Comiti.

NE viduas, quæ veræ viduæ sunt, despectui habeamus: curam enim earum Deus gerit, qui magnum Eliam ad viduam transmisit; & viduæ quæ in vr- 3. Reg. 17. 9. be Naim commorabatur, Iesus ipse omnium Dominus F per semetipsum lachrymas abstergit, inclamans illi, Luc. 7. 13. Noli flere: & Iacobus id præcepit; vt pupillorum, & Iac. 1. 27 viduarum in earum afflictione curam habeamus.

EPIST. DXXIV.

Cecropio Præsidum Apparitori.

SIquidem mare esse dicis præsens sæculum, id tibi curæ esse debet, quamnam vtilitatem Iudiei ostendes, quam hac mercatura, dum humanæ vitæ pelagus transis, assecutus fueris.

EPIST. DXXV.

Theodoro Presbytero.

NE te lateat castimoniæ, & laudatæ libertatis, nec non alacritatis dator. Dum enim Dominus operatur, res tuæ in tuto sunt, tuque nullis insidiis, nullisque tempestatibus obnoxius conservatis, & omnibus terribilis es, & gloriosus, vndique splendens, & divina gratia circumseptus; & cum ipse nullum timeas, timori dæmonibus vniversis, pravisque hominibus eris. Verumtamen, si vanæ gloriæ, superbiæque locum dede- G ris, secedet à te Dominus, auxilia subtrahens, tuneque tuam abiectam conditionem agnosces, timens, ac tremens, nec propriam vmbram sustinens, & carnis affectionibus cedens, & noctu, interdiuque stupens. Po- Ps. 88. 41. suisti enim, ait David munimenta illius timorem, qui nondum in posterum libertate dicendi vti, quod destitutus est, valet.

EPIST. DXXVI.

Eliæ illustri.

QVid cum antea tot aliorum facultates diripueris, nunc vel modica spoliatus à potentiori viro, moleste fers, & discruciaris, & strides dentibus, ô bone vir?

EPIST. DXXVII.

Sophronio Tribuno.

MVnificentiam tuam Dominus inspiciens, & egentibus omnibus ad affluenter erogandum manus expansas, vt in te ingentes hæreditates simul vna omnes H concurrerent, effecit: propter hoc gloriam Deo dicimus.

EPIST. DXXVIII.

Zoilo Chartulario.

BOvem, & Vrsum, nec non Leonem, &c. vt Esaias Esa. 11. 7 ait, strictiori amicitiæ vinculo simul depasci, Ecclesiæ statum designat, populariuum Principum, & subditorum, qui pietatis dogmatibus ad statuta Canonum pœnitentiam agunt, & nutriuntur.

EPIST. DXXIX.

Eustathio Decano.

NOn tantum virtutis opera exequi, nobiles confert coronas, sed eos quoque laudare, qui virtutem exercent, mercedem non contemnendam consequitur: timentes enim Dominum glorificas, qui Christi diligens es.

***

A

EPIST. DXXX.

Hieronymo Domestico.

Ioa. 9. 39 EGo, inquit, veni, vt non videntes videant, videntes autem cæci fiant. Domini siquidem secundum carnem adventu, qui ex gentibus erant, nec antea videbant, neque divinas litteras intelligebant, postmodum cum credidissent, intellectu viderunt, & sapientes facti sunt. Ex Hebræis porro, qui errore, & tenebris digni erant, animi oculis obcœcantur, ne mysteria in sacris legibus abscondita intelligant, licet illi profiterentur, & Moysis, & Prophetarum libros apprime callere.

EPIST. DXXXI.

Xenophonti Scholastico.

IVstitia, quæ inter nos versatur, est æqua partium distributio. Et licet illud exquisite non assequamur, nihilominus rectissima mente operantes, à scopo non aberramus. Illius vero, quæ de cœlis infertur à iusto iudice, sive ea corrigat, sive rependat, speculatio admodum difficilis est, propter dogmatum, quæ in ea sunt, sublimitatem, vt David insinuat, Iustitia tua, vt

B

Ps. 35. 7 montes Dei; iudicia tua abyssus multa.

EPIST. DXXXII.

Æneæ Philosopho.

EXitiosis Dæmonibus morem gerere cupiens, lubentissime vitulos sacrificas, & in ara execranda agnus mactas: verumtamen sine vlla ratione furorem, immensamque iracundiam, aliosque absurdos, & exleges animi impetus non internecas.

EPIST. DXXXIII.

Secundo Castrensi.

QVemadmodũ dum nobis odiosi sumus, & inter nos altercamur, & inimicitias, atque insidias alter alteri struimus, & quietem, & tolerantiam amolimur, gaudio subsilit, lætaturque Satan, floretque; & bono animo est, effunditurque super nostris improbitatibus quiescens; sic dum pacifice, & tranquille nullo inter nos

C

dissidio vitam agimus, & rabiem frænamus, contrahi, deiicique solet improbus, cùm sit pacis & dilectionis inimicus, & humanæ concordiæ adversarius, & implacabilis hostis.

EPIST. DXXXIV.

Martyrio vindici.

IMmunditiei omnes species, fornicatio nempe, adulterium, incontinentia, cum masculis concubitus, & his

Cant. 2. 11. Cant. 2. 12. similia, hyems à Salomone nuncupantur. Cum itaque omnes, qui pœnitentia ducti, tectam adhibentes cogitationem ab his sceleribus recedunt, postmodum amabili, continentique vitæ instituto animum advertunt; propterea scriptum est, hyemem transiisse, vocem turturis auditam in terra nostra: continentiam enim turtur significat.

EPIST. DXXXV.

Ammonio Comiti.

QVæ corpori tuo per Diaboli insidias cum extre-

D

mo periculo cruciantia advenere, non fugiunt nos. Attamen ea tibi non sine Dei dispositione contigere, vt clarissime cognoscas & adversarij rabiem, & Christi sollicitudinem, qui tibi veluti servo dilectissimo quantocyus dolorem ademit.

EPIST. DXXXVI.

Nicareto Silentiario.

QVi in Theatra ascendit, & oculis ab obscœno delinitur, & circumsedetur desiderio, appensus mœchus est, sive velis, sive nolis. Verumtamen tu à fornicationis scelere haud immunis, quanam mihi ratione inculcas, animum tuum, qui iam servos vivit, & à Diabolo, nulla vi coactus, in captivitatem adducitur, nullum detrimentum accipere?

EPIST. DXXXVII.

Theodulo Episcopo.

VEl nomen tuum saltem reverere. Iam etenim vti manifestum est, Sacerdotij dignitas in tyrannidem abiit; cum tu furenter nimis verberes, ac deprædetis homines liberales, nulli facinori obnoxios. Et quo-

E

nam loco posueris magnum Paulum, vti legem præscribentem, Episcopum non debere esse iracundum, percussorem, sordido quæstui inhiantem? Turpis siquidem lucri causa iniuria afficis, ac persequeris omnes.

EPIST. DXXXVIII.

Theodoro Tribuno.

DOmum te, & templum Spiritus Sancti propter 1. Cor. 6.

fidem compellavit divinus Apostulus. Tu verò 19.

quanam ratione audes in templum Dei stercora cantionum meretriciarum, & spurcissimorum ludicrorum, multarumque sordium, & sermonum animo noxiorum inferre?

EPIST. DXXXIX.

Traiano Adiutori.

SI inflatam cogitationem præeas, bullam veluti dirumpes. Terram etenim temetipsum, & cinerem, & fumum, & herbam, & vermem reputans, vt docet Scriptura, neque ad laudes intumesces, neque ad iniurias efferaberis.

F

EPIST. DXL.

Methodio Cubiculario.

NVllo modo Christus omnium Dominus mortem metuit, quam pro hominum salute subiturus

Matth. 26. 39. advenerat. Cum itaque audis eundem, dicentem, Pater, si fieri potest, transeat à me calix mortis: illud animo concipe, non cum timore, aut formidine correptum, similia effatum fuisse: sed verborum vilitate intellectualem draconem decepisse, vt simplicem eum hominem esse suspicatus, mortem metuentem, trementemque, per ministrantes sibi Iudæos conficeret, quod iam sibi in animo fixerat, in eumque patraret, quod pro nobis Dominus destinaverat. Ignoravit quippe adversarius Crucem, quam in semetipsum struxerat, vt adimpleretur quod in Psalmis scriptum est, In operibus manuum suarum deprehensus est peccator: &, Revertetur malitia Ps. 9. 17.

illius in caput eius, figura servili, & humilibus Domini verbis in perniciem adducti. Qui enim nos venabatur Diabolus, Cete, & Draco nuncupatus, captus est.

G

Namque dictum est in libro Iobi de Christo; Ipse Cete

Iob. 3. 8. Iob. 40. 20. ingens capturus, & venaturus est Draconem hamo dispositionis suæ secundum carnem. Cum itaque rursum in

Ps. 21. 1. Cruce audieris Dominum clamantem; Deus meus, Deus

Matth. 27. 46. meus, vt quid dereliquisti me? ne te fugiat, cum ex persona omnium, qui ab Adamo originem trahunt, hominum ea dixisse; quemadmodum advocatus nulla iniuria accepta, neque furto suis spoliatus, pro cliente ad iudicem clamat; Iniuriam perpessi sumus, furto nostra amisimus, abacti sumus. Nisi enim derelicti essemus à Deo omnes, qui ab Adamo prognati sumus, sane innumerarum iniquitatum opprobriis nos non subiecissemus: non lapidibus, & arboribus, & aquis, & inanimatis stellis, & simiis, & canibus, & lupis, & crocodilis, & pessimis dæmonibus, ipsique diabolo cultum præstantes sacrificia obtulissemus.

EPIST. DXLI.

Constantino Comiti.

H

NOn est animi recreatio, vt tu asseveras, in Theatris, atque Hippodromis tempus fallere, sed summa pernicies, noxaque animi dira. Quod si tibi in animo est probe animum lenire, sedulo in Ecclesiam Catholicam proficiscere, in Asceteria Monachorum convola, & vere ingentem bonorum solamen, & maximam cordis dolorum medicinam offendes. Tum demum te ipsum examina; quisnam es ab Ecclesia, & Monasteriis recedens? quisnam item es ex Theatro, & Hippodromo egressus? & vtrosq; dies conferens, non opus tibi fuerit, ab alio admoneri. Satis enim fuerit vtriusque diei comparatio ad ostendendum tibi, vtilitatis, quam ex mora in Ecclesia, & Monasteriis assecutus es, molem, & quæ Circos, atque Theatra subsequitur, noxæ.

EPIST. DXLII.

Leonida Rhetori.

VOlo te & moribus, & actionibus directum esse. Namque pati, ac convenienti compositura sermonem dirigere, & barbariem evitare poterunt etiam qui

A motibus perditi sunt. Desine itaque eos reprehendere, qui inconuenienter loquuntur, si tamen ipse non fallor, qui Christianum te esse existimo. Neque enim structura orationis regnum impartitur cœlorum, sed probi mores, bona actio, & stabilis fides.

EPISTOLA DXLIII.

Hesychio Proconsuli.

Ioan. 11. 44. Ioan. 11. 34. Ioan. 9. 6. 1. Petr. 4. NOn erat alius, qui Lazarum exsuscitauit, & alius, qui de illo interrogabat, sed idem: humano equidem ritu dicens, vbi Lazarus iacet? diuino verbo eum exsuscitans: corpore quidem ipse veluti homo spoens, Deitate apetiens oculos cœci à natiuitate; & carne quidem patiens, vt Petrus ait, Deitate vero monumenta apeliens, & demortuos exsuscitans.

EPISTOLA DXLIV.

Zenodoro Decano.

IOannis Constantinopolitani Episcopi sermones lubenti animo versas; ex iis itaque ad postulatum tuum responden. Apparuit Spiritus sanctus descendens super Matt. 3. 16. IESVM veluti columba. In nobis enim per Baptismum principiom & arrbabo Deitatis inhabitat; in Christo autem omnis plenitudo Deitatis. Neque id cogites, Christum Spiritum accipere, quem non habebat: ipse enim eum desuper v[illegible] mittebat, ipse infra eum vti homo eacipiebat. Ex ipso itaque in ipsum descendebat, ex Deitate ipsiusio humanitatem ipsius.

EPISTOLA DXLV.

Falconi Curatori.

SI io Angelum lucis Diabolus permeat, vt eludat, & perdat eos, qui ab eo illuduntur; quid mitaris euodem sæpissime belluarum, pecudum, & auium figuris eticumoestiri?

EPISTOLA DXLVI. *Licinnio Primati.*

CAue dicas; nequeo reconciliare mihi inimicum hominem, cum pessimus sit, nec remedium admittat. Potes enim tibi illum reconciliare, & tibi beneuolum reddere, si modo volueris toto animo. Quid enim Leo-

C ne immanius? cum nihilominus homines cicurant; & ars naturam vrget, & oue qualibet fit len mansuetior, & per fora nullum timens obambulat. Quamoam igitur veniam consequeris, quam responsionem obiicies, dum, belluis cientaris, ipse ais oon posse homioem ex feritate ad mansuetudinē traducere? Et tamen belluæ preter naturam tractatio est, homini prætet oatutam ditius. Quare fac velis ad minus præsentem emollire, & amicum tibi vicinum facere.

EPIST. DXLVII. *Zenoni Decemprimo.*

SAcrilegum omoino est, ac impium dicere, natura existere mala, & non electione. Licet enim Scrip-
Gen. 8. 21. tura dicat, Cogitatio hominis in malum prona est ab iuuentute eius; dictionis tamen modus attendendus tibi est; non natura prauis hominem mentem applicare, neque ex iis, quæ à Deo à principio nostræ cogitationi instillata sunt naturalia desideria, Absit hoc: Sed, ex iuuentute hominis, scriptum est, vt ostendatur, ex suggestione Diaboli nos praua possidere facilique negotio,
D potius ab hoste delinitos ad malum propendere. Inimi-
Matt. 13. 25. cus enim homo superseminauit zizania, ait in Euangelio Dominus.

EPIST. DXLVIII. *Celasio Diacono*

Act. 2. 36. BEatus Petrus ait, Dominum & Christum Deus fecit, qui pro nobis crucifixus est, IESVM: oon essentiam Verbi, sed quod humanum erat, factum eum dicens. Quid enim erat, quod Cruci affigebatur, nisi corpus? At Verbi, quod corporeum erat, quomodo notare poterat, nisi dictione illa, Fecit?

EPIST. DXLIX.

Thessalio Collaboranti.

Ecc. 4. 36. NE manus tua tam auide extendatur ad accipiendum, ad exhibendū vero egentibus coottahatur: sed quēadmodum Mammoæ lucra lubenti aoimo excipis, ita lubenti etiam animo iodigentibus sumptus suppedita.

EPIST. DL. *Eidem.*

SI eum alijs superior sis, ensque opptimas, præcepta Domioi adimplete tibi videris, & eleemosynas erogare; potius eorum te misereat, qui à magnificentia tua E miutiose tractantur, & ingemiscunt.

EPIST. DLI. *Eidem.*

SCito te peccasse, & delebis iniquitates tuas, tuimetipsius accusator factus, pectus verberans, & dicens: Domine propitius esto mihi peccatori, & salutem consequeris. Confessionē tuā accepimus, & animi demissionē.

EPIST. DLII.

Eustochio Comiti Largitionum.

SI sæpenumero signo Dominicæ Crucis tui ipsius frontem, & cor signaueris, aufugient à te timore perciti Dæmones: valde enim horreot hoc beatum signaculum.

EPIST. DLIII. *Olympio Quæstori.*

NEque sine ratione, neque cum ratione iræ indulgere Matt. 5. 22. vtile est: & merito à Domino prohibetur. Si itaque secundum Christum Philosophiæ te dederis, neque scelesti homines vniuersi neque acerrimi, ac ditissimi Dæmones, neque malitiæ vniuersæ auctor Satanas, ad iracundiam te, & rabiem poteruot commouere. F

EPIST. DLIV. *Eidem.*

SI eum volo manere, donec veniam, quid ad te? tu me se- Ioan. 21. 22. quere; hoc est: Si volo io carne vitam propagare Ioannem, donec veniam assumere eum è corpore suo; quid tua interest, Petre, in longiora tempora vitam præsentem eo protrahente? Tu vero ô Petre sequere me, eodem mortis genere io regina vrbium Roma cohonestādus. Quemadmodum ego Cruci affixus sum, ita & tu omnino patibulo suffigendus es.

EPIST. DLV. *Theodoro Presbytero.*

INimicitiæ obnoxio tibi tempestas irruit immanis, & cogitatio confusa nihil sanum vel videre, vel audire potest, si autem vi facta, nebulam odij disruperis, tunc poteris supernæ lætitiæ particeps fieri. Namque erga proximum odio reiecto, dilectione impleberis, quæ Christo complacet: & qui prius aduersus, intueundusque propter inimicitiam aspectus videbatur, nunc desiderabilis, & suauis videbitur, quando mens tua illuminata iam est.

EPIST. DLVI *Paschasio Diacono.* G

MAgna subsidia oratione suppeditare beatus edocet 1. Reg. 17. 37. Dauid, qui ante lapidem oratione vsus, animatam turrim Goliath disiecit, diuinam Dei potentiam culpare ausum. Oratio itaque lapidem veluti manus deportauit, & timorem incussit barbaro, & aduersarij audaciam enerauit, & trophæa aduersus hostes erexit.

EPIST. DLVII. *Auxentio Ecdico.*

EDuxit in lumen vmbram mortis, hoc est in apertum Iob 12. 22. adduxit, & publicauit Deus oatutam peccati multum abhinc tempus latentem. Veruntamen naturam audiens, caue existimes, vt nonnulli suspicati sunt, Peccatum esse aoimal quoddam ratioois compos. Namque in hominis electione nascitur, & rursus denascitur natura sua peccatum.

EPIST. DLVIII.

Aristarcho Tribuno.

NE commercia Sanctorum homioum spernas Etenim vel soluscorum aspectus animum tuum iniquitatibus iam emarcidum curare poterit, & loquela eorum H quam maxima dona credenti elargitur. Vox quippe Sanctorum bella dissoluit; Dæmones eiecit, elementa firmauit, quemadmodum Iesus Naue cum clamasset, Stet Sol, & Ios. 10. 12. Luna; & continuo steterunt; sic quoque Moyses mari vin- Exod. 21 cula indidit, & relaxauit: sic tres pueri hymnis & canticis flammas in rorem conuerterunt. eadem ratione nunc Exod. 14. 27. quoque qui eos æmulantur, dum hac luce fruuntur, inua- Dan. 3. 50. lescunt vel sola voce peccari ardorem extinguere, fontes voluptate exsiccare, iracundiam emollire, desideria fugare, inanem gloriam eneruare, auaritiæ incendium compescere, à tristitia & mœrore liberari, & tempestate iactatis animis tranquillitatem ingentem reconciliare.

EPIST. DLIX.

Cleonico scholastico.

TRadunt nonnulli post aquarum alluuiem, cum vinum adinuentum esset, plerosque qui illud immodice, purumque ebiberant, mortem oppetiisse: tum demum alios experientia saniores redditos, magis

A potum commensurasse aquæ admixtom, quo vsos serua-
tos fuisse. Qui vero mortiametu vitis rorem nondum bi-
berant, eos, quij iam biberant, interrogatunt, vtrum
iam viuunt? qui cum respondissent; ita est, viuimus: ap-
plaudebant, singulis hominibus, & proximis, qui ser-
uati eraot, gratulabantur dicentes, Viuas, Viuas. Qua-
propter ex eo ad hæc vsque tempora mos inualuit, bi-
bentibus effari, Viuas. Et hæc mihi dicta suot ad tuam
interrogationem.

EPISTOLA DLX.

Arcadio Rogatori.

in 2. ET gratiam, ait, pro gratia: gratiam enim nos, tan-
quam pulchrum munus fidem nostram Deo offe-
rentes, gratiam de cœlo quam maximam recipimus, &
67. incomparabilem sancti Spiritus communionem. Ascen-
disti enim, ait, in altum post resurrectionem, captiuam
duxisti captiuitate, è mano Diaboli nos surripiēs; & acce-
ch. 45. pisti dona in hominibus, vel vt inquit magnus Apostul.
Et dedisti dona hominibus. Deus etenim ab hominibus
B fidem accipiens, cœlestia dona fidelibus impartitur. An-
tiquitus itaque gratiā nobis exhibuit legalem, qui cum
seruis comparabamur: at nonc non vti seruis sed vti fi-
liis dilectis gratiam nobis donauit Euangelicam, prima
illa excelsiorem maioremque, per quam perficimur, &
edocemur superna sapientia Deoque vti filij appropin-
quamus, & vna cum Deitatis lumine commiscemur.

EPISTOLA DLXI.

Aristoni Episcope.

INnumeris vere beneficiis à tua pietate multis modis
præter dignitatem ipse cohonestatus, cum aoxius eni-
tar gratiam pro dignitate reponere, nec occurrat quid-
ou. 19. piam maximum tibi debitorem Deum constituo. Qui
enim mihi fecit, Deo fœnerauit: Dominus vero retri-
137. buet pro me, vt dixerat Dauid.

EPISTOLA DLXII.

Martino Cancellario.

cl. to. POst me futurum tempus significat: vt cum Scriptu-
ra ait, Quis annunciabit homini, qui erit post eum?
postmodum scilicet. Et Saul Dauidi dicit: Iura mihi,
Reg. quod non interneeabis semen meum post me: hoc est,
22. post hæc facta; post meum è vita exitum ne deleas meos
posteros.

EPISTOLA DLXIII.

Neroni Magistro, & Exconsuli.

NVllus improbus, ait, expectet, vt innocens fiat,
in iram prouocans Dominum. Tu itaque non effu-
gies pœnam, neque inultus abibis, licet illam effugisse
existimes, licet opineris tua scelera Deum non intueri, at-
que impietates; licet putes omnium curatorem, & ar-
bitrum anteuenire. Sed decumbes omnino, & ruinam
sobibis circa vitæ exitum, insanabilem.

EPISTOLA DLXIV.

Ioanni Illustrio.

PLaudent omnes suo rectissimo animo Angeli, ho-
minesque quod viuentium, & demortuorum inimi-
corum filios propter Dei timorem procuras: viuentium,
vt hac ratione eorum parentes tibi reconcilies: defuo-
D ctorum, vt à Domino beneuolentiam prægrandem ex-
torqueas, innumerisque cingaris coronis, multisque ab
omnibus, non tantum beneficiis obstrictis, sed viden-
tibus etiam preces possidens. Hoc etenim tibi & iudicij
tempore suppetias feret, & licet multis peccatis obno-
xius fueris, querelis omnibus liberaberis, misericor-
diam maximam, & humanitatem erga hostes common-
strans humanissimum per ea Dominum æmolatus.

EPISTOLA DLXV.

Philoni Presbytero.

PEplum aureum est sacrarum Scripturarū narratio, sta-
mina aurea, subtegmina aurea. Ne texturas aranea-
rum contexas a decore secedens. Aranearum vero tex-
turas existimo ruarum cogitationum imbecillitatem, &
inutile iudicium, inanesque demonstrationes, & Græ-
canicæ sapientiæ sophismata, quæ in venerandam Ec-
clesiam intrudere ausus es, quemadmodum olim Ma-
nasses Idola quædam execrabilia in templo Dei erexit. E
Cessa igitur, dum te simulas spiritualem doctrinam dif- 4. Reg.
fundere, Manichæorum fabellas populo Domini pro- 4.
ponere in Ecclesia, quæ in extremo sita est. Stultitia si-
quidem tua ad præsens omnibus palam est; & reserata
sunt, vt diuina tradit Scriptura, occulta Esau, & occul- Ier. 49.
ta tenebrarum tui distorti animi. 10.

EPISTOLA DLXVI.

Isidoro Excubitori.

ANtequam humiliarer, ipse, ais, peccaui. Cum enim Ps. 118.
multorum recte gestorum facinorum fructibus 67.
abundarem, iactantior, quam par erat, ad Deum locu-
tus sum: Ignisti me, & non est inuenta in me
iniustitia: & ; Dixi in felicitate mea, non commouebor Ps. 16. 3.
in æternum. Desertus sum à te, & in fornicationem di-
ram, & cædem execrabilissimam incidi: tum postea tur-
bor, & commoueor diuino auxilio spoliatus, & timeo,
fugioque ex facie filij mei Absalom, & humiliatus, nu- 2. Reg.
dis pedibus vrbe egredior, cooperto capite, & ante om- 15. 16.
nes rubore suffundor: præterea que opprobriis excipior, F
& lapidibus inter ambulandum petor à stulto, & misero 1 Reg.
Semei. Clamito igitur ad iustum iudicem. Cognoui 15. 7.
Domine, quoniam æquitas sunt iudicia tua, & veritas.
Humiliasti me, qui prius deliqueram. Nullum vero atro- Ps. 118.
cius est delictum, quam de se ipso vana existimatio, 75.
& confidentia. Quare non vltra verba propriæ existima- Ps. 118.
tionis eloquar, sed humiliabor, & me deiectum deplo- 67.
rabo. Ego autem sum vermis, & noo homo; humilia- Ps. 21. 7.
ta est in terram anima nostra, agglutinatus est in terram Ps. 43. 25.
venter noster, & maxime humiliatus sum: Viuifica me se- Ps. 37. 9.
cundum eloquium tuum. & similia. Ps. 118.
25.

EPISTOLA DLXVII.

Cyriaco Presbytero.

EX Patre natus est Filius, viuens Verbum, & Deus,
& apud Deum existens, non factus ante secula, ne-
que postmodum fabrefactos. Filius non creatura; factor,
non factura; Fabricator, non structura. Quæcunque Ioan. 16.
habet Pater, mea sunt. Vere enim imaginis sunt omnia, 15.
quæcunque prototypo insunt. Non præcepto fabrefa- G
ctus est Filius, sed ex essentia Patris eluxit indiuisibili-
ter, absque vllo tempore Patri coniunctus, æqualis
in bonitate, æqualis in potestate Quæ postmodum ex Ioan. 5.
corporea structura eloquitur, seculorum salutem dispo- 36.
nens, quam nobis carne apparens commonstrauit, mis- Ioan. 5.
sum semetipsum dicens, nihilque pollentem ex se ipso 30.
facere, & præceptum accipientem, & his similia: ne ti- Ioan. 10.
bi in causa sint Vnigeniti Deitatem imminuendi; neque 18.
enim ad tuam imbecillitatem demissio, dignitatem po-
tentis imminuere debet: sed naturam speculase, vt diui-
na meditari debes; humiliora vero verborum secundum
dispositionem carnis assumptæ intellige.

EPISTOLA DLXVIII.

Vitalio Protectori.

QVanam ratione cœlestes oratores alas gestantes in Esa. 6. 2.
diuinis literis depinguntur? An vt hominibus al-
tum, & sublime, leueque earum naturatum ingeratur?
Hinc & Gabriël alis conspicuus descendit, non quod
circa incorpoream illam facultatem sint, sed vt Prophe- H
tæ Danieli ostenderet, ex sublimissimis locis descendisse, Dan. 9.
& supernis derelictis stationibus ad homines conue- 21.
nisse.

EPISTOLA DLXIX.

Genethlio Ecdico.

AIn ex Salomone edoctus, Quia gloriabitur purum Prou. 16.
cor habere? At non tantundem mali est, quod pu- 9.
rum cor non habeas; sed quod ad Christum Dominum,
qui illud purum efficere potest, non confugias, orans
vt donum simile accipias. Potest enim dummodo volue-
rit, Christus, per Spiritum sanctum mundum cor red-
dere. Quod non nemo ex antiquis conquirebat sibi id
exorans, atque inclamans, Cor mundum crea in Ps. 50.
me Deus: Vultque Deus hoc munus nobis cum aliis 12.
bonis imperriri, sed expectat pusillam à nobis occa-
sionem accipere, vt nos munificentius cosooet. Quis
enim Publicano illo iniquior, ac facinorosior? sed

statim

A Luc. 18. 13. statim atque dixit, Propitius esto Deus mihi peccatori; descendit è templo iustificatus plus quam Pharisæus. Et quamnam vim dictio illa habuit? attamen non dictio eum mundauit, sed dispositio, cum qua dictionē illam enunciauit, & ante hæc omnia diuina humanitas, quæ non vult extinctionem nostram, sed adhortatur, vt ad pœnitentiam progrediamur.

EPISTOLA DLXX.

Dracontio vindici.

OPus est dilectionis philtro, & pietatis fræno, vti adamantinis vineulis Christo per omnia cinctum, indissolubilem fidem seruare, omnibus illis, quæ ipse dicit, sine vlla hæsitatione credentem, licet supra vsum frequentem promittat, licet supra naturam profiteatur; neque exemplorum memorias inuestigare, neque naturæ præscripta curiosius indagare; sed id, vnumque solum prospicere, quænam sit profitentis dignitas, & non quæ est audientis natura, sed quæ pro- B mittentis vires, & vsum communem nullo negotio ad meliora conuertentis, & naturam facultate superantis.

EPISTOLA DLXXI.

Theoctisto referendario.

Act. 13. 11. DE falso illo Propheta Lucas scribit; Et derepente cecidit caligo, & tenebræ, & circumiens quærebat duces, qui ducerent. Et tu itaque attende, ne statim atque in iracundiam cadis, tenebrarum particeps fias, & quæ mentem obscurat, caliginis: opusque tibi fuerit diuinos præceptores indagare, qui te ex iracundis moribus, ad mitas, & magnanimos mentem illuminantes conducant.

EPISTOLA DLXXII.

Eidem.

Ps. 21. 2. Ps. 21. 25. QVi prius ad eum dixerat, clamabo per diem, & non exaudiet; postmodum ait: Non neglexit, neque odio habuit preces meas; & cum clamarem, exaudiit me. Est igitur tempus diuinæ dilationis, cum ille de nobis meliora prospicit, & res nostras magno no- C stro bono disponit. Quapropter non statim ille quod quærimus, elargitur. Est itaque tempus surditatis, & Ps. 101. 14. tempus acroasis: Quoniam tempus est ipsius miserendi, Scriptura dicit, animæ scilicet ad Deum respicientis; quoniam venit tempus, quo melius mira patrabit.

EPISTOLA DLXXIII.

Eidem.

Ps. 36. 7. Ps. 36. 5. 6. OBnoxius esto Domino, & precare, scriptum est in trigesimo sexto Psalmo, & spera, & educet quasi lumen iustitiam tuam, è tenebris tristium mentem suffocantium improuise, vel sola immutatione, firmum ostendens meridiem, & tranquillitatem ex tempestate, & procella maxima, ridentem. Licet enim sedeam Mich. 7. 8. in tenebris, alius ait Propheta, educet me in lumen prope à facie tenebrarum, & lumen expectatum ex caligine.

EPISTOLA DLXXIV.

Martino diuiti seni meretricum amatori.

Ps. 143. 12. FIlij eorum tanquam nouellæ plantationes, firmatæ in iuuentute sua. Quando neglecta historia dicto- D rum speculationem ad te referre adhortaris, discito, etiamsi recuses: forte enim & nolens nos prouocasti, qui aliam interpretationem accepturum te, sed non hanc, expectabas. Filij Dæmonum impurorum dicuntur inquinatæ cogitationes, omnesque improbi mores, qui in prauas actiones homines peccatis addictos redigunt. Hi itaque quemadmodum nouellæ plantæ firmantur immobiliter in iuuentute tua: cum tu, licet corpore senueris, hac tamen fœditate viges, & exectando cupidine iuuentutis, à prima ætate ad summam senectutem insatiabiliter rabiosis cum scortis commerciis immorans: & de te completur adagium, quod dicit, perturbatio animæ praua nunquam senescit. Si itaque nunc tandem ob sermones hos erubescis, grauiter geme, & tamquam ex longæua ebrietate resipiscens, exora Deum, qui omnia potest in te mira efficere, & improbas, ac vituperabiles plantas nouellas dimouere, conturbare, & ab imis radicibus diuina potestate euellere; vt in posterum dictis commerciis, fine imposito, quiete viuens, possis dicere, Inferne turbatus est habitus meus: propterea re- E quiescam, vitæ exitum contemplans.

EPISTOLA DLXXV.

Gigantio Ecclesiarum defensori.

SI prorsus superior carnis voluptatibus esse videris, & ieiunium exercere insimulas; quo tibi emolumento fuerit, aurum antiquum à progenitoribus apud te cum studio satis accurato cumulatum, conseruarumque, ni voluptate gestias, vti dracones illi, quos in fabulis legimus, thesauris auri absconditis inuigilare?

EPISTOLA DLXXVI.

Sabino Presbytero.

SCriptum est, dilatet Dominus Iaphet. Et nos summo- Gen. 27. pere hoc idem, Vir Domini, tibi deprecamur. Dilatet Dominus, & augeat, & ingentem, lætamque faciat domum tuam: splendidam eam reddat Deus, innumerisque impleat bonis, celebremque apud omnes homines efficiat, & clarum. In præparatione tua Dominus demoretur, quod egentibus res tuæ vtiliores, & lucro- F siores, ac subsidio sunt, fructus tuus probus; bonusque est, & sempiternus; & ex eodem Saluator noster Christus spissius comedit. Etenim cum seruis indigentibus, ac edentibus, vna simul ipse Dominus Christus comedere reputatur, propriorum seruorum opera sibi vindicans. Ne itaque angaris, neque affligeris, dum deforis nonnulli, Christi amantium, piorumque hominum, ac mulierum negotia ad disponendum; curandumque tibi proferunt: nullum enim detrimentum infertur, neque tu à propriis mercedibus interrumperis, propria indigentibus suppeditans, externasque oblationes vna cum tuis facultatibus hilaris, promptiusque distribuens: diuinam quippe remunerationem hoc modo copiosiorem reddis; non minus, illustriorque tibi corona innectitur. Conspiciens namque Dominus, purā sinceramq; necnon beatam mentem tuam, dignis ac viuentibus suadet tibi donare, & iamiam morituros abundanter relinquere, vt & ipsi misericordiam consequantur, & tu glorificeris, & coro- G neris, vna cum tuis facultatibus, quæ tibi etiam aliunde suppeditantur, bona distribuens.

EPISTOLA DLXXVII.

Nicotycho Scholastico.

QVæ quisque concupiscit, sine vlla intermissione enixe deperit, eo quoque continuo, insatiabili quadam animi sententia vndique cogente compellitur: quemadmodum vanitas tua, & præsumptio, qui licet modo è Gentium stupiditate, vt videbatis, aqua per baptismum ablutus, remotus sis, non tamen pristinam impietatem igne sancti Spiritus excalfecisti: ideoque silet illa quidem Christi, & illius discipulorum res præclare gestas, semper vero stolidos Gentium Philosophos in familiaribus colloquiis ante oculos ponit, eosq; nunquam tacenti lingua deblaterat, & male consutis laudibus coronat; Christianorum vero Sacerdotes improbat, ac vituperat, & indesinenter lacessit, licet illustres, ac celebres vitæ ratione fuerint, vti impetitos, nebulones, viles, ac dictione humiles, ac plebeios. Et cum quispiam ex H Gentibus fabulam inter edendū, siue etiam in foro agere sibi proposuerit, tu collaudas, excipisque; cum vero alius Christianorum dogma efferr, tu illico eum iniuriis lacessis, aut aspectu alio conuerso os obducis, & contristaris. Nihilominus fere omnes, ita Numine disponente, te, & Gentilium æmulos auersantur, execranturque, sermones autem Ecclesiasticos libenter, & cum lætitia audiunt. Sibi enim proficuum æstimant in venerandorum Doctorum dictionibus, licet vulgatea sint, si sedulo illis incumbentes, eosque auscultantes, inculpatam mentem conseruent, quam si in Gentium disciplinis immorantes in Impuritatem, ac luxum immaniter insaniant. Namque improbitatem omnem, prauamque opinionem superaret, fatua, stolidasque Philistionis dicta & domi ad mensam, & palam in Theatris recitari in audientium noxam, quod ipse cum impensa agas nullo rubore suffunderis, Scripturæ vero verba, quibus in cœlum conducimur, silētio inuolui. At non latuisti præstigiator, quod enim à sciolis de te bamatur, enunciabo,

A qui veneficiis quibusdam sorripi Lunam opinantur, cum
colorem puniceum induerit, aut deliquium passa fuerit,
& proprio statu dimoueri; & simul vna omnes vno ore
clamant viri, & mulieres: Non latuisti præstigiatoe.
Non latuisti namque nos Nicotyche, licet latere vide-
reris simulans, & sancto, & preciosissimo Christi no-
mine abutens. Non latuisti nos quam impensissime
Gentibus addictus, & Gentium inanibus disciplinis
conformatus.

EPISTOLA DLXXVIII.

Plutarcho Laudabili & Praclare Viro.

FErunt nonnulli, Athenienses vetustissimis tempori-
bus illud à Numine exorare, nullum ex genuinis
amicis in magistratum promotum intueri. Qui enim
dominationem obtinuit, primum quidem in superbiam
effertur, & suiipsius, & amicorum memoriam abiicere
compellitur, nec propriis cogitationibus dominatur,
hac atque illac propulsus, actusque, & quæ minime
B proficua sunt exequens: postmodum fere ab omnibus
odio habetur, & insidiis petitur, facilisque captu est,
promptusque proponitur præ grauibus periculis, ac di-
missionibus, in immedicabiles calamitates incidere. Qua-
propter ego quoque nunc deprecor, ne, quæ à te con
curatur, dignitate potiaris ne ipse amicum germanum,
& suauem, & probum deperdam.

EPISTOLA DLXXIX.

Elpidio aurifici.

COpiosos extero ornatus ex rationis inope auto sum-
mo studio construis, tibi vero virtutum ornatum
sculpere non vis: qui enim animum aureum naturam
nempe, à Deo accepisti saxeum illum per negligentiam,
& plumbeum demonstrasti, cum in nullius bonæ fru-
gis, ac miscendum conflatorium immiseris. Hinc ne-
cessario sequetur te in erroris mare demersio, & in pec-
cati pelago propria tua electione disperditio: neque enim
nos latent absurditates tuæ. Verumtamen nunc canti-
cum Moysis pertimesce, quo tui similes Ægyptios in-
C famia ob suam improbitatem notat, quod scelestos mo-
res corrigere noluissent, & simul omnes suffocatos tra-
Exod. 15.10. dit. Submersi enim sunt quasi plumbum praui Ægyp-
tij in aqua vehemente, & descenderunt in profundum
quasi lapis.

EPISTOLA DLXXX.

Polychronio Diacono

OB amicitiam erga Deum, amoremque nulli corrup-
tioni obnoxium, ac cœlestem fortunarum te indi-
co: quod à nobis de compunctione animi sermones ex-
poscis. Hæc autem efflagitatio puritatem, quæ in ani-
mo est, indicat. Neque enim fieri potest, vt is, qui
non prius expurgatus bene, rebusque omnibus munda-
nis superior factus est, in sermonum similium deside-
rium incidat. Idque ex iis, quæ vel minimo temporis
interuallo eiusce modi amore corripiuntur, facile com-
prehendi potest, qui illico tantam immutationem ad-
mittunt vt statim in cœlum transvehantur, & beata
mente gradiantur in æthere. Hinc ipse auide sinceræ
D tuæ dilectionis imperium arripiens, librum integrum
de Compunctione concinnatum vobis, illisque, qui
vna cum vobis commorantur, piis amicis transmisi, in-
stanter petens, rogansque vos, qui apud Deum in ali-
qua estis auctoritate, sacris precibus mercedem repen-
dere. Potestis enim, quod bene noui, Numen nobis
propitium reddere.

EPISTOLA DLXXXI.

Cyriaco Presbytero.

NE tibi admirationi sit, si consanguineus tuus Pisi-
mius pijssimus, multaque virtute condecoratus,
pessime accipiatur, tenteturque à Diabolo, & illius nu-
tibus subseruientibus viris. Quemadmodum enim præ-
dones, non vbi herba, & paleæ, cannæque abundant,
sed vbi aurum, argentumque, spissius inuigilant, &
effodiunt, ita & veritatis, & iustitiæ hostes eos potissi-
mum aggrediuntur, iisque qui virtuti operam dant, &
in Deo splendescere contendunt, hominibus insi-
diantur.

EPISTOLA DLXXXII.

Hierio Presbytero.

E CVm mirum in modum venerandi, & Deiferi Ioan-
nis Constantinopolitani sermonibus delecteris; ex
illius scriptis, & ad ea, quæ nunc expostulasti, respon-
debo. Ne ex tentationibus proborum hominum mole-
stia afficiamur, neque hæsitemus, neque turbemur, sed
nostros inde animos instruamus, aliosque ad similem di-
sciplinam erudiamus. Licet videris virtuti addictum in-
numera mala perpetientem, ne in scandalum incidas.
Multos siquidem sæpius hoc peruestigantes cognoui. Il-
le, inquiunt, in templum, vbi Martyris reliquiæ conser-
uabantur, proficiscebatur, pecunias pauperibus deferens,
& naui fracta naufragium passus est: alius rursum hoc
idem intentans, à prædonibus captus vix vitam seruauit,
nudus inde secedens. Quid itaque adhuc dixerimus? Nul-
lum rerum similium occursum ægre ferre nos, neque af-
F flictari oportet. Licet enim nauim confregerit, at pen-
dentem habet eleemosynæ fructum: quæ enim ad ipsum
pertinebant, omnia compleuit, collegit pecunias, quibus
receptis iter ad elargiendum instituit, & iam in viam in-
gressus est. Naufragium itaque illi insperato cecidit. Sed
quamnam ob causam Deus id permisit? vt eum proba-
ret. Sed pauperes, inquit, pecuniis illis priuati sunt. Non
eam tu curam pauperum geris, quam qui eos condidit
Deus: illis licet spoliatis poterit aliunde maioris abun-
dantiæ causam ostendere. Ne itaque à Deo rerum, quæ
fiunt, rationes petamus, sed glorificemus in omnibus. Ne-
que enim simpliciter, ac temere similia fieri permittit:
sæpe namque pro pecuniarum harum solamine, aliam co-
piam alimentis pauperibus Deus elargitus est. Eum ve-
ro qui nafragium sustinuit, probatiorem reddit, affluen-
tioremque illi mercedem apparat. Eleemosynæ quippe
datione multo maius ac excellentius est, infortunium si-
mile passum Deo gratias agere. Neque vero quæ per elee-
mosynam elargimur, sed ea etiam, quibus ab aliis spolia-
ti, si generose tolerauerimus, fructum nobis vberem mi-
G nistrant. Et vt discas hoc eo præstantius esse, ex iis, quæ
Iobo obtigerunt, manifestum faciam. Ille pecuniis abun-
dans, pauperibus ædes reserauit, facultates omnes distri-
buebat. At non ita celebris erat, cum ædem indigenti-
bus aperuit, vti cum audiit eam collapsam, nec inique tu-
lit. Non ita celebris erat, cum ex detonsis ouibus nudos
amiciebat, vti celebris erat, & probatus, cum audiens, cœ-
lestis ignis descensu pecudes omnes dissipatas fuisse, gra-
tias egit. Tum hominum amans erat, modo Philoso-
phus factus est: tum inopum miserebatur, modo Domino
gratias refert. Neque apud semetipsum dixit; quid hoc
est? Armenta consumpta sunt, quorum ope innumeri pau-
peres alebantur. Licet ipse indignus essem, qui tali af-
fluentia ditaret; attamen saltem propter participantes
condonandum illis erat. Sed nihil horum aut dixit, aut
in animo cogitauit: sed Deum omnia ad vtilitatem no-
stram disponentem agnouit. Et vt discas, atrociorem
postmodū diabolo plagam intulit, rebus denudatus gra-
tias agens, quam cum possidens miserebatur: cum enim
H possidebat, poterat de eo Diabolus quodammodo suspi-
cari falsum equidem, at poterat nihilominus; Num gra-
Iob 1. tis colit Iob Deum? Verumtamen cum omnia surripuit,
cum omnia ei detraxit, Iob vero eundem semper erga
Deum affectum seruauit, tunc demum os impudens ob-
turatum est, nec quid vltra proferret, reliquum erat. Cele-
brior etenim nūc iustus euasit. Quippe diuitiis affluentē,
eleemosynam erogare, hoc ipso inquā maius est omnibus
spoliatū generoso id animo, & cū gratiarū actione ferre;
quemadmodū in singulari hoc opere iusti demonstratum
est. Tunc ingens erat in seruos sibi similes beneuolentia,
nunc maximus in Dominum amor commonstratus est.

EPISTOLA DLXXXIII.

Faustiniano.

POterat vtiq; Deus Babylonicæ fornacis flammā extin-
guere, attamen id non effecit, vt maiorē impiis timo-
rem incuteret, vesanioremque stupore inderet, omnemq;
Nabuchodonosoris duritiem amoueret. Sed maius quid-
piam flammarum illa extinctione, admirabiliusq; opera-

A tus eſt: quandoquidem eam inflammati, incendique, quantum ipſi libuit, permittens, hac ratione propriam pollentiam oſtendit, non tantum hoſtium machinas extollens, ſed iam corroboratas irritans. Ne quis autem eos flammis ſuperiores conſpiciens flammas illas viſum, aut ſpectrum eſſe exiſtimaret, eos, qui iniecerant, comburi permiſit, re vera, quod videbatur, ignem eſſe oſtendens; alias neque ſarmenta, neque ſtuppam, nec tot denique alia corpora abſumpſiſſet. Illius vero præcepto nihil validius fuerit: ſed obediet rerum omnium natura illi, qui ex eo, quod non erat, ad id quod eſt, eam tranſtulit, quod tunc oſtendebatur. Etenim eum flamma corruptioni obnoxia corpora accepiſſet, ab illis, ac ſi incorruptibilia eſſent, abſtinuit, depoſitumque ſibi ſaluum, atque incolume, & multo cum ſplendore magnificentius reſtituit. Quemadmodum enim ex aula Regia Reges, ſic etiam è fornace tres pueri egreſſi ſunt. Tum demum cum nullus Regis aſpectum æquo animo
B ferret, omnes ab eo oculos auertentes in admirandum illud ſpectaculum fixerant; & neque diadema, neque purpureum indumentum, neque quippiam aliud Regiæ illius Maieſtatis ita plebem in ſe conuerterat, vt fidelium illorum aſpectus, qui iſtac tenus in igne immorati fuerant, & hac ratione inde exierant, ac ſi inter ſomniandum ſimilis perpeſſi fuiſſent, haud inveriſimile fuerat. Etenim quod in nobis ante omnia fragilius eſt, pilorum nempe natura, tunc adamante validius obluctabatur.

EPISTOLA DLXXXIV.

Turboni Preſbytero.

VEre carnium eſus ſunt diuinæ cogitationes: Caro
Ioan. 6. 55. enim mea, ait, vere cibus eſt. Hinc & tu conti-
Hebr. 5. 14. nuo perhibenter ſolidi, vt Paulus inquit, alimenti participa efficeris.

EPISTOLA DLXXXV.

Eleutherio.

QVomodo præ pudore os non obvelas, continentes, & ſapientes compellans Diogenis, Pythago-
C ræ, & Platonis aſſeclas, qui eo dementiæ prouenêre, vt immobilibus, atque inanimatis Idolis cultum præſtarent?

EPISTOLA DLXXXVI.

Eidem

NE abſque ſenſu, doloreque in triſtibus, quæ domum tuam affligunt, vitam protrahas, neque noua peccata veteribus exaggera, ſed agnoſce, Deum eſſe, qui te inſoleſcentem, ac iactabundum diuerberat, vt perſentiſcens ad meliora mutatis moribus gradum facias. Tu porro ſi temetipſum magis ac magis exaſperans, & puerilia peragens, & tibi illudens perſtiteris, noxas à Deo tibi illatas multiplicabis, efficieſque, vt infortunia, domuſque tuæ impiiſſimæ ærumnæ magis adaugeantur.

EPISTOLA DLXXXVII.

Epheſtioni Presbytero.

ABraam animo ſibi proponens filium proprium Deo in ſacrificium offerre, quare ſervis ait: Sede-
D te vos hic cum aſino; ego autem, & puerulus, poſt-
Gen. 22. 5. quam adorauerimus, reuertemur; Credebat ſiquidem, filium etiam in ſacrificio mactatum à Deo in vitam reſtituendum, & offerenti viuum reddendum. Credamus itaque & nos, cum vitæ finem poſuerimus, ex perturbationibus obnoxia conditione, ad eam, quæ nunquam inturbatur, reſtituendos.

EPISTOLA DLXXXVIII.

Caſtori Duci.

COgita ſpeluncam eſſe mundum hunc, continuo nouæ corruptioni obnoxium, in eaque iuſtos homines vitam agere veluti terrenos Angelos: improbos vero reptilium inſtar in iam dicta ſpelunca latitantes, iniurios ſe præferre, ac beatos homines peſſundare. Itaque ſi propter horum communicationem, patientiam, aut exhortationem aliquando efferati illi ad hominum conditionem immutari fuerint probe id factum eſſe: quod ſi ad vltimum vſque ſpiritum incorrigibiles manſerint, duplici in futurum pœna puniendos, quod pro
E virtute peiora amplexati ſunt, & quod neque iuſtorum conſuetudine, neque adhortamentis, ſibi ipſis meliores effici voluerunt.

EPISTOLA DLXXXIX.

Eidem

NEque virtus eſſentia eſt natura ſua ſubſiſtens, neque vitium animal rationis compos, quemadmodum nonnulli exiſtimant. Sed vtraque ex comprehenſione, vel exercitatione, vel actione, vel abſtinentia participantium, & non participantium, naſci ſueuerunt, vel rurſum decedere.

EPISTOLA DXC.

Eidem.

REgem & ſubditum, peccatorem & iuſtum, robuſtum & imbellem eadem fide alendos eſſe dicit Eſaias. Poſt Chriſti ſcilicet aduentum vna ſimul paſcetur lupus & ouis, & pardus ſimul accubabit cum hœ- Eſa. 11. 6.
do, & vitulus & leo & taurus ſimul paſcentur. A ſimplicioribus vero, & qui improbitate pueri eſſe magis F
amant, beatis & innocentibus hominibus, per actuoſam, & incurioſam vitæ rationem, & orationem non vacillantem facile facultates aduerſas capi, idem ipſe Propheta tradit: Puer infans in foramen aſpidum, & in nidum filiorum aſpidum, manum imponet, & non Eſa. 11. 8.
nocebunt, neque iniurij erunt alicui in Monte ſancto meo. Montem intelligens propter fidei ſublimitatem Chriſti Eccleſiam.

EPISTOLA DXCI.

Theodoto Diacono.

EGo quaſi oliua fructifera in domo Domini, nunquam beata ſpe denudamr. Efficiamur itaque oliua Pſ. 51. 10.
fructifera, nullo alio in loco, non in Gentium, non in Iudæorum ſecta, non in praua hæreſi, ſed in domo Domini, in fide nempe, & pietate: impij enim extra Eccleſiam fruſtra fructus edunt.

EPISTOLA DXCII.

Eidem.

QVemadmodum in Ioſepho, primum quidem difficilis fuere, & multum in tempus protrahebantur, G Gen. 37. 7.
promiſſioni, vt videbantur, non obſecundantia demum expectationem omnem ſuperarunt: in Cruce quo- Gen. 38. & ſeq.
que non illico, neque in primordio ipſo agendi, & initio perfecte facinus vniuerſum emicuit, ſed ſcandalum Gen. 41. 40.
quidem ſuccreſcebat, & pauca quædam portenta præſtita ſunt, vt qui ſimilia auſi fuerant, in meliorem frugem Matth. 27. 51.
conuerterentur; & mox ſtatim omnia euanuerunt. Licet enim tum velum templi, & petræ ſciſſæ ſint, & ſol Marc. 15. 38.
obſcuratus, verumtamen hæc vno die peracta obliuioni Luc. 23. 45.
à multis tradita ſunt. Poſtea ſtatim Apoſtoli in fuga, in perſecutione, in bellis, in inſidiis, latentes, abſconditi, timentes; hac ratione verbum prædicabant: Multumque potentes Iudæorum populus trahentium, circumagentium, diſcerpentium credentes; & qui Cruci affixus fuerat, ſuſtinebat hæc omnia conſpiciens. Sed vide, quanam ratione poſtmodum res Eccleſiæ ſuper ſolem illuxerit, & vniuerſam terram occuparit.

EPISTOLA DXCIII.

Eunomio Presbytero.

H
QVæſiſti à me, Vir piiſſime, quid id eſt, quod Galatis Apoſtolus ſcribit: Circumcidentem vniuerſæ Gal. 5. 3.
legis Iudaicæ faciendæ debitorem eſſe? Cum poſt fidem in Chriſtum, cœleſtiſque cognitionis lumen, ſubdolis quibuſdam, & animo noxiis hominibus Galatæ ex Gal. 5. 9.
ſimplicitate, & leuitate cordis nimium credentes circumciſionem amplexi fuiſſent, Iudaicumque vultum vniuerſum eſſent excepturi: modicum ſiquidem fermentum totam maſſam corrumpere ſueuit: apperens Beatus Paulus non interitum, ſed eorum ſalutẽ, deluſos retrahit, & à noxia aggreſſione, iniuſtaq; circũciſione reuocat. Quaſi diceret: Si circumcidi vis, igitur, & Sabbata ſeruato, & ſacrificato, & tuba canito, & ſcenopegiam compingito, & murem, & felem obſeruato, & lectulum cum reliqua ſupellectili vniuerſa quotidie lauato, & focum effodito, & reliquis Muſaicis funiculis temetipſum colligato, extruitóque rurſum peſſime, quæ Dominus

A optime destruait, & legem grauissimam tenouatro, tempore opportuno mentem infantulis traditam, quem Saluator Christus perfectis, maximisque diuini cultus dogmatibus aboleuit. Si itaque circumcisionem appetis, quemadmodum puerorum stultissimi, & inconsideratissimi talos, & sistra, & pilas, & nuces; illud liquido agnoscas, tibi partem cum Christo non esse, voluntatem Christi dissoluenti. Nec tantummodo præputium circumcidito, & reliqua omnia membra generationi inseruientis abscidito, quod faciendum est illis, qui circumcisionem præcipiunt, dissidiaque propterea aduersus Ecclesiam excita. Quod innuit illud quod dictum

Gal. 5.12. est, vtinam & abscinderentur subuertentes vos, & seruos iterum facientes eos; qui à Christo liberati sunt.

EPISTOLA DXCIV.

Pionio Illustrio.

INgenui mihi amici beatissimi Eucarpij filius cum his, quæ salutis & existimationis ego maximopere curam

B gerens, quod tibi emolumento esse poterit scribo. Repone ergo aureos annulos, & quæ manibus gestas brachialia, futuræ tibi secundum legem coniugi potius ea donans. Quod si valde veneranda & prudens ea fuerit, nec ipsa accipiet, vt ego existimo.

EPISTOLA DXCV.

Dracontioni Monacho.

Luc. 24. 29. GEstit Christus gaudio, cum illi vim inferimus, vt nobiscum maneat. Cum itaque in nobis virtutis lumen defecerit, vt ipsum compellamus, quemadmodum Cleopas fecit, vt vna nobiscum permaneat, & nostra cum vilitate, & humilitate concumbens, panem diuinum frangat, tradatque animæ nostræ. Nihil porro est oratione violentius, quæ temporibus quoque ipsis sæpenumero vim infert. Est enim omnipotens oratio, & superari nequit, à qua nos Diabolus grauissimis, nec ferendis tentationibus dimouere nititur, vt, ac si ab ea vtilitatem non caperemus, maximè proficuæ & salutaris in Christo orationis armaturam abiiciamus.

C EPISTOLA DXCVI.

Callinico Monacho.

Ps. 103. 18. Ps. 28. 9. MOntes excelsi ceruis, & Vox Domini præparantis ceruos. Si itaque Dominica prædicatione, Sanctis exercitationis regulis ceruus effectus, & malitiæ saltibus denudatus, animos in intellectuales serpentes assumpsisti, & interimes eos; ne in hisce maneas, sed contenda ad montes excelsos per Psalmorum cantum intentum, & perfectionem, & beatissimam illam contemplationem, qua nihil excelsius est ascendere: siquidem Beati puri corde, quoniam ipsi Deum videbunt, &,

Matth. 5. 8. Ps. 17. 34. In excelsa adducit me Dominus, vt pestiferos Dæmonas in via illius deuincam; super excelsa statuens me, vel, vt aliud exemplar legit, in sublimibus sistens me edocens manus meas in bellum aduersus Diabolum. Legitur

Matth. 24. 16. Marc. 13. 14. Luc. 21. 21. enim & in Euangelijs: Qui in Iudæa, in Ecclesia nempe, illuminati sunt, fugiant in montes virtutũ sublimitatem, & cœlestis contemplationis; affinia namque sunt.

EPISTOLA DXCVII.

Symmachio Comiti.

D

Iob 24. 1. Cor. 10. AIt de quibusdam inopibus patientissimus Iob, cum non haberent sibi ipsis tegumentum, circumuestierunt se petrã. Petra vero plerisque in locis Christus nuncupatur. Quicunque igitur actiones bonas non possidens, confugientes ad Christum in multa humilitate & supplicatione circumamiciuntur ad salutem dominicã gloriã.

EPISTOLA DXCVIII.

Eidem.

Luc. 23. SEcundo latroni dictum est, & nomen Paradisi promissum. Apostolis enim regnum cœlorum promissum fuerat. Itaque qui in cruce pendebat latro pro progenitore Adam primo latrone paradisum accipit.

EPISTOLA DXCIX.

Eidem.

CAue tibi ab excessibus & defectibus.

EPISTOLA DC. E

Eidem.

OMnis vera virtus & est, & dicitur.

EPISTOLA DCI.

Eidem.

EOrum, quæ fratribus apponuntur vilium eduliorum sine vlla dissimulatione & ipse particeps esto, ne ea abigens non post multum tempus propter vrgentem ægritudinem, modo viuendi immutato, ciborum lautorum, qui non aderant, omne genus, & speciem inuestigare deprehendaris.

EPISTOLA DCII.

Aquilæ Exconsuli.

ANte Dominicum diem cœlestem iudicem præoccupa: à Gehenna te eripe. Si veniam à supero Domino commereri appetis, & decem millia talenta tibi condonari, dimitte & tu conseruo tuo centum denarios: conseruum etenim tuum appello, cum & tu, & ille in F cœlo Dominum habeatis.

EPISTOLA DCIII.

Eidem.

NOn est rebus suis diffidendum: neque in quocumque, vt vt est, lapsu, animo succumbendum, sed res est diiudicanda, & confitenda. Qui enim abiiciunt sese, & prosternunt, vna cum impiis reputantur.

EPISTOLA DCIV.

Iuliano Presbytero.

ABsconditum animæ æ...um cor nuncupatur, in quo multæ perpetrantur iniquitates, quas tantummodo videt numquam edormiscens oculus. Sæpe igitur & Presbyteri in corde suo iniquitatem operentur.

EPISTOLA DCV.

Eidem.

CAue tibi, ne vnquam & ipsa in abscondita cogitationis tuæ æde turpissimarum perturbationum idola compingens, Deos tibi fingas, & colas. Ait siquidem Propheta: Ingressus sum, & vidi, & ecce omnis similitudo reptilium & animalium; abominationes inanes, & Idola in circuitu depicta. Ezech. G 8. 10.

EPISTOLA DCVI.

Paulo Archimandritæ.

IN patientia vestra possidebitis animas vestras, Seruator ait. Per patientiam siquidem ex rebus insperatis consolationem inuenimus, quæ enim nemo hominum expectauit, hæc & disponit, & largitur Dominus iis, qui per fidem, & spem eum sustinent. Quapropter Hieremias dicit: Bonus est Dominus expectantibus se, & animæ eum exquirenti. Luc. 21. 19.

EPISTOLA DCVII.

Carino Palatino.

NOs nostris sceleribus punitiones Dei, ac supplicia in capita nostra auertimus. Propterea dicit Dominus: Ecce ego do in populum hunc infirmitatem, & infirmabuntur in ipsa patres, & filij simul. Si vero & sic persistamus, peccatum super peccata aggerentes, morte etiam multabimur. Quapropter statim subdit: Vicinus, & proximus illius interibunt. Timeamus igitur, nec negligamus. Ier. 6. 21. H

EPISTOLA DCVIII.

Eidem.

NOn perperam in Ecclesias vaticinia clamant, sed vt nobis à diuina ira præcauentes, sceleribus finem imponamus. Quandoquidem, ait, contra Deum insurrexisti nec te pœnituit, aperuit thesaurum suum, & eduxit omnia vasa iræ ad perdendum omnes, qui diuina eloquia contemnunt. Ier. 50. 25.

EPISTOLA DCIX.

Tapisco Diacono.

IN plenitudine, ait, panum voluptuariam vitam egit Sodoma, & superbiit. Anima enim, quæ æquè ac Sodoma viuit, cognitionis panibus exsaturata, recalcitrat, & tolerari non potest. Ezech. 16. 49.

A

EPISTOLA DCX.

Eidem.

1.Cor. 12.7. COgnitio facili negotio hominem inflat. Propterea dicit: Ne superextollar, quemadmodum quidam ſublati ſunt, datus eſt mihi ſtimulus præſeruans me, ne ſuperextollar.

EPISTOLA DCXI.

Eidem.

MAgno homines odio proſequuntur eos, qui ab ipſis gloriam ſibi aucupantur. Qui igitur gloriam ambit idem eſt ac filia meretrix, ſui amatores perſequens, quæ ideo magis odio habetur, quod illos inſana deperear.

EPISTOLA DCXII.

Hyacintho Referendario.

SAmariam in Scriptura intelligito falſam cognitionem, Sodoma per omnia rebus nouis ſtudentem agnitionem, & propoſitionem animi, & temporali, caducoque luxu diffluentem, & propter intemperantiæ, laſciuiæque exceſſum oculos obliquantem, & in maſculo B fœmineum conquirentem.

EPISTOLA DCXIII.

Eidem.

Gal.4. DOnec iuuente pueri ſumus, non eſt prope factum regnum cœlorum: cum vero in ſpirituali ſapientia, & ætate profecerimus, promptique fuerimus paternam plenitudinis temporum ſapientiam in inſtruente lege abſconditam excipere, cum non ſumus ſub tutoribus, qui pueris alendis incumbunt, nunc Dominus ait:
Ierem.23.23. Approximans Deus ego ſum, & non Deus à longe. Sancto porro, & ſecundum virtutem, & cognitionem per-
Luc.17.21. fecto viro Iam inſtar regnum cœlorum. Ecce enim, ait, regnum intra vos eſt, & in vobis habitat, & moratur, non facultate tantum, ſed opere.

EPISTOLA DCXIV.

Bibiano illuſtrio.

Rom.9.1. VNus eſt vnigenitus Dei filius, etiam poſt carnem aſſumptam à Virgine: vnus enim Dominus IESVS
C CHRISTVS, vna hypoſtaſis, vna perſona. Veritatem dico in Chriſto, non mentior.

EPISTOLA DCXV.

Eidem.

IDem & in altiſſimis à multitudine virtutum cœleſtium, vt Deus robore Patri ſimilis, adorabatur: idem & in terra, humana natura cum hominibus conuerſabatur, & cum peccatoribus, & publicanis vna cœnabat, tamquam compatiens medicus, non ventri inſeruiens, ſed qui inter cœnandum inſolenter ſe agunt, eos corrigens: & eorum, qui ſimul accubuerant, communicationem glorioſa ſua ſapientia condiens.

EPISTOLA DCXVI.

Chryſantho lectori.

OCcaſiones hoſtilitatis miſſas facito: & ecce feræ immanſuetæ penes te pacifice agent, & ſub vite
Pſ.126.3. tua dormies, cum dederit dilectis ſomnum aliquem impias perturbationes mortificantem, & non erit qui timorem incutiat.

D

EPISTOLA DCXVII.

Berenico Taxeota.

CHriſtianus homo Philoſophiæ & cognitionis melioris particeps, obſeruare minimè debet menſes & annos & hebdomadas, & ſic ſolemnitates celebrare, imo vitam vniuerſam vti ſplendidam ſolemnitatem agere, bonis operibus coboneſtatus, & vitæ inſtituto venerando prædites. Hic mihi regibus regius magis exiſtimatur, & ſemper ſolemnitatum ſolemnitatem ſpiritualiter celebrat & diem feſtum agit.

EPISTOLA DCXVIII.

Anaſtaſio Presbytero.

Ezech.3.17. Ezech.33.7. SVperiores, ſi quæ opus ſunt tacuerint, pro excidio ſuorum ſubditorum pœnas daturos, audi à Domino, Fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſraël, & audies de ore meo verbum, & ſeruabis, cum dixero peccatori, ait, morte morieris. Si igitur non fueris locutus, vt ſe cuſtodiat impius à via ſua, ipſe impius in impietate ſua peribit; ſanguinem vero eius de manu tua E exquiram.

EPISTOLA DCXIX.

Innocentio Monacho.

QVòd multa, indiſcreta, inobſeruataque commercia fiant, & ſuauitate non perpetua inſoleſcamus, accidit, vt plerumque iracundiæ triſtitiæ, & appetitus cogitationibus capiamur.

EPISTOLA DCXX.

Iſachar Samarita.

QVemadmodum Abraam ob virtutem nomine Regis Gen. 23.6.
nuncupatus eſt; dicunt enim ipſi alienigenæ, Rex es nobis: ita & Angeli Dei propter diuinum cultum à Moyſe filij Iſraël compellantur: Cum diſſeminauit fili- Deut. 32.8.
os Adam, poſuit terminos Gentium ſecundum numerum Angelorum Dei. Cum enim ſeptuaginta filij Iacob eſſent, non immerito ad eorum numerum vniuerſi orbis Gentes diſpoſitæ dicuntur: namque ſeptuaginta, vt quidam ferunt, in orbe terrarum linguæ adinueniuntur. F

EPISTOLA DCXXI

Hilario Epiſcopo.

DVbium mouiſti de eo, quod ſcriptum eſt, Poſt re- Luc.24.31.
ſurrectionem apparens Dominus his, qui cum Cleopa erant, inuiſibilis Poſtmodum factus eſt. Quod Moy-
ſes quoque de peccatoribus apud Sodomam dixit, per- Gen. 19.11.
curriſti, Diſſoluti ſunt quærentes portam beati Lot. Clarú porro eſt, portam iuſti veram, & non viſam, ſubſiſtentem, & reapſe fuiſſe. Si itaque veriſſima porta alijs quidem manifeſta, claraque obiectabatur, Sodomitis autem obſcura, atque inuiſibilis: ergo IESVS CHRISTVS omnium Dominus, nonnullis videbatur poſt reſurrectionem, aliis non item: vere reſurrexit Dominus ex mortuis, qui pro peccatis noſtris mortuus eſt, carne ſcilicet ſubtiliore effecta propter incorruptionem; quod ſanctum, & pretioſum corpus, cum vellet, abſcondebar, & cum vellet, proponebar; ſcriptum enim eſt, Et Luc.24.31.
ipſe euanuit ex oculis eorum. Ne itaque, Euanuit ex oculis eorum, ita accipias, vt priuatum eſſentia dicas, G
& nudum ſpectrum, & reſurrectioné ſomnium repures, quemadmodum quidam alij tradiderunt. Quandoqui- Luc.24.39.
dem quanam ratione dixiſſet; Palpate, & videte, &c.

EPISTOLA DCXXII.

Gaudentio Silentiario.

COngregans, ait, velut in vtrem aquas maris, hoc eſt quemadmodum in vtre, ita intra præſcriptos terminos mare Deus congregat, & aquas continet, non permittens illis, vt infirmiſſimam arenam prætergradiantur, & vniuerſæ terræ faciem operiant. Hinc cum id idem ſanctus Propheta expreſsè vellet, ſubdit, ponens in theſauris abyſſos, hoc eſt in vaſis & receptaculis continens innumeras aquas.

EPISTOLA DCXXIII.

Irenæo Presbytero.

SApientiſſimus Salomon in ænigmate dicit: Omnis Prou.23.21.
ebrius, & meretricibus deditus mendicabit, & indumentis diſruptis & attritis induetur, totus ſomnolentus, ſomnolentum vocans ſegnem, ac hebetem, & H
otioſum ad omnem rem conducibilem. Cum enim quiſpiam diuina præcepta neglexerit, omni ſua parte inconſutilem, vt Ioannes Euangeliſta ſcribit, deſerit ſanctæ Ioan. 19.24.
cognitionis tunicam, quæ deſuper contexta eſt, & luminis incorruptibilitatis indumentum, attrito vero, varieque ſuto, & informi ſtultarum, & inutilium quæſtionum, & obſcœnitatis, & peruerſitatis amicitur centone.

EPISTOLA DCXXIV.

Domnino Presbytero.

NOn eſſe opus, ante diuini beneplaciti tempus noſ Deum compellere, & ſollicitare, vt res admirandas omnibus commonſtret, ſuſtinere vero & expectare potius diuinum beneplacitum & voluntatem. Attende quid Dominus Chriſtus ſuis diſcipulis dicat, ſedere in ciuitate Ieruſalem, nec inde ſecedite, ſed expectate promiſſionem, & cum illa digni facti fueritis, tunc doctrinæ & miraculorum initium facietis. Et qui etiam

A sanctum Apostolum Paulum sectabantur, à venerando spiritu ad tempus, nec verbum loquerentur in Asia & Bithinia, remorati sunt.

EPISTOLA DCXXV.

Euty bio Diacono.

PRouectâ iam ætate diuinus Dauid ingentes gratias Deo, qui eum elegerat, agens, in fine benedictionis effatur; nunc vix ægrè inuenit seruus tuus cor suum ad faciendas precationes, beatitatem nobis significans, & sanctum illum statum pacificum collucentemque, vbi nulla apparet memoria temporalis & sensibilis creaturæ.

EPISTOLA DCXXVI.

Iasoni Episcopo.

Leu. 26. 5. MAnducabitis panem vestrum ad saturitatem, ait Dominus per Moysen, & habitabitis cum securitate in terra vestra. Nosti enim quis sit diuinior panis, & quæ securitas. Securum enim te reddidi ego, ait, dex- B tera mea, & dabo pacem in terra vestra, pacem nuncupans, ab execrandis perturbationibus libertatem, & dormietis, & non erit, qui timorem afferat vobis proficuus, & noxiorum inualescentium solutor. Hic est somnus; Dedisti enim, ait, non in os meum, sed in cor meum, & in cogitationem meam, incorruptam & sem- Ps. 4. 7. piternam lætitiam: & propterea in pace in idipsum dor- Ps. 126. 3. miam, & somnum capiam, somnum omni iniquitati mortem afferentem. Cum enim dederit Dominus dilectis suis somnum, ecce isthinc hæreditas Domini præparata iis, qui certamen subierunt.

EPISTOLA DCXXVII.

Eidem.

Leu. 26. 6. INterimam, ait, belluas prauas è terra vestra, feros nempe dæmones, eorumque aduersus decertantium animas versutas malitias, & persequimini inimicos vestros, & cadent in conspectu vestro occisione ensis, quæ gloriatio vestra est: & persequentur de vobis quinque centum, & centum de vobis decem millia persequentur. C Quinque etenim sensus magnis cogitationibus, & diuinitus exhibito robore, & facultate humana natura excellentiore, quam humana mens triumphalis effecta acquiris, circumuallati centum ex aduersariis expellent: centum vero expertissimarum, & perfectiorum nostrarum cogitationum, & bonarum actionum decem tyrannorum millia, qui extrema improbitate amiciuntur, captiuant debellantque.

EPISTOLA DCXXVIII.

Thomæ Scriptori.

ANteriora animæ intelligenda sunt virtutum omnium lumina; posteriora vitiorum omnium genus.

EPISTOLA DCXXIX.

Eidem.

FAcies animæ Deo non dissimilis forma est, mundities nempe mentis, & sanctæ minimeque inquinatæ naturæ luminosum; ac splendidum: dorsum vero, quæ ex hebetudine oritur malitia. Propterea nonnulli incu- D santur, & vituperantur tanquam qui dorsum in Deum conuerterit: & necesse est vt malitis vapulet, ne sine medicamento maneamus, Pulsauit enim Dominus, ait, inimicos suos: bene factum, atque proficue

EPISTOLA CCXXX.

Theophani scholastico.

Matth. 5. 29. Deut. 13. 6. SI scandalizat te oculus dexter, eiice eum: non absimile est illi, quod à Moyse dictum est, Si vxor tua, quæ in thoro tuo est, & amicus tuus, animæ tuæ compar, aliquando voluerit te seducere à Domino Deo tuo, ne pareas illis, neque miserearis eorum, neque eam amplexaberis.

EPISTOLA DCXXXI.

Cyrillo Monacho.

Ps. 83. 1. COncupiscit, inquit, anima mea in atria Domini. Atria diuina nuncupat gloriosa, præclaraque facinora, & actiones, in quibus vti in atriis Dei verbum, & quicunque verbum sectari continuo eliguntur, inhabitant.

EPISTOLA DCXXXII.

Eidem.

E

ECce ait Dominus; declinabo ad eos, qui tristitiam Esa. 66. 12. tolerarunt, quasi flumen pacis, & vt torrens inundans gloriam gentium. Id Aquilas interpretatur, ex omnibus generibus; Symmachus, à mœrore; Theodotion, à multitudine. Considera itaque hæc, & temetipsum consolare.

EPISTOLA DCXXXII.

Macedonio Diacono.

EXtra tentorium leprosus animam, immundusque Num. 5. 2. eiicitur. Separati enim hunc decet, donec perfectam expurgationem consequatur, & auelli à tentorio huius sapientiæ Doctorum, & Mystagogorum, & prophetarum Ecclesiæ, vbi adsidet Samuel, nec longe est Dauid.

EPISTOLA DCXXXIV.

Seuero Exconsuli.

INuidentia compulsi nonnulli Episcopi, ob summam F Ioannis Episcopi Constantinopolitani virtutem, diuino metu valere iusso hominem entheum, vere orbis vniuersi lumen insidiis aggressi sunt, feceruntque, vt & Imperator piissimus, ac simplicissimus fraudibus eorum caderet, & virum Diuinum faceret extorrem. Cum itaque viris pestilentibus, & malignis pastoribus, non li- Ose. 7. 5. bens, sed raptus aures præbuerit, probe Propheta clamabat; Extendit manum suam cum homine pestilenti. Nihilominus post iusti exilium, pars potissima etiam eorum, qui in eum contechnati fuerant, Deo pœnas persoluerunt, & cum fletu & clamore confessi sunt, se vehementer in virum Sanctum deliquisse.

EPISTOLA DCXXXV.

Dario Scholastico.

SPlendescent, ait, tunc iusti velut sol iustitiæ. Lu- Matt. 13. nam vero Propheta Ecclesiam nominat exorientem vti matutinum.

EPISTOLA DCXXXVI.

Probatio Monacho.

DE iis quæ ad me scripseras, cum Beati Esaiæ li- G brum percurreres breue tibi solatium afferam. Cla- Esa. 21. mat enim, dolores partus susceperunt me quasi parturientem. Nonne vides angustiam indolentis cordis oppressique? tum postmodum subdit, iniustè egi quod non audij, festinaui ne viderem, namque intolerandis tentationibus conturbatus, pro lumine tenebras deosculor; cor meum aberrat & iniquitas me flagellat, & anima mea imminet timori; discrimen enim imminet, ne peream à conspectu Domini, & assimiler in infernum descendentibus; quando vnà mecum non dum est lumen oculorum meorum intellectualium.

EPISTOLA DCXXXVII.

Nilo Presbytero.

HOminem non habeo, qui me, cum indicauerit Angelus, in sanitatis piscinam immittat; dicebat Ioan. 5. 7. Domino, qui apud probaticam iacens Paralyticus inseruerat. Ille igitur, cum multos annos per fidem, & tolerantiam, idque libens & sperans confidentissime, H cũ dira valetudine conflictatus fuisset, & sustinuisset, gratias agens, & propria delicta cõfitens, vetusta vt recentissima recolens, nec hominem inuenisset post tot annos, Deum hominem factum, immo humanissimum propriarum misericordiarum piscinam, omnem illius animæ, corporisque infirmitatem dissoluentem, & ad supremam ciuitatem ducentem, assecutus est.

EPISTOLA DCXXXVIII.

Irenæo Monacho.

QVi menti aduenientem tristitiam diuina conside- Ps. 5. 4. ratione dissoluit, non abs re dixeris: Mane vocem meam exaudies. Matutina quoque hora à nobis Christi resurrectio intelligitur, cum potissime exauditus est, naturaliter clamans, gemitibus inenarrabilibus genus humanum.

EPISTOLA DCXXXIX.

Anepigraphus.

MIhi quidem moderatam cognitionem in solitudinem itio adauxit. Qui enim inter turbas aliter,

appe

A appetitque callere cœlestia, haud scit, seminatum inter spinas ab iisdem suffocari; & qui ab iis immunis non fuerit, eum Dei cognitionem habere non posse. Quid tu; eum angustam elegeris, fœderaque cum Deo de ea feceris, latam viam, ad interitum ducentem, pertineas? Dum enim hic nobis parcimus, quæ inibi est, punitionem nobis adsciscimus: at vero afflictio, & appetituum sedatio futuram præstat bonorum commonionem. Prudens Monachus probatus esse debet aygostata, non permittens, vt alteram in partem lances deflectant, neque concedens, vt ieiunium in debilitatem, ac deliquium, neque ingluvies in luxum abeat; non tantum comedens quantum belluo, & in tantum sese circumuestiens, quantum decore obtegatur, pulcherrimum vehiculum animæ corpus sustentat, & gubernatori pertractu faciles temones, & militi arma concinna, & harmonico lyram dextere modulantem. Qui enim luxu sese impingit, vestibus exornat, facit ne illud subsultet, & in absurda desideria excitat, & bonam illius B constitutionem lædit, & nimis mollitie exsoluit, apparatque animæ hostem. Itaque & hoc, & illud afficiendi finem ponito. Vita absque sermone vtilior est, quam sermo absque vita. Hic etenim tacens, emolumento, ille vero perstrepens fastidio est. Si vero & vita & sermo in vnum concurrant, vniuersæ Philosophiæ imaginem absoluent.

EPISTOLA DCXL.

Gigantio.

SI te ipsum assuefeceris, quam ipse deperis faciem, non aspicere, omnino iniqui amoris flammas extingues, & misericordiam per preces & ieiunia delinies.

EPISTOLA DCXLI.

Triphoni Diacono.

QVi tempore meretriciæ pugnæ ingluuie saginatur, & ebrietate, & multis condimentis garum & piper commiscet, omnino sibimetipsi insaniam & bellum C perpetuum excitat.

EPISTOLA DCXLII.

Cuidam.

SAt, nouit noster Dominus, quibus ipsi indigeamus, & aliquando in ipso vitæ exitu pulsanti per orationem, & spem resurgens speriet, spirituale cordis postulatum elargitur.

EPISTOLA DCXLIII.

Cuidam.

LIcet quod poscis quàm optime non cõsequaris, licet etiam prorsus non consequaris, nihil refert: fortè enim non conducit animæ tuæ. Verumtamen vel tantummodo in oratione esse, vt Deum rerum omnium creatorem alloqui, quantum dignitatis in se habet, dicito mihi.

EPISTOLA DCXLIV.

Cuidam.

D PRopriè & naturâ solus Deus sapiens est; Angeli hominesque per participationem sapientiam possident. Sapiens itaque cum sit Dominus, scit quem iam velociter audiet, cuinam postulata seriùs. Nos enim nosmetipsos haud nouimus, vt nos Deus rerum omnium conditor nouit, & in commodum nostrum nobis velociter aut tardè exoptata impertitur. Quare neque despondeamus animum, neque mœrore conficiamur; sed firmi ac stabiles perseueremus, gratias agentes & exposcentes & expectantes & sperantes acciperem. Quanam etenim ratione qui petit accipit, & qui quærit meliora inuenit, & pulsanti aperietur Iustitiæ porta?

EPISTOLA DCXLV.

Cuidam.

QVi innatam sibi imbecillitatem optime tenent, cum bellum inferentes dæmones violentiores deprehenderint, eos in Deum omnem abiicere spem, & propugnatorem sibi ipsis exposcere continuo debent.

EPISTOLA DCXLVI. E

Cuidam.

DOrmis & tempus te prætergreditur; vigilas, & circa res inanes cor tuum etiam nolens occupas? & cum vita imminuatur tua, tu neque persentiscis, neque percipis.

EPISTOLA DCXLVII.

Cuidam.

NOn vt vt fuerit, & quibuscumque diuinam gratiam Dominus elargitur, sed cum labore & molestia & sudoribus noctu interdioque poscentibus. Quamobrem studiosè ministerium orationi addictum aggrediamur.

EPISTOLA DCXLVIII.

Cuidam.

NE corporis infirmitates libens vitato, & variis doloribus obrui; neque longe facias iudicium meum vt Iobo Dominus ait, quin immo cum gratiarum actione dolores sustineas, vt per eas omnia delicta tua F deleantur.

EPISTOLA DCXLIX.

Cuidam.

SI opificiorũ præsentium pulchritudinem conspiciens in admirationem cieris, multo magis admirare futura. Si pulchræ sunt creaturæ, multo magis infinitoque pulchrior conditor earum Dominus est. Si quæ tempori commensurantur, talia sunt, qualia fuerint sempiterna? à visibilibus itaque ad inuisibilia mentem transferto.

EPISTOLA DCL.

Cuidam.

ANtequam tribonal illud tremendum, in quo non actionum modo & verborum, sed cogitationum quoque occulta cernenti rationem dabimus, oportet faciem illius præoccupare in confessione & Dominicas propitiationes extorquere per laboriosam in vita nostra diligentiam, talem Prophetam & regem æmulantes.

EPISTOLA DCLI. G

Cuidam.

NIhil in hoc visibili mundo, animæ saluti, quæ secundum Deum est, præponito.

EPISTOLA DCLII.

Cuidam.

AVdacter cum planctu ad cælestem medicorum principem IESVM accedito, vniuersaque animæ vulnera denudato; nulla namque erit perturbatio Christo humanissimo insanabilis.

EPISTOLA DCLIII.

Discipulo suo.

EN post alias, atque alias ad te iam datas literas, per has quoque te colloquimur, quando planè, & dilucide intelligimus, te à nostra humilitate admonitionis monumenta conquirere, scilicet cum aues salutem consequi, & in cognitionem veritatis peruenire. Noli temetipsum in occupationibus, ac solicitudinibus detinere, Frater, & animipedis vitæ huiusce cogitationibus, & molestiis distineri. Quid expectas? num tibi tempus H redondat? Dies vti vmbra, & somnium prætervolant; 1. Par. 29. 15. Ps. 143. 4. & tu tranquille vitam propagas, & mutos inanimos adornas Dominus creauit, finxitque te nullis curis obnoxium: & tu rerum administrationibus te maceras? A te occupationes detraxit: & tu temetipsum in malleolos summersisti. Ex iis, quorum desiderio teneris, pars nulla reliqua est, quæ animæ conducibilis sit. Procul, Fili, ne gloriam humanam peruestigans, corona diuinæ gloriæ priueris. Neque enim fieri potest, vt alia ratione gloriam consequaris, quam ipsius gloriæ neglectu; donec enim gloriam consectamur, ea à nobis in fugam sese corripit. Si experis gloriosus, ac celebris in vulgus esse, ne in gloriam affectus sis: si concupiscis sublimius euchi, ne humum vitando nubes & inania captes. Attende tibi, Fili, & ne des operam, vt ad gradum Sacerdotij, siue præfecturæ ascendas. Timeo, tremo, reformido, ne alios saluata cupiens, tuimet ipsius animam perdas. Sanctus est, & in altissimo dignitatis gradu locatus, qui

A animã suam saluat. Quare excipe verba mea, Fili, humilis Patris tui, qui in Christo te diligit, & sortem tuam miseretur. Derelinque, Fili, humi repentia consilia, & inferens te in cellam, requiesce, vndequaque eam obstruens, nullam per annum integrum, Sabbato; atque Dominica exceptis, compellans, tuæque animæ perutilia condisces, & alia, nempe multas tibi afflictiones, multas tentationes, multasque infirmitates sustinendas esse, & beatum te futurum, si toleraueris. Id si non feceris, confeías te in altum locum; & si volueris ad compunctionem propius adire, ne gentilium libros euolaas, neque historicos, neque figurat aoratione conscriptos, & Scripturam veterem ne per somnium quidem attingas. Sed nouum Testamentum lectita, Martyrum certamina, & vitas Patrum, necnon & facta seniorum, magnumque ex ea lectione fructum feres. Non quod veteris Testamenti codices reiiciendi sint, eos ne legantur prohibui; cum illi admittantur, & à Spiritu Sancto dictati sint, & illis dempB tis Ecclesia nullo modo subsistat. Verumtamen Hesychastis Monachis compunctionem non ingenerant. Attende tibi ipsi, Frater, magna est messis, ne parum illi consulas, & pro spicis stipulas colligas. Effertissima opimitas vindemiæ est: ne fructus spirituales decerpere negligas, ne post vindemiatores acinos colligas. Tu porro terrena despice, & cælestibus incumbe. Mete, & vindemia iustitiæ fructus, & si quietem peroptas, adsciscito tibi omnium Dominum, & extra vniuersos homines fato perfungito. Fac sis vnius Domini seruus cum tibi multos seruos procuras. Qui enim vnum reueretur, plerosque non reformidabit, quinimo complures vnum pertimescent. Fili, quare in transuersum deflectis viam enunciantem; Ego quis sum? terra, & cinis: & viam inambulas distortam, afflictionibus, & periculis refertissimam. Vbinam missos fecisti sermones meos apud te noctu, diuque reseruatos? Vbi loci fuisti? & vbi te dominantem conspicis? vbinam gentium degisti? in quonam te aliis conspicatiorem deprehendis? vbinam fueris? & vbi collocari C te volo? & vbi gentium modo locum tenes? qui ambitiose principatum affectas, qui linguam possides inconstantem, ac incompositam, & perobscuram dimittere non curas? Vbi sunt à te peragenda mandata mea? ne illa in mœrore iaceant. Indulge lacrimis, luctui. Ne in alios principatum affectes, sed te inter alios nullo in numero pone. In aliam viam tua desideria attrahe. Deflecte ex mundo; postmodum ad Crucem attendito. Leua te è terra: excute puluerem ex pedibus tuis, despice proba: vniuersos homines animo, & virtute te excellentiores ducito, demortuum tuum deplora: eiice trabem ex oculis tuis; inuersam deprauatamque domum tuam reficito: clama, Miserere mei fili Dauid, miserere mei, vt post cæcitatem oculis inualescas. Discito os omne obturandum esse, & ne indormias quocumque tempore gratias agere: inimico claude fores tuas. Iuga æquando pondere sermones tuos, & portam tuam vectibus stabili. Ne somnolentus pigrescas, ne derepente ad opera tua perueniat: Ecce sponsus, exite obuiam ei. Quid porro tum oratinD ne cessas? Rerum occupationibus non intempestiue addicor. Ille te interquiescere fecit, & tu tibi labores assumis. Nulla per tempus datur tibi mora, vt plangas, & lugeas, & deplores peccata tua. In memoriã reuoca, quod de porta dictum est, Obserabitur. Festina anxius, ne foras cum stultis virginibus destituaris. Cogitatione ex futili hac vita in aliud seculum transcende. Terrena isthæc transcendito, & cœlestia quærito. Relinque corruptibilia, & incorruptibilia reperies. Fuge ex animo à momentaneis hisce, & sempiterna consequeris. Mortifica membra carnis, vt perfecte pleneque viuas. Tu calles optima, quæ ipse enuncio. Considera etiam atque etiam verba mea, & opere ea perquisitius exequere, & thesauros à Deo absconditos comperies: & ne canis meis, qui die, noctuque pro te Deum comprecor, probrum inferas. Caue id dicas, frater: Vt omnes Monachi, sic & ego. Namque id & ipse edico multas esse plantas in montibus, & collibus, & syluis, & locis campestribus: sed tantum fœcundas, & commodis humanis aptas in hortis conseruari:

Math. 9. 37. — Gen. 18. 27. — Math. 10. 14. Marc 6. 11. Luc 6. 42. Marc. 10. 47. — Math. 25. 6. — Matt. 25. 11.

E quæ verò nulli vsui sunt, succendendo Igni aptissimas iudicari. Quicumque enim, ait, peccatis sese illaqueat seruus est peccati, licet ille Sacerdotio præditus sit, licet imperio emineat, licet Monachorum albo ascribatur, licet innumeris coronatum lapillis pretiosis turgeat. Neque enim est personarum acceptio apud Deum. Dignus siquidem habitus, vt sacro cultu adornetur, & habitus opera non præstat, arbor est foliis permultis, nullis verò fructibus conspicua. Dicenti igitur, Vt omnes Monachi, sic & ego, respondeo verba hæc nulli in lucro deputari eo momento, quo anima tua à corpore separatur, sed multi præiudicii, & pœnarum apparatus tibi futura. Hinc, Frater mi, ne sumas tibi spiritus, & arrogantiam. Quoniam Dominus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. Considera, Frater, ne spe futuræ pœnitentiæ copia malorum in te congesta, peccatum quidem metas, veniæ vero naufragium facias. Deus non irridetur. Inuoluntaria peccata vera pœniten- F tia obliterantur: voluntaria omni responsione priuantur. Fili, fuge corporis voluptates. Considera fructum earum pœnitentiam esse felle amariorem, & gladio bicipite acutiorem: à quo enim quispiam deuincitur, eidem & deseruit. Quod si tormenta, & iudicium pro verbo otioso subeunda sunt; quanto peiora patietur, qui cum voluptate vna conuoluitur? Scriptum namque est, Qui templum Dei corrumpit, corrumpit ipsum Deus. Num tu Christi membra, membra meretricis efficies? Absit, & potissimum in templo magno ritu sacro. Fuge, Fili, voluptatem perditionis mortisque parentem; ne sermones ipsius auribus accipias, quandoquidem illa vti lupus agnis lenocinatur. Fugito omnem occupationem, omnem luxum, otium, intemperantiam faciei pulcritudinem, oculorum casum, verbum periucundum, auditus sagittam, quæ mollitiei membra exhibet. Huiusce hominis anima est aer nequissimorum spirituum, & malorum consiliorum moderator, & socius, corpus quoque ipsum imputatum cogitationum G custodia, quam illi occultant, & quo vires contra eundem acquirunt. Frater, Angelum tuimet custodem reuerere, & ne mœrori sis Sanctis Angelis, & lætitiæ Dæmonibus. In memoriam reuoca grauem mulierum halitum, & quænam ex eo vtilitas, nisi ignis inextinguibilis, & sine vllo termino vermis, & stridor dentium? namque voluptas aduersus Deum aperta inimicitia est. Frater, mente concipe numquam obdormiscentem oculum, qui tuas actiones contuetur, & cor tuum introspicit, cogitationes perscrutatur, & cogitationes opertas recludit, qui vere potis est corpus, & animam tuam in gehennæ igne perdere. Extenta temetipsum, quisnam es: naturam tuam agnoscito. An non vides corpus tuum morti obnoxium, animam nullis delebilem annis viuere? Nihil pensi tibi sit caro; namque præterit. Curam gere virtutis Spiritus immortalitate præditi. Magnum asperumque peccatum est. Multum tibi peropus sunt, confessio, lacrymæ amaræ, continuatio vigiliæ, perpetuum, & numquam intermissum ieiunium. Atten- H de tibi Fili. In medio laqueorum inambulas, in quibus ab hoste multæ tendiculæ reconduntur. Caue igitur, ne aliquando in sinu tuo scelus abscondas. Qui enim inspexerit mulierem, & desiderauerit eam, iam mœchatus est in corde suo. Namque corporis actiones à multis interrumpuntur: qui vero consilio delictum admittit, velocitate cogitationum perpensum gestat delictum. Recordare, quod ad præsens tempus tibi suaue accidit, ad finem vbi peruenerit triste absinthium fore; & nunc voluptate corpori conquisitam titillationem pestiferum vermem in omne tempus nos in gehenna suppliciis coërcentem progeneraturam, & carnis incendium sempiternum. Si canis à bellua morsu laceratus fuerit magis, magisque aduersus eum dolore plagæ illatæ iracundia exardescit, inque eam sine vlla reconciliationis spe furit, atque insæuit. Mente recole Fili, afflictionem, & orationis intermissionem. Ponderato eum, qui super Cherubin sedet, & abyssos intuetur. Ego, mi Fili, quod in me erat, perfeci Prophetæ oraculum secutus. Cum videris

Rom. 6. 16. — Rom. 2. 11. — Iac. 4. 6. — Gal. 6. 7. — 2. Petr. 2. 19. Math. 12. 36. — 1. Cor. 3. 17. 1. Cor. 6. 15. — Matth. 5. 12. Matth. 10. 28. — Matt. 5. 28. — Dan. 3. 55. Ezech. 3. 17. & 38. 9.

fratrem

fratrem tuom io via non recta ambulaotem, & non significauetis illi, è manu tua perqoitam sanguinem illius. Et iam antea ad te datis litetis tibi significaui. Et nonc denuo tibi edico; Sacerdotij gradum, & in alios principatum, & in alios dominiom dirigere, & primatem esse, non esse tibi vtile, neque commodia tuis aptum. Multi siquidem ex Monachis in eremo, cum ieiunio, & continentia pie, sanctęque vita peracta, & instar luminaris spiritu cælesti aucti, illustri honote, ac oomine celebrati fuere, & siue inuiti, siue libenti animo in Sacerdotium promoti; & hi cum mundo adhæsissent, conquisitas à se multis laboribus, & conatiboa, & sudoribus virtutes amiserunt. Cum enim ad opem aliis ferendam processissent, ipsi aotem gulæ, atque auaritiæ vitiis dediti, neenon luxuriæ, deciderunt in præceps; tandem membris suis gladio cacisis, infelici morte, auimæ
1.Cor.7.20. inquam, & corporia absumpti sont. Quaptopter Apostolus nos adhortatur. Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in eadem & maneat. Fratet tu scis quanam ipse ratione, cum præacnto ingenio sis, mea dicta diiudicare debeas. Dabit etenim tibi Dominus prudentiam ad intelligendum, & quæ salutaria sunt, obeundum Namqoe suspicor te noo ita à Doctrina Pattum longè, latiusque diuertisse: immo te propriæ, alioromque vtilitatis perquam studiosissimum factum futurumque. Cura, Fratet, ne nomen Dei tui causa, verbo, linguaque blasphema violetur. Ne fias illis, qui salutem suam procurant, causa scandali, quinimo esto potiua ouis, & oon lupus: ne euadaa pernicies, & non vita; vua acerba, & noo matura; zizanium, & non granum; stipula & non aurum; perturbatio, & non tranquillitas. Caue, dilecte, ne in opere exigas, quod prope in ore omoium versatur, ne apud sæcolatea homines derideatis. Quod si hisce animum aduertetia, adsciscees tibi oonoen insaniæ, & noo
Ps.36.27. prudentiæ. De repente declina à malo, & fac bonum, namqoe persuasissimum oobis est, nostram vilitatem à te nullo modo cootemnendam cæterum sit, & est Dei gratia cum mandata, obseruantibus Domini nostri Iesv Christi, cui gloria, & fortitudo in sæcula sæculorum. Amen.

EPISTOLA DCLIV.

Mariano Monacho.

MEdicus licet tormentis conciter, & dolotibos diripiat eum, qoi minus commoda valetudine vritur, licet fomentis calidis foueat, licet requie laborem releuet, omnibus accurare, & ex artia præscripto defungitur. Tu porro, si tibi in animo est, neque hic, neque alibi pænas prosoluere, ea temetipso pœnas sceletum repete. Siquidem si nos de nobis iudicium ageremus, nunquam ab aliis in iudicium vocaremur. Et quanam ratione, dices, de me supplicium sumam? Ego enunciabo. Comprime aoimoa, plologe, & ingemisce pro commissis; neque enim pusilla castigatio est, & supplicium animæ ratiocinatio, & propriorum delictorum luctus, sed
Esa.43.26. iogens hæc quoque ægritudo cruciaus est, percussio, & sopplicium; ideoque iustitiæ præmium impertitur homini, qui confessiooe peracta semeripsum affligit. Dic etenim, inquit, primus peccata tua, vt iustus fias. Dic antequam alius deferat te, vt iustus fias.

EPISTOLA DCLV.

Theodoro Monacho.

IN die dixit, clamaui, & nocte coram te Domine Deus meus. Vides quanam ratione diuinus Dauid exemplar nobis proponit, ad perpetuas preces effundendas & nunquam in tædium aut illarum neglectum declinandum? Et iure merito, si sæpissime magno nobis vsui multis in rebus viri alicuius probi colloquium fuit, quæ ipsi non consequentur, integras noctes diesque per preces & psalmodias, omnium Christo Domino colloquentes.

EPISTOLA DCLVI.

Olympiodoro Eparcho.

SCiscitaris à me, eum templum permagnum tibi in animo & in Sanctorum Martyrum honorem, & per eosdem ad mortem vsque certaminum, laborum, atque sodorum dimicatione pro comperto asserti Christi demortui consentaneum sit, imagines in sacrario apponere, & omnium generum animalium venatione muros opprimere, non eos tantum qui à dextera parte, sed etiam à sinistra assurgunt, adeo vt in solo terreno, conspiciaotur cateosa retia, lepores & capreæ, & reliqua animalia fuga sibi salutem petentia, venarores vero desudantes & laborantes in illis caprandis, & ope catellorum, auide insectandis intentissimi: & in salo plagæ tantæ genus omne piscium prehensum, & genus omne piscium piscatorum manibus in aridam extractum: adhæc ex gypso figmenta, quæ vbique sunt, ad oculoruoi voluptatem pollentia io domo Domini: Imo etiam io domo omnibus patente innumeras cruces exstruere, & volatilium, & pecudum, & repentium, & germinum omne genus appingere. Ego ad hæc scripta responderim Puerile hoc esse, & infantulis peculiare, rebus iam expositis fideliom oculos eludere: Fixi vero atque virilis genij proprii, in Sacrario versus Orientē ædis sacrtissimæ vnam solamque Crucem formare: vnâ siquidem salutari Cruce omne genus humanom seruitute eximitur, & desperatis vbicunq; gentiom spes bona effulget. narrationibus porro ex veteri nouoque fœdere quaquauersum manu pictoris optimi ædem sacram compleco; vt literarum rudes, diuinarum Scripturarum lectionis nescij figuræ conspectu rerum optime gestarum eorum, qui vero Deo legitime deseruierunt, memoriam teneant, & ad eorum res gloriosas atque præclaras, per quas terram pro cœlo, & visibilibus inuisibilia præferentes certatim properent: Sed in patenti omnibus æde io multas diuersasque cellulas partita, satis fuerit, si in vnaquaque cellula vna veneranda Crux cohonestatur: Namque superuacanea negligenda esse iudico. Verumtamen cootinuis precibus, & explorata fide, nec non eleemosynis in constantia perseuerandum est ad extremum, & sui despicientiâ, & in Deum perpetua spe, & diuinorum eloquiorum meditatione, & ad genus humanum coniunctione, nec non erga famulos humanitate, & omnibus præceptis Domini nostri Iesv Christi temetipsum, & coniugem, & filios circummunire, & rem familiarem tutari, conseruareque adhortor & obsecro.

EPISTOLA DCLVII.

Heliodoro Silentiario.

PEr tea admirandas, quæ in aliis atque aliis locis, & variis temporibua singulis diebus efficiuntur, Dominus pusillos. seu nullius fidei homines, ad fidem firmam ac stabilem aduocat, & fideliom fidem, & spem magis ac magia adauget, nec non ipsam cogitationem solidam, atque inconcussam signis luce ipsa clarioribua probat. Quare mihi animus est, ex innumeris fere Platonis nostri antesignani martyris nunc vnam rem gestam, non tantum in patria nostra, sed & in omoibus vrbibus, & oppidis, quæ eo deprecatore Dei adiutorium eaorant, promptissime gratiam elargientis, & admirabilem vim indicantis referre. In monte siquidem Sina dicto in quo Moyses à Deo legē excepit, & Monachi tum indigenæ, tum externi inhabitant, quispiam genere Galata, vna cum proprio filio, Monachorum albo ascriptus, illic ibi vitam traducebat, multum ad tempus exercitationis certamina in eremo obiens. Sed quodam die repentino impetu, in prædictum montem irrumpentes barbari quidam sublestæ fidei, execrandæque, qui in promptu erant, facili negotio, Monachos, vna cum filio annis obsiti Galatæ capiunt, & in captiuitatem abducunt, illique aduersis manibus colligatis, ad alia atqoe alia solitaria loca permanent, vbi ieiunos ac denudatos compellunt, & discalciatos, & sine vllo tegmine pedom, per inconsolabilia illa loca, solis ardoribus exusta, nullo sitis humore conspicua, terga vlceribus obstructa, vi ac necessitate passibus rapidis ferri, & suspensa manu

trepi

A trepidantes adigentes. Senex interim in occulta spelunca remotus in mœrore maximo prolugebat, Deo accepti filij priuationem non sustinens, Christum Dominum precibus homilibus per Platonem conterraneum Martyrem, vt ærumnarum misericordiam caperet. Hoc idem & filius per eundem sanctissimũ Martyrem diuinũ Numẽ suppliciter postulabat, in captiuitate vinculis cõstrictus, vt sui commiseresceret, & admirabiliter opem ferret. Cum vero petitioni vtriusque, patris in specu montis, & filij in captiuitate accessisset, en derepente noster Plato in equo vectus instar, atque oculis occurrens, & vna secum alium equũ à vectore vacuum ducens, puero peruigili patet, cuius sancti effigiem planissime cognoscebat, in imaginibus sæpissime perspectam, statimque illi præcipit, vt è medio omnium assurgens, equum accipiat, illique insideat, & repentino araneæ instar vincula dissoluta sunt, & solus ipse per inuocationem in libertatem vindicatus, nutu diuino assurgens,
B & equo vectus ducentem sanctum Martyrem, & viam monstrantem confidenter, & læto animo subsequitur. Et sic pusilla interposita mora vterque tum Sanctus Plato, tum Monachus adolescens, atque ac si essent pennati, habitationi senis, precibus dediti, atque illacrymantis deuolant. Sic Martyr victor egregius, Patri mœrore perditum filium optatissimum postquam è seruitute expediuit, disparuit. Quare locis in omnibus illis, qui per eosdem Deum implorant, res omnes mi-
E rificas, & præter expectationem aduenientes Domini Christi celeberrimi, atque honore & nomine illustres certatores possunt efficere. Hæc autem ad te, qui martyrum amore inflammaris, & nunquam ter Beatorum Martyrum memoriam explodis, neque exsatiaris litteris, sum prosecutus.

N O T A.

Hæ duæ postremæ Epistolæ in septima Synodo Generali, & secunda Nicæna Act. 4. vti Nili germanus partus scripto reddita sunt; ad eorum errorẽ reprimendum, qui asserebant; Nilum contra Imagines scripsisse. Quarum postremã ad Olympiodorum Præfectum ab eisdem deprauatam fuisse corroborant. Ipsi enim pro eo, quod dixit; Hinc & inde pinge, DEALBA posuerunt. *Et sic ex ysdem conuincitur;* Ostensum esse liquido, quia ipse San-
F ctus, & egregius Pater Nilus sanctas Icones suscipiebat. Accusatus est autem à Pseudosyllogo illo, quod contra imagines locutus fuerit. Vnde miseri non solum Christianorum calumniatores, sed & Sanctorum calumniatores existunt, & pessime accusantes falso Sacratissimos Patres.

[1] Præter opera S. Cæsarij Arelatensis Episcopi quæ iam habentur edita in corpore Bibliotheca nempe tertia parte sæculi 5. à pag. 819. vsque ad pag. 874. accipe & hæc quæ sequuntur.

AD SÆCVLVM SEXTVM SVPPLEMENTVM.

C
S. CÆSARII EPISCOPI Arelatensis homiliæ XIV.

STEPHANVS BALVZIVS Tutelensis nunc primùm edidit, Notisque illustrauit.

AD LECTOREM.

Cæsarii Arelatensis Episcopi homiliæ non vno omnes tempore editæ fuerunt, sed diuersis, prout eas doctorum virorum industria eduxit è penetrali antiquitatis. Nunc demum nos quatuordecim vulgamus quæ nondum prodierunt, descriptas ex peruetusto codice M S. quem nobis pro sua humanitate & amicitia nostra subministrauit vir clarissi-
D *mus Petrus Carcauius Bibliothecæ regiæ Præfectus. Continet hic regius codex quamplurimas Cæsarij homilias, omnes editas, præter istas quatuordecim. Istarum porrò decimam inuenimus etiam in veteri codice M S. monasterij sancti Germani de Pratis, cum quo illam contulimus beneficio viri clarissimi Domni Lucæ Dacherij. Non dubito autem quin ista editio multum grata sit hominibus eruditis, qui norunt quanti momenti sit hunc authorem habere integrum.*

De Cæsario porrò nihil hic dicimus, superuacaneum indicantes quippiam scribere de viro celeberrimo. Satis erit admonere illum cathedram Arelatensem tenuisse ab anno circiter quingentesimo ad annum quingentesimum quadragesimum tertium.

G
S. CÆSARII EPISCOPI Arelatensis Homiliæ [1] XIV.

HOMILIA PRIMA.

Admonitio de illis qui publicè pœnitentiam petunt.

QVOTIENSCVNQVE, fratres carissimi, aliquem de fratribus vel [2] sororibus nostris pœnitentiam publicè videmus petere, magnam in nobis ipsis Deo inspirante compunctionem diuini timoris possumus & debemus accendere. Quis enim non gratuletur & gaudeat & quantas potest Deo gratias agat videns peccatorem contra peccata sua irascentem, publica voce clamantem, & quæ solebat impudentissima fronte defendere, salubriter incipiat accusare? Iam enim se cupit Deo jun-
H gere; & ideo peccatorum suorum non vult defensor esse sed persecutor existere. Et ideo quia Deus odio habet peccata, statim vbi negligens quisque peccata sua odio habere cœperit, & à suis criminibus separatur, & Deo coniungitur. Et ille quidem qui pœnitentiam publicè accepit, poterat eam secretius agere. Sed credo, considerans multitudinem peccatorum suorum, videt se contra tam grauia peccata solum non posse sufficere, ideo [3] adiutorium totius populi cupit expetere. Quomodo solet fieri vt cuius vinea per negligentiam deserta remanserit, roget vicinos & proximos suos; & vna die multitudinem hominum congregans, quod per se solum non potuit, multorum manibus adiutus, id quod desertum fuerat reparetur; ita ergo & ille qui publicè pœnitentiam vult petere, quasi corrogatam dinoscitur congregare, vt totius populi orationibus adiutus spinas & tribulos peccatorum suorum possit euellere, vt in ea bonorum messis valeat Deo auxiliante consurgere; & vinca cor

dis

A dis sui, quæ non vuas sed spinas colligerat dare, dulcedinem spiritualis vini exhibere incipiat. Et illud, fratres cariss imi, non otiosè considerandum, quod ille qui pœnitentiam accipit, [a] cilicio cooperitur. Et quia cilicium [b] de pilis caprarum texitur, & capræ peccatorum similitudinē habere videntur, ille qui pœnitentiam accepit, non se agnū sed hœdum publicè profitebitur rebus ipsis, clamās & dicens: Videte me omnes populi, & pro me misero omnes [c] lacrymas pietatis effundite, & qualis sum foris, talē me intus esse agnoscite. Iam enim me nolo foris quasi iustum ostendere & iniquitates vel rapinas intus in animis mea abscondere. Iam velut ille publicanus sicut vatus in terram oculos ad cœlū leuare non audeo, sed vulnera peccatorum meorum illi cœlesti medico curanda humiliter offero. Et ideo rogo vt omnes pro me illius misericordiā supplicetis vt putredines peccatorum meorum vsq; ad vitium curare & ad veram sanitatem reuocare dignetur. Timeo enim ne in me impleatur illud quod Dominus de hypocritis dixit: *Veniūt ad vos in vestimentis oviū, intrinsecus*
Math. 7. B *autē sunt lupi rapaces.* Et ideo, sicut iam dixi, qualē me intus esse cognosco, talem foris ostendo. Et quia hoc vsque pretiosis vestib. me foris ornabam, & intus in anima mea peccatorū lepra perfusus eram, ideo cilicio indutus & toto corde pœnitentiam petens rogo vt vestris orationibus a peccatorum meorum paralysi merear liberari. Vnde ite rum atq; iterum precor, vt quia Deo vobis inspirante no his flere cum flentib. pro remedio peccatorū meorum ad fletum vel gemitus vestra pietas prouocetur. Credo enim quòd apud illum misericordissimum iudicē sanctæ orationes vestræ mihi possint indulgentiam obtinere. Vere dico fratres, quia si est aliqua qui taliter pœnitentiam petenti non condolet, nec toto corde Deo supplicare contendit, nimis inhumanus & impius iudicandus est. Et quia Domi-
Math. 7. nus dixit, *Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter, hoc est enim lex & Prophetia*, & nos quod nobis ab aliis fieri volumus, quando
C pœnitentiam publicè petere disponimus, hoc aliis toto animo impendere festinemus. Quid enim volumus quando ad pœnitentiæ remediū peruenire meremur, nisi vt omnis populus pro nobis contendat diuinam misericordiā exorare? Quod ergo nobis desideramus fieri, hoc & aliis cum perfecta charitate debemus impendere propter illud
Iac. 5. quod scriptum est: *Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem vt saluemini.* Et illud: *Frater fratrem adiuuans exaltabitur.* Hæc ergo si cum perfecta charitate fideliter volumus agere, certissimè & possumus & debemus credere quod nos diuinæ Domini ineffabilis pietas
Math. 18. exaudire. Et quia ipse dixit, *Si duo vel tres consenserint super terram, quicquid petierint fiet illis*, pius & misericors Dominus, qui duos aut tres se exaudire promittit, potest fieri vt totum populum pro vnius pœnitentis indulgentia non exaudiat? Absit à nobis vt hoc leviter de illius ineffabili misericordia cogitemus. Toto enim corde credere debemus quod nos pio pœnitentibus fratrib. nostris benigno ac pio animo supplicādus exaudiat, qui vt roge-
Ioan. 10 D tur inuitat, sicut ipse in euangelio dixit: *Petite, & accipietis.* Et hoc attendite, fratres, quòd qui pœnitentiam petit, [d] excommunicari se supplicat. Denique vbi accepit pœnitentiam, coopertus cilicio foris eiicitur. Ideo enim se excommunicari rogat quia ad percipiendam Eucharistiam Domini indignum esse se iudicat. Et propterea aliquandiu se ab isto altari alienum vult fieri, vt ad illud altare quod in cœlo est mereatur cum secura conscientia peruenire. Propterea se a communione corporis & sanguinis Christi quasi reum & impium cum grandi reuerentia vult remoueri, vt per ipsam humilitatem tandem aliquando ad communionem mereatur sacrosancti altaris accedere. Et tamen, fratres carissimi, hic ipse qui tam fideliter cōpuncto corde & contritu pœnitentiam petit, sic de intercessione totius populi debet esse securus vt totis viribus in bonis operib. se exercens cum Dei adiutorio de sua sit salute sollicitus; ne fortè dicat in corde suo: Ecce totus populus pro meis iniquitatib. supplicauit, iam ego & possum & debeo esse securus. Absit vs hoc vel in cogitatione, non dicam in sermone; habeat ille qui pœnitentiam agit; sed cum Dei adiutorio quantum potest sic de oratio-

E ne aliorū confidat, vt siue in ieiuniis, siue in eleemosynis, siue in orationib. in humilitate & charitate siue in opere sancto exercere contendat; infirmos visitando, discordes ad concordiam reuocando, peregrinos excipiēdo, sanctorum peregrinantium pedes humiliter abluendo, à detractione vel maliloquio abstinendo. Vinum, si non permittit infirmitas, non accipiat. Si vero hoc propter senectutē vel propter dolorem stomachi non potest, audiat Apostolum dicentē: *Vino modico vtere propter stomachum tuum.* 1. Tim.
Sunt enim aliqui pœnitentes qui ideò [e] citò reconciliari volunt [f] vt carnem accipiant. Certum est quòd non satis compunctè pœnitentiā accipit qui carnem nulla infirmitate cogente aut desiderat aut præsumit accipere. Et ideo etiam reconciliatus pœnitens, vbicunq; aut in suo aut in alieno conuiuio olera aut legumina aut pisciculos inuenire potuerit, aliā carnē non debet accipere. Hoc iden di-
F co quia, quod peius est, sunt aliqui pœnitentes qui & carnem cum grandi auiditate accipiunt, & vinum sæpe aliquoties vsq; ad ebrietatem bibunt. Cum grandi enim cautela sustinendū est corpusculum nostrū, ne præ ebrietate & gula iterum noua talia sollicitet peccata committere vt aut parum aut nihil sit quòd pœnitentiā visi fuimus egisse. Sic ergo cum Dei adiutorio totis viribus laboremus vt quicquid de peccatorum nostrorum vulnerib per Dei misericordiam ad sanitatem reducitur, non iterum per negligentiam vulneretur. Quod ipse præstare dignetur qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA II.

Admonitio per quam ostenditur quid intersit inter illam pœnitentiam quæ cum bonis operibus semper agitur, & illam quæ in infirmitate vel fine vitæ accipitur.

MVlti de fratribus vel filiis nostris solliciti sunt vt omnis homo in infirmitate positus, si pœnitentiam accipit, & statim defunctus fuerit, ad plenam possit indul-
G gentiam peruenire. Et dum hæc inquirunt, non sine parua inter se animositate contendunt. Alij enim dicunt eum qui sic acceperit ad integrum liberari, alij enim parum prodesse constituunt. Quid tamen de hac re nobis secundùm sanctorum patrum regulas videatur, breuiter charitati vestræ volo suggerere. Non incongruè pœnitentiam credi tribus modis ad illam subitaneam pœnitentiam perueniri. Primus & præcipuus modus est, vt Christianus crimina capitalia non admittat; aut si fortè admiserit, sic pro illis pœniteat, & bonis operibus deleat, vt postea ad peccata ipsa non redeat, de omnibus fructibus decimas reddat, & de nouem partibus, quicquid suia necessitatibus superfuerit, minuta peccata, quæ quotidie subripiunt, redimat, & illam charitatem teneat quæ non solùm amicos sed ipsos diligat inimicos. Qui hæc fideliter implere voluerit, etiamsi pœnitentiam non acceperit, quia semper illam fructuosè & fideliter egit, bene hinc
H exit. Et si eu tempore quo moriturus est eam acceperit, & [g] partem sibi & Christo ad substantiam suam cum filiis fecerit, non solùm eum veniam peccatorum credimus obtinere, sed etiam præmia æterna percipere. Secundus modus est supradictæ pœnitentiæ, vt etiamsi aliquis, quandiu vixerit, non solùm parua sed forte etiam capitalia committat peccata, & tamen mala ipsa ignorantes quasi spe pœnitentiæ agat, nec ideo animam suam ad peccata relaxat, vt ad illam subitaneam pœnitentiam se reseruet, & in transitu suo cum grandi humilitate & cordis contritione, rugitu. vel gemitu, ipsam pœnitentiam petat, & hoc definitissimè in corde suo deliberet vt si euaserit, quandiu vixerit, toto corde & totis viribus fructuosam pœnitentiam agat, & quicquid se malè tulisse cognoscit, ad integrum reddat, & omnibus inimicis suis toto corde indulgeat, & de substantia sua vnam portionem Christo & sibi cum filiis suis faciat, & in ipsa infirmitate sua quantum potest largas eleemosynas erogare præcipiat, si hæc fideliter humili & contrito corde

A corda implere voluerit, & possumus & debemus credere quòd ei Dominus omnia dignetur peccata dimittere, secundùm illud Propheticum: *Peccator in quacunque die cõ-* Ezec. 33. *versus fuerit, omnes iniquitates eius oblivioni tradentur.* Et illud: *In quacunque die conversus ingemuerit, salvus erit.* Tertius modus pœnitentiæ aliquib. esse videtur, si aliquis semper malè vivens, in exitu vitæ se reservet ad pœnitentiam, & ea spe peccet, vt per ipsam subitaneam pœnitentiã coniuncta æstimet peccata dimitti, & tamen postquã eam acceperit, & illud quod malè rapuit nec in simplo reddat, nec inimicis suis toto corde indulgeat, nec in corde suo deliberet vt si evaserit, quandiu vivit, cum grandi compunctione & humilitate pœnitentiam agat, nec portionem sibi & Christo pro redemptione peccatorum de substantia sua cum filiis suis faciat. Sic accepta pœnitentia, si sine istis remediis quæ supra memoravimus exierit de hac vita, quid de eo futurum sit, licet nos dicere dubij simus, Dominus tamen in Evangelio definitissimè Matth. 6 dixit: *Si, inquit, non dimiseritis hominib. peccata eorum, nec* B *pater dimittet vobis peccata vestra* Et illud: *Date, & dabi-* Luc. 6. *tur vobis, Dimittite, & dimittetur vobis.* Quomodo peccatori illi dimitti poterit qui dimittere noluit? Aut quomodo ei dabitur, qui non dedit? Et quia Dominus de illis qui Matth. 25. eleemosynas non dederunt dicturus est, *Discedite a me maledicti in ignẽ æternum qui præparatus est diabolo & angelis eius, quia esurivi, & non dedistis mihi manducare, &c.* Si ille in ignẽ mittitur qui de propria facultate non erogavit, quid de isto pœnitẽte facturus est, qui non solùm de proprio nihil dedit, verũ etiam res alienas, quas male tulerat, nec in simplo reddere voluit? Qui talis est, si à me pœnitentiam petierit, &[11] est illa ætas cui aut dari possit aut debeat, pœnitentiã illi dare possum. Deus tamen, qui omnium conscientias novit, & vnumquemque secundùm suum meritum iudicabit ipse scit qua fide aut qua intentione animi pœnitentiam petiit. Ego verò timeo ne forte iste talis pœnitens nec in conscientia sua habuerit quod in operib. non ostẽdit. Quia etsi cor videre non possumus, Matth. 7. tamen secundũ evangelicã sententiam *ex fructibus eorum* C *cognoscetis eos*, dum ea quæ supra scripta sunt implere penitus non videmus. Cùm hæc ita sint, quis nos poterit prohibere vt eum credamus non bene de hac luce migrasse quẽ bona opera cognoscimus non fecisse; Ecce, quid mihi de subitanea pœnitẽtia videatur, charitati vestræ expusui. Si quis est cui ea his quæ diximus aliqua dubitatio nascitur, & optamus & desideramus vt dari sib à nobis rationem cum perfecta charitate requirat. Nos tamen, fratres carissimi, ea quæ sunt incerta vel dubia relinquentes, totis virib. de illa pœnitentia quæ per omnem vitã à bonis Christianis agitur, per quã omnia & capitalia crimina damnantur & minora peccata iugiter redimuntur, attentiùs cogitemus; quæ, si quandiu vivimus, cum bonis operib. agimus, plenã nobis securitatem de Dei misericordia pollicetur. Cùm enim omnes homines pœnitentiã velint in finem vitæ suæ accipere, & vix paucos videamus eam secundum quod desiderant promereri, quare non quotidie ipsam pœnitentiam agimus, vt rem certam tenentes,[12] nõ de rebus incertis & dubiis liberemus? Quanti enim qui D se[13] ad extremum vitæ suæ pœnitentiam acceptutos esse credebãt, aut subita ruina oppressi sunt, aut fortè per naufragium demersi sunt, aut flumine interfecti, aut sanguinis ictu, vel illa infirmitate quæ apoplexia dicitur, ita percussi sunt, vt non solum pœnitentiam petere, sed etiam[14] signare se, aut orationem dominicam dicere omnino non possent. Cùm enim tantis casib. fragilitas humana subiaceat, nimis periculosa præsumptio est vt nos longa tempora ad agendam pœnitentiam reservemus, qui vnius diei vitam in potestatem habere non possumus. Et ideo cum timore & tremore audiamus Dominum per Prophetam Eccl. 5. dicentẽ, & pia nos exhortatione monentem: *Nolite tardare converti ad Dominum, nec differatis de die in diem.* Qui enim dixit, *In quacunque die ingemuerit, salvus eris*, ipse dixit: *Nolite tardare converti ad Dominum.* Et hoc obtinere Deo auxiliante possumus, si iugiter supplicemus vt nobis pius Dominus inspirare dignetur omnia mala velociter fugere, & ea quæ bona sunt infatigabiliter exercere, res alienas non concupiscere; capitalia crimina non admittere, minuta peccata, sine quibus esse non possumus, per indulgentiam inimicorum & eleemosynam pauperũ indesinenter redimere, secundùm vires nostras ieiuniis, vigiliis, & orationib. cum perfecta charitate frequenter insistere, infirmos visitare, in carcere requirere, peregrinos excipere, & eis humiliter non solùm pedes abluere, sed etiam in quantum vires suppetunt necessaria largiri, pacẽ non solum ipsi cum omnibus custodire, sed etiam illos qui discordes sunt ad cõcordiam revocare. Si nos tam sanctis operib dies transitus nostri fideliter occupatos invenerit, sicut iam dixi, etiãsi in hora mortis nostræ pœnitentiam accipiamos, securi de hac luce migrabimus, & nõ solùm pœnam evadere sed etiam ad æternam vitam poterimus Domino donante feliciter pervenire. Amen. E

HOMILIA III.

Admonitio vt quia semper peccata subrepunt, semper pro illis pœnitentia agatur, & nemo ad extremum vitæ suæ pœnitentiam accipere magis quàm agere periculosa dissimulatione reservet. F

Rogo vos fratres carissimi, vt paterna consuetudine, quomodo consuevistis, non solùm patienter, sed etiam libenter accipiatis: quia & ipsi Deo propitio nostis quòd non pro aliquo lucro terreno, sed pro perfecto erga vos amore, quod & mihi expedit dicere & vobis oportet audire, cum grandi humilitate ac timore insinuare contendo. Et quia nobis, dilectissimi fratres, non solùm minuta peccata sed etiam crimina maiora die noctuque conãtur obrepere, non nos ad illam pœnitentiam quæ in finem accipitur reservemus, sed omni die, quandiu vivimus, pœnitentiam agere studeamus. Quam rem non solum[15] laici & Clerici, sed etiam ipsi monachi & sacerdotes debent iugiter exercere. Episcopus enim qui quotidie pœnitentiam agit, oret pro me. Qui verò de honore vel[16] sanctitate præsumens dissimulat pœnitentiam agere, quærat sibi qui pro ipso debeat supplicare. Cùm enim nullum diem possimus sine peccato transigere, quæ ratio G est vt dum paulatim minora peccata congerimus, de parvissimis guttis infinitos gurgites facimus? De multitudine peccatorum quæ longo tempore congeritur desperatio generatur, secundùm quod scriptum est: *Impius cum* Prov. 18. *venerit in profundum malorum, contemnet.* Omnes enim nostis quia facilius possumus tenera evellere quam robusta succidere. Et vt de rebus quæ quotidie in oculis habemus capiamus exemplum; quis hodie invenitur ita inutilis vel ignavus qui non omni die domum suam scopis mundari faciat? Quis est qui equos suos super stercora sua semper stare permittat? Rogo vos, fratres, de minimis magna conicite, nec vobis incongruum videatur quod de scopanda domo facimus mentionem: quia de hac re Luc. 15 ipse Dominus in Evangelio dixit, quod mulier illa quæ dragmam perdiderat, vbi domum suam scopis mundavit, statim dragmam quam perdiderat invenire promeruit. In dragma nummus intelligitur, in nummo imago Imperatoris agnoscitur. Quomodo ergo, quando domus scopatur imago Imperatoris invenitur in dragma; sic anima quan- H do vitiorum sordibus per fructuosam pœnitentiam liberatur, imago Imperatoris in illa agnoscitur. Ergo, sicut iam supra dixi, fratres carissimi, agnoscite quia non est durum nec laboriosum quod suggero. Hoc enim rogo, vt quomodo scopis mundamus domum nostram vt placeat oculis amicorum nostrorum, ita cum Dei adiutorio ab omnibus peccatis mundemus animam vt non displiceat oculis angelorum. Ad domum animæ nostræ non solum angeli sed etiam Dominus angelorum venire dignatur, sicut & ipse dixit: *Ecce sto ad ostium, & pulso. Si quis surre-* Apoc. 3. *xerit, & aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cœnabo cum il-* Ioan. 14 *lo. & ille mecum* Et illud: *Ego & Pater meus veniemus, & mansionem apud eum faciemus* Quàm felix illa anima quæ ita domum cordis sui de peccatorum sordibus voluerit emundare, & sanctis ac iustis operibus adimplere, vt in ea Dominum delectet habitare. Non ergo nos pigeat facere in animabus nostris quod fieri iubemus in domibus, vel

A stabulis nostris. Nam quomodo stabula iustū est vt quo-
sidie mundari faciamus, ne equi nostri patiantur iniuriā,
sic nimia & iniustum & satis crudele est si maiorem curā
habeamus de animalib. quam de animabus nostris. Etiam
& hoc suggero vt non fastidiosè suscipiat sancta charitas
vestra. Volo enim vobis de ipsis rebus quas loquimur evi-
dentē similitudinē dare. Quomodo enim domos, vel sta-
bula nostra, si quotidie emundantur, nec horrorem nobis
faciunt nec laborem, ita minora peccata, si quotidie redi-
mantur, nec desperationem nec dolorem poterunt gene-
rare. Si vero ad purgandum negligentes esse volumus, quo
modo stabula, quæ longo tempore non mundantur, ita
computrescunt & fætorem horribilem reddunt stercora
ipsa vt ibi non solùm homines habitare sed nec ipsa ani-
malia stare possint, ita quicunq; negligens in animā suam
peccatorum sordes malis actib. longo tempore congrega-
re voluerit, & quotidie bonis operib. emendare neglexe-
rit, non solùm Deus illum non dignabitur visitare, sed
ipse peccator non poterit in se ipso consistere. Deniq; om-
B nes negligentes, quorum corda multis peccatis velut à
quibusdam bestiis lacerantur, & tanquā à spinis veneno-
sissimis compunguntur, hoc solēt sibi similes dicere: No-
veritis nos tristes esse vel anxios; & ideo venite; dissimu-
lemus nos, aut ad circum aut ad theatrum euntes, aut ad
tabulam ludentes, aut in aliquib. nos venationib. exercen-
tes. Isti tales ideo à foris mundi consolationem quærunt;
quia illam quæ à Deo intus in anima datur, accipere non
merentur. Quando enim de multis calumniis vel rapinis
se de illis infelicib. spectaculis & periculosis venationib.
revertuntur ad conscientias suas, quia ibi per illam exer-
citationem mœrorem addiderunt potius quam tulerunt,
habitare in se vel requiescere omnino non possunt, sed
peccatorum litibus vertuntur. Per superbiam enim quasi à
leonibus lacerantur, per invidiam tanquam viperarum
morsu percutiuntur, per iracundiam crudeli incendio cō-
cremantur, per crudelitatem morsu sævitiæ disrūpuntur.
In rapinis velut luporum dentib. comeduntur, in luxuriis
& ebrietatib. tanquam in immundissimis cloacis voluū-
C tur, ac sic, dum de crudelissimis theatris ad crudeliores
conscientias quasi gemina lis ad peiora redeunt, requiem
habere non possunt. Sed quantum melius, vitiorum stimu-
lis fatigati, divinis lectionib. studerent, ibi veram dissimu-
lationem & integram consolationem poterant invenire.
[17] Sanctorum etiam limina frequentantes, contra ipsa
peccata ipsorum adiutorium postularent, & ieiuniis &
orationib. sive eleemosynis insistentes, magis punire quā
nutrire vel addere peccata ipsa contenderent; vt effugato
de cordib. suis crudelissimo exercitu vitiorum, ad veram
requiem, id est, ad Christum, toto corde recurrerent, &
Matth. 11. audirent eum misericordissima sibi voce clamantem: *Ve-
nite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & invenietis
requiem animabus vestris.* Qui hæc humiliter ac fideliter
agere voluerint, de gravi tempestate ad tranquillitatem &
de crudelissimo [18] vitiorum barbarico ad veram pacem
poterunt pervenire. Si qui autem sunt qui se à supradictis
malis immunes esse confidunt, & pro eo quòd capitalia
crimina non admittunt, [19] periculosa securitate quasi de
D innocentia gloriantur, timeant ne eos abundantia minu-
torum peccatorum tanquam dirissima scabies muscarum
vel pulicum ita affligat & cruciet vt etiam ipsi in se ha-
bitare non possint. Vnde & sicut crudeles ac mortiferas
bestias, quæ vno morsu solent interficere, timemus, & mi-
nutas bestiolas quæ nos cruciare possunt horrescimus,
cum Dei adiutorio & capitalia crimina ac minuta pecca-
ta, sine quibus esse non possumus, quotidianis eleemosy-
nis vel orationib. præcipuè dum inimicos nostros diligi-
mus toto corde, redimamus. Nam si nos in extremo vitæ
nostræ tempore ad agendam pœnitentiam vel ad redi-
menda peccata vel crimina reservemus, timere debemus
ne fortè nos mors inopinata præveniat, & ad illud subi-
taneum tempus pœnitentiæ non sinat pervenire ad quod
nos mortifera securitate volumus reservare. Et ideo timea-
Eccli. 5. mus illud quod scriptum est: *Nolite tardare converti ad
Dominū, ne differatis de die in diem.* O homo, quare differs
de die in diem, & non magis times ne fortè hodie habeas
E vltimum diem? Hæc ergo quæ suggessimus, fratres caris-
simi, si secundùm vestram consuetudinem sanctam libenti
animo accipitis, & sollicito ac vigilanti corde iugiter co-
gitatis, & in hac vita cum conscientia bona vivere pote-
ritis, & in futuro sæculo ad æternam beatitudinem felici-
ter pervenietis, præstante Domino nostro Iesu Christo,
cui est honor & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA IV.

Admonitio ad eos qui putant quòd illis ad vitam æternam sufficiat si malè non fecerint, etiamsi bona adimplere noluerint.

MVlti sunt, fratres carissimi, qui putant quod eis hoc
solum ad vitam æternam sufficiat, si opera mala nō
fecerint. Et ideo si qui forte sunt qui se ista falsa securita-
te decipiunt, definitissimè cognoscant quia nulli Christia-
no proderit si tantummodo malum non fecerit, nisi quan
tum potuerit, etiam illa quæ sunt bona compleverit. Quis
F ille qui dixit *Diverte à malo*, ipse dixit, *Et fac bonum.* Ipse
Ps. 33. Matth. 3. in Evangelio terribiliter nos ammonet dicens: *Omnis ar-
bor qui non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mit-
tetur.* Non dixit, *quæ facit malum fructum*; sed, *quæ non fa-
cit fructum bonum.* Hic enim potestis agnoscere quam spē
habere poterit qui mala fecerit, quando ille qui bona non
fecerit, excidetur & in ignem mittetur. Vnde ipse Domi-
nus dixit: *Qui habet mādata mea, & facit ea, ille est qui di-
Ioa. 14. ligit me.* Et alibi: *Quid prodest quòd dicitis mihi, Domine,
Domine, & non facitis quæ dico?* Sed dicit aliquis: Etsi de
rebus meis non dedi, tamen res alienas non abstuli; secu-
rus esse potero in die iudicij. Diligenter adtendite, & no-
Matth. 25. lite vos falsa securitate decipere. Quid enim Dominus
dicit? *Cùm venerit filius hominis in claritate sua congrega-
buntur ante eū omnes gentes, & separabit eos abinvicē, quem-
admodū segregat pastor oves ab hœdis. Tunc dicet à dextris:
Venite benedicti percipite regnū, quia esurivi, & dedistis mi-
hi manducare; sitivi, & dedistis mihi bibere. Sinistris autem
G dicet: Discedite à me maledicti in ignē æternū; quia esurivi,
& non dedistis mihi manducare; sitivi, & non dedistis mihi
bibere.* Diligēter adtendite quid dixit. Non enim ait: Veni-
te benedicti, percipite regnū, quia res alienas non tulistis;
sed quia de reb. vestris eleemosynas erogastis. Sicut & ipsis
à sinistris positis nō erit dicturus: Discedite à me maledi-
cti in ignem æternū, quia fraudē fecistis; sed, quia de sub-
stantia vestra pauperib. non dedistis. Rogo vos, fratres, di-
ligenter sententiā istam adtendite; & sicut vos ammonui,
etiam memoriter retinete. Si in ignē mittitur qui paupe-
rib. substantiam suam non dedit, putas vbi mittendus erit
qui per quaslibet fraudes res alienas invasit? Si in ignem
mittitur qui non vestivit nudum, vos videte vbi mitten-
dus erit qui expoliavit vestitū? Ille ergo qui credit quòd
illi sufficiat malum non fecisse, etiamsi bona non fecerit,
vellē vt mihi diceret si sibi hoc vult à servo suo * quod * fieri,
ipse facit domino suo? Nunquid enim vult vt ei servus
suus bonū faciat omnino nec malum? Omnes enim hoc
volumus, vt servi nostri non solùm non faciant mala quæ
H prohibemus, sed etiam impleant opera quæ iubemus.
Quamvis servus tuus graviter reus sit, si animalia tua fur-
to abstulerit, tamē nec ille sine culpa erit qui animalia il-
la negligenter servare voluerit. Non est iustum vt facia-
mus domino nostro quod fieri nolumus à servo nostro.
Servos enim nostros nec facimus, nec quasi de nostra sub
stantia pascimus. Et nos enim & ipsos Deus noster crea-
vit & pascit. Et tamen servos quos ipsi non fecimus, vt
nobis cum grandi diligētia serviant volumus. Vnde iustū
est vt agnoscamus legitimum dominum, qui sic exerce-
mus in subditis dominatum. Hoc totum, fratres, ideo dixi-
mus, vt de ipsis servis nostris possimus agnoscere quòd
nobis non sufficiat mala non facere, si bona noluerimus
implere. Illi enim qui sibi putāt sufficere si mala non fece-
rint, solēt & hoc dicere: Vtinam in diē mortis talis me-
rear inveniri qualis de baptismi sacramento processi. Bo-
nū quidē est vt vnusquisq; in die iudicij [20] purgatus inve-
niatur ab omnib. malis; sed grave est malū, si profectū non

A habuerit in operib. bonis. Et ipsi enim soli sufficit talem esse qualis de baptismi sacramento processit qui statim post acceptum baptismum de hac luce migraverit, non habuit spatium quo se in bonis operibus exerceret. Ille verò qui ad longum tẽpus vivendi & ætatem posse bene operandi habuit, non ei sufficit otiosum esse à malis, si etiam à bonis voluerit esse otiosus. Vellẽ vt mihi diceres illẽ qui talis vult in transitu suo inveniri, qualis fuit eo tempore quo baptismi meruit sacramenta suscipere. Licet bonum est vt sit semper purgatus à malis; sed grave malũ est si non proficiat in bonis. Et si plantavit novellam in agro suo vineam, vtrum velit eam post decem annos talẽ esse qualis fuit illa die quando plantata est. Si inseruit olivetũ, videamus si ei placeat vt post plures annos talis sit quale fuit quando insitum est. Si ei natus est filius, consideret si hoc vult vt post annos quinque in ea qua natus est modicitate, infantia, atque ætate perduret. Cum ergo nullus sit cui hoc placeat de rebus suis, quomodo dolet B aliquis de vinea & oliveto vel filio si nullum augmentũ habuerint, sic doleat si se ipsum ex eo tempore quo in Christo renatus est nihil profecisse cognoverit. Certissime enim nosse debemus quia quomodo volumus vt quicquid ad nos pertinet, sive in gregib. sive in quibuscunque agrorum fructibus, in omni bono crescant atq; proficiãt, hoc sine dubio & Deus noster de nobis, & desiderat & expectat vt populus Christianus quasi proprias & peculiares novellas suas vuas potius afferat quàm spinas, sicut in Isa. 5. Cantico sæpe cantastis. *Vineam*, inquit, *plantavi, & expectavi vt faceret vuas, fecit autem labruscas*. Et quia, sicut dicit Apostolus, cùm essemus oleastri, inserti sumus in bo- Rom. 11 nam olivam, ita cum Dei adiutorio bonis operib. insistere debemus vt cum Propheta possimus dicere: *Ego autẽ sicut* Ps. 51. *oliva fructifera in domo Dei, speravi in misericordia Dei mei*. Et ideo quæ supra suggessimus, rogo, fratres, vt nullus ex vobis credat quòd ei solũ hoc sufficit si opera mala non fecerit; sed quantis potest virib. sic divertat à malo vt faciat bonum, & audiat Dominum dicentem in Evangelio: *Quid prodest quòd dicitis mihi, Domine, Domine, & non facitis quæ dico?* Et illud: *Si diligitis me, mandata mea* C Ioa. 14. *servate*. Quæ autẽ sint quæ in Evangelio facienda præcepit Christus, Deo propitio bene nostis. *Diligite inimi-* Matth. 5. Luc 11. *cos vestros, benefacite eis qui vos oderunt, vt sitis filij patris vestri*. Et iterum: *Verumtamen date eleemosynã, & ecce omnia munda sunt vobis*. De qua re audiamus & beatum Ia- Iac. 2. cobum libera voce clamantem: *Sicut enim corpus sine anima mortuum est, ita & fides sine operib. mortua est*. Totis virib. fratres carissimi, quod bonum est operemur; nec nobis sufficiat si tales sumus quales fuimus eo tempore quo baptismi sacramenta accepimus. Per baptismũ enim evacuati sumus ab omnib. malis; sed Dei gratia bene agendo debemus repleri omnib. bonis, ne forte si sine operib. bonis de solius baptismi sacramento confidimus, spiritus immundus, qui de nobis per gratiam Christi expulsus est, revertatur, & si nos à bonis operib. invenerit vacuos, adducat secum septem spiritus nequiores se, & fiant novissima nostra peiora prioribus. Hæc ergo, fratres carissimi, si secundùm sanctam vestram consuetudinem libenter accipitis, & attentius cogitatis, non de sola fide sed etiam & D de bonis operib. confidentes à malis actibus ita abstinere poteritis vt Christo auxiliante in operib. bonis vos iugiter exerceatis, vt illam beatam & desiderabilem vocem cum exultatione & gaudio feliciter audire mereamini: Matth. 25. *Venite Benedicti, percipite regnum quod vobis præparatum est ab origine mundi*. Quod ipse præstare dignetur qui vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA V.

Admonitio vt malum ebrietatis totis viribus caveatur.

Licet propitio Christo, fratres carissimi, credam vos ebrietatis malum velut inferni foveam expavescere, & non solùm ipsi non velitis amplius bibere, sed nec alios adiurare vel cogere plusquam oportet accipere, tamen quia non potest fieri vt non sint aliqui negligentes, qui sobrij esse non velint, vos, qui semper con- E vivia sobria exhibetis, nolite ad vestram iniuriam revocare, quia non nobis necesse est aliquos ebriosos arguere. Cùm enim, fratres carissimi, ebrietatis malum nimium sit grave & Deo odibile, ita per vniversum mundum in consuetudinem missum est vt ab illis qui Dei præcepta cognoscere nolunt iam nec putetur aut credatur esse peccatum, in tantum vt in conviviis suis per inimicam amicitiam adiurare se homines non erubescant vt potum amplius quàm oportet accipiant. Qui enim alterum cogit vt se plus quàm opus est bibendo inebriet, minus malum erat si carnem eius gladio vulneraret quàm animam eius per ebrietatem occideret. Et quia corpora nostra terrena sunt, quomodo quando pluvia nimium grandis & diuturna fuerit, ita terra infunditur, & in lutum resolvitur, vt nulla in ea cultura fieri possit, sic & caro nostra quando nimio potu fuerit inebriata, nec spiritualem culturam accipere nec fructus animæ necessarios poterit exhibere. Et ideo quomodo omnes homines ita F sufficientem pluviam in agris suis accipere desiderant vt & culturam valeant exercere & de fructuum vbertate gaudere, ita & in agro corporis hoc tantum deberent bibere quod oportet; ne per ebrietatem nimiam ipsa corporis terra velut in paludem conversa, magis vermes & serpentes vitiorum generare quàm fructus bonorum operum possit afferre. Omnes ebriosi tales sunt quales & paludes esse videntur. Quid enim in paludibus nascatur non ignorat charitas vestra. Totum enim quod ibi nascitur, nullum fructum habere cognoscitur. Nascuntur enim ibi serpentes, sanguisugæ, nascuntur ranæ & diversa genera vermium, quæ magis possint horrorem generare quàm aliquid quod ad victum proficiat exhibere. Ipsæ enim herbæ vel arbores quæ aut in ipsis paludibus aut circa ripas earum nasci solent, nihil vtilitatis habere videntur, in tantum vt annis singulis incendio concrementur. Videte quia quod de ebrietate nascitur, ignib. præparatur. Tales enim sunt, sicut iam dixi, omnes ebriosi, quorum prandia ducuntur vsque ad noctem, quorum cœnas lucifer videt, qui stare non possunt etiam cum videntur esse ieiuni, quorum gressus tardi, graves, obtunsi, G & quodammodo iam sepulti. Denique frequenter in ipsa ebrietate nec se ipsos nec alios cognoscunt, nec ambulare valent nec stare, nec dicere aliquid vel audita quod ad rationem pertineat omnino possunt, frequenter etiam vsque ad vomitum se ingurgitare non erubescunt, & ad mensuram sine mensura bibere. Maiora enim pocula providentur. Certa bibendi lex conditur. Qui potuerit vincere, laudem meretur ex crimine. Inde lites & rixæ nascuntur. Inde diversis & horrendis saltationibus membra torquentur. [22] Inde adulteria & nonnunquã homicidia perpetrantur. Et quotiens nimium potum accipiunt, tanquã in paralysim resoluti, dum suis pedibus ambulare non possunt, fœdissima latura aliorum manibus portantur ad lectos, & est in illis oculorum caligo, vertigo, vel dolor capitis, suffusio vultus, [23] membrorum omnium tremor, animæ ac [23] mentis stupor. In talibus impletur illud quod scriptum est: *Cui væ, cui, nisi patri væ, cui rixa, cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? Nonne iis qui morantur in* Prov. 23. *vino, & student calicibus epotandis?* Sed illi qui tales esse H volunt, miserabiliter se excusare conantur, dicentes: Ingratum habeo amicum meum, si quotiens illum ad convivium revocavero, potum ei quantum voluerit ipse non dedero. Et non sit tibi amicus qui te vult Deo facere inimicũ. Si & te & alium inebriaveris, habebis hominẽ amicum & Deum inimicũ. Etiam sapienter considera si iustũ sit vt te à Deo separes, dum te ebrioso coniũgis. Ad extremum, tu eum noli adiurare, [24] noli cogere, sed in potestate illius dimitte vt quantum ipsi placuerit bibat, vt si se inebriare voluerit, vel solus pereat, & non ambo pereatis. O infelicitas generis humani! Quàm multi inveniuntur qui ebriosos & luxuriosos amplius quam oportet cogunt bibere, & ante ostium pauperibus petentibus vel vnum calicẽ dissimulant dare; nec attendunt quia illud quod luxuriosis videtur ingerere, Christus in pauperib. deberet accipere, qui dixit: *Quãdiu fecistis vni ex mi-* Matth. 25. *nimis istis, mihi fecistis*. Sed quia tales sũt qui quãdo alios

nimio

A nimio potu sepeliunt, pauperi eleemosynam petenti dicunt *Vade in ante, Det tibi Deus*, & vtiq; cùm ambulaverit homo, ei daturus est. Quid est ergo quod dicit *Vade in ante, Det tibi Deus*, nisi *Vade ad illum hominem qui habet Deum, quia ipse tibi daturus est*, ac si ipse ore suo confiteatur apud se Deum non esse, quo inspirante possit aliquid pauperibus erogare. Rogo, fratres carissimi, diligenter attendite, & videte quia quando equi vel reliqua animalia ducuntur ad aquam, vbi satiaverint sitim suam, etiã si super ipsam aquam diutius teneantur repletâ siti, bibere nec volunt omnino nec possunt. Consideremus ergo, ebriosi, si non peiores animalib. iudicandi sunt, cùm animalia iam amplius quàm illis opus est bibere nolint, illi & duplum & triplum quàm illis oportet potũ accipiunt. Et vnde tribus aut quatuor diebus refectionem rationabilem poterant habere, vna die cum grandi peccato suo contendunt perdere potius quam expendere. Atq; vtinam vel potum tantummodo perderent, & non etiam ipsi perirent. Quantum mali in se habeat ebrietas, etiam in Loth
B & filiabus eius evidenter ostensum est. Nam vino inebriatus cum ipsis filiabus suis nesciens concubuit. Pharao quoque inebriatus magistrum pistorum in cruce appendi fecit. Populus autem Iudæorum, de quo scriptum est, *Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere*, postea quàm vinum plus quàm oportebat accepit, idola sibi fabricari petiit, & in honore ipsorum idolorum cœpit choros ducere & more phrenetico diversis saltationibus membra torquere. Herodes quoque ac vbi nimio vino concaluit, ad vnius puellæ saltationem sanctum Ioannem Baptistam interfici iussit. Quid adhuc de ebrietatis malo nascatur, Spiritus sanctus per Salomonem testatur dicens: *Vinũ, inquit, & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguunt sensatos*. Et iterum: *Ne intuearis vinum quando flavescit, cùm splenduerit in vitro color eius. Ingreditur blandè; sed in novissimo mordebit vt coluber, & quasi regulus venena suffundet. Oculi tui videbunt extranea, & cor tuum loquetur perversa*. Paulus etiam Apostolus contra ebrietatis malum nos admonet dicens: *Nolite inebriari vino in quo est luxuria*. Iterum atq; iterum quid mali in se habeat ebrietas sanctarum scripturarum testimoniis evidenter ostendimus. In Salomone: *Qui amat vinum & pinguia, non ditabitur*. Et iterum: *Noli Regib. dare vinum, quia nullum*
C *secretũ est vbi regnat ebrietas. ne fortè bibãt, & obliviscãtur iudiciorum Dei, & mutent causam filiorum pauperum*. Item illic: *Operarius ebriosus non locupletabitur. Vinum si bibas moderatè, eris sobrius*. Item illic: *Vinum in iocunditate creatum est, non in ebrietate, ab initio. Exultatio animæ & cordis, vinum moderatè potatum. Infirmitas animæ & corporis, vinum multum potatum. Irritationẽ, & iram, & ruinas multas facit, & amaritudo animæ vinum multum potatũ. Ebrietatis animositas, imprudẽtis offensio, minorans virtutem, & faciens vulnera*. Sed quando ista suggerimus, fortè irascuntur cõtra nos ebriosi, & murmurant. Et quãvis non desint qui irascuntur, Deo tamen propitio multi erunt qui libẽter salubre consilium audientes, de isto tam gravi peccato per Dei misericordiam liberantur. Ipsi tamen qui contra calumniam & amicã suam ebrietatem loquentib. irascuntur libera voce à nobis audient, quia quicunque ebriosus pœnitentiam pro ipsa ebrietate non egerit, & vsque ad mortem suam in ipsa ebrietate permanserit, in æternum
D peribit; quia non mentitur Spiritus sanctus per Apostolũ dicens: [25] *Neque ebriosi regnum Dei possidebunt*. Et ideo quicunq; sunt ebriosi, melius faciunt vt non nobis sed sibi potius irascantur, & cum Dei adiutorio de luto fæcis se excutere, vel de cloaca ebrietatis, dum adhuc tempus pœnitentiæ est, festinent quanta possunt celeritate Deo auxiliante consurgere, & totis animæ viribus cum Propheta supplicantes Domino dicant: *Eripe me de luto, vt non inhæream*. Et illud: *Non me demergat tempestas aquæ, neque vrgeat super me os suum puteus*. Ebrietas enim, quasi inferni puteus, quoscunque susceperit, nisi digna subvenerit pœnitentia, & emendatio fuerit subsecuta, ita fortiter sibi vindicat vt eos de ipso tenebroso inferni puteo ad castitatis vel sobrietatis lucem redire penitus non permittat. Et hoc ante omnia intelligere & scire debemus, quia non

Exo. 32. Eccl. 19. Prou. 27. Ephes. 5. Prou. 21. Prou. 31. Eccl. 19. & 31. Eccli. 31. 1. Cor. 6. Ps. 68. Ibid.

E vna die efficiuntur homines ebriosi, sed dum paulatim adiurantib. & cogentibus crudelissimis inimicis potius quã amicis per singulos dies singulos sibi aut binos calices ad potum consuetudinarium addunt; & vbi hoc in vsum miserint, ita eos ipsius ebrietatis ardor occupat vt illos semper sitire compellat. Sed qui ab hoc malo desiderat liberari, quomodo sibi per intervalla dierum potum addendo ad ebrietatis tenebras pervenit, ita paulatim subtrahendo ad sobrietatis lucem recurrat: quia si semel totum quod amplius accipiebat subtraxerit, vbi nimia siti cœperit exardescere, cum grandi amaritudine clamat & dicit malle se mori quàm bibendi vel inebriandi consuetudinem tollere. Nec attendit quòd tolerabilius erat illi in carne mori quàm animam per ebrietatem interficere. Et ideo vt nec ardorem nimium patiatur, & de tam gravi peccato liberetur, sicut iam dictũ est, per intervalla dierum sibi aliquid de nimietate potus subtrahat, quovsque ad rationabilem bibendi consuetudinem redeat. Qui hoc ita, vt diximus, per partes subducere voluerit, & de ebrietate liberatur, & illum intolerabilem ardorem non patitur. Ego fra-
F tres carissimi, hæc suggerendo, absolvo me apud Deum. Quicunque me audire contempserit, & ad bibendum aut ipse pronus fuerit aut convivas suos adiurare vel cogere voluerit, & pro se & pro illis in die iudicij reus erit. Et quia, quod peius est, iam [26] aliqui Clerici, qui hoc deberent prohibere, ipsi cogunt aliquos plus quam expedit bibere, amodo incipiant & se ipsos corrigere & alios castigare, vt cùm ante tribunal Christi venerint, non de sua vel illorũ ebrietate incurrant supplicium, sed magis, dum & ipsi emendant, & alios castigare non cessant, pervenire ad æternum præmium mereantur, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA VI.

Admonitio contra ebrietatis malum.

FRequenter caritatem vestram fratres dilectissimi, paterna pietate commonui vt ebrietatis malum tanquã inferni foveam vitare vel fugere deberetis. Et licet apud
G plures profecerit castigatio nostra, multi tamen sunt qui nec Deum timent, nec eos qui honesti sunt vel sobrij reverentur, tantum bibunt vt interdum necesse habeãt viscera nimio potu plena per vomitum relaxare, & tanquam fractæ aut naufragæ naves, ita ipsius ebrietatis horrendis fluctibus fatigãtur, vt nec vbi sint recognoscant, & dicere aliquid vel audire quod ad rationem pertinet omnino non valeant. Illud verò quid est, quòd ipsi infelices ebriosi quando se nimio vino ingurgitant, fœtent, & vituperant eos qui rationabiliter hoc tantũ quod sufficit bibere volũt, dicentes eia: Erubescite, & verecundũ sit vobis quare non potestis bibere quantum nos. Dicunt enim eos [27] nõ esse viros. Es videre miseriam ebriosorum. Se dicunt esse viros qui in ebrietatis cloaca iacent, & illos dicunt non esse viros qui honesti & sobrij sunt. Iacent prostrati, & viri sunt, stant erecti, & viri non sunt. Victor ebrietatis vituperatur, & victus ebrietate laudatur. Ridetur sobrius, qui & se & alios potest regere; & non videtur immo non
H plangitur ebriosus, qui nec se nec alios potest agnoscere. Solent tamen ebriosi ita se excusare velle vt dicant: Persona potens me coëgit vt amplius biberem, & in convivio Regis non potui aliud facere. Ad excusandas excusationes in peccatis ista prætendimus, & quod implere nolumus, non potuisse nos dicimus. Nolle in culpa est. Nã non posse prætenditur. Etiamsi vsque ad hoc veniretur vt tibi diceretur. Aut bibes, aut morieris, melius erat vt caro tua sobria occideretur quam per ebrietatem anima moreretur. Sed excusatio ista falsa obiicitur. Ipsi enim Reges & quicunque alij sunt potentes, quia Deo propitio & Christiani sunt & prudentes & sobrij & toto corde Deũ timentes, si te viderint definisse vt eis non adquiescas inebriari, forte sub hora videntur irasci, postea vero in grãdem admirationem suscipiunt, dicentes: Quantum cum

A illo egimos, quantis eum minis & terroribus fatigavimus, & tamen nunquam eum à sobrietate separare potuimos? Nam & Deus, qoi te videt pro suo amore inebriare non velle, ipse tibi gratiam etiam illorum dabit qui te vt amplius biberes videbantor hortari vel cogere. Nemo dicat, fratres carissimi, quòd in istis temporibus martyres non sint. Quotidie martyres fiunt. Martyr etenim testis interpretatur. Qoicunque pro veritate testimonium dederit, & omnes causas cum iustitia iudicaverit, quicquid pro testimonio veritatis vel iustitiæ pertulerit, totum ei Deus [28] pro martyrio computabit. Ac sic & ille qui ebrietati resistit, si cum Dei adiutorio perseverare voluerit, & pro ipsa te aliquas tribulationes pertulerit, omnia ei Deus ad martyrij gloriam reputabit. Velim tamen scire, fratres carissimi, quicunque dominus habet plures servos, si vel vnum ex illis velit fieri ebriosum? Sine dubio nollus est qui hoc voluerit aliquando aut velit. Et qua fronte, qua con-
B scientia, qui servum non vult habere ebriosum, ipse vult fieri ebriosus? Ecce de Donis Dei tu habes servum, & te habet Deus servum. Qualiter vis vt tibi serviat servus, taliter & tu servi Domino tuo. Dic mihi, rogo te, iustum tibi videtor vt tu habeas servum sobrium, & Deus habeat te ebriosum? Ac si te dignum iudicas cui servus sobrius serviat, & Deum indignum putas cui tu sobrius servire debeas? Hæc ergo, fratres carissimi, diligenter attendite, & considerate quia non est iustum vt faciamus Deo quod nobis fieri nolumus. Quomodo facio Deo quod mihi fieri nolo? Audi. Quomodo tibi non placet servum ebriosum habere, & tu non vis sobrius Deo servire. Ideo enim, carissimi, tanta * facultate se inebriare homines, quia putant ebrietatem aut parvum aut nullum esse peccatum. Sed pro ista ignorantia maxime sacerdotes in die iudicij [29] reddituri sunt rationem, si commissis sibi populis quæ vel quanta mala de ebrietate nascuntur assiduè noluerint prædicare. Qui ergo credit ebrietatem parvum esse pec-
C catum, si se non emendaverit, & pro ipsa ebrietate pœnitentiam non egerit, cum adulteris & homicidis æterna illum pœna sine remedio cruciabit, secundum illud quod ipsi bene nostis beatum Apostolum prædicasse: *Neque*, inquit, *fornicarij, neque idolis servientes, neque molles, neque masculorum concubitores, neque avari, neque adulteri, neque ebriosi regnum Dei possidebunt.* Videte quia ebriosos cum fornicatoribus & idolis servientibus & masculorum concubitoribus & adulteris iunxit. Et illud: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Et ideo definiat ac deliberet vnusquisque apud se ebrietatem grave peccatum esse, & aut nunquam aut difficile eum ebrietas poterit superare. Cùm enim non solùm in futuro sæculo propter ebrietatem torquendi sint homines, sed in præsenti per ipsam ebrietatem multis frequenter infirmitatibus fatigentur, vel morbum corporis timeant qui de animæ suæ salute non cogitant. Oculorum suffusionem atque caliginem membrorum tremorem, & capitis vertiginem expavescant qui inferni supplicia non formi-
D dant. Et hoc quidem non solùm laicis, sed etiam & [30] Clericis dicimus: quia, quod peius est, multi sunt etiam maioris ordinis Clerici, qui cùm aliis sobrietatis bonum deberent iugiter prædicare, non solum hoc non faciunt, sed etiam & se & alios inebriare non erubescunt nec metuunt. Sed agnoscant & doleant quicunque tales sunt quia si se noluerint emendare, & pro se & pro aliis necesse erit æterna supplicia sustinere. Illud verò quale est, quod iam transacto convivio, & expleta siti, cùm amplius bibere non possunt nec debeant, tunc quasi novelli, & qui ipsa hora supervenerint, diversis nominibus incipiunt bibere, non solùm veterum hominum, sed etiam Angelorum, [31] antiquorumque sanctorum, æstimantes quod maximum illis honorem impendant si se in illorum nominibus nimia ebrietate sepeliant, ignorantes quod nullos tam gravem iniuriam sanctis angelis vel sanctis hominibus ignoscitur irrogate quàm illi qui in eorum nominibus bibendo per ebrietates suas animas probantur occidere. Sunt enim aliqui qui sola ex causa

* Leg. facilitate se inebriant.

1 Cor. 6.

Ephes. 5.

aliqua salsatiora sibi ordinant fieri vt per ipsam salsitudinem nimia se possint ebrietate obruere. Hoc enim si E
pagani, qui Deum ignorant, faciant, nec mirandum est, nec nimis dolendum; quia & in Deo spem non habent, & antiquam parentum suorum consuetudinem servant. Christiani verò, quos Deus reduxit de tenebris ad lucem de morte vocavit ad vitam, quibus Scripturæ clamant ebrietatem fugere, sobrietatem diligere, quare turpissimas illorum ebrietates imitantur de quorum perfidia liberari per Dei gratiam meruerunt? Et ideo rogo, & per tremendum diem iudicij vos adiuro, vt, quantum potestis, ebrietatis malum auxiliante Domino fugiatis, & iam vobis incipiat verecundum esse quo huc vsque gentibus & paganis in ebrietatis turpitudine vos voluistis similes exhibere. Et ideo quia Deo propitio dissimiles estis in fide, similes esse in ebrietate penitus non debetis. Quia etiamsi reliqua peccata Christiani non admittant, sola eos, si frequens fuerit, ebrietas, si emendatio
F ac pœnitentia non subvenerit, in inferni profunda præcipitat, secundum illud quod iam dictum est: *Neque ebriosi regnum Dei possidebunt.* Sed dicit aliquis: Ego 1. Cor. 6
regnum nolo, æternam tantùm requiem obtinere desidero. Nemo se decipiat, fratres. Duo enim loca sunt, tertius non est vllus. Qui cum Christo regnare non meruerit, cum Diabolo absque vlla dubitatione peribit. Ad extremum, qui amico suo nimium propinando in anima efficitur inimicus, & corpus eius debilitare & animam probatur occidere, melius erat vt ex illo quod vna die plus eum accipere cogit quàm expedit, per duos aut tres dies ipsum amicum ad suum convivium revocaret, & vnde eum vna die nimium bibendo debilitat, in aliis diebus sufficiente poto reficeret; vt nec illum potum perderet, nec amicum deciperet; aut certè, quod est melius, quicquid in nimio potu perditura erat gula, pauperibus daretur in eleemosyna, vt & caro rationabiliter bibendo reficeretur, & per misericordiam pauperum redemptio animæ pararetur. Et nos quidem istam castigationem non propter G
eos qui sunt honesti & sobrij dicimus; quia Deo propitio multos novimus parca & sobria convivia præparare. Et ideo vos, qui amore Dei hoc tantum bibitis quod oportet, quod ab ebriosis in terram perditur, à vobis per eleemosynam in cœlum reponatur. Non vobis sufficiat quod vos honesti & sobrij estis; sed quantum potestis ita castigate & corripite ebriosos vt eis nunquam liceat vobis præsentibus amplius bibere quam oportet. Sed dum & ipsi sobrietatem diligitis, & alios per vestram admonitionem ab ebrietatis perditione revocatis, non solùm pro vestra sed etiam & pro aliorum salute duplicia vobis præmia in æterna beatitudine præparatis, præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA VII.

De diligendis inimicis. H

SCio & credo charitatem vestram sapienter intelligere non esse sine causa quòd vos de vera & perfecta charitate frequenter ammoneo. Hoc enim ideo facio quia ad omnium peccatorum vulnera nullum medicamentum tam salubre tã efficax esse cognosco. Additur & hoc quod cùm tam magnum sit veræ & perfectæ charitatis remedium, nullus tamen invenitur qui eam cum Dei adiutorio habere non possit. In reliquis operib. bonis interdum potest aliqua qualemcumq; excusationem prætendere, in habenda autem dilectione nullus se poterit excusare. Potest mihi aliquis dicere: Non possum ieiunare. Numquid potest dicere: Non possum amare. Potest dicere: Propter infirmitatem corporis non possum à vino vel à carnibus abstinere. Numquid potest dicere: Non possum diligere. Potest dicere virginitatem se non posse servare, non posse res suas vendere, & pauperib. erogare. Nunquid potest dicere: Non possu inimicos meos diligere & in eos qui in

A me peccaverunt indulgere. Nemo se circumveniat, fratres carissimi; quia [32] Deus neminem fallit. Cùm enim multa sint quæ propter fragilitatem humanam corporaliter non possumus implere, charitatem tamen in corde nostro Deo inspirante, si in veritate volumus, sine aliqua dubitatione habere poterimus. Multa enim sunt quæ de horreo vel cavea vel cellario aliquotiens proferre non possumus; de thesauro verò cordis nimis fœtidum & turpe est si aliquam excusationem prætendere videamur. Non enim aut pedes laborant currendo, aut oculi videndo, aut aures audiendo, aut manus operando lassantur, vt nos pro ipsa fatigatione excusare conemur. Non nobis dicitur: Ite ad orientem, & quærite charitatem; navigate ad occidentem, & invenietis dilectionem. Intus in corde nostro, vnde nos iracundia excludere solet, redire jubemur, dicente Propheta: *Redite prævaricatores ad cor.* (Isa. 46.) Non enim, sicut jam dixi, in longinquis regionibus invenitur quod à nobis Dominus

B repetit; intus ad cor nostrum nos mittit. In nobis enim posuit quod requirit, vbi tota charitatis perfectio in animæ voluntate vel bonitate consistit, de qua voluntate vel bonitate pastoribus Angeli clamaverunt. *Pax in terra hominibus bonæ voluntatis.* (Luc. 2.) Et ideo quia nulla nobis ante tribunal Christi excusatio esse poterit, cum Dei adjutorio totis viribus laboremus vt in animis nostris plus valeat bonitas quàm malitia, plus patientia quam iracundia, plus benignitas quam invidia, plus humilitas quàm superbia. Et vt brevi sermone concludam, sic totum cor nostrum obtineat charitatis dulcedo vt in nobis amaritudo locum habere non possit. Sed dicit aliquis: Nulla ratione possum inimicos meos diligere. In omnibus scripturis sanctis Deus tibi dixit quia potes; tu è contra te non posse respondes? Considera nunc vtrum Deo an tibi debeat credi. Et ideo quia mentiri non potest veritas, jam vanas excusationes suas relinquat humana fragilitas: quia nec impossibile aliquid potuit imperare qui iustus est, nec damnaturus est hominem

C pro eo quod non potuit vitare qui pius est. Quid tergiversamur in cassum? Nemo enim quantum possimus melius novit quam qui nobis ipsum posse donavit. Tot viri, tot mulieres, tanti parvuli, tantæ etiam delicatæ puellæ flammas, ignes, & gladios, & bestias pro Christo æquanimiter pertulerunt, & nos stultorum hominum convitia dicimus tolerare non posse? Et interdum pro parvissimis damnis quæ nobis malorum hominum nequitia inferuntur, si possimus etiam vsque ad mortem illorum nostras iniurias vindicamus. Vnde nescio qua fronte vel qua conscientia cum omnibus sanctis in æterna beatitudine partem desideramus, quorum exemplis nec in rebus minimis adquiescimus. Sed sunt aliqui qui testimonium scripturæ divinæ, iracundiæ suæ æstimant suffragari. Dicunt enim scriptum esse: *Amat anima mea amantem se*, & dum auctoritatem divinam male intelligunt, de medicamentis sibi vulnera faciunt. Qualiter autem & hoc debeat & possit intelligi adtendat charitas vestra. *Amat*, inquit, *anima amantem se.* Licet &

D de hominibus secundùm litteram sentiri debeat tamen certius de Deo intelligi debet: quia nullus nos melius quam ipse diligit. Nam si * tantummodo amandi sunt, quid dicimus de Deo nostro, de quo scriptum est: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.* (Ioan. 3.)

* *Deest hic vox* amantes.

Quid enim boni fecerat mundus vt illum sic diligeret Deus? Omnes enim homines non solum malos sed etiam originali peccato mortuos Christus Dominus noster invenit. Et tamen etiam cum tales essemus, dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis. (Ephes. 5.) Ac per hoc amavit etiam non amantes, sicut & Paulus Apostolus dixit: *Christus pro impiis mortuus est.* (Rom. 5.) Et per ineffabilem pietatem vniverso generi humano hoc exemplum dedit dicens: *Discite a me quia mitis sum & humilis corde.* (Matth. 11.) Quod & beatus Apostolus Petrus in Epistola sua præcipit dicens: *Christus pro nobis passus est, relinquens vobis exemplum, vt sequamini vestigia eius.* (1. Pet. 2.) Quod exemplum Domini secuturi sumus? Numquid vt mortuos suscitemus? Numquid ut supra mare pedibus ambulemus? Non vti-

E que. Sed vt simus mites & humiles corde, & non solum amicos sed etiam adversarios diligamus. *Vt sequamini*, inquit, *vestigia eius.* Dicit & hoc beatus Ioannes Evangelista: *Qui dicit se in Christo manere, debet quomodo ille ambulavit, & ipse ambulare.* (1. Ioan.) Quomodo Christus ambulavit? In cruce enim positus ita pro inimicis oravit dicens: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* (Luc. 23.) Phrenetici enim sunt, & contrario spiritu possidentur; & vt nos persequantur, majorem persecutionem à diabolo patiuntur. Et ideo magis vt liberentur quam vt damnentur orare debemus. Sic enim fecit & beatus Stephanus, qui gloriosissimè primus Christi vestigia secutus est. Cùm enim duris saxorum imbribus cæderetur, pro se stans oravit, pro inimicis verò suis positis genibus totis viribus clamavit, & dixit: *Domine Iesu Christe, ne statuas illis hoc peccatum.* (Act. 7.) Si ergo putamus nos non posse imitari Dominum nostrum, imitemur saltem conservum nostrum. Imitemur etiam & beatum Iacobum, qui & ipse cum à Iudæis lapidaretur, fi-

F xis genibus pro suis persecutoribus supplicavit. Dominus quoque in Evangelio vt inimicos diligere debeamus non dedit consilium, [33] sed præceptum. Aliud est consilium, aliud præceptum. Consilium datur vt virginitas conservetur, vt à vino & à carnibus abstineatur. Præceptum vero datur vt justitia custodiatur. Denique de virginitate dicitur: *Qui potest capere capiat.* (Matth. 19.) De justitia vero non dicitur: Qui potest facere faciat. Sed: *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.* (Matth. 3.) Consilium qui libenter audierit & fecerit, majorem gloriam habebit. Præceptum qui non impleverit, nisi pœnitentia subvenerit, evadere pœnam non poterit. Sic enim præcepit Dominus: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos.* (Matth. 5.) Et si quæris quam mercedem accipias, audi quid sequitur: *Vt sitis filij patris vestri qui in cælis est.* Advertite, si inimicos nostros non diligimus, filij Dei esse non possumus. Et qua fronte

G dicimus in oratione dominica: *Pater noster qui es in cælis.* Aut qua conscientia dicere poterimus: *Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus.* Sed dicit aliquis: Ego audio scripturam dicentem: *Amat anima mea amantem se.* Amas filios & parentes? Amat & latro, amat & leo, amat & draco, amant & vrsi, amant & lupi. Si enim amantes nos non diligimus, si filios despicimus, peiores leonibus & supradictis bestiis sumus. Si vero amantibus nos tantum vicem reddimus, nihil ab ipsis bestiis distare videmur; sicut & ipse Dominus dixit: *Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne hoc & publicani faciunt? Et si salutaveritis fratres vestros tantùm, quid amplius facietis? Nonne & ethnici hoc faciunt?* (Matth. 5.) Qui ergo solos amicos diligunt, sicut ipsi videtis, adhuc in hac parte publicanis & gentibus similes sunt. Vt ergo superiores & gentibus & bestiis esse possimus, etiam & amicos & adversarios diligamus, & timeamus illud quod Dominus in Evangelio

H dixit: *Serve male, omne debitum dimisi tibi, quia rogasti me. Nonne & te oportuit misereri conservo tuo, sicut & ego tui misertus sum?* (Matth. 18.) Et quid postea? *Tradidit eum tortoribus, donec redderet omne debitum. Sic*, inquit Dominus, *& Pater meus cælestis faciet vobis, si non dimiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.* Et iterum ipse Dominus ait: *In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si vos invicem diligitis.* (Ioan. 13.) Et iterum: *Hoc est mandatum meum, vt invicem diligatis.* (Ioan. 15.) Et iterum: *Qui vniversam legem servaverit, offendat autem in vno, factus est omnium reus.* (Iac. 2.) Quid est hoc vnum, nisi quod suprà diximus: *Mandatum novum do vobis vt vos invicem diligatis.* Quid est, inquam, hoc unum, nisi illud quod Apostolus dicit: *Omnis lex in vno sermone impletur in vobis: Diliges proximum tuum sicut teipsum.* (Gal. 5.) Sed ne forte aliquis dicat locum hunc non sic debere intelligi, audiat de hoc mandato iterum Apostolum sublimi voce clamantem: *Et si tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest.* (1. Cor. 13.) Ipsa est vera & germana charitas quæ non solum vsque ad ami-

A cos sed etiam vsque ad ipsos inimicos pervenit. Sicut & Dominus noster taotam circa genus humanum habere cognoscitur charitatem vt non solùm super bonos sed Matth. 5. etiam supra malos pluviam date & solem suum quotidie oriri concedat. Etiam & illod ante omnia cum grandi reverentia & timore recolere & retinere debemus quod Matth. 6. Dominus in Evangelio dixit: *Si dimiseritis*, inquit, *hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cœlestis peccata vestra. Si non dimiseritis, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.* Apostolos etiam prædicat Rom. 12. dicens: *Nemini malum pro malo reddentes. Benedicite persequentibus vos, benedicite & nolite maledicere.* Et ite-Ibid. rum: *Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.* Et ite-1. Pet. 3. rum: *Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto; sed è contrario benedicentes.* Beatus quoque Evangelista Ioannes, qui super pectus Domini recubuit 1. Ioan. 3. in epistola sua nos ammonet dicens: *Qui fratrem suum odit, homicida est. Et scitis quia omnis homicida non habet* B *vitam aeternam in se manentem.* Et iterum: *Qui se di-* 1. Ioan. 2. *cit in lumine manere, & fratrem suum odit, in tenebris ambulat, & nescit quò vadat, quoniam tenebræ obcæcaverunt oculos eius.* Hoc loco fratrem omnem hominem debemus accipere. Dicit etiam ipse beatus Ioannes: 1. Ioan. 4. *Si quis dixerit quoniam diligo Deum, & fratrem suum odit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, [14] Deum, quem non videt, quomodo potest diligere?* Sed jam, si jubetis, sufficiant ista. Sunt enim innumerabilia tam in nouo quam in veteri testamento quæ caussam de qua loquimur validissimis testimoniis confirmare videntur; quæ longum est vt nunc omnia charitatis vestræ auribus intimentur. Sed à sanctis animabus etiam parva pro magnis accipiuntur. Quia & revera cui * parva sed tamen magna non prosunt, plura prodesse nihil poterunt. Ergo, fratres, considerantes illud quod jam sæpe dictum est, quia omnis lex in vno sermone imple-Matth. 22. tur in vobis, id est, *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*, non solùm amicos, sed etiam inimicos diligite; C vt cum secura conscientia possitis in oratione dominica Matth. 6. dicere: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Quod ipse præstare dignetur qui vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

* *pauca*

HOMILIA VIII.

Admonitio octava, [15] vt populus ad integrum Missas expectet.

SI velletis agnoscere & diligenter attendere, fratres carissimi, quantus dolor & quanta amaritudo sit in animis meis, quando vos video Missas ad integrum perexpectare noo velle, & in vobis & in me poteratis habere misericordiam. Qui enim intelligit qoid in Ecclesia agitur, quando divina mysteria celebrantur, agnoscit quantum malom faciunt illi qoi de Ecclesia non expletis D Missis sine aliqua grandi oecessitate discedunt. Et ideo si & me de tribulatione animi liberare & vos de peccato vultis absolvere, nolite me contemnere sopplicantem, timentes illud quod de sacerdotibus Dominus dixit: *Qui* Luc. 10. *vos audit, me audit & qui vos spernit, me spernit.* Nam qui de Ecclesia non perexpectatis divinis mysteriis cito discedere cupit, oec metoit, nec erubescit, dupliciter se peccare ooo dubitet dom divina mysteria deserit, & sacerdotem pro se sollicitum contristat & despicit. Si ad exercenda aliqua terrena & laboriosa opera vos iovitaret humilitas nostra, credimus quod nobis obedientiam præstaret charitas vestra. Cùm verò non ad terrena, sed ad cœlestia, nec ad tempotalia, sed io æternom animæ profutura vos studia provocamus, nec aliqua lucra transitoria requirimus, sed ad cœlestes thesauros vos invitamus, considerate in quo periculo remaneant qui nobis obedientiam accommodare dissimulaot. Ego verò, fratres charissimi, non ideo tantum doleo, quando de Ecclesia discedit is, quod mihi damnum corporaliter faciatis; sed

E quia vos perfectos esse desidero, tam graviter in Deo peccare cognosco. Vnde iterum atqoe iterum rogo vt quia nos qualescumque etsi minus digni imitatores Domini sumus, & qoando ad Ecclesiam convenitis, non ad terrenum vos convivium invitamus, in quibus ministratur cibus hominum, sed ad cœleste ac spirituale, in quo panis ponitur Aogelorum, nolite fastidire, nolite despicere convivium Domini nostri, vt vos ille oon despiciat io beatitudine regni sui. Timere enim debetis illam Evangelicam sententiam, per quam illos qui ad nuptias invitati fuerant, & venire contempserant, iodignos convivio suo ipse Dominus dixit, & alios invitare præcepit. Et non otiose considerandum est. Tamen dum quod illi qoi propter impedimenta mundi noluerunt venire, ore ipsius Domini indigni sunt judicati, ideo ne etiam de nobis hoc dici possit, sicut jam supplicaui, vnius aut duarum horarum spatium patientiam habeamus, donec in illa spiritali mensa animarum cibus appo-F nitur, & sacramenta spiritalia consecrantur. Et quia præmissa oratione dominica benedictio vobis non ab homine sed per hominem datur, grato & pio animo, humiliato corpore, & corde compuncto, rorem divinæ benedictionis accipite; vt secundùm promissionem Domini Ioan. 4. fiat in vobis fons aqoæ salientis in vitam æternam. Vt enim se omnes non possint in Ecclesia continere, diversæ & variæ occupationes faciunt. Alios enim tenet corporis infirmitas, alios publica necessitas; alios ligat & quasi captivos trahit copiditas. Qoanti enim nunc in plateis vel [16] in atriis Basilicarum aut litibus aot negotiis vacant? Quanti in porticibus Basilicarum, vel [17] in secretariis, detractionibus aut otiosis sermonibus occupantur, inter quos non parvus solet etiam esse numerus Clericorum? Isti tales qualem de divinis scriptoris profectum habere poterunt, qui nec ipsum sonum scripturæ ad aures suas venire permittunt? sed impletur in eis Psal. 57. illud quod scriptum est: *Sicut aspidis surdæ obturantis aures suas, vt non exaudiat vocem incantantium.* Et ideo G vos, quibus Deus & timorem & amorem suum conferre dignatus est, & cum grandi compunctione ad Ecclesiam convenitis, eos qui huc venire aut noluerint, aut forte non potueriot, frequentissime castigate, monentes eos & salobre consilium dantes vt illud timeant quod scriptum est: *Impedimenta mundi huius fecerunt eos miseros.* Non enim dicimus vt non debeant esse solliciti de victu & vestitu suo; sed hoc rogamus, vt vnius aut duarum horarum spatio, dum lectiones leguntur, vel diuina mysteria celebrantur, de Ecclesia non discedant, & vel tantum laborent pro anima sua quantum pro carne sua laborare contendunt. Et quamvis multo amplius animæ quam corpori debeant providere, quia melior est illa quam quæ de limo terræ formata est, nos tamen ad præsens hoc suademus vt eis vel æqualiter quod opus habent providere contendant, carni præparent quod parvo tempore sufficiat in hoc mondo, & animæ quod sine fine opus est in æternum. Et ideo rogo vos, fratres charissimi, vt quod in istis prædicationibus Domino H inspirante libenter accipitis, vbicumque fueritis, vicinis vel proximis vestris, qui vobiscum ad Ecclesiam convenire aut non possunt, aut qood peius est, forte nec volunt, & illis qui venientes, cito discedunt, totum quod audistis cum grandi studio refetatis. Nam sicut ego reus ero si vobis dicere neglexero, ita & vos, si id quod audistis non ita memoriter tenueritis vt etiam aliis insinuare possitis, timere debetis ne vobis necesse sit pro illis reddere rationem. Et ideo Domino vobis inspirante implere contendite illod quod Apostolus ait: *Si præoc-* Gal. 6. *cupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis.* Quod non solum Clericis, sed etiam laïcis, congruit. Id enim Apostolus prædicat, dicens: *Corripite inquietos, consolamini* 1. Thess. 5. *pusillanimes, suscipite infirmos.* Si enim in quocunque peccato vos invicem cum charitate castigare volueritis, aut difficile aut nunquam vobis subrepere poterit inimicus; aut si subrepserit, cito malom quod factum fuerit emendabitur atque corrigetur, & impiebitor illud in vo-

bis

A bis quod scriptum est: *Frater fratrem adiuuans exaltabi-*
Iac. 5. *tur.* Et illud, *qui conuerterit peccatorem ab errore via sua, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.*

HOMILIA IX.

Admonitio ista continet quomodo pius & misericors Dominus in potestate nostra posuerit qualiter in die iudicij iudicemur, & quod vnicum ac singulare medicamentum sit contra omnia peccata, & quod nullus vnquam in veritate se poterit excusare quod non possit diligere inimicos suos.

Plus & misericors Dominus sciens fragilitatem gene-
B ris humani sine qualibuscunque peccatis præsentem
vitam non posse transigere, talia medicamenta dignatus
est providere quæ non solum divites, sed etiam pauperes
possint peccatorum suorum vulneribus adhibere. Quæ
autem sunt ista medicamenta? Illa vtique duo de quibus
Iac. 6. Dominus dixit: *Date, & dabitur vobis; dimittite, & di-*
mittetur vobis. Date, & dabitur vobis, pertinet ad elee-
mosynam quæ datur esurientibus, nudis, atque captivis.
Dimittite & dimittetur vobis, pertinet ad eleemosynam
per quam indulgetur omnibus inimicis. Si se pauper
voluerit quisque excusare quod esurientem pascere, nu-
dum vestire, captiuum liberare non possit, nullatenus
in veritate poterit dicere non posse suis inimicis vel ad-
uersariis indulgere, vt preces quas nobis iudex peritus
cœlestia dictauit, securus in oratione dominica dicat,
Matth. 6. *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debito-*
ribus nostris, & illam Evangelicam sententiam sine ali-
Ibid. quo metu audiat: *Si dimiseritis hominibus peccata eorum,*
C *dimittet & vobis pater vester cælestis peccata vestra. Si*
autem non dimiseritis, nec pater vester dimittet peccata
vestra. Satis nobiscum delicatè agitur, quando in no-
stra potestate ponitur qualiter in die iudicij iudicemur.
Si dimiseritis, dimittetur vobis. Si non dimiseritis, non
dimittetur vobis. Sed dicit aliquis: non possum indul-
gere inimicis meis. Si non habes peccatum quod tibi
indulgeat Deus, licet tamen forte potes dicere quod
non velis indulgere proximo tuo. Si vero incomparabi-
liter plus peccasti tu Deo quam in te peccauerit homo,
quare iubente Domino non dimittis paruum vt tibi
Deus dignetur dimittere multum? Non enim præcepit
vobis Deus ieiunare plus quam potestis, & à vino vel à
carnibus abstinere, vigiliis vos frequentius affligere, ad
orientem vel ad occidentem cum infinitis laboribus vel
periculis nauigare. Nihil horum nobis imponitur. Sed
hoc nobis iubetur, vt attentius arcam conscientiæ no-
stræ considerantes, nullum hominem in hoc mundo
odio habeamus, implentes illud quod ipse Dominus ait:
Matth. *Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos*
D *facite eis similiter.* Et quia nullus est qui quod aut in ho-
7. minem peccaverit sibi dimitti non velit, quare non fa-
cimus aliis quod nobis fieri volumus, vt fiat in nobis
Gal. 5. illud quod ait Apostolus: *Omnis lex in vno sermone im-*
pletur, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Vnde
opus est vt nosmetipsos minime falsa securitate decipia-
mus, credentes quod si noluerimus proximis nostris
dimittere, peccatorum nostrorum indulgentiam merea-
mur accipere. Cum grandi enim tremore consideranda
Domini nostri sententia quam servus ille crudelis me-
Matth. 18. ruit audire: *Serve male, debitum dimisi tibi, quoniam*
rogasti me. Nonne ergo oportuit & te misereri conservo
tuo, sicut & ego tui misertus sum? Et quid post hæc?
Tradidit eum tortoribus, donec redderet omne debitum. Et
vt hoc etiam tardioribus insinuaret, adiecit: *Sic & pa-*
ter meus cælestis faciet vobis, si non dimiseritis vnusquis-
que fratri suo de cordibus vestris. Cum enim absque vl-
lo labore corporis, si toto corde dimittimus fratribus
nostris, possumus indulgentiam pro omnibus peccatis
nostris promereri, quam excusationem in die iudicij E
habere poterimus, si hoc quod ipso adiuvante facillimè
possumus, implere negligimus? Vbi sine dubio senten-
tiam in nobis impleturus est Dominus noster, vt in quo Matth. 7.
iudicio iudicauerimus, in eo iudicio iudicetur de nobis,
& secundum mensuram per quam proximis nostris in- Ibid & Marc. 4
dulgentiam dederimus remittatur nobis. Qui enim hæc
implere noluerit, ipse sibi ianuam diuinæ misericordiæ
claudit. Quamlibet aliqua opera bona quisque fece-
rit, omnia evacuabit, si in eo charitas vera non fue-
rit, quæ non solum ad amicos sed etiam vsque ad
ipsos perveniat inimicos: quia non mentitur beatus
Paulus Apostolus, in quo Christus locutus est, di-
cens: *Etsi distribuero in cibos pauperum omnes facul-* 1. Cor. 13.
tates meas, etsi tradidero corpus meum vt ardeat, chari-
tatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Et quia ra- 1. Tim. 6.
dix omnium malorum est cupiditas, & radix omnium
bonorum est charitas, quid prodest homini si mille ra-
mos aut cum floribus aut cum pomis pulcherrimis & F
amœnissimis habeat, si radix in eo viua & vera non fue-
rit? Quomodo enim evulsa radice cupiditatis omnes ra-
mi protinus arescunt & pereunt, ita qui per odium & ira-
cundiam radicem in se charitatis extinxerit, nihil in eo
vnde ad vitam æternam perueniat remanebit. Ille vero
qui supradicta mala in corde servat, & credit se multis
eleemosynis peccata ipsa redimere, audiat Dominum in
Evangelio dicentem: *Si offers munus tuum ad altare,* Matth. 5.
& ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid ad-
versum te relinque ibi munus tuum, & vade prius recon-
ciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Sen-
tentia ista euidenter ostendit quod sacrificium offerre,
eleemosynam dare, nihil proderit, nisi prius reconcilia-
tio inimici præcesserit. Nam quod etiam orationem no-
stram Deus non velit audire, si odium voluerimus in cor-
de servare, ipse in Evangelio dixit. *Qui habet mandata* Ioan. 14
mea hæc, & facit ea, ipse est qui diligit me. Et: *Quid pro-*
dest quod dicitis mihi, Domine, Domine, & non facitis ea
quæ dico? Quæ sunt ista quæ Dominus specialiter se G
dixisse asseruit? Illa vtique quæ ad pacem & concordiam Matth. 5.
pertinent. *Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui*
vos oderunt. Et illud: *In hoc cognoscent omnes quia disci-* Ioan. 13
puli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Nam
si eleemosynas largius damus, & secundum Christi præ-
cepta inimicis nostris non indulgemus, substantiam Deo
offerimus, & animam nostram aduersario subiugamus.
Etiam videte si iusta ac Deo placita possit esse ista diuisio.
Non enim tam res nostras quam nos ipsos desiderat
Deus. Nam quia nos scit multum amare terrenam sub-
stantiam, ideo vult sibi offerri quod amamus, vt secun-
dum illud præceptum, vbi præcesserit thesaurus noster,
illuc sequatur & cor nostrum, & Sacerdote dicente Matth. 6.
sursum corda, cum secura conscientia respondere possi-
mus nos habere ad Dominum. Quis enim non contre-
miscat illam, quam & frequenter suggessimus, & iugiter
insinuare debemus, beati Ioannis Apostoli sententiam?
Qui, inquit, *odit fratrem suum, homicida est.* Et iterum: 1. Ioan. 2.
Qui dicit se in luce esse, & fratrē suum odit, in tenebris est H
vsque adhuc. Et qui odit fratrem suum in tenebris est, & Ibid.
in tenebris ambulat, & nescit quo eat, quoniam tenebræ
obcæcaverunt oculos eius. Et illud: *Itinera eorum qui*
iniuriam retinent, malefacti in morte. Et quia, secun-
dum hæc quæ suprà suggessimus, nulla nobis vel vmbra
alicuius excusationis remanet, totis viribus cum Dei ad-
iutorio laboremus implere quod præcepit, vt mereamur
accipere quæ promisit. Et vt reliqua opera bona, quæ-
cunque inspirante Deo facimus non perdamus, charita-
tem velut matrem bonorum omnium fideliter Domino
inspirante servemus. Et vt hæc quæ supra suggessimus
plenius & evidentius possitis agnoscere, parum aliquid de
opere sancti Augustini ad rem de qua suggessimus perti-
nentem credidi adiungendum, quo manifestissime proba-
tur nullum hominem posse Dei misericordiam promere-
ri, qui duo præcepta charitatis contemnens, inimicis suis
neglexerit toto corde dimittere.

Sanctus Augustinus Episcopus, cum de illo paraly-

A tico qui triginta & octo annos habebat in infirmitate sua, tractaret, sic ait. Quadragenario numero, fratres carissimi, cursus vitæ nostræ & conversatio nostra in scripturis diuinis mystice designatur. Ideo enim & ante Pascha, quod præsentem vitam significat, quadraginta diebus ieiunamus, & observamus vt Pascha, quod æternæ vitæ imaginem gerit, cum gaudio celebrare possimus. Ideo & Moyses quadraginta diebus ieiunavit, & Helias similiter quadraginta, & Dominus ac Salvator noster quadragenarium ieiunium consecrauit, & in eremum populus Israëliticus quadraginta annis demoratus est postquam meruit de Ægypto liberari; Vnde sicut videtis, fratres carissimi, quadragenarius iste numerus bonorum Christianorum & Sanctorum omnium figuram significare videtur. Languidus vero ille de quo in Evangelio legimus quia iacebat, typum generis humani habere videbatur. Quod autem triginta & octo annos in languoribus positus erat, de illo quadragenario numero

B quem supra diximus duo minus habens, videamus quæ sunt ista duo quæ deerant illi numero consecrato. Et quæ erunt, fratres, nisi duo præcepta charitatis dilectionis Dei & dilectionis proximi; quæ duo talia sunt, vt sine ipsis reliqua nihil prosint. Et si quæ sint opera bona, & virginitatem vel martyrium quis habeat, si ista duo in quibus tota lex pendet & Prophetæ non habuerit, languidus & paralyticus iacet. Venit ergo Christus, & per gratiam Spiritus S. exhibuit nobis ista duo, vt diligeremus Deum, diligeremus & proximũ. Denique & pro illo qui inciderat in latrones duos denarios dedit, & apud Samaritanos duos dies transegit, vt eos in charitate Dei & proximi cõfirmaret. Et vidua illa in typum Ecclesiæ duo æra misit in gazophylacium, & Dominus ad prædicandum charitatem binos Discipulos destinauit. Ista enim duo, vt diximus, ante aduentum Christi humanum genus habere non meruit. Attendite fratres, quia & Do-

Ioan. 5. minus duo dixit, illa vtique ei deesse videbantur: *Surge, tolle grabatum tuum.* Ista duo languidus ille minus

C habebat. Quid est, *surge*, nisi *Dominum dilige*. Omnis enim qui Deum diligit, sursum cor habet. Et quid est hoc, *Tolle grabatum tuum*, nisi, *Dilige proximum tuum?* quæ dilectio proximi in portando grabatum designatur. Apostolus dixit: *Invicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi.* Si ergo præventus fueris, sustineat te frater tuus. Ergo surge, dilige Deum, & tolle grabatum tuum. Dilige proximum tuum, id est, porta onus in quo requiescas. Ista duo humano generi necessaria erant. Sed habere ea in se omnino non poterant; quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, non ex nobis, sed per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, ipso adiuuante qui vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

D

HOMILIA X.

Exhortatio ad tenendam vel custodiendam charitatem. Ostendit etiam admonitio ista [38] quod nullus se vnquam in veritate poterit excusare quod veram charitatem habere non possit. Aliquas etiam sententias de homilia S. Augustini quam de charitate scripsit; prout nobis opportunum visum est, huic sermoni credidimus inserendas.

Hæc Homilia iã edita est inter illa opera S. Cæsarij, sed nunc multum est reformata bi-

QVod vobis veræ charitatis bonum tam frequenter insinuamus, fratres carissimi, illa vel maxime res facit, quia præcipuum ac peculiare ipsius Domini mandatum est, nihil est quod dulcius haberi & cum Dei adiutorio facilius vel felicius possit impleri. In animo enim nostro res agitur; in quo si aliquid mali non intromittat voluntas, locum invenire nescit iniquitas; & vbi si radix omnium malorum cupiditas non fuerit, radix omnium bonorum charitas deesse non poterit. Prima & singularis divinæ misericordiæ causa est, quòd

E per Spiritum sanctum ita ipsa charitas diffunditur in cordibus omnium Christianorum vt eam, si velint, possint iugiter custodire, & dulcedine ipsius incessabiliter [39] satiari. Et quia contrariis solent sanari contraria, & nihil ita est adversum vel contrarium charitati, quæ fundamentum est omnium bonorum, quàm cupiditas, quæ radix est omnium malorum, & istæ duæ simul esse nullatenus possunt, quia revera dulcedini non convenit cum amaritudine, nec luci cum tenebris, nec vitæ cum morte, quicunque in se radicem cupiditatis dominari cognoscit, imploret Dei adiutorium, vt possit extirpare cupiditatem & plantare charitatem. Hoc enim qui fideliter fecerit, omnia Dei præcepta cum gaudio & exultatione implebit; quia quoties ei aliqua amaritudo sæculi supervenerit, prævalere eam in illo charitatis dulcedo penitùs non permittet. Et sic ei vera charitas insinuat dulcedinem omnium bonorum cœlestium vt eum patienter faciat tolerare amaritudinem terrenorum. Secunda causa

iterant datur.

F est quia tam levis est sarcina charitatis vt non premere sed levare consueuerit. Qui enim illam, quomodo à Christo accepit, cum ipsius adiutorio seruare voluerit, nec pedibus currendo nec manibus operando fatigationem sentire nec in humeros suos aliquas graves sarcinas portando poterit laborare. Quia & quando se in aliquibus duris operibus pro amore charitatis exercet, dulcedo amoris ipsius eum laborare non sinit; quia quicquid [40] non amanti grave est, amanti suaue ac leue est. Teneat ergo vnusquisque bonam voluntatem, & omnes homines sicut seipsum diligat; & quod sibi ab aliis fieri optat, hoc aliis fieri velit. Pro bonis oret, vt à Domino custodiantur; pro mediocribus, vt meliores fiant pro malis, vt cito se corrigant, & in omnibus peccatoribus vitia potius quam ipsos homines odio habeat; & ad vicem bonorum medicorum, morbum oderit, non ægrotum. Nam qui in peccatoribus vel in quibuscunque inimicis suis magis ipsos quàm vitia eorum odio habet, aut in præsenti eos desiderat puniri aut in futuro [41] æterno

G incendio concremari. Quæ res quam execranda & abominabilis sit evidenter sancta charitas vestra cognoscit. Boni vero Christiani omnes inimicos suos magis corrigi quàm perire desiderant, & pro ineffabili bonitate student nec illis nec aliis maledicere, propter illud quod scriptum est: *Neque maledici regnum Dei possidebunt.* 1.Cor. 6.
Nunquam iurare, quia scriptum est: *Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet de domo illius plaga.* Eccli. 23.
Quòd autem dicit de domo illius non discedere plagam, non de domo terrena sed de anima eius intelligendum est, quæ templum est Dei. Studeat etiam nunquam mentiri; quia scriptum est: *Os quod mentitur occidit animam.* Sap. 1.
Et: *Perdes eos qui loquuntur mendacium.* Iustitiam tenere contendat propter illud: *Beati qui custodiunt iudicium & faciunt iustitiam in omni tempore.* Castitatem tenere toto corde festinet, quia castitas angelis facit consimiles. [42] Hæc ergo omnia quæ suggessi & brevia sunt vt possint memoriter teneri, & tam suavia vel dulcia vt debeant Deo auxiliante operibus adimpleri. Ecce in his omnibus veræ ac perfectæ charitatis operibus, sicut iam

Psal. 5. Psal. 105.

H dictum est, nihil aut manibus aut pedibus agitur, vt se aliquis per impossibilitatem aut infirmitatem excusare conetur. Cùm enim & cupiditas omni amaritudine amarior & charitas omni dulcedine dulcior sit, quare durum & asperum iugum avaritiæ cum tantis periculis ac laboribus homines portare volunt, & dulce onus Christi & suave iugum ipsius de ceruicibus suis excutiunt? Contra ista quæ charitati vestræ suggessi nullus [43] qualemcunque vel verisimilem poterit excusationem prætendere, vt se [44] dicat ea non posse perficere. Non enim ei dicitur, Ieiuna plus quàm potes, vigila plus quàm prævales; nec hoc ei imponitur vt à vino vel à carnibus abstineat, si hoc infirmitas corporis sui non tolerat. Et si fortè non prævalet esse perfectus, non cogitur vendere omnia sua & dare pauperibus. Et si virgo esse non potest, non ad hoc premitur vt vxorem non permittatur accipere. In his enim omnibus quæ ad corporis fatigationem pertinent nullus Christianorum invitus cogitur:

sed

A ſed qui poteſt implere, Deo gratias agat, qui verò non
poteſt implere, charitatem veram teneat, & in ipſa [45] ha-
bebit omnia. Quia ſine iſtis bonis operibus quæ ſupra
commemorata ſunt charitas ſufficit ſibi, illa verò bona
opera ſine charitate prodeſſe omnino non poterunt. Hoc
totum ideo iterum atque iterum [46] dico vobis, fratres
cariſſimi, vt plenius poſſitis agnoſcere quia nullus ſe
poterit excuſare quòd Dei præcepta non poſſit implere.
Quia quando ſe de illis in quibus corpus laborat excu-
ſare tentauerit, ab illis quæ in animi virtute conſiſtunt,
& præcipue à charitate, in qua continentur omnia bo-
na, nihil poterit prætendere [47] quod iam non poſſit
Deo auxiliante perficere. Et ideo qui veram charitatem
[48] noluerit tenere, non inuenit quod in veritate aliis ſed
quod ſibi debeat imputare. Tenete ergo, fratres cariſ-
ſimi, dulce ac ſalubre vinculum charitatis, ſine qua dives
pauper eſt, & cum qua pauper dives eſt. Dives, ſi charita-
tem non habet, quid habet? Pauper, ſi charitatem habet,
B quid non habet? Et quia, ſicut dicit beatus Ioannes
1. Ioan. 4. Evangeliſta, charitas Deus eſt, quid pauperi deeſſe po-
terit, ſi per charitatem Deum habere meruerit? Et è
contra, qui diviti terrena facultas proderit, ſi Deum ha-
bere non meruerit? Amate ergo & tenete charitatem, fra-
tres cariſſimi, ſine qua nullus vnquam Deum videbit.
Nolite vobis ſine charitate blandiri, etiamſi reliqua bo-
na opera perfeceritis. Sed timete illud quod ſcriptum
Iac. 2. eſt: *Qui vniverſam legem ſervauerit, offendat autem in
vno, factus eſt omnium reus.* Quid eſt hoc vnum, niſi vera
Gal. 5. & perfecta charitas, de qua iterum Apoſtolus dixit: *Om-
nis lex in vno ſermone [49] impletur in vobis: Diliges pro-
ximum tuum ſicut teipſum.* Nam in tantum reliqua opera
1. Cor. 13. ſine charitate nihil proſunt, vt libera voce clamet Apo-
ſtolus: *Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates
meas, & ſi tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem
autem [50] non habuero, nihil mihi prodeſt.* Et ideo quia
ipſa eſt vera charitas quæ omnes homines diligit, qui ſe
cognoſcit vel vnum hominē odio habere, feſtinet ama-
C ritudinem fellis evomere, vt dulcedinem in ſe charitatis
mereatur excipere. Quia ſine illa nec ieiunia, nec [51] vi-
giliæ, nec orationes, nec eleemoſynæ, nec fides atque
virginitas vllum hominem adiuuare valent. Et quia de
Epheſ. 3. charitate nos admonens Apoſtolus dixit, *In charitate
radicati & fundati*, & radix omnium bonorum eſt cha-
ritas, evidentiſſimè conſtat quomodo quælibet arbor
pulchra & amœna, & floribus ac fructibus plena, ſi in
ea radix viva no fuerit, omnis eius pulchritudo marceſ-
cit, ita & quilibet Chriſtianus, ſi reliqua bona opera
tanquam in ramis ſe habere monſtraverit, & de ipſis ſine
charitate præſumens radicem ipſius charitatis habere
noluerit, ſine vllis fructibus ſterilis remanebit. Vera
enim charitas in adverſitatibus tolerat, in proſperitati-
bus temperat, in duris paſſionibus fortis, in bonis ope-
ribus hilaris, in tentatione totiſſima, inter veros fra-
tres dulciſſima, inter falſos potentiſſima, inter in-
ſidias innocens, inter iniquitates gemens, in veri-
D tate reſpirans, caſta in Suſanna in virum, in An-
na poſt virum, in Maria [52] præter virum, humilis
in Petro ad obediendum, libera in Paulo ad arguendum,
divina in Chriſto [53] ad ignoſcendum. Vera enim chari-
tas, fratres chariſſimi, anima eſt omnium ſcripturarum,
Prophetiæ virtus, ſcientiæ ſolidamentum, fidei fructus,
divitiæ pauperum, vita morientium. Hanc ergo fideliter
retinete, hanc toto corde & tota animi virtute diligite,
huic jugiter adhærete. Suavis enim eſt Dominus & om-
ni dulcedine dulcior. Societas ipſius non habet amari-
tudinem, converſatio ipſius non habet dolum. Si illam
volueritis ex integro corde tenere, & in hoc ſæculo vos
faciet cum gaudio Dei præcepta perficere, & in futuro
ad præmia æterna pervenire. Quod ipſe præſtare
dignetur qui cum Patre & Spiritu ſancto
vivit & regnat in ſæcula ſæcu-
lorum. Amen.

* * *

E

HOMILIA XI.

*Admonitio quæ oſtendit quòd ab initio ſæculi omnes
ſcripturæ humiles benedixerint, & eos
eos qui perſeverant in ſuperbia
maledixerint.*

IN ſcripturis ſanctis, fratres chariſſimi, inceſſabiliter
pauperes benedicuntur, & peccatores maledici viden-
tur. Primum ergo [1], ſicut ipſi frequenter & legendo &
pſallendo cognoſcitis qualiter ſcripturæ divinæ paupe-
res benedicunt, pauca ſententiis charitati veſtræ ſugge-
ro; & poſtea quid de peccatoribus legitur inſinuo. De
pauperibus enim dicuntur: *Iſte pauper clamauit, &* Pſal. 33.
Dominus exaudiuit eum. Et iterum: *Viduam ejus bene-* Pſ. 131.
dicens benedicam, & pauperes eius ſaturabo panibus. Et F
iterum: *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt* Matth. 5.
regnum cœlorum. Et iterum: *Tibi derelictus eſt pau-*
per, pupillo tu eris adiutor. Et iterum: *Quoniam exau-* Pſal. 9.
divit pauperes Dominus. De peccatoribus vero dicitur: Pſal. 68.
Convertantur peccatores in infernum, omnes gentes. Et Pſal. 9.
iterum: *Quoniam peccatores peribunt.* Et iterum: *Conte-* Pſal. 36.
res brachium peccatoris & maligni. Et illud: *Calix in* Pſal. 9.
manu Domini vini meri plenus mixto, bibent ex eo omnes Pſal. 74.
peccatores. Et iterum: *Omnia cornua peccatorum con-* Ibid.
fringam. In omnibus enim ſcripturis huiuſcemodi ſen-
tentiæ abundanter inveniuntur, quibus pauperes col-
laudantur, & è contra in peccatoribus duræ ſententiæ
diriguntur. Sed cùm hæc ita ſint, forte aliquis intra ſe
cogitat & dicit: Quomodo nobis in ſcripturis divinis
præcipitur, *Benedicite, & nolite maledicere.* Et illud: Rom. 12.
Neque maledici regnum Dei poſſidebunt. Et: *Benedicite* 1. Cor. 6.
perſequentibus vos. Quomodo ipſæ ſcripturæ quæ no- Rom. 12.
bis hoc prohibent, totiens maledicunt? Maledictiones G
iſtæ, fratres chariſſimi, non optantis, ſed prædicentis
animo proferuntur. Non enim volunt vt hoc peccato-
ribus veniat. Sed quia ſine dubio venturæ ſunt, ipſæ
maledictiones Prophetiæ eſſe probantur. Et ideo qui-
cumque peccatores ſe eſſe cognoſcunt, & per ſcripturas
ſacras magis benedici quam maledici deſiderant, citò ad
pœnitentiæ medicamenta confugiant; ne forte ſi illos
mors inopinata prævenerit, omnes maledictiones quæ
ab initio mundi in ſcripturis ſanctis leguntur ita in ipſis
veniant vt eos liberari de pœna perpetua non permittant.
Et tamen, fratres, quando pauperes in ſcripturis divi-
nis benedicuntur, & peccatores maledicuntur, qui ſen-
ſus divinæ ſcripturæ diligenter attendit, non hoc de
omnibus peccatoribus nec de vniverſis pannoſis paupe-
ribus dictum intelligit. In peccatoribus enim quos ſcri-
pturæ divinæ maledicere videntur, non omnes peccato-
res, ſed tantummodo ſuperbi intelliguntur; qui non
ſolùm mala faciunt verùm etiam mala ipſa fronte impu-
dentiſſima defenſare non erubeſcunt. Ipſi enim ſunt de H
quibus ſcriptum eſt: *Confundantur ſuperbi, quia iniuſtè* Pſ. 108.
iniquitatem fecerunt in me. Et illud: *Tu inquit, oculos ſu-* Pſal. 17.
perborum humiliabis. Et illud: *Superbi inique agebant* Pſ. 118.
vſquequaque. Et illud: *Deus ſuperbis reſiſtit.* Innumera- Iac. 4.
bilia ſunt huiuſcemodi teſtimonia, quibus ſuperborum
arrogantia denotatur. Et ideo quotiens in ſcripturis au-
ditis peccatores maledici, ſicut jam dixi de ſuperbis,
hoc eſt de peccata ſua defendentibus intelligite. Et quo-
tiens auditis pauperes collaudari, nolite hoc de omni-
bus pauperibus accipere ſed de bonis tantummodo
Chriſtianis qui mites ſunt & humiles corde; de quibus
ſcriptum eſt: *Super quem requieſcit ſpiritus meus niſi ſu-* Iſa. 66.
per humilem & quietum & trementem verba mea? Multi
enim ſunt pauperes iracundi, cupidi, vel ſuperbi, qui-
bus nihil prodeſt quod ſunt facultatibus indigentes;
cum vitiis & malis motibus ſint locupletes. Et multi
ſunt divites humiles & manſueti; de quibus ſcriptum Eccl. 31.
eſt: *Beatus vir qui poſt aurum non abiit, nec ſperavit in* Pſal. 111.
theſauris ſuis. Et illud: *Diſperſit, dedit pauperibus, iuſti-*

tia

A *tia eius manet in sæculum sæculi*. Quid enim prodest pauperi divitias non habere, si voluntatem habuerit possidendi, cum Apostolus non habentem divitias sed cupientem condemnaverit, dicens: *Qui volunt divites* 1. Tim. 6. *fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli?* Aut quid ei prodest non habere facultatem, si ardet cupiditate? Quid, inquam, prodest pauperi quia pauper est, si magis superbus quam humilis esse voluerit? Aut [34] quid nocet diviti copiosa facultas, si in eo fuerit perfecta humilitas? Si de divitiis suis non luxuriæ servire, sed eleemosynas erogare & humilitatem ac mansuetudinem toto corde toto animo voluerit custodire? Denique, sicut jam dixi, omnes scripturæ humiles pauperes laudant, & divites superbos vituperant. Pauperibus æternum promittunt præmium, divitibus superbia perenne minantur supplicium, secundum illud: *Redde retributionem* Psal. 93. *superbis*. Et: *Perdet Deus memoriam superborum*. Et: Psal. 33. *Odibilis coram Deo superbia*. Sed si forte est aliquis qui B Eccl. 10. sine humilitate de religione vel quibuscumque bonis operibus gloriatur, diligenter attendat & contremiscat, quia ipsum Archangelum superbia de cœlo deposuit. Et si tantum ac talem deiecit, tu, cum sis terra & cinis, speras tecum superbia in cœlum conscendere? Et ideo consideret vnusquisque conscientiam suam; & si in se superbiæ malum dominari cognoscit, ad humilitatis medicamenta confugiat. Quia si vsque ad exitum vitæ suæ in superbia voluerit perdurare necesse habet cum diabolo, cuius imitator est, inferni supplicia sustinere, secundum illud: *Qui confidunt in superbia, illuc cadunt*. Qui vero facultates minores habent, & pauperes sunt, si volunt vt ad ipsos respiciat omnium scripturarum benedictio, veram humilitatem teneant, & audiant sibi dicentem Dominum: *Discite a me quia mitis sum & humilis* Matth. 11. *corde*. Et timeant illud quod scriptum est: *Ante Dominum immundus est omnis qui exaltat cor suum*. Secundum hæc quæ supra suggessi evidenter agnoscite quia nec pauperes juvat quod pauperes sunt, si humiles esse no C luerint, & divitibus nihil noceat quia divites sunt, si humilitatem & misericordiam vel iustitiam tenere contenderint. Et quia duæ partes hominum & quasi duo populi, humilium, scilicet & superborum, ab initio mundi in duabus civitatibus construuntur, & vna earum dicitur Hierusalem, quod interpretatur visio pacis, altera Babylonia, quod interpretatur confusio, vnam ædificat Christus, aliam diabolus, omnes qui perseveraturi sunt in superbia ad Babylonem pertinent, ad Hierusalem vero qui in humilitate sunt permansuri. Omnes sancti & omnes scripturæ eos qui sunt humiles benedixerunt & Psal. 124 jugiter benedicunt, secundum illud, *Benefac, Domine, bonis & rectis corde*, & eos qui sunt superbi maledixerunt & assiduè maledicunt. Vnde, sicut jam dixi, vnusquisque recurrat ad conscientiam suam; & si in se radicem superbiæ dominari cognoscit, dum ei licet & tempus benefaciendi in sua potestate consistit, quanta potest velocitate cum Dei adiutorio extirpet superbiam & plantet humilitatem, certissime sciens quod ei quælibet bona opera fecerit prodesse non poterunt quandiu in su- D perbiæ tumore permanserit. Nec contentus sit quasi per fictam & simulatam humilitatem velut ramos eius tantummodo tollere; sed radicem ex corde conetur evellere, si vult illi placere qui cor dignatur inspicere. Quam rem qui implere noluerit, maledictis scripturarum omnium subiacebit; & impletur in eo illud quod Ps. 118 scriptum est: *Dominus iustus concidet cervices peccato-* Psal. 10. *rum*. Et illud: *Pluet super peccatores laqueos ignis*. Istam sententiam quando audiunt peccatores contremiscunt, & dicunt: Si Dominus iustus omnium peccatorum cervices concidet, nos, qui peccatores sumus, quomodo evadere possumus? Absit vt de pietate Domini desperetur. Citò enim nos suscipit divina misericordia, si pœnitentia vel emendatio fuerit subsecuta. Et tam hoc loco peccatores superbos intelligi volunt, pro eo quod & ipsi peccatum suum defendunt & à suis similibus collaudantur. Et dicitur eis: Bene & prudenter egisti. Sic respondere, sic te defendere gratularis, quia vicisse videris hominem, & non plangis quia vitio superbiæ vi- E ctus es. Quanto melius tibi erat Christum humilem sequi quàm superbe diaboli pedibus conculcari. *Dominus*, inquit, *concidet cervices peccatorum*. Quod autem hoc non de omnibus peccatoribus, sed tantummodo de superbis, & debeat & possit intelligi, ex illo membro vbi percutiuntur agnoscite. Non dixit: *Dominus iustus concidet manus vel pedes peccatorum*, sed *cervices peccatorum*. Quare hoc? Quia omnes superbi cervicati sunt. Et ideo solos superbos ista plaga percutiendos esse cognoscite. Qui ergo humiles sunt, Deo gratias agant & vsque in finem vitæ suæ in humilitate permaneant, vt Angelorum Patriarcharum, & Prophetarum, & Apostolorum, & omnium scripturarum benedictio, quæ omnibus in humilitate permanentibus datur, super ipsos veniat, & cum ipsis benedictionibus ad præmia æterna perveniant, & impleatur in illis illud quod scriptum Prou. 10. est: *Benedictio Domini super caput iusti*. Illi vero qui F superbiam & tyrannidem in se dominari cognoscunt, sicut jam supra suggessimus, repudiata elatione arrogantiæ, per quam in seipsis Domini templa destruxerant, fundamentum veræ humilitatis in se collocare festinent, vt per humilitatem surgere mereantur in gloria, qui per superbiam ceciderant in ruinam. Sed dum execrandum superbiæ malum & adpetendum humilitatis bonum loquimur, fortè aliquis intra se cogitat, & dicit: Quid est quod in hoc sermone de istis duabus tantummodo loquitur, & de fundamento bonorum charitate & radice malorum omnium cupiditate nihil dicit? Hoc ideo interdum facimus, fratres charissimi, quia illæ duæ sine istis duabus esse non possunt. Nũquam enim vel cupiditas sine superbia, vel charitas sine humilitate, aut potuit esse aliquãdo aut poterit. Ac sic quicunque humilitatem laudat, cum illa & charitatem, de qua nascitur, prædicat. Et è contrario qui superbiam accusat, simul & cupiditatem, sine qua esse non potest, damnat. Quomodo enim charitas & humilitas velut duæ alæ sunt quibus humiles animæ elevantur ad cœlum, & G si vna defuerit, alia prodesse nihil poterit, ita & è contrario cupiditas & superbia velut duæ compedes esse probantur cum quibus infelices superborum animæ, dum semper elationem in altum erigunt, justo Dei iudicio in inferni profunda descendunt. Et ideo quotiens in scripturis divinis aut in quibuscumque prædicationibus audieritis laudes humilitatis, ibi etiam præconia charitatis agnoscite; sicut è diverso vituperationẽ superbiæ, cupiditatis execrationẽ intelligite. Et quia de cupiditate superbia generatur, & de charitate humilitas, ita sibi invicem copulantur vt vnaquæque mater sine filia sua esse non possit, quicunque se desiderat de malo superbiæ liberari, prius in se cupiditatem, de qua nascitur, conetur extinguere; sicut è contrario qui veram humilitatem concupiscit jugiter obtinere, charitatem, matrem ipsius, contendat fideliter custodire. Inde totis viribus Dei misericordiam deprecemur vt nos de malo superbiæ vel cupiditatis liberare & bonum humilitatis & charitatis per suam misericordiam largiri dignetur; vt non super- H biæ malo diabolum imitando descendamus in infernum; sed sequendo [35] magistrum humilitatis Christum, ad ipsum ascendere mereamur in cœlum. Quod ipse præstare dignetur qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XII.

Expositio fidei, & interpretatio nominis eius.

IN omnibus divinis lectionibus, fratres charissimi, fides multa præconiis collaudatur; quam non solùm divinæ scripturæ, sed etiam totum genus humanum laudare non cessat. Atque vtinam quomodo laudatur linguis, sic laudaretur & vita, quomodo prædicatur ex ore, sic & teneatur ex corde, & quomodo labiis promitur,

sic

A ſic operibus impleatur. Tanta enim eſt virtus fidei, vt etiam illi eam laudare præſumant qui eam laudare diſſimulant. Et vere merito laudatur fides, ſine qua nihil vnquam boni operis inchoatur atque perficitur, ſecundum illud quod ſcriptum eſt: *Sine fide impoſſibile eſt quemquam placere Deo.* (Heb. 11.) De ipſa enim ex perſona Chriſti & Eccleſiæ dicitur: *Veni proxima mea ab initio fidei.* Ipſam etiam beatus Apoſtolus Paulus in illo catalogo vbi omnes antiquos ſanctos collaudavit per ſingulos, dicens: *Fide Abel, fide Enoch, fide Noe, fide Abraham placuerunt Deo &c.* (Heb. 11.) De hac etiam ipſe Dominus in Evangelio dixit: *Fides tua te ſalvum fecit.* (Luc. 17.) Et illud: *Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis huic arbori moro, eradicare & transplantare, & fiet vobis.* Cùm ergo tantis laudibus bonum fidei prædicetur, à multis tamen nominis eius proprietas ignoratur. Fides enim à fit, id eſt, ab eo quod fiat, nomen accepit, quia in ipſa omnium, non ſolum divinarum, ſed etiam humana-B rum rerum firmitas continetur. Vnde quibuſlibet verbis etiamſi cum multis iuramentis dicat ſe aliquis fidem habere, ſi id quod ſe dicit credere verbis, implere noluerit factis, non eſt fides; quia, ſicut dixi, fides à fit, nomen accepit. Videamus quid ſit quod debeat facere qui fidem vult integram cuſtodire, hoc ſine dubio in quo fundamentum Chriſtianæ religionis firmiſſimè continetur; vt & quod promittit Deus, & quod minatur, toto corde verum eſſe confidat. Tunc enim & nomen fidei intelligere & virtutem eius plenius poterit agnoſcere, ſi iſta duo ſibi ante oculos ſuos præponat, id eſt, præmium vitæ æternæ, & ſupplicium pœnæ perpetuæ. Et quia vnum credere & de alio dubitare nihil prodeſt, cum grandi diligentia vnuſquiſque interroget cor ſuum ſi vtrumque fideliter credit, & ſi in iſtis duabus rebus veram fidem ſe habere cognoverit, corde firmiſſimo retinens quod & iuſti poſt bona opera accepturi ſint gloriam & iniuſti poſt mala perpetuam paſſuri ſint pœnam; cum hæc fideliter crediderit, ſi toto animo con-C tendit bona opera facere per quæ poſſit ad præmium pervenire & mala non agere vt pœnam poſſit evadere, fidem rectam ſe tenere congaudeat, & Deo gratias agat, & cum ipſius adiutorio in ipſo opere perſeverare contendat. Hæc ergo, fratres, ſi diligenter vultis attendere, & nomen fidei & virtutem eius plenius poteritis agnoſcere. Et quia fides à fit, ſicut ſuperius dixi, nomen accepit, ſi te melius dicas fidem habere, & quod verbis promittis operibus implere nolueris, penitus non eſt fides. Et ſi te aſſeras credere præmium quod promittit Deus & ſupplicium quod minatur, & tamen, vt ſæpe iam dictum eſt, agere nolueris vt pœnam perpetuam poſſis evadere & ad præmia æterna pervenire, omnino non eſt in te fides. Et non ſolùm te nihil adiuvat quod te verbis fidelem dicis, ſed & multum tibi etiam nocet: quia melius eſt cuiquam non promittere quam quæ promiſerit implere non velle. Solum enim nomen fidei te liberare non poterit; quin potius, ſicut iam dictum eſt, inde dupliciter reus eris; D quia quod verbis promiſiſti implere noluiſti; & clamat tibi per Iacobum Spiritus ſanctus: *Fides ſine operibus mortua eſt.* (Iac. 2.) Et licet totum quicquid homo promiſerit, ſi poteſt, debeat operibus adimplere, illam tamen primam & præclaram promiſſionem, quam eo tempore quo in baptiſmo renaſcimur Deo promittimus, ſpecialiter cum ipſius adiutorio ſervare debemus. Interrogamur enim in baptiſmo vtrum abrenuntiemus diabolo, pompis & operibus eius. Et abrenuntiaturos nos voce libera reſpondemus. Quod quia infantes per ſe minime profiteri poſſunt, parentes ipſorum pro eis [56] fideiuſſores exiſtunt. Si ergo hoc quod primum eſt, & in quo fundamentum Chriſtianæ religionis conſiſtit, fideliter conſervamus, certum eſt quod reliqua cum ipſius adiutorio implere poterimus. Si verò hoc quod Deo promittimus implere negligimus, neſcio ſi illam fidem quæ inter homines agitur ſervare poſſimus. Si enim homini cuilibet poteſtatem habenti periculoſe aliquid promittimus ſi hoc implere negligimus,

E quantum periculoſius eſt Deo promittere & non reddere? Sed hominem ideo veremur quia aut mortem aut damnum corporis expaveſcimus: Deo ideo reddere diſſimulamus quod promittimus, quia mortem animæ omnimodis non timemus. Et vbi eſt illud Evangelicum: *Nolite timere eos qui occidunt corpus; ſed potius eum timete qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam?* (Matth. 10.) Fiat ergo in primis quod Deo promittitur, vt id quod hominibus promiſſum fuerit impleatur. Conſideret vnuſquiſque conſcientiam ſuam; & ſi ſe impleſſe viderit quod promiſit, abrenuntiaſſe diabolo & pompis illius non ſolum verbis ſed etiam & operibus recognoſcat, fidem integram ſe ſervaſſe congaudeat. Sic tamen ſit ſecurus de præteritis vt ſit ſollicitus de futuris: quia non qui cœpit, ſed qui perſeveraverit vſque in finem, hic ſalvus erit. (Matth. 10.) Sed ne forte aliquis credat quod fides per capitalia tantùm crimina frangi poſſit, quid intereſt vtrum ſe maiori an minori gladio vnuſquiſque percutiens interficiat? F Qui hoc dicit, attendat etiam de otioſo ſermone fidem periclitari poſſe, de quo Dominus in die iudicii rationem dixit eſſe reddendam. Et illud: *qui dixerit fratri ſuo Racha, ſive Fatue, reus erit gehennæ ignis.* (Matth. 5.) Conſideret ergo vnuſquiſque, ſicut iam dictum eſt, quod in baptiſmi ſacramento promiſit. Et quia [57] pactum cum Domino fecit, videat ſi eum ex nulla parte violavit. Quando enim interrogatus eſt, *Abrenuntias diabolo, pompis & operibus eius*, tunc ei Sacerdos ſubſcribendum pactum obtulit. Quando autem reſpondit, *Abrenuntio*, tunc ſubſcripſit. Si ergo, ſicut iam ſupra dictum eſt, quod Deo promiſimus non implemus, neſcio ſi hominibus fidem ſervare poſſimus. Promiſimus enim nos abrenuntiaturos diabolo, pompis & operibus eius. Quæ autem ſint pompæ diaboli prope nullus ignorat; tamen ex parte aliqua dicere nobis neceſſe eſt. Omnia ſpectacula vel furioſa, vel turpia, pompæ diaboli ſunt. Gulæ vel ebrietati ſervire, libidini vel luxuriæ infeli-G cem animam ſubiugare, ad pompam diaboli certum eſt pertinere; quia in talibus actibus illius voluptas impletur. De adulteriis vero, vel homicidiis, rapinis, vel teſtimoniis falſis, quid opus eſt vt dicantur ad pompam vel ad opera diaboli pertinere, cum hoc nullus poſſit hominum ignorare? Nam & auguria obſervare, & præcantores adhiberi, & [58] caragios ſortilegos inquirere, totum hoc ad pompam vel ad opera diaboli non eſt dubium pertinere. Et ideo quia pauci inveniri poſſunt qui ſe ex his omnibus liberos eſſe congaudeant, vnuſquiſque, ſicut iam dixi, recurrat ad conſcientiam ſuam; & dum adhuc anima eius in hoc corpuſculo continetur, quicquid in ſe de ſuperdictis malis aut fuiſſe aut eſſe cognoſcit per pœnitentiam & eleemoſynam & præcipue per indulgentiam inimicorum ſuorum redimere vel emendare feſtinet; & ſic cum Dei adiutorio præterita vulnera ſtudeat curare vt nunquam poſtea vnde iterum vulnerari poſſit præſumat admittere; nec ſe inaniter circumveniat di-H cens: Credo de Dei miſericordia quod nunquam peritura ſit fides vel baptiſmum meum quod accepi. Bene credis. Si feciſti quod promiſiſti, ſi pactum quod cum Domino inieras conſervaſti, ſecurus eſto quia non periit nec fides nec baptiſmum tuum. Si vero quod verbis promiſiſti, operibus implere diſſimulaſti, qua fronte vel qua conſcientia ſcis quod non perierit baptiſmum tuum, cum non cuſtodieris pactum? Audi Dominum dicentem: *Quid prodeſt quod dicitis mihi, Domine, Domine, & non facitis quæ dico?* Et iterum, *Qui habet mandata mea, & facit ea, ipſe eſt qui diligit me.* (Ioan. 14.) Et iterum: *Non omnes qui dicunt mihi, Domine, Domine, intrabunt in regnum cælorum; ſed qui faciunt voluntatem Patris mei, qui in cælo eſt.* (Matth. 7.) Diligenter attendite quia ſecundum ſuprascriptas ſententias nihil prodeſt homini quod ſe fidem habere dicit, ſi quod verbis promittit, operibus implere neglexerit, ſecundum illud ſcripturæ: *Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere. Diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio. Multo melius eſt non* (Eccleſ. 5.)

A *vouere quam post votum promissa non reddere.* Et vt hæc
etiam erga nos vel famulos nostros possimos agnos-
cere evidenter, dicat mihi aliquis si ei sufficit vt eum
servus suus tota die Dominum dicat esse, & multis
eum laudibus prædicare non desinat, & tamen opera
quæ iusserit implere dissimulet. Si ergo nobis sine ope-
ribus verba non placent, quanto magis apud Deum fi-
des sine operibus prodesse non poterit? Ante omnia
timendum est ne se aliquis sic credat accepturum Dei
misericordiam vt non expauescat iustitiam. Quam
rem si fecerit, non est fides. Et iterum si sic expavescit
iustitiam vt desperet de misericordia, non est fides. Et
ideo, quia Deus non solum misericors sed & iustus est,
vtrumque credamus. Nec iustitiam metuentes, de mi-
sericordia desperemus; nec sic amemus misericordiam,
vt iustitiam negligamus. Ergo nec male sperandum est,
nec male desperandum. Male sperat qui se sine pœ-
nitentia & bonis operibus putat promereri misericor-
B diam. Et male desperat, si post bona opera non se
credit recepturum esse misericordiam. Vnde ante om-
nia considerandum est & timendum ne nobis sine
operibus credamus fidem posse sufficere. Sed timea-
Iac. 2. mus illud Iacobi Apostoli: *Sicut corpus sine anima*
Ibid. *mortuum est, ita fides sine operibus mortua est.* Et illud:
Tu, inquit, *credis quia Deus vnus est? Bene credis.*
Et dæmones credunt, & contremiscunt. Videte fratres,
quia qui credit & non facit, dæmonum credulitatem
eum Apostolus habere dixit. Si enim qui credit & non
facit, dæmonibus similis dicitur, qui non credit,
quam spem habeat vestrum est iudicare. Quia dæmo-
nes credunt esse Deum, & non faciunt quæ iubet Deus;
iste in eo probatur non credere, quia quod verbis vi-
detur promittere, non vult operibus adimplere. Et vt
plenius opera fidei & virtutem eius possitis agnoscere,
breuiter charitati vestræ volo suggerere. Tota enim
virtus fidei in duabus rebus videtur consistere. Vna
sæpe iam dicta est, vt certissime credamus verum esse
C quod promittit Deus; alia, vt apud nos diffinitum est,
non esse falsum quod minatur Deus. Si enim toto cor-
de & toto animo credis te post bona opera accepturum
præmium quod promittitur, similiter absque vlla hæ-
sitatione, si mala opera egeris, crede te sine fine passu-
rum esse supplicium. Agnosce fidem integram reti-
nere, ea tamen conditione, vt quod corde credis, ope-
ribus impleas, & sine aliqua mora diuertas à malo, &
facias bonum. In eo quod diuertis à malo, credis esse
supplicium; in eo quod facis bonum, credis te perven-
turum ad præmium. Scito tamen nihil tibi prodesse si
vnam rem volueris credere, & de alia dubitare. Illi
enim prodest quod diuertit à malo qui statim fecerit
bonum; & illi prodest quod facit bonum qui ad inte-
grum diuertit à malo. Hoc ideo dixi quia multi sunt
qui de rapinis & fraudibus videntur eleemosynam dare,
& tamen ab ipsis malis non volunt desinere. Vobis
enim, fratres carissimi, tunc, sicut iam dixi prodest
quod malum non facitis, si id quod Deo placere no-
D stis impleueritis. Et tunc de bonis operibus vestris mer-
cedem vobis reddendam poteritis fideliter credere,
quando vos cum Dei adiutorio cœperitis ad integrum
à malis actibus abstinere. Nam & si bona simul & mala
opera facere voltis, quid prodest ea vna parte ædificare,
& alia destruere, & vnum expoliare, alium verò vesti-
Math. 12. re? Istis talibus clamat in Evangelio Dominus: *Aut*
facite arborem bonam, & fructus eius bonos, aut facite
arborem malam, & fructus eius malos. Et Salomon:
Prou. 26. *Sicut canis odibilis est quando redit ad vomitum suum,*
ita & peccator quando revertitur ad peccatum suum. Et
Eccli. 2. Propheta: *Væ peccatori terram ingredienti duabus viis.*
Math. 6. Et illud: *Nemo potest duobus dominis servire.* Ergo, si-
cut iam sæpius supra suggessimus, quia fides à fit, id
est, ab eo quod fiat, nomen accepit, & ipse se fidu-
cialiter dicit credere qui quod se credere dixerit, im-
plere operibus voluerit, &, sicut iam dictum est, ipsa
est tota virtus fidei vt credamus vtrumque, esse quod
promittit Deus, & quod minatur, ac si volumus vt
in nobis perfecta fides maneat, & timentes suppli- E
cium opera mala non faciamus, & desiderantes præ-
mium, ea quæ bona sunt agere totis viribus laboremus,
vt non cum incredulis & impiis æternum cogamur sup-
plicium sustinere; sed cum fidelibus & in bonis operi-
bus perseverantibus ad perpetuum regnum valeamus
pervenire. Quod ipse præstare dignetur qui cum Pa-
tre & Spiritu sancto vivit & regnat in sæcula sæculo-
rum. Amen.

HOMILIA XIII.

Admonitio ista continet qualiter per peccatum primi
hominis de paradiso in inferno mundi huius pro-
iecti sumus, & ad inferiorem infernum ne
mereamur peccatorum pondere venire bonis ope- F
ribus velut quibusdam gradibus ad superiorem
ac principalem patriam totis viribus conemur as-
cendere.

SCio, fratres carissimi, quod non possit ignorare
sancta charitas vestra Adam patrem nostrum inter pa-
radisi delicias fuisse collocatum, sed, persuadente diabo-
lo, Dei præcepta contemnens, in istius mundi miserias
velut de superiori loco ad inferiorem fuisse deiectum.
Supernum ergo est paradisus, infernum est hic mundus.
Aliud infernum est, in quo post mortem peccatores &
impij demerguntur. Nam quod duo sunt inferni Pro-
pheta hoc evidenter ostendit dicens. *Deus qui eripuisti* Psal. 85.
animam meam ex inferno inferiori. Non enim diceret in-
feriorem infernum, nisi esse & superiorem sciret. Deus Ioel. 2.
autem noster miserator & misericors, patiens, & mul-
tum misericors, quando nos in Adam patrem nostrum
de altitudine paradisi iusto iudicio suo in infernū mun-
di istius deposuit, pro ineffabili pietate ad inferiorem G
infernum nos ruina peruenire noluit; sed quodammo-
do inter paradisum & inferiorem infernum velut in me-
dium collocavit, vt si pœnitentiam vellemus agere, ad
altitudinem principalis patriæ mereremur ascendere; si
vero in illa tyrannide superbiæ, per quam suadente
diabolo cecidimus, velimus iugiter permanere, ad in-
ferioris inferni profunda, vnde iam reditus esse non
possit, peccati pondere premeremur. Hæc ergo, fratres
carissimi, non transitorie sed cum grandi timore ac tre-
more considerantes, intelligamus nos in isto superiori
inferno per Dei misericordiam positos, vt magis ad il-
lum qui nos creavit desideremus bonorum operum gra-
dibus remeare quam cum illo qui nos decepit ad infe-
rioris inferni profunda descendere. Et quia positi sumus
tanquam inter aquam & ignem, velut inter summum
bonum & summum malum, quasi inter ruinam inferio-
ris inferni & altitudinem paradisi, audiamus Dominum
in scripturis cum admirabili pietate clamantem: *Po-* Deut. 30. H
sui te, inquit, *inter mortem & vitam. Elige vitam,*
vt vivas. De istis duabus viis nos Dominus in Evan-
gelio admonuit, quando dixit: *Lata & spatiosa est via*
quæ ducit ad mortem, & multi sunt qui intrant per eam.
Arcta & angusta via est quæ ducit ad vitam, & pauci sunt Math. 7.
qui inveniunt eam. Et quia per arctam & angustam redi-
tur ad paradisum, & per illam latam in illo inferiori
inferno descenditur, dum adhuc cum Dei adiutorio pos-
sumus & in potestate nostra consistit, sicut iam supra
suggessimus, magis conemur per arctam & angustam ad
paradisum conscendere quam per illam latam & spatio-
sam ad inferni supplicia pervenire. Sed forte aliquis dicit:
Vellem scire qui sint illi qui cum periculoso gaudio per
latam descendunt, qui autem sint illi qui per arctam &
angustam cum labore conscendunt. Omnes enim amato-
res mundi, superbi, avari, raptores, inuidi, ebriosi, & adul-
teria committentes, stateras dolosas & mensuras dupli-
ces habentes, odium in corde reseruantes, malum pro
malo reddentes, spectacula vel cruenta & furiosa vel

turpia

A turpia diligentes, per latam & spatiosam descendere comprobantur. Casti vero & sobrij, misericordes, iustitiam tenentes, secundum vires suas eleemosynas prompto & hilari animo facientes, contra nullum hominem odium in corda servantes, per arctam & angustam viam ad superna ascendunt. Et licet adhuc hic in corpore habitare videantur in terris, tamen secundum Apostolum (Philip. 3.) conversatio illorum in cœlis est; vt Sacerdote dicente *sursum corda*, securi respondeant se habere ad Dominum. Considerate, rogo, fratres, & non solum cum dolore, sed etiam cum timore, eos qui per viam latam & spatiosam præcipitantur, arguite, dicentes & contestantes eis quod post breve gaudium habituri sunt sine fine supplicium. Illis vero qui per arctam & angustam conantur ascendere congaudete; & eis vos fideliter sociate, & cum ipsis ad altitudinem vel beatitudinem æternæ vitæ pervenire contendite. Ne timeatis quia laborem habituri estis in via: sed gaudete quia magnum præmium invenietis in patria. B Vnde iterum atque iterum rogo vos, fratres carissimi, vt & iustorum post parvum laborem æternum gaudium consideremus, & peccatorum post transitoriam lætitiam sine vllo fine supplicium timeamus; considerantes quia nec illi qui per arctam & angustam cum labore videntur ascendere, longo tempore laborare videntur. Nam quomodo illi qui cum infelici gaudio avaritiæ vel luxuriæ serviunt, consumpto itinere viæ latæ cum diabolo arsuri sunt in inferno, ita è contrario illi qui falsa gaudia viæ latæ vel vitæ luxuriosæ despiciunt, vbi cursum viæ angustæ compleverint, ad Angelorum consortium pervenire merebuntur in cœlo. Et quia de superiori paradiso, loco vbi est vera beatitudo, & de duobus infernis locuti sumus, & quid fugere vel quid desiderare debeamus, secundum possibilitatem quam Deus dedit breviter demonstravimus, sunt alia tria de eadem re pertinentia, quæ charitati vestræ cupimus intimare. Tria enim sunt de quibus vtiliter ac fideliter cogitare & possumus & debemus. Et ista tria in conuersatione humana fieri etiam corporalibus oculis C frequenter agnoscimus. Est enim medicus, ægrotus, & morbus. Si se junxerit ægrotus cum medico, duo sunt, vincitur morbus. Si se ægrotus magis morbo quam medico voluerit jungere; & ibi, quia duo sunt, vincitur medicus: Nam si medico consentiret, pereunte morbo ægrotus evaderet, quia duos contra se pugnantes vincere nullatenus posset. Quare istam similitudinem posuerim diligenter adtendite. Medicus, Deus est. Ægrotus, homo est. Peccatum, morbus est. Si se iungit peccator cum Deo, qui est verus medicus, statim perit morbus. Si vero infelix peccator diligit morbum suum, vt magis se peccatis suis tanquam mortiferis morbis velit iungere quàm cœlesti medico adhærere, morbum, id est, peccatum suum non solum accusare non adquiescit, sed etiam fronte impudentissima defensare contendit. Dum se peccatis suis vult iungere, quasi videtur cœlestem medicum vincere. Sed per istam infelicem victoriam tanquam per latam & spatiosam viam descendit in gehen- D nam quia si medico consentire voluisset, pereunte peccato, tanquam crudelissimo morbo, per arctam & angustam viam ascendere meruisset in cœlum. Hæc ergo, fratres carissimi, fideliter cogitantes, dum adhuc cum Dei adiutorio in nostra potestate consistit, peccatorum nostrorum vulnera quasi venena mortifera horrescentes, eleemosynis, orationibus, ieiuniis insistentes, & præcipuè per charitatem, quæ non solum amicos sed etiam ipsos diligit inimicos, tanquam per medicamenta spiritualia, pro recipienda sanitate animarum nostrarum ad illius cœlestis medici misericordiam recurramus. Ipse (Ezech. 33.) enim dixit: *Nolo mortem peccatoris, sed vt convertatur & vivat.* Et iterum: *Cùm conversus ingemueris, salvus eris.* Ad quam salutem nos pro sua pietate perducat qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

E

HOMILIA XIV.

Expositio quare sancti & iusti viri in hoc sæculo in peccatoribus vindicaverunt.

IVdicia Dei, fratres carissimi, plerumque sunt occulta, nunquam tamen iniusta. Et quia in aliquibus peccatoribus à sanctis viris in hoc præsenti sæculo vindicatum est, qua ratione factum sit, subtilissima fidei puritate debemus aspicere. Quia enim in veteri testamento peccata puniri videbantur, omnibus præbebantur exempla, quotiens aliquibus irrogabantur digna supplicia. Quod tamē non quisque vt voluisset de populo secundum suam iracundiam exercebat; sed præpositi vel iudices, vt cæteri metum haberent, iustissime vindicabant. Denique beatus (Num. 12. Exod. 32.) ille Moyses, de quo legimus quod mitis fuerit super omnes homines, descendens de monte, quia populum idolis F sacrificasse cognovit, tria millia de populo iussit interfici; non vt iracundiæ suæ satisfaceret; sed vt Dei iniuriam vindicaret, & vt cæteri videntes, nunquam talia peccata exercere præsumerēt. Et vt intelligamus quo animo hoc fieri iusserit, regressus ad Dominum supplicavit (Ibid.) dicens: *Si non dimiseris populo tuo peccatum suum, dele me de libro quem scripsisti.* Ecce veram & integram charitatem. Paucos interfici iussit, vt sexcenta millia, exceptis mulieribus & parvulis, liberaret: quia nisi ille zelo Dei commotus in paucos vindicasset, cunctos Dei iustitia perdidisset. Beatus quoque Sacerdos Phinees vnum de Principibus cum alienigena recumbentem manu propria gladio interfecit. Et quo animo hoc egerit, Deus ipse testimonium dedit dicens: (Num. 25.) *Phinees zelo meo commotus placauit iram meam, vt non disperderem vniversum populum meum.* Hoc enim fecit Phinees, non carnali odio, sed zelo & amore divino, non vt se vindicaret, sed vt populum de Dei iracundia liberaret. Quam rem & beatum etiam Heliam perfecisse cognoscimus: ad quem cum superbissimus G & sacrilegus Rex quinquagenarium cum suis militibus (4. Reg. 1.) destinasset, mandans ei vt ad se veniret, B. Helias dolens de perditione populi sui, quem impius ad idola colenda persuaserat, in Spiritu S. dixit vt descenderet ignis de cœlo & consumeret eos; vt istis percussis in corpore, alij sanarentur in corde. Sed quia nihil apud eos medicamentum spiritale prævaluit, etiam & alium quinquagenarium qui & ipse cum superbis venerat, Spiritus S. per os Heliæ cum suis interfici iussit. Quam rem qua pietate Spiritus sanctus, vel quo animo Helias fecerit, humilitas illius quinquagenarij, qui tertio loco venit, ostendit. In quo evidenter agnovimus quod si se prius humiliasset humana fragilitas, statim indulgentiam dedisset diuina misericordia. Neque enim credendum est quod illi ideo ad Heliam missi fuerant vt illum interficerent, sed potius vt ad Regem vocarent. Et ideo beatus Helias non iracundiæ suæ satisfecit, sed Dei potius iniuriam vindicavit. Hoc etiam de Sacerdotibus idolorum in monte Carmelo (3. Reg. 18.) exercuit, quando omnes interfici iussit; scilicet vt falsa H religio cum suis extincta doctoribus, veræ religioni locū in humanis daret. Quod totum beatus Helias non sua virtute sed potentia sancti Spiritus exercuisse credendus est. Denique si vis scire solus ipse Helias qualis fuerit, quando eum paulisper sancti Spiritus gratia, vt eum probaret, deseruit, unius meretricis minas ferre non potuit, sed fugit in deserto viam quadraginta dierum. Ille ergo qui suppeditante gratia Dei per Spiritum sanctum (3. Reg. 17.) cœlum clauserat, & vltrices flammas de supernis venire fecerat, vnius meretriculæ sermonem sustinere non potuit. Hoc ideo dixi, vt agnoscamus quia totum illud non tam Helias quam Spiritus sanctus exercuit per Heliam. Et ideo nefas est credi quod beatus Helias in his, quos fecit interfici se voluerit vindicare. Hoc etiam & de beato Heliseo sentire debemus: cui cum luxuriantes pueri clamarent, *Ascende calve, ascende calve,* (4. Reg. 2.) Spiritus sanctus, qui in ipso habitabat, imperavit vt ascenderent duo vrsi, & lacerarent quadraginta & duos pueros. Quod licet in mysterium factum fuerit, & si-

A gnificaverit Domini passionem, quando irridentes Iu-
dæi clamaverunt *Crucifigatur, crucifigatur*, sic illi ela-
maverunt, *Ascende calve, ascende calve*, id est, ascende
in crucem in loco Calvariæ, tamen etiam secundum lit-
teram ideo pauci percussi sunt, vt plurimi sanarentur.
Vt quia Prophetas Iudæi non solùm contemnebant, sed
etiam irridebant, tali plaga percussi agnoscerent poten-
tiam Spiritus sancti. Sed quia se emendare noluerunt,
Hier. 2. clamat ipse Spiritus sanctus alibi per Prophetam: *Per-
cussi filios vestros, & disciplinam non receperunt.* Si ergo
hoc Spiritus sanctus operatus est, nefas est beato Heliseo
aliquid imputare: quia & reuera tantam potentiam so-
lus homo sine Spiritu sancto habere non potuit. Nam si
sancto Heliseo aliquid imputamus, quasi de Dei iusto
iudicio disputare præsumimus. Et ne forte hoc in solo
veteri testamento factum fuisse putemus, attende illum
beatissimum & mitissimum Apostolum Petrum; & vide
Act. 5. quid per eum de Anania & Saphira fuerit Spiritus san-
B ctus operatus. Quod vtique non ideo factum est vt se
beatus Apostolus vindicaret, qui nullam ab eis pertulis-
* f. eius. se iniuriam videbatur: sed Spiritus sanctus per * eius
pullulans exemplum pessimum infidelitatis in ipsa radi-
ce occidit. Hæc ergo omnia spiritaliter & fideliter co-
gitantes, nihil sinistrum de sancto iustorum zelo vel
iudicio suspicemur. Quam rem nobis ipse Dominus &
Saluator noster præstare dignetur, qui cum Patre & Spi-
ritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

STEPHANI BALVSII TVTELENSIS
Notæ ad Cæsarium.

1. PRÆTER istas tres homilias de pœnitentia, ex-
tant aliæ duæ eiusdem argumenti in vulgatis
Cæsarij editionibus, decima tertia nimirum & decima
quarta, Cæsario quidem dignæ, sed quæ tamen cede-
re debent istarum trium auctoritati. Illic omnia pia, do-
C cta, Episcopo digna; isthic robustissima eloquentiæ
Christianæ floribus aspersa, & antiquæ disciplinæ mo-
numentis referta.

2. *Sororibus.*] Etiam feminæ admittebantur ad pœ-
nitentiam publicam, vt planum est ex multis testimoniis
antiquitatis. Sufficiet in præsentiarum auctoritas Con-
cilij Arelatensis secundi, quod ita statuit in canone XXI.
*Pœnitens quæcunque defuncto viro alij nubere præsumpserit,
vel suspecta vel interdicta familiaritate cum extraneo vi-
xerit, cum eodem ab Ecclesia liminibus arceatur.* Vide
etiam Epistolam LXII. sancti Augustini.

3. *Adinteriam totius populi.*] Hæc erant solemnia pe-
tendæ pœnitentiæ. Primum peccator peccata sua confi-
tebatur coram Sacerdote, & Ecclesiam orabat vt pro se
misero peccatore oraret, lachrymas funderet. Augustinus
in homilia XLIX. libri L. homiliarum: *Si præter vxores ve-
stras cum aliqua concubuistis agite pœnitentiam qualis agi-
tur in Ecclesia, vt oret pro vobis Ecclesia* S. Ambrosius, lib.
II. de pœnitentia cap. X. *An testes precationis & conscios
D refugis &c. Hoc ergo in Ecclesia facere fastidis vt Deo sup-
plices, vt patrocinium tibi ad Deum obsecrandum sancta
plebis requiras?* Pacianus in parænesi ad pœnitentiam:
*Per communes omnium animas obtestor & deprecor ne pu-
deat in hoc opere, ne pigeat oportuna quamprimum remedia
salutis invadere, deiicere mœroribus animum, sacco corpus
inuoluere, cinere perfundere, macerari ieiunio, mœrore con-
ficere, multorum precibus adiuuari.* Quod autem pro adiu-
torio populi Ecclesiam dixi, secutus sum veteres, qui po-
pulum Ecclesiasticum, plebem Ecclesiasticam, corpus Ec-
clesiasticum, denique Ecclesiã frequenter dicunt, cum de
populo Christiano loqui volunt, vti adnotatũ est ad Sal-
vianum. Vnde S. Ambrosius de hoc ipso ritu imploran-
di fratrum preces agens in loco supra laudato ait: *vt pa-
trocinium tibi ad Deum obsecrandum sancta plebis requiras.*

4. *Cilicio cooperitur.*] Quod indumentum pœniten-
tium dicitur ab Eligio Noviomensi in homilia octava:
*Vnde & cilicia, quæ sunt indumenta pœnitentium, è pilis hæ-
dorum atque caprarum fiunt.* Item homilia XIII. *& qui vs-
que hodie in publica pœnitentia cilicia induti fuistis.* Con- E
cilium Agatense Canone XV. *Pœnitentes, tempore quo pœ-
nitentiam petunt, impositionem manuum & cilicium super
caput à Sacerdote, sicut vbique constitutum est, consequan-
tur. Si autem comas non deposuerint, aut vestimenta non mu-
tauerint, abiiciantur.* Pœnitentes enim vestem mutare cõ-
suevisse probat etiam hic locus Iuliani Pomerij ex libro
2. de vita contemplativa cap. IV *Illos dico qui velut con-
uersi, ex pristinis moribus nihil abiiciunt, non mente mutati,
sed veste, nec acta, sed habitu.* S. Sulpitius Biturigum anti-
stes, vt inanis gloriæ flatibus obviaret, clam vestes assu-
mebat quibus ex more pœnitentes vtebãtur, vt est in eius
vita apud Surium. Cilicium itaque erat vestimentum pœ-
nitentium. Bachiarius in Epistola ad Ianuarium de reci-
piendis lapsis: *Horreant exinanita membra ieiunio, & ci-
licium, quod sordida ratione polluerat, pro tegmine habere
consuescat.* Quia vero cilicium pœnitenti imponebatur à
F Sacerdote, ideo Ruricius illud vocat Ecclesiæ vestimen-
tum lib. II. epist. XX. *Deponant sæculi byssum, & sumant Ec-
clesiæ vestimentum, quod est cilicium, contritionis indicium.*
Itaque Lodovico Pio, cùm exauctoratus est & pœniten-
tiæ addictus, cilicium imposuit Ebbo Remensis Archie-
piscopus; vt Theganus testatur in cap. XLIV. de gestis
eiusdem Ludovici.

5. *De Pilis caprarum.*] Eligius Noviom. homilia VIII.
*Dominus in iudicio oves, hoc est, iustos, à dextris, hædos ve-
rò, id est, peccatores, à sinistris ponet. Hœdi enim significant
peccatores. Vnde & cilicia, quæ sunt indumenta pœniten-
tium, è pilis hædorum atque caprarum fiunt.*

6. *Lachrymas effundite.*] Solebant itaque pœnitentes,
inter accipiẽdæ pœnitentiæ solemnia, populum orare vt
ipsos suis lachrymis iuvarent apud Deum, vt criminum
suorum veniam impetrare mererentur. Testatur id etiam
Pacianus in parænesi ad pœnitentiam: *Atque ideo qui
fratribus peccata sua non tacet, Ecclesiæ lachrymis adiutus,
Christi precibus absolvitur.*

7. *Ex communicari se supplicat.*] Quippe ita constitu-
G tum erat in Ecclesia, vt qui pœnitentiam accipiebat, alie-
nus fieret à communione corporis & sanguinis Domini.
Cæsarius homilia VIII. inter editas: *Vltro nos a commu-
nione Ecclesiæ remouentes, in luctu & tristitia permanentes
multo tempore, & pœnitentiam publice agentes &c.* S. Eligius
homil. VIII. *Postremo ab ipsa mente talis sententia profera-
tur, vt se homo iudicet indignum participatione corporis &
sanguinis Domini, vt qui timet separari à regno cœlorum per
vltimam sententiam summi iudicis, per Ecclesiasticam dis-
ciplinam à sacramento cœlestis panis interim separetur.*
Præiverat vtrique Augustinus, cuius hæc sunt verba in
homilia vltima libri quinquaginta homiliarum: *Postremo
ab ipsa mente talis sententia proferatur vt se indignum homo
iudicet participatione corporis & sanguinis Domini.*

8. *Cito reconciliari.*] Pro modo enim criminum rei
subdebantur pœnitentiæ. Quidam parvo tempore mane-
bant in pœnitentia, alij diu. Peracta vero pœnitentia, re-
conciliabantur ab Episcopo, & reddebantur Ecclesiasti-
cæ vnitati. Istius disciplinæ cum infinita propemodum
H testimonia proferri possint ex antiquitate, sufficiet hic lo-
cus S. Leonis ex Epistola XCI. ad Theodorum Episcopum
Forojuliensem: *Christus Iesus hanc præpositis Ecclesiæ tra-
didit potestatem, vt & confitentibus actionem pœnitentiæ da-
rent, & eosdem salubri satisfactione purgatos ad communio-
nem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitte-
rent.* Varias reconciliationis pœnitentium formulas edi-
dit vir clarissimus & doctissimus Ioannes Morinus. Vide
etiã Hugonem Menardũ in Notis ad librũ Sacramentorũ.

9. *Vt carnem accipiant.*] Ergo pœnitentes in vniuersũ
abstinebant à carnibus, & tum demum eas attingebant
postquam reconciliati fuerant. Probatur istud etiam aucto-
ritate Concilij quod apud Cabillonem habitum est ævo
Karoli Magni, in cuius Can. XXXV. ita legitur: *Multi,
quod non sine dolore dicendum est, in pœnitentia non tam
peccati remissionem quam temporis constituti expectant ex-
pletionem. Etsi carnium & vini vsus eis interdictus est,
mutata, non voluntate, sed eiusdem cibi aut potus percep-
tione, in tantum deliciis suis indulgent, vt deliciosius, hi*

interdictis

interdicti, aliorũ ciborum vel potionũ appetitu vivere cognoscantur. Itẽ ex lib. I. capitular. c 157. *Vt nullus Presbyter aut laicus pœnitentẽ invitet vinũ bibere aut carnẽ manducare.* Dabatur autem vulgo pœnitentia in capite ieiunij quadragesimalis, reconciliatio verò in cœna Domini.

HOMILIA II.

10. P*Atrem sibi & Christo.*] Istud argomentum fortissimè urget Salvianus in libris adversus avaritiam, quos tu consule.

11. *Est illa Ætas.*] Quippe non omni ætati dabatur pœnitentia. Iuvenibus negatam docet canon XV. Synodi Agathensis, cui Cæsarius præfuit, his verbis: *Iuvenibus etiam pœnitentia non facile committenda est propter ætatis fragilitatem.* Concilium Aurelianense III. can. XXIV. *Vt ne quis benedictionem pœnitentiæ iuvenibus personis credere præsumat, certè coniugatis nisi ex consensu partium, & ætate iam plena, eã dare non audeat.* Ad hanc fortassis distinctionem respexit Cæsarius, cum dixit pœnitentiam dari posse petenti, si ea sit ætas cui aut dari possit aut debeat. Iuvenibus dari non potest. Coniugatis verò tribui non debet, quamvis ætate plena, nisi ex consensu partium.

12. *Non de rebus.*] Ita vetus codex. Dubitandum tamen non est quin legendum sit *nos de rebus, &c.*

13. *Ad extremum vitæ.*] Iam antea ad Salvianum damnavimus istam iuvenum hominum temeritatem, qui peccatis suis indormiunt ob spem longæ vitæ. Vide Augostinum sermone LVII. de tempore, & homiliam sextam SEligij.

14. *Signare se.*] id est, signo crucis munire. Codex Tilianus à clarissimo viro Hugone Menardo relatus in Notis ad librum Sacramentorum. p. 23. *Hic signat oblatam & calicem tribus vicibus, non tamen sub vna cruce, sed separatim singulis singulas faciens cruces.*

HOMILIA III.

15. L*Aici & Clerici.*] Opinor ista transposita esse, & hunc locum ita legi debere: *Quam rem non solum laici & monachi, sed etiam ipsi Clerici & sacerdotes debent iugiter exercere.* Notus est canon Chalcedonensis, qui laicos & monachos excommunicatione percellit, Clericos depositione mulctat.

16. *De Sanctitate præsumens.*] Hinc illæ Salviani querelæ variis in locis irascentis aduersus eos qui titulo sibimet sanctitatis inscripto, mali semper erant. Insignis est præcipuè locus eius ex libro quinto de gubernatione Dei, quem tu consule.

17. *Sanctorum limina.*] Hinc probari posse puto peregrinationem ad limina Sanctorum imponi solitam pœnitentibus ævo Cæsarij, contra quam placuit eruditissimo viro, qui consuetudinem illam in Ecclesiam demum introductam putat circa initium septimi sæculi. Nam si ævo Cæsarij ista fiebant in Ecclesia, manifestum est cœpta fuisse diu ante septimum sæculum.

18. *Vitiorum Barbarico.*] imperio, dominatione, tyrannide, comparatione ducta ab iis qui in barbarico constituti erant, id est, qui in ea regione habitabant quam invaserant barbaræ gentes, quæ tum Romanum imperium laceraverant, & in partes distraxerant.

19. *Periculosa securitate.*] Vide Notas ad Salvianum.

HOMILIA IV.

20. P*Vrgatus ab omnibus malis.*] Omnia enim peccata in baptismo deleri nuper adnotavimus ad Salvianum. Sed si quis ista luculentius scire desiderat, consulat Morinum in libro III. de pœnitentia, cap. II.

HOMILIA V.

21. I*Nde adulteria.*] Proximus enim est, vt ait Valerius Maximus, in temperantiæ ad venerẽ gradus.

22. *Membrorum tremor.*] Seneca epist. XXIV. *Epulæ cruditatem afferunt, ebrietates nervorum torporẽ tremoremque.*

23. *Mentis stupor.*] Idem Seneca in Epistola LXXXIV. *Non est animus in sua potestate, ebrietate devinctus.* Concilium Veneticum can. XIII. *nec quis potest liberum corporis sui ac mentis habere iudicium, cum captus vino à sensu probetur alienus.*

24. *Noli cogere.*] Lib. I. Capitular. c. CXLIV. *Vt nemini liceat alium cogere ad bibendum, nisi quantum ei sufficit.*

25. *Neque Ebriosi.*] Hoc eodem argumento utuntur etiam Patres Concilij primi Turon. cap. II. *Sed ut hæc valeant observari, fomitem omnium vitiorum oportet abscindi, Apostolo præcipiente, Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Et quam gravi ebrietas supplicio expietur, idem Apostolica manifestat doctrina, inter cætera dicens neque fornicatores, neque idolis servientes, neque ebriosos, regnum Dei possessuros.*

26. *Aliqui Clerici.*] Rectè admonet Cæsarius peccatum illud peius esse in Clericis. Gravius enim multo est si de clero aliquis quam si de populo in crimen aliquod prolabatur; vti adnotatum est ad Salvianum.

HOMILIA VI.

27. N*On esse viros.*] Ridicula argumentatio, vt optime exaggerat Cæsarius, tanquam viri fortitudo consistat in exhauriendis poculis, ac non potius in moderatione voluptatum. Transivit porrò ista phrenesis in hæc vltima tempora. Eum enim qui tantundem vini bibere non potest quantum alij bibunt, virum non esse aiunt & caput non habere. Melius ergo agitur cum feminis, quibus ea multũ bibẽdi necessitas non imponitur.

28. *Pro Martyrio computabit.*] Vult ergo Cæsarius eos esse martyres qui resistunt tentationi bibendi.

29. *Reddituri sunt rat.*] Ad Sacerdotes enim, id est, ad Episcopos, pertinet eruditio populi: qui si ignoraverit præcepta Dei, aut in aliquod crimen prolapsus fuerit per ignorantiam, Sacerdotis culpæ deputabitur, vt adnotatum est ad Epistolam XXXIX. Lupi Ferrariensis & ad Epistolam Agobardi ad Nibridium. Ea de causa rectè dixit Cæsarius in fine superioris homiliæ: *Ego, fratres carissimi, hæc suggerendo, absolve me apud Deum.*

30. *Clericis dicimus.*] Quia nimirum Clericis præcipue variis canonibus vetita erat ebrietas. Concilium Veneticum habitum anno CDLV. Canone XIII. *Ante omnia à Clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes ac nutrix est; nec quis potest liberum corporis sui ac mentis habere iudicium, cum captus vino à sensu probetur alienus, & proclivis ad vitium mente labefactata ducatur, ac plerunque possit peccatum aut crimen dum nescit incurrere.* Vide etiam canonem XLI. Concilij Agathensis. Capitulare Episcoporum editum in tomo secundo Conciliorum Galliæ, cap. XIV. *Vt nullus ex Sacerdotum numero ebrietatis vitium nutriat, nec alios cogat per suam iussionem inebriari.*

31. *Antiquorum Sanctorum.*] Descendit ista corruptela ex simplicitate veterum Christianorum, qui vt cibos suos præsentia Sanctorum sanctificari procurarent, conuiuia sua deferebant ad Ecclesias in magnis festiuitatibus. Sed iste mos, cui non obstitere Episcopi quandiu stetit intra modestiam vertit postea in licentiam & temulentiam. Itaque necessarium fuit ista deinceps prohibere. De Mediolanensi Ecclesia sublatum esse hunc morem ævo diui Ambrosij testatur Augustinus in libro V. confession. cap. II. de matre sua loquens: *Cùm ad memorias sanctorum, sicut in Africa solebat, pultes & panem & merum attulisset, atque ab ostiario prohiberetur, vbi hoc Episcopum vetuisse cognovit, tam pie atque obedienter amplexa est vt ipse miraretur quod tam facile accusatrix potius consuetudinis suæ quam disceptatrix illius prohibitionis effecta sit.* Declamaverat adversus impudentiam illam sanctus Ambrosius in libro de Helia & ieiunio: *Sicut illi qui calices ad sepulchra martyrum deferunt, atque illic in vesperam bibunt, & aliter se exaudiri posse non credunt. O stultitia hominum, qui ebrietatem sacrificium putant, qui æstimant illos ebrietate placare qui ieiunio passiones sustinere didicerunt.* De Afris suis testatur Cyprianus in libro de duplici martyrio, solemne fuisse cogere Christianos ad ebrietatem in ipsis martyrum sepulchris: *Temulentia adeo communis est Africæ nostræ vt propemodum non habeatur pro crimine. Annon videmus ad martyrum memorias Christianum à Christiano cogi ad ebrietatem?* Et sanctus Augustinus in Epistola LXIV. *Comessationes & ebrietates ita concessæ & licitæ putantur vt in honorem etiam beatissimorum martyrum, non solum per dies solemnes, sed etiam quotidie celebrentur*

A Ista igitur vetita cùm fuissent in Ecclesia, privatim deinde fieri cœpere, vt in eadem Epistola testatur Augustinus. Tandem abolita fuere.

HOMILIA VII.

32. *DEus neminem fallit.*] Haud dubie legendum, *Deum nemo fallit.* Sed nihil mutare voluimus.

33. *Sed præceptum.*] Rectè adnotat Cæsarius, non consilium dedisse Christum vt inimicos diligeremus, sed præceptum, quod argumentum vrgent etiam ceteri patres.

34. *Deum quem non vides.*]Sanctus Paulinus in Epistola prima ad Severum: *Spiritualia enim carnalibus intuentes, facile colligimus ex dilectione perspicua, quam fratri quem vides exhibes, cœlestem illam fidelem atque perfectam, qua Deum, quem non vides, diligis.*

B

HOMILIA VIII.

35. EXtat inter vulgatas Cæsarij homilias vna eiusdem cum ista argumenti, nempe duodecima, quas lector inuicem componere poterit. Legant porro illas qui sic de Ecclesia discedunt cùm missa finitur tanquam si ædem incendio conflagrantem desererent. Et tamen pastores Ecclesiæ ab illis hodie non exigunt vnius aut duarum horarum spatium, vt Cæsarius, sed dimidiam horam ad sommum.

36. *In Atriis Basilicarum.*] Hinc colligi potest iudicia inter Christianos olim actitata fuisse in atriis ac porticibus Ecclesiarum, ministerio videlicet Clericorum concordiam inter diffidentes revocare conantium. Fieretne porro istud cum auctoritate iudicandi, an verò ex charitate tantum, aliis examinandum relinquo.

37. *In secretariis.*] Locus erat in Ecclesia, vbi collecti vtplurimum Clerici erant. Gregorius Turonensis, lib. v. cap. xix. C *Recedente verò Rege ad metatum suum, nos collecti in vnum sedebamus in secretario Basilicæ B. Petri, confabulantibusque nobis, subito advenit Aetius Archidiaconus Parisiacæ Ecclesiæ.* In secretario porro Diacono inter Presbyteros sedere non licere decrevit olim Consilium Arelatense secundum. Illic autem fieri solitam à viduis coram Episcopo viduitatis servandæ professionem, imponique ad Episcopo vestem vidualem, discimus ex canone xxvii. Concilij Arausicani primi. Plurima autem Concilia, tum in Africa, Gallia, & alibi, in secretariis Basilicarum celebrata fuisse notius est quam vt probatione indigeat. Alibi secretarium locus erat vbi judices causas audiebant & cognoscebant, vt ex lege Codicis Theodosiani rectè observavit illustrissimus Cardinalis Baronius ad annum cccxxxi.

HOMILIA X.

38. PRæter codicem regium, ex quo istas homilias descripsimus, decimam istam reperimus etiam in D veteri codice M S. monasterij sancti Germani de Pratis. In regio codice sic habuit titulus: *Incipit exhortatio ad tenendam vel custodiendam charitatem. Ostendit etiam ad memoriam quod nullus se vnquam in veritate, &c.* In codice vero sancti Germani sic: *Exhortatio sancti Cæsarij ad tenendam vel custodiendam charitatem. Ostendit etiam ammonitio ista quod nullus se vnquam, &c.*

39. *Satiari.*] Ita codex sancti Germani. Regius enim habet *sanari*. Prior lectio melior est.

40. *Non amanti grave.*] Salvianus. *Totum durum est quicquid imperatur invitis.*

41. *Æterna incendio.*] Vide quæ de æterno igne dicta sunt ad librū tertium Salviani de gubernatione Dei.

42. *Hæc ergo omnia.*] Ita codex regius. Codex vero S. Germani hæc tantum habet. *Hæc omnia quæ suggessi &c.*

43. *Qualemc. v. verbis.*] Codex sancti Germani: *nullus quicunque voluerit similem &c.*

44. *Dicat ea.*] Codex sancti Germani: *vt se dicat aliquis ea &c.*

45. *Habebis omnia.*] Codic. Sancti Germani, *habeat.* E

46. *Dico vobis.*] Vox *vobis* deest in codice S. Germani.

47. *Quod iam.*] In codice S. Germani scriptum est: *quod ea non possit &c.*

48. *Noluerit tenere.*] In codice S. Germani legitur *retinere.*

49. *Implebitur in vobis.*] Hæc voces, *in vobis*, non extant in codice S. Germani.

50. *Non habuero.*] Ita codex S. Germani. Regius vero legit, *non habeam.*

51. *Vigilia*] Codex S. Germani legit: *Vigilia, nec orationes, nec eleemosyna, nec fides, atque virginitas vllum hominem adiuuare possunt.*

52. *Præter virum.*] Ita codex regius, melius perfecto quàm alius, qui *propter virum* habet scriptum.

53. *Ad ignoscendum.*] In codice regio, post vocem *ignoscendum*, sequebatur *perfecta*. Quoniam autem inutilis hic est aditio illa neque extat in codice S. Germani, eam iugulavimus. F

HOMILIA XI.

54. QVid nocet diviti.] *Non enim ipsæ divitiæ per se noxiæ, sed mentes male vtentium criminosæ;* vt ait idem Salvianus in libro primo aduersus avaritiam.

55. *Magistrum humilitatis.*] Petrus Blesensis sermone tertio: *Emerserat quæstio inter Apostolos quis eorum esset major. Sed quia hæc erat de supercilio Pharisæorum, qui amabant primas cathedras in Synagogis & salutationes in foro & vocari ab hominibus Rabbi, ideo humilis magister & Doctor humilitatis, ad humilitatem revocans eos, statuit parvulum in medio eorum Martialem, vt aiunt, Apostolum Lemovicarum, & ait: Qui non humiliaverit se sicut parvulus iste, non intrabit in regnum cœlorum.*

HOMILIA XII. G

56. FIdeiussores.]Respondent ergo parentes pro pueris, abrenuntiare illos diabolo & pompis eius. Officium illud fideiubendi seu respōdendi pro pueris transiit deinde ad susceptores, quos vulgo patrinos seu compatres dicimus, adeo vt in baptismo parentes nonquam hodie interrogentur de fide filiorum. Sic solet interdum Ecclesia tacito consensu nonnulla motare eorum quæ ad ceremonias & ad disciplinam pertinent. Vide Epistolam Ferrandi ad Folgentium de baptismo Æthiopis.

57. *Pactum cum D. fecit.*] Pactum quoque siue pactionem vocat Isidorus promissionem quam facimus in baptismo, vt jam adnotatum est ad Salvianum.

58. *Caragios.*] id est, sortilegos & diuinos. Concilium Autisiodorense habitum anno DLXXVIII. can. IV. *Non licet ad sortilegos vel ad auguria respicere, non ad caragios, nec ad sortes quas sanctorum vocant, vel quas de ligno aut de pane faciunt, adspicere.* Consilium Narbonense anni DLXXXIX. can. XIV. H *Si qui viri ac mulieres divinatores, quos dicunt esse caragios atque sorticularios, in cuiuscunque domo Gothi, Romani, Syri, Græci, vel Iudæi, fuerint inventi, &c.* Vide Vossium in libro tertio de vitiis sermonis, & Franciscum Altesertam in Notis ad Ferrandum.

EIVSDEM S. CÆSARII.

Sermo de decem Virginibus.

Ex Codice regularum Lucæ Holstenij duæ sequentes Homiliæ dantur hic integræ, quarum fragmenta iam fuerant edita sæculo quinto huius Bibl. part. 3. pag 865.

IN Lectione quæ nobis recitata est, Fratres dilectissimi, audiuimus Dominum dixisse, *Simile est regnum Cœlorum decem Virginibus, quæ acceptis lampadibus exierunt*

runt

A *runt obviam sponso & sponsæ.* Hoc si secundùm litteram tantum intelligimus, nimium durum videtur & asperum. Absit hoc à sensibus nostris, vt vel de domo cuiuscunque etiam pauperis christiani tam parvus numerus veniat ad vitam æternam. Et ideo quia nulla ratione secundum litteram intelligi debet, quia re vera ipse dominus similitudinem esse dixit, requiramus quare quinque dictæ sunt fatuæ & quinque prudentes. Illæ enim quinque prudentes significant omnes sanctos, qui cum Christo sunt regnaturi: & è contrario illæ quinque fatuæ figuram videntur habere christianorum, qui sine operibus bonis de solo tantum christiano nomine gloriantur. Ideò autem & illæ fatuæ quinque & prudentes quinque dicuntur, quia quinque sensus in omnibus hominibus esse probantur, visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus, quia per istos sensus velut per quasdam ianuas vel fenestras aut vita aut mors ingreditur ad animam nostram.
Ier. 9. 21. De quibus & Propheta dixit: *Intravit mors per fenestras* Ideo & ibi quinque virgines dicuntur prudentes, quæ
B istis sensibus bene vtuntur; & ibi quinque fatuæ, quæ per istos quinque sensus magis mortem quàm vitam accipiunt. Quomodo autem isti quinque sensus, velut quinque virgines, aut virginitatem custodiant, aut corruptioni subiaceant, diligentius requiramus. Si aliquis vir, aut aliqua mulier viderit aut filium, aut filiam, aut alienum servum, aut ancillam, & ad concupiscentiam diligenter aspexerit; corrupta est vna virgo: quia per oculos, id est per fenestras corporis in secretum cordis venenum mortis intravit. Si verò aliquis sive religiosus, sive laicus homines detrahentes, sermones etiam otiosos, & cantica luxuriosa vel turpia proferentes libenter audierit, & cum delectatione placido auditu susceperit; corrupta est alia virgo. Si autem non sit contentus mediocribus cibis, sed sumptuosas delicias quærat; si semper male loqui studeat, per iniquum gustum corrupta est alia virgo. Quod si etiam odores peregrinos, vt hominibus ad luxuriam placere possit, diligenter inquirit, quarta virgo est violata. Si verò manibus suis aut filios aut filias alienas cum
C delectatione propter libidinem tangere voluerit, & vestimenta nimia mollia animo voluptuoso quæsierit, iam etiam quinta virgo corrupta est. Hoc enim ordine isti quinque sensus velut quinque virgines in hominibus corrumpuntur. Et è contra, dum animæ sanctæ istos quinque sensus, idest, visum, auditum, gustum, odoratum, & tactum, ab omnibus illicitis rebus refrænant, linguam suam ad ea quæ sunt licita vel legitima sobriè & castè relaxant, quinque sensuum virginitatem custodiunt. Ideo quinque virgines homines bonos significant; & aliæ quinque eos qui mali sunt præfigurant. Et revera, fratres carissimi, quid prodest viro vel fœminæ, clerico vel Monacho, vel sanctimoniali, si in corpore virginitas custoditur, quando per malas concupiscentias cordis integritas violatur? Quid prodest in vno membro præferre castitatem, & in omnibus habere corruptionem? Nam & illi virgines qui agnum sequuntur, si diligenter attenditis, non propter hoc sequuntur agnum, quia
D solam virginitatem corporis servaverunt: denique cum
Apoc. 14. dixisset: *Hi sunt qui se cum mulieribus non inquinaverunt*, secutus adiunxit: *Et non est inventum in ore eorum mendacium, sine macula sunt.* Qui ergo de sola corporis virginitate gloriantur, diligenter attendant, quia si mendacium diligunt, cum illis sanctis virginibus Christum sequi non poterunt. Nulla ergo virgo de sola corporis virginitate præsumat, quia si inobediens fuerit aut linguosa, ab illo thalamo sponsi cœlestis se noverit excludendam. Cùm ergo virgo centesimum gradum teneat, & mulier coniugata tricesimum; melior tamen est casta & humilis coniugata, quàm virgo superba. Illa enim castè & humiliter marito serviens tricesimum gradum possidet, virgini superbæ nec vnus remanebit: & vtrisque impletur quod ait Psalmista: *Tu populum humilem sal-*
Ps. 17. 27 *vum facies, & oculos superborum humiliabis.* Et quia totam Ecclesiam Catholicam beatus Apostolus virginem vocavit, non solas in ea considerans corpora virgines, sed incorruptas omnium desiderans mentes, ita dicens: *Aptavi vos vni viro, Virginem castam exhibere Christo,* E 2. Cor. 11. 2.
non solùm sanctimonialium, sed etiam omnium virorum vel mulierum animæ, si & castitatem in corpore, & in illis supradictis quinque sensibus virginitatem servare voluerint, sponsas se Christi esse non dubitent. Non enim corporum, sed animarum sponsus intelligendus est Christus. Et ideo, fratres carissimi, tam viri quàm fœminæ, tam pueri quàm puellæ: si virginitatem vsq; ad nuptias servant, & per istos quinque sensus, id est visum, auditum, gustum, odoratum; vel tactum, dum eis bene vtuntur, suas animas non corrumpunt, in die iudicij apertis ianuis ad æternum sponsi thalamum feliciter merebuntur intrare. Illi verò, qui & corpora sua ante nuptias adulterinâ coniunctione corrumpunt, & postea per totam vitam suam male videndo, male audiendo, male loquendo, animas suas violare non desinunt; si eis digne fructus pœnitentiæ non subvenerit, clausis ianuis sine causa clamabunt: *Domine, Domine aperi nobis*, & audire merebuntur: *Amen dico vobis, nescio vos vnde sitis* Matth. 25. 11. Ibid.
Hæc ergo, fratres, si & clerici, & laici, & Monachi, & sanctimoniales, & in coniugiis positi fideliter & diligenter attendimus, & cum castitate corporis etiam integritatem cordis auxiliante Domino custodimus, non cum fatuis proiiciemur in tenebras exteriores; sed cum sapientibus ad spiritales nuptias intromissi audire merebimur: *Euge serve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui.* Quod ipse præstare dignetur. Matth. 25. 21.

Item sequitur eiusdem.

IN lectione Evangelica, quæ nobis de decem virginibus recitata est, fratres dilectissimi, dictum est quod *omnes virgines ornaverunt lampades suas, sed fatuæ non habuerant oleum lampadibus necessarium: Prudentes vero sumpserunt oleum in vasis suis. Moram autem faciente sponso, dormitaverunt & dormierunt omnes. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes Virgines illæ, & ornaverunt lampades suas.* Et cum fatuarum virginum lampades extinguerentur, rogaverunt reliquas virgines, vt darent de oleo suo: & illæ responderunt: *Ne forte non sufficiat nobis & vobis: ite potius ad vendentes & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus, & quæ paratæ erant introierunt cum illo ad nuptias, & clausa est ianua. Venerunt postea reliquæ virgines & dixerunt: Domine aperi nobis.* Quibus responsum est: *Nescio vos vnde sitis.* Quid autem ista significent, fratres carissimi, secundum quod in antiquorum patrum expositione legimus breviter charitati vestræ suggerimus. Non ideò dictæ sunt quinque virgines, quia tam parvus numerus futurus sit in vita æterna; sed propter quinque sensus, per quos aut mors aut vita ingreditur ad animam nostram; quibus aut male vtimur & corrumpimur; aut certe bene vtentes virginitatem animæ custodimus. Illud quod ait: *sponso moram faciente dormitaverunt & dormierunt omnes*: Somnus ille mortem significat. Denique sic ait Apostolus: *De dormientibus autem nolo vos ignorare fratres.* Media nox quando clamor magnus factus est; significat diem iudicij. Propter ignorantiam dictum est; media nox; quia nemo scit quando aut qua hora dies iudicij veniat. Quod autem omnes virgines ornaverunt lampades suas, & illæ fatuæ habuerunt oleum, sed tam parum fuit, vt eis sufficere non potuisset: denique statim extingui cœperunt. Vnde quantum possumus cum Dei adiutorio laborare debemus, fratres dilectissimi, vt quoniam in oleo misericordia vel charitas intelligitur, tantum reponamus in vasis animarum nostrarum, quantum nobis sufficiat in æternum. Nemini sufficit parum, fratres carissimi; nisi fortè pro paupertate plus dare non prævalet. Plenâ animæ lucernâ opus est, vt per charitatis oleum lumen nostrum luceat in æternum. Cui Deus dedit largiorem substantiam, quantum potest laxet manum ad eleemosynam, nec credat quod ei possit sufficere parum; sed consideret vnusquisque ex eo tempore quo sapere cœpit, quantum debeat pro his quæ male cogitavit, quæ male

Margin (right column): Matth. 25. (beside "IN lectione Evangelica"); G (beside "verunt lampades suas"); Ibid. 1. Thess. 4. 13. (beside "aut male vtimur … custodimus"); H (beside "De dormientibus")

A locutus vel male operatus est: attendat multitudinem peccatorum, & singulorum pretia diligenter appendat: videat quantum pro mendaciis, pro iuramentis, pro periuriis, pro maledictis, pro detractionibus, pro ebrietate, pro gula atque luxuria, pro cupiditate, pro invidia, pro superbia, pro cogitationibus sordidis, pro sermonibus otiosis: Consideret ergo vnusquisque ista omnia & his similia, quæ nec numerari possunt; & tunc agnoscet quantas eum eleemosynas oporteat exercere. Cùm enim etiam si totum demus, nisi præponderaverit Deus misericordiam, redimere cuncta peccata non valeamus, vel humiliter contrito & compuncto corde quantum possumus cum Dei adiutorio laboremus: & non pro laude humana, sed pro Dei amore & vitæ æternæ contemplatione faciamus. Quod autem dixerunt virgines fatuæ sapientibus: *Date nobis de oleo vestro.* Et illæ (Math. 25.) responderunt: *Ne fortè non sufficiat nobis & vobis*; hoc (Ibid.) pro timore humiliter dictum est: quia tantus terror & tanta examinatio erit in die iudicij; vt etiam illi qui oleum misericordiæ se intelligunt abundantius præparasse, (B) metuant ne eis non possit ad omnia peccata redimenda sufficere. Illud verò quod dictum est, *Ite potius* (Ibid.) *ad vendentes, & emite vobis*: potest hoc de pauperibus intelligi: ipsi enim sunt negotiatores, qui oleum animarum lampadibus necessarium vendunt. Per ipsos enim hoc negotium Christus exercere consuevit: in ipsis enim accipit terrena, vt reddat cœlestia, accipit caduca, (Math. 25. 40.) repensaturos æterna. Denique sic ipse dixit: *Quandiu fecistis vni ex minimis istis, mihi fecistis.* Lampades autem animæ intelliguntur. Vasa verò illa, vbi oleum iubemur habere, quid aliud significant, nisi intus in conscientia bona opera recondere? Et quia bona opera alij faciunt pro Dei amore, alij verò pro cupiditate laudis humanæ, virgines illæ fatuæ & quod in corpore virgines erant, & quod vigiliis Psalmis, lectionib. vel orationibus, se exercebant, totum hoc pro laude humana, non pro Deo vel pro æterna beatitudine faciebant: ideò morte interveniente, vbi eis cessavit laus hominum, simul illis defecit oleum. Nam illud quod eis dictum est: *Ite potius ad* (C) (Math. 25.) *vendentes & emite vobis*, potest & sic accipi, vt vendentes intelligantur adulatores, qui fictis laudibus eos qui opera bona pro humana gloria facere videntur, extollunt. Denique qui pro vana laude boni aliquid facit, si eum nemo laudaverit, omnino non facit. Vnde intelligitur, quod omnes qui laudes humanas accipere cupiunt, quod in opere Dei exercere videntur, humanis assentationibus vendunt, accipientes vanam laudem, & præmia æterna perdentes. Illæ autem virgines, quæ oleum habuerunt in vasis suis omne opus bonum intus in conscientia posuerunt: quia hoc non pro laude humana, sed pro misericordia divina fecerunt. Hæc ergo fideliter cogitantes, fratres carissimi, quia parabola ista ad vniversam Ecclesiam pertinet; qui non possunt servare virginitatem carnis, custodiant cordis: vt si ad coronam Martyrum sive Virginum non potuerint pervenire, vel omnium peccatorum indulgentiam mereantur accipere. Virgines verò, qui integritatem corporis Deo auxiliante custodiunt, totis viribus cum Dei adiutorio laborare contendant verbositatem fugere, (D) detractionem velut diaboli venena respuere, invidiæ vel superbiæ morbum quasi antiqui hostis gladium pertimescere, obedientiam humiliter retinere, nunquam senioris præcepta contemnere, lectioni & orationi insistere, si infirmitas non prohibet, ad vigilias cum omni alacritate consurgere: siue in Ecclesia, siue in convivio, siue in aliquolibet loco semper quod ad obedientiam vel ad humilitatem pertinet studeant ex ore proferre: si tristem viderint, consolentur; si inobedientem agnoverint castigare non cessent. Et quia in omni professione & boni inveniuntur & mali; & in Ecclesia Christi, quæ nunc areæ similis est, non solum triticum, sed etiam palea reperitur; & ibi inveniuntur, quod peius est, non solùm laici, sed etiam clerici, & Monachi, vel sanctimoniales, ita negligentes & tepidi, vt non velut spiritales apes dulcia animarum mella conficiant, sed velut crudelissimæ vespæ, venenatis linguæ aculeis fratrum vel sororum corda percutiant; isti tales non adiutores Christi, sed (E) defensores diaboli esse probantur. Qui si fortè viderint fratrem vel sororem contra seniorem superbum existere, non solum student mitigare, sed malignis sermonibus ad maiorem eum furorem conantur accendere; dicentes quod hæc non possit nec debeat diutius sustinere. Hortantur etiam vt ita senioribus suis cum grandi amaritudine aut furore respondeat, vt ipsos seniores pœniteat, quod eos paterna pietate admonere vel castigare voluerint. Sed quia in omni proposito, sicut iam diximus, non solum sunt adiutores seu ministri diaboli, sed Dei, & vasa Christi, & iustitiæ defensores; quoscunque adiutores diaboli ad inobedientiam vel superbiam callida susurratione succendunt, adiutores Christi blanda adhortatione & sancto ac salubri consilio revocare contendunt. Illi venena, isti antidotum; illi faciunt vulnera, isti procurant medicamenta: illi perditionem, isti salutem; illi furorem, isti mansuetudinem; illi superbiam, isti humilitatem docent, illi iniuriam, isti patientiam; illi odium, isti charitatem. Sed quantumlibet faciant mali, plus tamen (F) prævalent Christi medicamenta, quam diaboli vulnera. Illi enim qui in clero, vel in Monasterio positi & se & alios ad superbiam erigunt, velut pharetræ sagittis diaboli plenæ simplicium corda percutere, & omnem in eis humilitatem vel mansuetudinem conantur extinguere. Sed quia Deo propitio in medio palearum invenitur & triticum, & animæ sanctæ, quæ velut armaria Christi spiritalibus antidotis plenæ esse probantur; quicquid illi vulneraverint cœlestibus medicamentis curare non desinunt, dicentes cuicumque superbo: Noli superbire frater; quia scriptum est: *Deus superbis resistit.* (Iac. 4. 6.) Noli irasci; quia scriptum est: *Ira in sinu insipientis requiescit.* (Eccl. 7. 10.) Et iterum: *Ira viri iustitiam Dei non operatur.* (Iac. 1. 24.) Si fortè inobedientem viderint, blandè & humiliter dicunt: noli esse inobediens frater, quia scriptum est: *Obe-* (1 Reg. 15) *dientia super sacrificium.* (Gal 5. 17) Et paulus clamat: *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis, quia ipsi pervigilant tanquam rationem pro animabus vestris reddituri.* Istæ animæ Deo plenæ si tepidum aut negligentem viderint, velut (G) de spiritali armario, id est, de corde bono prolatis medicamentis ad compunctionem conantur accendere. Si detrahentem vel murmurantem viderint, dicunt ei illud beati Apostoli: *Neque murmuraveritis; sicut qui-* (1. Cor. 10 10.) *dam ex ipsis murmuraverunt, & perierunt ab exterminatore.* Neque detrahatis, quia scriptum est: *Qui detrahit fratri suo eradicabitur.* Et per hanc sanctam admonitionem à maliloquio deterrentes, ad laudandum eos incipiunt provocare. Si verbosum vel contentiosum agnoverint, medicamentum taciturnitatis adponunt, dicentes illi quod scriptum est: *Audi Israel &* (Isa. 53. 7.) *tace.* Et illud quod de Domino Salvatore prophetatum est: *Sicut agnus coram tondente se non aperuit os suum.* Et (Math. 12. 36.) illud: *Omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicij.* Talibus ergo & his similibus medicamentis quicquid vasa diaboli studuerint vulnerare, vasa Christi conantur ad sanitatem reducere. (H) Sive ergo clericus, sive Monachus, sive sanctimonialis consideret conscientiam suam; & si benè loquendo adiutorem Christi & defensorem iustitiæ se esse cognoscit; gaudeat & Deo gratias agat, & ipso auxiliante perseveret vsque in finem: quia non qui cœperit, sed *qui* (Marc. 10 22.) *perseveraverit salvus erit.* Qui vero per superbiam, per inobedientiam vel invidiam adiutorem vel vicarium diaboli esse se sentit; doleat de præterito, caveat de futuro, & per humilitatem construat quod superbiæ tyrannide destruxerat; quod iracundis succenderat, mitiget mansuetudo: quod malitia vel inobedientia exasperaverat, charitatis dulcedo componat: & dum adhuc anima illa tenebrosa, quæ diabolo servire consueverat, in isto mortali corpore retinetur, remedium sibi in diem necessitatis adquirat: vt de sinistra translatus ad dexteram cum ovibus Christi mereatur audire: *Venite benedi-* (Math. 25. 34.) *cti, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.* Et licet hæc ita sint, fratres hoc tamen oportet, vt nec boni de sanctis meritis extollantur; nec illi qui mali

fuerint,

A fuerint, nimia desperatione frangantur: sed & illi humiliter perseverent in bonis, & isti cito corrigantur à malis, vt cum dies iudicij venerit, & bonos coronare possit vita integra, & malos valeat excusare correcta: præstante Domino nostro IESV CHRISTO, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Duæ sequentes admonitiones excerptæ sunt ex antiquo M.S. Abbatiæ de Cheminono Ord. Cist. In quo erant commixta cum aliis sermonibus S. Cæsarij.

EIVSDEM SANCTI CÆSARII Arelatensis Episcopi Admonitio, seu Correctio ad eos qui vxores habentes, adulteria committere non eru-
B bescunt.

Arguit etiam illos qui ante vxores, aut post vxores concubinas infælici consortio voluerunt adhibere.

Vide homilia 16 Cæsarij quæ habet aliquam affinitatem cum hac: est in tomo 5. huius Bibl. SS. PP. part. 3. pag. 255.

ROgo vos fratres carissimi, vt attentius cogitemus causam salutis nostræ; & vt illa omnia mala quæ de futuro iudicio scripta sunt possimus evadere, & ad illam beatitudinem quæ nobis promissa est possimus fœliciter pervenire; quantum valemus viribus cùm Dei adiutorio charitatem, iustitiam, misericordiam, simul & castitatem servare totâ intentione animi studeamus, vt istâ tanquam cœlesti & spirituali quadriga ad principalem paradisi patriam rapiamur; Eamus illic interim corde vt cùm dies iudicij advenerit, sequamur & corpore; & in nobis impleatur illud quod Apostolus dicit; nostra autem conversatio in cœlis est, & illud, cùm Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum ipso apparebitis in gloria, nullam
C ergo de ipsis quatuor virtutibus minus quàm expedit diligamus; quid enim prodest tibi, si charitatem habere videaris, & iustitiam habere non velis? aut quis te adiuuare poterit, si misericordiam habere te dicas, & castitatem non habendo te ipsum odio habeas, secundum illud quod scriptum est, qui diligit iniquitatem, odit animam suam; & quia castitatem paucos valde habere velle cognoscimus, de ipsâ nunc charitatem vestram attentius admonemus, propter illud quod scriptum est; neque fornicarij, neque molles, neque masculorum concubitores, regnum Dei possidebunt; & illud neque adulteri, neque ebriosi regnum Dei possidebunt; sed quod peius est, multi sunt qui vxores videntur habere, & persuadente diabolo castitatem dissimulant custodire, sed vt cum suis aut cum alienis ancillis, libidinis furore succensi, ita adulteria committere non erubescant, vt nec Deum timeant, nec hominem revereantur; sed iustum erat fratres, vt apud illos qui tales sunt deberent tam frequentes & tot annorum admonitiones nostræ proficere, vt nec de medicamentis sibi
D vulnera facerent, nec inde se occiderent vnde se vivificare potuerant; quia castigatio sacerdotis sicut obedientibus ad gloriam, ita inobedientibus erit ad pœnam; & quia illi, (sicut iam dixi) nec Deum reverentur nec hominem metuunt, vos qui Christo inspirante & fidem & castitatem fideliter custoditis, si quando aliquos tam sacrilega peccata committere cognoveritis, & semel & secundo & tertio castigate, & si vos audire noluerint, nec colloquiū cum illis habete, nec ad vestrum eos convivium convocetis, nec in aliorum mensis cibum cum illis sumatis; secundùm hoc quod talibus ait Apostolus cum huiuscemodi hominibus nec cibum sumere; vt vel sic erubescāt, dum se vident ab honestis & Deum timentibus execrari; si enim quod suggero non fuerit factum, quicunque ille est, qui fratrem suum aut vicinum adulteria committere noverit, si illum arguere noluerit, particeps illius erit, dum illud quod scriptum est, si videbas furem simul currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas
E & illud quod Apostolus ait, non solum qui faciunt ea, sed & qui consentiunt facientibus ea: illi autem qui adulteros nec ipsi arguunt nec in notitiam sacerdotis secretius ponunt, suspicionem nobis faciunt quod illos ideo non arguunt, quia ipsi talia peccata committunt; mihi enim sufficit, quod cum grandi dolore animæ & infinito gemitu clamo; vos vero si & à vestris & ab alienis peccatis liberi esse vultis, nolite parcere talibus; aut si vos secretius & frequentius admonentes audire noluerint, facite hoc ad humilitatis nostræ notitiam pervenire, dum illud quod Dominus de peccatoribus in Evangeliis dixit, corripe illum inter te & ipsum solum, si te audierit, lucratus eris fratrē tuum, si autem non te audierit, dic Ecclesiæ, idest pone in notitiam Sacerdotis; si nec Ecclesiam audierit sit tibi tanquam ethnicus & publicanus: sed quod peius est, dum illi qui tantum malum committunt, ab aliquib. non solùm non corripiūtur, verum etiam palpantur & blande accipiuntur, ideo ipsa sacrilega crimina nutriuntur & sine vlla timore ac verecundia perpe-
F trantur, sed nos timere debemus illud quod de Achar, qui de Ierico regulam auream furatus fuerat, scriptum est, quando pro vnius hominis peccato super omnem Israël desævit ira Dei, nec quievit furor Dei à populo, donec ille qui malum fecerat, Domino iubente contereretur cùm enim illi de quibus loquimur vxores castas esse velint, quâ conscientiâ nefanda adulteria committant, & dicunt sibi licere quod eis omnino non licet, quasi alia præcepta dederit Deus viris, alia fœminis, dicet quicumq; ille est quâ lege permittente crimina ista committat; cùm à divina & humana lege omne adulterium puniatur; Ideò tamen hoc malum non prohibetur, quia à multis cōmittitur, sed quanto ab hominib. minus distinguitur, tanto magis divino iudicio gravius vindicatur; Nam illud quale est quod aliqui qui in hanc impudentiā prorumpunt, vt dicant hæc tam crudelia mala viris licere, & fœminis non licere; nec attendunt quod & vir & fœmina regulariter sunt Christi sanguine redempti; & simul sacro sancto lavacro sunt abluti, sanguinem Domini simul acci-
G piunt, & non est apud Deum discretio masculi & fœminæ nec est personarum acceptor Deus: Ergo quod fœminis non licet, similiter & viris non licuit vnquam, nec licere poterit; sed quia infœlix intromissa est consuetudo vt si vxor inventa fuerit cum servo, puniatur si autem vir cum multis ancillis in libidinis cloacâ volutatur, nō solū non punitur, verum etiam à suis similibus collaudatur, & sibi invicem loquentes, quis amplius hoc fecerit cum risu & cachinno stultissimo confitentur; sed istorum risus in die iudicij vertetur in planctum, & eorum ioca vertentur in vulnera. Sed hæc illi faciunt qui futurum iudicium nec credunt omninò, nec metuunt; ego enim cum libera conscientia clamo pariter & contestor, quia quicunque habens vxorem, adulteria commiserit, nisi ei pœnitentia prolixa & vberius eleemosynæ subvenerint, & à peccato ipso non cessaverit, & si quomodo fieri solet subitò mortuus fuerit, in æternum peribit. Nec illi nomen christianum proderit quia non solum non perfecit quod Dominus præcepit, verum etiam contra eius præcepta, scelera
H perpetravit, cùm enim etiam vxorem excepto desiderio filiorum agnoscere, peccatum fit, quid de se cogitant, aut quam spem sibi promittere possint, qui coniugia habentes per adulterium hoc sibi præparant vnde ad inferni profunda descendant, nec volunt Apostolum audire dicentem, tempus breve est reliquum superest, vt qui habent vxores tanquam non habentes sint, & illud, vt sciat vnusquisque vas suum possidere in honore & sanctificatione, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant Deum, considerate quia qui vxoribus (excepto desiderio filiorum) vtuntur, si assiduas eleemosynas non dederint, sine peccato esse non possint, & si hoc de matrimonio legitimo dicitur, putas quid de illis futurum sit in die iudicij, qui aut publica aut occulta adulteria committere sine vlla divini timoris consideratione præsumunt; de quibus scriptum est, Peccatores & adulteros iudicabit Deus; & illud Apostoli, quod iam supra dictum est, neque adulteri regnum Dei possidebunt; quid tibi prodest infœ-

lix

A lia quicunque ille es quod christianus vocaris, si per peccatum adulterij à regno Dei excludi merueris? & hoc rogo fratres carissimi, & admoneo charitatem vestram, vt quicunque vxores accepturi sint, virginitatem vsque ad nuptias custodiant; quia quomodo nullus est qui sponsam violatam velit accipere, sic nullus se debet ante nuptias adulterinâ commixtione corrumpere; sed quod peius est plures sunt qui sibi concubinas adhibent, antequam vxores accipiant, & quia grandis multitudo, est excommunicare omnes non potest Episcopus, sed cũ gemitu & multis suspirijs tolerat & expectat, si fortè pius & misericors Dominus det illis fructuosam pœnitentiam per quam possint ad indulgentiam pervenire, & quia hoc malum in consuetudinem est missum, vt putetur non esse peccatum; ecce coram Deo & sanctis eius profiteor quia sive ante vxorem sive post vxorem quicunque sibi concubinam adhibuerit, adulterium committit, & hoc peius est adulterium; quia cum nulla ratione liceat publicè hoc sine vl- B la verecundia quasi ea lege committitur. Denique etiam ea hoc cognoscimus non leve esse peccatum, vt quoscunque ipsæ concubinæ conceperint, non liberi sed servi nascantur, vnde enim post acceptam libertatem, hæreditatẽ patris, nullâ lege & nullo ordine permittũtur habere; etiam videte verum sine peccato esse possit, vbi generosi decus sanguinis ita humiliatur, vt de hominib. nobilissimi servi nascantur. Nam in tantum grave peccatum est vt in civitate Romana qui voluerit vxorem ducere, si se virginem non esse cognoscit; ad accipiendam benedictionem nuptialem venire penitus non præsumit; & iam videte quam durum sit vt cum illa quam optat ducere, benedictionem non mereatur accipere, sed quando suggerimus ista timeo ne sint aliqui qui nobis potius quàm sibi velint irasci; sermo enim noster quasi speculum charitati vestræ proponitur; & ideo quomodo matrona quando speculum attendit, in se potius quod totum viderit, corrigit, & non speculum frangit; ita & vnusquisque vestrum quoties in aliqua prædicatione cognoscit fœdita- C tem suam, iustum est vt magis se corrigat quàm contra prædicationem velut contra speculum velit irasci; sicut & illi qui aliquas plagas accipiunt, magis volunt vulnera curare quàm medicamenta contemnere, ne ergo etiam ex hoc aliquis dupliciter peccet, si contra spiritualia medicamenta irasci voluerit, non solùm patienter, sed etiam libenter accipiat quæ dicuntur, quia iam ex alia parte à malo cognoscitur declinare, qui salubrem castigationem voluerit libenter accipere; & cui mala sua displicent, iam illi & quæ bona sunt placeant, ac sic quantum se à vitiis separaverit tantum se virtutibus propinquabit, quod ipse præstare dignetur qui cum patre & Spiritu sancto vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Eiusdem admonitio de contemptu præsentis vitæ.

FRatres carissimi istas res terrenas non habent homines sine labore, sine dolore, sine scandalo; Istud regnum finem habet, regnum Dei finem non habet; ista vita horrenda, illa desideranda; brevis est vita mundi, modica est gloria sæculi; caduca & fragilis est temporalis potentia. Vbi sunt amatores mundi, vbi Reges, vbi potentes? quid profuit illis ista vana gloria, & brevis lætitia; falsæ divitiæ, temporalis potentia, sæculi voluptas, mala concupiscentia? vbi risus? vbi iocus? certè transierunt omnia sicut vmbra, velut fumus, velut nebula; post tantam voluptatem tam grandis angustia; de illorum exultatione ceciderunt in grandem ruinam, vel mala tormenta; hæredes tenent rem ipsorum, quid illis proderit? Hæredes servant res, & ipsi sibi paraverunt pœnas, & illi qui hoc habent sibi parant quod diu possideant, immo sic sunt quasi non habentes, sanctus Augustinus dixit, amor pecuniæ, sanctæ spei certissimum venenum esse creditur. Paulus Apostolus dixit; qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa: Item radix omnium malorum est cupiditas, ô dilectissimi fratres! non debemus eius falsis promissis credere; quia ab initio mendax est & in veritate non stetit, & est homicida, quia pri- E mum hominem circumvenit, & eiecit de paradiso & occidit, qui si præceptum Dei servasset, sine labore vixisset: si in amore charitatis permansisset, nunquam denudatus fuisset; scriptum est refrigescet charitas, abundavit iniquitas; de illa arbore gustavit vnde prohibitum fuerat; sanctus Gregorius dixit, diabolus per superbiam hominẽ superbientem perduxit ad mortem; Christus humilem hominem, obedientem reduxit ad vitam, sicut iste humiliatus est, surrexit & erexit credens: dilectissimi fratres, opportunum valde est humilitatem tenere, præceptum Dei conservare, charitatem habere, veritatem sequi & non vanitatem, Sanctus Augustinus dicit, veritas mundat, vanitas inquinat, veritas Christus est, vt ait ipse Dominus in Evangelio, Ego sum vita, veritas, & via recta & lux vera, veraces filij Dei sunt, mendaces filij diaboli sunt, vnusquisque cuius opera agit, eius filius appellatur, qui sequũtur Christum semper in luce sunt, & qui imitantur diabolum, in tenebris ambulant; ô dilectissimi fratres, quàm malum & quam perversum est dimittere lucem & sequi F tenebras, fugere vitam & sequi mortem, dimittere veritatem & sequi mendacium, delectari in vana gloria & dolere in æterna pœna. Sanctus Hieronymus dixit de ista misera mundi & brevi vita, festinare debemus ad illa beata sanctorum præmia, quæ nunquam finientur. Ibi debemus festinare, vbi debemus permanere; vbi non est timor mortis, nec tentatio hostis, ibi est vita sine morte, iuventus sine senectute, lux sine tenebris, gaudium sine tristitia, voluntas sine iniuria, regnum sine commutatione, requies sine labore, refectio sine fastidio, claritas sine nube, ibi Angelica vita; sempiterna lætitia. Istud regnum finem habet, regnum Dei finem non habet, ista vita horrenda, illa desideranda, ista laboriosa brevis & tenebrosa, caduca, fragilis, misera, incerta; deceptrix, fastidiosa, dolosa, plena scandalis, & qui illam diligunt, in labore vivunt, in dolore moriuntur, & postea in inferno tormenta patiuntur, & veniam nunquam consequuntur; illi dum tempus habuerunt, pœnitentiam non egerunt, nec præceptum Christi servaverunt, plus amaverunt terram quàm cœlum, plus dilexerunt mundum quàm Christum, plus amave- G runt creaturam, quàm creatorem, plus amaverunt hominem quàm Deum, plus dilexerunt gulam, quàm abstinentiam, plus amaverunt luxuriam quàm castitatem; castitas ducit ad gloriam, fornicatio trahit ad pœnã; porcus crassus in luto se volutat, & homo ebriosus, & nimis satiatus volutat se in luxoria, & iacet in stercore; suave est illi fornicari & malum erit illi in inferno cruciari, & tantam pœnam sustinere; ambulat elatus & inflatus, cupidus & superbus, vult semper aliis meliorem se æstimare, & se superiorem facit, cùm sit inferior; dicit se bonum cum sit miser: ornat se de foris auro & argento & margaritis & vestibus pretiosis, & intus includit vitia & peccata, & turpitudinem malam; sic est quasi sepulchra quæ dealbata sunt & de foris ornata, intus vero plena sunt ossibus mortuorum & spurcitiis; quærit hominibus placere, & cum de parva verecundia confundatur ante hominem, confusionem sempiternam non erubescit; abscondité vult facere malum vt homo non sentiat; & nescit miser quia H ante oculos Dei & Angelorum peccat; stultum cor & tenebrosum ignorat quia Deus vbique præsens est, & cum nihil latet qui scrutatur homines & renes & cor, & nulla cum latet cogitatio, nam ipse Dominus ait, capilli capitis vestri omnes numerati sunt, idest actus & cogitatio, quia non solum discutiet de cogitationibus & de facto in illa die, sed & de otiosis verbis tunc reddet vnicuiq; secũdum opera sua; mala erit illa confusio, quando nulla facta erunt celata, & nullus locus vbi se possit homo abscondere, quare non reminisceritis illud tempus quando dicent peccatores, cadant montes & cooperiant nos miseros, quare de luxuria absconse loqueris? quia nescis & in tenebris totus ambulas, quia non habes oculos spirituales vnde Deum videas: tu quando malum facis, & Deus non vindicat, suâ patientiâ emendationem expectat. Quare thesaurisas in terra & non in Cœlo? thesaurizate in cœlo ait Dominus, quia nec fur nec latro, nec vicinus malus potest tollere. Ignoras miser quia Pœnitentia ad Paradisum

A difum te adducit ? adiuvet nos omnipotens Deus ad omne bonum faciendum, ad omne malum fugiendum, vt pariter pervenire mereamur ad amorem illius, qui est super nos benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

EPISTOLA SANCTI CÆSARII Episcopi Arelatensis ad Cæsariam Abbatissam eiusque Congregationem.

Ex Codice Regularum Lucæ Holsterij in appendice extracta sunt tres sequentes Epistolæ.

COegisti me famula Dei ac venerabilis in Christo soror, & crebris petitionibus extorsisti potius quam rogasti, vt qualemcunque sermonem exhortatorium tibi scribere deberem: non quod ad scientiam vel ad perfectionem tibi quicquam conferre possim, sed in quo magis providentiam meam facile deprehendere queas. Quod ego diu multumque renisus facere distuli, verens iactantiæ simul imprudentiæque notam incurrere; præsertim cùm sciam te divinis voluminibus assiduâ meditatione vacare, nihilque quod ad perfectionem tuam attinet te penitus ignorare. Sed quid faciam? Negare non audeo quod implere nequeo. Tanta est enim petendo & iubendo fides simul & auctoritas, atque extorquendo perseverantia; vt tibi quicquam negare irreligiosum videatur. Tamen si das fidem nulli te lecturam alij, nec ad legendum edituram; secundùm quod Deus vires dederit faciam quæ hortaris. Danda mihi venia est, si opus iniunctum dignè implere nequivero, tibi potius imputandum, quæ vt hoc aggrederer imperasti. Remoti igitur à temeritate, atque ab elatione liberi, proposito insudemus operi; nec de mediocritate diffidamus ingenij, quod credimus merito tuæ orationis adiuvari. Hoc tamen sciri volo, nihil me tibi statuisse scribere, nisi quod ad

C perfectæ vitæ normam, emendationemque morum te possit instruere; quod expositam benedictionem virginitatis pedibus subiciat mundum. Hæc in eorum pedibus illi scribere studeant quibus laudari cupiunt: nobis alio longe pergendum est itinere. Igitur hoc primum studium primaque cura sit tibi scire voluntatem Domini tui, & diligenter inquirere quid ei placeat, quidve displiceat; vt rationabile Deo secundùm Deum reddas obsequium: quia fieri potest, vt votum obsequendi quisque offendat, qui quomodo obsequi debeat antea non didicit. Inter omnia Dei præcepta, generale mandatum est de iustitia: quia nulli transgredi omnino licet, quod omnibus imperatum est. De virginitate

Math. 19. 12. itaque dicitur: *Qui potest capere capiat. Sed omnis qui*

Ibid. 3. 10. *non fecerit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur*: quam Salvator plenissime quidem, sed breviter in

Luc. 6. 31. Evangelio comprehendit dicens: *Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite eis.* Igitur

Gen. 17. perfectionis secuta consilium, vide *ne respexeris retro,*

D *sed in monte salvam fac animam tuam*: Quia enim cupis scandere vitam, per angusti itineris illius callem tendendum est, derelictâ mundi spatiosâ maximâque sæculi pompâ, quàm corpore Apostolicam via exhibere virginem: Quam lampadem tuam bonorum oleo accensam, cogitando semper quæ Domini sunt, in obviam præpares sponsi. Qualis debet esse perfectio, cuius tale fuit principium? Omne opus levius agitur, cùm eius principium semper agatur. Quamvis quisque perfectus dissolvi desideras & esse cum Christo, in hac vita necesse est, vt nunquam desinat cum vitiis habere conflictum, si vult de hoste referre triumphum. In primis namque contra superbiæ morbum fortiter dimicandum est; vt vitiorum capite radicitus evulso, cætera vitia quæ ex eo prodeunt facilius exstirpentur. Nec enim est ad ruinam facilior lapsus; de qua scriptura dicit: *Initium omnis pec-*

Eccl. 10. 15. *cati superbia.* Rectè namque, quia sicut origo est omnium criminum, ita inimica cunctarum virtutum. In peccato enim ipsa est prima, & in conflictu postrema. Hæc enim aut in exordio mentem per peccatum prosternit,

E aut novissimè de virtutibus deiicit. Vnde & omnium peccatorum est maxima: quia tam per virtutes quàm per vitia humanam mentem exterminat. Plerumque ex culpa superbiæ in abominandam carnis immunditiam itur, quia alterum pendet ex altero. Nam sicut per superbiam mentis itur in prostitutionem libidinis; ita per humilitatem mentis salva fit castitas carnis. Deus autem nonnunquam deiicit occultam superbiam mentis per manifestam ruinam carnis. Principaliter namque his duobus vitiis humano generi diabolus dominatur; id est, per superbiam mentis, & luxuriam carnis. Vnde & de diabolo ad Iob loquitur Dominus dicens: *Sub vmbra dor-*

Iob. 40. 16. *mit & in secreto calami & locis humentibus.* Per calamum enim inanis superbia; per loca vero humentia carnis demonstratur luxuria. Per hæc enim duo, vt diximus, vitia, diabolus humanum possidet genus, vel dum mentem per superbiam erigit; vel dum carnem per luxuriam consumit. Forti enim adnisu necesse est contra luxuriam

F repugnandum: quia interius est hostis inclusus. Omnis virtus diaboli contra viros in lumbis, adversus fœminas in vmbilico ventris eius, de quo scriptum est:

Iob. 40. 11. *Virtus eius in lumbis, & potestas in vmbilico ventris eius.* Qui enim delectationem non refrænat libidinosæ suggestionis; cito transit ad consensum libidinis. Nam facile resistit operi, qui titillanti non se accommodat delectationi. Quamvis sanctorum Dei intentio inconcussa in amore Dei persistat, de carne tamen quam exterius gestat, multa prælia interna tolerat. Sed Deus qui hæc ad probationem permittit, gratia protegente suos non deserit. Propterea ex corde sunt fornicationes amovendæ, vt non prorumpant in opere. Hinc per Prophetam di-

Esai 32. 12. citur: *Accingite lumbos vestros super vbera*; hoc est, libidines in corde resecare, quando instigatione dæmonum mens vniuscuiusque iusti impeditur, divini iudicij metus, æterna tormenta ante oculos proponantur: quia nimirum omnium pœna gravioris supplicij formidine superatur. Sicut enim clavus clavum expellit; sic ardoris ge-

G hennæ recordatio ardorem excludit luxuriæ. Audi quid

Iob. 40. 12. Dominus de diabolo fatetur dicens: *Stringit caudam suam quasi cedrum*: quia prima eius suggestio velut herba tenera facilè abscinditur, at si semel dentem delectationis fixerit, more cedri obdurescit. Præcipuè fictam humilitatem fugiens, illam sectare quæ vera est, quam Christus docuit, in qua non sit inclusa superbia. Vmbram enim huius virtutis multi, veritatem autem sequuntur pauci: verum enim humilem patientia ostendit iniuriæ. Nunquam in iracundia succendatur anima tua:

Iac. 1. 20. quia *ira viri iustitiam Dei non operatur.* Quod si paululum te inflammaverit, festines necesse est vt expellatur. Nullum in anima tua invidia inveniat locum. Pessimumque hoc malum est, quando de alieno bono quisquis deterior fit: nam vnde bonus proficit, inde invidus contabescit. Difficile namque ex hoc morbo quisque recipit medicinam, quia non vult patefacere culpam. Rara enim ex hoc confessio: quia sæpe aliud pro alio dicitur,

H & ideo ad salutem nunquam venitur, de quo ad populum beatus Cyprianus scripsit. Satis sollicitam ori tuo pone custodiam: nec quisquam facilius quam per linguam peccati contrahit maculam, teste Iacobo Apostolo: *Lin-*

Iac. 3. *guam nullus hominum domare potest.* Vnde pie admonet

Ibid. 1. 26. dicens: *Si quis putat se religiosum esse, non refrænans lin-*

Prou. 17. 14. *guam suam, sed seducens cor suum; huius vana est religio.* Iuxta sententiam sapientissimi Salomonis: *Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum*, quia qui linguam non refrænat, concordiam dissipat. Vnde & Apostolus illum asserit esse perfectum qui non offenderit in verbo. Sed multi dum indiscretè silentium custodiunt, quod prodesse proximis per verbum poterat subtrahunt: dumque eorum vitia aspiciunt, quos per correptionem verbi corrigere potuerunt, dum claustra oris muniunt, proximum in pravitate derelinquunt, vt districtius iudicentur, & quantis verbo prodesse poterant, pro tantis reatu silentij culpabiles existant. Duobus namque modis oratio impeditur, vt impetrare non valeat postulata: si aut quisque adhuc mala committit, aut si delinquenti sibi debita non

dimittit

A dimittit. Quod geminum malum dum quisque à semetipso abstulerit, protinus securus studio orationis incumbit, & ad ea quæ impetrare precibus cupit, mentem liberà erigit. In quantum prævales, cave ne recorderis faciem viri, nisi in oratione puta: nam non in desiderij turpitudine idolum facies in anima tua. Regia mulier ad servos non deflectitur; & Christi sponsa ad mortales non respicit: quia eum qui pro se passus est diligit, eumque toto amore amplectitur. Vultum Sacerdotum ac Levitarum cum timore aspice, eorum scilicet qui probati sunt: hoc sciens quis amor charitatis habitat in illis. Voce lectoris suavi nec delectetur in desiderio anima tua; ne corrumpantur sensus tui, & excedant à castitate. Dicas forsitan, grandis labor est: sed respice quod promissum est. Considera quæso præmij tui magnitudinem, si considerari potest; & præsentis iniuriæ futuram mercedem ante oculos pinge. Post abscessum animæ & carnis interitum, in meliorem statum reparanda es virgo; B corpus terræ mandatum in cœlo est elevandum; post hæc Angelorum es donanda consortio, regnum acceptura cœlorum, & in perpetuo mansura cum Christo.

CÆSARIUS EPISCOPUS MInimus omnium servorum Dei famulus Cæsariæ sanctæ sorori Abbatissæ, vel omni Congregationi suæ in Christo æternam salutem.

Sæculo 5. part. 3. pag. 562. Iam habetur hæc Epistola, sed C *decurtata & mendis scatens.*

VEreor, venerabiles in Christo filiæ, ne dum vobis pro conservanda quiete vel pudicitia rustico imperitoque sermone aliquid præsumo suggerere, apud illos, qui nesciunt quanta sit virtus veræ charitatis, notam videar præsumptionis incurrere. Ego enim licet peccatorũ meorum sim conscius, & vestræ puritatis non sim ignarus; præsumo tamen tepidus admonere ferventes, lentus & negligens incitare currentes; languidus sanis consiliũ dare, & in via remanens ad æternæ vos patriæ desiderium provocare. Et quia secundum sanctum votum vestrum frequentius vos visitare non valeo; hanc admonitiunculam, in qua etiam antiquorum patrum capitula pauca inserui, & ariditatem sensus mei, quasi virorum fortium amœnitate condivi, cum perfecta charitate curavi sinceritati vestræ ad vicem præsentiæ meæ pia humilitate transmittere. Sed hanc præsumptionem, sicut dixi, ipsa mihi charitas ingerit, quæ timere non novit. Et ideo rogo vos venerabiles filiæ ut audaciæ meæ veniam dantes, quæcunq; suggessero, patienter & benignè suscipiatis, & consulentes rusticitati vel verecundiæ meæ qualemcunque exhortationem meam secretius relegite, nulli alij tribuentes: ne cuiuscunque eruditæ aures rusticissimi sermonis nostri asperitate feriantur. Nos enim Deo propitio, licet nihil sinistrum de vestra conversatione sanctissima D sentiamus; tamen propter multiplices laqueos inimici, de quo dicitur: *cui sunt nomina mille, mille nocendi artes*: propter illius ergo venenosas astutias, & maleblandas concupiscentias, sanctam vestram conscientiam qualibuscunque etsi tepidis sermonibus admonemus; & licet minus idonei bellatores, arma vobis spiritalia contra ignitas sagittas diaboli providemus.

Gaudete ergo & exultate in Christo, venerabiles filiæ, & gratias illi iugiter uberes agite, qui vos de tenebrosa sæculi huius conversatione ad portum quietis & religionis attrahere & provocare dignatus est. Cogitate iugiter unde exiistis, & ubi pervenire meruistis. Reliquistis fideliter mundi tenebras, & lucem Christi feliciter videre cœpistis. Contempsistis libidinis incendium, & ad castitatis refrigerium pervenistis. Respuistis gulam, & abstinentiam elegistis. Repudiastis avaritiam atque luxuriam, & charitatem ac misericordiam tenuistis. Et quamvis vobis usque ad exitum vitæ non deerit pugna; tamen Deo donante securi sumus de vestra victoria. Sed rogo vos, venerabiles filiæ, ut quantum estis securæ de præteritis, tantum sitis sollicitæ de futuris. E Omnia enim crimina vel peccata cito ad nos revertuntur, si non quotidie bonis operibus expugnantur. Audite Apostolum Petrum dicentem: *Sobrij estote & vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens aliquem devorare quærens circuit.* 1. Pet. 5. Quamdiu in hoc corpore vivimus, die noctuque Christo adiutore vel duce contra diabolum repugnemus. Sunt enim aliqui, quod peius est, negligentes & tepidi, qui de solo Christianitatis vocabulo gloriantur, & putant quod illis sufficiat vestem mutasse, & religionis tantum habitum suscepisse, nescientes illud Propheticum; *Fili accedens ad servitutem Dei sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem*: Eccl. 2. 1 nec sententiam Psalmistæ considerantes: *Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras*: Ps. 16. 4 Et illud quod Apostolus dixit: *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum.* Act. 14. 21. Vestes enim sæculares deponere & religiosas assumere huius horæ momento possumus: mores verò bonos iugiter retinere, vel contra maledulces voluptates sæculi hu- F ius quandiu vivimus Christo adiutore laborare debemus: quia non qui cœperit, sed *qui perseveraverit salvus erit.* In primis ergo omnis anima quæ religionem servata desiderat gulæ concupiscentiã vincere, ebrietatem vitare, tota fidei virtute contendat, & ita temperatum convivium in mensa habeat, ut caro illius nec nimietate abstinentiæ debilitetur, nec per deliciarum abundantiam luxuria provocetur. Deinde abiecta superbia, cui Deus resistit, profundæ humilitatis iaciat fundamenta; invidiam velut vipereum venenum detestetur ac fugiat; linguã refrænet, detractionem quasi venenũ respuat; verba otiosa nec ipsa proferat, nec ab alio prolata auribus suis libenter admittat; vestimentorum habitum nec nimia abiectum, nec nimis pomposum, aut periculosè elegantem habere cognoscat; lectionem aut ipsa frequentius legat, aut legentis verba tota pectoris aviditate suscipiat: de divinis scripturarum fontib. iugiter aquam salutis hauriat; illam utiq; de qua Dominus dicit: *Qui credit in me, flumina de vẽtre eius fluent aquæ vivæ.* De paradisi etiam florib. hoc est, sanctarũ G scripturarum sensib. anima sancta se iugiter ornare contẽdat; ex ipsis pretiosas margaritas aurib. suis indesinenter Ioan. 7. 38. appẽdat: ex his annulos & dextralia dũ exercet opera humana, cõponat: ubi vulnerũ medicamenta, ibi castitatis aromata ibi cõpunctionis holocausta requirat. Quæ verò religionẽ in immaculato & puro corde conservare desiderat; aut nunquam in publicũ, aut certè non nisi pro grandi & inevitabili necessitate procedat, familiaritatem virorum, quantum potest rarius habeat; ita tamen, ut quoties necessitas viros videndi aut salutãdi exegerit; ipsi videantur, quos ætas & vita sancta commendat: sed ipsi, ut dixi, rarius; & non diurna, sed brevissima cum illis collocutio habeatur. Iuvenes verò aut nunquam aut difficile videantur. In familiaritate verò assidua nec laïci unquam nec religiosi suscipiantur; quam rem non solùm fœminæ de viris, sed etiam viri de fœminis observare contendant, si integram puritatem castitatis custodire desiderent. Nec di- H cat aliquis, sufficit mihi conscientia mea. Dicat sibi quisque quod sibi placuerit: misera & satis odibilis Deo est excusatio ista, quæ magis de impudentia quam de conscientia bona procedit. Nam quando prima familiaritas aut viri cum fœmina, aut fœminæ cum viro esse cœperit, satis verecunda & sancta esse cognoscitur: quia subtrahit imprimis Diabolus machinamenta sua, donec paulatim assidua familiaritate crescente, inter ambos inimicam nutriat amicitiam. Callidus enim hostis facit illos sibi invicem parvo tempore deservire sine ulla titillatione libidinis, sine ullo dispendio castitatis: & ita illos falsa securitate circumvenit, ut eos quasi in blanda tranquillitate velut duas navículas producat in altum: & dum se putant esse securos, nec iuniorum quasi remorum adiutorium petunt, nec vigiliarum gubernaculum quærunt: cumque eos securos fecerit, in se ipsis elidens subitã illos tempestate demergit, & in vulnificos amplexus impingens, simul uno ictu mortificat: Tamdiu sopitum ignem sine ullis flammis occultat, donec duas faculas iungens, simul ambas accen-

dat:

A dat: sic explicat diabolus quod celare antea videbatur:
sic quasi de simplici caritate amorem conflat illicitum. In
primis contentus est cedere, vt sic valeat amplius occu-
pare. Ecce securus est quisque de conscientia sua, quod
cum aliquem viderit, scandalizari de ipso non possit.
Nunquid quomodo conscientiam suam nouit, sic volun-
tatem alterius videt; Ecce tuus oculus alium simpliciter
videt, & fortè ille te crudeliter concupiscet. De tua casti-
tate gaudes, & de illius ruina non times? Si enim tu te
nimium familiarem præbueris, alterius concupiscentiam
nutris: etiam si ipsa non pecces, alium tamen perdes;
& erit tibi causa etiam sine causa, vt te libido maculet
aliena. Nolite, quæso, vos, nolite quibuscunque aut occa-
sionem dare, aut familiaritatem tribuere: ne fortè cuius-
cunque concupiscentia in vos malè succensa alibi inci-
piat quærere, quod in vobis nō potuit inuenire. Sed for-
tè dicit aliqua: secura sum de cōsciētia mea. Absit vt hoc
de ore religioso procedat. Iam enim cecidit, qui de sua
B virtute confidit. Libidinem si Christo adiuuante deside-
ras vincere, familiaritatem debes refugere. Certissimè
nouerit, quod qui indignam familiaritatem non spreue-
rit, aut se, aut alium cito perdet. Sed fortè dicit aliquis
ideo familiaritatem non fugio, quia volo habere quod
vincam, & aduersarium meum cupio tenere captiuum.
Vide ne contra te aduersarius incipiat rebellare: vide
ne te ducat captiuitas ista in captiuitatem. Audi Aposto-
1. Cor. 6. lum dicentem: *Fugite fornicationem.* Contra reliqua vi-
tia oportet nos omni virtute resistere: contra libidinem
vero non expedit te pugnare, sed fugere. Esto ergo li-
bidinis fugitiuus, si vis esse castitatis pugnator egregius
Sed quod dixi diligenter attendite. Quando aliquis sti-
mulis libidinis incitatur, Christo adiuuante pugnet
quantum præualet contra se; quia non habet quo possit
fugere: Si quando vero per alterius societatem op-
portunitatem voluptatis diabolus subministrat, ipsam
familiaritatem quantum præualet, vt supra dixi, ani-
ma sancta refugiat, ac si aliquando aliquis in se ipso ten-
C tatur, sibi Deo adiuuante resistat; quando per alterius
societatem vel leui concupiscentia titillatur, quasi ser-
pentem venenatum quanta potest celeritate refugiat. Sed
vt hæc omnia seruare possimus, abstinentiam ratio-
nabilem teneamus: quia vera est illius sanctissimi viri
sententia: prout continueris ventrem, ita & venenosos
motus eius. Humilitatem etiam nostram quantū possu-
mus conseruemus: non enim diu carnis integritas serua-
tur vbi animus tumore superbiæ corrumpitur. Præcipuè
si & iracundiæ flamma frequentius surgit, castitatis &
virginitatis flores cito consumit. Casta enim & Deo de-
vota anima non solùm extraneorum, sed etiam parentum
suorum assiduam familiaritatem, aut ad se veniendi, aut
ipsa ad eos ambulandi habere non debet: ne aut quod
non oportet audiat, aut quod non expedit dicat, aut
quod castitati potest esse contrarium videat. Si enim va-
sa quæ Ecclesiæ offeruntur, & in sacro altario ponun-
tur, sancta ab omnibus appellantur, & nefas est vt de
Ecclesia postmodum ad domum laicam reuocentur, aut
D vsibus humanis aptentur: si tantam dignitatem habent
vasa, quæ nec intellectum possunt habere nec sensus; pu-
tas qualem dignitatem apud Deum habent omnia ad
ipsius imaginem procreata? Sicut ergo vasa sancta huma-
nis vsibus seruitura nec possunt nec debent de Ecclesia
reuocari; sic religiosum quemquam non oportet, non
decet, non expedit parentum suorum multis obligatio-
nibus implicari, aut quorumcunque extraneorum perni-
ciosa familiaritate constringi. Illud ante omnia admoneo,
vt æmulationis malum quasi venenum vipereum fugia-
tis: & ita inter vos caritatis dulcedinem conseruetis: vt
vobis inuicem per sancta colloquia medicamēta spiritua-
lia præparetis. Sunt enim, quod peius est, aliquæ, quæ
quando se pariter iungunt, magis sibi detrahendo, vel
contra Præpositas murmorando vulnera faciunt, quam
spiritalia medicamenta componunt. Vos vero sanctæ ac
venerabiles filiæ, si aliquam videtis pusillanimem, con-
solationem impendite: si superbientem, humilitatis me-
dicamentum apponite: si iracundam videritis, refrige-

E rium patientiæ ministrate. Si nobiles natæ estis, magis de
religionis humilitate quam de sæculi dignitate gaudete;
& sic terrenam substantiam dispensate, ne vnde spirita-
les pennas bene & citò tribuendo habere potestis, ali-
quid vobis reseruando aut tardius erogando, carnales
compedes habeatis. Terrena namque substantia si tardius
erogatur, animæ pennas quasi visco illigare cognoscitur:
quia verum est illud quod scriptum ait: *Impedimenta
mundi fecerunt eos miseros.* Si qua verò pauper fuit, an-
tequam religionem sanctam adsumeret, Deo debet gra-
tias agere, qui illam mundi istius facultatibus noluit
illigare. Multos enim, quod peius est, ita suæ fa-
cultates ligatos tenent, vt ad æternam patriam redi-
re non possint. Vos vero iam etiam in hoc sæculo Chri-
sto propitio fœlices estis, quæ facultates & volu-
ptates sæculi istius non solum corde, sed etiam cor-
pore contempsistis. Tenete ergo manus in aratro, &
nolite respicere retro. Et quia in tectum iam perfe-
F ctionis accendere meruistis; non vos inde deponant
sæculi istius voluptates. Mementote vxoris Loth, quæ
retro respiciens versa est in statuam salis. Nunquam iu- Gen. 19. 17.
ramentum, nunquam maledictum de virginis ore pro
cedat. Non solum corpora, sed etiam corda vestra
omni sollicitudine custodite, propter illud quod scri-
ptum est: *Omni custodia serua cor tuum.* Et illud quod Prou. 4. 23
Dominus in Euangelio dixit: *De corde enim exeunt
cogitationes malæ.* Si enim in corde nihil malè cogi- Matt. 15. 19.
tatur, quicquid sanctum est ex ore profertur: quia,
sicut scriptum est: *Ex abundantia cordis os loquitur.* Matt. 12. 34.
Hoc enim lingua proferre consueuit, quod ex officinis
cordis conscientia ministrauerit. Et ideo si ex ore vultis
bona proferre, semper in corde quæ sancta sunt cogita-
te. Sic lectioni & meditationi debetis incumbere, vt an
te omnia etiam manibus possitis aliquid exercere, secun
dum illud quod Apost. ait: *Qui non operatur non mandu-
cet*: præcipuè tamen vsque ad horam tertiam lectioni 2. Thes. 3. 10.
vacare consuescite, & meliorem diei partem sancto ope-
G ri dedicare. Oratio vestra ita cum silentio procedat ex
corde, vt vix audiatur in ore; nam qui alta voce orare vo-
luerit, & sibi & alteri multum nocet, dum per suam gar-
rulitatem alterius mentē ab oratione sancta & sacra sus-
pendit. In ipsis operibus quæ manibus fiunt, sæcularia &
pomposa adiumenta, quæ non vtilitati, sed vanitati ser-
uiunt, fastidite atque contemnite; vt etiam in ipsis ter-
renis possitis quicquid sobrietati & honestati conuenit
exercere. Multi enim quod in moribus diligunt, hoc etiā
in operibus suis ostendunt. Præparant sibi ornamenta sæ-
cularia sæculum diligentes, & voluptati seruientes vel lu
xuriæ. Vobis verò, quibus mundus crucifixus est, nihil
sit commune cum talibus; sed omnia ornamenta quibus
ad luxuriam caro componitur, velut inimica & contra
ria à vestro proposito respuat. Sunt enim, quod peius
est, qui pro vanitate sæculi istius plus student terrenis
cupiditatibus operam dare, quam lectioni diuinæ insiste-
re: dum stragula pulchra, & picta taperia, plumaria
etiam & reliqua his similia cum ingenti sumptu & su-
H perfluâ expensa ad oculorum libidinē præparare, nescien
tes illud quod Dominus per Ioannem Euangelistam cla-
mat & dicit: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in* 1. Ioan. 2. 15.
*mundo sunt, quoniam omne quod in mundo est, concupiscen-
tia carnis, & concupiscentia oculorum, & sæculi ambi-
tio est.* Quid prodest virgini integritatem corporis cu-
stodire, si oculorum concupiscentias noluerit cauere?
Sunt etiam nonnullæ, quæ etiam de facultatibus suis ma-
iorem partem parentibus, & fortè diuitibus, quā paupe-
ribus dare volunt; & non cogitant, quod dū illis substan-
tiam suam ad luxuriam tribuunt, se æterna mendicitate
consumunt. Sed dicit aliquis: ergo despicere debeo pa-
rentes meos? Absit vt nos dicamus quod parētes tuos nō
debeas honorare. Quomodo potest fieri vt parentes præ-
dicemus non amandos, qui inimicos dicimus diligendos?
Ama parentes tuos quantum potes; & si casti sunt &
honesti, honorem illis semper impende, & de facultati
bus tuis aliqua illis pro tui memoria munuscola dereliu-
que. Totū verò quicquid est maius atque vtilius vsque in

A finem ſæculi profuturum pauperibus tribue; vt eleemoſynæ tuæ vſque ad diem iudicij per refrigeria pauperum tranſeant ad Regna cœlorum. Quod minus dederis parentibus tuis, poterunt ſibi ipſi poſtmodum prouidere, poterunt laborare: quod tibi minus pro miſericordia præparaueris, in illo ſæculo nunquam poteris inuenire. Attamen ſi ſunt aliqui parentes pauperes, vt victum aut veſtitum ſufficienter habere non poſſint; mercedem apud Deum habebis, ſi illis, vnde poſſint ſuſtentari tribuis. Venturi enim ſumus ante tribunal æterni iudicis: & ſi bene egimus feliciter audiemus *Venite benedicti, percipite regnum, quia eſuriui & ſitiui*. Et poſt pauca: *Quamdiu feciſtis vni ex minimis iſtis*, ſine dubio pauperibus, *mihi feciſtis*. Non dixit: venite & percipite regnum, quia parentum veſtrorum diuitias veſtris diuitiis cumulaſtis; quia illis vnde luxuriarentur in ſæculo dimiſiſtis. Non hoc vtique dixit; ſed illud quod in Euangelio commemorat, quod & per Prophetam ante prædixerat: *Diſperſit dedit pauperibus*. Attendite quæſo: *Diſperſit*, inquit, *dedit pauperibus*. Nam & diues ille de quo in Euangelio legimus, quod *induebatur purpura & byſſo*, fratres ſuos diuites dereliquit, ſed ille poſtea guttam refrigerij in inferno ardens quæſiuit, & inuenire non potuit. Vos vero, ſanctæ & Deo dignæ animæ, totum ſpiritualiter agite, & cui conſecraſtis animas veſtras, ipſi offerte, immo reddite ſubſtantiam veſtram. Dignum eſt vt à vobis accipiat terrena, qui præparat æterna: Ipſe à vobis accipiat terrenam ſuſtantiam, qui vobis contulit virginitatis coronam. Vos autem illi amplius debitrices eſtis, quibus dedit, vt illum, qui eſt immaculatus agnus, quocunque ierit ſequi poſſitis. Sequitur quidem Chriſtum cætera fidelium multitudo non quocunque ierit, ſed quo vſque potuerint. Pœnitentes enim & coniugatæ poſſunt per alias iuſtitiæ vias ſequi Chriſtum, præterquã cum in virginitatis decore procedit, non enim habent quid faciant vt virgines ſint; vos verò ſanctæ filiæ ſequimini eum tenendo perſeueranter quod vouiſtis ardenter.

Matt. 25. 34.

b d. 40.

B

Pſ. 111. 9

Luc. 16. 19.

C Iterũ atque iterum ſanctæ & Deo dicatæ animæ rogo, & cum omni humilitate ad conſeruanda virginitatis præmia conſilium dare præſumo, vt familiaritatem incongruam à vobis vel à veſtris animis totis viribus repellere laboretis. Longè ſatis, longè ſit peſtis iſta & lues quam inordinata familiaritas iaculatur. Non eſt in hac ſocietate ſecuritas, quæ colliſionem patitur velut à quibuſdam fluctibus turbulentis. In hac familiaritate nõ habitat amica concordia, quæ non niſi diſcordantes inimicitias creat. Nam ad conſeruandam ſanctæ religionis dignitatem, ſingularitas magis quam inordinata familiaritas teſtis ſanctiſſima eſt. Attende, ô anima ſancta, & diligenter intellige quanta mala de inordinata ſocietate naſcantur. Familiaritas enim cuiuſlibet ſi frequens eſſe cœperit, non niſi corruptionem ſeminat, vitia pullulat, cupiditatem concipit, ignominiam parit, rabiem concitat, porrigit furiam, laſciuiam paſcit, petulantiam nutrit, caſus exaltat, ruinas ædificat, ripas erigit, præcipitia aperit,

D periculis nauigat, naufragiis velificat perditione gaudet, interitum fouet, confuſionem meretur, theſaurizat opprobrium, criminationes exaggerat, excuſationes inflammat, & catenatim ſimul in faſcem glomerat numeroſas indagines captionum, ac per infinita dedecora multiplices mortes inuehit in perniciẽ perditorum. Tot & tanta ſunt mala pernicioſæ familiaritatis. Nemo proſternitur, niſi qui ſocietatem vnde periclitari poſſit, aut difficilè, aut certè rarius habere contempſerit. Nam ſi anima ſancta ſecretum ſuum cuſtodire voluerit, & aſſiduæ familiaritatis malum tota animi virtute refugerit; ipſa ſancta ſingularitas munimen illi inuictum eſt ſanctimoniæ, expugnatio fortis infamiæ, fortitudinis firmitas & laſciuiæ petulantis infirmitas, probitatis præſidium & improbitatis excidium, animæ victoria, & corporis præda, libertas gloriarum & captiuitas criminum, pronuba ſanctitatis & repudium turpitudinis, ſinceritatis indicium & abolitio ſcandalorum, exercitium conſcientiæ & coæquatio tota luxuriæ, pax ſecura virtutũ & expugnatio inquieta bellorum, puritatis E culmen & libidinis carcer, honeſtatis portus & ignominiæ naufragabilis portus, virginitatis murus & hoſtis immunditiæ, lorica pudoris & ſpolia probroſitatis, murus incorruptionis, & diſcretio vulgaritatis, integritatis dignitas & fornicationis abdicatio, caſtitatis faſtigium & dedecoris præcipitium, voluntas bonorum operum & afflictio vitiorum, refrigerium pudicitiæ & pœna petulantiæ, acquiſitio triumphorum & facinorum detrimentum, requies ſalutis & perditionis exilium, vita ſpiritus, & carnis interitus, ſtatus qualitatis Angelicæ & funus humanæ ſubſtantiæ. Hæc omnia mala fortiter Deo adiuuante vincentur, & illa quæ diximus bona feliciter acquirentur, ſi ab animabus ſanctis familiaritas inordinata reſpuitur. Attendite quæſo vos, animæ ſanctæ, quia inter omnia certamina, quibus ſemper comes eſt Chriſtiana militia, ſola duriora ſunt prælia caſtitatis, vbi quotidiana pugna eſt & rara victoria. Grauem

F caſtitas fortita eſt inimicum, qui quotidie vincitur & timetur; quotidie, inquam, vincitur, & non deſinit prouocare. Nemo ſecurus vincit, qui ſecum pugnat. Periculoſa nauigatio eſt vbi ſæpè naufragatur, & cum periculo tranſitur in fluctibus, vbi multi merſi ſunt, libidinis. Cupiditas enim cum vincitur non finitur. Caſtitatis dura ſunt prælia, ſed maiora ſunt præmia. Flamma quæ nimium flagrat, cito venit ad cineres: incendium vero corporis, cum illi acquieſcitur, accenditur potiùs quam finitur. Caſtitatis palmam nemo ſecurus accipit; cui quantum durus exitus, tantum glorioſi ſunt fructus. Præmiale ſibi periculum indicit, qui bellum ſuſcipit cum natura. Hoſtis publicus parcit in noctibus, latronis inſidiæ ſolis graſſantur in tenebris: libidinis vero cupiditas & in noctibus prouocat, & in die non parcit, nec regum purpuras metuit, nec pannos pauperum perhorreſcit. Vt ergo caſtitatis præmia & virginitatis coronam feliciter Deo remunerante poſſitis accipere, periculoſam familiaritatem à vobis

G ſemper excludite. Currite fideliter, vt poſſitis feliciter peruenire. Et mei memores eſtote, cum in vobis coronata fuerit immaculata virginitas. Hæc Epiſtola ante tribunal Chriſti me excuſabilem reddet, quia cum vera caritate & perfecta humilitate quod mihi oportebat dicere, & vobis audire, ſuggeſſi. Si quis, quod Deus non patiatur, obedire neglexerit, erit illi in teſtimonium: qui verò libenter acceperit, conuertetur in gaudium non temporale ſed æternum. Vigeatis in Chriſto, ſanctæ ac venerabiles fœminæ.

EIVSDEM SANCTI CÆSARII
Epiſtola hortatoria ad Virginem Deo dedicatam.

O *Profundum diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei! & quis cognouit ſenſum Domini?* Quis enim exiſtimare poteſt in diebus adoleſcentiæ tuæ, ô venerabilis mihi integritate quidem & meritis domina, ſed ordine ac gradibus in Chriſto filia, cum in Cœnobio ſanctarum virginum conſerta choro ſpirituali, ſtudiis & diuinarum Scripturarum eruditionibus intenta, me tunc quaſi partem animæ tuæ diligeres: hominem iuuenem & non magnæ indolis virum, qui per abrupta voluptatum laſciuiamque vagabatur, ac per ærumnoſis anfractibus propter lætitiam ſcilicet temporalis fœlicitatis, in clandeſtino iactu feſtinabat immergi; cuius præterea nomen tantum auditu nouerat, vultũ penitus ignorabat; quod ad hoc nos officiũ diſpenſatio omnipotentis Dei prædeſtinatos haberet, ſcilicet vt nobis familiam ſuam traderet gubernandam, iſto duntaxat ordine, vt tu in officina huius Eccleſiæ miniſtrares ſecundum diuini præcepti oraculum. *Si*, inquit, *ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris*. Velut ſplendiſſima trapezita inter eos qui æterni Regis in ſe impreſſa cuſtodiunt, vt eos quoniam denarium eius contra conſcientiam cum

Rom. 11. 33.

H

Ier. 15. 19.

A claue adulterina sorde commaculant, sagaci discretaque diuisione secernas: quippe quæ non rudis vel neophita hæc sacra dicata ministeria, sed ab ipsis penè cunabulis per annos infantiæ atque adolescentiæ, à iuuentute vsque studiis regularibus exercuisti vitam, in quibus viuendi didicisti normam, & doctrinæ copiam affatim es consecuta. Ego vero qui scientiæ prærogatiuam, præpediente segnitia assecutus non sum, & ab abstinentia quam in te inmisit diuina dignatio procul distare me video & terrenis necessitatibus implicari. Vnde garrulus potius à sapientibus quam rectè aliquid loquens iure reprehendor, sicut etiam ipsius dictionis designat impolita materies. Sed licet stolidus & terreni operis luto fœdatus, prisci tamen amoris recordans, credi non potest, postquam hoc quod nunc habes officium sortita fuisti, qualem de te habeam sollicitudinem vel timorem. Vnde quantam deuotionem habui, vt illud secundum Deum ordinatè susciperes, & absque macula baiulares; tanto acrius time, ne forsitan aut

B diuinus te intuitus, aut humana deprehendat opinio, quod iuata te pateat deprehensioni: nec inueniatur ita te, vt qui reprehendere volunt, dignè lacerare videantur, aut qui imitari appetierint, delinquant: quod ita augustius poteris euitare, si supernum semper iudicium ante cordis oculos ponas.

Audi ergo me, ô dulcissima Virgo Christi, soror ac filia: tu quantumcunque semper in studiis spiritalibus occupari desideras, propter sorores tamen, necessaria aliquando etiam exteriora tibi erunt negotia diriméda. Curandum ergo tibi summopere est, vt sic temporalia quasi pro tépore agas, ac semper tenacius in spiritalibus deuotione & amore inhæreas; vt cum spiritalia citius dispensaueris, ad orationem illico vel lectioné quasi ad matris sinum recurras. Optare quippe debes, vt abiectâ sollicitudine mundi, semper cogites de seruitio Christi,

1.Tim. 2. propter illud: *Nemo militans*, inquit, *Deo implicat se negotiis secularibus.* Cogita sine intermissione, quia huius

C Ecclesiæ es instituta lucerna, non occultanda sub modio, sed super candelabrum posita, vt omnibus qui hanc domum habitant, lumen bonorum operum exempla impertias, propter illud: *In omnibus*, inquit, *temetipsum*

Tit. 2. *præbe exemplum bonorum operum*, Vitaque tua velut pennatum animal ad alta semper per desiderium euolet, per verbum resonet, luceat per exemplum. Cum vero ad annuntiandum verbum Dei te sororibus affectaueris, seu propter vtilitatem animarum, tenoremque regulæ custodiendum necessitas incubuerit altercandi; prius cautâ consideratione pensa, vt quod ore promis, factis impleas; vt quod aliis prædicas, operibus præbeas: scilicet vt in tuis humeris, atque ceruicibus priùs sentias, vtrum grauibus an leuibus oneribus colla sororum onustes: verbi gratia, si ieiunium super quotidianum, vel abstinentiam extra consuetudinariam, nec non, vt assolet, plus solito in synaxi psalmos placuerit decantare. Prior in Ecclesiis inueniaris, postrema exeas: prima suscipias labores, soluas posterior, & in quoti-

D diano corporis alimento atque communi cibo par sis his, cum quibus pari vteris in mensa consessu; vt vt quæ ad vnam sedetis mensam vnum vos parque reficiat alimentum: iisdem & tu quibus & sorores ferculorum saporibus delectare, & æqualia vobis cibaria potionesque exhibeant vel porrigant communes discoferæ vel pincernæ; primatumque tuum, quem prior ad mensam tenes, prima ad virtutem parcimoniæ vindices; vt abstinentiam quam lingua prædicat, proximæ fauces, vel vicinus stomachus sentiat; ne forsitan subditæ audientes tacitis cogitationibus dicant: O quam pulchrè nobis abstinentiam prædicat plenus venter, & contentas nobis iubet esse vilissimis cibis ac poculis, accuratis cibis poculisque delectabilibus refertum guttur & eructans! illa enim de abstinentia prædicatio acceptabilis est, quam lurida ieiuniis ora decantant. Et in his omnibus cæterisque hoc tibi noueris conuenire, vt angusta callis itinera, per quæ socias admones gradiendum, prior ipsa gradiaris; vt omnia quæ agenda

E sunt, antè factis impleas; vt postmodum velut ductilis tuba ex percussione perducta rectius erumpas in vocem, propter illud Dominicum: *Qui* inquit, *scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt*, & reliqua. Inter cætera, cum magna tibi cautela custodiendum est, vt omnes in Monasterio, quarum gubernacula æqualiter tuis imposuisti ceruicibus, æqualiter diligas; neue vnam plus, minus aliam ames: sed cuncta quæ sunt, in quibus possibilitas extat æquo moderamine disponas; parique moderatione dispenses, ac parem eis caritatem impertias, & quibuslibet per priuatum amorem, sed cunctis secundum merita singularum, quæ sunt necessaria largiaris. Non quæ tibi vultu intuituque placuerit, non quam tibi ad oculum cognoueris, vel cuius blandiori fueris obsequiò delinita; sed quam amor Christi & religiosior demonstrauerit vita, præponas. Si quam Dominus substantiolam concessu largiri dignatus in Monasterio fuerit,

Matt.

F cum summa æquitatis linea, æqua omnibus lance, prout cuique opus fuerit, dispensetur; seruatâ tamen senioribus veneratione, his dumtaxat, quæ Ecclesiæ columnæ esse meruerunt. Non sis vestibus ornatior cæteris: exhibe non quæ malitia hominum, sed in his quæ diabolus inuidere potest; vt pro ornatu vestium sis ornatà conuersatione ac moribus; & hæc omnia lectio diuinà condiat. Oportet enim te, vt vereor, propter quasdam, cultrum nonnunquam habere in gutture, cauterium in lingua gestare, virgam tibi & baculum in manus ferre; vt per cultrum desceces vitia, per cauterium verò ad sanitatem secta reducas; per virgæ disciplinam corrigas; per baculum vero disciplinatas sustentes. Si cui vero pro suis debitis, pœnitentiam imposueris, obseruandum; vt cum eam sub fasce à te imposito inclinari incuruari conspexeris, imiteris formicæ solertiam, secundum præceptum sapientissimi Salomonis, & humerum tuum oneri eius spiritali supponas; vt medio eius itinere obuiam oneratas subleues vel sustentes, & sic singulas de

G singulis quibusque negligentiis aut culpis specialibus admoneas & instruas, vt de earum salute à Christo Domino tibi æterna gloria repræsentetur. Si quando verò cum secularibus ad colloquendum fueris euocata, & ire necesse fuerit; prius arma frontem trophæo crucis, vexillo Christi pectus ingemina, vt cum sua virguncula Christus comitari dignetur semper tamen virginali pudore cooperta, memor Beatæ Mariæ, quæ cum Angelo paucissimis collocuta verbis cum Elizabeth, postmodum in carmen & laudes Deis decantando prosiluit. Cumque post hæc ad eos veneris cum tantæ honestatis constantia, nec ipsa vel locutionem præ ponas; vt qui te viderint, Christo Domino gratias agant, qui talem familiæ suæ prouidere dignatus est matrem. Ipsa vero processio tua exterior rationabilis nó minus debet esse, quam rara. Confabulatio vero tua cum eis semper sit mixta grauitate & dulcedine; illa scilicet, quæ de sancto ac puro amore procedit cœrcenda semper sit & verecundiæ intermiscéda, sicut Christi virginem decet. Item vt ne vsquequaque

H tacens, aut superbiæ aut stoltitiæ notam incurras; sed tantum loquaris, quantum opportunitas flagitat rei ac temporis; vt abscedens quisquis ille fuerit, desideret te quam se, vel loquelam tuam audire, quam ornat morum grauitas, affectus dulcedinis & paucitas locutionis; Si quid vero ab eis petitum fuerit; quod præstare deliberes: cum vultu hilari præsta. Si quid verò præstari non conuenit, petitionem eorum honestare saltem sermonis mollifica. Nomen tuum plures nouerint, beneficia tua in quantum præuales plures sentiant: vultum rari cognoscant. Si quando autem tibi pro necessitate Monasterij seorsim cum prouisore fuerit colloquendum; cum duabus vel certè cum tribus electis sororibus facito, aut si negotium secretius superuenerit aliis saltem videntibus loco patulo colloquaris: quia opinio bonæ famæ, sicut etiam perfectæ vitæ custodia tibi necessaria est: & tunc primum despicienda humana detractio, cum Christus in causa est. Si quando verò tale aliquid acciderit faciendum, vt ambiguitate

A constricta, quacunq; ue parte diuertas, quasi syllogismo innexa, in incertum incedas, si feceris, tunc demum ad minus te conuerte periculum, quod faciliùs ad bonum gubernando retorqueas; & non solùm de dubiis, sed omnis tua actio sit propter Deum, sermo de Deo, cogitatio in Deum, & exceptis vitiis, quibus non compassio, sed rectitudo debetur, omnibus te cupio esse compassibilem, omnibus gratam, omnibus piam, omnibus affectuosam, cunctis bonis animatam: quemadmodum Paulus Christi virginem decorauit, vt
.Cor.7. sis *sancta corpore & spiritu*: ipso sponso & Domino tuo mentem tuam regente, & cunctas vias tuas disponente, qui in Trinitate perfecta viuit & regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Opusculum sequens S. Fulgentij eruit ex Codice M.S. Bibliotheca Monasterij quod apud Andes sancti Sergij nomen habet, R. P. Guillelmus Camerarius Congregationis oratorij Domini IESV *Presbyter.*

B

S. FVLGENTII RVSPENSIS Episcopi, responsio ad interrogationes Scarilæ, de Mysterio Incarnationis, & vilium animalculorum Authore.

In hoc libello ad petitionem cuiusdam Scarulæ de Filij Dei Incarnatione, Sanctissimus nomine ac dignitate Fulgentius Ecclesiæ Ruspensis Episcopus suarum disputationum digessit affatus.

C

Domino Sancto ac Beatissimo, & Apostolicis meritis coæquando Patri Fulgentio Episcopo, famulus tuus Scarulæ.

IMPERITORVM *desideria Paternitatis vestræ multũ desiderant peritiam, scriptum est*, Inquire patrem
Deut. 32. 7. tuũ & annunciabit tibi, seniores tuos & docebunt te;& *quia quod intelligere non possumus, sanctitatis tuæ doctrinã nosse desideramus. Dum ad mensam Christiani Ecclesiæ Catholicæ filij tui Euenti, de Dei Incarnatione locutio nasceretur vnus ex nobis hoc de ipsa Incarnatione asseruit, quoniam non Deus pater, sed Deus filius carnẽ induit: & alius dixit, ipse Deus, qui vnus est in tribus, dignatus est carnẽ assumere, vt nostram seruitutem qua per transgressionem patris nostri Adæ obligati detinebamur, ad libertatem perduceret. Et scire cupimus, si ipse Deus pater descenderit & carnem assumpserit? an ipso residente, verbo mandauerit quod carnẽ assumpserit? cùm sciamus quoniam Verbum caro factum est vt ipse*
D *habitaret in nobis, sed inter Verbum, quod Deus est, & Patrẽ, qui Deus est, vna vtrumque descendit ad induendam car-*
Baruch. 3.36. *nẽ Maiestas, quia legimus*, hic est Deus noster, & nõ æstimabitur alius absque illo; post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. *Et cùm istud testimoniũ in medium proferremus, hoc etiam ille è contrario loquutus est: De Filio hoc dixit nõ de Deo Patre, & ego ad præsens loquutus sum, quod simul pariter ignoremus; ad sancti Patris Fulgentij Episcopi, cui Deus tanta virtutis scientiam donare dignatus est, recursum faciamus, qui nostra imperitia per patefactionem diuinarum Scripturarum plano sermone iter ostendat. Vnde me tuis commendans orationibus sanctis, peto per illum qui sanctitatem tuam tantã gratiã munerauit, vt iubeas nos vt bonus pater qua ignoramus imbuere, & de illo fonte, vnde omnes qui sitiunt replentur, infundes. Et finita loquutione, alius è nobis dixit, quod muscas, pulices, & scorpiones, vel si qua fœdiora animalia quæ cymices nuncupantur, Deus non fecerit, sed post deiectionem Angeli illius indigni diaboli, hæc omnia ab ipso diabolo facta sunt: & dum dicere-*
E *mus, quia omnia Deus fecerit, & hæc bona valdè, dixit, quod sanctitatem tuam, & de hoc deberemus consulere, vt ipse de hoc satisfieri iubeas, Si ante transgressionem quando Deus omnia fecit, tunc ista facta sunt, an post transgressionem Adæ. Ora pro nobis Domine Sancte ac Beatissime Pater.*

SANCTI FVLGENTII Episcopi Liber, DE FIDE INCARNATIONIS Filij DEI.

LECTIS litteris quas misisti fili Charissime Scatila, gauisus sum in Domino, & exultauit anima mea in Deo salutari meo, quia induit vos studium salutis, & cordi vestro desiderium iustitiæ clementer infudit, quo verã fidem cognoscere cupiatis; per hanc enim vitæ largitas ad homines venit, quod per Prophetã Deus ipse testatus F
est dicens. *Iustus autem meus ex fide viuit*: fides autem illa Rom. 1. 17.
vera appellanda est, quæ est vera non ficta, quam Sanctus 1. Tim. 1. 5.
commendat Apostolus dicens *finis autẽ præcepti est Charitas de corde puro, & cõscientia bona, & fide non ficta.* Nã Eph. 2. 7.
quia idẽ B. Paulus *gratia nos dicit saluos factos esse per fidẽ, quã non ex nobis, sed Dei asserit donũ*, vtique vera salus non erit, vbi vera fides nõ fuerit; quæ cum diuinitus infunditur, proculdubio gratuitã largitate donatur. Et vbi per veram fidem veritas fuerit credulitatis, veritas vtiq; comitabitur & salutis: Quisquis autẽ à vera fide deuiauerit, veræ salutis gratiã non habebit; proinde torpere non debet fidelis animus ad quærendum si quid in Sacramẽto fidei sibi cernit ambiguũ, maximè in mysterio Dominicæ Incarnationis, per quam iustitia impiis, vita mortuis, salus infirmis, & veræ libertatis est gratia donata captiuis. Scripsisti ergo, vt tuis vtar verbis, quod dum ad mensam Christiani Ecclesiæ Catholicæ filij mei Euenti de Dei Incarnatione locutio nasceretur, vnus ex vobis hoc de G
ipsa Incarnatione asseruit quoniam non Deus Pater carnẽ induit, sed solũ Dei Filius. Et alius dixit, ipse Deus qui vnus est in tribus, dignatus est carnem assumere, vt nostrã seruitutem qua per transgressionem patris nostri Adæ obligati detinebamur, ad libertatem perduceret. Deinde dicitis vos scire cupere, si ipse Deus pater descenderit & carnem assumpserit, an ipso residente, verbo mandauerit quod carnem assumpserit. Dicis nos etiam scire, quoniam * verbo factum est, & vt ipse habitaret in nobis, vbi *Verbum caro.
etiam hæc verba subuertis dicens. Sed inter verbum quod Deus est & patrem qui Deus est, vna vtrumque descenderit ad induendã carnem Majestas, quia legimus,
inquis, *hic Deus noster & non æstimabitur alius absque il-* Baruch. 3 36.
lo: Post hac in terra visus est, & cũ hominibus cõuersatus est.
Adhuc addis & dicis, quod cum istud testimonium in * *Medio
medio proferretis, hoc ille è contrario loquutus est. De filio non dixit, non de patre; & tu ei ad præsens loquutus es, vt quod simul pariter ignoraris ad nos recursum faceretis. Huic interrogationi quam prima pars continet tuarum litterarum, reddenda nunc est à nobis Deo donante H
atque adiuuante responsio. Qua finita, alteri quoque respondere quantũ Deus donauerit non pigebit. Principaliter itaque scire debet omnis Catholicus Christianus vnum esse Deum S. Trinitatem, id est, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum: Ipsam vero Trinitatem quæ vnus est Deus, vnam quidem esse naturam, non tamen vnam esse personam. Quia & quod dicitur vnus Deus esse Trinitas, verum est; vnus Deus est enim Trinitas, quia non aliam naturam habet Pater, & aliam Filius & aliam Spiritus S. sed vna natura est ipsa Trinitas Deus; nec tamen vna persona est Pater, & Filius, & Spiritus S. sed persona Patris solius Patris est, & persona Filij solius Filij est, & persona Spiritus sancti solius Spiritus sancti est. Personaliter ergo qui est Pater non est ipse Filius, & qui Filius est non est ipse Spiritus sanctus. Quod vero naturaliter est Pater hoc est Filius, hoc est Spiritus S. quia naturaliter ipsa Trinitas vnus est Deus: vbi major minorque non dicitur, quia nec prior alius alio, nec poste-

A tior inuenitur. Ibi Æternitas atque Immensitas tanta est vniuscuiusque personæ, quanta trium naturaliter personarum. Solus tamen Pater est qui Filium genuit; Solus est Filius qui de Patre natus; solus est etiam Spiritus sanctus qui nec natus est de Patre, nec Filium genuit, sed à Patre Filioq; processit. Pater ergo solius est Pater Filij, & Filius est solius Filius Patris. Sanctus autem Spiritus non Patris solius, nec Filij solius, sed simul Patris & Filij vnus & communis est. In hac itaque Trinitate sunt quædam singulorum personarum propria. Quæ si tamen propriis personæ monstrantur, sed non separantur; quarum natura, vt cum inseparabiles sint, confundi non possit, sed ad hoc in singulis personis singula maneant, vt & naturalem vnitatem veræ Trinitatis & personalem Trinitatem veræ vnitatis ostendat. Proprium est ergo solius Patris, quod non est natus ipse, sed genuit; propriũ est & Filij quod non genuit ipse, sed natus est; proprium vero est & Spiritus S. quod nec genuit ipse nec natus

B est, sed de genitore genitoque procedit. Sicut est autem sine initio æterna generatio Patris & sine initio æterna natiuitas Filij; sic naturaliter sine initio est æterna processio Spiritus S. De Dei enim Patris æternitate quæ sine initio manet, talis est vtique natiuitas Filij, & processio Spiritus S. vt & illa natiuitas & illa processio coæterna sit illi origini, in qua initium nullatenus potuit inueniri. Quoniam ergo hoc in se habet naturalis illa vnitas Trinitas, vt natum esse soli sit proprium Filio, ille qui solus in se habet veram natiuitatem humanitatis ex virgine; huius etenim fuit secundum carnem veram habere naturaliter matrem, qui secundum diuinitatem verum habet naturaliter Patrem. Proinde qui est de æterno Patre sine initio genitus, ipse est de temporali matre temporaliter natus: Et idcirco non solum in diuinitate, verum etiam in carne veraciter vnigenitus Dei Filius dicitur, qui & secundùm diuinitatem, & secundùm carnem solus genitus inuenitur. Solius itaque vnigeniti Dei propria est vtraque natiuitas, vna scilicet ex veri-

C tate naturæ diuinæ, altera vero ex gratia humanitatis assumptæ. Propter quod Euangelista Ioannes vnigenitum à Patre asserit plenum gratiæ & veritatis. Proinde cauenda est illa mortifera, & omnimodis diabolica blasphemia, qua creditur vel dicitur simul ipsa Trinitas carnẽ assumpsisse, quod Catholica fides non recipit, sed nequitia Sabelliani erroris inuenit. Sabellius quippe qui Patrem & Filium & Spiritum sanctum non tres deos, sed vnum Deum verum prædicari cognouit sic audiuit quod verum est, vt sibi generaret ipse quod falsum est. Denique quia sic vnã Patris & Filij & Spiritus sancti cognouit esse naturam vt eiusdem naturæ vnam non dubitaret prædicare personã, ad hoc est insania sui præcipitatus erroris, vt ipsum Patrem natum de virgine assereret. Necessario autem consequens fuit, vt cui dabat veritatem humanæ natiuitatis, ipsi deputaret veritatẽ passionis & mortis, vnde sectatores eiusdem Sabellij non solum Sabellianos, sed etiam Patripassianos Ecclesia Catholica nominauit, & vinculo anathematis cum suo auctore dãnauit. Absit

D igitur à fidelibus ista peruersitas; nec quemquam redemptum sanguine vnigeniti Filij sui permittat Deus istu mortifero sensu perfidiæ profanari: Magnæ quippe impietatis est si aliquis in Patre & Filio & Spiritu sancto, aut propter vnam naturam velit vnam prædicari personam: aut propter tres personas, tres asserat & naturas. Quandoquidem ille qui vnam personam Patris & Filij & Spiritus sancti asserit, laqueo Sabelliani erroris innectitur; qui vero tres naturas Patris & Filij & Spiritus sancti esse confirmat, Arrianæ perfidiæ nexibus obligatur. Et quamuis vtriusq; infidelitatis diuisa videatur assertio, vna tamẽ est impietatis vtriusque damnatio. Impiè namque personarum proprietas propter vnitatem naturæ confunditur, impiè nihilominus naturalis vnitas propter personas ipsas separatur. Vnum habet Pater verum naturaliter Filium, & de se sine initio, & de virgine temporaliter natum. Ipsum misit in mundum vt saluaretur mundus per ipsum. Quod

Ioan. 3. 16. idem Filius ostendens ait. *Sic enim Deus dilexit mundum vt Filiũ suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum*

E *non pereat, sed habeat vitam ætern. Non enim misit Deus Filium suum in mundum vt iudicet, vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum non iudicatur, qui autem non credit iam iudicatus est, quia non dit in nomine vnigeniti Filij Dei.* Ecce isto loco ipse Saluator noster, tertio se Filium dicit, & secundo vnigenitũ nominauit, & se à Patre, vt mundũ saluaret, missum esse seruit; Cùm vtiq; si simul ipsa Trinitas in carne venit, nõ se Filius missũ à Patre dixisset, sed mentiri non potest Christus; sine dubio personaliter alter misit, & alter missus; Misit autẽ verus Pater veritatem quã genuit; Misit Sapientiã in qua omnia fecit, misit Verbum quod corporauit. Proinde in * alla missione non est localiter æstimandus aduentus, tanquã Filius Dei de Cœlo fuerit missus ad terras, vt aut in terra non fuerit prius quam carne acciperet, aut cœlum deseruerit, quando carnem pro nostra salute suscepit; Cum itaque ipse sit Sapientia Dei de qua dictum est, *Attingit à fine vsque ad finem fortiter, disponit omnia*

Sap. 8. 1. * illa

F *suauiter*; Diuinitas illa quæ naturaliter v. est Patris & Filij, & Spiritus S. sic non est localiter, sicut non est tẽporaliter. Sic loco non concluditur, sicut nec tẽpore variatur. Illa diuinitas quæ naturaliter immens.* & æterna, nec cœpit initio, nec concluditur loco: sed ipse vnus Deus Pater & Filius, & Spiritus S. totum implet, totum continet. Sic totus in singulis, sic totus in cunctis, sic totus in paruis; sic totus in maximis creaturis ita per naturam, non ita per gratiam, ita dum hominem creat, non ita dum saluat, ita dum facit, non ita dum reficit, ita dum solem istum facit oriri super bonos & malos, non ita dum sol iustitiæ illis oritur, quibus vitam non carnis, sed cordis, donũ misericordiæ præueniente * infunditur? Non enim sicut cunctorum nasci per naturam, sic cunctorum est renasci per gratiam. Quoniam ergo Pater & Filius & Spiritus sanctus naturaliter vnus est Deus, æternus & immensus, nihil in cœlo, nil in terra, nil supra cœlum, nil in qualibet natura quã fecit non factus Deus, vbi deesse possit idem vnus Deus, Pater & Filius, & Spiritus

* est

* infundit.

G sanctus; in quo sicut nulla est mutabilitas temporum, sic nulla est capacitas & locorum. Quod Salomon in dedicatione dixisse veraciter inuenitur his verbis. *Si enim cælum & cæli cælorũ te capere nõ possunt, quanto magis domus hæc quam ædificaui?* Deus itaque ineffabilis & omnino mirabilis, ineffabiliter ac mirabiliter ipsa suæ immensitate naturæ; & est totus in singulis, & non concluditur vniuersis. Ita solus Pater, ita solus Filius, ita Spiritus sanctus solus: Ita simul Trinitas vnus Deus Pater & Filius, & Spiritus sanctus, quia nec solus Pater, sine Filio, aut Spiritu sancto, nec solus Spiritus sanctus, sine Patre, vel Filio. Proinde sollicitè cogitandum est, quomodo Filius in mundum mitti potuit, qui mũdo deesse non potuit, aut quomodo in mundum venit, vnde nunquam recedit, cum vtique cui naturale est totusq; implere, nec recedere possit aliquatenus, nec venire: Natura quippe illa diuinitatis immensæ, nec extenditur vt impleat quod antea vacuum erat, nec contrahitur, vt euacuet quod prius impleuerat. Talis autem est virtus creatoris, talisque conditio totius creaturæ, vt quemadmodum, nisi ille conderet nul-

3. Reg. 8. 27.

H la substantia possit existere. Ita nisi ille contineat, nulla possit substantia permanere. Proinde quia secundum diuinitatem Deus de loco non transit ad locum, hoc habet veritas fidei Christianæ, vt in eo Filius Dei credatur in mundum venisse in quo serui formam cognoscitur accepisse. Dei enim Filius tunc in mundũ venit, quando salua æqualitate Paternæ naturæ, particeps fieri dignatus est maternæ substantiæ, quando factus est salua sua diuinitate homo, salua sua æternitate tẽporalis, salua sua immensitate localis, salua sua incommutabilitate mutabilis, salua sua immortalitate mortalis. Non autem aduentus Filij Dei vno eodemque modo semper accipitur; Aliter namque venit mittente Patre, aliter dignatur venire cũ Patre, Etenim cum Patre venire dignatur æqualis, à Patre autem missus venit minoratus paulominus ab angelis, Missus à Patre semel venisse cognoscitur; Cum Patre autem innumerabiliter venire dignatur. Neque enim modum aut numerũ veniendi posuit, quando ait *Si quis diligit me*

A
Ioan. 14. 23.
sermonem meũ seruabit, & Pater meus diliget eum & ad eũ veniemus & mansionẽ apud eum faciemus. Proinde ille aduentus quo solus Filius à Patre semel venit in mundum, non solis est bonis exhibitus, sed & malis, Aliis vt crederent, aliis vt crucifigerent, aliis vt liberari à peccato possent, aliis vt excusationem de peccato suo habere non possent. Credentes enim à peccato liberatos ostendit Apostolus dicens.
Ad Roman. 6. 22.
Nunc autem à peccato liberati, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. Incredulos vero peccati sui excusationem habere non posse Saluator ipse monstrauit, dicens.
Ioan. 15. 22.
Si non venissem & locutus eis non fuissem peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Neque enim haberent peccatum Iudæi incredulitatis si non eis exhiberetur præsentia Saluatoris. Aduentus ergo ille quo à Patre semel in mundum missus est Filius, fuit in ruinam, & in resurrectionem multorum. Ille autem quo cum Patre venit, ad resurrectionem tantum pertinet multorum, quia charitas eum meretur, quæ operit multitudinem peccatorum.
B
Isto aduentu quo à Patre missus est Filius, semel in plenitudine temporum venit; illo autem quo cum Patre venire consueuit, ab initio vsque ad finem mundi, quibus oportuit, & oportet, nec destitit venire, nec desinit. Inde est quod priusquam veniret in carne, aduentum eius prophetæ poscebant dicentes, *Excita potentiam tuam & veni vt liberes nos.* Qui vtique futurum Filij Dei aduentum nullatenus poscerent, sed si eiusdem venientis, & manentis in se gratiam non haberent. Istum Filij Dei Patris aduentum a se omnino repellunt, qui æqualitatem Patris, Filijque non credunt. Apud suum quippe dilectorem, vnam venientes faciunt mansionem. Non autem potest eorum esse vna mansio, si fuerit diuersa dilectio. Si autem inæquales sunt, necesse est vt inæqualiter diligantur. Inæqualibus verò non potest vna in corde simplici mansio præparari. Admonet autem nos scriptura dicens.
Sap. 1. 1.
C
Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum. Quomodo ergo Deus quæritur simplicitate cordis, quando Deo Patri, & Deo Filio, exhibetur diuersitas dilectionis; aut quomodo simplex est homini erga Deum charitas, si in ipsa diuinitate putatur esse diuersitas? Illa vtique diuinitas simplici corde diligitur, quæ simplex esse naturaliter creditur: Vbi autem diuersa diuinitas colitur non simplicitas cordis, sed duplicitas exhibetur. Fides ergo est ibi non vera sed ficta,
Sap. 1. 5.
Sanctus autem Spiritus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu. Duplex autem cor esse conuincitur si quando aliquid non vnam diuinitatem esse colendam, à fidelibus putat; aut quando non eandem naturam filij, quam Patris existimat. Quod si quis proximo bonitatem sermonibus fingens, & corde malitiam gerens, duplex corde dicitur, quomodo ille, qui sub figmento veritatis, falsa de Deo, vel credit, vel dicit, duplicis cordis crimine non tenetur? Quod enim naturaliter vnum est in illa summa diuinitate diuidere, & Deum minorem ac maiorem fingere, certissimum est ad nequitiam cordis duplicis pertinere.
D
Eccl. 2. 14.
Sancta autem scriptura dicit. *Væ duplici corde & labiis sceleratis, & manibus male facientibus & peccatori terram ingredienti duabus viis.* Et quia diuersam putare diuinitatem Patris & Filij non est Deo credere. Quia ille vere vnum Deum colit, qui alium omnino non colit, & ille vni Deo credit, qui alium Deum esse non credit, idem sequitur eadem scriptura dicens.
Eccl. 2. 15.
Væ qui non credunt Deo quia non proteguntur ab eo. Inde est quod etiam Saluator noster, vnam diuinitatem dominationemque commendans ait.
Matt. 6. 24.
Ps. 99. 3.
Nemo potest duobus dominis seruire. Legimus autem *quia Dominus ipse est Deus.* Vnde certum est vera Fide, charitatéque sincera, nec dominis quemquam posse seruire, nec diis. Vnus est enim Deus deorum, & Dominus dominorum. Qui propterea solus est colendus, quia solus est naturaliter. Verus dominus Deus, qui est Trinitas, Pater & Filius & Spiritus sanctus. Nos itaque, vt Deum in simplicitate cordis quæramus, diuersitatẽ diuinitatis in Patre & Filio nec corde credamus. Sed vt possit in nobis vera cordis manere simplicitas, illa in nobis maneat fides, qua sanctæ Trinitatis vna creditur ac prædicatur sine diuersitate diuinitas.
E
Sic in nobis Pater & Filius & Spiritus sanctus venientes manere dignantur. Vnus est, apud dilectorem suum, sanctæ Trinitatis aduentus, * quod Deus inuisibilis inuisibiliter venit, & mansionem inuisibiliter facit. Manendo autem apud dilectorem suum, ipsa multiplicat dilectionem, quapropter facit in homine mansionem. Ob hoc quippe venit quia diligitur, hoc autem veniens facit vt amplius diligatur. Hæc ideo dixi, vt noueritis, qualis fuit aduentus Filij, quando missus est à Patre, & qualis sit aduentus Filij, quando dignatur venire cum Patre, quia sicut in illo aduentu homo factus, Patre minor agnoscitur, sic in isto aduentu æqualis Patri Deus permanens inuenitur. Dicitur autẽ & Spiritus sanctus venire cum sit etiam cum Patre & Filio, vnus Deus, æternus naturaliter & immensus; sine quo vtique, nec Pater potest venire, nec Filius; * Illa enim post Patrem Filiumque cognoscitur diligere, qui charitatem habet in corde.

* quo

* forsã. Ille

F
Charitas autem Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Pater ergo & Filius ad dilectorem suum, sine Spiritu sancto nullatenus veniunt, quia vt veniant, charitatem qua diliguntur dono sancti Spiritus largiuntur. Inuisibiliter itaque communis semper aduentus est Patris & Filij & Spiritus sancti, non transeundo de loco ad locum; sed in eo quod ipsa Trinitas vnus Deus dignatur gratiam charitatis, vel donare quam augeat, vel augere quam donat. Alio autem modo venit Filius, quando pro nobis homo factus est, vnigenitus Deus. Ille vtique qui in persona propria diuinitatis suæ, non accepit personam hominis, sed naturam. Scimus etiam Spiritum sanctum visibiliter in columbæ specie aduenisse, lõge vtique alio modo, id est nec illo, quo Pater & Filius ad dilectorem suum, non sine Spiritu sancto veniunt, nec isto quo solus Filius in mundum venit, secundum quod naturam nostram mirabiliter ac singulariter in persona suæ diuinitatis accepit.
G
Non enim sicut formam serui accepit Filius, ita formam columbæ accepit Spiritus sanctus. Nec sicut factus est Filius in similitudinem Filiorum hominum, ita factus est Spiritus sanctus in similitudinem columbarum. Venit ergo Spiritus sanctus specie columbæ, non vtique columbam in vnitate personæ accipiens. Neque enim sic per Spiritum sanctum redimi debuit natura columbarum, sicut per Filium natura redempta est hominum. Hanc enim in vnitatem personæ suæ suscepit Filius, quam erat sine dubio redempturus. Et quoniam à Dei Filio humanitas sua nunquam seiungitur, propterea in cælo & in terra omnibus angelis, omnibusque hominibus dominatur. Secundum naturam quippe humanam,
Phil. 2. 8.
humiliauit se factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Secundùm quam naturam *eum Deus exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen vt in nomine Iesu omne genu flectatur, & omnis lingua cõfiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.* Veniente ergo plenitudine temporis,
Gal. 4. 4.
H
misit Deus Filium suum natum ex muliere, factum sub lege. Cur autem hoc fuit factum, Apostolus subsequenter ostendens ait, *Vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.* Suscepta est itaque à Dei Filio humana natura. Ideo autem Deus vnigenitus factus est homo, vt nobis per eum diuina donaretur adoptio, vt quia ille homo Deus verus est, naturali veritate diuinitatis suæ, nos quoque, in eo quod fratres eius essemus, Filij Dei, non nostro merito, sed eius gratia fieremus. Sanctus autem Spiritus veniens in specie columbæ, non columba factus est, sicut Filius factus est homo, sed per columbæ speciem, donandam nobis ostendit suo munere charitatem.
Rom. 5. 5.
Charitas enim Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctũ qui datus est nobis. Apparuit autem postmodum & in igneis linguis, sed etiam hoc ad significationem fecit, ipsius, quam nobis largitus est, charitatis. Nam
1. Tim. 1. 5.
Gal. 5. 6.
quia finis præcepti est charitas de corde puro, & cõsciẽtia bona, & fide non ficta, & in Christo Iesu *neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per charitatem operatur.* Ipsa est illa simpli-

citas

A citas cordis quæ significata est in columba, quia debemus id quod corde credimus ad iustitiam, ore confiteri fiducialiter ad salutem. Columba itaque simplicitatem ostendit fidei & charitatis, vt recte credamus in Deum, & per Deum diligamus & proximũ. Lingua quoque ignea significat confessionem veræ credulitatis, & ammonitionẽ sanctæ charitatis. Illa ergo columba in cuius specie super Christum baptizatum venit Spiritus S. ad aliquid significandum facta est, & continuò resoluta. Solus enim Filius humanã carnem animamque suscepit. Ad ipsum solum enim naturaliter diuina natiuitas pertinebat. Et qui solus natus est de Patre, solus nasci potuit & de virgine. Qui nisi homo ex homine fieret, naturæ nostræ particeps non fuisset. Ideo ergo factum est, vt veram carnẽ acciperet de carne virginis, vt cum illo nobis vera maneret communio naturalis. Quomodo enim vel antiquos patres, vel cuiusquam temporis homines, in consortium suæ diuinitatis asciſset, si cum eis naturale B carnis consortium non haberet? Filius ergo Dei non solum non homo, sed etiam ex hominibus dignatus est fieri. Inde est quod ait Apostolus de Christo. (Hebr. 2. 16.) *Non enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus similari, vt misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi. In eo enim quod passus est ipse, & tentatus, potens est eis, qui tentantur auxiliari. Vnde fratres sancti vocationis cœlestis participes, considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ* Iesvm, *qui fidelis est ei qui fecit illum.* Hine est quod alio loco rursus eiusdem Epistolæ dicit. (Cap. 5. 1.) *Omnis enim Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis.* Talis autem erat iste Pontifex, vt ad reconciliationem humani generis semetipsum pro nobis offerret oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Inde est quod cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius. Vt autem Beatus Apostolus ostenderet Christum Dei Filium ex illo vno hoC mine traxisse originem carnis, ex quo omnes homines propaganit vnitas naturalis, propterea dicit alio loco. (Heb. 2. 11.) *Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur ex vno omnes, propter quam causam non confunditur fratres vocare dicẽs, nunciabo nomen tuum fratribus meis.* Ille autem hoc de nobis dicit, qui secundum carnem pro nobis est, & natus, & passus. Immo qui sic naturæ nostræ factus est particeps, vt ex illo vno fieret ex quo omnes facti sumus, ex illo vno carnis originem duceret, ex quo cuncti originem ducimus. Quod si Trinitas pro nobis susciperet carnem, quoniam illi, qui incarnatus est, per consortium carnis, fratres facti sumus, iam non solum Filij Dei Patris, sed etiam fratres totius Trinitatis essemus; & quem habemus in cœlis Patrem, ipsum nobis humana natiuitas fecisset & fratrem. Magnæ absurditatis est illum ex tempore genitum suspicari, cui ex æternitate non natum esse, sed genuisse sit proprium. Hoc itaque conuenit veræ fidei, neque Patrem, neq. Spiritum, sed Filium, sicut solum natum de Deo Patre, sic D solum natum de Maria Virgine confiteri. Quoniam ergo solus Filius Deus carnem suscepit, ideo nos Dei Filios fecit, & liberatos à seruitute peccati, veræ reddidit libertati. Et quia solus est de virgine natus, ideo solus pro nobis est traditus testante Apostolo. (Rom. 8. 32.) *Quia Deus Filio suo proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Nam & de ipso Filio dicit. (Gal. 2. 20.) *Quod autem nunc viuo in carne, in carne viuo Filij Dei, qui dilexit me & tradidit semetipsum pro me.* Alio quoque ait. (Gal. 1. 2.) *Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino* Iesv Christo, *qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti sæculo nequam, secundum voluntatem Dei Patris nostri, cui est gloria in sæcula sæculorum.* Sicut ergo tradidit Pater Filium, ita semetipsum tradidit Filius. Et sicut seipsum Filius dedit, sic eum etiam Pater dedit, dicente Filio. (Ioan. 3. 16.) *Sic enim dilexit Deus mundum, vt Filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.* His itaque omnibus cognitis quibus euidenter ostenditur, solum Filium pro nostra

E salute carnem suscepisse, solumque pro peccatis nostris traditum, & passionis ac mortis pertulisse supplicium; Absit vt quisquam fidelium dicat Deum Patrem, aut de Virgine natum, aut pro nobis traditum. Ista enim solius sunt Filij, qui sicut pro nobis temporaliter dignatus est nasci, ita temporaliter mori. Si quis autem Deo Patri susceptionem carnis assignat, illud præcipuè attendat in Euangelio, quis Deus qui carnem induit, frequentissimè seipsum non solum filium hominis, sed etiam Dei Filium nominauit. Ipse quippe cæco nato quem illuminauerat dixit. (Ioan 9. 35.) *Tu credis in Filium Dei, respondit ille, & dixit. Quis est Domine vt credam in eum; Et dixit ei* Iesvs. *Et vidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est. At ille ait, Credo Domine. Et procidens adorauit eum.* Iudæis quoque sic ait. (Ioan 10. 34) *Nonne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi dij estis? Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura, quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, dicitis, blasphemas, quia dixi Filius Dei sum.* Alio quoque loco simul se & Filium hoF minis, & Dei Filium nuncupauit dicens. (Ioan. 3. 14.) *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita oportet exaltari filium hominis, vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam.* Vbi continuo illud quod in hoc opere à nobis ita positum est, ipse de se Saluator adiunxit, in quo se Dei Filium nominauit dicens. *Sic enim dilexit Deus mundum vt Filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit Deus Filium vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum non iudicabitur. Qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti Filij Dei.* Nam & cum seipse Filium hominis nominaret, dicens Discipulis suis, (Matt. 16. 13.) *quem dicunt homines esse Filium hominis?* Et audita hominum opinione multimoda, illorum scilicet, qui sibi de ipsa veritate mortiferum fingebant pro sua voluntate mendacium, dixisset. *Vos autem quem me esse dicitis?* Quia respondens Petrus ait, *Tu es Christus Filius Dei viui*, propterea beaG tus meruit appellari, Sic ipso Domino respondente, *Beatus es Simon Bar-Iona quia caro & sanguis non reuelauit tibi sed Pater meus qui est in cœlis.* Inde est quod etiam post resurrectionem ad Patrem suum se ascensurum hoc sermone testatur. (Ioan. 20. 17.) *Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum Deum meum, & Deum vestrũ.* Si ergo Deus qui carnem induit, ipse esse Deus Pater asseritur, necesse est, vt & ipsius Patris Pater esse alius asseratur. Ac per hoc & Deus Pater habuit Patrem, cui dicitur, Pater clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te. Et ex hoc sensu sacrilego, & blasphemiis pleno, etiam in illud reciditur, vt iam non vnus Pater æstimetur esse, sed duo. Idem vnus Pater Filij quem veritas nouit, & alter Pater Patris quem vanitas fingit. Et vbi est quod vnum Deum Patrem profitetur Apostolus dicens. (1 Cor. 8. 6.) *Nobis autem Pater vnus Deus, ex quo omnia, & nos in ipso.* Et alio loco, (Eph 4. 6.) *vnus Deus & Pater omnium qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.* Cum quo licet Filius naturaliter vnus sit Deus, Tamen secundùm personas alter est Pater, alter H est Filius, alter est Spiritus sanctus. Quas personas ostendit euidenter beatus Ioannes dicens, (1. Ioan 5. 1.) *Qui diligit genitorem, diligit eum qui natus est ex eo.* Item dicit. (Ioan. 1. 1.) *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum hoc erat in principio apud Deum*, & paulo post, vt à solo verbo carnem acceptam esse monstraret ait. *Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Deus ergo Verbum factum est caro non Deus, apud quem erat Verbum, quia vnigenitus, qui est in sinu Patris, secundùm quod caro est, plenus est gratiæ, & secundum quod Verbum est, plenum est veritatis Ipse vnus Verbum caro factum quod habitauit in nobis, de ipso etiam dicit Propheta, (Baruc 3. 36.) *hic Deus noster, & non æstimabitur alius ad eum qui adinuenit omnem viam disciplinæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Hoc testimonium de solo Filio dictum vera fides accepit. Ipse est enim secundum carnem in terris visus, & cum hominibus conuersatus. Vnde Sanctus Euangelista Matthæus Prophetico

A Matt. 17. 22. omnino congruens sermoni, IESVM dicit cum Discipulis conuersatum. Sic enim ait, *conuersantibus autem eis in Galilaam, dixit illis* IESVS, *Filius hominis tradendus est in manus hominum, & occideant eū, & tertia die resurget.* Ideo ergo venerat vt occideretur pro nobis Quomodo autem occideretur, si non traderetur; Aut quomodo traderetur, si non teneretur; Quomodo vero teneretur, si cum hominibus non conuersaretur? vel quomodo cum hominibus conuersaretur, si in terris non videretur? Quomodo autem videretur, si non nasceretur? Quomodo autem nasceretur, si non caro de carne conciperetur? Si autem omnia hæc non fierent consilium Domini, quod manet in æternum, nullatenus impleretur. Illo autem vacante consilio, nulla nobis peccatoribus salutis gratia conferretur. Et quomodo esset in eo verum nomen, quo dictus est IESVS; hic enim interpretatur Saluator, propter quod Angelus dicens ad Ioseph, quod paritura esset Maria Filiū Dei, etiā hoc adiunxit. *Et vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suū à peccatis*

B Matt. 1. 21. Luc. 1. 31. *eorum.* Ad ipsam vero Mariā sic locutus est Angelus, *Ecce concipies in vtero, & paries Filiū, & vocabis nomen eius Iesu, Hic erit magnus & Filius Altissimi vocabitur.* Non igitur Deus Pater est de Virgine natus quandoquidem ille, quem Virgo peperit, Filius est Altissimi nuncupatus. Ergo quoniā vnus est Pater, & vnus est Filius, & vnus est Spiritus S. propterea ille qui naturaliter est Altissimi Filius, de Patris æterna Diuinitate, idem Filius Altissimi, secundum veram fidem, vocatur ex Virgine. Nec te moueat quod de solo Filio loquens Propheta dixit, *hic Deus noster, & non*

Baruch, 3. 36. *æstimabitur alius ad eum.* Nec ex hoc quod dixit, alium non æstimari ad eum, quisquam existimet, in persona eundem Patrem esse quem Filium. Beatus Ieremias Sancto Spiritu plenus, hic Deus noster, ait, & non æstimabitur alius ad eum, vt in eo quod prius dixit, hic Deus, in hoc cognosceremus non æstimari alium ad eum, quia non est Deus alius absque illo. Naturaliter enim sic non est alius Deus absque Spiritu Sancto, quia nō est alius Deus

C Pater, & alius Deus Filius, & alius Deus Spiritus Sanctus, sed vnus Deus est Pater & Filius, & Spiritus Sanctus, & absq; hoc Deo nostro, non est alius Deus. Proinde ita Deus noster est Pater, vt non æstimetur alius ad eum; Ita Deus noster est etiam Filius, vt non æstimetur alius ad eum; Nihilominus ita Deus noster est etiam Spiritus Sanctus, vt non æstimetur alius ad eum; quia absque hoc vno Deo

Psal. 17. 32. non est alius Deus. De quo dicit Dauid, *Quis Deus præter Dominum, aut quis Deus præter Deū nostrum;* Et ipse Deus

Deut. 32. 39. Iac. 2. 19. dicit *Videte quoniam ego sum Deus, & non est alius præter me* De hoc & Beatus Iacobus ait. *Tu credis quia vnus est Deus, bene facis & dæmones credunt, & contremiscunt* Naturaliter ergo alius Deus non æstimatur ad Filiū, quia alius Deus non æstimatur ad Patrem, nec alius Deus æstimatur ad Spiritum Sanctum. In personis vero alius est Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus, nec ipse Pater qui Filius, nec ipse Spiritus Sanctus qui Pater aut Filius, sed idem Deus vnus, Pater & Filius & Spiritus Sanctus. Ostendit autem ipse Filius & Patrem alium in persona,

D Ioan. 5. 32. & Spiritum Sanctum dicens, *alius est qui testimonium perhibet de me, & scio quia verū est testimoniū eius, quod testatur de me.* Et ne de Ioanne hoc dictum quispiam putaret paulo

Ioan. 14. 15. post ait, *ego autem habeo testimonium maius Ioanne. Opera enim quæ dedit mihi Pater vt perficiā ea, ipsa opera quæ ego facio testimoniū perhibent de me, quia Pater me misit. Et qui me misit Pater ipse testimonium perhibet de me.* Spiritum quoq; Sanctum personaliter aliū ostendit dicens *Si diligitis me, mandata mea seruate, & ego rogabo Patrem, & alium Paraclitū dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum Spiritū veritatis*, de quo etiam alio loco dicit. *Cum venerit*

Ioan. 15. 16. *Paraclitus quem ego mittam vobis a Patre Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.* Maiestas autē Patris & Filij vna est, quæ de cœlo non descendit ad locum. Summa quippe ac vera diuinitas de loco ad locum transire non potest quia semper vbique tota est. Eadem quippe Trinitatis est vna Maiestas, quæ naturaliter vna est immensis Diuinitas. Sed vt superius dixi, sic est Trinitatis vna natura, vt non sit vna persona. Proinde

E Filius manente immensitate Maiestatis suæ, quam habet cum Patre & Spiritu Sancto communē, solus humanā naturam in vnitate personæ suæ accepit: Cui propterea non est cum Patre & Spiritu Sancto communio susceptæ carnis, quia Patri & Filio & Spiritui Sancto non est persona communis. Illam itaque serui formam tota Trinitas fecit, quam tamen in personam suam Filius solus accepit. Ipse enim solus est Verbum, & Euangelista veraciter dicit, Verbum caro factum est, cui tamen vt caro fieret non aliquo alio Verbo mandauit Pater, vnum enim Verbum habet Pater, per quod omnia fecit & facit, per quod omnia dixit, & dicit: Hoc Verbum à Patre missum est, quando Verbum caro factum est. Sed vt mitteretur non ei aliquibus transeuntibus verbis locutus est Pater; Æternum quippe Verbum de Patre natum, hoc est æternum à Patre mandatum, quia æterna Filij generatio, ipsa est Patris æterna locutio, hoc Verbum tunc ab vnoquoque auditur, quando veritas Diuinitatis atque Incarnationis

F agnoscitur. Nam sicut vnusquisque homo Verbum habet in corde, dum cogitat: quod Verbum foras non educitur, nisi voce corporea vestiatur, quia per vocem acceptam, potest in aliorum venire notitiam. Cum vero illud Verbum voce loquentis ostenditur, nullatenus de cordis intimo separatur, sed hoc mirabiliter fit vt & totum ad alios corporea locutione perueniat, & totum spiritualiter in corde loquentis permaneat. Sic etiam Verbum Dei Patris natum de Patre, permansit in Patre. Quod à nobis nullatenus agnosceretur, nisi carnis substantia tanquam voce corporea vestiretur. Ita totum ad nos Verbum, quando Verbum caro factum est, venit, totum apud Patrem spirituale permansit. Æquale Patri de quo semper est natum, & vt à nobis percipi posset carnis acceptæ gratia immoratū. Ac per hoc de domino Dominus, in forma Dei Dominus mansit, & vt ad seruos veniret, de ancilla veritatem formæ seruilis accepit. Sed huius formæ seruilis acceptæ mysterium quidam minus intelligentes; cum à nobis audiūt vnam prædicari Sanctæ

G Trinitatis essentiā, vel negant, vel dubitant potuisse fieri, vt Filius, qui secundum Diuinitatem à Patre, & Spiritu sancto inseparabilis prædicatur à nobis, & solus pro nobis veritatem formæ seruilis acciperet, & nihilominus cum Patre & Spiritu sancto inseparabilis permaneret. Sed illis hoc videretur sine dubio impossibile, qui inuisibilia Dei per ea quę facta sūt, quia non intelligunt, nō conspiciunt. Qui si communem naturæ humanæ vsum attenderent, etiam in illo magno pietatis Sacramento rectas intelligentiæ lineas inuenirent. Quoniam igitur vna est vera Diuinitas quæ in seipsa tres habet inseparabiles omnino personas, propter quod ipsa Trinitas vnus est Deus, & increaturis nulla natura in tribus personis inseparabilis inuenitur, attendamus quid agatur in vnoquoque homine, in quo non tres personas in vna natura; sed duas naturas inuenimus in vna persona. Deus quippe mirabili virtutis opere, ex duabus naturis, hoc est anima rationali & carne, vnam naturam hominis composuit, & in anima & carne vnam personam hominis manere præcepit. Ecce

H in homine sunt duæ naturæ in vna persona, sic Trinitatē dicimus tres personas in vna natura. Attendamus ergo hic à duabus istis naturis, in vna persona manentibus quædam communiter fieri, nec communiter vel accipi, vel haberi: Nempe in nobis ipsis aliquid vno fieri carnis & animę officio inuenimus, quod tamen aut carni tantum, aut animæ deputamus Certissimè namque sicut caro sola cibis corporalibus pascitur, sic anima Verbo Dei spiritualiter enutritur. Et tamen vt caro quæ de terra facta est, terrenis pascatur cibis, cooperante anima comedit, quandoquidem ex anima viuit, & ideo comedit quia viuit vtiliter habens in seipsum operantis, alterum secum animæ cooperantis officium, cui simul inest & ex vita vt comedat, & ex cibis vt viuat. Cum ergo cibus sumitur, communis est operatio carnis & animæ. Qui tamen cibus ad solam inuenitur carnē propriè pertinere. In percipiendo quoque Verbo Dei, quo Spirituali cibo anima sola pascitur, vt ad eundē perueniat cibum, vtitur officio aut oculorum aut aurium. Ac per hoc

vt

A vt interius ipsa pascatur, non sine carnia operatiune perficitur. Sicut ergo bic vtriusque naturæ inuenitur operatio, cum sit vnius acceptio, ita credamus humanam naturam vnigeniti Dei simul à Patre & Filio, & Spiritu sancto factam, sed à solo Filio pro nostra misericorditer salute susceptam Addis interea quendam ex vobis in illo postmodum dixisse conuiuio, quod muscas, pulices, scorpiones & cymices Deus non fecit, sed post deiectionem Angeli illius indigni diaboli, hæc omnia ab ipso Diabolo facta sint. Et dum diceretis quia omnia Deus fecit, & hæc bona valde, dixit quod me de hoc consulere deberetis vt de hoc eis satisfaciam, si ante transgressionē, quando Deus omnia fecit, tunc ista facta sint; An post trāsgressionem Adæ hæc sunt verba quibus tua terminatur Epistola. Huius autem interrogationis duæ sunt partes. Nam & vtrum Deus illa omnia fecerit, & quando fecerit, inquisistis, prius itaque vtrum ea Deus fecerit video differendum Vbi nobis beatus Ioannes Euangelista quid sentire debeamus ostendit, dicens. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil.* Vide sanctū Euangelistam Spiritu Dei repletum paucis verbis non solum creatorem, sed etiā creaturam nobis salubriter intimasse. Nam quod ait, In principio erat verbum, duobus modis recta fides intelligit. Id est vel quod in Patre erat Filius, quia naturaliter vnū principium est, Pater & Filius, vel quod sine initio est non solum Pater, sed etiam Filius. Hoc enim certissimè verum principium dicitur, quod nullo existendi principio præuenitur, Quidquid autem in principio esse cœpit, factum est opera Dei creantis; nec vnam potest habere cum creatore naturam, hoc est enim subditum initio, quod Deus creauit ex nihilo. Proinde illud rectè dicitur in principio esse, cui naturale est absque existēdi initio semper esse: Quæ sine initio æternitas, ipsa est vera diuinitas. Hæc autem in vno Filio, qui de Patre natus est, & in vno Spiritu sancto, qui de Patre Filioque procedit, naturaliter inueniunt. Tale est ergo quod Euangelista dicit. In principio erat verbum, quasi diceret, semper erat Verbum, quodcumque enim voluerit homo principium cogitare, non inuenitur aliquando illud Verbum cœpisse, sed semper in principio esse. Deinde dicens erat Verbum apud Deū, ostendit naturam Verbi, nec temporalem esse vtique, nec localē. Nihil enim habet de initio temporis Verbum, quod in principio erat; nihil habet de spatio loci, quod ante omnem creaturam temporibus locisve subiectam, apud Deum erat. Dicens deinde, Deus erat Verbū, ostendit vnam Patris Filiique naturam, dū Verbum quod erat apud Deum non aliud naturaliter dixit esse, quam Deum. Euangelista quippe Verbū prius dicens, vocabulū personæ veraciter existentis expressit, quod vtique non est Patri Filioq; commune. Solus enim Filius dicitur Verbum. Exigebat autem naturalis significatio, vt sicut personæ, sic etiā naturæ nomen ostenderetur in Verbo. Ideo beatus Euāgelista subsequēter adiunxit. Et Deus erat verbum. Atque ita non solum personali, sed & naturali insinuatione vnigeniti Filij Dei, officium sanctæ prædicationis expleuit. Vt & Verbum nūcupans personali nomine Filium Patris ostenderet, & Deum nominans cōmuni vocabulo, naturæ vnius esse cum Patre monstraret. Deinde vt ex vnitate operis magis cōmendaretur vnitas naturalis, Euangelista Beatus adiecit *Omnia per ipsū facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Quia hoc dixit, nempe ille qui super pectus sapientiæ veritatisq; discumbens, verā scientiam incomprehensibilis Maiestatis accepit: Qui sicut nouerat vnum Deum esse Patrem & Filium sic etiā omnia facta nouerat à Patre per Filiū. Vnde illa omnia quæ per Filium facta sunt ita sanctus Ioannes vniuersaliter comprehendit, vt diceret, *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Quisquis ergo muscas, pulices, scorpiones, cimices vel si quæ alia quibus mortalis sensus offenditur, à Deo facta negare contendit; aut dicat ex omnino non facta; aut si facta dicat non tamen à Patre per Filium: quid aliud restat, nisi & Euangelistam Ioannem dicat in sua prædicatione mentitum; *Omnia* enim, inquit, *per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil:* Non est ergo aliquid quod Pater non fecit, qui omnia fecit: Nec est aliquid quod Pater non per Filium fecerit sine quo factum est nihil. Proinde quidquid est naturaliter aliquid; necesse est vt inter eius opera deputetur, per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil. Plenus veritatis Euangelista testatur: Quod in doctrina sancti Spiritus nihilominus etiam Paulus vas electionis & doctor gentium in fide & veritate nobis non destitit intimare dicens, quod superius iam posuimus: *Nobis autem vnus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in ipsū, & vnus Dominus Iesus Christus per quem omnia, & nos per ipsum.* Et adhuc omnia curauit alio loco manifestius explicare; dicens, *quia in ipso condita sunt omnia in cælo & in terra; visibilia & inuisibilia, siue Throni, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates; omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant.* Ne quis autem audiens, *in cælo, & in terra, omnia per Christum & in Christo creata*, quia hic mare non nominatur, & ea quæ in aquis sunt, ab opere diuinæ creationis æstimet aliena; primitus ipsius Genesis attendat initium, vbi præcipiente Domino produxerunt aquæ reptilia animarum, & aues quæ volant super terram & agnoscant ipsum esse in aquis creatorem piscium & auium, qui creator est in terra lignorum & herbarum, similiter in cælo luminarium & stellarum: Et sicut cognoscit Dominum prius fecisse cælum in quo luminaria & stellas faceret; prius fecisse terram quæ ipso iubente herbas lignaque produceret, ita fecisse aquas de quibus ipso dicente, reptilia & volatilia pariter exstitissent. Nec enim de aquis aliquid verbo eruisset, si easdē aquas verbo antea non fecisset. Inde est quod Beatus Dauid vniuersaliter, cælum, terram, mare, cum omnibus quæ in eis sunt, à Deo facta esse non tacuit dicens, *Beatus vir, cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.* Quomodo ergo Prophetica testetur auctoritas cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt à Deo facta esse Paulus quoque Apostolus asserat in Christo creata esse omnia in cælo & in terra, visibilia & inuisibilia, siue Thronos, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates, qua ratione aut qua veritate à Deo aliquis non vult credere creatas in terra muscas atque scorpiones, pulices & cimices, à quo negare non potest creatos esse in cælestibus Thronos, Dominationes, Principatus, & Potestates. Ergo ne Deus ille qui super cælum creans constituit angelicas legiones; negandus est in terra facere scorpiones, in qua fecit homines, fecit bestias & pecora, fecit aues & pisces? Quid quæso in iis scorpionibus displicet, vt eos quisquam existimet à Deo non factos? nihil est enim in corpore scorpionis, quod non laudem insinuet creatoris; primitus ipsa compages adunata & modificata membrorum congruentia & parilitas partium, deinde anima viuificans corpus, quæ omnia bona esse quis ambigat? Sed profectò vis illa veneni quæ inuenitur hominibus perniciosa, vt putatur in corpore scorpionis horrenda, vbi vtinam discerent homines pœnam suæ transgressionis attendere, & desinerent bona Dei opera diabolo mendaciter assignare, minus enim attendunt quantum inter opera Dei valeat congruentia naturalis, quantumque prosit rebus singulis modus, vel quantum noceat immoderationis excessus * quæ cum multum non fuit esse omnipotens Deus, qui non etiam in ipsis famulis laudet opera Dei? Quando videt peccatorem diuino verbera castigari? Fecit enim Deus, sicut scriptum est, hominem rectum, quem rerum omnium quas in terra & mari creauerat, ita Dominum constituit, vt suæ tantum faceret potestati subiectum; ab ipso exigens obsequium debitum seruitutis cui liberum donauit arbitrium voluntatis: qui donec suo Domino congrua deuotione seruiuit, etiam in his quibus fuit ipse superior, potestatem inconcussæ dominationis obtinuit; nec aliquid perdidit eorum quæ acceperat, donec ipse plenè reddidit quod debebat: offendens autem Dominum transgressione mandati, contu-

Margin notes: B Ioan. 1. 1. — E 1. Cor. 8. 6. — Coloss. 1. 16. — F — Ps. 145. — C — G — D — H — * [illegible]

tumeliā

A meliam quam Deo exhibuit, in suo corpore statim contemptor inuenit, vt disceret quam malum esset boni creatoris præcepta contemnere, quando ipse postquam malus esse cœpisset, potestatem suam in membris genitalibus perdidisset: quomodo ergo illorum omnium quæ à Deo acceperat permanere Dominus posset, qui Dominum contemnens dominationia iura, in suo primo corpore perdidisset; Hinc iam ipsum quoque corpus habere cœpit infirmitatibus mortique subiectum; vnde iusta consequente vindicta factum est, vt qui mortem animæ non timuit in peccato, mortem corporis metueret in supplicio; & amissa requie, qua beatus potiebatur, à minutissimis animalibus miserrimus turbaretur. Hinc est quod post peccatum primi hominis, quo est humana natura vniuersaliter regno peccati, mortisque subiecta, camelis, equis, bobus, elephantis, cæterisque grandibus quadrupedibus homo dominatur & morsu cimicis pulicisque concutitur: cumque omnia illa quæ

B sunt grandiora corpora & fortiora virtute mansueta seruiant homini; hæc minutissima quæ facillime possunt duobus tantum digitis compressa interimi nullatenus possunt ad mansuetudinem peruenire, id est reuocari. Hoc autem propterea diuino factum constat esse iudicio vt ex iis quibus dominatur homo cognosceret quãtam dignitatem ante transgressionem habuit; & ex iis à quibus turbatur & læditur agnosceret, ad quantam deiectionem transgressione peruenit, in cuius potestate Deus maiora dimisit, minora subtraxit: simul ostendens *quid contulit creatoris bonitas homini, quid intulit iniquitas propria peccatori. Per transgressionem itaque primorum hominum, ex merito tanti criminis, accidit humano generi vehemens infirmitas naturalis, vt non quibusdam naturis malis homo cederet; sed ex bonarum inconuenientia naturarum supplicia & pericula infirmitas humana sentiret.* Quod ergo pulex hominem cruciat, & scorpius necat, non creatio malorum est, sed bonarum inconuenientia naturarum quæ subsequuta est ex æquitate iudicij, quando præcessit iniquitas hominis contumacis; Deus enim cuius

C vera opera, & rectæ viæ sunt; sanctus Zacharias in sua oratione rectissimè confitetur, quia qui summe bonus est omnia quæcumque facit *. Inde est quod mirabili opere etiam ipsa inconuenientia naturarum qua puniuntur humana peccata conuenienter vtitur, dum hoc agit iustitia incommutabilis, quæ sua cuique tribuit, vt inconuenientiam alterius ad alterum cuiusque naturæ, suis faciat vniuersaliter operibus conuenire: Natura vero quælibet dum naturæ alteri minus conuenit ad salutem, non ex illo mala putanda est quia nocet; omnis enim natura secundum quod natura est, bona est: Sed plerumque ideo ex natura qualibet alteri naturæ infertur aduersitas, quia incongruentiæ cedit & succumbit infirmitas, nam plerumque etiam res ipsæ, id est, ipsæ naturæ in quibus solis indubitata solet pernicies inueniri, si moderatione congrua ex aliis temperetur, ex periculo mortis in salutis remedia conuertuntur, quod in ipsis primitus venenosis animalibus inuenimus: Dicunt enim quidam quod

D ignis acer quotiens in corpore nascitur, scorpionibus tunsis & appositis celeriter extinguatur. Sed etsi hoc forsitan ab aliquibus aut ambiguum putetur, aut falsum; illud certè nemo negare permittitur, quod admirabile in serpentibus inuenitur, Viperas quippe naturaliter venenosas esse nullus ignorat, * quam venenoso aculeo scorpiones occidunt; & tamen vt ostendatur quod non naturarum malitia, sed incongruentia noceat, nouimus viperarum carnibus aliarum rerum congruentia temperatis, contra viperarum morsus medicamina confici; nec solum his qui à scorpionibus percutiuntur, verum etiam illi qui mordentur à viperis salubriter adhiberi. Quis hic Dei sapientiam non miretur; Quis non eius bonitatem magnificet, prudentiamque collaudet; Qui non continens in ira misericordias suas, vnde pericula fecit peccatoribus nasci, inde statuit auxilia periclitantibus subrogari; vt qui incommoda pro nostra iniquitate sentimus ex eius bonitate commoda sentiremus. Quis laudem creatoris sufficientibus explicet verbis; Quando

* vide tur aliquid deesse.

* fort. quã occidant.

E vnam eamdemque viperam sic creauit, vt simul in se & exitium, & remedium gerat; & quæ viuens ingerit mortem, mortua reparet sanitatem, perniciemque vitæ & inferat & repellat; & venenum quod dente serpentis infunditur, eiusdem serpentis carnibus extinguatur: quo fit vt vipera quæ viuens infirmitati humanæ militauit ac morti, mortua vitæ militet & saluti, quis quæso ista facit, nisi *cui misericordiam & iudicium cantat* Ecclesia? species quæ dicitur scamonia, quis ignorat quantum obsit sauia si sola sumatur? Et quantum prosit infirmis si speciebus aliis congruè misceatur? & vt de his loquar quæ semper ab omnibus appetuntur, & quorum quotidiano vsu non solum infirmitas, sed etiam ipsa inuenitur vitæ humanæ sanitas indigere, panem attendamus & vinum, quorum neutrum conuenit febricitanti. Nam videmus à medicis quod semper quidem potus, nonnumquam vero etiam panis cibus interdicatur ægroris: Ideo autem hoc fit; non quia panis, aut vinum mala sint, sed quia infirmo non congruunt; nam consequen-

Ps. 100. 1.

F ter eum congruere cœperint, & nutriunt fortitudinem, & custodiunt sanitatem; quorum tamen immoderata perceptio, fortibus virtutem adimit, dum sanos infirmari compellit. Ecce quantum valet in Dei creaturis modus & congruentia rerum, quibus immoderatio atque incongruẽtia inueniuntur esse contraria quibus dum naturalis dicitur non naturalis malitia, sed accidens infirmitas inuenitur, quod in omnibus pene creaturis facile reponit quisquis à summo bono creata bona sic considerat, vt in eis inexplicabilem atque inenarrabilem laudem creatoris agnoscat; ac per hoc sit ipse præ omnibus diligendus, qui etiam in his quæ pœnalia pro nostra iniquitate sentimus, & misericors inuenitur & iustus, dum inde sublenat fragiles, vnde comprimit contumaces: & quia præcedente superbia, continuo est in homine consequuta miseria, misericors Dominus & iustus, vnde superbiæ pondus imponit, inde misericordiæ leuamen apponit. Verumtamen quisquis est Ecclesiæ filius, qui, vt dicis, illa proposuit, asserens muscas, scorpiones, pulices, & cimices,

G non à Deo, sed à Diabolo facta, cautelam gerat, ne Manichæorum mortifera fallatur ac decipiatur astutia; qui Deum lucis, & Deum tenebrarum, ipsi in tenebris constituti, nituntur inducere, & duo naturaliter sibi contraria principia prædicare. Vnde quia naturam lucis dicunt bonam, naturam vero tenebrarum malam, illuc proprio ducuntur errore, vt in omnibus rebus quæ in mundo sunt, quasdam bonas, quasdam vero malas naturas non cunctentur asserere, illas dicentes malas, quibus sensus eorum offenduntur; illas bonas quarum dilectione mulcentur: non intelligentes, sicut Apostolus ait, *neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant* Vt enim de luce ac tenebris, quarum principaliter naturas ponũt esse contrarias, aliquid dicam: nonne primum in eo mendax illorum inuenitur assertio in quo tenebræ quas luci naturaliter dicunt esse contrarias, nullam inueniuntur habere naturam: neque enim duæ naturæ sunt lux & tenebræ; sed vbi lux non est, ibi ipsa lucis absentia tenebra-

1. Tim. 1. 7.

H rum nomine nuncupatur, sicut vocis absentia silentium dicitur, sicut vestimenti absentia nuditas appellatur, sicut inane vas dicitur, cui nulla substantia siue liquoris, siue rei alicuius infunditur: sic in nobis ipsis fames appellatur vbi cibus non est, sitis dicitur vbi potus nullus est: hæc itaque omnia quæ commemoraui, & his similia quæ pro custodienda disputationis moderatione nunc tacui, sunt quidem sine dubitatione contraria, non tamen per proprias naturas, sed per habitum & priuationem, id est per eam contrarietatem qua vel habetur aliquid, vel aliquid non habetur Proinde licet sint contraria, non tamen eorum contrarij semper inueniuntur effectus, nam lux ista corporis quam Manichæi principale bonum æstimant; cum bona sit quidem, quoniam à summo bono creata est, in tantum tamen sit bona, vt ei naturaliter vitæ sit præferenda substantia: licet ergo sit bona, nonnunquam tamen illis qui ea incongruè vtuntur, nõ salubris efficitur, sed pœnalis, sanos quippe oculos vegetat, infirmos excruciat, incolumes reficit, dolentes obtundit: econtrario

autem

A autem oculi in dolore positi, ex tenebris aliquam consequuntur requiem, & clausis ianuis ac fenestris sentiunt aliquod leuamen illios doloris, quem ex lumine patiuntur, & ad videndam lucem quadam tenebrarum congruentia nutriuntur. Ecce lux quanto minus congruit, tanto magis lædit, & tenebræ quanto magis congruunt, tanto magis prosunt: & sicut oculos sanos lucis adiuuat claritas ita dolentes adiuuare tenebrarum consueuit obscuritas, ac per hoc dum congruè vtrumque accipitur, lucis ac tenebrarum effectus, in iuuandis oculis inuenitur: Sicut enim lumine iuuantur sani, sic tenebris reficiuntur infirmi: nam & cum fatigati elanduntur in somnum, quodammodo tenebris adiuuantur, vt videndæ luci denuo validi fortesque reddantur, tale est autem oculis infirmis ac fatigatis, a bono lumine pro reparanda salute ac fortitudine temuueri, quale est toto corpori, si quando infirmatur, a consueta ciborum perceptione suspendi, qui non propterea contrarij sunt infirmis & noxij, quia naturaliter mali sunt, sed quia eorum infirmitati non congru-
B unt; non enim omnia quæ capit sanitas, sustentat infirmitas. Vnde nonnunquam in iisdem rebus quibus sanum corpus reficitur, infirmitas corporis prægrauatur, ita vt aliquando ipsum quoque sanum corpus, rerum quarum iuuatur vsu, lædatur excessu, & dum aliquid incongrue accipitur, vbi custodienda quæritur sanitas, infirmitas inuenitur. Ipsa quoque vestimentorum vsus si fuerit incongruus, non salubris inuenitur esse, sed noxius: quis enim siue qualibet inopia siue infirmitate corporis, non perniciosè vel cum æstuat hyemalibus indumentis vel cum alget vtatur æstiuis, longum est autem congruentiæ iudicium multis exemplis ostendere, cum intuentibus deesse non possint: Proinde omnes naturæ quæ sunt, quæ viuunt, quæ sentiunt quæ intelligunt, quoniam a Deo, id est, à summo bono factæ sunt, bonæ sunt; quæ si à summo bono non fierent, bonæ non essent; & si bonæ non essent, in se ipsis boni aliquid non haberent. Ac primum quia vita bonorum aliquid est, & tale bonum
C quod ab hominibus viuentibus diligitur, si aliqua natura esset quæ à summo bono non fieret nullatenus, viueret: Hoc autem de animalibus dico, id est de substantia quæ viuit & sentit, sed & illæ naturæ quæ nec viuunt nec sentiunt, hoc ipsum quod sunt, ex illius creatione habent qui summe est, quia non solum viuere, sed etiam esse bonum est, & quod sũme est, summum bonum est. Nulla est itaque natura mala siue viuens, siue non viuens, ac per hoc omnes naturæ in eo quod naturæ sunt bonæ sunt: Sed quædam earum cum bonæ sint ex creatione Dei, pœnales factæ sunt homini ex punitione peccati, non propter suam naturam, sed propter hominis culpam. Vbi ostensum est homini facto ad Imaginem Dei quantum sibi intulerit malum, qui ad hoc perductus est, *vt ei à* breuibus bestiolis inferatur mortis exitium quapropter in omnibus animalibus, in omnibus herbis, & cunctis vniuersaliter creaturis, quicquid sibi homo cernit esse mortiferum, non illis malam naturam inesse dicat, sed vltionem
D in eis suæ iniquitatis cognoscat, facti enim sumus pulicibus & cimicibus similes postquam Deo extitimus contumaces, & scorpionis aculeus mortalis factus est homini, postquam sponte maluit mortis aculeo vulnerari; aculeus enim mortis peccatum est, quo aculeo sic se prius homo percussit ad mortem, vt cum faceret per suam quoque pertransire progeniem, ita vt etiam illis in quibus gratia Dei facit non regnare peccatum, non desit frequens & multiplex ex pœna peccati periculum. Inde est enim quod etiam iusti homines sanctèque viuentes in hac vita mortali ab huiuscemodi non sunt molestiis ac periculis alieni; quia quandiu mortaliter viuunt sine peccato non sunt: Vnde dicit beatus Ioannes, *si dixerimus*
Ioan. 1. 8. *quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus & veritas in*
Iac. 3. 2. *nobis non est.* Sanctus quoque Apostolus Iacobus testatur, *quia in multis offendimus omnes*: Sed non talia sunt peccata Sanctorum, qualia sunt iniquorum; peccata enim sanctorum leuia, iniquorum grauia sunt: In peccatis iniquorum, aut de Deo male sentit humana peruersitas, aut hominem per desideria carnis ducit humana cupiditas, aut proximum lædit humana crudelitas: de his enim qui in Deum peccant Sapientia dicit, *Qui in me peccant impie faciunt in animas suas, & qui me oderunt diligunt mortem.* E Pro. 8. 36.
De his autem qui luxuriosè viuunt dicit Apostolus, *si quis autem templum Dei violauerit, disperdet eum Dominus, templum enim Dei sanctum est, quod estis vos, nomen vos sedacat.* 1. Cor. 3. 17.
De odio quoque Beatus Ioannes loquens, ait, *qui dicit se in lumine esse, & fratrem suum odit, in tenebris est vsque adhuc: nam qui diligit fratrem suum, in lumine permanet, & scandalum in eo non est: qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit vbi ambulat, quoniam tenebræ excæcauerunt oculos eius.* 1. Ioan. 2. 9.
Peccata ergo iniquorum omnibus modis fiunt; aut enim sacrilegiis, aut flagitiis, aut facinoribus implicantur. Sacrilegia admittunt, quando de Deo non rectè sentiunt, & à vera fide siue timore temporalium incõmodorum, siue cupiditate temporalium commodorum, siue sola cordis cæcitate, ac peruersitate discedunt. In flagitiis verò peccant, quando in se ipsis immoderati atque obscæni turpiter viuunt, in facinoribus vero tunc peccant, quando alios aut damnis aut quibuslibet oppressionibus crudeliter lædunt. F
Vtrosque autem, siue in fide, siue in operibus capitaliter peccantes, reprobos appellat Beatus Apostolus dicens de illis qui veræ fidei contradicunt, *sicut Iannes &* 1. Tim. 3. 8.
Mambres restiterunt Moysi, ita & hi qui resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem. Illos autem qui sub professione veræ fidei in malis operibus, & criminibus viuunt similiter obiurgans, ait, *omnia munda* Tit. 1. 15
mundis coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed polluta sunt eorum, & mens & conscientia; confitentur se nosse Deum, factis autem negant, cum sint abominati & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi. Dum autem peccant sancti, sic in quolibet peccato humana infirmitate aut humana dilectione succumbunt, vt nec veræ fidei pertinaciter contradicant, nec se ipso flagitiis polluant, nec proximos facinoribus lædãt. Quod ostendit Beatus Apostolus dicens, *apparuit enim gratia Dei Saluatoris omnib.* Tit. 2. 12.
G *hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatẽ & secularia desideria, sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc sæculo.* Admonet nos quidẽ alio loco idẽ Beatus Apostolus dicens, Roma. 12. 3.
nõ plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatẽ. Veruntamen in hac tripartita diuisione in qua dicit, *vt sobriè & iustè, & piè viuamus in hoc sæculo.* Videtur mihi, quia ille sobriè viuit, qui non sequitur delectamenta luxuriæ: iustè viuit, qui proximõ nullatenus lędit & ei beneficium quantum valet impendit. Piè viuit qui à societate Ecclesiasticæ vnitatis nulla ratione discedit, & intra Ecclesiam positus ea quæ certissime nouit ad sciẽtiã veræ fidei pertinere indubitanter tenet: Illa verò quæ ignorat, aut de quibus dubitat, humiliter ac patienter explorat, donec si quid aliter sapit Deo sibi reuelante agnoscat. Hæc autẽ sobrietas, iustitia, & pax, quę cunctis debent inesse fidelibus, ita sibi connexæ sunt, vt si vna eãrũ defuerit, alia quæ videtur inesse nullatenus prosit: neque enim salua est sobrietas qua quisquis à flagitiis in se ipso abstinet, nisi pia & iusta fuerit, id est vt & in Deũ rectè credat, & quod charitas poscit proximo libenter impendat. Nec fructuosa iustitia est, qua vnusquisq; hoc impendit proximo, quod H
sibi delectatur impendi, si sobria piaque non fuerit, pietas quoque mortua est qua in Deum rectè creditur, si vel morum sobrietas, vel proximi charitas non tenetur. Tunc igitur animæ vera salus acquiritur, & si pietas in fide, & iustitia in charitate, & sobrietas in castitate ac parsimonia teneatur. Aliter vero sanctos, & aliter peccare iniquos diuinis docemur eloquiis: Nam & Agar ancilla Saræ nisi superbiret non expelleretur, & ipsa Sara nisi rideret non culparetur: illa enim superba facta est, concepisse se videns, illa risit concepturã se ambigens, Inuenitur vtraque peccasse sed nõ æquale inuenitur vtriusque peccatũ, nam in vna earum humana dubitatio infirmitas, in altera verò contumaciter se extollit humana temeritas; ideò Agar meruit præcepto diuinæ seueritatis expelli; Sara vero diuinæ vocis meruit placida lenitate culpari: Et quia leue fuit in illa dubitatione peccatum, diuinæ promissionis sermone firmata abiecit dubitationem: recepit

tenerrimam

A certissimam fidem, per quam sumpsit etiam concipiendi vir-
tutem, quod Apostolica authoritas testatur, dicens, *fide &*
Hebr. 11. *ipsa Sara sterilis virtutem in conceptione seminis accepit*,
etiam præter tempus ætatis, quoniam fidelem credidit esse
qui promiserat. Inuenimus alio loco sanctorum & iniquo-
rum non æqualia esse peccata; sed illorum leuia quæ tem-
poralí egeant correptione purgari; illorum vero grauia
quæ mereantur ignis æterni perpetua combustione puni-
ri: ad aquam enim contradictionis aliter filij Israël pecca-
uerunt rebelles aduersus Deum omnimodis existentes;
aliter Moyses, qui non per temeritatem Deo contradixit,
sed per infirmitatem minus de Dei operatione præsump-
sit, similis factus Beato Petro qui audiuit à Domino,
Matt. 14. 31. *modicæ fidei quare dubitasti?* Vnde Israëlitarum cōtumacia
meruit æterna punitione damnari, in Moyse vero, vsque
ad hoc fuit illius peccati vitio, vt ei sola terræ repromis-
Deut. 1. 37. sionis negaretur ingressio: nam & ipse Moyses non pro-
pter suum peccatum, sed propter illos sibi iratum Do-
B minum fuisset testatus est dicens in Deuteronomio, nec
mira indignatio in populum, cum mihi quoque iratus
Dominus propter vos dixerit, nec tu ingredieris illuc.
Nam & sanctus Dauid propter ipsum peccatum populi
ostendit Moysen fuisse vexatum, dicens, *& irritauerunt*
Ps. 105. 32. *eum ad aquas contradictionis, & vexatus est Moyses*
propter eos. Populus ergo Dominum irritauit, Moyses
de Domini opere dubitauit; & quia illius irritationis
atque dubitationis non fuit æquale peccatum, ideo san-
ctus Moyses quamuis fuerit pro eis vexatus, non tamen
cum eis æterna punitione damnatus est. Et vt breuiter
aliquid etiam in ipso vsu attendamus conuersationis hu-
manæ, vnde facilius sumamus exemplum; sic accipia-
mus baptizatorum hominum animas, sic mulieres con-
iugio copulatas: Nam & ipsius coniugij sacramentum
magnum, in Christo & in Ecclesia commendat Aposto-
lus. Sic ergo quælibet anima fideliter cohærens Christo,
sicut vxor viuens fideliter cum marito; quæ in ipsa con-
iugij castitate animū quidē viri sui plerumque contristat,
C sed thori fidem pura castitate conseruat, & mariti sub-
stantiam prudenter temperanterque dispensat: ac per hoc
& peccat marito, & viuit tamen castè ac fideliter cum
marito; & quam facit humana infirmitas aliquādo apud
maritum delinquere, coniugalis castitas facit marito dul-
citer inhærere. Illa vero mulier quæ siue de domo mariti
egressa, siue in eodem mariti habitaculo constituta, adul-
terio mixta fuerit, substantiam mariti disperserit, non ve-
nia iudicatur digna, sed mortifero reatu tenetur obno-
xia: Sic est anima quæ Diabolo consentiens, aut infideli-
tate subuertitur, aut criminibus implicatur. De talibus di-
1. Cor. 6. 9. cit Apostolus, quia *neque fornicarij, neq; Idolis seruientes,*
neque adulteri, neque molles, neque masculorū concubitores,
neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque
Prou. 24. 16. *rapaces regnum Dei possidebunt.* De his autem qui leuiter
peccant dicitur, *Septies cadit iustus & resurgit*: Iste ta-
lis & peccare dicitur, & tamen iustus veraciter appella-
tur: non enim sic cadit vt iustus esse desinat, quia scrip-
Ps. 36. 24. tū est, *dum ceciderit iustus non cōturbabitur, quoniam Do-*
D *minus confirmat manus eius.* Adest ergo Dominus etiam
cadēti iusto, quia non sic peccat vt Dominus ab eo disce-
dat: Habet enim concupiscentiam ex infirmitate carnis,
sed concupiscentiæ non consentit firmatus virtute gratiæ
spiritualis: Ipsa concupiscentia est lex peccati, etiam in
membris constituta Sanctorum, à qua tamen iustos suna
liberat gratia Dei per IESVM CHRISTVM Dominū nostrū:
1. Petr. 2. 24. qui propterea *peccata nostra pertulit in corpore suo super li-*
gnū, vt a peccatis nostris separati cū iustitia viuamus. Cum
ergo cadit iustus debita contrahit, sed talia sunt debita
iusti quæ possint in quotidiana oratione dimitti, quando
veraciter dicit, dimitte nobis debita nostra, sicut &
nos dimittimus debitoribus nostris. Peccata ergo Iusto-
rum sunt ea necessitate infirmitatis, peccata iniquorum
sunt ex intentione pessimæ voluntatis in illis sic peccati
reperitur exceptus, vt non subsequatur effectus; quin &, si
per infirmitatem nascitur, per Dei gratiā superatur: Illos
congruè priuatos auxilio præcipitat mala voluntas,
quò duxerit praua cupiditas. Ideo culpæ sanctorum pec-
cata dicuntur esse, non crimina; pro quibus si corripiun- E
tur à Patre, vt non condemnentur à iudice: quæ tamen
correptio pertinet ad iudicium, sed paternum, quo Deus
Filios suos misericorditer, & iudicat, & flagellat, vt eos à
supplicio sempiternæ damnationis eripiat. Hoc beatus
ostendens Apostol. dicit: *Si nosmetipsos iudicaremus, non* 1. Cor. 11. 31.
vtique iudicaremur; dum iudicamur autem à Domino corri-
pimur, vt nō cū hoc mundo damnemur. Hoc etiam Beatus Pe-
trus affirmat dicens, *quoniam tempus inchoationis iudicij ex*
domo Dei: Si ergo iudicium à nobis, quis finis eorū qui nō cre- 1. Petr. 4. 17.
dunt Dei Euangelio, & si iustus quidem vix saluabitur, pec-
cator & impius vbi parebunt? Nullus ergo fidelis ac sa-
piens sanctorum fidem dicat infirmam, si quando eis in
huius vitæ tempore cuiuslibet aduersitatis viderit ac-
cidisse molestiam; communiter enim accidunt fidelibus
& infidelibus, bonis & malis, corporalis sanitas atque
infirmitas; & ideo communiter vtrosque tangit corpo-
reæ infirmitatis aduersitas, quia nonnunquam communi-
ter vtrisque temporaliter donatur & sanitas; iusti enim ab F
iniquis non qualitate corporea, sed fide discernuntur &
vita. Simul ergo molestias & pericula vitæ præsentis cor-
poraliter tolerant, quas tamen diuersa prorsus intentione
supportant: Ideo autem in malis huius vitæ non æqualiter
gemunt, quia bona vitæ huius non æqualiter diligunt;
iniqui enim ad hoc volunt vitam præsentem sine mo-
lestiis habere tranquillam, vt bonis caducis temporali-
busque non careant: Iusti autem ideo pericula & mole-
stias vitæ præsentis oderunt, vt Deum, * quem dili- * Deo.
gunt perfruantur, in ipso appetentes requiem veram, in
quo habituri sunt beatitudinem sempiternam. Proinde
nec bona temporalia diligunt, quæ citius defutura cognos-
cunt; & ob hoc in vsu eorum non appetunt vnde cupidi-
tas expleatur, sed vnde reficiatur charitas & sustentetur
infirmitas; nec ex eis tanquam ex domestica delectatione
gaudium, sed tanquam ex viatica sustentatione modestum
quærunt pro rerum opportunitate solatium. Et quia
de illius nunc sententia disputamus, qui muscas &
scorpiones, pulices & cimices à Deo potuisse fieri non G
credit, hoc quoque præcauendum est, ne hunc sensum
Catholica fide omnimodis alienum, non ex Mani-
chæorum errore, sed ex diuinarum scripturarum lectio
ne conceperit. Bona est enim lex, si quis ea legitime vta-
tur; ille autem lege non legitime vtitur qui de verbis le-
gis non hoc sentit quod oportet vt sentiat. Hoc ideo
dixi, quia legimus in Exodo virgam Moysis quam porta-
bat Aaron, in serpentem diuina operatione conuersam;
vbi dicitur etiam Magos Pharaonis, quos Iannem & Mā-
brem Apostolus vocat, fecisse similiter vt virgæ eorum
in serpentes magicis incantationibus verterentur. Dein-
de cum Aaron aquas fluminis percuteret, & verterētur in
sanguinem, etiam illorum incantationibus, similiter factū
sacra scriptura commemorat. Postmodum quoque cum
percussis aquis Aarun ranas educeret, quæ terram Ægypti
protinus operirent, illi quoque malefici nefandis artibus
obnitentibus similia fecisse narrantur: Sed postquam vē-
tum est, vt percussa terra producerentur ciniphes, nihil
tale potuit magicæ artis operari nequitia. Vbi primò iste H
qui muscas à Diabolo factas asserit, mendacem se esse co-
gnoscat; quandoquidem Diabolus & Angeli eius, etiam
si alia facere permissi sunt, in muscarum opere defecerūt.
Vbi quis non videat siue serpentes ex virgis siue ranas
productas ex aquis, ideo præuaricatores fecisse quia Deus
permisit, sciniphes autē id est muscas ideo facere non po-
tuisse; quia Deus non permisit. Aliquando autem occul-
to & incomprehensibili iudicio Dei permittunt quædam
facere mali Angeli, ad probandos bonos & ad seducen-
dos malos: non tamen ipsi creant quæ faciunt, sed de oc-
culto creatoris Dei sinu, quem nos videre non possumus,
permittuntur aliquid producere quod videre possimus.
Sic autem nec serpentium, nec ranarum diabolus potuit
esse creator, quamuis ea Deo permittente produxerit.
Sic non fuit creator ignis, quando ad probandum Iob
eius oues cum pastoribus igne de cælo cadentes consum-
psit: Sicut nec venti fuit creator, quando spiritus ir-
ruens à deserto tetigit quatuor angulos domus, & omnes
filios

A filios sancti Iob, vna simul ruina compressit. Naturas ergo diversas, hoc est elementa huius mundi, solus Deus omnipotens creavit in quorum secreto & abdito, quædam rerum semina nobis occulta, sed Angelis manifesta constituit. Ex quibus prout opportunitas operis deposcit & temporis, quædam occulto sapientiæ suæ consilio, aut per bonos Angelos Deus præcipit produci, aut per malos ostendere permittit: Ita autem permittendo demonstrat Deus, quantam sanctis Angelis fecerit inesse virtutem, quando etiam mali ex ipsa creatura corporali, quædam mira faciendi tribuit facultatem. Inde est quod etiam Salvator noster suos fideles præmonere non desistit dicens, Marc. 13. v. 22. *surgent enim Pseudo-Christi & Pseudo-Prophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur si fieri potest etiam electi*. Nam & Beatus Apostolus de Anti-Christo loquens, ait, 2. Thess. 2. v. 8. *revelabitur ille iniquus, quem Dominus noster Iesus Christus interficiet Spiritu oris sui, & destruet illustratione adventus sui, cuius est adventus secundùm operationem Sathanæ in omni virtute & signis &* B *prodigiis mendacib. & in omni seductione iniquitatis, his qui pereunt, eo quod charitatē veritatis non receperunt vt salvi fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris vt credāt mendacio, & iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati*. His atq; huiusmodi testimoniis cognoscemus omnes naturas opere divino creatas, & ex quocunq; nocemur, non natura malum debere dici, sed nobis propter infirmitatē inconveniens inveniri. Ex quo tamen nobis conveniens adhibetur monitus, vt humili corde divinæ virtutis iustitiam formidemus. Naturarum verò, non solùm malos, sed nec bonos Angelos esse creatores, quisquam sapiens aut credit aut dicit; Deus enim, sicut superius diximus, omnia in sapientia fecit, quæ sapientia Sapient. 8. *attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter*: Ideo autē omnia disponit, quia in ipsa Pater omnia fecit. Sicut ergo in Sapientia Deus creavit in cœlis Angelos, sic in ipsa creavit in terra vermiculos: Et qui in superiorib. Thronos, Dominationes, Principatos & Potestates condidit, ipse in terra scorpiones, pulices & C cimices fecit: Qui creavit gallinam, ipse creavit muscam, sed illā dedit, qua cōfundatur homo superbus, istam qua reficiatur infirmus. Inde est quod de ista volēs recipit escā de illa nolens patitur nauseam: vt saltem non sic solùm in ista solatium Dei, sed etiam in illa compellatur meritum sui videre peccati. Proinde attendat iste, vt nec illo nomine seducatur, quo Princeps Dæmoniorum Beelzebub in Evāgelio nuncupatur, quod interpretatur Princeps muscarū. Hoc enim non ideo dictū est, quod diabolus potuit muscas creare, nā & Danieli Prophetæ loquens Angelus dicit, Dan. 10. v. 13. & 21. *& ecce Michaël vnus de Princip. primus venit in adiutorium meū*. Et paulo post, *nemo est adiutor meus in omnibus nisi Michael Princeps vester*. Nec solum Angelos, sed etiam homines invenimus Principes nominari: scriptum est enim, Ps. 44. v. 18. *Principes populorum convenerunt cum Deo Abraham*. Et Ecclesiæ dicitur, *pro patrib. tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram*: Et in libro Moysi novimus Principes tribuum nominari. Nec tamen D quia homines, aut Angeli dicuntur Principes, ideo non solùm Angelorum, aut hominum, sed etiam quarumlibet irrationabilium animarum, vel quorumlibet corporum dicendi sunt creatores; nam & ipse Beelzebub, cuius nomen interpretatur Princeps muscarum, vtique Princeps Dæmoniorum dicitur: Quibus tamen principatur, vt primus author incentorque nequitiæ, non vt creator sit, conditorque naturæ: Mali enim Angeli Deum habent suæ naturæ factorem, suæ verò nequitiæ habent diabolum Principem; tota namque refugarum Angelorum multitudo bona facta est à Deo, cuius gratuita benignitate extitit vt esset, propria vero volūtate diabolo adhæsit vt caderet. Proinde Princeps eorum dicitur, non quia eos creavit, sed quia secum in præcipitium perditionis attraxit. In eo igitur quod dicitur Princeps muscarum, Princeps ostenditur iniquorum, quos alia scriptura significat dicens, Eccl. 10. v. 1. *muscæ morituræ exterminant oleum suavitatis*: qui exterminant? nisi qui Spiritum Sanctum aut infidelitatis crimine, aut sordida immundorum operum obscuritate contristant, dum se ipsos, aut perversa erudi- E tate, aut prava conversatione commaculant. Quod sollicitè Apostolus interdicens, ait, Eph. 4. v. 30. *nolite contristare Spiritum Sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis*. Exterminant ergo in se oleum suavitatis, qui non recto vitæ ordine vtantur sacramento gratiæ spiritualis. Sic autem illis exterminantibus ipsum oleum non potest exterminari, sicut iisdem contristantibus secundùm malam voluntatem suam non potest aliquam Spiritus sanctus sentire tristitiam: Nam & de ipso Dei filio dicitur ad Hebræos, Hebr. 10. v. 29. *quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium Dei conculcaverit*; Filius autem Dei Christus, est Dei virtus, & Dei sapientia, quæ nullatenus conculcatur, quia nullatenus inquinatur, de ipsa quippe dicitur in libris Sapientiæ, Sap. 7. v. 24. *attingit eum vbique propter suam munditiam, & ideò nihil inquinatum in illam incurrit; splendor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula Dei Maiestatis, & imago bonitatis illius*: Mali ergo contristant Spiritum Sanctum, sed Spiritus Sanctus contristari non potest: F Mali conculcant Filium Dei, sed Filius Dei nullatenus conculcatur. Tale est autem quod dicuntur mali Spiritum Sanctum contristare, & Filium Dei conculcare, cum & Filius Dei incontristabilis inconculcabilisq; permaneat, sicut Salvator ait in Evangelio, Matth. 5. v. 28. *qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo*: Si autem illo mœchante illa permanet casta, quanto magis malis contristantibus & conculcantibus, sine tristitia, & beata manet Filij Dei & Spiritus Sancti divina substantia. Nullus ergo fidelium dicat aliquam naturam potuisse originaliter a Diabolo creari, ne dum quælibet animalia creante Diabolo extitisse confirmat, etiam illas res de quibus originem ducunt, operibus Diaboli consequenter adscribat: quædam enim genera muscarum, aut de corporum purgamentis, aut de putrefactis herbis, vel carnibus oriuntur. Plerumque videmus aliquas muscas etiam ex leguminibus nasci; nam & gurgulio solet existere de frumento. Quisquis ergo huiusmodi animalia non à Deo, sed à Diabolo asserit creata, cur non etiam G ligna, frumenta, legumina, herbas, & carnes de quibus nascuntur, asserat facta? vbi consequenter cum vermes viderit non solum de humanis cadaverib. verum etiam de vivis corporibus habere originem, qui in vermibus, humanæ mortalitatis nonnunquam carnalis ostenditur sensus, etiam humanorum corporum sine dubio diabolum prædicabit auctorem. Sed cum bonis rectè credens recteque intelligens, nec ipsis Angelis bonis originem cuiuslibet creaturæ audeat assignare quomodo isti Angelo deiecto & à sua dignitate vitio propriæ pravitatis exclusio, virtutem, aut potestatem creandi cuiuslibet animalia assignat; quod ei assignare nullus auderet, etiamsi in Angelica dignitate ac bonitate sine aliquo vitio permaneret. Non autem inaniter; in ipso principio Genesis de omnibus quæ facta sunt, loquens scriptura, Deum omnia fecisse confirmat, dicens per singula, *& fecit Deus, & vidit Deus quod bonum est*: quæ omnia die sexto perfecit, in quibus nihil deesse potuit, quod postea fieret. Quia H Deus præscius futurorum, sicut hominem noverat peccaturum, sic ei ex omnibus quæ fecit, non solum solatia, sed etiam flagella salubriter præparavit, vna est enim boni patris manus, quæ filio & cibum tribuit & flagellum; aliud vt vivat, aliud vt bene vivat; aliud ne infirmitate deficiat aliud ne indisciplinatus paterna præcepta contemnat: Hebr. 12. v. 6. *quem enim diligit Dominus corripit, flagellat autem omnem filium, quem recipit*. Nec aliquid prodest abundare temporalibus bonis, si quis male vivendo careat sempiternis, quibus cùm caruerit, necesse est eum malis perennibus deputari, quibus carere non possit. Cohibeat igitur vnusquisque temeritatem cogitationis suæ, & sicut ea quibus delectatur, sic etiam ea quibus offenditur, naturaliter à Deo facta non dubitet; cuius sapientia Sap. 8. v. 1. *attingens à fine vsque ad finem fortiter & disponens omnia suaviter*, etiam de his rebus quas corruptio exterminat, pulchritudinem sui operis monstrat, in ipsis quoque minutissimis animalibus ostendens sui vniuscuiusque generis decus. Qui fecit minutissimas muscas magnis elephantis,

A quantò breviores, tantò agiliores, & cùm sit in vtrisque dispar quantitas membrorum, non tamen dispar & operum laudatio divinorum. Quis enim sanum sapiens & invisibilis Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciens, non ipsum Deum opificem laudet in vermiculo, quem laudat in elephanto? aut non eundem laudet in pulice, quem laudat in bove? cum etiam illa signa, quæ gemmis artificum formare consuevit industria, tantò magis laudare soleat animus, quantò minutiora intuetur aspectus. Omnia itaque Deum creasse fatendum est: Séd ista quibus nutu divino vapulat humana transgressio, dum quæritur vtrum antequam peccaret Adam, an postquam peccavit, fuerint à Deo creata? congruè responde tur, illa quæ vel ex aquis, vel ex terra gignuntur, Deo tunc creante primordialiter instituta, ab illo vtique creatore qui non solum naturam hominis quam faciebat, noverat, sed etiam ipsum hominem peccaturum mirabiliter præsciebat. Nec sic illa fecit, vt ea homo ante peccatum, vel sentiret noxia vel timeret: Sic enim cum nullius terreni animantis lædere poterat quilibet actus, sicut ipse
B
cunctorum fuerat Dominus, divino munere constitutus. Hæc itaque homini noxia atque perniciosa transgressio fecit ipsius hominis, non conditio creatoris: neque enim hoc operata est benignitas creantis, sed æquitas iudicantis. Illa vero quæ de corruptione carnium videmus oriri, vel fructuum, non quidem tunc diximus extitisse, quando in illis sex diebus fecit Deus omnia bona valde, sed sic illa temporaliter facta sunt, vt de illis ista postmodum nascerentur: ad quam corruptionem etiam humana devoluta est caro, quando sic scriptum est, *homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis*; vt iam corpus peccatoris hominis necessitas obtineret corruptionis & mortis; à quibus duobus malis corpora sunt per Dei gratiam liberanda iustorum; non in hoc tempore, in quo sicut Deus *solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos*, non solum Herodem incredulum vermibus consumi fecit, sed etiam servum suum Iob sanie ac vermib ebullire permisit; sed in futuro iustorum corpora nullam sentient corruptionis mortalitatisque molestiam,

Psl. 48. v. 13.

Matth. 6. v. 46.

C

quando in eis corruptibile hoc induet immortalitatem. In illa bonorum vita, malorumque miseria, sive bonis, sive malis, quicquid erit, plenum æternumque erit. Non ibi cruciatibus solatia miscebuntur, neque cruciatus solatiis inserentur. Ibi æternitas gaudiorum ac suppliciorum sine fine manebit; nec mali gaudia sperabunt, nec boni tristitiam formidabunt: In bonis æterna exultatio manens semper erit, in malis autem fletus & stridor dentium semper manebit: iniquos in æternum mixtos retinebit societas dæmoniorum, iustos autem in æternum beatos æqualitas Sanctorum suscipiet Angelorum. Proinde misericordiam Deo iudiciumque cantantes tempus misericordiæ non contemnamus, vt ad iudicium sine formidine veniamus. Speremus iudicem, quem novimus redemptorem. Talia sint opera nostra quibus reddantur præmia sempiterna. In eo quod molestias præsentis temporis metuimus & vitamus, inde nobis considerandum est quantum pœnas æternas fugere debeamus: Declinemus ergo à malo & faciamus bona; hoc enim omnis homo inveniet in tempore divinæ retributionis, quod hic habuerit in operibus suis, dicente Apostolo *quæcunque ergo seminaverit homo hæc & metet, quoniam qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionem; qui autem seminaverit in spiritu, de spiritu metet vitam æternam*: Propter quod nos Apostolus admonet dicens, *si enim secundum carnem vixeritis moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.* Hic ergo spiritu facta carnis mortificemus, & mortui peccato Deo vivamus; nec nos sæculi prosperitas corrumpat, nec adversitas frangat. Corde migremus de habitatione huius mundi, de qua sumus celeriter etiam corpore migraturi, vt illa nos cœlestis domus excipiat, de qua dicit Apostolus, quod *ædificationem habemus ex Deo, domum non manufactam æternam in Cœlis.* De hac scriptum est, *Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.* Ibi sicut est æterna habitatio, sic est æterna laudatio: Ibi qui habitant semper Deum laudant, quia de Domino & in Domino semper exultant, & sicut laudantibus suavis sanctæ habitationis æternitas, sic habitantium æterna manet laudandi suavitas.

E

F

Gal 6. v. 7.

Rom. 8. v. 13.

2. Cor. 5. v. 1.

Psl. 83. v. 5.

G

AD SÆCVLVM SEPTIMVM SVPPLEMENTVM.

EVSTRATII PRESBYTERI Constantinapolitani, adversus eos qui dicunt,

D

Animas statim atque è corpore solutæ sunt, non operari: Neque oblatis pro iis Deo precibus, & sacrificiis, & aliis bonis operibus iuvari.

Leo Allatius è tenebris erutum Latinum fecit.

De hoc Eustratij Presbyteri Constantinopolitani Tractatu Photius in Bibliotheca Cod. CLXXI.

LEGI librum *Eustratij magnæ Ecclesiæ Presbyteri, dictione quidem minime laudabili, sed sententiis non admodum culpandis. Modus ipse dicendi perspicuus est. Propositum illi est, tria hæc confirmandi. Primum, Sanctorum animas statim atque corpore solutæ sunt, operari: nec Beatorum tantummodo, sed & omnium hominum, omnino, pro sua quasque conditione. Secundum Animas illas, quæ multis sæpenumero sese, variisque modis conspiciendas offerunt, in sua quamque subsistentia apparere: & non divinam virtutem in formas sanctarum animarum traductam operationes illas exhibere. Quam etenim ob causam formæ seu figuræ fingendæ sunt, cum promptius à sanctis illis animis, quæ Numini visa sunt, perfici possint? Et vtrumque hoc caput cum veteris & novi Testamenti locis, tum vero diversorum Patrum testimoniis confirmare nititur.* [a] *Tertium denique caput studiosè prosequitur, oblata pro iis, qui in fide obierunt, à Sacerdotib. sacrificia, vel alio etiam modo preces, supplicationesque, & eleemosynas pro iisdem à fidelib. factas, salutem ac* [b] *delictorum remissionem iis pro quibus hæc conficiuntur, conciliare. In his & tertio die similia absolvi, ait, ab iis, qui dominicæ & triduanæ resurrectionis mysterium in precationis subsidium atque auxilium adsumunt. Nono etiam die, quod post octavum à resurrectione diem visus est altera vice à Discipulis Dominus. Præterea quadragesimo, quod post tot dies postremum à discipulis visus in cœlum cum humana nostra natura ascendit.* [a] *In eodem libro reperi, Pauli in lege magistrum Gamalielem & credidisse, & baptizatum fuisse. Nicodemum item diurnum nocturnumque amicum, Martyrio coronatum, quem & Gamalielis patruelem hæc testatur*

H

A *historia : & vtrumque baptizatum à Ioanne & Petro, vna cum Gamalielis filio, cui nomen erat Abibo. Beatum porro Nicodemum Iudæi, cum eum baptizatum inaudissent, plagis multis percusserunt, quas cùm fortiter ille pertulisset, è vita non multo post discessit. Et hanc historiam Liber continebat, eamque Chrysippo adscribebat, Hierosolymitano Presbytero, qui in Martyrem Theodorum Laudationem scribens, quasi aliud agens, Luciani cuiusdam meminit, eiusdem quoque Hierosolymitanæ Ecclesiæ Presbyteri, cum Ioannes sedi illi præesset.* [d] *Hic Lucianus nocte quadam hora fere tertia, re vera non in somnis dicitur, ea quæ prænarravimus didicisse. Hæc enim adstantem illi Gamalielem revelasse : sicque ipsum esse Gamalielem, & à dictis Apostolis vnà cum Abibo filio baptizatum, & in eadem capsa cum eodem filio collocatum. Esseque & Stephanum Protomartyrem in theca Orientem versus conditum, atque ad eius pedes in altera theca Nicodemum, & quæ item per quos, & sub quibus passus esset, indicavit : & thecam proximam suum filiique corpus continere. His dictis Gamalielem præ-*B *cepisse Luciano, ne posthac reliquias illas in sole & pluvia corrumpi per negligentiam sineret. Terræmotum insuper cum hoc visu exortum, multaque plurimorum genera morborum curata esse Protomartyris maxime theca medelam adferente.*

Leonis Allatij Notæ.

[a] TErtium denique caput. Primus contrarium asseruit Aërius. Vide Epiphanium lib. contra Hæreses 3 Tom. 1.

[2] *Delictorum remissionem.* Epiphanius ibid. [illegible] Nempe lethalia in [illegible]. Nec enim damnatis prosunt. Hinc plane insaniunt, qui asserunt, distinctionem peccatorum mortalium, & venialium Papisticam esse & nullam, quam tamen agnoscit ante alios Christus Matthæi 5. [Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio : qui dixerit fratri suo Racha, reus erit Concilio : qui dixerit fatue, reus erit Gehennæ ignis. Vni tantum infligitur gehennæ pœna : C aliæ duæ noxæ leves & veniales censentur, & levioribus pœnis animadversæ. Iacobus Epist. 1. cap. 8. [Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua : concupiscentia, cùm conceperit, parit peccatum, peccatum, cùm consummatum fuerit generat mortem. Concupiscentia vrgens sine culpa est : si non represseris delectationes, peccas, sed quandiu abest consensus omnino deliberatus, non lethaliter. Peccatum, cùm consummatum fuerit, generat mortem, peccatum nempe veniale, si plenus consensus accesserit, tum mortale factum, generat mortem, & demum Augustinus, qui instar omnium doctorum Ecclesiæ sit. [Alia sunt peccata infirmitatis, alia imperitiæ, alia malitiæ : infirmitas contraria est virtuti, imperitia sapientiæ, malitia bonitati. Quisquis igitur novit, quid sit virtus & sapientia Dei, potest æstimare, quæ sint venialia peccata. Et quisquis novit, quid sit bonitas Dei, potest existimare, quibus peccatis certa pœna debeatur, & hic & in futuro sæculo. Quibus bene tractatis, probabiliter iudicari potest, quinam sint cogendi D ad pœnitentiam luctuosam & lamentabilem, quamvis peccata fateantur : & quibus nulla omnino speranda sit salus, nisi sacrificium obtulerint Deo, spiritum contribulatum per pœnitentiam. Peccata ergo lethalia supplicio gehennæ, eoque luctuoso, & sempiterno punienda preces, supplicationes, aliaque fidelium benefacta, Epiphanio censore, [illegible], bene verò venialia, & de hisce etiam Græcorum continuatam sententiam videre poteris in nostra Dissertatione de vtriusque Ecclesiæ consensione in dogmate de Purgatorio.

[c] [In eodem illo libro reperi Pauli,] &c. Et hanc historiam Liber continebat, eamque Chrysippo adscribebat, Hierosolymitano Presbytero, qui in Martyrem Theodorum laudationem scribens, quasi aliud agens, Luciani cuiusdam meminit, eiusdem quoque Hierosolymitanæ Ecclesiæ Presbyteri, cùm Ioannes sedi illi præesset.] Hic locus vel ab Exscriptore pessime habitus est, vel certe Photius memoriæ lapsu, quæ in Scriptore hoc apertis-E sima sunt, confudit. Namque Eustratius noster, neque hæc de Nicodemo Pauli Magistro, & aliis Chrysippo Presbytero Hierosolymitano adscribit : Neque Chrysippus in laudatione Theodoti Martyris Luciani Hierosolymitani meminit. (Cùm Chrysippus in ea laudatione tantùm miracula Theodoti commemoret) & postmodum tanquam ex alio Auctore Luciano, qui de Inventione reliquiarum sancti Stephani Commentarium scripsit Auctor referat. Et alia est laudatio Chrysippi in Theodotum, alius de inventione Reliquiarum sancti Stephani Luciani Tractatus, in quo Lucianus historiam Nicodemi & aliorum prolixe narrat. Verba Eustratij sunt.] Narrat porrò Chrysippus Presbyter Hierosolymitanus in laudatione Martyris hæc,] & cum narrationi duorum miraculorum finem fecisset, subnectit. [Porrò vt dictis verbis maiorem fidem comparemus, licet quibusdam tædio esse videbimur, vnà & eâ solâ visione allatâ, reliquas alias, quibus id placuerit relinquamus. Narrantur ergo in Revelatione Luciano Presbytero, ob F Reliquias Sancti Protomartyris Stephani facta ab eo, qui viderat, post prooemium hæc. *Et infra* ; Post hanc visionem, multas alias prosecutus, idem Lucianus, & loca intuitus, in quibus Sanctorum reliquiæ veteris repositæ repertæ sunt.] Non dici potuit clarius. Male ergo quæ Luciani sunt, ad Chrysippum referuntur. Et forte etiam à sciolo quopiam, ne, cum hæc scriberet, Photium dormitasse cogamur dicere, addita sunt. Vtcunque sit, Eustratij editione, nodus, qui eruditis offendiculo esse posset, extricatur. Ex his Photij male consutis excerptis sua eruens Possevinus, suis additionibus peiora fecit in Eustratio. Audiatur. [Eustratius Magnæ Ecclesiæ Presbyter, vt in Græca Bibliotheca Photius habet, Librum scripsit de Beatorum gloria, cum primùm solutæ sunt è corporibus, de aliorum item humanis spiritibus pro dignitate singulorum : deque earum ipsarum Apparitionibus. De vtilitate denique sacrificij sanctissimæ Eucharistiæ, precum, eleemosynarum pro defunctis, & alia huc spectantia. Vide ibidem G in Photio. Præterea de Baptismo Gamalielis, & Nicodemi, quæ libro inquit fuit adtexta Luciani Presbyteri Hierosolymitani, qui scribens Encomium in Theodorum martyrem, meminit Luciani Presbyteri Hierosolymitani, cui revelata sunt corpora Gamalielis, Abibi pueri, & Stephani Protomartyris, ad cuius thecam miracula sanitatum edebantur. *Et in Chrysippo* ; Sed & Photius meminit sive eiusdem Chrysippi, sive cognominis, qui de Martyrio scripsit Nicodemi, Gamalielis, Abibonis.] Falsum est, Eustratium scripsisse de Beatorum gloria; & de aliorum spiritib. pro dignitate singulorum, neq; id Photius habet. Nec idem de Baptismo Gamalielis, & Nicodemi scripsit sed tantum narrat quæ Lucianus in sua Revelatione refert. Falsum item est Eustratium Encomium in Theodorum Martyrem scripsisse, neque id elici potest ex Photio : multo minus eundem scribentem Encomium in Theodorum martyrem, meminisse Luciani Hierosolymitani. Errasse Possevinum cum Photio cum non legerit Eustratij tractatum, nil mirum, ipse quoque si non le-H gissem, insisterem vestigiis Photij, & verba illius vti verissima aliis etiam propinarem. At Photio appingere, quæ nec ille somniavit quidem, hoc vero oscitantiæ summæ est, ne dicam ignorantiæ. Vtcunque tamen se habent verba Photij, plana equidem ea sunt, & aperta nec possunt nisi dormienti imponere. Vide quantum incommodi nascatur, si animum ad Scriptorum lectionem non adiungis, sed dum legis, ad aliorum negotia studium tuum transmittis. Quisnam porrò Chrysippus iste fuerat, hic ex vita Sancti magni Euthymij, quam accurate nimis ac diligenter Cyrillus Scythopolitanus sub Iustiniano Imperatore concinnavit, in tui gratiam, Lector, colligamus. Fuit hic genere Cappadox in bonis disciplinis cum duobus fratribus Cosma maiore, & minore Gabriëlio in Syria educatus : postmodum cum iisdem fratribus prudentia, & virtutibus animi conspicui ad Magnum sese Euthymium recipiunt, vt vitæ genus idem vnà cum Euthymio transige- *Vide Surium in Ianuario pag. 121 sub finem.*

tent. Quietis in Euthymio amor, ætas iam adolescens (A) in fratribus, & quod ab ipso sui ortu Gabriëlius eunuchus venusta esset facie, ne iu consortium admitterentur, in causa fuere: sed nocte admonitus Euthymius, eos à Deo missos esse, & ne in posterum quemquam, qui salutem sibi procuraret, expelleret, recepit ea conditione, vt maior Cosmas iuniorem Gabriëlium cellæ exire non permitteret: neque enim decorum videri, muliebri & decora facie iuvenem in Laurâ cum aliis versari & vivere: & moras Cosmæ non diuturnas eo in loco vaticinatus est, tanquam qui non diu post in Scythopolitanam Ecclesiam esset promovendus. Quod & effectu comprobatum est. Interim cum Anastasius vasorum custos, & Chorepiscopus, magni Passarionis alumnus, & in certaminibus socius visendi S. Euthymium ingenti desiderio teneretur, rem Phido Ioppes Episcopo, & Cosmæ tum Crucis custodi communicant, incessu tacito progredientes, dum adhuc essent in Lauræ vicinia, (B) Euthymio iter eorum innotescit: & accersito Chrysippo tum loci Oeconomo, Age, accinge te ad opus, ait: nam cum fratre tuo Patriarcha hic pergit, illisque progressis, Euthymius mente sublevatus, cum Anastasio, æque ac si esset Patriarcha Hierosolymitanus, colloquium miscet. Reliquis admirantibus, Chrysippus prope factus Euthymio submurmurat, nullum ibi adesse Patriarcham, sed tantummodo Anastasium vasorum custodem, quod ex vestibus ipsis, quas Patriarcham gestare nefas erat, conicere potuisset. Hinc non sine admiratione senex respondit. Crede mihi fili, antequam sermonem mecum conferres, conspiciebam ipsum candidis vestimentis amictum; & ad alios reversus, Non sum deceptus, inquit. Veruntamen quod Deus prævidit, prædeterminavitque, illi modis omnibus finem imponet. Non multo post iidem Cosmas & Anastasius ab Eudoxia nobilissima muliere ad Euthymium mittuntur, vt sibi aditum apud ipsum impetrent, & assequuntur, quæ deinceps in sanctam vrbem ingressa, eiurata Monothelitarum hæresi, & Theodosio Ar- (C) chiepiscopo hæresis fautore reiecto, iisdem procurationibus à Iuvenali Patriarcha Catholico in communionem Catholicorum admittitur, & advocatos ex Euthymij Laura Cosmæ fratres, accuravit in Sacerdotium promoveri, sicque Gabrielium Sancti Protomartyris Stephani, Chrysippum Sanctæ Resurrectionis ædi sacræ præfecit, in qua pleraque laude dignissima composuit; [Chrysippus verò rectè factis in sancta Resurrectione per quam celebris, multa ingenij sui monumenta digna, quæ omnium manibus terantur, posteris reliquit.] Tandem defuncto Olympio Episcopo Scythopolitano Cosmas in locum illius sufficitur, & Chrysippo munus servandæ Crucis, cui antea Cosmas incumbebat, delegatur. Cosmas in secunda Palæstinorum provincia per annos triginta Ecclesiam constabilivit, & sumptibus erogatis adornavit: virtutibus item, & factorum gloria conspicuus. [Frater vero huius Chrysippus per decem annos inculpate cůstodiendæ Cruci deservit, admirabilis monimentorum scriptor. Gabrie- (D) lius Presbyter, vt dictum est, ædi Sanctæ Resurrectionis, & Sancti Stephani præfectus per vigintiquatuor annos, exædificato sibi Monasterio parvo in valle Orientali templi sanctæ Assumptionis, in eo à septimo Theophaniorum die ad Palmarum festum ex traditione S. Euthymij quietus, & ab externis molestiis liber vitam agebat, & in eo diebus quadragesimalibus vitæ finem imponens, sepulturæ locum habuit, octoginta annos natus, & signifer factus. Cum autem neque adversaretur, neque repugnaret natura, & dicendi cupiditate flagraret, & Romanorum, & Græcorum, nec non & Syrorum lingua sermonem conferre & scribere didicit. Vivebant sub Marciano, & Leone successore Chrysippus dicendi formam secutus est, vt ex his paucis, quæ Eustratius exscripsit, conijcere est, non admodum à Sophistarum, & ea, quam laudationum Scriptores sequuntur, diversam, concisam, floridam, vividam, tropis ac metaphoris interstinctam, & rem digito mon- (E) strantem, adeo vt & moveat, & suadeat, & delectet. Sed hæc de Chrysippo, & fratribus Cosma & Gabriello satis.

[d] *Hic Lucianus nocte quadam.* Lucianus hic, presbyter etiam Hierosolymitanus scripsit suam de reliquiis S. Stephani Protomartyris, Gamalielis, & aliorum revelationem, & earundem inventionem, eam Latine transtulit Avitus presbyter Hispanus in gratiam Orosij, alius ab Alcimo Avito Episcopo, qui floruit circa annum quingentesimum. Claruit anno 410. De eius integritate nullus hactenus inter Catholicos dubitavit. Namque adstipulantur Gennadius de viris illustribus cap. 46. Marcellinus in Chronico, Nicephorus Historiæ Ecclesiasticæ lib. 14. cap. 9. Beda in Retract. in Act. Apost. & de sex ætatibus mundi. Nicetas Orat. de Invent. reliquiarum Sancti Stephani, & alij recentiores. Edita est Latine apud Surium Tom. 4. die 3. Augusti. Observat Casaubonus Exercit. 13. num. 32. multa in eo peccari, quæ tamen in vnum reducuntur, quod *Capharmagala* (F) male interpretatus. At mihi Catholicorum studia potiora sunt.

EVSTRATII SANCTISSIMÆ Dei magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Presbyteri.

Refutatio eorum, qui dicunt, humanas animas statim atque propriis corporibus solutæ sunt, non operari: Neque Deo pro iis precibus effusis & sacrificiis oblatis vtilitatem consequi. Namque consequuntur, & sublevantur vt infra in hoc Tractatu conspicies.

(G) 1 • SApiens Salomo, Prophetæ & Regis Davidis Filius, & qui ex pace cognomen sibi adscivit, ad optimam operationem in ignavia obdormiscentium socordiam excitans, amovensque segnitiem dicebat; [Vsquequo piger iaces? Quando autem è somno excitaberis?] *Et rursus*; [Vade ad Formicam, ô piger, & æmulare vias illius, & esto illa sapientior.] quod si id tibi non arridet. [Vade ad Apem & discito, quomodo operatrix est, operationem quoque quam castam negotietur, cuius redditus tum Reges, tum privati & imperiti ad sanitatem sibi conservandam vsurpant.] Quid itaque nobis innuere, sibi proponens Parœmiasta, duorum horum animantium exemplo vtitur? Vt mihi videtur, non tantum ob segnes, & in corporali pigritia vitam agentes; similis præcepit, sed duplicem, quæ inter homines sunt supremæ, vitarum rationem, & institutum insinuare sibi proponens, similes sermones expressit, quarum altera magis est terrestris, & eorum, qui humi repunt, quæque (H) alienorum laborum, & e terra prognatos fructus surripit rursumque sub terram abscondit. Tale enim est formicarum studium, quæ subiecta oculis à possidentibus corradentes, & rapientes in absconditos, ac latentes thesauros sepeliunt: quibus non immeritò quis assimilaverit violentissimorum inanam atque contentiosam contorsionem. Sed apum extra omnem violentiam, & quæ non aliena à Philosophia est, operatio, eorum vitæ rationem, qui sublimiori quodam modo vitam peragunt, innuit: neque enim furum aut prædonum more, qui virtutem exercent, aliorum labores ambiunt, sed vice versa ex proprijs potius proximo elargiuntur, quemadmodum & apis volatu aërem secans, & ex floribus pulcherrima quæque decerpens, fructus haud imminuit, sed ab omni noxa immunes conservat; quin etiam non ob vsum proprium opere simili defungitur, sed & Regibus & privatis, & omnibus insimul dulcia, ac suavissima, eaque abunde & affluenter

quæ

quæ sibi produxerat, ad aliorum salutem exponit.

2. Consideremus præterea, an ad aliam quoque speculationem ad propositum scilicet nobis scopum, contemptorum horum ac pusillorum animantium ænigma quidquam conferat? & conferre absque vlla hæsitatione duco. Nam rebus etiam in aliis sæpissime divinam Scripturam per exempla, parabolas, atque ænigmata nobis sermonem instituere: & præcipuè Dominum nostrum & Deum in Evangeliis non multitudinem tantùm, sed & sanctos Apostolos per parabolas alloqui, & instruere comperimus. Quid itaque est quod quæritur, & quamnam ob causam similes dictiones proœmio nostro præfixæ sunt? Nonnulli ex iis, qui circa sermones tempus insumunt, & de humanis animis pro Philosophorum more disputant, & de iis addubitant, contendunt, post migrationem ex hac vita, & animarum è corporibus secessum, nihil agere, sed ab omni operatione vacare. Et easdem ipsas animas, sive eæ sanctæ sint, sive alio modo se habeant, licet eorum, qui sanctitate illustres fuere, aliquibus appareant, secundùm suam propriam subsistentiam, sive, existentiam, vt ipsi asseverant, non apparere, sed divinam quandam vim ac facultatem eorum figuram assumentem, sanctorum operantes animas ostendere: illas enim ita aliquo in loco detineri, vt nunquam possint post migrationem è corpore, se ipsas alicui manifestare.

3. Quid itaque nos similia decernentibus opponemus? Imitemur & nos, ô amici, formicam, eaque multo sapientiores evadamus: neque somni gravedine oppressi, eosque, qui in segnitie atque ignavia vitam traducunt, æmulati, continuo perpetuoque obdormiscamus. Eodem vero modo de animo quoque philosophemur. Pusillum itaque illud animal, dum nulla agricolatio suppetit, nec vllum habet, qui cogat, æstate alimenta sibi præparat, & tempore messis multa in penu deponit; annon multo magis addecet nos nihil cunctantes, imma qui nos cogunt habentes, & in promptu sunt & ad manus, multa ex divinis Scripturis & Patrum doctrinis reposita, circa propositæ quæstionis disquisitionem pro virium nostrarum modulo segnes non esse? Apis etiam, licet viribus imbecillior sit, pratis apertis ludit, & flores suavissimos legens, & pedibus loco manuum, vtens, sapienter favos contexens, ad eos, qui eos prudenter demetere sciunt, transmittit, qui artificiosè eorum ademptionem, nec non liquamen molientes, abundè, quibus ea opus est, agricolationem communicant. Sed illi quidem temporalis vitæ causa, dulcis nundinationis mercedem accipientes, parvum ad tempus ex voluptate exsaturantur: nos vero & sententiarum, & quæstionum per multos agitatarum ferculis explere cupientes, non ventrem corporeum, qui semper arripit, & semper exinanitur, sed animum alere, similis sibi appetentem, qui nunquam sese excipientia repositoria in arctum cogit, sue complet, sed quanto magis concupiscitur, eo magis exhibetur, vt ait Ecclesiastes, [non saturabitur oculus visu, nec auris auditu implebitur.] necesse est, vt vires suppetunt, & nos possumus de propositis sermonem instituere.

4. Dicemus vero in præsenti, non quantum argumentum ipsum requirit, sed quantum ipsi possumus, & vires concedunt. [Neque enim, quod spatium inter cœlum & terram vniversum oculis prætergredi non valemus, vt quodam in loco dicit Basilius Magnus, ideo & quod possumus, negligimus.] Transferamus igitur, vt dictum est, & ad speculationem propositi conatus, hoc ipsum animantium exemplum. Fatte simulacrum aliquod animæ & corporis, postquam separata sunt, neque rebus in omnibus discordans, neque concordans præseferre comperietur. Exempla siquidem secundum vnam partem assumenda sunt, secundùm alteram reiicienda. Quod si quis omnia omnibus comparaverit, iam tum non amplius exemplum, sed res eadem vtrumque fuerit. Non abs re itaque hoc idem exemplum in propositam sententiam, formicam quidem corpori, apem animæ assimilans, traxeris, & quemadmodum illa, parvum ad tempus super terram versatur, plurimum vero subtus terram degit, & habitatio illius sepulchris ipsis haud dissimilis est, hoc eodem modo & nostrum corpus, donec super terram moras agit in labore, ærumna, atque divulsione eaque immodica occupatur, cùm postmodum adveniente morte, extra ea factum demortuum, & sepulturæ traditum fuerit, sub terra persistit, donec tuba intonuerit, quemadmodum & formica donec terra calorem adepta fuerit, & cœlum fragore tonaverit, subterranea, immotaque permanet. At apum genus in aëre quodammodo semper est, & licet videatur aliquantulum abscondi, non vniversè, aut omnibus, sed quibusdam particulatim disperditur: & tum quoque non infra terram aut in obscurissima loca transmigrat, sed in lucidissimis sedibus cum addecenti ornatu & diligentia placidissima quiete fruitur: & hyberno tempore nonnunquam solaris caloris particeps effecta, è suo sese domicilio extrit, & non absque suavissimo susurro pervolat, quocunque volatum direxerit, rursumque in propriam sedem remeat. Non alio modo animæ, quæ mites ac mansuetæ fuere, & in præsenti hac vita dulcedinem demessuere, licet post obitum in quædam, quæ mente concipimus, loca transmigrant, nihilominus nutu Numinis in hanc vitam, quæ est eorum, qui cum tempestatibus colluctantur, adveniunt, & operantur, & commodis multorum, in somniis, & inter vigilandum, quemadmodum & Angeli, transmissæ inserviunt, quod tempore opportuno demonstrabitur.

5. Veruntamen nos in præsentia, eos qui non recte sentiunt; docentque animas post separationem à corporibus non operari, relinquentes, vt ipsi inter sese obdormiscant, & similes ipsorum nugas repellentes, divini Spiritus auxilio, fundamentum, & sermonis nostri veluti fulcrum ex Sacris Scripturis petita testimonia iacientes, ad quæstionis disquisitionem veniemus, à scriptione Moysis initio sumpto, licet ille in ænigmate, & in figura de hisce locutus sit. Dicit itaque in Genesi Caïnum Deus alloquens: [Vbi est Abel frater tuus?] & illo asserente, se nescire, [dicit Dominus ad eum. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.] De quo & secundus Moyses Paulus divinus Apostolus pronunciat. [Fide plurimam hostiam Abel quam Cain obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est, esse iustus, & per illam defunctus adhuc loquitur.] Quanam ratione viventem fratrem demortui nuncupat, nisi ille, qui demortuus erat, & vivens, & subsistens clamaret, & alloqueretur, & quemadmodum dixit Apostolus, *adhuc loquitur*? Quid his respondebimus? Si post separationem à suo corpore anima non operatur; quomodo clamabat? Et tamen clamor non à demortuo; sed à vivente emittitur. Hinc Apostolus ex parte animæ vniversum ostendens dicebat, *Defunctus adhuc loquitur*, illud, *defunctus* corpori, *loquitur* animæ attribuens. Loqui itaque post mortem cuiusnam videtur esse indicium, operantis, an non operantis? Vivi, an defuncti? Mihi enim, & cuicunque, qui vel parumper sapit, in æquo esse videtur, vivere & operari: quemadmodum & oppositum, eum, qui neque secundùm intellectum, neque secundùm rationem operatur, non subsistere, neque vivere, neque operari, vt verbis vestris vtar.

6. Sed fortè nonnulli de sanguine contradixerint, quibus respondemus. Palam legem Moysis plerisque in locis, animantium omnium, quæ ratione carent, animam sanguinem esse decrevisse: nec absone propter nominis similitudinem, animam quoque intellectualem, & rationis compotem sanguinem nuncupasse. Nam ad imperfectos ille, & adhuc infantes orationem dirigebat. Scimus præterea sanguinem ipsum

per se neque clamare, neque loqui, corpus enim est, & terra. De quo magnus Basilius Cæsareæ Episcopus, & orbis Magister Oratione nona in Exaëmeron hæc habet. [Educat terra animam viventem. Quare animam educit? Vt discas animæ iumenti & animæ hominis discrimen. Et paulo post videbis, quomodo anima hominis conflata est. Nunc verò de anima eorum, quæ ratione carent, audi quandoquidem, vt scriptum est, vniversi animantis anima sanguis illius est, & sanguis coagulatus aptus natus est in carnem converti, & caro corrupta in terram dissolvitur dum non immerito anima iumentorum terrena quodammodo est.] Iumenti itaque animæ, & animæ humanæ differentia in eo consistit, vt Pater insinuat, quod altera quidem corrumpitur, & in terram, ex qua & facta fuerat, dissolvitur: humana vero, etiam post dissolutionem corporis perdurat, & clamat, & operatur, & vt Apostolus dixit, *adhuc loquitur*: cùm sit simplex, & rationis compos; & intellectualis, & vacua corpore. Et hæc ita se habere demonstrat idem Basilius. Dicit enim hæc in Psalmum 114. [Inclinavit aurem suam mihi. Nam divinæ aures ad sentiendum voce non indigent. Sat namque norunt in motu ipso animi, quæ concupiscuntur, agnoscere. Annon vides, Moysem nihil pronunciantem, sed gemitibus inenarrabilibus Deum alloquentem, audire à Domino, Quid clamas ad me? Novit Deus & sanguini iustorum, cui lingua non est, neque vox aërem verberans, aures præbere. Operum verò iustorum confidentia, ingens vox est apud Deum.] Cum comparasset Pater Moysem & Abelum, ostendit, quemadmodum Moysem mortis nondum expertus, sed vivens, & corpore animoque subsistens, non lingua carnea loquebatur, & clamabat, & Deum supplicabat, sed id animo peragebat, ita Abelum, cui lingua nulla aderat, aërem diverberans, sed anima vivens & operans, supplicationes Domino obtulisse. Magis autem hoc ipsum explanare doctissimus Ioannes Episcopus Constantinopolitanus. Commentario in Matthæi Evangelium, Oratione decima octava edisserit; [Immo verò maxime dolentium est, illo vtique modo orare, quo dixi. Nam & Moyses dolebat, & sic orabat, & audiebatur, & propterea dicebat Deus; Quid clamas ad me? Anna quoque, cum vocem nullam prorsus emitteret, omnia tamen, quæ voluit, impetravit: quia cor illius clamabat. Abelus vero non modo tacens, sed etiam defunctus orebat, & sanguis eius emittebat vocem omni prorsus buccina clariorem? Si ergo Patres ipsi Apostolo consona de Abelo tradiderunt, cum scilicet etiam defunctum orasse, precatio ipsa agentis, & non otio vacantis fuerit; & buccina clariorem vocem emittens sanguis, ostendit & fratricidam, qui illum effudit, & animæ colloquium insinuat. Dixit siquidem Pater, *Non modo tacens, sed etiam defunctus orabat*, non amplius instrumento corporeo, sed spiritali sermonem conferens, quemadmodum & Apostolus dixerat; [Hoc ipsum quid oraturi sumus, sicut oportet, nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.] Hoc idem de Moyse dictum est, qui nullam vocem emittens, sed inenarrabilibus suis gemitibus postulans, à Domino audiebat; *Quid clamas ad me?* Quod & Abelus demortuus intercedebat. Quinimò hoc idem agere nunquam cessant, qui partis iustorum sunt. De anima igitur, quæ propriè anima est, & rationis compos, & intellectualis, dicitur non absque abusione, & sanguis animantium ratione carentium anima, quæ non semper perdurat, vti anima ratione vtens, sed in ea, ex quibus conflata est, regreditur. Sed enim anima rationis particeps, & spiritalis etiam postquam à corpore secessit, vt iam demonstratum est, & permanet, & vivit, & loquitur, vt naturæ suæ congruit, & similiter operatur non imaginatione, sed reipsa: & veluti in rationali & spiritali, & re non materiata, apud Deum confidentiam habens, eo iubente, in hanc vitam, vt aliis multis benefiat, dimittitur.

7 Videamus porrò, quid præterea de Abrahamo magnus Moyses narrat; [Et deficiens mortuus est Abraham in senectute bona, provectæque ætatis, & plenus dierum; & appositus est ad populum suum. Populus nunquam diceretur, nisi vivens, & operans, quemadmodum neque plebs, neque chorus, nisi subsistens & agens, vtilia scilicet peragens. Nec aliter de Rachele sermonem instituit; [Factum est autem, vt cùm emitteret animam: imminebat enim mors.] Non moritur anima, sed ob illius secessum, corpus demoritur. Quonam igitur emissa anima abiit? Manifestum est, eam progressam in regionem viventium. Sicuti & de Isaaco innuit dicens; [Consumptusque ætate mortuus est, & appositus est ad genus suum.] Genus aliud ab hoc mundano, & temporali, quod semper vivit & nunquam deperit: quod semper movetur, & nunquam ab operu vacat. Pari modo sermonem instituere Iacobus quoque videtur; [Ego congregor ad populum meum: sepelite me cum Patribus meis. Finisque mandatis, quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, & defecit, appositusque est ad populum suum.] Qui ad Patres & populum apponitur, partim quidem in regione viventium, partim in terræ aggere apponitur: ex parte enim totum indicatur. Namque *sepelite me*, de corpore accipiendum est, de quo dictum est, *terra es, & in terram reverteris*, at *populo & patribus apponi* eorum, qui in lumine vivunt, esse credimus. Qui vero in lumine est, nunquam non operi vacat: scriptum enim est, *lumen iustis in perpetuum*. Quod etiam dicitur in Exodo à Deo Moysi super rubo; [Ego sum Deus Patris tui, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob,] nil aliud præter iam dicta innuit. [Deus enim mortuorum non est, sed viventium,] Dominus in Evangeliis dicit; *omnes enim vivunt ei*. Si omnes ipsi vivunt, iam patet, & eosdem operari. Quod si non operantur, vt vos contenditis, neque vivunt. Et non operari, corporum est proprium mortuorum, & immobilium. Et in Numeris de Dathane & Abirone: [Moyses & Aaron procidentes, proni in faciem suam orabant dicentes, Deus spirituum & vniversæ carnis.] Deus spirituum, animarum scilicet Spiritus verò mortuos esse, & operi non vacare, minime fieri potest. Omnes enim ipsi vivunt, vt Dominus dixit. Dixit rursus Deus ad Moysem & Aaron In Monte Hor dicens: [Apponatur Aaron ad populum suum, quoniam non ingredietur in terram, quam dedi filiis Israël. Tolle Aaron & Eleazar filium eius, & duces eos in montem Hor: & nuda Aaron stola sua, & indues Eleazarum filium eius. & Aaron appositus, moriatur ibi, & fecit Moyses, vt præceperat illis Dominus: & mortuus est Aaron ibi in montis vertice.] Dictis illis divinis, scilicet, [apponatur Aaron ad populum suum; & Appositur moriatur,] non imminutio aliqua, sed augmentum potius alterius populi viventis, atque operantis notatur. In Deuteronomio quoque similia digeruntur. [Locutusque est Dominus ad Moysem dicens, Ascende in montem istum Abarim, & morere in monte, quem conscendis ibi, & iungeris populo tuo, sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor, & appositus fuit populo suo.] Cùm toties divina oracula repetant de exitu sanctorum hominum ex hac vita, & additione ad alium populum, indicant manifesto, dogma eorum, qui tradunt animas ad interitum venire, quique contendunt, eas nulli operi incumbere, nullius roboris esse, nec difficilem solutionem admittere: namque qui similia opinantur, à sese mutuo non discordant. Etenim si vivunt, & operantur; aut si non operantur, neque vivunt, neque subsistunt. Siquidem cùm sint spiritus animæ, vni spiritum addecet, & [illegible], & opus sibimetipsis conveniens perficiunt, & nunquam somno opprimuntur, vt sæpius diximus. Iob quoque pietatis athleta hæc ait; [Pusillus & magnus ibi est, & servus non timens Dominũ suum. & Quis non cognovit in his omnibus, manum Domini hæc fecisse; si in manu illius anima omnium viventium, & spiritus cuiuscumque hominis.] Nam si demortuus homo vivet,

absolutis

A absolutis diebus vitæ suæ. Qui veritati sese opponunt,
hisce ne apertiora conquisiuerint? Nam cum hic multis
certaminibus illustris dicat, *pusillus & magnus ibi est,
& servus non formidans Dominum suum*, clare constabi-
liuit, animas subsistere, & operari. Namque illud,
est, &, *non formidans*, amborum sententiam con-
uellit. Formidare siquidem, & non formidare viuen-
tis indicium est. Et cum pius & verus homo asse-
rat, manum Domini hæc fecisse & in manu illius
cunctorum viuentium animam, & spiritum cuiuscun-
que hominis esse: namque, si moriatur homo, viuet,
non concedit nobis, vt intelligamus, aut non subsiste-
re, aut non operari post separationem hominum animas.
Dixit quippe, *si moriatur homo, viuet*, scilicet anima.
Spiritus siquidem siue anima cunctorum viuentium in
manu sui factoris sunt. Dei vero manus effectrices, siue
mauis, creatrices, ac operatrices facultates non incom-
mode intelligentur, quæ omnia procrearunt, & conser-
B vant. Nam inquit, [Manus mæ fecerunt me, & plas-
mauerunt me,] quæ sunt, vnigenitus Dei filius, Ver-
bum & Deus, & Spiritus sanctus. Rursus quoque David
concinens dicebat; *Placebo Domino in lumine viuentium*,
& rursum, *Placebo Domino in regione viuentium*. Si
David orabat, in lumine, & regione viuentium mo-
ras agere, qui in lumine viuunt, otiosi, aut immo-
biles manere non possunt. Nam si ignis sensui &
materiei obnoxius, qui nostri è seruitio est, perpe-
tuo sese mouens, motui finem nullum ponit quo vs-
que in materie conspicimus, qua ratione intellectualis, &
rationis compos anima, immota, & nihil agendo per-
durare poterit, cum incorporea sit, & igne, quem ocu-
li consequuntur, multo mobilior, & instar diuini lu-
minis nunquam dissoluatur? Simplex enim est, nec in
aliquam figuram formata. Et hoc à nobis in alio Com-
mentario de hac ipsa, & sanctis Angelis, eos scilicet
incorporeos esse & simplices, fusius demonstratum est.
Et in Regnum libro tertio hæc Salomoni Deus infit,
C *Dirumpens scindam regnum tuum de manu tua, & dabo
illud servo tuo. Veruntamen in diebus tuis non faciam hæc,
propter David servum meum.* Si post mortem servum
appellavit David, palam est, servum nunquam otiosum
esse, sed semper ministerium suum, actionem scilicet
sibi addecentem perficere, quemadmodum in lumine &
regione viuentium fit, laudantem semper Dominum. Et
hoc variis in locis per prophetas Deus insinuat, *Prote-
gam ciuitatem istam propter me, & David servum meum.*
Vides, intercessionibus Sanctorum suorum, Deum iu-
stas minas nobis imminentes auertere? An igitur sancti
intercedentes operantur, vel non operantur, iudicio ve-
stro perpendite. Intercessio non est mortuorum dor-
mientium, sed viuentium & subsistentium, & ope-
rantium.

8. Elias quoque Propheta, qui etiam cum viueret,
essetque in corpore, super hanc humanam vitam sub-
latus est, quanam ratione viduæ filium exsuscitavit? Di-
xit enim; [Heu mihi Domine, testis viduæ, cum qua
D ego habito cum ipsa. Tu afflixisti, vt interficeres filium
eius, & insufflauit in puerum tribus vicibus, & inuoca-
uit Deum, & dixit; Domine Deus meus, reuertatur
anima pueri huius in ipsum, & factum est ita, & excla-
mauit puer:] Non dixit exurget, aut expergefiat, quo-
niam dormit anima pueri: sed *revertatur*. Hinc liquet,
eam ad populum viuentem, qui in lumine, & regione
viuentium immorabatur, delatam fuisse, ex qua rursum
reversa est. Si itaque, vt vos opinamini, fieri nequit,
vt anima hinc migrans, rursum in hanc vitam ante vni-
uersalem resurrectionem reuertatur, quanam ratione
corporum, quæ surrexerunt animæ, in propria corpora
reuersæ sunt, aliquidne operatæ, aut non operatæ?
Hoc non semel sed sæpius in nouo ac vetere Fœdere
actum est. Et Elisæus propheta non modo cum vita
frueretur, mortuum exsuscitauit, Somanitidis filium,
sed etiam illius demortui corpus, spoliatum anima, vi
diuina operans, mortuum in vitam reuocauit; de quo
in quarto Regum, hæc scripta sunt; [Et mortuus est

E Elisæus & sepelierunt eum. Latrunculi vero de Moab
venerunt in terram in ipso anno, & factum est, cum ipsi
sepelirent virum, & esse viderunt latrunculum, & pro-
iecerunt virum in sepulchrum Elisæi, & aufugerunt, &
abiit homo, & tetigit ossa Elisæi, & reuixit, & stetit
super pedes suos.] Dicetis prorsus, qui in aliis omnia
istis, diuinam esse vim, quæ operatur? nec ipse abnuo.
Quis enim adeo est sui immemor, qui aliter sentiat?
nāque ait: *glorificantes me glorificabo*. Quomodo ergo glo-
rificat, si animæ non operantur, aut corpore sanctorum,
qui eum glorificarunt? Planum itaque apertumque est,
quotquot ad Sanctorum reliquias confugiunt, eos om-
nes ex ipsis, ita annuente Deo, sanationes accipere:
quotquot autem rursus ob imbecillitatem corporis ad
eorum fana progredi non valent, glorificatum ab illis
Deum eosdemque glorificantem, cum illi complacitum
fuerit, illis Sanctorum animas, cum eorum ope indi-
gent, manifestare. Et hæc ita se habere sacer præco Ie-
F remias Propheta palam facit, Sanctos non tantum pro
piis hominibus intercedere, sed etiam pro iis, qui im-
pietati operam dederunt. Hæc enim ait de iis, qui in
captiuitate erant, & in legem Dei præuaricabantur. [Et
dixit Dominus ad me dicens, si steterit Moyses, & Sa-
muel coram me non est anima mea ad ipsos. Extra mitte
populum hunc, & exeant.] Illud, si steterit Moyses, &
Samuel coram me, id tantum indicat, eosdem pro iis
qui in legem præuaricabantur apud Deum intercces-
suros.

9. Si itaque pro iis, qui iniustitiis atque impietati-
bus dediti sunt, Sancti non cessant intercedere, quanto
magis pro iis, qui illis sese addicunt, & ex toto corde
eos inuocant, tanquam operantes, misericordi Deo no-
stro & Domino preces offerunt? Intercedere siquidem
actionis est, non otij aut segnitiei species. Sed & tres
pueri post creaturarum fere omnium in factorem no-
strum, & creatorem laudum enumerationem subdi-
derunt; *Benedicite spiritus & animæ iustorum Domino.*
G Benedicere, & laudes promere iustorum animas, non
dormientium, aut socordium, sed operantium & ali-
quid agentium est. Et hæc non alio modo se habere,
apertius ex Machabæorum libris dignoscemus. Narran-
tur itaque in secundo libro hæc. [Machabæus autem con-
tinuo confidebat cum omni spe, auxilium sibi à Deo
affuturum adhortabaturque suos, ne formidarent gen-
tium irruptionem.] Et rursus. [Singulos autem eorum
armans non clypeorum, & hastarum securitate, sed ser-
monibus optimis & exhortationibus, exposito digno
fide somnio mirum in modum omnes lætificauit. Erat
autem huiusmodi visus. Oniam, qui fuerat summus
Sacerdos, virum bonum, & benignum, verecundum
visu, modestum moribus, & eloquio decorum, & qui
à puero in omnibus virtutibus exercitatus erat; hunc
manus protendentem orare pro omni populo Iudæo-
rum. Posthoc apparuisse & alium virum, canitie & glo-
ria mirabilem, & magni decoris habitudine atque excel-
lentia singularem. Respondentem vero Oniam dixisse.
H Hic est fratrum amator & populi Israel. hic est qui mul-
tum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate, Iere-
mias propheta Dei. Extendisse autem Ieremiam dextram,
& dedisse Iudæ gladium aureum dicentem; accipe gla-
dium hunc, munus à Deo, in quo deiicies aduersarios.]
Si quid obscurum à nobis de proposita animarum quæ-
stione, ô Viri admirandi, allatum fuisset, par esset ad-
huc vos, earum actiones, siue visus in controversiam
vertere, quando vero de Onia magno Sacerdote, & Ie-
remia fratrum amatore, & qui pro populo, vrbeque mul-
ta supplicauit, huius historiæ Auctor, apertissimos; &
ad demonstrandum idoneos sermones vsurpauit, quid in
præsentia vobis videtur? Namque cum dicit ab eo dig-
num fide somnium expositum fuisse, existimo, huius
eundem omnino fide dignum esse. Vere itaque visionem,
qui viderat, & Sacerdotem vt Sacerdotem, & Prophe-
tam vt Prophetam conspexit. Quod si de animarum con-
troversia est, iam id quoque variis modis ab incorpo-
reis Angelis factum fuisse comperimus. Sed quemadmo-

A dum Angeli propria subsistentia præsentes, in terra visiones efformant: ita & Sanctorum animæ propria subsistentia, quocunque eas miserit Deus, visiones, vt illis Dei donum concedit, ad salutem & vtilitatem eorum, qui eius opem implorant, perpetuo efficiunt. Porro neque sancti Angeli, neque Sanctorum animæ absque iussu diuino visiones, actiones nempe suas, vnquam perficiunt. Nam cum servi sint, imposita sibi munia cum timore exequuntur. In secundo etiam libro eorundem Machabæorum historiæ, hæc traduntur, [Heliodorus autem, quod decreuerat, perficiebat, & eodem loco cum satellitibus circa ærarium præsens. Sed spiritus omnipotentis Dei magnam fecit suæ ostensionis euidentiam. Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens sessorem, optimis operimentis adornatus, isque cum impetu Heliodoro priores calces elisit: qui autem ei sedebat, videbatur arma habere aurea. Alij etiam apparuerunt duo iuuenes, virtute decori, optimi gloria, B speciosique amictu, qui circumsteterunt eum, & ex vtraque parte flagellabant sine intermissione.] Hanc visionem licet nonnulli obscuram reputent: addubitant siquidem, Angeli ne, an Sanctorum animæ visionem illam expresserint, nos in quarto eiusdem Historiæ libro aperte expositam hunc in modum legimus. [Reuertenti autem cum armato exercitu Apollonio ad pecuniarum prædam, de cœlo equites apparuerunt Angeli, armis resplendentes, & magnum illi metum ac tremorem inijcientes. &c.] Et in eiusdem Historiæ libro tertio, hæc; [Deus magnæ gloriæ, & omnipotens, & verus ostendens sanctam suam faciem aperuit cœlestes portas, ex quibus gloriosi duo terribiles Angeli descenderunt, omnibus præter Iudæis conspicui] Quando ergo visionem Angelorum, qui digni sunt, intuentur, sat norunt, eos Angelos & esse, & nominari. Pari modo cum Sanctorum animas perspexerint, humanas animas viros à parte nuncupant, vt liquet in secundo libro, dum de Onia summo Sacerdote, & Ieremia Propheta sermo est. Rur-C sus eodem in libro hæc refert Auctor. [Cum ingens conflictus factus esset, apparuerunt aduersarijs de cœlo super equos auro frænatos viri quinque pulchro aspectu, & Iudæos ducentes, & cum medium clausissent Machabæum, & suis armis contegerent, ab omni noxa immunem conseruabant, in hostes vero iacula, & fulgura coniiciebant. Ideoque confusi cæcitate interrumpebantur, turba pleni. Accurate dictis attendentes, ô sapientissimi, agnoscite, qui sint visum fugientes viri, quos & duces appellavit Historiæ scriptor. Et palam est, eum intellexisse patrem secundi Iudæ Machabæi, & patruos illius intellexisse. Namque filij Matthiæ quinque fuerunt, Ioannes, Simon, Iudas, Eleazarus, Ionathan, quatuor veluti pro fratris filio, Simon veluti pro filio, ipsius enim erat filius secundus Iudas qui & Machabæus, dimicabant. Omnes itaque tanquam affines armati comparentes præliabantur. *Frater* siquidem *fratris auxilio præmunitus, est veluti vrbs fortis, & mœnibus circumdata.* Fide dignum itaque & demonstratione con-D stabilitum, animas postquam è corporibus excesserint, occasionem nactas, nonnullis apparere in hac vita: & ab hoc testimonio præsens tractatio argumentum assumens, silentium imponit illis, qui contendunt eas, continuo somno opprimi, quinimo excitat præparatque, vt somno excusso, perennem Deo gloriam arripientes, cum incorporeis potestatibus Deo offeramus, siue in corpore, siue extra corpus versemur. Et iam quæ in veteri Fœdere veluti in figura & vmbra prævaticinata sunt, & ad nostrum hoc argumentum conducunt, ex multis pauca hæc adduximus.

10. Nunc post hæc ad noui Fœderis documenta recurramus. Dicit Matthæus sanctus Euangelista. [Et post dies sex assumit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & ducit illos in montem excelsum seorsim, & transfiguratus est ante eos, & resplenduit facies eius sicut sol. Vestimenta autem eius facta sunt alba sicut lumen. Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias, cum eo loquentes. Respondens autem Petrus dixit ad Iesum, E Domine bonum est nos hic esse. Si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, & Eliæ vnum.] Testimonium hoc vel solum ambigentibus satis esse poterat, vt præ eo alia sibi conquirere frustra conentur. Nam vbi veritas præsto est, mendacium prorsus abigitur. Sed cum & alia inquirunt, ea postmodum adnectemus. Quid itaque inquitis ad hanc vere oblatam visionem? Vere ne apparuerunt in monte Moyses & Elias, an non? Si vere, vt plane verè, ambiguitates iam dissolutæ cadunt. Ecce enim post obitum visus est Moyses. Quod si imaginatione, aut opinione tantū facta asseritis, sequetur protinus & reliqua, quæ ibi narrantur, imaginatione & opinione facta fuisse, trium Discipulorum in montem ascensum, Petri cum Iesu discursum, Prophetarum cum Domino colloquium, & ab alto à Patre vocem demissam, & quo tandem blasphemia procedet, facile dignosci poterit. Ne igitur in similem blasphemiam prolabamur, vtique credendum nobis est, post separationem F è corporibus collectiue quidem, atque apte & congruenter omnes animas, cum omnes viuant, operari; Sanctorum vero in hunc mundum, ita Deo annuente, aduenire. quemadmodum Moyses in monte visus est. Quod enim fit, pro vniuscuiusque mensura, potest & in pluribus fieri, & potissimum Sanctis: cum in commodum hominum, quidquid fit ab ipsis, vertatur. Ne itaque veras ac firmas historias in allegorias transferatis. Quandoquidem ipse audiui à nonnullis dici, non Moysem & Eliam secundum subsistentiam propriam videntibus apparuisse, sed legem & Prophetas. Atqui Euangelista id non asserit: sed tantum Moysem & Eliam visum fuisse. Et Petrus tria supplicabat construi tabernacula non legi, & prophetiæ, & gratiæ, vt cum vobis loquar, sed personis, quæ propria subsistentia existebant, Christi, & Moysis, & Eliæ. Et Moysem mortem obiisse, nulli dubium fuerit, qui Deuteronomium legit. Moysem itaque, qui tot ante annos demortuus fuerat, cum adhuc viuente Elia Propheta, dicit Euangelista, insimul cum Domi-G no, & Deo nostro Iesu Christo in monte colloquia conseruisse. De qua visione præcipit illis Dominus dicens; *Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis a mortuis resurgat.* Id ipsum sua interpretatione clarius reddet Ioannes doctissimus Doctor, & Constantinopolitanus Episcopus Commentatio in Matthæum hisce verbis; [Et apparuerunt illis Moyses, & Elias, loquentes cum eo. Cuius autem rei gratia Moysem & Eliam in medium producit? Multas quidem dicere quis causas posset, & primam hanc. Cum turbæ alij Eliam, alij Hieremiam, alij Prophetarū vnum opinarentur, idcirco Moysem & Eliam cæterorum Prophetarum vertices inducit, vt quam magnum sit inter servos & dominum discrimen cernerent. *Et rursus.* Ad hæc illud etiam possumus dicere. Quid; Vt addiscant, tam mortis quam vitæ eum potestatem habere: vtque supernorum & infernorum Dominus ostenderetur; idcirco & mortuum, & eum qui nondum id passus est, in medium produxit. *Et paulo post*: Quid igitur feruentissimus ille Petrus? Bonum est nos hic esse. H Et Moyses & Elias quoque adsunt. Elias, qui de cœlo fecit ignem descendere: Moyses, qui ingressus in caliginem, cum Deo collocutus est. Quid inde? Ipsa quidem nihil loquitur, sed nec Moyses, nec Elias, Pater autem omnibus maior & fide dignior magnam è nube vocem emittit. Sic fere Deus ita videtur. Nubes enim & caligo in circuitu eius. *Et paucis adiectis*: Vt autem nulla dubitatio emergeret, & de Christo solum dictum esse intelligerent, illi metu repleti sunt: neque enim si de vno eorum loqueretur, solus hic remansisset remotis duobus. Quid porro vox intonat? Hic est Filius meus dilectus.] Aperte tum ex verbis Euangelicis, tum ex Deiferi Doctoris testimonio, visionem quandam animarum sanctarum, earumque accessus ad eos, qui digni sunt, Deo nempe ita præcipiente, fieri demonstratum est.

11. Quod porro Ioannes Euangelista in conscripta ab ipso in insula Patmo Apocalypsi de Sanctis, & eorum actione scribat, consideremus. [Et cum accepisset

librum,

A librum, quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt coram Throno, habentes singuli citharas,& phiolas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum, & canunt canticum nouum dicentes; Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula eius: quoniam redemisti nos Deo, Reges & Sacerdotes.] Et iterum. [Et cum aperuisset sigillum quintum, vidi subtus altare animas sigillatorum propter verbum Dei, & testimonium Iesu, quod habebant. Et clamabant voce magna, dicentes, vsque quo Sanctus & verus Dominus non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum ex iis, qui habitant in terra? Et data est illis stola alba, & datum est illis, vt requiescerent tempus modicum, modicum, donec compleant & conserui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi erant & ipsi.] Et post pauca. [Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus,& populis, & linguis stantes ante thronum,& in B conspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum, & clamabant voce magna, dicentes, salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & Agno. Et omnes Angeli stabant in circuitu throni, & seniorum & quatuor animalium, & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum dicentes; Amen. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, & honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum, Amen.] Et rursum; [Et lauerunt stolas suas & dealbauerunt eas in sanguine Agni, ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius. Et qui sedet in throno, habitabit super illos.] Et post pauca; [Et factæ sunt voces magnæ in cœlo dicentes, Factum est regnum Domini nostri & Christi eius, & regnabit in sæcula sæculorum: & vigintiquatuor seniores, qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adorauerunt Deum dicentes; Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras: quoniam accepisti potestatem magnam, & C regnauisti. Et [audiui vocem de cœlo dicentem mihi. Scribe, Beati mortui, qui in Christo moriuntur. Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos.] Et verba quidem Apocalypsis abunde disposita sunt, quare quæ in illis obscure, & quasi per ænigma Theologo reuelata sunt, vti fieri potest, examinemus. Quænam sunt quatuor animalia & quinam vigintiquatuor seniores? & animalia quidem intelligenda sunt animalia quadriformia, quæ intuitus est Ezechieles Propheta: siue quatuor Euangelistæ: viginti quatuor seniores duodecim Patriarchæ, & duodecim Prophetæ simul: siue mauis, duodecim Apostoli cum Patriarchis. Ambos vero *ante thronum cecidisse*, Angelicum cœtum vna cum hominibus preces Deo offerre, indicat. *Cithara & phiala aurea odoramentorum plena*, orationes Sanctorum sunt. *Canticum nouum concinere* non aliud significauerit, quam nunquam interruptam neque cessantem eorum laudationem. Quanam igitur ratione tanta repleti gratia segnes, D & nihil agentes apud nonnullos audiunt? Imo etiam *ex altare signatorum animas clamare, & dicere; Vsque quo sanctus, & verus Dominus non iudicas, & vindicas sanguinem nostrum?* Aperte eorumdem actionem demonstrat. Percepiunt siquidem perfecte coronas suas consequi. Et perfecte sane se illos vlturum, ac mercedem eisdem relaturum, nondum promisit. Dixit enim: *Quiescite modicum tempus, quo vsque & conserui eorum*, fratres nempe, *compleuerint*, quemadmodum Apostolus docuit his iisdem verbis; *Deo melius aliquid pro nobis prouidente, ne sine nos consummarentur*. Neque eos propterea absque vlla actione segnes, ac desides in otio reliquit: Nam *stolas* illis *albas* tribuere, actiones eorum peculiares insinuat, quæ sunt sanctarum animarum visiones, ad quos ipsæ transmissæ in hanc vitam, propter aliorum multorum commoda, sanationes elargiuntur. Hæ siquidem sub altare clamabant. *Sub altare* vero easdem moras agere, non tantum eorum corpora sub altare reposita, actiones, hoc est sanationes perfice-

E re, sed & animas eorum subiectas esse Christo notat. *Altaria enim tua Domine virtutum Rex meus, & Deus meus.* Hinc post eorum preces expositas, rursum se vidisse *turbam magnam*, refert, *quam dinumerare nemo poterat: &* hos *stantes ante thronum, & ante Agnum* stolis albis amictos, & palmas in manibus tenentes clamare, & dicere. *Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & Agno.* Gestare porro præ manibus palmas clamantes, victoriæ signum subindicat. Vicerunt etenim diabolum, & suos administros ad mortem vsque pro Christo certantes; Quando & pueri, ad passionem Domino properanti, cum palmis obuiam facti. *Osanna clamabant*, & quod illi Prophetarum in morem post passionem Christi victoriam vaticinabantur, hi post finem victoriæ pulchrum ac spectabile, palmas in manibus ferentes, vti victores gratias Deo agebant, & omnes Angeli stabant in circuitu throni, & seniorum, & qua- F tuor animalium. *Gaudium* enim fit *super vno peccatore pœnitentiam agente.* Si super peccatore, quanto magis super decertantibus,& vincentibus Sanctis? [Et ceciderunt ante thronum in facies suas, & adorauerunt Deum, dicentes; Amen. Gloria, & benedictio, & sapientia, & honor, & gratiarum actio, & virtus, & fortitudo. Deo nostro in sæcula sæculorum. Amen.] Hanc, vt existimo, visionem, siue actionem contemplatus & Diuus Paulus, ad tertium vsque cœlum raptus, dicebat exorans; [Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur.] Hoc idem Catholicæ sanctæ Dei Ecclesiæ rationis compotis gregis præfectis tradidit, vt facerent. Nonne & ipsi noctu diuque genuflectentes pro se ipsis & populo supplicationes illi qui super excelsum, & elatum thronum sedet, *& ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur*, offerunt? Et hoc cum faciunt, operantur ne, an non operantur? Respondeant, qui contraria asserunt. Si igitur horum actio in terra facta operatio dicitur, dicatur similiter & quæ in cœlo G ab animalibus, & vigintiquatuor senioribus fit. Eadem siquidē & hi & illi pro orbe vniuerso intercedunt. Quare & Deus in ipsis habitat, vt dictum est; *Inhabitabo in ipsis, & inambulabo: & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.* Quicunque itaque lauerunt stolas suas, & dealbarunt in sanguine Iesu Christi: namque ipse Agnus appellatur, vt dictum est à Ioanne; *Ecce Agnus Dei qui tollit peccatum mundi*, hi sunt ante thronum Dei, & in templo eius asseruiunt die noctuque, voce magna clamantes, & dicentes; *Factum est regnum mundi Domini nostri, & Christi eius. Gratias agimus tibi Deus omnipotens, qui es, & qui eras, quod accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti.* Hoc eodem modo & Angeli antiquitus cum pastoribus choreas ducentes dicebant; *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax inter homines, bonæ voluntas.* Nam cœlum terra facta est, ex quo filius Dei in terra apparuit, quod *ab oriente sole ad occidentem nomen eius in gentibus glorificatum est.* Vocem tandem de cœlo Theologus audiuit dicentem; [Scribe; beati mor- H tui, qui in Christo moriuntur, amodo dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis: opera enim eorum sequuntur illos.] Quomodo igitur absque vlla operatione, siue actione, vt more vestro loquar, manent beati sanctique Martyres? Sæpius enim visiones eorum innotuere, quibus apertum remanet, eos, *cum sint cum Christo*, pro nobis nullo puncto temporis intermisso intercedere. Quod & prorsus facileque suadebit illis, qui Sanctorum animis dormitionem inducunt, ne ita sentiant, aut opinentur.

12. Verumtamen eos procidentes ante illum, qui sedet in throno, propria essentia operari à Deo missos, etiam post migrationem è corpore, diuinus quoque Paulus innuens dicebat, secunda ad Corinthios Epistola; [Confidimus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes adesse apud Deum: idèoque contendimus siue præsentes, siue absentes, vt illi placeamus.] Cum enim vtramque vitam, & præsentem & futuram comparasset

A potiores partes peregrinationi attribuit, quæ contendit, peregrinantes apud Dominum esse. Hos itaque, qui similem vitam commutarunt, absque actione esse asserere, plane impium est. *Si itaque qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati*, vt idem dixit, igitur qui peregrinantur, dummodo virtuti incubuere, & vti Paulus vixere, absque gemitu vitam viuunt, ex qua fugatus est dolor, mœror, & eiulatus, & non obdormiscentes, sed gloriam continuo Deo dicentes, in actione versantur. Quod si neque fide dignum, neque fieri posse vobis videtur, post migrationem è corpore Sanctorum animas hic nonnullis apparere, neque fide dignus sit & Apostoli raptus, qui factus est vsque ad tertium cœlum & paradisum, & ante eum Enochi, & Eliæ translatio. Quemadmodum enim horum translatio, cum adhuc essent in corpore, diuino nutu facta est, & nullus est, qui illi fidem non adhibeat, sic rursus nihil obstabit, cum Deo complacitum fuerit, & Sanctorum animas huc

B proficisci, & licet vtraque translatio admiratione digna sit, nihilominus vtraque facta est. Quamvis enim vti corpora moram in loco non habeant principaliter, attamen secundo modo in loco fuerint à nostro non dissimili, cum ad ministerium mittuntur siue sancti Angeli, siue sanctorum Martyrum animæ quemadmodum & vice versa, principaliter corpora, à sua corruptione non dum immunia, ad cælestia tabernacula non accedunt: nihilominus secundo modo, qui cum corpore sunt, in cœlum nutu diuino conuehuntur; quemadmodum Paulus raptus vsque ad tertium cœlum, & cæteri omnes, qui veluti ille similium arcanorum per reuelationem digni habiti sunt, qui in maximo emolumento ponens, dissolui, & esse cum Christo, dicebat; [Mihi vita Christus est, & emori lucrum. Quod si viuere in carne hoc mihi fructus operis est; & quid eligam ignoro. Coarctor autem ex his duobus desiderium habens, dissolui & esse cum Christo, multo longeque melius est.] Melius igitur quamnam ob causam apperit? forte vt ni-

C ctans semper dormiat, & lucrum nullum inde consequatur, an vero vt continuo laudes diuinas explicet, quod ipse potius vigilantiam, nempe actionem, esse existimo; in eamque intromitti contendens ea animo præcabatur, vt dissolutus, cum Christo esset? Tenebatur scilicet desiderio illorum verborum, quæ audierat, & non licet homini loqui, particeps fieri: ideoque dicebat; *nostra conuersatio in cælis est*. Et adhortabatur, vt quæ supra nos sunt, quæreremus & sentiremus, *vt siue vigilemus, siue dormiamus, siue cum illo viuamus. Vigilemus*, vt reor, animas, *dormiamus* corporum dormitionem innuens. Quicunque igitur illam conuersationem assecuti sunt, & vita eorum cum Christo in Deo occultitur, & gratiam adepti sint cum Sanctis insimul conuersari, eos, quemadmodum sæpius diximus, secundo loco cum anima peregrinari, in illa Republica, in qua, cum immorarentur, certauerunt, & immutabilium, & sempiternorum bonorum veluti primitiæ participes facti sunt, indubitatum. Hoc enim in Apocalypsi indicatur,

D cum dicitur, *Datæ sunt illis stolæ albæ*, quæ sunt donorum, sanctionum scilicet actiones, quæ nunc à Sanctis efficiuntur. His illud quoque addendum est, non tanquam illis nouam mercedem superaddi, quod sanationes à Deo & visiones futuris dignis exhibeant: hoc enim asserunt aduersarij, eos mercedem assequi, si operari contigerit. Sed nos non id dicimus. Quomodo enim fieri poterit, vt ij, qui in corporibus decertarunt, & nunc extra corpora sunt, bello cum hostibus confligant, vt aut victi eiciantur, aut victoriam consecuti coronentur? Honoris vero, & gloriæ &, vt aliquis diceret, particularis compensationis causa, vt ad eorum æmulationem segnes, & desides excitentur, talis illis gratia datur. Christus siquidem, & Deus noster & per se, & per seruos suos, & administros, nobis, qui adhuc in hac vita moras agimus, benefaciendi finem nullum facit. Namque ait, *Pater meus operatur, & ego operor*. Et ex diuinis litteris testimonia veluti in compendio, vt potuimus, pauca è multis digessimus.

13. Videamus nunquid Doctores & sancti Patres, E
qui tertium locum in Ecclesia Dei occupant, asseuerent, An animæ Sanctorum dignis reuera, vel secundum vestra præscripta, & rationes, facultas aliqua diuina Sanctorum animarum formam pro iis accipiens, tali visione dignis appareat? Scribit itaque Sanctus, & eloquentia fluens Gregorius, Nyssenæ vrbis Episcopus, Basilij magni frater, vitam magni Gregorij Neocæsariensis Episcopi, & Thaumaturgi enarrans; [Sic igitur iugum subire coactus, omnibus post hæc, quæ fieri solent, solemnibus in eo peractis, cum exiguum tempus ad mysterium exactius cognoscendum ab eo, qui Sacerdotium ipsi assignauerat, periisset, non amplius, vt inquit Apostolus, carni & sanguini adhærendum esse, & acquiescendum putabat, sed à Deo sibi occulta manifestari petebat: ac non prius prædicationem sermonis aggredi sustinuit, quam per quandam apparitionem ei veritas reuelaretur. Cum enim per totam noctem aliquando de

satione atque sermone fidei dispiceret, & specularetur, F
& varias animo cogitationes agitaret (erant enim nimirum etiam tunc nonnulli, qui piam & sinceram religionis doctrinam adulterarent, ac per probabiles argumentationes sæpenumero etiam doctis & prudentibus veritatem facerent ambiguam) pro qua tunc ei peruigilem curis atque sollicitudine noctem agenti, quidam in figura humana, facie ac forma senili euidenter apparet, ornatu atque compositione indumenti augustum quendam, sacrum, ac diuinum referens decorem, magnam gratia vultus atque dispositione figuræ præseferens virtutem. Hic vero visu perterritus, & surgere è lecto, & quis esset, cuiusve rei gratia venisset, sciscitari, cum autem ille perturbationem mentis eius submissa voce sedasset, ac dixisset, se iussu diuino apparuisse ei propter eas rationes, quæ apud ipsum controuersæ & ambiguæ essent, vt piæ fidei veritas reuelaretur & bono animo esse audito sermone, & cum quodam gaudio atque consternatione illum contueri, deinde cum ille directo manum protendisset, & quasi ostenderet ei per digitorum directam

protensionem id quod ex transverso apparebat: hic & G
vna cum directa manus protensione circumagere suum obrutum, & videre aliud visum aduersum ei, quod prius apparuerat in figura muliebri excellentius quiddam & augustius, quam pro humana conditione: rursus autem perterritus & facie auersa vultum demittere, ac perplexus & dubitabundus hæsitare de spectaculo, cum oculis apparitionem ferre non posset (etenim miraculum visionis nimirum in hoc potissimum erat, quod, cum nox esset obscura, lumen vna cum iis, qui apparuerunt, ei affulserat, quasi aliqua lucida teda accensa) cum igitur oculis ferre apparitionem non posset, eorum qui sibi apparuerunt, inter sese rationem eius rei, de qua ambigebatur, exponentium sermocinationem audiuit, per quam non solum accepit veram cognitionem fidei, verum etiam nominatim eos, qui apparuerant, cognouit, vtroque eorum propria appellatione alterum alloquente. Audiuisse enim dicitur ex ea, quæ in muliebri habi-

tu visa erat, cum hortaretur Euangelistam Ioannem, vt H
adolescenti mysterium veræ pietatis apperiret ac declararet. Atque illum dixisse se paratum esse etiam in hoc matri Domini gratificari, quoniam hoc ei cordi esset: atque ita exposito sermone, qui & rei quæsitæ conueniret, & admodum bene definitus & circumscriptus esset, rursum ex oculis decessisse, atque hunc extemplo diuinam illam institutionem ac disciplinam litteris mandasse.] Hæc huiusce Scriptoris ac Doctoris veræ & horribilis visionis verba, cum omni perspicuitate apposita, omnem dubietatem de proposita quæstione possunt de medio tollere. Narrationi vero, diuinitus oblatæ apparitionis accurate mens figenda est. Neque enim dixit, diuinam gratiam personarum Ioannis Euangelistæ, & Deiparæ semperque Virginis Mariæ matris Domini figuram assumpsisse: sed diuino mandato, ob dubitationes illius ei innotuisse. Etenim visionis admirandum in hoc potissimum consistebat, quod, cum esset nox multa, lumen visis affulserat, quasi aliqua teda accensa fuisset.

Et

A Et reuelationem hanc diuino imperio peractam fuisse, quilibet, dummodo pugnax non fuerit; & à contentione vacauerit, fatebitur. Veruntamen lumen; quod vna cum visis, matre dumtaxat Domini, & Euangelista affulsit, aliud fuisse à personis per sese subsistentibus, & vosmetipsi à veritate compulsi, etiam nolentes prorsus asseuerabitis. Namque Gregorius eorum, qui apparuerant, mutua dicta audiuerat, quibus illi rationem rei, de qua ambigebatur, exponebant, & colloquium inter sese exequebantur. Non dixit à gratia formam assumptam, sed personarum apparitionem demonstrauit, & nominibus expositis eos, qui apparuerant, manifestauit, vtroque eorum à propria dignitate alium nuncupante. Quare multa sunt, quæ dubium propositum confirmant, personarum fulgoris claritudo, nominum differentia, vniuscuiusque varia compellatio, quæ non de rebus imaginatione confictis, sed per se subsistentibus fieri amant, nullumque relinquunt dubium iis, qui verarum
B visionum clarissima spectacula non renuunt admittere. Quod si non re ipsa, veræque Sanctorum animæ apparuerunt, siue nunc apparent, sint apud vos & Angelorum visiones non veræ, sed aliena forma & figuratæ, tum antiquis tum recentioribus, dignis tamen, ostensæ atque apparentes.

14. Sed dicet ex vobis quispiam, harum duarum, de quibus nobis sermo est, personarum apparitiones Sanctorum reliquorum apparitionibus aliis multo esse superiores & excellentiores. Dicet vero & non incommode. Adde etiam visionis huiusce admiranda. Et probe equidem, qui hæc dicit, sermonem instituit. Sed consideret oportet eum, qui visionem vidit, quam magnus erat, quamque rerum mirandarum conditor, & rectorum dogmatum prædicationis amator, quorum reuelationem perfecte poscebat. Peræqua itaque proportione postulatorum, & postulantium, qui rebus similibus asseruiunt, mittuntur. Nam *& Prophetarum spiritus Prophetis subiiciuntur*. Docebit autem
C nos hæc fusius Athanasius lumen magnum, & Alexandrinæ Vrbis Episcopus, qui Oratione quarta aduersus Arianos, cuius illud est principium; [Arij asseclæ, vt videtur hæc, *scribit*; Angeli quidem, quemadmodum, scriptum est, administratorij sunt spiritus, qui ad negotia obeunda emittuntur, & patris donationes per filium elargitas renunciant illis, qui accipiunt. Quin & ipse Angelus visus conspectusque se mitti à Domino confitetur, quemadmodum apud Zachariam; & apud Deiparam Mariam confessus est Gabriel. Et qui Angelum viderat, nouerat se Angelum vidisse, & non Deum. Nam Zacharias Angelum vidit: Esaias autem Dominum: Manuë rursus Sampsonis pater Angelum, & Moses Deum: Gedeoni rursus Angelus, & Abrahæ Deus apparuit neque tamen is, qui Deum vidit, Angelum viderat: neque qui Angelum vidit, Deum se conspexisse arbitratus est. Plurimum siquidem, imo potius in vniuersum naturis dissident res creatæ, & earum creator Deus. Quodsi autem misso, aut conspe-
D cto Angelo, is qui hoc vidit, Dei vocem audierit, quemadmodum in rubo euenit; siquidem flamma ignis à rubo Angelus Domini apparuit, dicens. Ego sum Deus fratris tui Deus Abrahæ, Deus Isaac, & Deus Iacob; non tamen ob id Angelus ille erat Deus Abraham sed in Angelo loquebatur Deus, & is quidem, qui conspiciebatur oculis, Angelus erat: Deus autem in Angelo loquebatur. Nam quemadmodum in columna nubis verba ad Mosem in tabernaculo faciebat, ita quoque in Angelis apparens, per Angelum loquebatur. Pari modo & Iesu Naue per Angelum loquebatur. Cæterum ea quæ loquitur Deus, manifestum est eum loqui per Verbum suum, & non per alium, Verbum autem, vtpote non segregatum à patre, neque dissimile, neque alienum à substantia patris, quæcunque facit, ea patris sunt opera, & vnum opificium absoluit. Et quæ dat Deus filius, patris donatio est: & qui filium vidit, nouit se nequaquam Angelum, aut aliquid, quod magis sit Angelis, aut vllam denique creaturam, sed ipsum patrem vidisse.] Visionem Gregorio
E Thaumaturgo factam magnus Athanasius, imo vniuersas Sanctorum Martyrum, cultorum scilicet Dei, apparitiones, constabiliuit. Si itaque Angeli, cum sint administratorij spiritus, & ad negotia obeunda mittantur, veluti Angeli comparent, & non diuina gratia forma Angelorum suscepta transformatur, & à dignis conspicitur, ergo & Sanctorum animæ, quæ apud Deum aditum, & fiduciam habent, etiam postquam disiunctæ fuerint à corpore, vere & re ipsa apparuerunt, & nunc quoque comparent. Et ipsæ prorsus sunt, quæ spectantur; licet Deus eorum ministerio vtens, gratias sese inuocantibus impertitur. Nam dum dicit Doctor; *Qui intuetur visionem Angelorum, nouit se Angelum vidisse, & non Deum*, manifestum facit, eum, qui martyres conspicit, siue Dei cultores, animas eorum conspicere, vnaque cum iis virtutem quandam diuinam collucentem: nec animarum vice Angelos aspicere. Quemadmodum
F enim rubus proprie rubus spectabatur, & nubes, & columna ignea similiter, Deus autem in illis loquebatur, hoc idem & de visione animarum censendum est. Multis enim id modis rursus idem Athanasius in vita magni Antonij conspecta ab eo narrans, demonstrauit, ita enim sermonem instituit. [Hoc vero in Antonio solum admiratione dignum erat, quod licet in monte suam sedem locauerat, habebat tamen animum vigilem & cor sobrium, & Dominum ea ostendentem, quæ eminus fierent. Namque rursus cum aliquando in monte sederet, sublatis oculis, vidit quemdam in aërem sublatum ac gradientem, eorumque, quæ illi obuiam irent, ingens gaudium. Miratus, & beatum eiusmodi chorum prædicans, exoptabat scire, quis is esset. Et continuo vox ad aures illius peruenit, Animam esse Ammonis Nitriæ Monachi. Perseuerauit autem ille hic in ascetica vita ad senectutem vsque: & ab illo loco ad Antonij montem erat spatium itineris dierum quindecim.] Et paucis interiectis. [Monachi vero, quibus cum An-
G tonius de Ammonis morte sermonem contulerat, diem notarunt, & cum fratres à Nitriæ monte accessissent post triginta dies, audiuerant cognoueruntque Ammonem eo die horaque obdormiuisse, quo eius animam senex sursum ferri viderat.] Si fieri potest heus vos, vt anima absque corpore in cœlum progrediens conspiciatur, fieri quoque poterit, vt rursus eadem, si necessitas postularit, in hæc nostra loca deferatur. Quidquid enim est, Domini est, qui colligauit, atque dissoluit eamque rursus huc demittit, etiam ante tempus resurrectionis, cum corpus ab ea resumendum est. Et vt Pater dixit, Antonij erat puritas, Domini vero ostendere ipsi quæ eminus erant. Nam & Pauli inter Monachos & Anachoretas magni animam eadem ratione conspexit Antonius, inter choros Angelorum & Prophetarum receptam, aliam; ac diuersam ab Angelorum & Prophetarum ordine. Narrat igitur, qui vitam Pauli concionauit; [Resumens res beati Pauli percurram. Immoratus est vir ille Christi amans in terra, vitam cœlestem pera-
H gens annos decem & centum, dum Abbas Antonius in alia solitudine annos natus nonaginta sedem locasset. *Et post pauca*. Et ingressus est iter suum Antonius, cum nullum prorsus insimul cibum sumpsisset, sollicitans ac festinans, cupiens iterum beatum Paulum aspicere: metuebat enim, ne se absente, animam ille Domino redderet. Et toto eo die, cum viam præcipitasset, vbi subsequentis hora tertia aduenit, intuetur in via Angelorum ordines, & Prophetarum, & Apostolorum chorum, & inter eos veluti niuem fulgurantem Abbatem Paulum; & vna cum illis in cœlum ascendentem: eodemque momento cecidit prorsus in terram Antonius, & dolens atque eiulans clamabat; Quare me Pater dereliquisti?] Hoc etiam testimonio satis ostenditur, eum, qui visionem Angelorum intuetur, Angelos conspicere, & qui Sanctorum animas oculis suis videt, Sanctorum animas intueri & non subuertetur ordo cum ordine. Sed singula in suo ordine perstant: & qui iusti animam cum Angelorum virtute in cœlum ascendentem contemplatur,

A posse rursus eandem, diuina virtute vna enim illa emicante, è cœlo descendentem aspicere. Quemadmodum enim colligata corpori anima absque Dei ope, nullum quos opus, quod supra naturam sit, efficere; ita & soluta corpore visiones vtiles persolvere non potest. Veruntamen post separationem à corpore animas operari, docet iterum nos magnus ille præco Athanasius, qui Oratione aduersus Idola habet; [Si anima corpus mouet, vt demonstratum est, nec ab alio mouetur, consequens est, ipsam à se moueri, & postquam corpus terræ inhumatum est, ipsam rursus à se ipsa moueri. Non enim anima est quæ moritur, sed ob eius discessum corpus moritur. *Et non multo post*; Etiamsi colligata corpori, non ad corpori, non ad corporis exiguitatem contrahitur, aut modificatur; sed sæpe corpore in lecto iacente, sine omni motu, & veluti in morte quiescente, ipsa suis viribus excubat, transgrediturquè corporis conditionem, & tanquam peregre ab eo discedens, manens B tamen interim in corpore, quæ supra terram sunt, Imaginatur & spectat sæpe quoque extra terrena corpora Sanctis obuiam tendit. Si itaque obuiam fit, & ad eos pertingit mentis suæ speculatione; qui fieri poterit, vt eadem non multo magis absoluta corpore, cum ille, qui eam copulauit Deus, voluerit?] Eminus Ecclesiæ Doctor mentis lumine vos cernens, qui animas, postquam è corpore egressæ sunt, non operari, asseueratis, ostendit illis, *Qui fieri poterit, vt eadem non multo magis absoluta corpore, &c. ijs, quæ extra terrena corpora sunt, obuiam fit?* Si itaque obuiam fit, & congreditur, iis scilicet obuiam fit, qui in ministeria mittuntur, & in hac vita operantur. Hocqua si certum atque indubitatum est, indubitatum quoque fuerit, eandem per se ipsam operari. Namque vt omnibus liquet, colloquia vtilia inter somniandum cum defunctis atque viuis conserimus, & laudes & gratiarum actiones sæpenumero Deo offerimus, & sermones nonnunquam varios contexímus, quorum etiam experrecti meminimus. Etsi, C corpore in lecto iacente, ipsa speculans, vt Doctor dixit, transgreditur corporis conditionem, & manens in corpore, quæ super terram sunt, imaginatur, atque æstimatur, multo magis cum fuerit extra corpus, ipsa per se, vt Deo collubitum fuerit, in aliorum beneficia mittitur. Planius hoc ipsum magnus Eutychius Archiepiscopus Constantinopolitanus, venerandum mihi in omnibus, sacrumque caput, Oratione, cui inscriptio est, *De iis, qui secundo modo natura sua sunt in loco, notione videlicet, & sola mente præditus*, ostendere volens, animam non esse corruptioni obnoxiam, & de hoc magni Basilij testimonio digesto, quod est, [incorporeum intellige Deum ex anima incorporea, quæ in te est, *post dictum testimonium refert*; Quod si corporea nota neque circumuallatur, neque coloratur, aut effingitur, aut corporeo visu non est apta nata discerni, Angelorum & ipsa constitutionis fuerit, & incorporea, & simplex, & rationis compos, & Intelligentiæ, & soi circumscriptionem corpoream non habet, licet in præ-D senti vita à Deo formatur, & ex iis quæ non sunt, ad id quod est transuehitur, & cum sensu componitur, & fit tertius mundus: quorum vero vna constitutio est, eorundem & actio eadem. Namque rursus Basilius Cæsariensis expositione in primum Psalmum hæc insinuat; Quorum natura vna est, eorundem & actiones eædem. Quorum æquale opus, horum & merces eadem. Instar etenim Angelorum & ipsa corporeis vinculis soluta ascenditque, & ad benefaciendum aliis veluti sancta & bona delegatur.] Quid ad hæc vos, qui Patrum sententiis aduersamini, respondebitis? Agnoscitis ne magnum Eutychium sanctorum Patrum vestigia sequi? Si Doctoribus insistitis, supra modum egregia facitis, & nos vestram bonam mentem collaudabimus. Si contra-nitimini, nos quoque de vobis opposita pronunciabimus.

15. Ad maiorem tamen rei firmitatem, & alia aliorum Sanctorum Patrum testimonia in medium afferamus. Sanctus Basilius Episcopus Cæsariensis Oratione E in Sanctos quadraginta Martyres hæc habet; [Patria igitur Martyrum Dei ciuitas est, cuius auctor atque conditor ipse Deus est, superna Hierosalem, quæ libera est, quæ est mater Pauli, & omnium ei similium. *Et iterum*; Chorus paratus, accessio magna eorum, qui à sæculo Deum glorificant, non singillatim congregati, sed aceruatim translati.] Et paucis adiectis voces Martyrum hunc in modum digerens, subnectit; [Breui tempore duremus, & sinus Abrahæ nos perpetuo suscipit. Vnam noctem cum æuo sempiterno commutabimus. Incendatur pes, vt cum Angelis continuo saltet. Torpescat, decidatque manus; vt sese in Deum attollendi facultatem assequatur. *Nec non*; Hi sunt, qui nostram obtinentes regionem, quasi quædam turres contra aduersariorum incursum refugium exhibent. Nec vno in loco sese clauserunt, sed in multis locis hospitio recepti, multorum patrias ornauerunt. O miraculum! neque deficiunt numero, neque redundantiam admittunt: si in F singulos ipsos diuiseris, proprium numerum non excedunt: si vero in vnum congregaueris, quadraginta nihilominus erunt, ac ita vt ignis natura permaneot. Nam ille & ad accedentem transit, & totus est apud habentem. Sic hi quadraginta sunt vna simul & omnes apud singulos. Beneficium igitur hoc, fratres dilectissimi, gratiam hanc minime deficientem ex Deo obtinemus. Paratum est hic Christianis auxilium, Ecclesia martyrum, exercitus triumphantium, chorus laudantium Deum. Sæpe operam dedistis, sæpe laborastis, vt vnum pro vobis orantem inueniretis: quadraginta sunt hi, vnam orationis emittentes vocem. Vbi enim sunt duo vel tres in nomine Domini congregati, ibi Deus est. Vbi vero quadraginta fuerint, quis dubitat Deum esse præsentem? Qui aliqua premitur angustia, ad hos confugit; qui rursus lætatur ad hos recurrit: hic vt malis liberetur, ille vt perduret in rebus lætis. *Et rursum*; O sacrum chorum! ô sacrum ordinem! ô cuneum inexpugnabilem! ô communes generis humani custodes! opti-G mi curarum socij, precum ac votorum inuicem suffragatores! Legati apud Deum potentissimi, astra mundi, flores Ecclesiarum. Vos non terra contexit, sed cœlum excepit. Apertæ sunt vobis Paradisi portæ, dignum profecto exercitibus Angelorum, Patriarchis, Prophetis, & iustis omnibus spectaculum.] Iure merito si vnquam alias, nunc quoque Psalmodi illud eloquium concinendum est; ª *Semel locutus est Dominus, duo hæc audiui*. Ecce enim hic Doctor simul vna omnes complectens, qui à sæculo Domino complacuerunt, Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Martyres, & iustos, eos monstrauit, cum Angelis choreas ducere, & simul cum illis gaudio subsilire. Et tamen choreas cum Angelis ducere, actionis, non otij, siue dormitionis genus est. Et cum dicit, *Martyrum ciuitas, ciuitas Dei est, superna Hierusalem, Pauli, illique similium mater*, plane demonstrat eorum mutuam concordemque Dei laudationem & actionem. Nunquam enim ciuitas illa diceretur, quæ ciuibus spoliata est, qui ciuitati propria atque con-H uenientia non exequuntur. Confirmauitque hæc ita se habere illis, *chorus paratus, accessio magna eorum, qui à sæculo Dominum glorificant.* Si accessio illa glorificantium Deum magna est, qua fronte vos dicitis Martyrum animas non operari; quod illi non inficiantur, cum dicunt; *incendatur pes, vt perpetuo cum Angelis saltet.* Hinc prorsus vides exhibendum illis accessum ad eos, qui eorum ope indigent, implorantque. *Decidat manus, vt ad Dominum efferendi sese fiduciam habeat.* Namque illi preces ad Dominum fundentes, manus pro nobis ostendunt. Ideoque veluti *turres* stantes spissæ ab incursu hostium tutos eorum supplices reddunt. Et quod admiratione dignum est, non *separatim, atque singillatim* diuisi ad intercedentes accedunt, sed mixtim, atque inter sese conferti choreas ducunt, illud *confertim* ad corpus, *choreas ducere*, ad animum referendum est. Accedere itaque & choreas ducere, & securitatem præbere, non dormientes aut segnes homines, sed & maxime vigilantes, & apud Deum fiduciam possidentes insinuat.

O mira

O miraculum! Et omnes sunt simul, & omnes sunt apud singulos, missi à Deo: abundans beneficium. Quantum insudasses, vt vnum, qui pro te Deum placaret, inuenires. Quadraginta sunt concordes preces emittentes Preces atque supplicationes persuadeant vos, non otij sed actionis partem esse, & potissimum cum à dignis illæ Deo effunduntur. Namque ait, *vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine Domini, ibi in medio eorum est.* Vbi vero quadraginta conuenerint, erit, qui de præsentia Dei dubitauerit? Vos itaque, quotquot ea opinione, Sanctorum animas non operari, detinemini, tribus iam enumeratis omnibus à Doctore de sanctis Martyribus animum aduertentes, ne in dubium vertatis, eorum præsentiam à Deo fieri. Quæ enim Deus ipse facit; non ementire atque adumbrare persoluit. Namque scriptum est; *anima iustorum in manu Dei.* Manus autem Dei, eius facultas operatrix atque effectrix intelligenda est. Numquam igitur iustorum animæ absque operatione esse poterunt. Patres siquidem eas cum Angelis choreas ducere tradiderunt in cœlo. Dicit rursus magnus Basilius de Iulitta martyre; [His dictis in lignorum struem accensam insiluit, quæ perinde ac thalamus splendore coruscus corpus Iulittæ circumplexa; animam quidem in cœlestem illam destinauit regionem, & quæ illius meritis congruebat, requiem: corpus autem honore præcipuo venerabile asseruauit affinibus & cognatis incolume, nec vlla sui parte læsum.] Anima itaque cœlestem beatitudinem tandem adepta, munia, quibus sese cœli incolæ implicant, illa eadem & regioni viuentium anima ascripta, eodem modo persoluit, vti choro bene concinentium vti concors, associatus, non tantum ori apponit, sed diductis labiis & ore insimul, adapertisque, magna vi vocem bene resonantem emittit. Idque cum fiat, nemo segnem & desidem, qui cum huiusmodi choro adnectitur, appellauerit. Non alia ratione quicumque Angelorum choro vniuntur, eandem atque illi & actionem & operationem explent. Dicit itaque idem ipse diuino spiritu fretus Basilius hæc in expositione Psalmi 114. [Re vera consistit illic regio viuentium, quippe qui sibi ipsis similes semper sunt, in qua animo prægestienti prænunciat Propheta maximopere vniuersorum Deo se esse complaciturum, tamquam qui nulla illic externæ rei cogitatione speret mentem suam deinceps interpellandam, mox vt ad scopum pertigerit veræ illius, Angelis quoque nihilo disparis seruitutis. Contendimus, inquit, siue præsentes in corpore, siue à corpore peregrinantes placere illi. Viuentium est illa regio, in qua neque nox, neque somnus mortis imitatio locum habet. Vides Apostoli, Dauidis Prophetæ, & Ecclesiæ Doctoris, diuina sapientia instructorum doctrinam, dictaque, vt inter se concorditer intonent? Nam illud *peregrinantes à corpore*, &, *Deo complacere in regione viuentium, in qua neque nox, neque somnus mortis imitatio*, certe non aliud sonat quam continuam Sanctorum operationem. Si itaque neque nox, neque somnus in vita illa versatur, quomodo, vt more vestro loquar, desides, & nihil operantes, & dormientes Sanctorum animæ degunt, ad scopum veræ, & Angelis nihilo disparis seruitutis directæ? Seruitium porro Angelorum est, numquam intermissa laudatione Deum celebrare, & ministrare, & asseruire, & mitti, & indigentibus, ac supplicantibus præsto esse, & aberrantes in viam reducere. Hæc eadem & Patriarcha Iacobus conspecta scala perfici, solitus est, *Angelos* scilicet *ascendentes & descendentes*, munera Dei ad eos, qui digni sunt ea accipere, deferentes: iustorum vero & omnium indigentium supplicationes referentes bonorum largitori Deo. Hoc item Saluator in Euangeliis insinuabat, [Videte, ne contemnatis vnum ex pusillis illis, qui credunt in me. Amen enim dico vobis. Angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est.] Singulos quippe fideles & diuinam vitam amplectentes Angelus bonus comitatur, nunc quidem aduersus hostes de periclitantibus opem præstans, nunc ad conducibilia conducens. *Immittet enim Angelus Domini, in circuitu timentium eum, & eripiat eos.* Et Iacobus rursus dicebat; *Angelus qui eruit me à iuuentute mea.*

16. Cum vero de eo quoque addubitant; qui tenent, post secessum ex hac vita non esse animas, quæ sese manifestant; quandoquidem & sanctos & virtuti addictos, qui adhuc corpore inuoluuntur, sese inuisentes nonnulli conspiciunt, cum eorum auxilia poscunt. Licet qui inuisunt videnturque longe absint. Veruntamen diuina quædam gratia in gloriam eorum id peragit: nec ipsos esse nos dicimus, qui male sese habentibus assistunt. Quid hisce nos respondebimus? Primum quidem illud indubitatum, *omnia credenti possibilia esse*, & Deum, eos qui in corpore sunt, eleuatos in aërem, in alium atque alium locum transuehere ac transfundere, vtcunque sibi placuerit, quod in Philippo atque Abbacuc peractum est, hunc siquidem ictu oculi ab vrbe Hierusalem Babylonem, illum vero rursus à Gaza ad Azotum atque Cæsariam transuexit. Nec dissimilia sunt, quæ Propheta Ezechiel narrat; *Ego sedebam in domo mea*, in captiuitate scilicet [& senes Iuda sedebant ante me, & suscepit me spiritus inter terram, & inter cœlum, & adduxit me in Ierusalem in visione Dei iuxta ostium interius. Et dixit ad me. Fili hominis, vides ne tu quid isti faciunt? Et ingressus vidi, & ecce pessimas abominationes, & septuaginta viri de senioribus domus Iudæ, & Iezonias filius Saphan in medio eorum stabant ante faciem eorum. Et dixit ad me. Vides quæ seniores faciunt in abscondito cubiculo suo? Et ecce ante ostium templi Domini inter vestibulum & altare quasi viginti quinque viri dorsa habentes contra templum Domini, & facies suas ex aduerso, & hi adorant solem] Et cum has visiones vidisset Propheta non multo post iterum subdit; *Et suscepit me spiritus, & adduxit in terram Chaldæorum in captiuitatem in spiritu Domini.* Sat propheticis hisce verbis manifestum est, hominem in carne adhuc immorantem, posse ope diuina alio transferri occulte & absque eo quod ab alijs conspiciatur: atque ita inuisere, & mentem bonam suggerere, & sanitates elargiri iis, qui toto corde Dominum inuocant. Si itaque Sancti, adhuc cum corpore prægrauantur visiones efficiunt, quanto magis pondere carnis exsoluti absque vllo impedimento ac celeriter easdem persoluent? Simile quid sub Constantino Imperatore peractum reperimus, quod ita Deo annuente sanctus Nicolaus Lyciæ Episcopus perfecit. Siquidem in eius vita hæc prænarrantur. [Nepotianus vero vnus ex ipsis in memoriam reuocans, quæ sanctus Nicolaus in tres illos viros in Lycia patrarat, quos iniuste condemnatos à morte liberauerat, dixit; Salua quoque nos sancte Nicolae, serue Christi; longo licet interuallo distas à nobis, preces tamen nostræ ad te propius accedent, clamaque ad Deum propter nos, vt saluati, digni efficiamur tuam venerari sanctitatem. Hæc cum dixisset Nepotianus, reliqui tres vno ore supplicantes clamabant; Deus sancti Nicolai salua nos. Verum sanctus Dei Nicolaus, Imperatore inspectante nocte illa apparuit, & dixit; Imperator Constantine surge, & libera tres viros exercituum ductores, quos in carcere detines: calumniam siquidem passi sunt. Quod si mihi parere neglexeris, bellum tibi in Dyrrachina regione excitabo, tuasque carnes volatilibus tradam, cum congressum aduersus te iniero cum magno Imperatore. Dixit Imperator; Quis enim es tu? & quomodo in meum hoc palatium ingressus es? Respondit Sanctus; Ego sum Nicolaus peccator, qui in Lycia commoror apud Myrensem Metropolim. Et his dictis secessit, & abiit. Eodem momento Ablabio quoq; Præfecto apparuit, eadem dicens.] Anne tandem aliquando vobis, qui affirmatis, non propria substantia apparere aut agere Sanctorum animas, suademus, dicta nostra sequi, vel adhuc contumaces in propria sententia persistitis? Prorsus equidem. Cauete ne contra vos locum habeat, *Aspicite despectores & admiramini*; &, *Curauimus Babylonem, & non est sanata.* Multas etenim tum

A ea veteri, tum ex nouo fœdere à Sanctis perfectas, sibimetipsis concordes & veritati consonas actiones vobis proposuimus. Illud autem vobis ante omnia considerandum est, vt sibi concorditer consonant, & qui Sancti vitam scripsit, & Sanctus ipse. Scriptor siquidem ait, *cum noctu Imperatori oculate propria persona apparuisset*, & Sanctus ab Imperatore interrogatus, tu qui es, qui similia imperas, respondit, *Ego sum Nicolaus peccator, qui in Lycia commoror: & si morem non gesseris, aduersum te bellum concito.* Paria quoque Gregorius Oratione funebri in Diuum Basilium inculcat, cum scribit; [Verum ignoscat mihi velim diuina anima, mihique & nunc & ante veneranda. Omnino autem, quemadmodum cum apud nos ageret, multa mea errata pro amicitiæ iure ac præstantiore lege corrigebat (non enim eum virtutis legem omnibus fuisse dicere verebor) sic nunc quoque supra nos positus facilem se mihi, exorabilemque præbebit. *Veniam poscere, & illud*; multa mea errata, quemadmodum cum
B apud nos ageret, corrigebat;] sic & *supra nos positus* plane constabilit, accurari à sancta laudata anima, eum qui similia pronunciat. Nam non multo post & hæc infit; *Vno aut altero ex iis, quæ à maioribus ipse habuit, & quæ ipsius vitæ conueniunt, & maximam eidem, si commemorentur, voluptatem allatura sunt, expositis, ad ipsum confestim me conuertam.* Qui dicta persentiscit, non dormitans, sed prudens & vigilans persentiscit; vnde etiam ignosceri dicenti, si quidem illud ferendum est. Non est itaque hoc socordiæ, sed operationis indicium: nam & infra repetit; *Sed res quidem nostræ, vt Dei voluntas tulerit, ferantur: atque vtinam per illius deprecationem melius ferantur.* His postmodum subdit; & æque atque si Sanctum præsentem in speculo cerneret, & ab eo edoceretur, dicit; *A quo nunc quoque per nocturnas visiones admoneor & castigor, si quando ab officio recessero.* Omnem contradictionis ansam Magister hic longe repulit cum dicit, *per nocturnas visiones admoneor, & castigor.* Quomodo admonebatur & corrigebatur, præsentia ne Basilianæ animæ, an tantum imagina-
C tione similia Gregorius patiebatur? Plane non imaginatione, nequaquam. Sed re vera conspiciens conspectusque sanæ menti restituebatur. Et paucis adiectis hæc subdit; [Tu vero sacrum ac diuinum caput, è cœlo nos quæso inspice, carnisque stimulum à Deo nobis ad disciplinam datũ aut precibus tuis siste, aut certe, vt cum forti animo perferamus persuade: atq; omnẽ nostrã vitam ad id quod maxime conducibile est, dirige: nosque postea quum ex hac vita migrauerimus, illic quoque tabernaculis tuis excipe: vt simul viuentes, & sanctam ac Beatam Trinitatem, cuius nunc exiguam speciem & imaginem accepimus, purius pleniusque cernentes, desideriis nostris finem statuamus.] Singulæ dictiones, imo syllabæ omnia vestræ contradictionis argumẽta extinguunt. Quomodo enim è cœlo inspicere, aut intercedere aut ex hac vita migrantes suscipere in suis ipsis tabernaculis, qui simul vna vitam agentes inspiciunt sanctam ac beatam Trinitatem, & non ita exigue, vt fit in præsenti, sed purius pleniusque poterunt, si, vti vos contenditis, non operantur iustorum
D animæ? Sed eiiciantur, longeq; fiant similium sanctitatum potentia. Et quæ vera sunt non vti fabulosa atque commenticia diiudicentur, sed vti vera excipiantur. Rursus enim idem Theologus Oratione funebri in proprium Patrem hæc repetit; [Habitatio peregrinatione melior ac præstantior est, quodque nauigantibus tranquillus portus est, hoc iis qui huius vitæ procellis agitantur, migratio ad alteram vitam existit. *Et iterum.* Deinde si nos eo adduxeris, vt à Pastore illo bono, ac pro ouibus animam suam ponente nos ne nunc quidem relictos esse confidamus; quin potius eum & pascere, & dedocere, & oues suas cognoscere, & suis cognosci non illum quidem corporeo modo sese spectandum præbent sed spiritualem in modum nobis conuersantem, ac pro grege aduersus lupos pugnantem, nec quemquam prædonum more ac per insidias caulam transilire permittentem. Nec dubito quin hoc nunc quoque tanto magis deprecatione sua, quam prius doctrina præstet, quanto nunc magis Deo appropinquat, vt qui corporeas compedes excusserit, ac limo

E illo, mentis puritatem inficiente, liberatus sit, nudusque cum nuda principe illa, & purissima mente versetur, Angelici ordinis dignitatem & fiduciam, nisi hoc dictu audax est, consecutus.] Quemadmodum ij, qui mare adnauigare incipiunt, cum adhuc in terra sunt, & portum tenent, forte fluctus & aquarum profunditatem neglectui habent: at cum medio in pelago prænauigant tremore ac metu eoque immenso corripiuntur: Quod si & venti vehementes, ac horridi nauigium impetunt, prorsus de propria salute desperant, non dissimilia pati nos ipsa reor, qui huic meæ sententiæ obsistunt. Initio siquidem superbientes, & despicientes, aliquando etiam conuitiis insultatunt; verum in profunditatem maris progressi, in Patrum dumtaxat doctrinam incidentes, omnis illis spes adempta est, & iure merito similis dubitationis, asserendi nempe post discessum ex hac vita Sanctorum animas neque operari, neque se ipsas aliis manifestare. Etenim si, vt dixit
F Pater; neque nunc reliquit nos pastor bonus sed adest, & pascit, conducit, & agnoscit & agnoscitur, quo propior Deo est, nudusque cum nuda principe illa & purissima mente congreditur, Angelici ordinis dignitatem ac fiduciam consecutus, quomodo vos asserere audetis, non apparere Sanctorum animas illis, qui digni facti sunt, eas intueri. Qui enim ordine & fiducia Angelica dignus effectus est, eiusdem prorsus ministerij particeps efficietur. Rursus itaque demortuum patrem supplicans adnectit; [Fac sciamus, quanam in gloria sis, quod lumen te circumstat, atque vxorem tuam aliquanto post, & liberos, quos prius occupasti, à me quoque iisdem tabernaculis excipe. Videtis, quibus verbis filius patrem alloquatur? Namque cum dixerit, noster pater, & fac vt agnoscamus vbi degas, & lumen quod te circundat, ad eum, qui similia manifestare poterat orationem direxit, an vero ad eum qui non poterat? vosmetipsi æquius diiudicare. Hoc si renuitis, etiam & nolentes veritati manus dabitis. Iterum
G idem hic Theologus Oratione funebri in Cæsarium fratrem dicit; [Omnis anima pulchra, & Deo chara postquã vinculis corporis soluta hinc excessit, protinus bonum, quod eam manet, persentiscit & contemplatur, vt pote eo, quod tenebras offundebat, vel purgato, vel deposito, vel, quo verbo ea res appellanda sit, nescio, mirabili quadam voluptate afficitur, & exultat, atque hac vita, tanquam graui quodam ergastulo, liberata, compedibusque illis, quibus mentis alæ deprimebantur, soluta, summa cum hilaritate ad Dominum suum tendit, ac reconditam beatitudinem iam velut per imaginem & simulachrum percepit: post etiam aliquanto, cum cognatam carnem, qua res eas philosophata est, receperit, &c.] Animam bonum persentiscere & contemplari, & admirabili quadam voluptate affici, & ad proprium dominum tendere, silentium imponit iis, qui secus sentiunt. Rursus ergo aperta voce hæc intonat; [Tunc Cæsarium videbo non iam peregrinantem, nec qui iam ab aliis feratur, &
H lugeatur, ac miserationi sit, verum clarum, illustrem, excelsum, qualis mihi sæpe in somniis visus est, ô fratrum charissime, & fratrum amantissime, siue voluntate mea, siue ipsa veritate hoc informante.] His quoque verbis diuinus hic vir demonstrauit, non solum semel, sed sæpius apparentem proprium fratrem vidisse. Neque quispiam opinetur, eum addubitantem similia protulisse, cum dicit, *siue voluntate*, consueuit etenim sæpius modestiæ ac moderationis causa id peragere, cum & in aliis quoque Orationibus similia interserat. Et attendendum potius est veritatis inductioni, vnde & hæc eadem confirmatur ex alijs testimoniis, certitudini niti. Innumeras igitur Patris demonstrationes de hoc capite prætereuntes, ne in longum protrahentes orationem, satietatem lectoribus afferamus, vno & solo testimonio producto, ad reliquas sanctorum Patrum authoritates gradum faciamus. Scribit igitur iterum oratione priore aduersus Iulianum inuectiua hæc; [Nec magnos pugiles extimuisti Ioannem illum, Petrum, Paulum, Iacobum, Stephanum, Lucam, An-

A dream, Theclam, eos qui & post illos, & ante illos pro veritate periculis se obiecerunt: qui cum igni, & ferro, & belluis, & tyrannis, & præsentibus malis, & denunciatis alacri animo, velut in alienis corporibus, immo quasi corporum expertes dimicarunt. Cur? ne pietatem vel verbo tenus proderent, quibus præclari honores & festa constituta sunt: à quibus dæmones propelluntur, & morbi curantur: quorum apparitiones & prædictiones: quorum vel sola corpora idem possunt, quod animæ sanctæ, siue tangantur, siue honorentur: quorum vel solæ sanguinis guttæ atque exigua passionis signa idem possunt, quod corpora.] Tum suprà positorum, tum infrà ponendorum testimoniorum, quod nunc attulimus sigillum est apertissima Patris huiusce demonstratio, quarumcunque opinionem asserentium, Sanctorum animas non apparere, radicitus euellens: palam enim insinuat dæmonum expulsiones, & sanationes exhibitas, cum de illis fateatur, *quorum apparitiones, & quorum prædictiones.* Adnecauit quoque non solum animas per se ipsas
B operari, *sed & corpora eandem atque illa & gratiam & actionem possidere, siue tangantur, siue honorentur*, ope scilicet diuina propria essentia operari; non aliam pro alio agere aut apparere.

17. Sed auribus æquis & probis vna vel altera Sanctorum demonstratio plane sufficeisset. Verum ne reliquos aut neglexisse, aut præteriisse videamur, neue vos in suspicionem veniatis, nihil ab illis de hoc capite pronunciatum fuisse, ex iisdem ipsis nonnulla testimonia in medium adducere, necessarium esse duximus. Dicit itaque Gregorius Nyssenæ vrbis Episcopus Commentario in Beatitudines, ad illa verba; [Beati qui persecutionem patiuntur, *&c.* Ne doleamus igitur, & ægre feramus, Fratres, terrenis nos expelli atque prohiberi: nam qui hinc migrauerit, in cœlesti regia diuersatur. Duo hæc in creatura rerum vniuersarum sunt elementa, habitationi rationalis naturæ attributa, cœlum & terra. Locus eorum, qui per carnem vitam sortiti sunt, terra: cœlum au-
C tem incorporeorum est: necesse est igitur vitam nostram penitus alicubi esse, nisi ex terra pulsi & eiecti fuerimus, in terra prorsus manemus: si hinc abierimus, in cœlum traducemur.] Qui hinc migrauerit, vt Præceptor dixit, cum incorporeis Angelis habitans, quæcunque Angeli choreas ducentes agunt, illa eadem, & qui cum iis immutantur, persoluunt. Dicit rursus idem Oratione cui aduersus eos, qui differunt baptismum, titulum præposuit, & principium fecit; [Huius mundi Reges. In electione malorum, magis est eligendum, vt salutare lauacrum assecutus, rursus sit in peccato, quam vt gratiæ capers vitæ finem imponat. *Et paucis adiectis*; Animam minime illuminatam, & regenerationis gratia non ornatam nescio, an Angeli suscipiant, postquam fuerit separata à corpore. Quomodo enim cum non sit obsignata, nec vllum ferat signum sui Domini, quam est verisimile ferri per aërem errantem, & vagantem, & minime quæsitam, vt quæ Domino careat, quærentem quietem & locum, in quo maneat, & non inuenientem, frustra de-
D flentem, & inutiliter pœnitentem, non secus atque diuitem, &c.] In ambiguo videtur reliquisse hic Doctor, an animam minime obsignatam recipiant Angeli, vel non. Veruntamen eas, quæ Sanctorum sunt, Angeli, postquam separatæ fuerint à corporibus, accipiunt: quibus cum animæ illæ quietem consecutæ, actiones, Deique laudationes explens. Idem etiam Pater Dialogo cum propria sorore Macrina de anima adamussim dicit. Et cum sit omnibus tractatus obuius, veritas inde facillime elicietur. Opere pretium tamen est nonnulla hic ex eodem apponere, quæ ita se habent; [Corporum dumtaxat proprium esse, in loco positionem comprehendere: animam vero, quæ incorporea est, nulla naturæ necessitate certis quibusdam locis retineri. *Et*; Nam haud difficulter arbitror eos, qui non admodum docti ac peruicaces sint, per ea quæ dicta sunt, inductum iri, vt post corporum solutionem animam ducant ad interitum & abolitionem: neu quod ab elementorum natura diuersa est, idcirco affirmant, eam nusquam in rebus vniuersis esse posse. Licet enim cum elementis non congruat atque conueniat, in- E telligentiæ particeps, & materiæ expers, natura esse tamen in eis non prohibetur.] En qua ratione Magister eodem loco posuit eos, qui asserunt, animas, postquam separatæ fuerunt à corporibus, ad interitum & abolitionem abire, & eos qui astruunt, nunquam easdem in rebus, quæ sunt, remigrare posse. Si igitur immateriata & intellectualis substantia, ad elementorum essentiam comparata, non impeditur, quin in iis appareat, & potissimum si proba bonaque fuerit, & vtilitatis alicuius gratia delegetur in hanc vitam, quomodo ipsi asserunt, hoc ex iis esse, quæ fieri nequeunt. Considerent attentius suæ opinioni germanam ac proximam abolitionem & interitum & ad illud, quod nullo modo est, transitum. Non est itaque ita opinandum, ne pari ratione condemnentur. Sed Patris huiusce tractatum illum omnem propter sermonis longitudinem prætereuntes, ad reliqua doctrinæ similis perquirenda conuertamus orationem. Scribit ergo & Ioannes doctissimus Ecclesiæ Doctor, & Constantinopolitanus Episcopus ad Viduam iuniorem, cum exularet. Ini- F tium Epistolæ illa continebat. [Grauem se quidem accepisse plagam. Nullus hic lachrymis, sed lætitiæ locus est. Etenim hæc mors non est mors, sed migratio ac domicilij mutatio, à deterioribus ad meliora, à terra ad cœlum, ab hominibus ad Angelorum, atque adeo ipsum Archangelorum Dominum. *Et paucis interiectis*; Si eandem atque ille colere volueris vitam, tumque ipsum non cum hac corporis pulchritudine, qua præditus abiit, iterum recipies, sed cum alio quodam splendore, ac venustate, quæ ipsos solis radios fulgore vincat. *Et post pauca*; Quod si valde tibi intoleranda videtur temporis longinquitas, verisimile est illum tibi interdum in somniis adstare, & quæ consueuerat tecum colloqui, & optatam faciem ostendere. Hoc te loco Epistolarum consoletur; quin imo id maiorem Epistolis vim habet. In illis enim litteras tantum cernere licet: hic vero & formam vultus, & risum tranquillum, & figuram, & incessum & sonum audire, & amicam illam vocem agnoscere.] Qui in somnis apparet, G & consueta alloquitur, & formam vultus amicam & gestus ostendit, operans illa peragit, & mœrore detentos solatur, ea si dormientibus somnus porrigit, quæ visionis sunt, omnia inutilia erunt & incassum concident. Sed id non ita est; Absit. Multi siquidem per somnia æque ac vigilantes multa assecuti sunt munera. Rursus idem Pater, is super aurum prælucidum, & cuius sermones velut carbones coruscantes, nunc quidem expurgant, nunc vero illos excipientes illuminant, eadem expositione in Psalmum tertium decimum & centesimum edocet, cum scribit; [Cœlum cœli Domino. Hoc dicit, quod propterea in illis requiescit, quia sunt ab omni vitio liberi. Quin etiam tu quoque, si non terræ affixus fueris, Angelus celeriter efficieris, & in cœlum domum paternam ascendes: atque adeo vel ante resurrectionem ex hoc iam loco migrasti, esque iam authoritate, & dignitate præditus. *Et post pauca*; Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum. Mor- H tuos dicit non eos, qui vita functi sunt, sed eos qui mortui sunt in impietatibus, vel eos, qui in peccatis suis mortuerunt. Quandoquidem & Abraham, & Isaac, & Iacob mortui erant, nihilominus ita viuebant, vt illorum memoriam prouidentiam sibi facerent viuentes. Moyses enim ad eos confugit, & tres pueri dicentes, Memento Abraham, & Isaac, & Iacob. Si autem tanta erat eorum potentia, quomodo erant mortui? Sed nos qui viuimus benedicemus Dominum ex nunc & vsque in sæculum. Nemo in hac vita viuit hanc vitam, sed ij perpetuo vitã agũt cum gloria. Nã peccatores quoque viuunt, sed in pœna & supplicio, & stridore dentium: hi autem in claritate & splendore, vt pote quorũ sit munus vna cum incorporeis potestatibus, offerre Deo, vti addecet, mysticos hymnos] Psalmistæ dictum exponens diuinus iste Pater palam aperteque distinxit, quinam sint mortui, & quinã ij, qui perpetuo viuant. Itaque si etiam ante resurrectionem, qui virtutibus operam dederunt, ex hac vita migrantes, Angelorum dignitate perfruuntur, & sic hymnos vna cum

A rija Deo offerunt, hoc sibi opus vendicantes, &, qui in hac vita afflictionibus opprimuntur, eosdem apud Deum & suggerentes, & adiutorium possident, quonam ratione dicuntur apud vos, non posse apparere, nec operari, nec aliud quidpiam peragere? De iisdem rursus idem Ecclesiæ lumen hæc in Oratione, cui titulum fecit, in memoriam Sanctorum Apostolorum Petri, & Iacobi, & Ioannis, cuius principium est, [Petra nos hodie Apostolica quasi sagena comprehendit, *pronunciat*. Similibus recte factis Beati isti culti in cœlestem quietem transuecti sunt, vna cum Angelis choreas ducturi. Hos nos quoque, vt possumus, veluti iam coronatos athletas honore prosequimur, in peccati naufragio seruatores, communes humani generis medicos, de orbe vniuerso benemeritos, & in corpore suo Christi notas ferentes.] Qui vna cum Angelis choreas ducunt, genus humanum vna inter se omnes custodiunt, & in incommodis medicinam reperiunt, quomodo absque operatione vnquam consistere poterunt? B Quemadmodum gubernatores nauigiorum, non dormientes, sed vigilantes potius, & excusso somno à tempestatibus incolume conducunt. His similia & alia Oratione, quam ille in Machabæos habuit, & cuius principium est. [Quam speciosa & grata ciuitas nobis, *scribit*, Non de visitatis solis radiis illuminata præclarius, sed de lumina Martyrum supra coruscum omne fulgur micantem illustrata sublimius. Multis etenim solibus illustriores sunt Martyres, & magnis luminaribus clariores. Propter eos hodie cœlo ipso ornatior terra lætatur. Sed hic non attendas cinerem Sanctorum corporum; nec fauillam reliquiarum carnis, omnisque ossa consumpta temporibus: sed aperi oculos fidei, & vide eos diuina virtute, & gratia Spiritus sancti amictos, & diuini luminis claritate radientes. Non tales de superno Solis circulo in terram radij iaciuntur, quales à corporibus eorum prosiliunt corusca luce fulgores, & ipsos diaboli oculos inuidentis obcæcant.] Et non multa post verba hic Doctor, C vti & magnus Gregorius non solum animas, sed & corpora Sanctorum, postquam vnum ab alio separatum fuerit, operari postea, hunc in modum pronunciat; [Ita profecto & dæmones veri latrones, vbi martyrum corpora viderint posita, longe illico à conspecto eorum pauidi fugiunt, & absiliunt. Non enim ad naturam eorum hic interim mortalem intendunt, sed in arcanam dignitatem & gloriam Christi, qui in agone certantium, induta corpora Martyrum suorum sicut arma portauit. Huiuscemodi enim armis non Angelus non Archangelus, non vlla alia creaturæ virtus induta est, sed ipse Dominus Angelorum sicut Paulus clamat dicens: An experimentum quæritis eius, qui loquitur in me, Christus: sic & isti clamare possunt & dicere, An experimentum quæritis eius, qui certauit in nobis Christus. Pretiosa enim sunt corpora, quoniam plagas pro suo Domino susceperunt.] Itaque si in propriis certaminibus ac laboribus Martyres ipsi proprio in corpore tormenta sustinentes, & luctantes dicebant, *eius qui certanit in nobis Christus*, vti Doctor iste insinuat, & vt Apostolus docuit dicens, D *si experimentum quæritis eius, qui loquitur in me Christus*, nihil impedit, quominus etiam post separationem è corporibus Sanctorum animæ appareant; & æque atque corpora agant, cum assidentem sibi vim diuinam possideant, & spiritus gratia circumuallentur. Nemo siquidem, siue in corpore, siue extra corpus existat, sine ope auxilioque diuino quippiam operari poterit. Omnia enim quæcunque sunt tum ratione prædita, tum mente, siue illi Angeli, siue animæ sint, in ministerium à Deo missa, eius ope atque concursu agunt & operantur, vt illis demandatum est. Sic ergo Angelus Abbacuc coma arrepta momento temporis ea non contemnenda distantia cum strepitu spiritus locum in alium transtulit. Sic Gabriel audiit, à quo audiit suum nomen, *Et intelligere istum fac*, Danielem scilicet, *visionem*. Sic item Ezechiel narrat; *Et assumpsit me spiritus, & posuit in campum, & ostendit mihi illum plenum ossibus*, & quæ ille hisce non dissimilia digerit. Sic rursus Angelus Philippum quidem à curru Eunuchoque rapuit, Paulo vero in somnijs adstans dixit. *Ne timeas Paule, consistendum tibi ante Cæsarem est*. E Sed horum omnium caput, Quonam ratione Deiparam semperque Virginem Mariam Gabriel fausto illo nuncio salutat. Quomodo rursus Iosepho dormienti non vna vice apparet, sed nunc eum in Ægyptum amandat, nunc illinc reducit. Et si quæ sunt aliæ apparitiones illius, quas Euangelium percurrat. Sæpe etiam Deus per seipsum & nullius interuentu seruos suos alloquitur: nonnunquam seruis suis per conseruos, quæ sibi complacita sunt, indicat. Et his nulla contradixerit oratio, ita vt quæcunque à seruis fiunt, ea rursum ad dominum referantur, vti Apostoli dicebant, de eo, qui ex vtero matris suæ claudus erat; *Viri Israelitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare*. Quemadmodum itaque, cum in carne erant, per se res miras patrabant, ita & nunc per seipsos operantes anima & corpore curationes meditantur, licet à sese separentur, & per se quidem anima, per se vero corpus actiones peragat. F

18. Quod si, vt vos contenditis, sola Dei virtus Sanctorum martyrum, & aliorum iustorum, & seruorum suorum figuras assumens, actiones illas peragit, & curationes efficit, id ipsum & de Angelis liceat vobis & intelligere, & palam etiam profiteri. In pari siquidem ordine post exitum ex hac vita Sanctorum animæ cum incorporeis potestatibus sunt, licet & origine præcedant, & gloria præcellant sancti Archangeli, vt Patres docuere. Quod si hæc non atque se habeant, falso, vt vestro vtar sermone, Sanctorum apparitiones fiunt, sicuti & in Theatris alij cum sint, aliorum personas induunt, & ita simulare ludos absoluunt. Similes itaque figuras fallaces, ac ementitas species Dominus improbans dicebat, non ostentationis modo, alia atque alia simulando virtutibus operam dandam esse, *sicut faciunt hypocritæ*. Facies enim suas abolent, vt videantur, non Deo sed hominibus ieiunare, à quibus etiam mercedem accipiunt. Etenim si id quod non est, id quispiam videri sese appetit, extra veritatem pedem figit. G Quod vero à veritate alienum est, omnibus subiacet falsitatibus: falsitas autem ex diabolo est. Quid inde porro consequitur? Equidem illud, *Disperdet Dominus omnes, qui loquuntur mendacium*. Non itaque mendacium sit, ne perditio, imo neque visio vera reputetur imaginatio. Quinimo veræ Sanctorum apparitiones sunt, & sanationes ipsæ. Neque enim veluti in scena scurrarum, & impostorum atque hypocritarum opus est, sed veritatis. Namque vt animis atque corporibus vtilitates concilientur, sanctarum gratiæ commonstrantur. Quales enim, vel viui, vel defuncti fuere, tales eos apparere facit Deus, non ementientes gratiam, neque beneficiorum donum adulterantes. Nam si non æquum videtur, dum alius honorem accepit, alium gaudere: hoc vero accideret, si qui incommodis oppressos imaginatione & non re ipsa liberauerit: qui vtilitatem assequitur, sese non ab eo assecutum esse intellexerit: tum enim ambo veritate exciderent, & qui beneficium accipit, ignorans, à quo sanationem habuit, & H qui beneficium contulit, tamquam qui non per se ipsum sed per alium sanitatem reddiderit. Quorum vel vnum asserere plane alienum est, & peregrinum à nostra orthodoxa fide.

19. Testimonia itaque è sanctis Patribus pauca ex multis produximus. Quod si & Patrum antiquiorum, & Ecclesiæ Doctorum alia testimonia afferenda videntur, hoc idem præstabimus. Ait ergo Martyr, & Romanus Episcopus Hippolitus, in Danielem Prophetam Oratione secunda hæc; [Tum ergo adstans Azarias & cum eo alij hymnis ac precibus Deo in medio fornacis confitebantur. Hinc à sancto, glorioso, atque magnifico nomine exordium ducentes, ad ipsa Dei opera peruenere, & primum quidem cœlestia compellantes, dicebant glorificantes; Benedicite omnia opera Domini Domino: post hæc ad filios hominum descenderunt, ordine suo hymnum disponentes. Deinceps subterraneos aduocarunt spiritus Angelorum, qui

A profunda tartara tenent, & iustorum animas, vt cum illis insimul diuinas laudes concinerent. Iustorum animas Dei laudes concinere, actionem, non otium aut dormitationem commostrat, & tartara tenentes Angeli, vel operantes, hymnos prosequuntur. Postmodum & dæmones credunt timentque quod vnus Deus sit. Et modo quo viuunt & sunt, pulchrum bonumque peroptant: *electione enim & non natura dæmones mali sunt*, vt ait magnus Dionysius. Et sanctus Martyr, itemque Episcopus Methodius, ad Aglaophontem Oratione veluti ab Origine dictata ista pronunciat. [Animæ porro ab opifice, ac vniuersorum patre, cum sint intellectualia corpora, membris, quæ ratione speculari possunt, adornantur, hanc vel illam speciem formæ suscipientes. Hinc & in inferno, vti de Lazaro & diuite narratur, & linguam & digitum, & alia similiter membra habere dicuntur: non quod aliud illis informe corpus adhæreat, sed quod ipsæ animæ inuolucro omni spoliatæ, tales essentia sua

B sunt. Veruntamen cum manifestum sit animas non supra passionem esse, ne item post migrationem ex hac vita alia corpora possidere, cum quibus visuntur ante resurrectionem, consequens fuerit, eundem hic quoque à seipso discordare, & contraria sibimetipsi asserere. *Et paucis annexis*; Fatetur itaque ipse, quando dicit. Narratur aliquem ex mortuis eadem ipsa figura, qua & præditus erat, cum in carne erat, visum fuisse. Quinam itaque ratione non dicemus te hæc, Origenes, aperte dicere? Nam si ipsa anima etiam postquam migrarit ex hac vita, non dissimilis est carni, si iisdem ipsis membris efformata est, vt & linguam & digitum, & reliqua habeat, quam ob causam propria ac Principe animæ parte in illam figuram transformata, non item per ipsum corpus futurum in eandem animæ speciem effingetur?] Accusans Origenem redarguit sanctus Martyr Methodius, non quod dixerit ex hac vita migrantium animas apparere, sed quod instar corporis incorporeas effingit, & linguam, & digitum, & alia membra æque ac si illa natura sua possideant

C attribuat. Sibimetipsi itaque Origenes aduersatur, quod incorporeæ animæ corpus exhibens, tali eam figura circumuoluit, quod vero incorporeum est, naturalem habitum, speciem scilicet, & figuram vtique nullam habet. Alteram itaque sententiam, animas nempe corpora esse, refellit, cum ostendat, eundem sibi contraria asserere; alteram vero, in hac vita animas apparere, cum ob eam haud criminetur Origenem, manifesto sese Martyr indicat, dictum illius approbasse. Quando id vere pronunciasse visus est, ipsa veritate compulsus. Quod & S. Basilius, de eo Eusebio Palæstino, Orat. de Syllabis, de eo, *Cum Spiritu sancto*, tractans insinuauit, *sic vtique veræ traditionis robur sæpius viros compellebat suis ipsis dogmatibus contradicere*; Non videtur itaque absurdum, & nunc dicere, traditione conuictum Origenem de apparitione animarum similia tradidisse, licet non perfecte rem totam explicauerit. Reperimus præterea Eustathium Antiochiæ Syriæ Episcopum, & Confessorem patribus iam laudatis consona scribere, Oratione de Anima & contra Aria-

D nos. [Concordia his prosequens idem Ieremias, vocibus asseruiens, insinuat, quibus commostrat, neque se iustorum supplicationes acceptas habere, si velint illi propter homicidas preces fundere. Et dixit Dominus ad me dicens si steterit Moyses & Samuel ante faciem meam, non est anima mea erga ipsos.] In diuinis litteris indicatur, Moysem & Samuelem vita esse defunctos, quomodo ergo pro iis, qui minime digni sunt, orant si per vos non operantur? Hisce præterea idem Pater adnectit, & quæ sequuntur. [Si itaque postquam Christus apparuit, in paradisum genus humanum introducit. Cum vero cruci affixus est, latronem eodem die in illum introducere prædixit, corpore adhuc intra sepulchrum inuoluto; constat, ab anima Christi proprie cum Deo & verbo, res omnes creatas in se continente, commorante, natura sibi similem hominis animam in paradisum illatam fuisse. Non enim scriptum est, ante sancti corporis resurrectionem corpus latronis in vitam reuocatum, promissi compos factum fuisse. Consequens ergo fuerit si certè rem intelligere volumus animam à cognata sibi anima, tamquam quæ maiore auctoritate polleret, humaniter ductam, promissa sua eodē die persoluente, cum aperuisset paradisum in præclaram hæreditatem inuectam fuisse.] Fatetur hic Doctor à Christo humanum genus, eos scilicet, qui vita optime ducta inclaruerant, & fidem catholicam professi fuerant, quemadmodum latronem, ex parte enim eorum, qui virtuti operam dedere, genus vniuersum ostendit in paradisum introductum fuisse. E

20. Quod si creatum Adamum Deus in Paradiso posuit, vt illum coleret & custodiret. Ergo ij etiam, qui ante resurrectionem in paradisi delicias deferuntur, otiosi esse non poterunt, sed cum incorporeis virtutibus laudes Deo concinunt. Idque cum isti peragant, huc quoque in aliorum vtilitates delegantur. Et hoc multis visionibus demonstratur; sed potissimum ex narrationibus martyrum, quæ vere conscriptæ sunt, paucis veritatem ostendere possumus. Narrat itaque Historiæ martyrij Sancti Basilei F
Amasiæ Episcopi & Martyris scriptor, quæ sanctus ille diaconos suos, antequam vitæ suæ finem poneret, admonuit. [Scitote, filij mei, hac nocte apparuisse mihi Dominum euidenter cum vigilarem, & finem meæ ad ipsum dissolutionis, & quæcunque ille seruum suum magnificando absoluet manifestasse. Vos ergo estote bono animo, & in Christo reuertentes confirmate fratres: Euthychium vero filium Callistrati post me in Episcopatum promouete: ita enim Dominus mihi reuelauit; sed & vile corpus meum gratia sua efficiet, vt vobis dedatur. *Et post pauca.* Christo vero fidissimus Elpidiphorus assumens vna secum Diaconos in domum reuexit, vt eos consolaretur. Et nocte illa astitit ipsi Angelus ter hunc in modum adhortans. Basileus Episcopus Sinopem proficiscitor, & ibi vos expectat. Expergefactus itaque accipe illius Diaconos, & ascensa nauicula ad ipsum venito. Ille vero trinam experrectus animo voluens præceptionem, narravit clericis quærens, si re vera locus aliquis ipsis innotescit, qui Sinopes sibi nomen vendicet. & Parthenius vrbem eam esse fassus est, ad quam & Christi Apostolus G
Andreas peruenit. Sed ego quoque vigilans visus sum mihi præbere magno illi manus, & in Dominicum ingrediens audire, vt nunc vides, ita futurum est tibi.] Ex iam proposita narratione tria reuelationum genera dignoscimus; Alio siquidem modo Deus sancto apparuit, alio Angelus Elpidiphoro: hic vero cum Diaconis suis Amasia in Nicomediensium vrbem profectum S. Basilea hospitio exceperat: & alio martyr atque Episcopus suo Archidiacono. Partheolus enim Archidiaconi dignitate præfulgebat. Et hæ visiones postquam capite imminutus S. Basileus, in Nicomediense mare proiectus est, commemorantur: coniunctum vero est caput corpori sancti; ita vt ceruicis scissura, cicatrice ea circumambiente, manifesto pateret, ad fidem faciendam corpus sancti visoris. Et sic in Ponticum mare à Nicomedia vrbe adnauigauit, & viginti quatuor dierum spatio per profunda maris perrepens Sinope repertum est, quod sagenis ab iis, qui visionem viderant, attractum in propria vrbe reponitur. H
Quid ad has visiones respondebimus? Num alius pro alio apparuit; non ego equidem opinor aliquem, licet admodum contentiosus sit, similia effutire. Namque vti firmissimum supra demonstratum est, Dominum velut Dominum apparuisse & apparere, & Angelum veluti Angelum, & sanctum velut sanctum. Quodsi id verum non est, visiones omnes siue apparitiones per vos iam falsæ fuerint. Et quis, dummodo habeat sal in pectore, vos similia dicentes tolerabit? Angelus plane Dei sibi nomina adsciscere non sustinebit quod & pluribus demonstrabitur, vti in Manoë Sampsonis patre. Et Apostoli scindunt vestimenta sua, cum apud Lycaones audissent. *Dij assimilati hominibus ad nos descenderunt*. Diuinæ igitur, & Angelicæ, necnon Sanctorum visiones reuerenter accipiendæ, &, vti addecet, diiudicandæ sunt. sic discrimen inter seruum & Dominum agnoscendum, æqueque honor ac veneratio exhibenda. Quanam porro ratione & Sanctorum quadraginta Martyrum reliquiæ ex fluuio extractæ sunt? Annon Episcopo, qui tum præerat,

pee visionem reuelarunt? Hæc itaque leguntur in eorum martyrio. *Congregatas autem, & adornatas sanctorum reliquias in fluuium iecerunt, quæ congregata sunt in loco gelido & nihil ex illis fluuius imminuit. Reuelatumque est vrbis Episcopo; Custodita sunt reliquiæ nostræ in hoc loco. Procede itaque noctu, & extrahe nos.* Hanc vocem, vti ipse reor, nunquã Angelus emisisset. Nam si emisisset non vera, sed falsa pronunciasse euinceretur. Si Angelus fuisset, sermonem ita direxisset. *Extrahe corpora Sanctorum.* Sed quando Martyres Episcopo apparuere, ipsi illi, vt id faceret, præceperunt, dixeruntque; *Reliquiæ nostræ in flumine sunt*, &, *Extrahe nos.*

81. Non sunt ergo alij aliorum personæ adaptandæ. Hoc enim apud ventriloquos factum est, & nunc quoque fit. Nam sub Saule, cum non eduxisset Samuelem Pythomantis, interrogata, *quem vides?* respondit, *Deos vidi ascendentes de terra.* Et hæc proferens reputata est eduxisse Samuëlem, postmodum audiens deceptrix à malesano Saule; *Ne timeas*, mutata voce respondit; *Hominem rectum ascendentem de terra, amictum diploide video.* Dum furiis agitatus Saul ventriloquo dicit *vaticinare mihi in ventriloqua*, & illa respondet, *Deos vidi*, prorsus deceptionem esse quis pie credet, si fidem adhibebit iis, qui hæc fusius exposuere. Verum hæc & his similia, quæ vel facta sunt, vel fiunt, mendacij pater illiusque satellites confingentes ostendunt. Qui autem veritatem amant, verum formant, & ostendunt illis, qui veritatem ambiunt.

82. Neque præterea ab re fuerit, rursus hic pauca, quæ ex libris scriptis de sancto Theodoro decerpsimus, apponere. Narrat Chrysippus Hierosolymitanus Presbyter in laudatione Martyris hæc; [Sed quis potis fuerit exprimere, in morbis omnium generum sanationes, in omnibus omnium afflictionibus subsidia, tum nocturnas, tum diurnas apparitiones, in quibus semper eum armorum ornatu comparet, neque nunc, licet regni cælestis hæredibus ascriptus, habitum militarem recusans? Quænam vero sunt, quæ de eo Pater iste enarrat? Cum duodecim miracula in eo Commentatio digerantur, vnũ tantum aut alterum ob sermonis prolixitatem adferam. Adnectit itaque post pauca dicitque; [Ensem nescio quis præpulchrum & auro vndique ornatum in templo, in quo Sanctus veneratur, obtulit. Cum casu adfuisset puer, & ex aliis ibus in vno ensem conspexisset, pulchritudinis, quæ in eo erat, amore captus supplicabat martyrem mẽte non mala, sibi habere peroptans. Quanam ergo ratione, & puero veluti pater illusit, & rem cessit? Admouit ensi dexteram puer, & martyr permittebat accipere. Cum vero se firmiter eum tenere existimaret, & manum contraheret, in vnum congressi cancelli manum alligabant, vbi vero rem acceptam desereret, & manus vinculis soluebatur. Aggrediebatur rursus arripere, & rursum eadem vincula manum comprehendebant adeo ve ætatis simplicioribus moribus vtens, hisce martyrem exoraret. Cedito mihi Pater sancte, cedito mihi servo tuo rem hanc; quæ enim tibi ensis necessitas? Anne aues mactaturus an pecudes? an aliquid aliud generis eiusdem? bonus pater hoc mihi donum elargire. Similia eaque multa pronuncians, & similia efficiens, tum equidem mœrore oppressus abiit: neque enim quod ambiebat secum detulerat. Post illius recessum apparens Sanctus sacerdoti, quisnam esset & vnde, puerum indicat, & vt alloquio suo demulserat. Quare tu eundem aduoca, & desiderium exple. Sic simplicitatis suæ, quam ætas ministrabat, mercedem, ensem assecutus recessit, non tantum propter ensem, quam ob martyris erga ipsum beneuolentiam beatus existimatus. Vidistis, vt mitis & blandus vbi lenitatis opus: videte rursus, vt acer & vehemens, vbi acritudinis opus est. Cum annua illius memoria fieret, non nemo alteri, qui celebritati aderat, aurum concredens, deposuit. Et, qui acceperat, denegante, auro spoliatus, multis cum lachrymis in thalamum accurrit, nutans, ne sibi soli solemnitas illa mœrori esset. Inter somniandum martyr apparens, cessa, inquit, à lachrymis, & quietus in atrio commora, & ego quæ exposcis, vt assequaris, modum inueniam. Duo vel tres dies prætériere, & qui inficias iuerat sponte accessit, & congregatarum illarum nationum, & omnis generis multitudinis in medio, in aëre suspensus pendebat, & veritatem omnem, veluti verberibus coactus enunciabat. Fatebatur siquidem adhuc apud se integrum depositum esse, supplicabatque omnes, vt tormentorum sibi precarentur solutionem. Hisce ille quidem depositũ resumpsit, hic à doloribus liber euasit, & nihil vltra perpessus, secessit.] Notum ne vobis remanet ex his narrationibus, imo visionibus veris, Sanctos nunc vigilantibus, nunc dormientibus apparere, eorumque postulata, opem Deo ferente, complere, & non, vt vos contenditis, solam Dei virtutem figuras eorum accipientem apparere, sed ipsam martyres exhibendo accessus illorum euidenter, cum necessitas vrget, efficere? non alium pro alio aut respondere, aut operari quemadmodum vesana ventriloqua respondit, & in fraudem interrogantem illiciendo machinata est? Ne itaque fabulas sequentes in errorem inducamur, sed veritati potius attendentes, stemus in ea bene radicati atque fundati.

83. Porro, vt dictis nostris maiorem fidem comparemus, licet quibusdam tedio esse videbimur, vna & sola visione allata, reliquas alias, quibus id placuerit relinquemus. Narratur ergo in Reuelatione Luciano Presbytero, ob reliquias S. Protomartyris Stephani facta ab eo, qui viderat, post proœmium. [Cum vero ipse quiescerem in domo Photisterij, die Parasceue illucescente, tertia hora noctis, & adhuc vigilarem, & ex ita me factus essem, vidi hominem aspectu quidem senem, corpore pusillum, specie venerandum, barbatum, albis vestimentis amictum, qui sese ante me silenter monstrabat. Ego apud me hæsitare, quisnam ille esset? an à Deo, vel ab alia virtute? Ille nihil cunctatus procedit ad me, & baculo, qui illi præ manu erat, pungit, tertium vocans, Luciane, Luciane, Luciane. Respondi: Quid est Domine? & dicit; Ascende, dic Ioanni Hierosolymitano Episcopo, Quousque obseramur; quousque non aperis nobis? locus noster, in quo iacemus, vehementer negligitur, & nunc quidem reliquiæ nostræ imbre madefiunt, nunc sole aduruntur. Ego autem humilis Lucianus; interrogaui eum; Quis es tu Domine, & qui vna tecum sunt. Et ille Ego sum Gamaliel qui Paulum enutriui, & in vrbe Ierusalem legem docui. Qui vero vna mecum iacet in orientali vrna, est, Dominus Stephanus, qui lapidibus à Iudæis in eadem Ierusalem obrutus decessit. Secundus est Nicodemus filius fratris mei, qui noctu à Saluatore nostro Iesu Christo res fidei instructus, & à Petro Ioanneque discipulis baptizatus est, quod cum audissent Principes Sacerdotum, ægre tulerunt, & densis sic eum verberibus multarunt, vt post paucos dies obdormierit propter sui quietem, & curaui, vt ille ad pedes sancti Stephani veluti Christi confessor apponeretur. Tertius, qui vna mecum iacet, est Abibos, meus dilectus filius, qui mecum Christi prædicationi credidit, cum me Patre suo vno die à commemoratis discipulis est baptizatus. Hic cum ante me dormiisset, purus atque incorruptus, penes eos in tertia vrna repositus est in qua & ipse iaceo] Post hanc visionem, multas alias prosecutus idem Lucianus, & loca intuitus, in quibus Sanctorum reliquiæ vrnis repositæ repertæ sunt; subdit. [Eadem ipsa hora terræmotus ingens factus est, vt S. Stephani corpus resiliret & reuiuisceret, odorque immensus ex vrna illius effunderetur: sanatæque sunt illo die animæ tres & septuaginta, quæ ibi conuenerant, è variis morbis.] Et hæc quidem pauca è multis recollegimus, confirmare volentes non credentes, Sanctorum visiones verissime fieri. Probat igitur docetque visio satis abundeque actiones, & aduentus Martyrum esse.

84. Sed forte aliam quoque, nobis dubitationem proponent. Quomodo nempe Sanctorum animæ aliquando armis instructæ, aliquando alienas figuras, vel equorum vel aliarum notationum præseferentes apparent, cum nudæ in præsentia, & absque corpore existant? Respondemus, quemadmodum Angeli, licet sint incorporei, cum mittuntur in ministerium, exequuntur mittentis

mandata,

A mandata, & visiones efformant, modo, quo recipientes visiones digni iudicati fuerint, eadem ratione animæ formas non naturales, veraces tamen accipiunt, veluti pictor è multis coloribus res effictas subsistentes, non tamen natura animalia, & alia, si quæ fuerint: pari modo quæ incorporea sunt, & ratione vtuntur, paruum ad tempus formas effingere possunt, quæ tamen imaginationes vocandæ non sunt, nec res naturales: nec propterea dicendum est, visiones illas, & apparitiones veras non esse. Hoc in Abraham, & in tribus Angelis factum est, & vere quidem, sed non naturaliter manducaverunt Angeli, neque imaginatione factum illud absolutum est. Dicit porro & Dionysius Areopagita, Doctor insignis, nono capite de cœlesti Hierarchia; [Illud quoque Pontificiæ tuæ prudentiæ commemorabimus, vt & Pharaoni ab Angelo Ægyptiorum præside, & Babyloniorum Principi à proprio itidem, omnibus prospicientis atque dominantis providentia potestasque per visiones fuerit intimata, vtque gentibus istis veri Dei B ministri, ductorum instar, fuerint præfecti ad figuratas illas Angelicas visiones interpretandas; quæ viris sanctis Angelorum similibus, Danieli inquam & Iosepho, ex parte Dei per Angelos ante fuerant revelatæ; *& cap.* 13. Quin & divinum illud præstantissimumque laudis canticum discebas, Angelo, qui visionem efformabat, prout poterat, ipsi Theologo sacram suam scientiam communicante.] Neque dissimilia sunt, quæ Theologus Gregorius Oratione in Heronem Philosophum scribit: Ait enim: [Angelicus splendor lumenque, cum instar corporis efformantur.] Cùm igitur, vt Patres docuerunt, licet Angeli incorporei sunt facultate tamen à Deo accepta, revelationes efformant, pari modo & sanctorum animæ, quæ Angelis proximæ sunt, eundem in modum & illæ, Deo auxilia opemque illis præbente, virtutes perficiunt. Nemo ergo decipiatur, vel potius alium decipiat; quæ aliis insunt, aliis attribuens, vnumquodque enim in proprio ordine manem, qui ordinum C princeps est, iubet: Nam & *Spiritus Prophetarum Prophetis subditur*. Neque Deus confusionis est, sed pacis.

25. Satis abundeque declaratum, sive, vt verius dicam multis modis demonstratum est, sanctorum animas esse, quæ in visionibus apparent, cum opus fuerit, eas nonnullis apparere. Quando vero id demonstratum est, & adhuc addubitatur de iis, qui nec virtutibus addicti, neque, vt Deo placuit, vel medio quodam modo ex hac vita migrarunt, an apparent, aut huc adveniant; an vero similis illis accessus denegatus sit, & quomodo quibusdam appareant, quæ sanctorum animæ nullo modo sunt? vt vires suggerunt, Deo sermonem suppeditante, falsum ee parte respondebimus. Dicemus itaque medium nullum esse, sed aut virtutibus aut vitiis eorum, qui sunt robusta atque integra ætate, animas præstare. Et hoc supra à nobis demonstratum est. Non fuerit nihilominus absurdum, rursus eadem repetere. Namque ait Nyssenus Gregorius. [Duo hæc in creatura rerum vniversarum sunt elementa habitationi rationalis naturæ attributa, D cœlum & terra. Locus eorum, qui per carnem vitam sortiti sunt, terra: cœlum autem incorporeum est. Necesse est igitur vitam nostram prorsus alicubi esse, nisi ex terra pulsi & eiecti fuerimus, in terra prorsus manemus, si hinc abierimus in cœlum traducemur.] Anima ergo vt Doctor dicit, quæ se ipsa non assuefecit, cùm adhuc carni elligaretur, terram deserere, sursumque à spiritu saltim brevissimo tempore efferri, & mundi illius res meditari, cùm à vinculo carnis liberabitur, quomodo poterit in cœlum traduci? Ait enim; [Nisi ee terra pulsi & eiecti fuerimus in terra prorsus manemus.] Id quoque de divite indicatum est, cùm dicitur, [Mortuus est dives, & sepultus est.] Confirmat præterea ista & alio suo testimonio supra adducto; [Animam minime illuminatam, & regenerationis gratiæ non ornatam, nescio an Angeli suscipiant, postquam fuerit separata à corpore. Quomodo enim cum non sit obsignata, nec vllum ferat signum sui Domini? quam est verisimile ferri per E aërem errantem, & vagantem, & min ma quærit m, vt quæ Domino careat.] Si itaque anima non obsignata, Domino caret, & minime quæritur, & per aërem fertur, par est eam, ita Deo permittente, raro admodum apparentem, imaginationes efformare, non vt commoda afferat, sed vt decipiet. Quomodo enim vtilitatem afferre poterit nunc demum, quæ nunquam cum in corpore esset, tale quippiam comminisci conata est. Et qualem ex parte gloriam sibi vendicaverit, quemadmodum in præsentia sancti, qui etiam ante resurrectionem, licet perfecte non glorificati sunt, vt in Apocalypsi traditur, & cum essent in carne indesinenter beneficia indigentibus conferebant. Id idem & diviti insinuans Abraham dicebat; [Chaos magnum firmatum est, & vnos ad alium transire non potest.] Et hoc, non quod iusti non possint inde huc transmeare (Nam volebat ille Lazarum ad fratres transmitti, quod pluribus demonstravimus fieri posse) sed quod iusti impediantur, ne vna cum peccatoribus sint, Patriarcha significavit. Et quomodo fieri po F terit, vt aliquando simul sint? Scriptum enim est. [Non hæreditabit filius ancillæ cum filio liberæ. Animæ *siquidem* iustorum in manu Dei: *Et per Prophetam dicit Deus* omnes animæ meæ sunt.] Et licet generatim de omnibus pronunciavit, partim nihilominus in nuptiali thalamo, in cœlo nempe, partim extra, in terra scilicet, propter opera sua admittuntur. Et hæc differentia rata ac firma semper est: namque dixit, clausam esse ianuam & inter eos chaos magnum firmatum hoc indicat. Supplicabat ergo dives, Lazarum mitti, ad corrigendos fratres, sed nullam virtutis rationem habens, vt multis vtilitati esset, eosque ad opus præclarum converteret, similia enunciabat: verum affectui carnis adhuc mancipatus, quinque qui numerati faciles erant fratres germanos à periculis eripere conabatur. Et qui suos quinque sensus non expugnaverat, neque curaverat, cùm adhuc vivus in terra degeret, quanam ratione in inferno & inter tormenta aliorum medicus fieri poterat? Non immerito ergo audierit, *Medice cura te ipsum*. Hanc igitur ob causam forte Abraham asseverabat, non posse Laza G rum chaos pertransire. Tui scilicet causa divitis qui simile postulas. Namque cum delictis dives sie, iisque affluas, haud facile tibi fuerit supplicanti, captivos alios, & temetipsum libertatem vendicare. Servo siquidem servus libertatem non dat: sed neque mortuus demortuo vitam. Propterea que inquit; *Habent Moysem, & Prophetas, ipsos audiant*. Quotquot itaque de aliis generatim bene meruere, dum inter eos, quibus bene fecerunt immorabantur, & cum abiere à terra, in cœlum delati sunt, quando iam in bene faciendi assuetudine persistant, non impediuntur, iterum similia peragere. At qui rursus piscium more in aquarum profunditatibus vitam transegerunt, licet videantur, & velint ad supremam consueti sui instituti superficiem deferri, non possunt expediti eò conduci. Quod & in divite factum est. Namque aliquando intra sese volvebat animo dicens: filium me vocavit Abraham. Si dicero de Lazaro; *Mitte eum ad fratres meos*, omnino mihi respondebit. Mittam te, H & tu ad eos accede. Idque si fuerit, iam tristitiam, quæ me opprimunt, finem inde invenero. Hinc miserabiliter dicebat; *Miserere mei, & mitte Lazarum*, nunc quidem ad fratres, nunc ad sematipsum exorans. Quid porro humanissimus Abraham. Non effecit iniuria, non ignominia, non minis eum expediit, non aspere & acerbe respondit. Sed vt audiit, eodem animi affectu repensat. Patrem me, inquit, vocas, sed tantum nomine: neque enim paterna mandata observasti, & hospitalitatem in domo tua sectatus non es, neque eam, vti par est, in honore habuisti, vt & illa iustorum tibi tabernacula conciliaret. Ego quoque pari modo te filium nuncupo. Voce vocem tuam nunc delinio, non opere. Quanam enim ratione te, qui nullum vnquam opus bonum effecisti, bonis operibus compensare possum? Non absone ergo quidam dixerint. An igitur ante vniversalem resurrectionem iudicium actum est? Non id dicimus. Sed quod modis omnibus futurum erat, Evangelium prædixit

Qui ergo dum in hac vita degunt, intellectuales, & quas visus consequi non potest, portas scilicet cœlestes, non reserarunt, & thesauros indeficientes sibi non thesaurizarunt, [Vbi ærugo & tinea non demolitur, & fures non effodiunt, & furantur,] quomodo eas reseratas invenerint, vt eo transferantur ad Angelos, & iustos; aut rursus, inde huc transmigrantes, aliquibus æque ac Sancti vtilitatem afferant? Scriptum est enim; [Non est memoria sapientis cum insipiente in æternum, quæ enim concordia luci cum tenebris?] spes siquidem, sive stationes non eædem sunt, vt eædem etiam apparitiones sint eorum, qui operibus inter sese mutuo minime communicant.

25. Sed fortasse dicitis. Operantur aliquid hæ animæ, vel non operantur? Respondemus, eas operari; non tamen ea operatione, qua Sanctorum animæ, sed modo quo vivunt, & sese movent, & pœnitentia ducuntur, quemadmodum & dives dicebat, *Pater Abraham miserere mei*, & quæcunque de eo Evangelium narrat, non tamen eæ à Deo mittuntur ad aliquos beneficentiæ gratia, nisi quis asseruerit, ita Numine annuente id fieri, & quemadmodum Pater dicit, *cum careant Domino, & per aerem ferantur errantes & vagantes*, imaginarie apparitiones efficere, forte propria libertate vtentes. Quod si ita Deo mandante id agatur, *quis dicet illi, quare hoc fecisti?* Narratur enim & de Elia Propheta, cum ob asperam & triennem ab eodem increpationem populo indictam, & famis crassationem, per impuram alitem, corvum inquam, ali Deum mandasse. Iure ergo optimo atrore nigroreque profusæ animæ nonnullis rarius sese manifestant.

26. Quonam vero in loco aut sedibus illæ degunt, vel immorantur? Antequam Christus hominem assumeret, & passionib. subderetur & ea mortuis resurgeret, Patres affirmarunt, & divina id eloquia pronunciarunt, vt apud Iobum scriptum est; [Venisti vero ad fontem maris, aut in vestigiis abyssi ambulasti? Aperiuntur verò tibi metu portæ mortis, & ianitores inferni videntes te obriguerunt. Hinc manifestum est, in profundissimis terræ visceribus omnium animas detentas fuisse, quas ereptas eduxit Dominus & Deus noster, morte mortem conculcans, & portas inferi conterens. Ideoque Evangelista adnotat, multa dormientium Sanctorum corpora resurrexisse, & multis apparuisse. En *apparuerunt* dicit. Et si id tum factum est, manifestum est & nunc quoque apparere. Cum enim Sanctorum animæ id agere cœperint ad consummationem vsque mundi hoc idem peragendi finem non ponent. Eas animas ex obscuris illis atque infimis, quæcunque sint loca illa, exolutas esse, de omnibus vniversè animabus asserendum est, quod Apostolorum princeps scripserit, *Propterea & his, qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicavit.* Sese verò manifestasse, de Sanctis tantummodo, & non de omnibus Evangelista pronunciavit. An porro corpora fuere Sanctorum, qui ante multos annos, vel ante paucos, vel tam recens mortem obierant, quod & verosimilius mihi videtur, cum dicat, *apparuerunt*, vt recentem memoriam, & mutuam cognitionem indicaret, [non omnes id sciunt, sed quibus datum est intelligere.] Attamen *multis apparuisse* citra vllam ambiguitatem & contradictionem asseruit. Corpus vero demortuum absque anima nullam apparitionem efficere potuerit; at anima, tanquam quæ perenniter vivit, & nunquam dissolvitur, etiam absque corpore operatur, & visiones effingit, & sese ipsam Dei ope, vt multis iam demonstravimus, manifestat. Et de prima animarum statione in vniversum hæc dicta sint.

27. De præsenti verò Sanctorum animarum statione plane iam à nobis expositum est, eas in cœlo cum Angelis choreas ducere; cum & de Lazaro referat; [Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & dives, & sepultus est.] Sepultura siquidem sane est, cum transire non valeas, neque prætergredi principem mundi & tenebrarum &, quæ sub eo sunt, potestates rebelles & ordines. Nec alia ratione de animabus, quæ vitiis implicantur, nonnulli ex Patribus locuti sunt, eas scilicet è corporibus egressas, sive à malis sive à bonis Angelis comprehendi. Ex quo coniectari licet, quibus in locis degant, postquam separatæ fuerint à corpore. Idque apertè Gregorius Nyssænsium Episcopus, vt supra ostendimus, indicavit. De hoc eodem & disertè Athanasius Alexandrinæ vrbis Episcopus Antonij vitam enarrans, scribit; [Quondam horam circiter nonam mente sese raptum sensit Antonius: quodque suspiciendum est, stans vidit seipsum tanquam extra sese; atque à quibusdam velut in aërem deduci, ibique teteros nonnullos, & terribiles consistere, transitum eius vt impedirent. Reluctantibus vero eiusdem ducibus expostulare illi quasi obnoxius illis esset. Cumque rationes à nativitatis exordio exposcerent, conferrentque iidem Antonij duces prohibuere, ac dixere; culpam à natali die, omnem delevisse Dominum: licere autem illis à monachatus tempore, & quo se Deo consecrasset, primordium exigendi expetere. Cum autem accusarent quidem, non autem convincerent eum, libera minimeque impedita illi via fuit. Tum illico se veluti reversum vidit, atque priore loco integrum stare. Ibi oblitus capere cibum substitit per tempus, quod diei erat reliquum, noctem vero totam gemitibus & precibus transegit. Admirabatur enim vt vidit, adversus quot nobis lucta esset; & transitus per aërem quanto labore constaret, & recordabatur, id ipsum esse quod Apostolus dixerat; secundùm principem potestatis aëris huius. Hæc enim est hostis potestas, pugnare atque experiri omnia, quo minus quispiam transeat: Vnde præ aliis adhortatur; Accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, vt is, qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Quo nos cognito, meminerimus verborum Pauli, sive in corpore sive extra corpus nescio. Deus scit. Et Paulus quidem vsque ad tertium cœlum raptus, auditis verbis arcanis descendit: Antonius autem vsque ad aërem se vidit pervenisse, luctatus donec liber evaderet. Aliud rursum Antonio fuit donum. Sedens enim in monte solus, si qua de se vnquam apud se dubitabat, ea ipsi divina providentia revelabatur, eratque vt scriptura loquitur, beatus ille à Deo edoctus. Post id temporis cum de animæ conditione cum quibusque familiaribus disseruisset, quis hinc migraturæ locus esset futurus? nocte proxima quidem desuper vocato ipsi, Antoni, ait, surge, prodi, atque vide. Egressus igitur: norat enim aures, quibus dandæ, longum quemdam cernebat oculis: deformem, ac terribilem stantem, & ad ipsas pertingentem nubes; nonnullos etiam quasi alis præditos ascendere; illum manus extendere, & alios quidem ab illo impediri, alios superius volare, & transitu perfunctos secure sursum ferri. Ob hos ergo stridebat dentibus prælongus ille, ob delapsos verò lætabatur. Tum vocem Antonius audiit. Considera visum. Et operta ipsi mente animadvertit, animatum esse transitum, & prælongum illum stantem, esse hostem, qui credentibus invidet, sibique obnoxios teneret, nec transire pateretur; eos verò, qui illum non audissent, teneri haud posse, vt qui subvehantur. Quo sursum cognito & velut commonefactus magis contendit quotidie in iis, quæ potiora essent progredi. Satis aperte abundeque Divus Athanasius magni Antonij revelationem exponens, Apostolici dicti mentionem induxit, fidem suis dictis earumque habitibus ex eo concilians, illaque confirmans. Ambarum itaque bonarum inquam animarum, & dissimilium stationis sive conditionis discrimen postquam è corporibus emigrarunt, cum Patres explicaverint, omnem dubitationem, & hæsitationem procul abegerunt. Inquit etiam Sanctus Basilius Oratione in Baptismum hæc. [Non aderit qui baptizat, mors irruet, abductores vrgebunt. Quis liberabit? Deus tibi despectus? At inquis Deus me tunc exaudiet. At tu vero nunc ipsum audis? Præscriptum tempus aliquod addet; scilicet quod dato bene es vsus? Ne miser decipiaris. Nemo te inanibus seducat verbis. Aderit tibi repentinum exitium, ac interitus similis procellæ te evertet. Veniet Angelus tri-

A stis per vim tuam sapiens tut peccatis irretitam animam; teque demum magnopere cruciatum.& absque voce querentem præcluso lamentis vocis organo ad nigra tartara deducet.] Illius vestigia secutus est frater Gregorius, cum extulit, quæ supra posuimus. Nihilominus ad dicta nostra corroboranda eadem hic repetere, non gravabimur. Sunt porro hæc; [Ne doleamus igitur, & ægrè feramus, Fratres, terrenis non expelli atque prohiberi: nam qui hinc migraverit, in cœlesti regia diversatur. Duo hæc in creatura rerum vniversarum suot elemeota habitationi rationalis naturæ attributa, cœlum & terra. Locus eorum, qui per carnem vitam sortiti sunt, terra: cœlum autem incorporeorum est. Necesse est igitur vitam nostram prorsus alicubi esse, nisi ex terra pulsi & eiecti fuerimus, in terra prorsus manemus si hinc abierimus in cœlum traducemur. *Et iterum*; Animam minime illuminatam, & regenerationis gratia non ornatam, nescio, an Angeli suscipiant, postquam fuerit separata à corpore. Quomodo enim cum non sit obsignata, nec vllum ferat signum sui Domini? quam est verisimile fero per aërem errantem, & vagantem, & mini-
B me quæsitam, vt quæ Domino careat, quærentem quietem & locum in quo maneat, & non invenientem, frustra deflentem, & inutiliter pœnitentem non secus atque divitem.] Et hæc quidem sunt Patrum documenta. Quid verò de duobus divitibus Dominus enunciavit? De vno siquidem hæc dicit; [Stulte hac nocte animam tuam repetunt à te. Quæ autem parasti cuius erunt: *De altero vero rursum*, Et mortuus est dives, & sepultus est.] Quæ itaque Patres obscurè & veluti in ænigmate loqui visi sunt, ea Dominus, vt qui veritatis apicem solus callebat, & qui natura vereque verax esset, suo calculo comprobavit. Ipse enim omnia in sapientia fecit, & quoscunque voluit, quinimo quotquot, digni effecti sunt, vt acciperent sapientiam & intelligentiam, sapientes fecit, [Omnia *siquidem* operatur vnus, atque idem spiritus, dividens vnicuique peculiariter sicuti vult, *&* Vbi vult spirat.] Vbi verò vult? Ad eos nempe, qui semetipsos præparatunt. Siquidem dixit: Vbi sunt duo vel tres
C in nomine meo, ibi sum in medio eorum, [& inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illis Deus, & ipsi erunt mihi populus.] Hic ergo in omnibus Sanctis suis, Prophetis, & Apostolis, & Doctoribus inhabitans, quæcunque voluit per eos revelavit: & illi postmodum de omnibus Ecclesiam illos instruxerunt. Et animas quidem, postquam migrarunt ex hac vita, operari, & sedes in quibus immorantur, pro viribus nostris ex divinis scripturis, & sanctorum Patrum documentis leviter, modiceque edocuimus.

28. Progrediamur itaque & ad subsequentem quæstionem, quam nos promisimus enarraturos. Quæritur siquidem ab aliquibus, [Num oblationibus, & inter preces, & supplicationes commemorationibus animæ vtilitaté capiant?] Conabimur itaque etiam de hoc nonnulla testimonia apponere. Et primum illud ostendemus, in veteri lege, licet obscurius veluti in typo huiusce nostræ & veræ legis Sanctorum commemorationes modis
D omnibus præceptas fuisse: dicitur enim in Genesi de Iacobo; [Præcepitque servis suis funeratoribus, vt funerarent Patrem suum, quibus iussa explentibus, transierunt quadraginta dies: iste quippe mos erat cadaverum conditurum. Flevitque eum Ægyptus septuaginta diebus.] Et in Deuteronomio de Moyse hæc narrantur; [Moyses autem erat centum viginti annorum, quando mortuus est. Non caligaverunt oculi eius: nec corrupti sunt labelli eius. Et fleverunt filij Israël Moysem in Araboth Moab in Iordane adversus Iericho, quinquaginta diebus, & completi sunt dies planctus lugentium Moysem: attamen, cum futurorum bonorum vmbram lex obtineret, vt dixit Apostolus, sub vno numero luctus dies omnes enumeravit. Veruntamen nunc, qui Verbum & Deum suis viderunt oculis, illique administrarunt, aliter Ecclesiæ tradiderunt, & quinquaginta dies in tres partes diviserunt, in tres scilicet, novem, & quadraginta. Pari etiam ratione Dominus post quartum suæ resur-

rectionis diem manifestavit seipsum discipulis, clausis ianuis, cum illis dixit; [Pax vobis, & insufflavit in E
faciem eorum, & dixit; Accipite Spiritum sanctum. Notetur que vnum ex ipsis non fuisse simul cum illis. Et post dies octo rursus erant intus discipuli eius, & Thomas cum ipsis. Et post resurrectionem intra octo dies secundum discipulis apparuit. Dum itaque Evangelista dicit, post dies octo, resurrectionis ipsam diem non numerat; cùm illa siquidem novem sunt. Secundùm itaque hanc formam nos à die sepulturæ vsque ad diem nonum his eorum, qui pie obdormierunt, commemorationes peragimus. Similiter & die quadragesimo, quandoquidem quadragesimo die Dominus assumptus est. Hæc autem fieri tradita sunt non vtcunque & temere, sed prorsus alicui commodo futura. Commodum autem quodnam aliud fuerit, quam vtilitatis, quæ defunctorum animabus resultat? Invenimus siquidem & in veteri fœdere, suscitare semen fratri defuncto à vivente miseratio-
nem esse, vtilitatem nempe, quæ defunctum consequebatur. Quare dicit Noëmi, hæc verò loquuta erat Ruth F
de affini suo Booz. Dixit vero Noëmi nurui suæ Ruth, [Benedictus est Domino: quoniam reliquit misericordiam suam & cum viventibus & cum mortuis.] Benefacta ergo non in benefacientibus tantum modo remanent, sed pro iis etiam, pro quibus benefaciunt, benefacta peraguntur, & in eos vtilitas immeat. His expressiora, & clariora dicta gestaque in Machabæorum historia reperietis. In secundo siquidem illius libro hæc digeruntur; [Iudas autem collecto exercitu venit in civitatem Odollam, & cum septima dies superveniret, secundum consuetudinem purificati, in eodem loco sabbatum egerunt, & sequenti die venit cum suis Iudas, vt corpora prostratorum tolleret, & cum parentibus poneret in sepulchris paternis. invenerunt autem sub tunicis interfectorum de donarijs Idolorum, quæ apud Iamniam fuerunt, à quibus lex prohibet Iudæos: omnibus ergo manifestum factum est ob hanc causam eos corruisse. Omnes itaque benedixerunt iustum iudicium Domini, qui occulta fe-
cerat manifesta. Atque ita ad preces conversi, rogaverunt, vt id, quod factum erat delictum, oblivioni traderetur. At verò fortissimus Iudas hortabatur populum conservare se sine peccato, sub oculis videntes, quæ facta sunt pro peccatis eorum, qui prostrati sunt. Et facta collatione duodecim millia drachmas argenti misit Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene & religiosè de Resurrectione cogitans, (nisi enim eos qui ceciderunt, resurrecturos speraret, superfluum videretur, & vanum orare pro mortuis.) Et quia considerabat, quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant: optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare. vt à peccatis solvantur.] Quare prudenter considerandum est quot in hac historia continentur, admodum recte & religiose fecisse Machabæum, qui sacrificium pro peccatis duarum millium drachmarum sacrificium Deo obtulit: recte de quiete cogitantem id peregisse: orandum esse pro iis, qui cum pietate obdormierunt, & gratias agen- H
dum: sanctam esse denique & piam similem cogitationem. Et quod sane admirandum est, solutionem peccatorum eos pro quibus similia fiunt, consecuram esse ab eo, qui, vt ita agerentur, præscripsit, humanissimo Deo nostro. Si itaque pro iis, qui turpis lucri causa Idola surripuerant, oblationes à caté accurateq; legem eo tempore servantibus, vt à tali peccato absolverentur ij, qui illud patraverant, & hæ post mortem eorum, qui deliquerant, factæ sunt; quanto magis qui nunc in fide Christi & sancte obdormiverunt, maximam capient vtilitatem, si oblationes & supplicationes pro iis peragantur? Hoc innuens Apostolus dicebat; [Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei *Et rursus*; Memoriis Sanctorum communicantes] Et alio quoque loco; [Et hic quidem homines decimas morientes accipiunt. Ibi autem contestatur, quia vivit.] Cum legem divinus Apostolus didicisset, res à Machabæis optime gestas satis callebat: quin etiam vsque ad

tertium

A tertium cœlum raptus, auditis verbis, quæ effari non possunt, rite ac recte præcepit, vt Præpositorum memoria ageretur & Sanctorum memoriis communicarent. Hinc postmodum dicebat; *Et hic quidem homines decimas accipiunt morientes.* Dionysius item Areopagita Athenarum Episcopus & Martyr, hæc & his similia instructus atque edoctus ab eo, qui in se Christum loquentem habebat, in mysterio Synaxeos, sive Communionis tradit? [Sacratum porrò tabulatum quæ post pacem adhibetur recitatio; deprædicat eos qui sanctè vixerunt, atque ad probæ vitæ perfectionem constanter pervenerunt; nos quidem eorum imitatione ad beatissimum illum statum quietemque diforme adhortando manuducendo, illos verò seo viventes celebrando, &, vt Theologia docet, nequaquam mortuos, sed ex morte ad vitam divinissimam transitos. Adverte autem, vt & sacris memorialibus inserantur, non quasi humano more memoria divina, in ea parte memoriæ quæ visa recipit inesse declaret, sed vt quis dixerit pro Dei B dignitate secundùm eam, quæ in Deo est, rerum perfectarum ad deiformium pretiosam & immutabilem cognitionem. Novit enim, vt eloquia testantur, qui sunt eius, & pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius, morte Sanctorum pro sancta consummatione accepta. Sed & illud quoque sanctè observa, vt impositis divino altari sacris symbolis, quibus Christus significatur ac sumitur, protinus adsit Sanctorum illa descriptio, quæ individuam eorum coniunctionem vnionemque cum illo supermundialem sacramque insinuat.] Si itaque vt vivi, qui obdormierunt, deprædicantur, vt Pater hic docet; ergo & vt vivi vtilitatem persentiscunt. Quod enim commodum demortuis fuerit, dum alij munera offerunt, si id quod fit in eosdem non redundat, sed in offerentes solùm convertitur? vt vos inquitis: neque enim ad mortem, sed ad vitam divinam ea morte transplantati sunt. Proptereaque sacris memorialibus inseruntur, & individue Christo coniunctis, chori Sanctorum adsunt, ideoque operantur, & in hunc mundum ad aliorum mulC torum commoda mittuntur, & oblationem, quæ pro iis fit, persentiscunt. Latius idem Doctor capite de iis, qui sanctè obdormierunt, hæc eadem docet; [Accedens divinus antistes precem super eo sacram peragit qua finita ipsemet Antistes defunctum amplectitur, & post eum præsentes omnes. Rogat itaque precatione illa divinam bonitatem, vt defuncto peccata omnia dimittat; quæ per humanam infirmitatem contracta sunt, eumque in lucem sanctam ac vivorum regionem transferat, & collocet in sinu Abrahæ, Isaac, & Iacob, in loco, à quo dolor, tristitia, gemitusque aufugiunt.] Qui Antistitis precatione solutionis peccatorum dignus efficitur, commodum ne capit, an non? Prorsus hoc concedendum est, licet id nonnullis displiceat. Quod igitur precatio facit, hoc idem multo magis & ampliori mensura oblationes perficient. Postmodum rursus hæc subnectit; [Sinus autem, mea quidem sententia, sunt Beatorum Patriarcharum cæterorumque Sanctorum divinissimæ beatissimæque quietis sedes, quæ viros omnes deiformes excipiunt D in sua insenescibili beatissimaque consummatione, &c. iustorum autem preces etiam in hac vita, ne dum post mortem iis solis prodesse, qui sanctis precibus digni sunt, veræ nos eloquiorum traditiones docent. *Et*; Etenim divinis id decretis stabilitum est, vt divina munera iis, qui eorundem participatione digni sunt, eo quo Deum decet ordine distribuantur ab illis, qui iisdem distribuendis sunt præfecti. *Et paucis interiectis.*; Divinus itaque Antistes, vt eloquia testantur, interpres est divinorum iudiciorum. Angelus enim Domini omnipotentis est Dei: quapropter ex scripturis divinitus traditis accepit, quomodo iis, qui sanctè vivunt, pro cuiusque meritis divina clarissimaque vita ab æquissimis istis lancibus retribuatur, divina nimirum clementia, pro bonitate sua, maculas ea humana fragilitate contractas dissimulante, quod nemo, vt eloquia tradunt, mundus sit à sorde. Hæc itaque promissa novit Antistes ea verissimis scripturis; quare petit illa compleri, indulgerique iis, qui piè vixerint, sacra præmia. *Et*; Etenim Antistes, E cum sit præcipuus divinæ iustitiæ præco, nunquam postularet ea, quæ non essent Deo quam gratissima, & iuxta promissiones eius deiformiter concedenda. Quamobrem defunctis improbis nequaquam istiusmodi precatur, non solùm quod interpretis officium in hoc violaret, atque præsumptuosè sibi quidquam munerum pontificialium arrogaret, ab auctore mysteriorum minime motus; verum etiam quod impia petitione frustraretur, & à iusto prorsus eloquio etiam ipse merito audiens, Petitis, & non accipitis, quia male petitis.] Infidelium, eorumque, qui in fide obdormierunt, discrimine exposito, Ecclesiæ Doctor persuasit, & nunc quoque persuadet, probos castosque viros pro iis, qui sanctè pieque mortem obierunt, supplicationes & oblationes afferre. Nihil enim ad conciliandum benevolentiam tanti est, quanti animi affectio redonata. Ephræmus etiam inter Syros magnus eximiusque doctor de hoc capite in Testamento ab se facto hæc insinuat; [Accedite ad me, Fratres mei, & extendentes componite me: nam spiritus meus penitus deF fecit. Et comitamini me in psalmis, atque orationibus vestris, &, vt consuetum est, pro mea parvitate oblationes facere dignemini: & quando diem trigesimum complevero, mei memoriam faciatis. Mortui enim in precationibus atque oblationibus commemoratis, sanctorum vivorum beneficio afficiuntur. Et videte in rebus etiam à Deo creatis singulis aliquid simile, veluti germen vitis racemusque acerbus, in agro, & vinum expressum in doliis est atque in ædibus. Quando igitur racemus in vite maturuerit, tunc vinum agitabitur, ac de sua quodammodo natura recedet, si in domo immutatum fuerit. Similiter etiam de cepa intelligite: cum enim in domo fuerit aliqua arida, & aliqua in agro sata; eodem tempore quo hæc suam viriditatem explicat, etiam illa domi arida germinat. Si igitur creaturarum fœtus sic inter sese consentiunt; quanto magis mortui in memoriis ipsarum oblationum persentiscunt? Quod si mihi scitè respondeas, hæc naturam rerum creatarum sequi, intelG ligas te esse primitias quasdam creaturarum Dei. Quod si adhuc non te simile convincit, nisi testimonium quoque adduxero, varie in scriptis relata esse reperio, & si tibi animus est, prudenter facta excipe. Servus Dei Moyses benedictionibus Ruben ad tertiam vsque generationem benedixit. Si ergo non redimuntur mortui, qua de causa Ruben Moyses vsque ad tertiam generationem benedixit? Audi quid clamet Apostolus dicens; Si omnino mortui non resurgunt, cur & baptizantur pro mortuis? Qui enim sub lege, ad expectationem resurrectionis in mysterio detinebantur conclusi in eam fidem, quæ revelanda erat, sicut legistis, quod in oblationibus sacrificiorum Sacerdotes in lege mundabant etiam, quanto autem magis novi testamenti Sacerdotes Christi delere merito poterunt debita eorum, qui decedunt, in sanctis oblationibus & precationibus? Cùm vero ad memoriam faciendam accesseritis, videte fratres mei, ne quispiam in sancta peccet; sed attente & reverenter, atque humiliter, & sanctè, ac pure invigilate.] Omnem contradictionem, H qua simile argumentum oppugnari poterat, Doctor exterminavit. Nam & exemplis istis apte vsus est, & aperte enuncians docuit, illis, quorum inter oblationes memoria fit, emolumentum accedere. Neque ab his discordant, quæ Cyrillus Hierosolymitanus in quinta mystagogica Catechesi, cuius principium est, [Dei humanitas, *tradit*; Postmodum memoriam facimus eorum, qui ante nos obdormierunt, primum Patriarcharum Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, vt Deus orationibus illorum & deprecationibus suscipiat preces nostras. Deinde pro defunctis sanctis Patribus, & Episcopis denique pro omnibus oramus, & qui inter nos vita functi sunt, maximum esse credentes animarum iuuamen, pro quibus offertur precatio sancti illius & tremendi, in altari positum est, sacrificij. Quod exemplo vobis demonstrare volumus. Scio etiam multos dicere: quid iuuat animam sine cum peccatis, siue absque peccatis ex hoc mundo decedentem, etiamsi in hoc sacrificio mentio illius fiat?

An

A An anim si Rex aliquis eos, à quibus offensus est, io exilium pepulerit, postea veto illorum propinqui, coronam aliquam conficientes, pro his, qui sunt in supplicio, exulibus eidem offerent, nonne condonationem aliquam suppliciorum ipsis dederit? Ad eundem modum & nos pro defunctis precationes adhibentes, quamvis sint peccatores oon quidem coronam plectimus, sed Christum pro oostris peccatis mactatum offerimus; vt & nobis & illis, eum qui est benignissimus Deus propitium reddamus.] Hisce non dissimilia sunt, quæ sapientissimus Alexandrinæ vrbis Episcopus Oratione sua, cui titulum fecit. [Adversus eos, qui andent dicere, non esse offerendum pro iis qui in fide obdormierunt, *Et incipit*; Qui suæ mentis oculum dirigunt,] edocet: Namque ita rem prosequitur. [Non inclementee itaque illis dicimus. Instituita animum ad cogitandum de Domino, finem ponite veritatis dogmatibus audacem mendacemque linguam opponendi, finem ponite ritus Ecclesiæ temere criminandi. Neque enim addecet, ioquiunt, nos ad B ipsa sepulchra progressos pro iis, qui obdormierunt, vota supplicia fundere, offerreque, & intento etiam animo, Christo veloti præsenti per sanctum & mysticum Sacrificium. *Et paucis annexis*. Quid ergo absurdi fuerit, corpora Christum præsentem pro iis, qui in fide obdormierunt, supplicationes accipere? Etenim si nulli commodo est, sed vere vanum atque inutila oblationis nostræ eos dignos facere, id neque in simplicibus nostris precationibus locum habeat. Tum siquidem quispiam dummodo velit, sacrificij, quod pro iis conficitur superfluum depurget. Qood si charitatis legibus conculcatis, quod illi in nulla apud vos æstimatione sunt, & eos relinquitis, vt modis omnibus suffocentur, lapides nos dori atque inhumani absque vlla hæsitatione ostendimur Quid impedit ne eum precibus pro illis fusis vna secum convehant & sacrificium: & qui id facere sibi proponunt, oblatis auxiliis eorum animas iuvent? *Et rursus*. Cùm itaque pro defunctis sacrificia & preces offerimus: ne quis nobis crimen appingat. Dum supplicamus quam C optimum super illos facere conamur, per quod ad misesandum promptior Pater accedet. Mors etiam ipsa abrogatur. *Et*; Licet enim è terrenis corporibus extra factæ sunt defunctorum animæ, nihilominus viventes adhuc reputantor apud Deum. Quis boc asserere recusabit? *Et paucis interiectis*. E sententiis itaque bonis ac sapientibus nec mediocriter excidisse quisque comperiet eos, qui dormientes & sacrificio mystico, & superna clementia spoliare conantur. Vivunt enim vitam qua in imagine Dei vivitur, & quam semper simul eum Christo victuri suot.] Et post pauca Iobi pro filiis sacrificio apposito, dicitur enim [Mittebat Iob, & purificabat eos, exurgens mane & offerens pro eis victimas secundum numerum eorum, *infert*, Ergo sacrificia offerre pro aliis à Deo non reilcitur, quod absque crimine fieri permittit. Laudat igitur tanquam vtile?] Tum deinceps historia atque miraculo, quæ in Lucæ Evangelio de Paralytico, & iis, qui ex tecto eum summiserant, expositis, subinfert & ait; D [Nou absq; miraculo fidem eorum, qui adduxerant, reliquit. At hic dolorum solutionem abunde coosequebatuc, & quod alterius atat, in candidum Dei amorem immutavit, & sibi à Christo qui à peccatis simul & ægritudinibus liberat, benevolentiam conciliavit.] Itemque Canturioois mentione inducta, cuius in Matthæi Evangelio

historia narratur, dicentis [Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur, & ait illi: Ego veniam & curabo eum. Et respondens Centurio, ait: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantùm dic verbo, & sanabitur puer meus. Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israël: tum ipsi, Vade & sicut credidisti, fiat tibi: & sanatus est puer in illa hora, *subnectit, & ait*; Vide etiam in hoc absentem per alterius fidem sanatum. Quid igitur nobis avaritiam & lucri cupidinem exprobraris, rerum similium prorsus ignari, qui supernam clementiam in fide defunctis conciliare nitimur, & sacrum ac mysticum pro illis sacrificium perpatramus, cuius ope misericordiam consequimur, cuius subsidio ipsius mortis robur cecidit, & vitæ nunquam desinentis spes in Christo Iesu Domino nostro ra luxit.] Contentiosè admodum orationem suam sapiens ac optimus Pater instituens, non sine indignatione at F que gravi offensione ab errore quam longissime repellit eos, qui non recte sentire sibi in animo proposuerant: Tum deinceps abundanter nimis sacris eloquiis, & miraculis à Christo in omnibus Deo, quæ pro aliis precationes, nec non sacrificia, & donaria fide sibi oblata excipiens confecit, instructus, illis, qui adversantur, seseque opponunt constitutioni, consuetudini scilicet, & recto Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ dogmati, silentium imponit, suadetque in posterum sæpius pro mortuis oblationes atque supplicationes absolvere, cum plane calleant, illis Deo & patri oblatis, maximam inde mortuis emanare vtilitatem. Opportunum itaque in præsentia est, verborum ac sententiarum sanctorum Doctorum concordiam respicientes, Salomonis illud dictum in memoriam revocare, [Frater qui adiuvatur à fratre, quasi civitas munita, & mœnibus cincta.] Quod etiam David non sine laude extollebat: [Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum] Munimentum porro, & habitatio nuncupatur, & est iucunda, concors Doctorum animus, atque vnus consensus. Quid item percelebris Byzantinæ vrbis Episcopus Ioannes Orationa G 28. Commentarij in Matthæum docet; En verba. [Quid ergo defunctum exagitas? Cur facis, vt alij mortem timeant atque formident? Cur causam præbes, vt nonnulli Deum incusare audeant, quod mala nobis tanta invexit; Imo vero cur post mortem tuorum pauperes Presbyteros convocas, ad orandum? vt defunctus requiem adipiscatur, vt propitium iudicem babeat. Propter hæc ergo fles, atque vlulas? non babuisti eum hæredem? Sed factus est Christi. Sed cui pretiosas, inquies vestes, cui ædes, cui servos, cui agros relinquemus? Illi ipsi profectò & multo tutius quam si viveret. Nihil enim prohibet. Nam si multæ barbaræ gentes vnacum defunctis res eorum cremara solent, quanto æquius defuncto sua tradere poteris, non vt in cinerem redigantur, sed vt gloriosum magis illum raddant. Et si peccator ille decessit, vt illis se à maculis detergat: si iustus vt mercedi, & retributioni adiectio accedat. Sed videre ipsum cupis? Eandem quam ille vixit vivito vitam, & sacrum il- H lum aspectum citissima consequeris.] Et Commentario in primam ad Corinthios Epistolam Homil. 1. quæ incipit. [Sed dicet quispiam, quomodo resurgunt mortui?] hæc rursum divinus Doctor inculcat. *Propter hoc ipsum etenim*.

AD SÆCVLVM NONVM SVPPLEMENTVM.

NICETÆ PAPHLAGONIS, Orationes XVII. laudatoriæ Summorum primique Ordinis Apostolorum; aliæque quædam Festivæ, Interprete P. Francisco Combefis O. P.

NOTA.

Nicetas David, Natione Paphlago, vixit post annum 873. quo die 23. Octobris discessit è vivis Sanctus Ignatius, Patriarcha C. P. cuius vitam ipse scripsit & quæ reperitur apud Surium hoc eodem die. De eo Ioannes Scylitzer, Georgius Cedrenus, Nicephorus Callistus lib. 14. capite 28. & ex recentioribus, præcipuè V. C. Leo Allatius in diatriba de Psellis, vbi eundem esse negat cum Niceta Serrone, ex diacono magnæ Ecclesiæ ac Doctore, Archiepiscopo Heracliensi, qui in Evangelia Sanctorum Matthæi & Lucæ catenas & sanctis Patribus & scriptoribus Ecclesiasticis concinnavit, scripsitque expositiones in carmina & plurimas Orationes Sancti Gregorij Nazianzeni, quæ tamen in quibusdam Codicibus huic nostro Nicetæ Davidi Philosopho ex Paphlagonia oriundo, tribuuntur.

ORATIO I.

Ad laudem Sanctorum, ac Principum Apostolorum Petri & Pauli.

QVISNAM iocundus hic sonitus? Quis faustus elatusque festum agentium plausus? Quænam mira hæc ac splendida vestium candore luminumq; gestatione pompa? Vos scilicet peculiaris Dei populus, Christi nominis nũcupatione ornatus, ex omni genere, instituto, civitate atque ætate, fidei fervore commotus, quique illustre hoc Apostolorum delubrum, quantum est, concertantibus animis impleveritis. Quisnam cursus; Quæ diligentia & ardor, vt in sacrum hoc septum veniretis? Vnde vobis vt velut ex vno condicto ab ipso excitari vespere, relictis vacuis domibus, divinam hanc ædem repleretis; ac quidem vobis ipsis prope modum excessisse; alij vero aliorum facti, animorum conspiratione fideique concordia ac linguæ consensione, vniformem atque concinnam velut modulatis organis laudationis vocem sonumque edere videamini? Quis sacratissimum hunc conventum seu chorum, sic apte tantaque omnino harmonia cogit? Nonne palam Petrus & Paulus, Princeps ille augustissimusque Apostolorum vertex: Petrus, Christi fidei origo: Paulus charitatis perfectio: Petrus immobilis Ecclesiæ petra; Paulus, illius tutæ certaque destinatione iactum fundamentum.

Hi nimirum hodie velut aligeræ mentes è lucidissimis illis ac cœlestibus sese demittentes axibus, benignaque inclinatione illis spiritu congressi, qui mortalem adhuc agunt vitam, velociusque discurrentes ac ambulantes in orbis, ad omni maiorem splendore iucunditatem invitant: aliumque aliunde placido altoque convocantes præconio, ac velut plura membra, in vnum corpus, sacratissimi eorum spiritus fabricatione cunctos cooptantes, ad Dei cantica laudesque celebrandas, ipsorumque honestandam magnificentiam ac spargendos honores, congregant. Ioel. 2. 1 & 15. Psal. 2. 6

Igitur ea sonemus, quæ Spiritum nobis insonantem addeceant! Canamus tuba in Sion. Prædicemus in monte sancto: in hac scilicet Ecclesia (mystica ac prædilecta Dei civitate) ac sacros ordinantes choros, sacrorum Theologorũ sacratissimè, religiosaq; pietate cantica laudesque depromamus. Qua vero id ratione? Non Sophistarum leges secuti: Non sermone celebrantes, quam quisque in terris patriam nactus sit: Non terrenum magnificè genus extollentes: Non nativitatis atque conversationis civilitatem sermone ornantes. Quæ enim hinc laus eis proveniat, qui Patrem habuerunt vniversorum Deum, patriam verò, cœlestem Hierusalem: genus, beatissimum Patriarcham Abraham; quin potius illius fidem & iustitiam, quibus etiam illi prorsus similes extiterunt, conversationem, virtutem, & quæ ad Christum est per legem primam institutionem ac præparationem. At neque cuncta ordine præclarè illis ac magnificè Dei verbi causa gesta, sigillatim laudemus. Sic enim præterquam quod impossibilis ea molitio est, iustæ mediocritatis legem excesserimus. Hæc verò etiam, si qua alia, quemadmodum in omnibus operationibus passionibusque & actibus, sic & in ipsis intellectu, integraque sermonibus, laudem habet. Verùm alia quidem alij tempori atque sermoni sunto reposita; alia verò nunc, laudis argumento atque gloriæ disertissimis Sermonis amicis offeramus: directoque ad eos laudis cantico, in hæc verba cum Propheta, *Ave te filij Sion*, ipsos alloquamur. Ioel. 2. 23.

Avete Paternæ divinæ originis clari præcones: divinorum Filij operum divinissimi explanatores: vivificæ Spiritus virtutis vivæ organa ac modulatissima, quæ videlicet dulcissimis vocib. atque modulis concinnissimis, vniversum simul orbem terrarum vni Verbo & Deo adhibueritis, & ad illi in spiritu & veritate serviendum instituetitis. Ioan. 4. 23.

Salve-sis Petre, cui claves regni cœlorum creditæ sunt: super quem Christus firmavit Ecclesiam suam; quem ad Patrem migraturus, suis ovibus Pastorem præfecit. Matth. 16. 18. Ioan. 21. 17.

Salve-sis Paule, qui fidelis & prudens dispensator Paternæ domus extiteris, eamque ob rem etiam super omnia quæ illius sunt, constitutus sis: qui adhuc vivens corpore, in tertium cœlum raptus sis, paradisumque mentis oculis aspectabilem conspexeris, ac verba arcana tuis ipse auribus audiveris. Matth. 24. 46. 2 Cor. 12. 2.

Salve-sis Petre, qui prius quidem mutos sagena pisces capiebas: postea verò, divino plexa opere ipse per Christum sagena effectus, & in sæculi missus mare, atque ex omni rationalium piscium genere congregans, laudatissimum mensæ Dominicæ edulium struis, apparasque. Matth. 4. 19. & 13. 47.

Salve sis Paule, prius quidem legis æmulatione exæstuans, postea autem gratiæ charitate incensus; ac pro persecutore, qui ipse fugam inieris, pro blasphemo & iniurijs atroce, probatissimus prædicator extiteris: ac qui pelles quidem inanimes in vsum tabernaculorum manibus ipse consueris, divino autem Spiritu corda Gal. 1. 14. Act. 9. 2. Act. 18. 3.

vicentia

A

vientiâ ratione ac mente prædita alia aliis Deoque de vinciens, immortale hæc tabernaculum atque cœleste in quo altissimus habitaret, præstares.

Rom. 8. 29. Gal. 4. 4. Ioan. 1. 14. Rom. 8. 16.

Vos, etsi suo quisque tempore in carne nati estis: ante sæcula tamen in Deo Patre præsciti, atque vt Vnigeniti gloriæ similes efficeremini, prædestinati; quando venit plenitudo temporis ac verbum caro factum est, tunc primum ipsi, illo agnito acceptoque; ac primi vt ex eo nasceremini consecuti, primique vt ipsum in vobis manentem haberetis felici sorte nacti, ipsum Dei Spiritum habuistis testimonium perhibentem spiritui vestro, quod filij Dei essetis: si autem filij, & heredes; heredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.

Hebr. 3. 1. Act. 9. 15. Rom. 8. 30. Mat. 16. B 17. Ps. 35. 10. Isai. 49. 6.

Vos, nedum cœlestis vocationis participes facti estis: sed & electionis extitistis filij, nec solùm electi estis sed & iustificati, sed & glorificati. Vos non ex carne, & sanguine, sed Patris cœlestia illustratione, eius Christum edocti, inque magna Luce magnam conspirati Lucem, eique manifeste credentes, atque in illa mente collustrati penitusque animo illuminati; quinimmo splendida diuinique fulgoris lumina effecti, in lucem Gentium missi estis: in salutem ad extremum vsque terræ estis positi.

1. Tim. 6. 15. Mat. 16. 17. & 7. 25. Rom. 8. 38.

Fidem vestram, primus beatus ille & solus Potens beatam prædicauit, concelebrarunt Angeli, dæmones expauerunt, creatura gloria extulit. Spem vestram crebri jugesque absonarum cogitationum imbres non concusserunt, nequissimarum linguarum procellæ, diræque blasphemiarum turbines ac molestiæ, irruentium more fluminum, non dissoluerunt; periculorum agmina mortesque plurimæ, ceu venti vehementius illisi, non eliserunt. Vestram charitatem, non Principatus, non Potestates neque vita, neque mors (at neque mundus totus sæuissimè commotus) à sua constantia & firmitate dimouerunt.

Mat. 13. 11. Luc. 8. C 10. Mat. 19. 28.

Vobis primùm verèque ac manifestè datùm est nosse mysteria regni Dei; reliquis autem, iuxta quod diuinu proditum eloquio est, in parabolis, pro cuiusque nimirum certa quadam ratione cum Sermone Verboque necessitudine. Vobis sublimis diuinaque ac immediata in excelsis circa inaccessum thronum primæ sedis constituta dignitas, pro vestra illa cum diuinissimo Sermone Verboque necessitudine digne ac magnificè attributa: nec dictu temerarium arbitror, quæ à dextris atque sinistris summi vniversorum Regis sessio est, vobis à Patre præparatam esse.

Mat. 20. 23. Ps. 84. 12.

Vos, terra quidem tanquam veritatem iuxta ac sacratissimum occinit melos, edidit: cœlum autem, iustitiæ præcones produxit. Nam terra quidem, velut eleganter emisit fructum; sua verò Dominus in vobis alte defixa rataque benignitate, emicantibus ex vobis radiis creaturam omnem bonitate imbuit.

Rom. 8. 23. *Mosis plenitudo & D Apostolorum.* Num. 11. 17.

Vos primos vasa misericordiæ, suarumque gratiarum pretiosas penus condens, sacrosanctorumque donorum suorum plenitudine implens, ex vestra rursum plenitudine, cunctas deinceps Gentium generationes munere affecit. Ac sicut Legis olim interpretem ac promulgatorem, cùm suo illum spiritu illique proprio adimplesset, subiectos ei Legisperitos ex illo impartit (quod ita manifestè septuaginta Seniorum, iuxta Scripturam, vocatio prodit; ac quod à Mosaico ablatum, Spiritus illis demensum contributum est,) sic in vos quoque post ea Princeps, gratiæ Doctores Ministrosque, non commensa largitate; sed velut in summè necessarios, toto effuso adoptionis Spiritu, vestra ex plenitudine vt ex inexhausto fonte, gratiæ filios omnes bonitate imbuit & deitate.

Eorum de mundo victoria.

Vos mundus vniuersus non rectè æmulatus, hoc quoque satagens vt perditionis profundo mergeret, sic nesciens imprudensque spe frustratus est, vt suos magis heros Regesque agnouerit. Nempe Reges, non qui Rapina regnum caducum inierint, sed qui gloriam immortalem ac sempiternum regnum induerint. Omnis enim terra & mare caecitatis, aquarumque more importabili impetu præcipitantium efferatis, linguæque multiplicis Gentium cuneis, aduersus sacros ipsos Theologos; viros scilicet modestos ac graues; humiles, breui lacerna opertos, nec vllum præterea sæculi huius inferentes commeatum; atque his corpus perdere, prædicationem extinguere, sensumque ac fidem sic radicitus euellere molientibus, vt nec memoriæ vestigium mundo extaret; sic vicissim auersa, & ab absurdis inhibita conatibus sunt, vt diuinum illud re ipsa oraculum impletum conspiciatur. Eorum nempe sermone compressa tempestate inque lenem traducta auram; atque illius quidem silentibus fluctibus; cunctis verò præ tranquillitate lætantibus, ac qui in diuinæ voluntatis portum deducantur.

E

Ps. 106. 29.

Act. 2. 1. *Linguarum dono quid præstiter.* F

Vidisses illic tunc hominum nationem omnem omnemque linguam suum proprium sermonem ex Apostolorum ore Spiritus munere audientem: ac quidem genu Sermoni, cuius Deitas prædicaretur, flectentem; labia verò ac linguam ad Trinitatis laudem dirigentem: ac sicut olim simulacrorum dæmonumque errore plena extiterat, sic postea viua viuifici Spiritus gratia exuberabat: velut denique aeri sale, diuinis eorum condita prædicationibus, vdam atque olentem peccati cariem detergebat. Impuris enim orgiis mysteriisque ac cerimoniis, quibus olim altè hærentem contraxerat maculam, horum munda aqua abluta, diuinorumque mysteriorum communione imbuta, magnificorum cœli munerum consors effecta est.

Apostolorum Christi æmula victoria.

Nec corporalis duntaxat natura, sic Petri Paulique victa magnifica indole & firmitate, siue gratia; verùm etiam incorporeæ omnes atque apostaticæ Potestates, duro in illos difficillimoque bello excitato sic deiectæ prorsusque obtritæ sunt, vt par erat deiici eos, qui aduersus Iesu fidelissimos discipulos ac sectatores armis instruerentur. Etenim sicut primus ille humanæ naturæ vindex, eiusque causa aduersus mundi rectorem lucta congressus, spiritaliter exuit: palamque triumphans, in cruce traduxit; sic planè Petrus Paulusque, illius certaminis ac victoriæ viri æmuli, cum Principatibus omnibus & Potestatibus, cunctisque mundi rectoris cuneis Gentium causâ congressi, veluque aranearum stamina, nulla hæc noxa in eo exuentes: ac quidem laboribus atque ærumnis audentes, quotidianisque mortibus gloriantes; tumque Magistri hausto calice, in eo aduersarium prorsus profligant: quosque ille tenebat, Christo mancipatores coronas iustitiæ ac victoriæ perceperunt.

Col. 2. G 15.

Petri Paulique Martyria.

Ac Petrus quidem, sacras in cruce atque seniles expandens palmas; capite deorsum in terram pronus, pedibusque sursum in cœlum leuatos, vt passionis suo similitudine tum dissimilitudine Magistrum clarificaret, Paulus verò supra modum venerabili cæsa ceruice; atque id, quod deesset Christi passionum adimplens, sic mundum vicere. In eum modum contigit vt virtus in infirmitate perficeretur; sicque exitioso illo collisio atque percussio, clari clarè vna cum Christo victuriæ auctore in cœlum recepti sunt. Et sicut primos ille victoria potitus, in dextera sedis maiestatis primus in excelsis sedit; ita hi quoque pro illius similitudine victores, vt illi à dextris sedeant, secundis partibus nanciscuntur.

Col. 1. 24. 2 Cor. 12. 9. Hebr. 1. 3. H

O eximiam imitationem omni maiorem imitatione! O humilium ac modesto sensu exaltationem apud Altissimum! Terreni, & cœlestes; mortales, & immortales; pusilli, terque maximi. Qui omni mundo detrimentum ac quisquiliæ positi venerabiliores Seraphim extiterunt Qui fame, siti, nuditate conflictati, bonorum quæ oculus non vidit, non auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt; in quæ etiam Angeli (vt cum ipsis loquar) desiderant prospicere, horum hi dispensatores atque arbitri Sanctis præfecti sunt. Quodnam istud erga vos bonitatis mysterium? Quomodo iidem tum filij hominum auditis, tum Dei: Alterum natura; alterum adoptione. Quomodo momentanea leuisque tribulatio sic æternum vobis gloriæ pondus præstitit?

1. Cor. 4. 13. & 1. 4. 11. & 2. 9. 1. Petr. 1. 12. 2 Cor. 4. 17.

Carnem factum esse Deum Verbum & habitasse in vobis

Ioan. 1. 14.

A nobis, vestra insinuatione atque doctrina agnouimus: Vos autem teipsa corpus membraque nobilia ei, qui carnem assumpsit, extitistis: corpus nimirum vndequaque pulchrum, deiforme, diuinis micans fulgoribus, quod nullam maculam, nullas rugas aut labem vllam admittat. Velut enim duo lucidissimi ac blandissimi Dominici corporis prostaris oculi, quibus totum eius corpus illustretur: per quos Dominus extantes toto orbe Ecclesias inspectans, ædificet perficiatque. Sed & aures apertæ & claræ, atque diuinæ voci faciles, Dei verbum sapientissimum ac omnipotens, Incarnationis scilicet mysterium, cùm primum audissetis, cunctorum illud postmodum auribus intulistis.

Petrus & Paulus oculi Dominici corporis.

Aures.

Nares & genæ. Vos & nares odoratissimæ & genæ estis mysticæ Nares sacræ, sacrorum vnguentorum Christi fragrantiam suauiter admodum olfacientes, eiusque scientiæ suauem odorem, omni loco manifestantes. *Genæ* verò *sicut phiala aromatum*, velut è fonte diuina doctæ linguæ, *germinantes* (vti sacratissimo continetur eloquio) *vnguentaria*; mysticas scilicet odoris suauitates (Spiritus nempe doctrinas) his qui digni sint, proferentes.

Cant. 5. 13

B

Manus. Vos item manus strenuæ ac industriæ; quæ non in tabulis lapideis, sed carnalibus, nec attramento, sed viuo Dei Spiritu, mysticè diuina eloquia ornatè depingatis. Manus, quæ nedum firmum fundamentum (fidei scilicet) tuta base figaris, sed & digna fidei opera superædificetis. Non enim lignis, stipula & fœno, sed auro & argento pretiosissimisque lapidibus (doctrinis scilicet atque actibus Deo placitis) intelligentem atque viuentem Deo Ecclesiam instruitis. Manus, diuinis operantes mysteriis; ipsæ eximiorum prodigiorum artifices: tactu solo sanantes morbos, fugantes dæmones, astringentes soluta membra, leprosos mundantes, incuruos erigentes, mortuos suscitantes; ac cæcis visum, surdis auditum, balbis facilem & expeditum linguæ vsum præbentes; omnemque corporis labem atque omnem animi noxam nullis verbis explicabili ratione, momentoque curantes.

2. Cor. 3. 3.

1 Cor. 3. 12.

C

Humeri atque vbera. Vos quoque duo humeri duoque vbera majestatis IESV extitistis. Humeri scilicet tollentes crucem, ac cum ea pariter exaltari; velutque caput proprium, eum qui crucifixus est alacres sequuti. Humeri Christi iugum suave tollentes, leveque Euangelij onus leuantes, atque illud dignis imponentes. Sanè verò etiam errantes oves assumentes, earumque quæ remanserant gregi inferentes, atque supernis caulis includentes; proque illis, cruce ac morte, Domini exemplo, ipsi vos ipsos sanctificantes. Vbera verò non eo lacte qui in sensum cadit, sed spiritali, Ecclesiam alentia; ac nedum lac (doctrinam scilicet rudimentariam atque illis qui inducuntur conuenientem) colligentia, sed & vinum (solidam scilicet dogmatum epulationem ac perfectos decentem Theologiam) affluentia.

Matth. 16. 24. Luc. 9. 23. Matt. 11. 28 & 18. 12. Ioan. 17. 19. 1. Cor. 3. 1. Hebr. 5. 12.

Renes & crura.

D

pedes. Qui vos viscera geminosque renes, coxasque ac crura dicat, eiusque qui carnem assumpsit supersubstantialis Majestatis pedes velit, haud puto à decore errauerit. Apud vos enim vitalis & inefluxa diuinæ seu deificæ charitatis intellecta qualitas, ac velut ex gemino viuoque fonte, è vestris occultè visceribus, fidelibus irrorans animis iisque affusa, fœcundos Deo reddit. Crura verò ac pedes congruè puto Verbi intelligamini, quod ipsum in vobis vniuersam peragrans terram, omnemque mortalium mentem lustrans, ad veritatis notitiam vestro munere atque operâ ducit.

Zach. 4. 3. & 14. Binarii rami, & filij pinguedinis.

Vos reuera, sacratissimo Zacharia auctore, duo oliuarum rami, à dextris atque sinistris, aureo candelabro (Ecclesiæ scilicet) eique impositæ lampadi (nempe Christo) positi; duo, vt idem loquitur, filij pinguedinis, assistentes Domino vniuersæ terræ.

Zach. 11.

Virgæ decor & funiculus. Vos quoque duæ virgæ, quas sibi assumendas apud eundem Dominus dicit, præfigurant, quarum alteram decorem ob animi summam venustatem; alteram verò funiculum, velut propriam nuncupauit

E partem: in quibus fore pollicetur vt oues pascat, ac fœdus, quod cum populis pepigerat, dissipet, dum nimirum legem literæ per spiritus legem abrogat. Quod namque legis cultu atque figuris Moyses & Aaron (pædagogi scilicet atque ductores imperfectorum ad Christum) hoc sanè Petrus & Paulus spiritu extiterunt; gratiæque Euangelium defungentes, legis vmbras ac figuralia mandata in illo dissipant atque euertunt.

Enimvero, quid hæc ad laudem claritatis magnificentiæ vestræ videantur? Certus enim sum, vestram illam claritatem, nedum Historicorum omnium dexteritatem, Oratorumque vim dicendi excedere, verum etiam summos apud nos Theologos, nihil vestra dignum laude posse efferre. Quemadmodum enim nullius sermo est, qui eminentem omnibus Majestatem meritò explicare sufficiat (diuina enim gloria nedum sermonem, verùm & mentem; neque humanam solùm, sed & Seraphicam, longè superat) sic quoque ipsa eorum, qui apud illam verè firmi steterunt supremumque nacti honorem sunt, tanta claritas est, vt nec verbis exprimi, nec satis mente concipi possit: atque id amplius; quò & magis accessu ad supersubstantialem, quicquid in creatis est, excedit. F

Quandoquidem igitur terrena omnis lingua vestris impar laudibus est, vbi adhuc pauca adiecerimus, spirituque spiritalius salutauerimus, magnificentiam gloriæ sanctitatis vestræ silentio dabimus. Saluete, natura, id est deitate coniunctæ Trinitatis, quam annunciastis, ac cuius notitiam creaturæ omni intulistis, sacratissimi Præcones & Apostoli & Testes.

Saluete equi ratione menteque prædiri, singulariter Deoque iudice lecti ac delecti: non vt quidam vocatur, corporis colore niue candidiores, sed supra niuem animi puritate nitentes: nec cursu ventis pares, sed mentis velocitate atque numine ventorum volatum superantes: nec quantum è specula dispicit oculus, tantum repente subsilientes, vti Poëta loquitur, sed quantum sol iste magna luce complectitur, creaturam omnem fulguris instar sermone percutientes: Quibus Deus Verbum conscensis, vt loquitur diuinus Ambacuc, atque in spiritale hoc mare deductis, in vobis aquas multas (Gentium scilicet mentes) turbauit. Eius verò equitatus, eorum qui turbarentur salus extitit.

Thr. 4. 7.

G

Iliad. 5.

Habac. 3. 8.

Saluete lapides pretiosi, post illum summum angularem in spiritalis Sion fundamenta missi. Saluete venerabiles Dei serui, Christi fideles amici, Domini partus sacri liberi, Angelorum gloria, Archangelorum laus, Principatuum sublimitas, Potestatum gloriatio, Virtutum iucunditas, Dominationum exultatio, Thronorum honor, Cherubim oblectatio, Seraphim pulchritudo & decor.

Isa. 28. 16. 2. Cor. 3. 17.

Saluete diaboli destructores, hominibus munerum largi præbitores, erroris vindices, veritatis patroni, idolorum destructio, Trinitatis prædicatio hæreseon abolitio, peccatorum propitiatio; eorum quæ veterantur euersio, eorum quæ innouantur conuersio: literæ destitutio spiritus confirmatio. H

Saluete Ecclesiarum excitatio elisorum instauratio, desperatorum reuocatio laborantium refectio, ægrorum curatio, lugentium consolatio, eorum qui tempestate iactantur tuta statio ac portus, pauperum indeficientes diuitiæ, diuitum vera defensio, debitorum sponsores, eorum qui salutem parant defensores.

Saluete & exultate cœli, vna cum eo, qui diuina in vobis magnificentia quasi in throno sedet. Diuini cœli & spiritales, eiusque Ecclesiæ, quæ in cœlis est, sacratissimum firmamentum; Cœli, Dei gloriam alto vocis enarrantes præconio, eiusque opus manuum iugiter annuntiantes: quorum sonus in omnem claritè exiuit terram, ac verborum vis in fines orbis excurrit. Ps. 18. 2.

Quemadmodum igitur à vobis, vestraque opera, diuina gratia finibus insonuit, sic quoque faustum fausto initio finem adhibere, diuinumque sermonem cunctis

nationibus

A nationibus firmantes, factam in eo fidem confirmate. Errantes conuertite, dubios animi solidate, impudenter spernentes emendate aut euellite: ac eos quidem qui vestram regulam sequuntur, firmos indeclinabiles vestris legibus conseruate: vniuersasque fidelium collectas, diuini Spiritus integritate in sancto Spiritu arctius colligantes, Ecclesiæ cœtum omnem in vnum nouum hominem, cuius caput Christus, perficite ac coagmentate. Bellum autem armaque omnia, vestris Deo acceptis intercessionibus è contrario tollentes, diuinisque victoriæ trophæis pium verè Imperatorem coronantes, diuina pace stabilique, ac tranquilla jucunditate terram implete; quietamque ac religiosam, ciusque iustitiæ, quæ est in Christo Iesu atque gaudij plenam, Christianæ Reip. vitam præbentes, atque ad cœlestem Ierusalem, cuius vos primitiui filij principesque patroni atque rectores extitistis, gubernantes, in Dei cunctos inducentes requiem, requiem præstabitis; in Christo Iesu Domino nostro, cui est gloria & potestas, vnà cum Patre & Spiritu sancto,
B in sæcula sæculorum, Amen.

ORATIO II.

In laudem sancti laudeque celeberrimi Andreæ Apostoli.

CVnctis sanè Dei Verbi amicis ac discipulis, verbis concepta laudatio pro virili facultate debetur, vti & imitatio, quæ operibus præstatur; maximè
Sanctorũ laudationis cõmoda. verò his, qui inter illos principes ac antiquissimi sunt; nedum ea ratione, quod ipsa à se diuinorum Virorum laudatio, res est diuino iudicio iure laudabilis, ac quam ij ipsi qui laudantur, amori ducant; verum etiam quod
C iis, qui sanctè laudare norunt, salutaris sit; atque his qui laudando socij accedant, vtilis; cunctisque demum solerter audientibus, causa sit ac ratio perfectioris ædificationis.

Captatio beneuolentiæ. Igitur, ô Viri! ad commune nobis propositum certamen excitemur. Commune enim nobis omnibus certamen hodie proponitur; mihi quidem, vt discipulorum coronidem, Apostolorum summitatem, à fortitudine nuncupatum Andream, tanquam rosarum flosculis, sermonum laudibus ambitiosè coronem, ejusque memoria suauius delecter; ac velut cum præsente atque oculis conspicuo, sic cum illo loquar, eiusque enarrandis rebus magnificè glorier; vobis autem, vt propensè feratis opem, totisque viribus laboranti animo ac fatiscenti, tacitis precibus collaboreris; ac
Rom. 8. 26. sermonem tanti mole argumenti vix non oppressum ac elanguescentem, altissimo ipsi silentio & attentione animi erigaris.

D Promptè igitur debitum reddamus; alios laudis præconium; alius, auditionem; atque adeò fructificemus; alius quidem, actionem ratione nitentem ac eruditam; alios verò, sermonem actuosum & efficacem: alius canticum; alius desiderium & amorem; alius compunctionem; alius precationem: vnus veram fidem, alter religiosam in Christum charitatem: Inferat quispiam; alius quidem sermonem sapientiæ; alios verò
1. Cor. 12. 8. sermonem scientiæ; atque hic cor lene ac quietum; ille nullum habentem finem, iugemque Iesu memoriam. Hic indeficientem animo precandi vim; ille claram atque lucidam cogitante animo Christi visionem. Omnes Dei timorem, omnes continentiam, omnes animi sensusque modestiam, &, vt per patientiam ad pietatem nos ipsos extendamus. Sic enim magnus Apostolus in nobis clarificabitur, cùm alius aliud quid illius bonorum præstabit, vniuersique simul eum clarius imitabimur, ac velut festivum quoddam munus, imitationis
Bona omnis voluntas Christi gratia. fructum ei proferemus. Sic & ipse Christus, qui in Sanctis requiescat, atque in iis qui clarificantur clarificetur, à quo omnis ad virtutem incitatio; ac qui

E omnis bonæ actionis, principium & medium ac finis est.

Posteaquam verò, pro virili nostra facultate theatrum orationi præinstruximus, age iam ipsa certamina aggrediamur, atque ad Apostolicarum laudum celsitudinem eniti conitamur; non temere, quæ inconcessa sunt tentantes; sed timore inaccessa adeuntes; nec procaci audacia, intacta perrumpentes, sed pudore, omnique religione ac metu ad ea quæ rationem vimque omnem sermonis superant, mentem pertendentes, rationemque ac sermonis vim ad ea quæ mentem ipsam excedunt, prouehentes de inexhausta thesaurorum Spiritus opulentia spe præsumamus; ex qua exiguum aliquod effluvium (gratiæ scilicet stillam) per eius, quem hodie laudandum suscepimus, intercessionem consecuti; primùm quidem illius à lege ad gratiam translationem laudabimus: tum verò eius in Euangelio præclarè gesta perstringentes, sic pretiosam veréque Christianam illius mortem atque excessum afferemus. *Orationis partitio.*

F Andreas igitur (res Deo charissima ac nomen) fidelis ac prudens Patris luminum œconomus, magnus Dei Verbi præco probatissimusque discipulus; Spiritus sancti sanctissimus minister ac famulus. Hic Dei semper præscientia cognitus, fore boni animi ac quàm maximè solertis ingenij, idcirco etiam semper prædestinatus est ut esset conformis Vnigenito Dei. *Luc. 12. 42. Iac. 1. 17. Rom. 8. 29.*

Quod igitur dispensationis Verbi, eiusque declarationis tempus aduenerat, omnino decebat vt & ij, qui eius essent, ac necessarij forent, pariter declararentur. Necesse erat vt Rege præsente, eius quoque satellites præsto essent. Verùm quodnam signum declarationis Regis? *Vox clamantis in deserto.* Vox præiens ante faciem Verbi, illiusque præparans vias, quæ dirupta compleat & confragosa; excelsa humiliet, seu deprimat, praua dirigat, aspera morum complanet & leniat. Nec sola Vox signum est, sed & Baptismus pœnitentiæ. Ac quidem Baptista super aquas: Rexque præsto stans ad pedes vt intingatur: ac præconium quàm plenum maiestate ac diuinum! Ipsi enim qui aqua tingebatur, explicatum cœlum: aduenit Spiritus, facta vox Domini tonantis super aquas, veluique digito, columbæ illapsu, charissimum ac prædilectum è cœlo ostendentis. *Luc. 1. 80. Isai. 40. 3. Matt. 3. 3. Luc. 3. 3. Ioannes, voce & baptismo.* G *Christũ manifestant. Psal. 28. 3.*

In hunc modum cœlesti Rege, maius Ioanne testimonium è cœlo consecuto: cùm ipse primus Baptista, tum statim ab illo, tu beatissime, arctiori spiritus amoris vi, cui testimonium deferebatur, procliuè adhæsisti. Nec enim absque vllo medio, diuinissimo illi accessisti: nec ab ipsis statim vitæ carceribus (vt sic loquar) perfectionis alta conscendisti: Quî enim id fieret? Necesse verò erat vt Lege scripta ante eruditus, sic Legis spiritus compos efficeteris: atque vt imperfectioribus prius mandatis eruditus, sic Euangelicæ perfectioni admouereris, in qua nimirum firmam sedem ac statum immobilem habiturus esses. Par erat vt præcurrente Lucerna, animi pupilla iam antè præparata, sic lucis omnes fulgores excedens magnum Lumen reciperet. Idcirco, mox ac Vocem clamantem in deserto audisti, non velut temere clamantem, impiorum more repulisti: nec dignam arbitratus cui auditus accommodaretur, sæculi vanitati intendens animum, vulgi amore audire renuisti: nec propius quidem accessisti, grauiter autem audiens, velut fastidiosis vsu venit, statim pedem retulisti: sed primùm nati Præconis modum, eximiam institutionem, vitæque omnem rationem demiratus: tumque prædicationis vi attendens animum, ac velut diuinum quoddam verbum cunctisque salutare intelligens, à parentibus atque fratribus, omnique cognatione abscessisti, atque illius te totum disciplinæ addicens, paternam hereditatem & piscationem, ac nauiculariam spreuisti: sed & mulcentia omnia, atque ad libidinem pellicientia, contempsisti. Iamque melius quàm pro hominis ratione sapiens, vrbanos cœtus morasque, deserto: tumultus vitæque negotia, quiete ac solitudine: delicias, continentia ac ieiunio: re- *Ioan. 3. 36. Andreas à lege promotus ad gratiam.* H *Sedulus Ioannis discipulus ac sectator.*

A

rum affluentiam, tenuitate census commutasti: Baptistæque contubernium, Regum aula potiore loco ducens, omnem breui Præceptoris virtutem imitationis cultu attraxisti; exactam doctrinæ rationem, constantiam animi, motum honestatem, vitæ splendorem, terrenorum contemptum, contentum cœlestium desiderio animum; atque (vt semel dicam) omnem eius diuinam studiorum rationem ac characteres, bona mentis indole expressisti.

Habac. 2. 4. Hebr. 10. 37. Ioan. 1. 29. *Andreas primo de Iesu testimonio* B *ad eum conuersus.* Ioan. 1. 38.

Quoniam verò is, qui erat venturus, iam præsens erat, & Dominus cum seruis versabatur, cœlorumque Rex simili pauperis habitu cum pauperibus agebat; hîc tuæ ingens virtutis præstantia monstratur. Mox enim ac Præceptoris de Iesu vocem audisti, *Ecce agnus Dei*, non dubiam eam habuisti, nec de testimonio anceps animo fuisti; at neque eorum more qui sunt modicæ fidei, ad fidem faciendam certum aliquod argumentum ac indicium flagitasti: Sed mox audito verbo, ad Verbum temet ipse transtulisti; relictoque pronubo, summa animi perspicacia Sponso adhæsisti; nempe velut sponsam immaculatam, mentem ei offerens, saciatioreque illi ratione aptatus: quin & corpus offerens, & cum eo manere quæreos ac discipulorum matriculæ adscribi (ô fidem!) inque æuum illi cohærere, ministrique partes implere, enixè rogans.

Andreæ admiranda dotes. Andreæ fides, charitas, humilitas, lenitas. Matt. 11. 29.

Quid ex tuis primùm laudabimus? quid verò potissimùm, ô qui summa dignus admiratione sis, admirabimur? Fidei sinceritatem? veram dilectionem? an sensus modestiam, animique lenitatem ac æquitatem? Quod enim audita solummodò Baptistæ voce, illo statim relicto, festinè post Iesum abieris, omnem planè virtutem perspicuè prodit. Num lenitatis simul modestique sensus ac animi, quod illustri illo, gloriaque clarissimo, ac omnem prope vincente claritatem, relicto, miti corde atque humili, needumque claritatem adepto, quæris adhærere? Num & fidei istud perfectissimæ, certumque indicium summæ dilectionis? Eum enim qui primus Verbo discipulus accederet, primusque diuinæ eius necessitudinis commercio futurus esset, illius tum Spiritus participem fore, tum virtutum semina præhabere, decebat. Quamobrem, cùm natura quandam cum eo necessitudinem haberet, primus post Baptistam, esse eum Messiam & Christum Prophetarum oraculis prænonciatum agnouit; primusque Apostolorum, vltroneis (quod aiunt) pedibus, accedit, ac contubernalis ei efficitur.

C

Primus vltroneusque Christi assecla.

Non enim sustinet, vt se priores aliquos Magistrum adeuntes, eique discipulos, videat, bonique studio illi præstantes: meticulosiorum potius eum ratus affectum, quàm eorum qui solertiori prudentia ducantur. Neque expectat, quemadmodum alij, vt ab ipso vocetur; sed mentis sagacitate inuento illo qui quærebatur, feruore fidei illi statim cohæret. Benignissimusque vsus moribus, non fert vt solus bono potiatur; sed velut qui ingentem quendam thesaurum Iesum nactus esset, etiam Simoni festinat ostendere: Simoni scilicet natura germano; germano voluntate atque animo; parenique artem profitenti (quippe cùm ambo essent piscatores) ac qui pari ducerentur æmulatione (quippe ambo Legisperiti) ac qui veritatem pariter conquirerent ac deperirent.

Fratris prædicator & D *Apostolus. Legisperiti ambo.* Ioan. 1. 41.

Hunc primum Andreas cùm inuenisset, *Inuenimus*, inquit, *Messiam*. Lætæ sermo plenus iucunditatis ac admirandæ voluptatis. Nihil enim æquè animum gaudio replere consueuit, ac rei eius inuentio, quam multo labore ingentique diligentia quæsieris. In quæ enim ex improuiso, ac penè casu inciderimus, tametsi magna videantur, non tanto studio affectuque amplectimur. Quamobrem etiam illorum diuturnior firmiorque possessio est. Is itaque etiam animo laboribus indefesso, menteque studiosa Scripturis vacans, venturum Christum ad salutem hominibus præstandam non nesciebat, speque vegetus, vt expectatum quandoque inueniret, opera satagebat. Quodque omnium primus id nactus esset vt inueniret, inque conspectum admissus, breuem cum illo sermonem miscuisset (qua amoris vi bono afficitur) animo resultet: menteque scientiæ luce accensa, Dei gaudio exuberat: quo solus frui non ferens, Petrum quoque festinat, vti primùm quærendi diligentiæ, sic & inuentionis socium assumere. Idcirco ait, *Inuenimus Messiam, quod est Christus: & duxit eum ad Iesum.* Hos primos, velut lapides electos, pretiosos, probatos, Angularis ille lapis in seipso ædificans, ac charitatis vinculo colligatos ac coaptatos, in eis etiam totum deinceps sacrum discipulorum chorum superædificat.

E

Isa. 28. 16. 1. Petr. 2. 6. *Andreas & Petrus primi Apostolici chori ædificatio.*

Verùm, Hactenùs quidem peculiariter, ac propria seorsim, ratione, eum, qui vocatione primus Apostolus est, nobis oratio delineat atque describit: postmodum verò communis modus est, quo operam nauantes Euangelio, claruerunt. Tum enim fides, tum dilectionis erga Magistrum communis illis affectio est. Par Apostolis omnibus tum vocatio, tum electio, ac quod Christum secuti sunt: quod item admiranda opera viderunt, ac audierunt excelsa mysteria. Omnes pariter velut à se excedentes, sic isti Magistro deuincti, probraque ornamenta ducentes, ac eius causa consertis persecutionibus, ignominiis, ærumnis gloriantes, sociique ei passionum ac crucis effecti, in vitæ nouitatem cum eo surrexerunt. Ac sicut Dei Verbi per dilectionem ac fidem sic & Spiritus vitæ pari omnes præstantia consortes euaserunt; partim quidem, ante passionem; efficacius verò, post passionem ac resurrectionem; diuinitùs, Christo iam in cœlos recepto, perfectiùsque, cunctis perinde è cœlo in sono flatus vehementis illabente diuinissimo Paracleto, ac singulos eorum adimplente; testesque auditorum, atque lætos nuntios ac præcones in vniuersam terram illos constituente.

Apostolorum communio. F Ioan. 7. 39. & 20. 22. Act. 2. 2.

Secundùm hæc igitur alterum alteri præferre non licet, ex illis, qui Deum viderunt, eiusque familiarius vsi necessitudine sunt: cunctis scilicet velut præstantissimis margaritis vna absolutis gratia; velutque pretiosis lapillis pari cultu ad eximiam vnam Regi cœlorum coronam gloriæ instruendam contextis. Postquam verò omnes pariter, velut perfecti arietes, Principis Pastorum ouibus dati duces iuxta diuinum oraculum Spiritum sanctum induerant, inde alius aliam orbis terrarum partem sortientes, ad propriam Apostolatus sortem, operam Euangelio nauaturi, exierunt.

Apostolorum æqualitas. G 1. Petr. 5. 4. Luc. 24. 49.

Tu verò omni mihi veneratione prosequende Andrea, res Deo digna, veræ fortitudinis exemplum, sustinentiæ adamas, patientiæ statua, altera post Petram, Petra; à Christo statim firmum Ecclesiæ fundamentum, Aquilone in sortis partem accepto, Iberos, Sauromatas, Tauros & Scythas, cunctasque regiones ac vrbes Ponto Euxino ad Aquilonem Austrumque adiacentes circumiens in siti cucurristi, Iesu nomen celebrans ac clarificans cucurristi speciosis pedibus Christi Euangelium prædicaturus, tanquam lucis plenus ipseque lux ipsa, ad eos qui densissimis obsiti tenebris erant, vt lenissimus, ad eos qui furore incitatissimi; vt ceteris suauissimus ac mitissimus, ad eos qui immitissimi ac durissimi. Quantum enim istarum gentium proteruia maior, sæuitiaque ac feritas illustrior atque notior, tantò virtutis tuæ magnificentia, ac iustitiæ claritas, excellentior atque altior.

1. Cor. 10. 4. *Andreas Aquilonarium gentium Apostolus.* Psal. 61. 5. Rom. 10. 15.

Nouit enim, inquit, *Dominus qui sunt eius*, atque ad singula quæque ministeria idoneos cognoscens, illisque à prima statim formatione inaspectabili ratione suum eis auxilium benignissimè præbens, vnumquemque ad eam, quæ ex illius rationibus est, perfectionem dirigit. Ille vnà comes ad eos profectus, qui longè alienissimi ac caliginosissimi erant, spiritales eis fulgores immisit. Tanquam enim nube lucida (nube scilicet leui ac mystica) tua inuectus mente, obscuratisque illis gentibus adueniens, moderatum, ac quantum licebat, diuinæ cognitionis ac fidei radium te auctore illis manifestauit.

H 2. Tim. 2. 19. *Præficit Deus idoneos, quos ipse idoneos reddit.* Isa. 19. 1. *Deus prædicatori comes, fidē gignens.*

At quisnam modus, quo vir humanissimus cum immanissimis congrediebatur? Primùm quidem eiusdem sermonis vsu, ferocem auditum ad se attrahebat. Sic enim natura comparatum, vt simile simili procliuè adducatur. Idcirco etiam Spiritus in specie linguarum Apostolis aduenit, eiusque afflatu ante alia signa, diuisis

Andreas ars subigendis populis. Linguarum in Apostolis vsus.

linguis

A linguis impartiti sunt; quod nimirum sermonis potius communione, quàm vllis alijs miraculis, agrestes animi & indomiti mansuescant ac cicurentur. Illi itaque patria eloquij vi, bonitatem commiscens & lenitatem & mansuetudinem, hisque qua horrebant, morum asperitatem & ferociam ac sæuitiam subigens, eos paulatim alliciebat.

Deinde cùm amicos ac colloquio faciles infensos alioqui animos consuetudine ipsa reddidisset, sic opportunè ad Dei notitiam fidemque adducebat. Quod enim quis repente sublimem theologiam aggrediatur, nedum nihil insipientes crassioreque ingenio homines iuuerit, verùm etiam non rarò iræ maiorisque nequitiæ flammam accenderit. Communibus autem colloquijs priùs impijs consuescentem, dissimilique similitudine eorum ineuntem gratiam, atque ex natura petitis familiaribusque exemplis vtentem, sic paulatim pietati aptare ac componere, eum demum optimum docendi ordinem ac Apostolicæ mentis facinus existimo.

B Eum in modum magnus Apostolus latera Aquilonis
Psal. 47. 3. incessens, montes effecit Sionis. Quotquot enim rectitudinis vestigium inerat; quotquot sensus animi ratione vtentis mentisque particulam vllam retinebant, hominem contuentes, tum rationis splendore, tum vitæ perfectione, tam ipsis eminere, quam illi bestijs atque iumentis præstarent, arbitrabantur: illiusque omnino se virtuti impares agnoscentes, et animum submittebant, atque ad eam, quam prædicabat lucem accedebant: verboque gratiæ illustrati atque regenerationis aqua emundati, nec non adoptionis Spiritu consummati, in Ecclesias sanctas, ei qui omnem sanctitatem excedit componebantur.

Scythica Andreæ persecutio. Nec absque cruore magnum fidei illis constabiliebatur mysterium: sed sicut Magister ac Dominus proprio sanguine testamentum suum obsignauit; sic quoque par erat vt probatissimus discipulus non nudis solùm verbis salutare Dei annuntiaret, sed vt etiam proprio sanguine
C disciplinam sanciret. Quia igitur fieri non poterat, vt omnes penitus veritati assensum præberent; quemadmodum Iudæi prius aduersus Iesum manum extulerant, sic aduersus Andream instructi Scytharum animi; Regum ira præceps, cædem spirans, Præsidum impetus atque iudicum, populorum fera coitio: hinc carceres atque verbera, distracti membra ac dilacerata: quin & ligna & lapides & gladij, quicquid denique cruentis hominibus in manus venisset, armorum loco venerandum caput impetebant. Prompta victima, vt pro immolantibus promptè sacrificaretur; ac ceu debitum, ipsius causa prius immolato, suum ipse libaret cruorem, atque (ô Dei imitationem!) pro necei tradentibus sacrificium offerret.

Quid verò magnus ille Pontifex? Libentissimè quidem habet victimam, volentisque animi perfectionem
Gen. 8. 21. odoratui odorem suauitatis: perfectam tamen atque integram victimam rursus restituit, maioribus coronis at-
D que prælijs reseruans. In eum modum Andreas aduersa-
Gal. 2. 19 rios superabat; atque Christo confixus cruci, per eum qui dilexerat, potiore in omnibus victoria gaudebat.

Omnes igitur Aquilonis oras, omnemque Ponti maritimam, in virtute sermonis sapientiæ ac intelligentiæ, in virtute signorum & prodigiorum, Euangelij complexus prædicatione; vbique erectis aris, Sacerdotibus-
Andreæ Byzantij opera: Stachys Episcopus, Deipara ædicula. Ioan 12. 24. que ac Episcopis vbique Fidelibus præpositis, ad illustre hoc Byzantium accessit. Huc Vir admirabilis obiter veniens, extructaque in arce Dei Matri æde; eleganti quidem illa schemate, cuius tamen moles pro Fidelium tunc paucitate angustijs suis responderet; dignoque Ecclesiæ Pastore magno Stachy assignato, vberes postmodum hac in Vrbe futuros Spiritus fructus ostendit. Velut enim tritici granum iacet ille Stachys in terram cadens, cœlestique rore irriguus, ac subiectarum illi animarum mentiumque aptitudine dilatatus adauctosque, centuplum etiamnum sanctæ fidei fructum, integra segete edit.

Byzantio autem Vir diuinissimus Thraciam ingrediens (vt quæ media sunt perstringam) per Macedoniam
E & Thessalonicam, Peloponnesios aggreditur; ac ad extremum Patras Achaiæ venit. Vbi constitutus, sanctéque eos qui accederent diuinus Magister pro concione
Andreæ ad Achaeos exhortatio. cogens, [Tollite quæso, aiebat, viri Achæi in cœlum lumina; Solemque & Lunam & Stellas, omnemque extrum rerum, quæ mente intelliguntur, creaturam, eius qui creauit ac condidit addiscendi ludum apertum agnoscite. Is, cùm semper nihil dissimilis, æternus & immortalis,
Mundi vtriusque creatio. Greg. Theol. Orat. in Christi Natali. infinitusque & incorporeus, incomprehensusque sit & inaccessus, primùm quidem Animorum mundum atque Mentium, nec existentem in materia, velutque sibi familiarem, in gloria condidit; tumque alterum, hunc nimirum sensibus obiectum ac corruptioni obnoxium corporeumque, ex cœlo & terra constantem, cunctisque quæ in eis sunt, fabricatus est: solum autem ex animantibus hominem proprijs formatum manibus, & ratione atque sermone ornatum, menteque ac sapientia instructum, suæ simulacrum maiestatis fecit.

F Hunc in Paradiso ab initio positum, vniuersis quæ in
Lapsus hominis terra essent, præesse constituit. Diaboli autem inuidia suaque ipsius socordia Dei mandatum transgressus, eam-
Ps. 48. 13 que ob rem è paradiso prolapsus, ac iumentis insipientibus comparatus illisque similis effectus, in eius plenam obliuionem venit: iamque creaturæ ac rebus in aspectum cadentibus adhibens animum, impiéque quod pulchrum oculis visum esset in Deum consecrans, à vero excidit Deo: sicque mens humana, ab vnius verique amore abscissa, innumerabilibus se simulacrorum errorisque ærumnis ac malis inseruit.

Ergo ob rem Deus homo fit. Deus æternus, siue æterno maior. Deus nullius egens, perfectus, solus natura bonus ac supra quàm bonus: Solus fortis ac potens, omnemque potentiam excedens. Placuit huic miseratione viso, vt vnigenitum, eiusdem secum naturæ, eiusdem potentiæ ac coæternum Verbum suum peccatoribus propitiationem daret. Isque (Dei scilicet Sermo) sanctam Virginem rei
G maritalis expertem subiens, Deusque ac homo idem nobis supersubstantialiter natus, tumque magnifico diuinoque verbis operibusque testimonio declaratus atque proditus: ac deinde salutaribus nostri causa passionibus diuinaque cruce persunctus, atque ex mortuis triduanus suscitatus, nobisque coram in cœlum receptus, in Dei dextera consedit. Qui & sanctum Spiritum suum in nos postea abunde effudit, cuius virtute ac inuocatione, vti videtis, dæmones ab obsessis pelluntur corporibus, morbi fugiunt, cæci visum recipiunt, surdi auditum, claudorum bases consolidantur, resurgunt mortui, ægrique omnes animorum corporumque affectus insanabiles, solo Christi nomine conuelluntur.

Igitur denunciamus vobis, Viri sapientissimi, ac adhortamur, ne verbum salutis huius, quod per nos vobis, annunciatur, repudietis, sed varijs illis virtutibus confirmati, credite vni Deo viuo, eiusque Vnigenito, qui pro nobis homo factus est & crucifixus & H
resurrexit, ascenditque in cœlos, ac rursus cum gloria è cœlis venturus est, vt viuorum ac mortuorum Iudex sedeat, singulisque pro eo ac gesserunt reddat. Huic credentes, baptizamini, in eius nomine; sanctique Spiritus suscepto dono, illuminamini animo, Illuminamini mente, inque eum modum ab impura emundati dæmonum religione ac cultu, hæredes efficiamini vitæ æternæ in CHRISTO IESV.]

Prædicationis Andreæ fructus in Achaia. Maximilla Egea vxor, Stratocles frater, Christiani. Eiusmodi semper doctrinis tantaque prodigiorum vi, totam Vir summè admirandus nimium quantum Achaiæ Prouinciam in stuporem agens, ab idolorum paulatim errore subducebat, virosque simul ac mulieres, senes, pueros, nobiles, priuatos, sapientes & rudes, diuites ac pauperes veritati admouebat. Adeoque prouexit prædicatio & inualuit, vt & Maximilla Proconsulis vxor, & Stratocles illius frater, Deo vero crediderint; susceptoque baptismate, in doctrina Apostoli perseuerarint. Sic Græcorum ac Barbarorum detritus omnis simulacrorum cultus;

A

ſicque dæmonum omne ſupercilium, Ieſu in Andrea virtute detractum atque convulſum: ſic denique Domini Eccleſiæ quotidie exaltatæ ac fide roboratæ.

Mors.

Ioan. 17. 4.

Phil. 1. 23

Quia igitur eum in modum Vir beatiſſimus in longos annos protracta vite, Chriſti opus peregeret; ac quidem ipſe extrema ſenectute defeſſo corpuſculo, ſolvere cupiebat; ſupercœleſtis verò Sponſus è cœlis ad ſe vocabat; omnique major deitate Pater, paſſis vlnis ad Vnigeniti nuptias expectabat; ſed & Spiritus ſanctus aſcenſum proſperè muniebat iterque dirigebat; thalamuſque velut omni caſtitate ornato, decore omni petebat; ac Seraphim quidem in circuitu ſtantes trinæ laudationis canticum eptabant, Cherubim verò ſedenti ſuper thronum benedictam gloriam repetitis vocibus perſonabant; Thronique ſuſceptionis ergo, ac cœleſtes omnes Poteſtates, ad nobiliſſimum Dei famulum triumpho accipiendum paratæ erant; atque aliæ quidem ſacrarum Mentium ad eum illoc è cœlis deſcendentes, aliæ verò aſcendentes, planum valdeque expeditum aſcenſum muniebant; jam neceſſe erat vt relicto in terre corporis inuolucro, ed ſubſtantiâ omni maiorem corporis expers euolaret; abruptaque carnis mole ac craſſitie, nudo ſpiritu ad Spiritum purè emigraret. Neceſſe erat vt terra in terre manente, futuraque illa terræ in ſanctificationem, illiuſque pignus fidei, ſacræ exuuiæ Fidelibus cederent, ipſeque leuis in cœlum tolleretur, cum eo verſaturus, qui excelſior cœlo eſt.

Iſai. 6. 3.

Ezech. 3. 12.

B

Crux.

Quodnam verò ſic emigrandi atque ſoluendi organum fuit? Nimirum Crux, ſignum Crucifixi, ſceptrum vniuerſorum Regis, Chriſti gloria, Sanctorum omnium inuiolabilis armatura. Crux, ſicut prius è Iudæis Ieſu ſtructa velut mortis organum, cunctiſque ab eo Sanctis data tanquam vitæ ſignum; ſic & fideliſſimo Chriſti cruci effixi diſcipulo, mortis organum ab Egeate fixa (ea ſcilicet ratione quod vxore fratreque fruſtraretur, ab Andreæ pendentibus fide eiuſque diuinis ſermonibus) quæ tamen nedum Maximillæ & Stratocli, ſed & cunctis Patrarum ciuibus, omnique Achaiæ ſalutis cauſa extiterit.

Maximilla & Stratoclis conuerſio, mota in Andreā cauſa perſecutionis.

C

Sublatus enim in Crucem prouectæ ætatis ſenex, nec illi confixus, ſed tridui ſpatio alligatus, velut è ſpecula, montiſque vertice adſtantes populos intuens, ſacratioriſque doctrinæ verba proponens, hortabatur carnem deſpicere, nulli corporis voluptati ac libidini cedere, nihilque eorum quæ cerni oculis poſſunt aut intereunt, ſtudij dignum ducere; animæ duntaxat eiuſque operationis (veritatis ſcilicet fidei) extatici ad ſupremum eorum, quæ deſiderari poſſunt, animi aſcenſus, ſociæque ſimilitudinis ac coniunctionis theologicæ, omni diligentia, ardoreque ac robore, Vir Deo plenus aiebat curam habendam eſſe.

Andreæ à Cruce exhortatio.

Ioan. 6. 29.

D

Fides, Dei opus

Huius vnius quàm maximè aſſumendam ſollicitudinem, quippe cùm Dei opus ſit; inque eo primitus laborandum; omnes autem terrenas poſſeſſiones, ceu fluxas, ſpernendas eſſe: bonam corporis habitudinem, vt quæ ipſa fragilis ſit, contemnendam, animoque virtutis cauſe laborante connitendum fortiter admonebat, nec laboribus fatiſcendum. Vnam ſcire mortem qui ſit Philoſophus, peccatum ſcilicet ac impietatem. Veram hanc mortem eſſe, veram nimirum vitam ignorare, animique oculos claudere, ne Chriſti fidei radiis colluſtrentur. Hanc tremendam acerbamque ciebat mortem; quam autem Infideles inferant, cunctis ſuauiorem delicijs, vitæque cauſam exiſtimandam eſſe, vt quæ ipſi vitæ, ipſi luci atque luminum Patri (omnis ſcilicet pulchritudinis auctori omniſque bonitatis parenti) admoveat.

Illatorū iuſtis cruciatuū gloria & felicitas

[Ne igitur, Filij, eorum cauſa indignemini qui interimunt. Nam & inuiti vitam conciliant; & cùm lædere arbitrentur, beneficium præſtant: putantes honori detrahere, honorem accumulant: exiſtimantes affligere atque ærumnæ auctores eſſe, ad verum ac nunquam diffluens gaudium tranſmittunt. Non igitur mihi mœroris cauſa & triſtitiæ animique doloris, iniuſta hæc exiſtimata ſententia. Eſſet mihi plenè valde moleſta ac triſtis, ac verè mortis cauſa, ſiquidem iuſta eſſet. Si deprehenſi eſſemus facinoris rei, ſi nos Egeati morte dignos exhibuiſſemus. Nunc autem veram vitam, vitam ſtabilem, ineffabilem, intemeratam, quam oculis vidimus, manibus contrectauimus; cuius ipſo rei periculo virtutem cognouimus, cùm annuntiemus, cunctoſque (quod noſtrarum partium eſt) boni ſocios aſſumere ſtudeamus, eiuſque rei gratia in talia incidamus, non delicti pœnas luimus, ſed clareſcimus; non punimur, ſed ſeruamur; nec (vt quis putauerit) morte afficimur, ſed vita donamur.] Quid enim, Vir fortiſſimus virtutis cauſa iniuria affici ac cruciari, Philoſophi ſenſu exiſtimaret, quàm juſtificari ac coronari? Quid verò Ieſu cauſa in crucem agi ac interimi, quàm vita ac deitate augeri; ac ſicut ſupplicij mortiſque ſimilitudine, ſic claritatis ſocietate ei copulari, ac cum eo in æternum regnare.

E

1. Ioan. 1. 1.

Atque hæc quidem ad plebem: ſibi verò Vir teipſa ſapientiſſimus incumbens, atque ad eum, quem in ſe manentem habebat, ſermonem conuertens, [Gratias, inquit, ago tibi, mea voluptas, ac gloriatio, mea exultatio ac exultatio, mea lux, mea poteſtas, mea corona, mea ſubſtantia, mea claritas, mea gratia, nomen deſiderabile, diuinumque nomen.

F

Gratiarū actio ad Deū & Chriſtum.

Gratias tibi Ieſu, vitæ meæ, meæ reſpirationi, alto cordis mei ſenſui, mentis meæ gloriationi, quem Dei amore amo, quo frui liceat æterna voluptate: quem habeo, quem ſitio, cui viuo, ac cui ſum alligatus, & ad quem vrgeor prouehorque, ac contentè contendo.

Gratias tibi, Chriſte, Domino meo & Deo meo ac Regi meo, quod præter alia, etiam tuæ me ſocium paſſionis honoraueris: quod vt curſum probè conſummarem, certamen legitimè certarem ac firmâ ſeruarem fidê, vires roburque præbueris. Nunc itaque per hanc eleuatum Crucem, ad te gaudio ſuſcipe, amanter benignéque accipe, paternè amplectere; ac verò apud te manere, in te viuere, in æternum in te exultare, in te delectari concede; tuoque decore ac regno potiri, cui nihil terrenorum vſquam velim anteire.

Ioan. 10. 18.

Pſalm. 83. 4.

2. Tim. 4. 7.

G

Sed & Eccleſiarum primitias, Fidelium cœtus meorum laborum manubias, culturæ meæ manipulos, quos tuo acquiſiui Spiritu, mihi Chriſte cuſtodi, ſeruaque, ac à nequiſſimi invidia protege. Adauge gregem tuum, qui bonus es; confirma ac robora, qui fortis es; conforta, multiplica, quo omnis hominis anima, inimici errore liberata, tuo ſe portu ad Euangelij veritatem recipiat: vt quam citò tui agnitione & gloria repleatur vniuerſa terra.]

Oratio pro Fidelibus ac Eccleſia.

Iſtiuſmodi verbis, longéque iis plutibus ac potioribus, ter beatiſſime diſcipule, Magiſtro collocutus, totuſque Deo accedens, vidiſti cœlos tibi occultè apertos, vidiſti & cœlorum Regem, vt erat pollicitus myſticè apparentem, perſpicaciſſimiſque animi oculis ſublimiter ac diuinè illi incumbens, arcanaque quadam ac myſtica animi iucunditate & oblectatione ipſi deuinctus ac comes, cum fauore & exultatione pari triumpho in cœlos receptus es: ſacratiſſimumque tabernaculum tunicæ inſtar è ligno vinctum relinquens, ipſe ſpiritu elatus, vereque in excelſis conformis factus corpori claritatis Chriſti es.

H

Phil. 3. 10.

Salue igitur mihi ſis, primo in Apoſtolis vocate, graduque eorum prime & anteſignane: ordine quidem dignitatis ſecunde ſtatim à fratre, at prior illo vocatione: fide autem in Saluatorem diſcipulorumque matricula, nedum Petro, ſed & diſcipulis omnibus facte primitiæ.

Andreas primus vocatione, dignitate ſecundus à Petro.

Salue, quod præcurrente Lucerne primum illuſtratus, per illam ad Solem iuſtitiæ adductus es: quod cùm Agnum Dei bonumque illum ouium Paſtorem cunctis prior ipſe agnouiſſes, velut ouis innocens, ad mortem vſque, idque mortem crucis, eum palam ſecutus es: quamobrem etiam ad cœleſtem Patrem vna ſublimatus, inque interiora velaminis pariter ingreſſus, ſupremum omnium nomen conſecutus es.

Hebr. 6. 19.

Salue, quod verum animorum Sponſum, cùm primus

A

Pronubi testimonio didicisses, totusque statim charitatis modis vulneratus esses, ac eius prorsus captus dulcedine ceruíque in modum siti maxima te illi adiunxisses, ac vitali latice affatim potatus atque inebriatus esses, ex eius in te pinguedinis abundantia plures inebriasti, torrentque voluptatis Gentibus multis extitisti, quibus velut aquam] multam operientem maria Christi notitiam vbertim eructasti.

Ps.36.9. Isa.11.9.

Salue, quod ipsam Iesv faciem videre meruisti, ipsoque gubernatore tum spiritali, tum quod sensu percipitur, enavigato mari, atque ad crudiuoras Gentes profectus, non ab eis deuoratus es, sed eos Christo venatu cepisti; nec ab eis consumptus es, sed & latitantem in eis draconem peremisti; mirandisque operibus in stuporem agens, cogensque ad Domini fidem, Ecclesias Christo erexisti.

Salue sis, Crucifixi Crucifixe, benedicti benedicte, dilectissimi dilectissime, discipule & Præco & Apostole, Ministerque diuinissime; Angelorum decus, Apostolorum firma basis, Sanctorum fulcimentum, Ecclesiæ fundamentum & gloria.

B

Salue, & exulta valde in Christo Iesv, qui velut in curru Cherubico in te requiescit, ac tanquam nostræ gentis Apostolus, patriæque tutelaris ac curator, clementer roga & miseranter nostræ quoque humilitatis miserere; benignissimumque Patrem tuum ac Deum exorans, ad ipsum nobis viam dirige, vt ex eius doctrina, exque iudiciorum iustitiæ rationibus inculpatè super terram conuersati, omnium Regi Christo, te intercessore, cum gloria præsentari mereamur; quem decet omnis gloria, honor, adoratio, vna cum Patre & Spiritu sancto, nunc & semper, & in sæcula sæculorum Amen.

C

Oratio III.

IN LAVDEM SANCTI ET celebratissimi Apostoli Iacobi Zebedæi.

Ioannis Euang. Elogia.

HAud ita pridem viuus nos veræ Theologiæ fons, mysticum Paracleti tonitruum, concinna ac suauè sonans cœlestium vocum lyra; qui à Gratia nactus appellationem est, Ioannes, magnus ille primusque Dei Verbi Theologus, ad suorum mirabilium laudationem humanissimè colligens, laudatissimam nobis venerabilium sententiarum sensorumque mensam, ac quàm maxime suaue conuiuium parauit: cuius copiosis vitalibusque delectati epulis, nec non abundantia gratiæ repleti accensique, quasi exiguam quandam ex corde sermonum eructationem ei rependimus: quibus suppeteret quidem nihil, quod pro munere dignum offerretur; sed qui tamen, quanta facultas erat, ad depellendam ingrati animi teterrimam labem ac crimen, laudatione in eum defuncti sumus.

D

Iacobus Ioanni par amborumque necessitudo.

Nunc verò post illum alia nobis mystica successit mensa: alius nobis mellito plenus nectare crater propositus est; mensæque structor ac conuiuator, quasi splendidus largusque æque ac magnificus, nihil illi impar ambitioso cultu & magnificentia, sed omnimode æqualis: natura germanus, ac fide germanus; vno enim prolati patre, vti in terris Zebedæo, ita in cœlis Deo. Solis discreti nominibus Ioannes atque Iacobus, propemodum rebus concreti ac copulati: pares animo, pares gratia, pares virtute ac erga Deo necessitudine: quorum reuera vnus Dominus, quem similiter viderent, & vna vocatio, vnum mentis propositum, vna spes, vti & baptisma vnum.

Eph.4.5.

Pari honore, quod attinet ad cultum legalem; Pari, quod ad translationem ad spiritum. Pari animi sensu ac concordia in Patris agnitione, pari proposito in Vnigenitum voluntate & dilectione. Neque id modo, sed & si consensu in Spiritum eiusque subiectione, iidem. Quamobrem etiam Buanerges (quod est, Filij tonitrui) ab ipsa ambo nuncupati sunt Veritate, velut quos vnus idemque Spiritus ad magnificam Euangelij prædicationem concinnasset atque conflasset. Gemini oculi sanctissimi decoris Iesv, Dominici corporis supremam tenentes speculam; primi scilicet diuinæ lucis radiis, ceu simplices atque limpidi lucidique pariter repleti, benignissiméque totum corpus fulgoribus suis collustrantes. Perinde ordine Principes, tanquam charitate quæ princeps virtutum est omnium maximè Dei Dilecto deuincti ac familiares. Quamobrem etiam primis sublimes sedibus, parique honore ac cunctis propemodum prælati, tanquam videlicet parem primumque apud summum vniuersorum Regem consecuti honorem.

E

Ioannes & Iacobus filij tonitrui. Matt 3. 17

Christi corporis gemini oculi.

In hunc modum coniuncti tonitrui Filij vnaque velut ratione coaliti, quomodo non eundem laudationis ac præconij sermonem admiserit? Quorum enim certamina paria, eadem etiam existant præconia. Quorum commune virtutis decus, communes nimirum etiam coronæ. Quis igitur quæ sunt indiuisa tenter diuidere; ac quæ naturâ ac voluntate copulata, dispescere? Quonam verò modo ex propositis alteri seorsim contexi laudatio queat? quæ enim quis de altero dixerit hæc forsan etiam alteri conueniant. Num verò, cùm alius quidem vti dictum est, coëant; modo tamen quo ad Christum emigrarunt, abunde distinguantur; illorum quidem ratione, communis amborum laudatio; horum vero merita cuique propria ac distincta sit?

F

Laudatio communis & propria.

Etenim cum primum eamdem humano satu natiuitatem ac educationem nacti essent, iisdemque moribus & disciplinis instituti fuissent, ac paternæ piscatoriæ arti operam posuissent; magnam vitæ partem in mari versati, qui hamum mitterent, sagenam laxarent, ac rursus retia emundarent, eandem postea diuinissimi Iesv vocationem consecuti; ac tanquam eodem animo duplicique corpore vterentur, eodem ambo diuinæ scientiæ è cœlo coruscante, cuncti qui attentis animis sint, vno eius fulgore atque micatu pariter irradiantur: sic & illi Dominica vocatione donati, quæ sequi illos præciperet, atque hominum piscatores facturum polliceretur, nihil verbi nouitate diffidentia acti sunt: nulla vocationem dubietate repulerunt; nec sicut Paulum Athenienses in crastinum distulerunt: sed simul atque sermone illabente collustrati animo sunt, ac velut incendio paratiore materia, mentis rectitudine cœlestem ignem susceperunt, sui ipsorum confestim obliti sunt, ac patre cum naui relicto, spretaque propinquorum necessitudine ac consueta institutione posthabita, cunctisque deliciis ac carnis voluptatibus contemptis, vni se Iesv amori addixerunt.

G

Vocatorū prompta obedientia.

Act.17.32.

Terrenorum omnem iucunditatem, vna hac sublimi cupiditate commutarunt: Neque duntaxat naturalem corporis libidinem animi magnitudine supergressi Legis tamen literæ ac Mosaïcis traditionibus nullo amplius addicti, segniores ad Spiritum accedebant; neque feruore quidem ac fide accedentes, nouum tamen Legislatorem spernebant; aut ei quidem honorem habebant, at qualem Mosi, seu cuidam alij Prophetarum: quinimino omnium à sæculo Sanctorum Deum ac Dominum, Deique viuentis Filium, ac Prophetam olim Scripturis prænunciatum, Christumque venturum Iesvm credentes, sic ardore fidei ipsum sequebantur; non subiecta oculis specie offendentes, sed qui ad ea quæ mente intelligebantur spiritus ratione dirigerentur. Non enim lapis eis offensionis, velut his qui essent praua mente, nec petra scandali positus erat, sed lapis electus, angularis pretiosus in fundamentis Sionis collocatus.

H

Matt.16.16. Deut.18.15.

1.Pet 2.8. Isa.28.16.

Hunc Iacobus atque Ioannes Lapidem, suam in spiritu effodientes mentem ac cor altè scindentes animumque, curiosius inuestigantes, cùm offendissent,

A

atque in eo suæ fidei fundameta fixissent, firmi ac constantes aduersus spiritales pariter & quæ oculis subiiciantur, tentationes extitere; vnde primo atque principe, supremoque vna cum magno Petro apud eum honore donantur; iisque seu fidelissimis effulgentem diuini corporis formam in monte ostendit. Ad eos quoque tanquam summè necessarios, humanæ in ipso naturæ anxium mortis timorem ac mœstitiam; sub ipsum tempus Passionis refert; moxque à Cœna, orationis socios adhibuit; quanquam nimia tristitiæ vis exulcerabat, ac torpentem eorum animum somno degrauabat.

Iacobi & Ioannis communia cum Petro priuilegia.

Quantum deinque ad omnem amborum horum Dei Puerorum cum Domino conuersationem, atque æmulationis feruorem, probatamque fidem ac dilectionis perfectionem; sed & quantum ad Spiritus è cœlo illapsum, linguarumque dispertitionem ac donorum diuisionem, nihil quicquam alterum ab altero æstimo differre.

B

Quamobrem vna hactenus ac communis erit eorum laudatio, qui vna Christi forma imbuti, vnoque ac eodem pariter Spiritu perfecti fuerint ac configurati Quod verò propria cuique migrationis tum tempus, tum modus extiterint, seorsim etiam, qua eis defungimur, laudationem reddemus.

Prius itaque pro virili nostræ laudationis in Euangelistam partibus functi sumus, eiusque summa virtute spiritaliter delectati, quod per facultatem licuit, vel modicè debitum dependimus. Nunc autem optime, Christique discipulorum probatissime Iacobe, tu quoque mihi adesto hodie; nempe sublimium Dei Verbi spectator factorque operum, arcanorumque discipule ac Magister sermonum: dulcisona ac pulchrisona Spiritus cinyra, modulatam concinnamque his qui recto animo sint pulsans theologiæ vocem; magnum Dei Verbi tonitruum, sublimi magnoque fragore IESV resurrectionem Iudæorum mentibus insonans, atque eorum cordis frangens duritiam: hactenusque desertam concutiens gentium Ecclesiam, eique sensim Verbi Euangelici sensum ingerens, atque improbæ Synagog[æ] repudio, probam gratamque sponsam Christo adhibens.

Iacobi elogia.

Psal. 28. 5. & 8.

Adesdum beatissime Iacobe, morum simplicitate ac bonitate & vniformitate, ei qui vnus solusque natura bonus est, dilectus; paternarumque benedictionum heres effecte, ac qui ea ratione Esaü ante ortum natiuitatis odio habitum supplantaueris, ac gloria superaueris, velut nimirum qui spiritalis natiuitatis primitiua nactur sis. Qui vero Isaac, verè illi acceptos fidei cibos intuleris, eamque ob rem coram Patre placueris ac propterea perfectam benedictionem consecutus sis; frumentique ac vini loco, Vnigeniti Corpore & Sanguine constabilitus, Dominusque & iudex contribulium ab eo constitutus.

Gen. 25. 25. 27.
Rom. 9. 11.
Mal. 1. 2.
Gen. 27. 27.

Adesdum; os deiloquum admove, excelsam vocem ac deisonum immittens eloquium, aspira verbum fidele ac verum, nempe verbum vestrâ Apostolici muneris functione, siue certamine, dignum. Nefas enim ea aggredi, quæ maiora quàm pro tenui mea facultate sunt.

D

Mortalis enim *temerè notat sermonibus*, vt diuina Scriptura loquitur: *flatus autem omnium conseruatoris*, inquit, *ipse docet nos.* Iam enim diuinissimo Verbo, vti semper deitate, sed & anima sua intelligente & quæ simul Deus existat omnia implere satagente: ac cùm inferna quidem, suo illuc per crucem descensu impleret, ad seque summa colligeret; ac rursus cœlestia, sua in cœlos exaltatione, maiestate sua impleret: eumque adeò congeneo Spiritu, vehementis flatus instar è cœlo in discipulos veniente, omnemque eis sensum ac corporis membrum, omnemque motum ac operationem ad pietatem complente: quando visu quidem linguis igneis collucens circumfulgebatur; auditus vero, diuini sonitus fragore sanctificabatur: atque olfactus quidem mysticis gratiæ radiis, tanquam vnguentis perspirantibus suauissimæque fragrantiæ odoribus, efflorebat; linguæ verò bis eximiè afflatæ, portotique theologis excitæ, sic Spiritus vi ad omnem Nationum sermonis vim ac proprietatem componebantur, vt & temulentiæ profani rem adscriberent, per omnem autem tactum, omnemque rationis ac intelligentiæ vim, diuina peruadens gratia, totosque illos verè vndequaque adimplens; extraque seipsos ac mundum omnem constituens (ô beatum & exoptandum excessum! ô laudabilem illam immutationem!) intra Deum esse fecerat: quando nimirum eorum, quæ ad eos primùm dicta à Christo, obscurè acceperant, quæ tunc gerebantur ac præsentia, clara euictio erant: ac quorum obscuris vestigiis fidei vmbras animo effingebant, eorum ibi tunc dilucida ac perspicua adimpletione oculis obuersante rationumque ac cogitationum missa dubietate metuque deposito: omni deinque ignauia, omnique animi labe detersa cœlestis iam vitæ gustum faciebant quando planè præmagnificum reuera maximæ perfectionis arrhabonem nacti, certissimam inde spem diuinissimamque arripuerant.

Iob 32. 8.
Greg. Theol.

Spiritus in discipulos per diē Pentecostes gratia.

E

F

Tunc sanè, tunc rursus æmulatio nihil priore minor insolentem populum inuasit; ignisque aduersarios vorans, aduersariam Deique inimicam factionem, aduersus apostolicam (diuinam scilicet) fidem ac consilium accendebat. Quemadmodum autem initio scelestissimus ille, suam Iasv apparitione conuellendam tyrannidem sentiens, Iudam quidem vt proditor esset, suscitauerat? omnemque incompositam plebem cogens, ad deditionem, turbasque consciuerat; Pontificesque ac Scribas omnes ad deicidij scelus animauerat: tradebatque Pilatus ignoarium, ac milites illudebant: exaltata denique cruce, iustus cum sceleratis illi confixus fuerat: hincque adeo res ea animo impiis cedere videbatur, extincto Iasv, eius abrogata doctrina, dispersis discipulis. At imprudentes nequitia sua prauisque consiliis Christi gloriæ viam perstruebant, sibique ipsis probrum ac exitium æternum arcessebant.

Isa. 26. 11.

.Quemadmodum igitur hæc ante Spiritum, sic & post Spiritum. Quod namque Iasv opus Spiritus munere in Apostolis rursum instaurabatur, magnumque resurrectionis miraculum magnificè prædicabatur.

G

Qui paulò antè profugi, pauidi, trementes erant, cum magna virtute palam loquentes testimonium Deo reddebant. Qui ad portam speciosam templi claudus sedebat, erectus; Thabita à mortuis suscitata: morbus omnis & languor, nedum precibus ac sanctæ manus contactu, sed & sola discipulorum vmbra curabatur. Atque vt summa dicam, cuncta Christi opera, quin & maiora quàm ille operatus erat (pro eo ac fuerat pollicitus) in Magistri nomine fiebant. Quod itaque hæc eum in modum fieri cernebantur, furore rursus inceditur cædium auctor; accenditur & illi succenturiata omnis Synagoga. Vibratur gladius, arcus tenditur; romphæa suscitatur, ac bellum aduersus Ecclesiam conflatur.

Act. 4. 33. & 5. 36.
Act. 3. 7. & 5. 15.
Ioan. 14. 12.

Primùm igitur, præceptis, minis, carceribus, plagis, sacros Verbi Theologos se illam territuram existimans; ipsorum (ô impietatem! ô consilij malignitatem!) diuinam inhibere doctrinam nitebatur.

H

Vbi autem frustra se conari sensisset (non enim Dei consilium insipientium furore euertitur, nec facilè cedant, qui illius veri patroni ac defensores existunt: sed sicut argentum igne depurgatum, sonoram magis fidei vocem reddere suerunt:) Idcirco consuetam animo repetit cædiom vim ac sæuitiam: atque adeò æmulatione, qua Prophetas occiderat succensa, primùm quidem lapidibus obruit Stephanum, tanquam scilicet placabilem hostiam cruentis manibus illum immolans, qui Christi exemplo pro immolantibus preces offerebat.

Synagoga in Christi discipulos sæuitia.
Sent.

Act. 6. & 7.

Gusto percepto Apostolici sanguinis, scelestissima, eoque plurimum delectata, vt quæ cædibus semper gauisa esset, id seriò cogitabat, vt si liceret, pari cum Stephano nece cunctos tolleret. Cùm vero consilium implere non posset; quippe non singulos ad fidem ac doctrinam amplectendum accedere; sed

millenis

A

millenis deniſque millibus per verbi Præſules pariter adiunctis, Eccleſiam conflari ac multiplicari videbat.

1 Pet. 5. &c.

Quid ergo facit? Num diuinis ſignis victa conceſſit operum nouitate, ſplendore ſermonum? Num eum timuit, qui ſuperbis reſiſtit & humilibus gratiam tribuit? Fortem illum in bellis, clarificatum in Sanctis, mirabilem in maieſtate; cuius potentiæ documenta acceperat; atque à pugna cum Deo deſtitit? Minimè gentium: ſed ſicut pridem Pilatum audiens, crucem ac mortem, Sodomorum Gomorrhæque clamoribus aduerſus Dei Verbum popoſcerat, ſic poſtea ab Herode eius Apoſtolorum necem, ſupplex flagitabat.

Gen. 18. 20.

Synagoga ad Herodem in diſcipulos Iesv expoſtulatio.

B

[Nulla, *aiebat*, nulla, Rex optime, genti tuæ ſalutis ſpes. Concidimus, perimus: periculo vertitur ne prorſus à facie diſcipulorum Iesv deficiamus ac interеamus. Non ſatis fuit, quod ille adhuc viuens poſt ſe plebem ſeduxit: ſed qui eo familiarius vſi, illius doctrinæ ſucceſſerunt, noſtram dementarunt gentem: duodecim tribus noſtras perdiderunt: parum abeſt quin populum omnem allexerint. Defectionem à Cæſare docent; in Maieſtatem tuam contumelioſi ſunt; patriam legem euertunt. Neque id modo, verum etiam in ipſum Deum Patrum impij exiſtunt, qui Iesvm illum, qui crucifixus eſt faciant Deum. Niſi igitur ocyus, Regum maxime, iuſtam illis pœnam inflixeris, conſpicuè rei malus exitus erit.]

Quid igitur vero ſimili coniectura dixiſſe Herodem putabimus? [Quid verò operæpretium faciamus? Quî autem aduerſus tantam hominum turbam necі dandam procedentes, non maiorem noxam malumque difficilius reddiderimus? At non aduerſus omnes penitus, *aiunt*, potentiam veſtram exſuſcitari hortamur. Nam prætetquam quod res difficillima, neque fortè Cæſari grata fore videatur; tantis ſcilicet cædibus ciuitatem pollui ac deformari: ſed inſignes eius diſcipulos (ſunt autem illi duodecim numero, quos & plebs omnis erroris magiſtros habet) hoc, ſi duci iuſſeris, Rex clariſſime, tum Deum propitium habebis, tum omni genti pacatam vitam largieris eiuſque nos beneficij memores, gratias quàm maximas habentes, debitam vicem rependemus.]

C

Mox igitur Herodes peſſimo illo inſtinctus conſilio, iniuſtitiam parturiebat. Porro *concipit dolorem, & parit iniquitatem*. Mandatum accipiunt milites, poſitiſque cuniculis inſidiæ ſtruuntur: Iamque adeo diſcipulorum turba, eius vexationis cauſa quæ ſub Stephano facta erat, Ieroſolymis relictis, perque alias extra vrbes atque oppida alij aliò diſperſi, veritatis doctrinam ſecundo conatu prædicant. Magnus autem Iacobus, cùm per vniuerſam Iudæam & Galilæam, vti verè tonitrui filius, Dei Euangelium clarius intonuiſſet, Ieroſolymitanam Eccleſiam inuiſurus iterum reverſus eſt, Repente ergo militari manu corripitur, atque Herodis tribunali ſiſtitur. Cumque atrocius iniuriis petitus, probris complutus, verberibus examinatus, etiam atque etiam iuberetur omnino negare Chriſtum; ſin illi eſſe morte luendum; [Impoſſibile, *exclamauit* virum qui ſobria impartitus ratione ſit, optione facta, tenebras luci anteferre; mortemque vita potiorem ducere: longè verò amplius abhorret vt ſit poſſibile, eum, qui Ieſu Chriſti Deitatis ac beatitudinis ſenſum fecerit, vniuerſorum aliud quidpiam illo ſanctius, ſeu dilectione fideque in ipſum, dignius arbitrari.

Pſ. 7. 15.

Act. 8. & 2.

D

Præclara Iacobi confeſſio.

Abſit igitur, vt qui rerum hanc vniuerſitatem à Deo conditam credit, atque ab eo datos Prophetas ac Legem in Iſraële, Dilectum, eiuſdem ac ille naturæ & Vnigenitum, per quem condita omnia, quæ Pater gloriæ condidit, & in quo conſtant omnia, vnquam negare poſſit. Vnum nobis, Rex, hoc moleſtum; vnum angit & excruciat, quod ſemel duntaxat, non millies pro Iesv Deitate atque gloria mori conceſſum ſit.]

Iacobus capite caſus,

Hiſce ſceleſtiſſimus ille attonitus ac furens, confeſtim duci Iacobum iuſſit, ac beatiſſimum illius caput gladio abſcindi. Neque id mirum, quod iniquitatis ſentina imuſque gurges, Antichriſti præcurſor, impietatis artifex; cùm in Apoſtolos miſiſſet manus, dextrum Eccleſiæ ſuſtulerit oculum: ſed illud dignum admiratione, niſi in maiorem id ædificationem eiuſque ipſius illuſtriorem victoriam, diſpenſatum eſſet. Quin ne hoc quidem ſic mirum, quàm ſi hinc quoque Chriſti perſecutoribus conflatum non eſſet exitium.

E

Iacobus dexter Eccleſiæ oculus.

Beatiſſimus itaque Iacobus tanquam agnus innocens; tanquam ovis immaculatus, poſt Agnum Dei immolatus, & per Pontificem magnum hoſtia viuens, rationaliſque & voluntaria, viventi oblatus, precibus ad Deum pro Apoſtolis interceſſit; interceſſit & pro Eccleſia. Pro illis quidem, vt eis proſpere cederet Apoſtolica functio, pro hac verò, vt à Iudaica liberaretur ſæuitia: ac rumperentur quidem Euangelij hoſtes; malis autem ſoluerentur, qui lubentes illud haberent.

Iacobi preces pro Apoſtolis & Eccleſia.

Huius effectus ſupplicationis, Petri illa inexpectata ſalus; eiuſque à vinculis & carcere per Angelum liberatio, qua ſtatim poſt Paſcha eum Herodes erat ducturus. Neque id modo, ſed & Herodis ipſius diuino numine plaga, qua mox impuro corpore ebullientibus vermibus, violenter animam abrupit. Quin & inde Gratia Gente proſecuta, Iudæis domum in deſolationem reliquit.

Earũ in Petro, Herode & Iudæis effectus.

F

Sed, ô veritatis Euangelij prædicator feruentiſſime! qui cum Petro & Ioanne ſupremam claſſem atque verticem Apoſtolicæ dignitatis tenes: Salue ſis, vt qui Chriſti calicem ante condiſcipulos biberis, ac iuxta quod illi pollicitus eras, ſalutari baptiſmo baptizatus ſis, duplicique præclarè corona condecoratus, Apoſtolici muneris ac ſuſcepti martyrij.

Marc. 10. 39.

Salue, quod cùm paruulus adhuc eſſes ſpiritali, ſtatura & ætate, terreni regni primatum petieris (necenim fiat vnquam vt magnificus animus rei alicuius tenuis ac vilioris deſiderio afficiatur) in virum autem adultus, Regi gloriæ proximam primamque ſedem adeptus ſis.

G

Salue beate Verbi Deique ipſe oculis inſpector, quod piſcationem piſcatione, deſiderium deſiderio, hereditatem hereditate commutans, iis, quæ inſtabilia ſunt, ea quæ manent; iis, quæ in terris & fluxa ſunt, cœleſtia nec vnquam peritura conſecutus ſis.

Gaude quod ſicut nullo medio, cùm in corpore verſareris, Dei hominis conſuetudine in terra prius vtebaris, ſic nunc eidem immediatè ſpiritu deuinctiſſimus facie ad faciem in cœlis inſueſcis.

Gaude & lætare in Domino Deo tuo ac Rege tuo, noſque propitius de cœlo intuere: ac verò purum nobis ac immaculatum, Apoſtolorum ter beatiſſime, & à ſæculi malitiæ inſidiis liberum ſeruans animum, Domino Chriſto incontaminatum vtinam repræſentes, in gloriam Patris & Filij & Spiritus ſancti, in ſæcula ſæculorum, Amen.

H

ORATIO IV.

In laudem Sancti ac celebratiſſimi Apoſtoli Euangeliſtæ Ioannis Theologi.

QVi Magnum Tonitrui Filium laudare iubet, ipſum mihi magnum Dei Spiritum laudibus coronare iubere videtur; quo ille compoſitus ac concinnè colliſus, orbem terrarum ad ſuum conuertit ſonum. Id verò tantum ſermonis noſtri facultatem ſuperat, quantum & humanæ vim comprehenſionis excedit. Cùm enim ſonitum hunc, qui ſenſu percipitur, haud facilè animo intelligamus; quanam quis ratione ſpiritalem aſſequatur, ac qui omni corporis ſenſui præcellit? Cumque id tonitruum, quod per naturam in nubibus venti agitatione conflatur, accuratè verbis explanare non poſſimus: quonam modo eximij illius, cuius ſolus ipſe Dominus conflator ac parens, laudes præſumamus? Quis

Matt. 3. 17.

Tonitrui Filius Ioannes.

A ita in diuinis eruditus, ſicque alto animo præditus? Quis ita terrenis ſuperior ſeſe extulit, parique cœleſtibus celſitudine euaſit? Quis adeo ſerpſo excedens, intra Deum comprehenſus totuſque receptus eſt, vt vel os aperire, ac linguam mouere in Dei Diſcipulorum laudem audeat? Quis ſufficiens, vt nedum omnium ſigillatim, ſed vel vnius illorum virtutis magnificentiam pro rei merito, animo informare, aut verbis eloqui poſſit?

Quænam mens (vt ſumma dicam) quæve ratio ac oratio, magnificæ Ioannis indolis (quinimmo animi Deo ſimillimi, mentiſque diuiniſſimæ) laudes attigerit, niſi is ipſe è cœleſtibus tantiſper adytis deſcendens, diuinæque æmulâ bonitate humilibus accedens, oſque pro Theologi munere diuiniſſimum auribus noſtris accommodans, ſuam nobis, quoad aſſequi licet, in Patris gloriam, laudem intonuerit? Veni igitur diuine Theologe & Euangeliſta, cœleſtis Verbi tuba, ſonora, concinna, mellitis veritate ſonis, omnem Græcorum ſermonis vanitatem ſilentio damnans, omniaque Oratorũ ac Philoſophorum multiplici cõſonantiâ modulata organa theologiæ tuæ alto tonitruo ſopiens, atque omnem Verbo dignum animum ad ſe trahens; nec hominum modo, ſed & ipſarum (auſim dicere) cœleſtium Poteſtatum pereximium auditum ſui deſiderio illiciens.

Ioannis inuocatio.

B

Patris luminum digniſſime interpres ac ſcriba. Chriſti os, lingua Spiritus, veni ad me ſpiritu, qui & ipſe diuinus ſpiritus ſis, tanquam ex Deo Spiritu natus. Ecce cor tibi lene & tranquillum mutuo, veluti que intelligentem hortum ac myſticum, humilem æquabilemque animum præbeo. *Surge Aquilo, & veni, Auſter; perfla hortum meum, & fluent aromata mea.* Te enim etiam Salomon alloquatur. Tu namque Aquilo, vt limpidiſſimis ſcilicet Theologiæ vocibus tanquam puris ac vitalibus flatibus refrigerans, ſuperſtitioſique Numinum cultus algorem atque hæreſeωn incendia diſſipans; hiſque oppreſſa pectora recreans ac leuans. Auſter verò, velut charitatis ſermonibus calefaciens, mentiſque extincto ſenſu ac duritie, diuino omni deſtitutos influxu, eaque ratione infœcundos atque rigentes refouens ac exſuſcitans, vitalique humore replens ac fructiferos præſtans.

Ioannis elogia. *2. Cor. 3. 17.*

Cant. 4. 16. *Ioannes Aquilo & Auſter.*

C

Eiuſcemodi flatibus, iſtiuſmodi ſtridoribus nos ſemper perflans, vir beate, præſta, vt velut quandam ex variis aromatibus odoris ſuauiſſimi fragrantiam, quæ ſermonibus texitur, laudem tibi offeramus. Omnino enim nihil nobis prolixa opus oratione, quibus incumbat vt primum inter Theologos laudemus. Quemadmodum enim Deus, cùm in reliquis omnibus, tum potiori longe ratione in ſermonibus, id amat quod acre ac breue eſt; amant verò & qui diuina tractare norunt: ſic & illi quem laudamus conuenire exiſtimo, vt orationem minimè ſuperfluam, ac modis ſuis coërcitam, quoad licet, offeramus. Quamobrem à nullo eorum quæ extrinſecus ſunt, & terrena quaſi appendice ſequuntur (proſapia ſcilicet, atque patria, vllaue ſæculi claritate) virum cœleſtem celebrabimus (ſuperflua enim, ac nedum celſiſſimo veritatis Euangeliſtæ, ſed neque Sanctis ab eius longè virtute remotis conuenien ut placita, quæ ex talibus laudatio eſt.) Verum terrenis ornamentis ſuperbire eos ſinamus & gloriari, qui ſunt è terra: quibus autem natiuitas atque origo non ex ſanguinibus, nec ex voluntate viri obtigit; ſed Pater quidem cœleſtia præcognitos, pro tempore conformes elegit Vnigenito; Spiritus ſanctus autem, vt qui in Sanctis conquieſcat, atque in eis nouum hominem ac Deiformem ſermone veritatis gignat, in filios Deo adoptauit; ii inde laudentur ac admirationi habeantur quorum, iuxta ſacra eloquia, in Domino laudetur animus; quique adeo cum cœleſti Patre iucundiſſimè celebrentur.

D

1. Ioan. 13. *Rom. 8. 29.* *Iac. 1. 18.* *Pſ. 33. 3.*

Inde cunctis quidem Sanctis apta laudatio, velut ex vno Patre luminum prognatis; cum primis verò Coryphæis, antiquiſſimiſque Verbi Theologis; ex quibus, Petrus quidem tanquam fidei petra firmiſſimumque fundamentum honore prælatus eſt; Iacobus verò, vt qui primus Apoſtolorum, calicis ac baptiſmatis paſſionis Chriſto ſocius, ſanctæque fidei baſis Sanctis eſſet futurus. Tu verò, ô beate! ſumma Apoſtolicæ maieſtatis arce erepta, vt qui ſupremam virtutum (Charitatem dico) præ cunctis illius conſortibus dilexeris, eximieque tibi illa placueris, ſummè eam colueris; inque ea vere dilecto ac chariſſimo Deo Verbo, Deique Vnigenito neceſſitudine deuinctus ſis. Nempe hoc tibi animi incitationis ſummique in Deum aſcenſus initium. Hoc & veſtræ nota propria atque inſigne beatitatis, pulcherrimum peculiariſſimumque, ac quam maximè ſingularis gloriatio, velut præ Sanctis reliquis magis propria; IESV nempe dilectio, qua vtique ſuauiſſimi mentis veſtræ decoris, diuinæque formæ præſtantia eluceſcit. Quemadmodum enim nihil ad ſpeciem maius, ne ſubtili quidem cogitatu aſſumi queat, ſpecioſo forma præ filiis hominum: ſic quem ille ſingulariter amauit, primas vtique animi pulchritudinis laude præ reliquis retulerit. Nec enim adeò dilectus eſſet, vt & vna ferè illius nota propriaque diſtinctio Charitas foret ac dilectio, niſi probitatis morumque lenitatis, atque Dei ſimulacro bonitatis abundantia, maxima cum diligenti neceſſitudine, à ſe quoque certa quadam ratione ac pro modulo, dilectionem ipſe contuliſſet. Diligere enim eos qui ipſum ament, diſertè pronuntiat Dei Sapientia.

Proœm. in Apoſtolis, Pe-

E

tri, Iacobi, Ioannis decora.

Ioannis præſtantia à charitate.

F

Pſ. 44. 3. *Ioannes animi pulchritudo illa omnium.*

Prou. 8. 17.

Omnem igitur diuinam actionem, omnemque eximiam contemplationem, velut ex quadam radice, ex Chriſti in eo dilectione ſurgere: ac quicquid ageret aut loqueretur, dilectionis fructum eſſe; qua ille totus excedens ac continue quaſi emigrans, ſemper quidem in ea Deum contuebatur; hancque adeo diuinæ Legis plenitudinem, Deumque eſſe ac Deificam nouerat; cuius ſcilicet extrema, perfectiſſima imperturbatione ac mente puriſſima, nactus eſſet.

2. Cor. 5. 13. *Rom. 13. 10.* *1. Ioan. 4. 8.*

G

Cæterum videamus, vnde à principio motus, & qua prouectus ac proficiens via, ad perfectionis hanc ſpeculam ſubuectus ſit. Iam enim magna veraque luce iis exorta, qui ſedebant in tenebris; ac quidem Patre gloriæ, Filium, eſſe chariſſimum, eum qui intingebatur, cœlis intonante; è terra vero, ipſo qui intingebat, Agnum Dei eſſe teſtante, quin & Spiritu in columbæ ſpecie deſcendente, atque amborum teſtimonium obſignante, præter reliquos Verbi diſcipulos, in Zebedæi quoque filios, velut Solis quidam micantis & ſplendor cecidit; ac quaſi ſcintilla quadam, eius cui teſtimonium perhibebatur, illis coruſcante, cùm breui poſt diuiniſſimus ille ſonſque Deitatis illos præſtò vocaſſet, ne momento quidem obſequi diſtulerunt. Non conſuetudinis ſuorum, non amicorum, non æqualium; neque prorſus cognatorum, ſodaliumque neceſſitudinis vinculis inhibiti ſunt; ſed & omni ſubſtantia, paternaque domo, quin & ipſo patre vna cum naue ac nauicularia arte relictis (ô fidem!) IESVM ſequuntur, nedum corpore, ſed magis ſpiritu; vero illi ſincero que cordis amore deuincti.

Iſa. 9. 2. *Matt. 3. 17.* *Luc. 3. 22.* *Ioan. 1. 29.*

Ioannis vocatio, promptáque obedientia.

H

Ac quidem ſermonum gratiæ diuino ex ore ſalientium, radiis animo colluſtrati, inque nouum hominem ac deiformem transformati: admirandiſque operibus in fide roborati, ac dilectionis flammam de die in diem ſuſcitantes, velutque nobiliora, vegetioraque ac magis virentia germina, pinguique ac opima ſubiecta humo conſita, nec non ſedula plantantis diligentia exculta, citius proceritate augeſcunt, altiſque firmata radicibus, tum citò craſſeſcunt, tum fructum, vt par eſt, longè vberem proferunt; ſic probatiſſimi Verbi Diſcipuli, cùm honeſta maximè atque optima præſtarent mentis indole, quà ſacris ſapientiæ orgiis initiabantur, altè animo deſixi? quà verò operum Chriſti magnificentiam contuebantur in cœleſtem fidei ſublimitatem mente ſurrecti, nobilem ac maturum dilectionis fructum reddebant.

Simile ab agricultura.

Hinc nempe adepti, vt cum in minoribus fideles

Luc. 16. 10.

extitiſſent

A

extitissent, etiam in maioribus fideles haberentur: operumque IESV splendorem perfectioni fidei permittentes, supersubstantialis quoque deitatis, quoad humanæ naturæ concessum est, compotes efficerentur. Non enim vulgo seipsum credebat qui substantiam omnem excedit, quod cuiusque occulta cordis palam intueretur: nec cunctis repente discipulis; sed illis assumptis quos digniores nouerat, ac maiori cæteris fide præstantes; subductisque illis ad Thaborij excelsa, suam eis claritatem leniter transformatus ostendit.

Ioan. 2. 24. Matth. 17. 1. Marc. 9. 1. Luc. 9. 17.

Id quidem, non Ioannis duntaxat, sed & Iacobi & Petri fidei aperta probatio est: perfectæ verò dilectionis certum indicium; Theologi in mystica cœna super vitalissimum pectus recubitus. Quod enim discipulorum corda, idcirco quod prædictum erat, fore vt communi mensa cœnantium vnus, Magistrum traderet, turbationis atque mœroris, vt par est, anxiique timoris plena erant: nec vllus palam interrogare audebat, excepto duntaxat qui sacræ dilectionis perfectione excellenter præstabat, cùm Magistro proximus discumberet, tantisper ad eum ascendens, omnique reuerentis pectus suum Dominico admouens, osque illius auribus adhibens (ô beatam religiosissimamque audaciam!) ex illo percontatur proditorem, eumque signo intincti panis docetur.

Ioannis excellentia charitatis, quod supra pectus Domini recubuit. B Ioan. 13. 23.

Clarius verò expressiùsque in extremum, deificæ dilectionis necessitudinem seu perfectionem, solus mysteriorum auctor IESVS in cruce quasi ænigmate ostendit, dum Matri prædilectum Discipulum tanquam filium commendauit, Matrisque curam corporalem in eum vt filium retulit; ac velut sui permutationem, pretiumque Dei Genitrici traditum, veriori gradu fratrem sibi eum adhibuit.

Ioan. 19. 26. *Quod Mariæ datus in Filium.*

Quia enim reliqui omnes discipuli (absit, vt quod molestum est totum dicam) irruentem potestatem tenebrarum, Iudæque cruentam grassationem nec non Iudæorum rabiem ac sæuitiam, aduersusque Saluatorem vesaniam non ferentes, fugam arripuerant: tu verò ex omnibus tanquam firmi ac tolerantissimi animi, vt qui maiori fortiorique amoris vi Magistro deuinctus esses, cunctis illi salutaribus cruciamentis comes, præ illo ferè dirius molestiis afficiebaris; qui nempe tanquam acutissimis iaculis viscera transuerberaretis, valdeque acerbis illius causa doloribus animo exurereris: condolebas quod verberibus excipiebatur, variéque colaphis dehonestato miseratione afficiebaris: sed & cruci affixo solus cum Maria astans, vna & ipse quodam modo cruci suffixus eras; qui videlicet clauorum pariter perforationes lanceæque punctionem, lethales animo ictus exceperas. Idcirco igitur non hos frustra sustinuisti laborum aculeos, sed cum operibus verum amicum prætulisses, alter ille visus es. Hoc veræ amicitiæ munus; hoc sacrorum laborum æquale dignumque præmium; qui nempe supra quam summè eximiam Verbi amicitiam (seu potius Fratris dignitatem & nomen) cunctis dignius magnificentiusque consecutus sis. Etenim non corporis indulgentiore cultu deliciis sed molestia ac tentationibus probata amicitia, claram erga amicum puramque amoris vim ostentare nouit.

Ioannis singularis in cruce constantia, eiusque merces. C

Ioannes, alter Iesus: sic & Chrysostom. ἀλλὰ νομίζεις. D Sent.

Igitur ad vitalem vsque passionem ac resurrectionem tentata Apostolorum fides, ac qua in eum ferebantur, qui sponte nostri causa morte functus esset, probata affectio; quod offendiculo omni superior, ac Domini tentationibus inuiolabilis perstitisset, inde iam ceu diuina quædam, veræ illa amicitiæ fideique digna præmia, consequitur. Quænam verò illa? Primum quidem ipsum triduanum à mortuis suscitatum Christum videns, illarique cruciatus symbolis, mysterij resurrectionis fide roborantur. Ad hæc Spiritum, partim quidem primum eius qui suscitatus erat spiraculo; perfectius verò illo è terra in cœlum recepto, in sono vehementi linguisque igneis è cælo in ipsos venientem suscipiunt: cuius & munere accepta in omnes Gentes potestate, ac principes constituti super omnem terram; alius aliam partem ad Apostolici muneris functionem sortiti, ad suam quisque prouinciam proficiscebantur.

Christi in Apostolos à resurrectione munera. Ioan. 20. 22. Act. 2. 2. Ps. 44. 17.

E

Magnum verò Dei Verbi Tonitruum, plenus ille supernæ theologiæ crater, Apostolorum oculus, præclarus Ioannes, Asiam in sortem accipit, tanquam videlicet vir sermone potens ac operibus: Prouinciam nimirùm multis vrbibus iisque potentibus confertam, ferocioribusque ac nequissimis populis longè plenam; populis scilicet diuitiarum affluentia inaniumque vento opinionum superbientibus; Græcorum quidem sapientia gloriantibus: sed qui Deorum arctius errore innexi tenerentur.

Asia Ioannis prouincia.

Ad hos magnus Apostolus cùm se contulisset, omnesque eorum animos superstitionis caligine obrutos cerneret; captosque omnes à diabolo, atque in eius intentos voluntatem spiritu animaduertisset, nihil morandam Spiritus iussionem putauit. Non aggressionis arduo offensus animo est, neque verò in dubietatis ac diffidentiæ incidit rationes: sed in Christum in ipso manentem, versis oculis, non aduersus homines; sed dæmones, nec aduersos captiuos, sed in ipsum primò tyrannum, ea quæ mente intelligitur armatura Spiritus instructus est.

F

Atque hunc primum Christi tum exemplo, tum potentia, alligare statuit; sicque eius arma auferre, atque ea ratione captiuos recipere: nec non decori domus Dei (Ecclesiæ scilicet) spolia diuidere. Num verò sic quidem Christi exemplo cogitauit ac statuit, segnius verò cum hoste conflixit? aut congressus quidem strenuè est (id est, ex Euangelij norma) certamen tamen inchoatum ac imperfectum reliquit? aut exhibuit quidem perfectum, non sic tamen vt omnimodis IESV similitudinem assecutus sit? Nequaquam; sed sicut Christum prius, non ex parte, sed totum animi sinu exceperat, eamque ob rem cunctis simul diuini Spiritus virtutibus stipatus instructusque erat, sic quoque salutaris ministerij opus, perfecta cum eo similitudine, perfectum Deo repræsentauit. Ac sicut ipse primus cœlorum Rex, non sola potentiæ abundantia parentem malitiæ voluit subiugare, verum etiam sapientia, verum etiam iustitia, vt qui simul omnia, & potens & iustus & sapiens esset: quinimmo ipsa verè sapientia & iustitia & potentia: atque vt sibi quidem illustrem victoriam, aduersario autem illustrem firmioremque ruinam efficeret, eadem assumpta forma cum illis qui læsi iniuria fuerant, inque sapientia & iustitia cum hominibus conuersatus, frustra nequissimi malitia persecutionem sustinet, insidiisque ad mortem appetitur. Quamobrem etiam quibus illa iniquè ingruebat, merito transfixus, & in operibus manuum suarum comprehensus, deuictus est, iudicioque damnatus, sic manu Dei tyrannico principatu deiectus est. Sic quoque prædilectus Verbi Theologus, ad eorum qui eum suscepturi essent, salutem, in Asiam ingressus, atque in vnam primùm in ea Metropolim maximam scilicet Ephesum veniens, non statim aduentu suo & præsentia ciuitatem turbauit: non ciuium confestim animos magnifica Euangelij prædicatione perculit; sed in sapientia cum externis ambulans, ac tempus, quod malum esset, redimens, benigniori indole modestoque gestu atque habitu, & leni alloquio, cunctis ad se accessum facilem placidumque præbebat; vitæ verò disciplina, variaque ac exculta virtute, inaccessus pariter ac mirabilis erat.

Matt. 12. 29. Marc. 3. 27. Luc. 11. 21. Ps. 33. 8.

G

Ps. 9. 17.

Ioannis ad Ephesios ingressus ac modestia. H

Ac ipse quidem continentiæ rigore, infracta patientia, iugi precum instantia cum mentis tranquillitate ac lenitate spiritus, Deo seruiebat: malitiæ autem princeps, qui externa quidem specie hominem, mente autem Angelum videret; tantisper inferius terram contingentem, superius verò mente cœlos penetrantem; quique deos omnes ac dæmonia excuteret, sensimque hactenus ad se adeuntibus IESV doctrinam proponeret; acerba confestim æmulatione accensus est, cùm inde futuram sibi ruinam præsagiret. Tanquam autem ignitis iaculis inuidia succensus, varias Christi discipulo tentationes sus-

Ioannis Ephesi certamen.

citati

A citat: acrenditque in eum primo quidem mulietem zelotypam ac procacem, ea in ciuitate facilè principem habitans, exindeque tum plèbeculæ tuio & procerum Ephesiorum nequissima rapita. Ac quidem linguis velut nouaculis acutis, linguisque dolosis, vt videbatur, turbabat atque terrebat; vulneribusque & carceribus & plagis exterrebat, molestusque ingruebat & affligebat, vt si liceret, ipsam etiam vitam adimeret; siu verò, vel suis eum sedibus deturbaret.

Quandoquidem igitur iniquus ille virum iustum hisce lædere satagebat, eum deinceps aduersum se suscitat. Quinimmo, potentissimam in eo in caput suum, miser ille exsuscitans dexteram, ipse quidem euellitur, ac tyrannica iustè potestate deiicitur; inferisque profundo earenis detrusus caliginis ad suum parentem præceps agitur: Inde iustus dirigitur, ac Iustorum Deus exaltatur: atque aufertur quidem caligo ab humanis mentibus; lux verò magna in Ioanne exorta, tectum omnem attrahit animum.

S. Petr. 2.4.

B Sic qui gentis perniciem satagebat atque illius architectus erat, non in Dei virtute solum, verumetiam Apostoli sapientia & iustitia excussus, proiectus est. Quorum autem ille nuper ductor erat, alius post alium velut in turgentes fluctus concitati, magnæ Lucis filio admoti, ac veritatis doctrinis emundati velutque rudimento imbuti, erroris caligineum exuebant, magnamque veræ scientiæ lucem per lauacrum regenerationis induebant. Stabat vero præco, clarum gentibus ac salutare tonitruum insonans. [Viri, *aiebat*, quotquot Spiritus sanctus corda tetigit; venite ad me, & videte opera Dei ac veritatis, mentisque oculum illuminamini. Audite veræ sapientiæ verba, audituque illustramini, intelligite & sentite eum, qui vere Deus est.

Ioannis exhortatio.

Cognoscite Deum Patrem omnipotentem, innisibilium omnium ac visibilium rerum creatorem. Cognoscite Deum Verbum ante sæcula supra omnem rationem ex illo natum, per quem omnia fecit. Cognoscite Spiritum sanctum ex Patre sine tempore ac indiuise procedentem, omniumque cum Filio conditorem, ac qui per essentiam cuncta repleat. Intelligite Tria Deum vnum, vnamque naturam & potentiam & regnum; vnumque Dominum in tribus pari dignitate personis adorate. Intelligite, missoque quem à parentibus accepistis, errore, ad veram lucem accedite. *Accedite & illuminamini, & facies vestra non confundentur.* Videte quia *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Vnigenitus Filius, qui est semper in sinu Patris, verè homo hominum causa ex sancta innuptaque Maria Virgine nascitur, ac per omnia, vno peccato excepto, similis nobis efficitur; concessaque per baptismum remissione peccatorum, ac per crucem ac resurrectionem à morte ac corruptione liberans, Patri reconciliavit. Hic & modo (quod illius opus proprium) posuit in nobis reconciliationis sermonem. hanc vobis salutem annuntiatum nos mittens.

H.b.1.a. C

Ps. 33. 6. Ioan. 1. 14.

Recedite igitur ab omni dæmonum vanitate. Omnis idolorum cultus, omnis vitij ac improbitatis noxiam consuetudinem procul à vobis abiicite Fidei Lege, quæ est in CHRISTO IESV; Lege Spiritus sanctitatis eius, si vixeritis, ab ira que de cœlo superueniet impiis liberabimini, immortalisque gloriæ ac vitæ æternæ compotes efficiemini. Ne verò inanibus verbis à nobis deceptos vos existimetis; adducite mihi qui in vobis labe aliqua vinoque laborant, ac curatione egent, vt me non in sermone tantum ad vos venisse, sed longè amplius in virtute appropinquate ad vos regnum Dei videatis.]

D

Statim ergo illic loci videre erat, solo Theologi verbo dæmonia ab obsessis corporibus fugere, erigi claudos, cæcis lumen, surdis auditum restitui, doceri balbos disertè loqui. Videre erat precibus mortuos exsuscitati, mundari leprosos; omnemque morbum ac omnem corporis labem, solo manus sanctæ contactu sanari: ac quidem omnem præstigiarum magicamque artem, nec non etiam dæmonum omne maleficium asturiamque, per Christi in eo potentiam destrui omnem denique illuminantem atque purgantem initiationem, omnemque gratiam ac scientiam consecrantem se deificantem in Fidelium animis præstari. Totum enim Christum per Dominum Spiritum præstantissimus Spiritus dispensator indutus quæ hosti vndequaque inaccessa essent ac impervia gerebat; rectumque omnem animum ac boni forma imbutum per Spiritum obsecrans, ad eam cuius doctor erat atque assertor, doctrinam componebat.

E

In eum modum magnus Euangelij Sol, nedum Vrbem Asiæ principem, sed & omnem deinceps prouinciam vrbesque omnes & oppida, ex eius, quam dicebam, normæ ratione, obiens, dæmonum sacrificia omnia ritusque abrogabat; Pastoresque ac Sacerdotes constituens, Ecclesias per loca Christo erigebat. Cùm igitur optimè, eaque, quæ miraculum omne vinceret, sedulitate, Spiritui ministraret, ac magna quidem sermonum sapientia, maiorique operum virtute: sed & annis iam moltis Asiam omnem, omnemque Orientem Christi cognitione imbueret, in quæ ærumnas nimium quantas Euangelij causa incidisset, innumerasque ab erroris antistitibus insidias sustinuisset, ad hæc etiam in insulam Patmon ab iniquis principibus exilio relegatus esset; quod Vir beatissimos coarctari se videret, ac in proximo esse vt ad Dominum ingrederetur; intelligensque vim maximam temporis esse, ad ea quæ bona ac honesta sunt, obliuionis alto gurgite mergenda ac abolenda, incitatur, qua imbutus erat, boni indole, qui ipsius verè bonitatis speculum esset, ad conscribendum sanctum Euangelium; inardescitque in eximiæ theologiæ amorem, tum Dei Verbi inhabitantis instinctu, tum eorum qui fidelissimi in Ecclesia erant, precibus atque rogatu.

Ioannis per Asiā Apostolica muneropera.

F

Ioannis motiua conscribendi Euangelij.

Lectis verò, quæ illo priora conscripta erant tribus Euangelijs, animaduersoque magis in eo versatus esse, vt ea quæ spectarent ad Dominicum corpus, enarrarent sublimioribus ipse diuinioribusque sermonibus animum intendit: omnique rerum in aspectum cadentium natura omissa, earumque quæ mente intelliguntur ac supermundanæ sunt, purissimæ mentis acumine per spiritum superata substantia; relictisq; Cherubim & Seraphim prætergressus, ipsi sincere ac immediate Prædilecto iungitur; illicque mentis intelligentia præstantioreque pridem ratione, ac intelligentia solertissimum pectus diuinissimo pectori illidens, osque sagacissimum ipsius oris Sapientiæ admouens, velut quoddam illius viuum sublimis ac deificæ theologiæ fontem reserauit.

Euangelij Ioannis sublimitas.

G

Eius exordio, Verbi in principio apud Patrem prææternamque supersubstantialem coëxistentiam pro Theologi partibus tradit; tradit verò etiam eius Incarnationem; paucis diuinisque vocibus, omnem quæ de illo est, sublimi ac magnifico præconio velut tubæ clangore executus diuinam prædicationem. Tumque commentatur in Spiritu conscribitque, Christi tum doctrinarum tum operum præcellentissima summeque admiranda & noua, aliis fere Euangelistis omissa. Cumque diuinis cuncta sermonibus conscripsisset, Deique vocibus omnia absoluisset, atque *in iustitia* (vt Esaias loquitur) *abbreuiasset*; hoc à se conscriptum Euangelium in orbis fines detonuit: fulgur nimirum ignitumque einsmodi turbinem, vt consumendo sit ac incendendo quicquid demum hæreseon extitit vnquam, aut ve existet; omnisque fidei ac Theologiæ, veritatis terminum normamque inviolabilem statuent, atque hoc vniuersæ Christi Ecclesiæ nouum fœdus ex Christi exceptum ore, tradens: tantò scilicet scripto olim Mosi in tabulis maiorem habeon venerationem, diuiniusque, quantò nouum veteri, Lexque spiritus & veritatis, Legi literæ præcellit. Atque hæc hactenus.

Ioannis Euangelij summa.

Isa. 10. 23.

Vis ac præstantia. H

Quia verò Spiritus ministerio Euangeliique functione (sublimi scilicet Apostolici muneris opere) consummato, tanquam reuera fidelis ac prudens dispensator, ac qui in pinguem iam senectutem peruenerat; dissolui cupiebat; siue, vt melius loquar: corporis corruptionem incorruptione mutare (semper enim animo mentisque cogitatione Christo in cœlis coniunctus, solo corpore parteque sui oculis conspicua, in terra versabatur.)

Ioannis mors.

Phil. 1. 23.

Quia igitur consummationis dies aderat, assumptis Vir Beatus discipulorum fidelissimis, ac tantisper Epheso

pro

A progressus, collemque assecutus, sepolchrum fodere præcepit. Tumque oculis in Deum levatis manibusque in cœlum extensis, totus palam extra se, precibusque Deo excedens erat. Vbi autem orandi finem fecerat, ad adstantes conversus, illisque divinorum mysteriorum explanationibus præclarisque hortamentis ac documentis ad virtutem facientibus ritè compositis, intra fossam mox subit, & in ea decumbit, Obductoque asseribus sepulcro, cùm in crastinum venissent, pro eo ac iussi erant, emotisque asseribus (ô rem miram!) ipso minimè invento, qui palam ad Deum concessisset, translationis eius seu resurrectionis certo vestigio, vestes offenderunt.

Ioannis translatio aut suscitatio.

Ioan. 21. 23.

Non enim par est, vt velut Eliam, mortali eum corpore adhuc vivere existimemus (*Non enim dixit ei Iesus*, inquit, *Quia non moritur*) neque vt reliquorum defunctorum more eum diem extremum expectare dicamus: sed cùm virginale illud sanctumque tabernaculum tantisper reliquisset, ad eum ingressus qui cœlis excelsior est, ac quantum necesse videbatur vt mortis periculum faceret, vera statim in Christo vita apprehensa, munus hoc, ac velut singulare excellentis dilectionis præmium nactus est, vt & corpore à corruptione immunem vitam ageret; ac Deiparæ Matri in superno atque cœlesti paradiso in exultatione contubernalis esset. Sicque arbitror existimandum, quod iuxta Evangelicam sententiam, Domini expectat adventum.

B

Ioannes vedinivus est Maria in cœlis.

Huc loci deducta oratione, Ioannisque deitatis ac magnificentiæ, quam assequi nequeamus, supra modum admirati, omnique maiorem comparatione sanctitatis eius præstantiam suspicientes, inaccessa cantientium vi, litare silentio cogimur. Paucis tamen prædilectum Deo ac venerandum animum allocuti, dicendi finem faciemus.

Salve sis verè dilecte ei, qui dilectus est. Salve sis, soli decoris auctori ac supra modum decoro Christo valde amice, velut qui decore animi, decore spiritus, mentisque ac intelligentiæ honestate ac rectitudine, illius cunctos dilectus superes.

C

Salve sis pulchritudo intacta mentisque illibatæ, cœlestis ac mystica, inaccessa, longeque eximia. Salve sis Virgo corpore, quod nullam vnquam carnalis libidinis labem contraxeris; Virgo animo, quod ne mente quidem vaga vlli vnquam corporali formæ adhæseris: Virgo spiritu, velut puro corde purus; vt qui velut casta sponsa, cœlestem verè Sponsum agnoveris; ac castissimè dilexeris; digneque illi cognitus & manie consertus atque commixtus sis; Etenim, *Qui adhæret Deo, vnus spiritus est.*

1. Cor. 6. 17.

Salve sic vere ac fidelis Dei verbi discipule & amator, cultorque; ac gaude, quod ille cum Patre veniens, verè apud te mansionem fecerit: quod eius servans mandata, in illo manseris, ipsumque in te in perpetuum manentem habeas, divinam apertè tibi gloriam manifestantem.

Ioan. 14. 23.

D

Salve sis Dei frater & hæres; frater verò & cohæres Dei, qui cuncta regni Dei mysteria doctus es, quique divina revelatione quæ eventura sunt elatè videris omnia; atque ea, quoad concessum est, conscripta ac consignata Ecclesiis tradideris.

Rom. 8 17.

Divina Ioannis Apocalypsis.

Salve sis, solus nunc corpore vna cum Deipara matre incola paradisi, ac qui inde spiritu totam lustres terram ac perspicias. Nos propitius intuere, beatissime Theologe & Evangelista! vndique Epistolis tuis, ac divinis prædicationibus confirma, atque præceptis compone: nosque rege & extolle, Deoque in æternum siste, in gloriam Patris & Filij & Spiritus Sancti, in sæcula. Amen.

***

E

ORATIO VII.

In laudem Sancti laudeque clarissimi Apostoli Thomæ.

LAudabilis pro Sanctis assumptus amor; meritò autem longè omnibus laudabilior, qui Apostolorum gratia, eorum qui sunt digni animos incessit; tantoque amplius, quantò & illi excellentia sanctitatis, sanctitatem omnem vincentis, Sanctis omnibus purius veriusque necessitudine coniuncti sunt. Amore igitur & desiderio, dignos vere qui amentur ac desiderio habeantur, Sanctorũ choros prosequamur: omnium autem maxime, qui divina similitudine omnes præcellit, continuoque excedenti omnem substantiam cohæret ac necessitudine coniunctissimus est; eximium dico digneque amabilissimum sublimium duodenarium Apostolorum cœtum.

Apostolici cœtus præstantia.

F

Tia et laus singularis.

Hunc desideremus, hunc æmulemur; ac imitatione (quanta per facultatem licet) illius socij effici studeamus. Sic enim per illos, supremo desiderabilium, in eis habitanti Christo, prope accedemus; ac beati reipsa (vti sacrum perhibet Eloquium) erimus, qui impleamus desiderium nostrum ex ipsis, nec simus confundendi, cum in vitæ portis constituti, inimicis nostris occurremus. Haud enimvero infructuosum quoddam ac simplex erga illos desiderium amoremque profiteamur, sed quod efficax verumque existat, in rem conferamus; ac vitæ quidem perfectione, limpidiorem (quoad licet) similitudinem exhibentes: doctrina verò atque sermone laudem eis congruam depangentes, vtroque qui in illis sanctificatur, Deum sanctificemus.

Ps. 126. 5.

Est igitur, quemadmodum vnus pariter duodecim Pater Deus, Magisterque & Dominus atque Præceptor, Christus; vna quoque fides & gratia virtusque Spiritus Apostolicique muneris functio, ac eadem præmiorum retributio, sic & eadem laus omnium Discipulorum existit: quod tamen alia aliaque ratione emigrarunt è corpore & ad Dominum commigrarint, necessario quoque propria cuique laus ratione dependitur.

G

Apostolorũ laus vna & cuique propria.

Quisnam igitur est qui sacrum hunc conventum seu chorum hodierna die constituit, impletque claritate, ac mira voluptate ac iucunditate Ecclesias vbique afficit, eaque ad Dei laudes concelebrandas congregat cœtusque cogit? Num cunctis manifesta Festi ratio ac causa? Nempe Thomas magna illa Evangelij fax, non corporalis sensus ratione, sed spiritalis, mentisque fulgore nobis exoriens, lucidissimosque suæ memoriæ micatus vibrans, ad ipsius convocat celebrandam gloriam. Thomas nimirum pretiosus lapis ac venerabilis electusque, coronæ gloriæ cœlesti plexæ Sioni. Vndecim adiunctus implexusque catervæ. Margarita omni parte lucida, animi simplicitate mentisque puritate ac perspicuitate, toto ipso simplici divinoque lumine sinu suscepto, magnificosque à seipso obcæcatis caligine gentibus illustrationum fulgores refractu emittens Thomas; qui & Didymus. Hæc enim nominis interpretatio atque notio. Porrò Didymus appellatus est, quod non solus, sed cum altero illique gemellus vno partu editus est.

Thomæ elogia.

H

Ioan. 20. 24.

Thomas alteri gemellus.

Hic vero in terrestre cœlum (ædem scilicet suam) Fidelium turmas in concionem vocans, suaque miracula ac præclara gesta spiritali convivio lautaque epulatione apponens, omnem magnificè dapibus reficit ac recreat animum: non qui corpore conspiciatur, sed qui spiritu credatur; nec qui vno loco corporum more circumscribatur, sed qui omnibus toto orbe Ecclesiis (quippe divinus spiritus, tanquam ex Deo Spiritu natus) spiritalem gratiam solaci perspendeat micatu, omniqꝫ iucunditate adimpleat, atque operum suorum radio seu claritate Patrem qui in cœlis est, glorificet. Cumque adhuc vitæ superstes ac in carne agens, aliud nihil tum

Thomæ Ædes sacra in Palatio C. P.

1. Cor. 6. 17.

A verbis, tum operibus præstaret, quàm quod Patri videretur: potiori longe ratione corpore solutus, ac spiritu Deo contemperatus, nullo tædio ac labore temporisque momento, velut quædam cœlestis Mens urbem pervagens, cunctosque simul supernè intuens, ad Dei laudem ac gloriam operum suorum ac passionum memoria, alacres reddit.

Thomas itaque ante mundi constitutionem, conformis futurus imaginis Vnigeniti cognitus ac prædestinatus, quod tempus apparitionis aderat, quique Apostolicum Senatum essent impleturi præsto eligendi erant, ipse pariter cum reliquis ad sacram illam vocationem evasit: Vocatusque, haud segnium more vocantem repulit; aut cum obaudisset, ac tantisper illi adhæsisset; velut illi quorum modica ac nutans fides, postmodum abit retrò ac pedem refert; vel manet quidem vsque in finem, minorem tamen gratiam aut claritatem nanciscitur apud summum omnium Regem, quàm vnus quis ex Coryphæis? Quinimmo sicut vocationis, electionis, comitatus, divini coram Deique ac Verbi, illique patratorum conspectus, ipsiusque ex eius ore sublimium mysteriorum auditionis, vivificatum item societatis passionum, mystici pelvis, panis, Crucis, sepulturæ, resurrectionis, illam secutæ apparitionis; Filij ad Patrem in cœlos receptionis, Spiritusque postea per eum impartitionis; sic plane etiam magnifici ad gentes Apostolatus, signorumque ac prodigiorum; Evangelij denique claræ prædicationis, cum primis pariter summisque Apostolis particeps fuit.

Ioan. 6. 66.

B

Quemadmodum igitur ea parte Thomas, nihil Andrea & Petro & Filius Zebedæi minus habuit, sic & finem primis illis consimilem nactus; proinde etiam eandem ac illi claritatem, paremque honorem apud Magistrum Deumque promeruit. Nisi quis fortè eo deteriorem minoremque putaverit, quod post crucem ac resurrectionem, dubius animique anceps extiterit; malè scilicet opinans, ac qui divina prudenter discernere & iudicio expendere haudquaquam norit. Quemadmodum enim Petrus excellenti fervore negare permissus est, vt tum ipse modestior cautiorque redderetur, tumque eius post negationem trina confessio, cautionis, ac remedij ratio reliquis foret (communis enim sicut cladee, sic & vniversorum fuit victorie) ita quoque Didymus, maiori fervore inque Magistrum alacritate pollens, in dubietatem incidit, ac plus reliquis de resurrectione anceps fuit, & vt ipse lenior benigniorq; evaderet, animiq; contentiosiorie pugna plenius confirmatus, firmiorem perinde reliquis fidem ingereret.

C

Petri negationis ac Thomæ incredulitatis affinis ratio.

Fortè enim operæpretium erat, vt illis primum mysterium curiosius exploraretur, inque eum modum probata Evangelij veritas, indubitata Gentibus traderetur. Sane verò etiam reliquorum discipulorum animos sensim pervadens dubietas, haud pias in eis ac religiosas cogitationes movebat, spectrumque inane esse suggerebat, id quod oculis cernebatur: verùm illi quidem, formidine accuratam fallente rationem, animo incendi, ac partibus secari sustinebant. Tu verò, generosissime ferventissimeque veritatis indagator, non nudis referentium vocibus recipiendam resurrectionem duxisti (quippe res fallax, nec tuta satis) nec solis obrutibus credendam mysterij fidem existimasti (nam & hoc suspectum, cùm & Angeli non rarò Desiderati formam inducere possint) quin sicut Iesu mortem ac sepulturam ipso aspectu ac experimento vsurpaverae, sic quoque resurrectionem, tum ipse tibi primùm, tum reliquis omnibus incontestabilem reddere studens, ipso rei experimento illius tibi certò præstandam fidem flagitasti: vereque suscitati eius corporis, quod passum erat atque mortuum, certe indicia statuens, clavorum in manibus pedibusque apertas cicatrices; beatissimique lateris lanceæ fossionem, mox ac contrectasse, beatam illam vocem eructasti, ac respondisti, *Dominus meus & Deus meus.*

Incredulitatis Thomæ mysterium.

Luc 24. 36.

Mat. 16. 54.

D

Reliquorum discipulorũ fere par incredulitas.

Ioan 20, 28.

O sanctam vocem sancto Spiritu sanctissimè prolatam! quæ scilicet Apostolorum mentes constabilivit, dubietatem curavit, firma cunctos fide composuit. O brevem vocem magnam in se virtutem habentem! quæ videlicet profligatis Hæreticis, rectæ omnem fidei regulam illustret. *Dominus meus & Deus meus!* Non alius Dominus, atque alius Deus. Non alius qui palpatur, alius qui omnem tactum fugit; sed qui assumptæ carnis ratione comprehensus Dominus, is ipse Deus meus, naturâ deitatis omnino absolutus & incomprehensus; qui personæ ratione singulariter; geminè, spectata natura videatur atque credatur. Sic Christum scire velut tessera divinus educat Apostolus: ac sicut Petrus ante passionem & resurrectionem, ita hic quoque Christo iam suscitato, quod in illo vnum est ac duplex prædicabat: quorum Dominus accuratam confessionem ratam habens, suam in ea firma basi constabilivit Ecclesiam.

E

Homil. Chrys. nomine in Thomam & adversus Arianos. Thomæ Petrique confessio Ecclesiæ basis ac fundamentũ.

Quod verò Spiritus sanctus à Patre per Filium (iuxta quod olim promissum fuerat) effusus erat; plenique illius virtute Discipuli, afflatuque repleti, gratiæ in seipsis parturiginem continere non valebant; ac nisi per vniversum sparsi orbem, aliusque aliam in eo complexus nationem, divina bonitate impartirent; nec Deo mittenti placita, nec Iesu benignitate atque præcepto digna, facturos se arbitrabantur: Alij itaque alio missi Apostoli, pro eo vtique ac auctor ipse mittendorum decreverat; probatissimæ autem virtutis terque maximo (quo de agimus) Verbi Discipulo, cùm Parthorum, Medorumque atque his vlteriorum Æthiopum Apostolatum nacto, ac quo in eos modo ac ratione invaderet (ad homines scilicet proficiscens aspectu truces, animique moribus acerbiores) ac cum eis de pietate sermones misceret, haud satis succurreret: quin & ipsum fere illarum Gentium oneris tæderet; omnis in prompto dubitatio & anxietas depulsa est. Ipse enim divinissimus Iesus, incomprehensus ille, nullis terminis finitus, qui in cœlis Patri semper coniunctus est, atque in terris apud eos quos habet necessarios, semper indivisè manet: Hic corporis statura, indole vultusque specie viro assimilis, Mercatorem Indis profectum, recensque Ierosolymis exeuntem ac patriam cogitantem adit. Ad quem Dominus cùm accessisset (ô dominatoris inclinationem! ô servi probitatem!) velut servum, suum vendit discipulum; venditoque se itineris præbet socium, eique occultè semper colloquitur, arcanisque divinis prædicationibus animum ac fiduciam addit. Quin & in cunctis illi viis inaspectabili ratione comes, ab omnique periculo ac adverso casu liberans; vbi quidem divina tractanda forent, divinæque sapientiæ verbis ad pietatem adhortandi auditores essent, vitæ sermonem largo in eo fonte effundebat; vbi autem declarandæ prodigiorum virtus, omni re miraculo maiores ad spectatorum tum stuporem tum fidem præstare tribuebat.

F

Thomæ Apostolatus provincia.

G

Profectio in Indiã Iesu illi comite, ore mercatoris.

Quem in modum magnus Thomas ad Indos abductus est. Indeque Æthiopum ipsis Regibus, cunctisque illius terræ Satrapis ac viris principibus, tanquam mirabilium operum patrator illustris efficitur. Ac sicut ipse Iesus Christus factus obediens Patri, servi formam accepit, seque ipsum dignatione humilians, atque ad mortem vsque prodita subiectione, Patris gratia exaltatus est, supremumque omnium nomen, qua ratione homo est, consecutus, in dextera maiestatis sedet: sic verus discipulus ipsoque filij dignitatis compos, secum animo Domini reputans humilitatem, servi illam derelictionem habitumque non indignè tulit. Non molestè habuit quod ab impiis emeretur: nempe non mœstitiam, sed iucunditatem; non ignominiam, sed honorem, non probrum aut dolorem, sed potius gloriam ac lætitiam ducens temporaneam servitutem: atque palam æmulari se Magistrum ac diligere ostendens, nedum solus ipse veram libertatem filijque decus altius consequebatur, verum etiam innumeros infidelitatis peccatique tenebris obnoxios liberabat, atque gratiæ spiritu ac baptismi aqua mysticè regeneratos, immaculatam prolem plenosque lucis, veræ illos magnæque Luci admovebat.

Phil. 2. 6.

H

Hebr. c. 8.

Cuncta

A Cuncta verò ter beatissimo doctori egregiè præstita, omnemque illius sermonum atque operum circulum, quibus Parthiam omnem & Hyrcaniam & Bactrianam Evangelizans Christo adduxit, conari sigillatim verbis exequi & enarrare, idem merito sit, ac tentare pluviæ guttas numerare. Vt igitur quæ sunt media cuncta contraham, sacri nimirum Præconis ad Indiæ Regem admissionem, regiæ extruendæ pollicitationem, æris regij in tenues personas insumptionem, creata inde pericula, minas, verbera, carceres, ab ærumnis omnibus propitio Numine benignioreque providentia liberationem; ac, ne orationem longius protraham, abyssum enarrans miraculorum, quam multis ægrotis sanitatem tribuerit, quantis cæcis visum, surdisque auditum restituerit, quantos solutis membris erexerit, quantis leprosis, aliove modo corpore oblæsis, aut naturæ vitio laborantibus, vel spiritu immundo vexatis, sine labore vllave mercede, Iesu invocato nomine sanitatem

Cuncta hæc Thomæ circuitus.

B donaverit. Hæc, inquam, vt omittamus, qui scilicet historici pensi, non huius nostri instituti sunt. Vt denique etiam Apostolicæ pelagus sapientiæ contrahamus, ac quomodo Verbum vitæ divinè prædicaret, quod erat in principio, & erat semper apud Patrem, ac pro nobis caro factum est, & propter nos cruci affixum mortuumque ac triduo sepultum; tumque surrexit à mortuis, ac à terra in cœlum receptum est; indeque rursus veniens cum maiestate sua cunctos ad iudicium & rationes eorum, quæ per vitam egerunt, coget: quandoque eius Fidelibus aqua ac Spiritu emundatis, omnique dæmonis errore ac vitæ nequitia & malitia liberatis Dei duntaxat regnum & iustitia eius in Christo Iesu amanda sint. Tantam igitur divinarum doctrinarum actionumque Apostoli abyssum vt historiis relinquamus, vitæ illius fine, orationi finem imponamus.

Ioan. 1. 1.

Quod enim Vir beatissimus divinum cursum consummans, hisque omnibus, quas dixi, gentibus, velox cœlestem sementem, Dei sermonem disseminans, quantus nec numerare quis possit Fideles fœcunda messe Christu offerebat, ac lustrali regenerationis lavacro, sordibus detergebat; omnique sapientiæ atque gratiæ sermone illuminans ac perficiens, alios Pastores doctoresque constituebat (quotquot nimirum fervore fidei animique rectitudine Deo acceptiores noverat) aliis vt pascerentur ac subditi essent, iuxta concinnam illam dispositionem, aptumque ordinem qui Sanctos decet, sacratissimè statuens; Ecclesias pulcherrimas ac longè plurimas Christo excitaverat; par erat, vt quod supremum est, pro omnibus. Magistri exemplo, animam poneret. Hoc enim perfectæ dilectionis certum indicium. Quamobrem etiam, eorum qui adhuc errorem colebant eoque obstinatiores erant, insidiis palam appetitur, lanceisque latera transverberatus Vir summè mirabilia, sanctam beatamque animam, vereque Christo similem ac Christi amantem, ei qui ipsius causâ cruci affixus lanceaque transverberatus fuerat, tradit.

C

Ioan. 15. 13.

S. Thomas laterum trãsverberatione martyrium.

D Non enim decebat, vt qui totum in se Christum haberet, eique præmagnificis patratis miraculis, doctrinisque divinissimis, ac modis omnibus virtutis similis enituerat, non paris etiam passionis socius existeret: Atque ô providentiam! ô Thomæ illam certa consilij ratione dubietatem ac contrectationem, quæ illi similem Christo passionem tantisper designaret! Quod enim lanceæ cicatricem ac Domini latus tangere tunc meruerat, quasi beatissimi illius contactus mercedem quandam, lateris eam transverberationem, in eius quem palpaverat gratiam, postea sustinuit; suaque in fine Dominico vulneri aptata passione, eique modis omnibus factus similis, ad eandem dubio procul claritatem ac regnum sempiternum evasit.

Ps. 47. 7. Latus hoc exhorruerunt dæmones, eosque apprehendit timor & tremor; quodque necis avida incensi æmulatione, lubentissimeque per ministros ipsorum dignos sævitia ingruentes pupugerant, intelligentium mox divinarumque Potestatum stodiis coli animadvertentes, in chaos atque tartarum planctu lugubri diffugerunt. Latus hoc reveriti sunt Angeli, vt Iesu lateris typum & exemplum; indeque diffluentes cruoris stillas, velut sacrum Domino libamen offerunt. Laudarunt Archangeli ac honore prosecuti sunt; quin illius ictu recepta sanctissima Anima, læti plauserunt. Glorificaverunt Principatus, Potestates exaltaverunt. Virtutes magnificarunt, Dominationes humanissimè acceperunt, sanctissimique Cherubin ac Seraphin suavissima quadam laude divinissimoque cantico, Domino Sabaoth lætantem, eximieque Regi gloriæ exultantem, præsentarunt.

E

Thomæ latus trãsverberatũ.

Ipsum hoc latus adorat Ecclesia, eiusque guttis pullulans lætatur. O latus, tuo ipsius vulnere eum vulnerans, qui ictum infixit; passionisque imitatione eum glorificans, qui tui causa lancea transverberatus fuit! Latus, non veteri Adamo factum transgressionis causa, sed novo iustitiæ materia!

O Lancea, exteriori specie necem inferens; spirituali autem intelligentia, ipsum qui sublatus est, ducens ad vitam æternam, eique satellitio obsequens! quo etiam fit, vt indignis acerba videaris, illi autem qui verbi transverberati causâ transverberari meruit, melle dulcior sis. Lancea scilicet, Animæ Dei amulæ ianuam fabricata, qua ea corpore excederet, eique depulso gladio igneo, pandens paradisi ianuam, citraque omne impedimentum inter medios Cherubin inducens, ac ei qui sedet super Cherubin, nullis verbis explicabili fiducia ac exultatione sistens.

F

Gen. 3. 24. Ps. 79. 98.

Quamobrem saluto te ac compello, Animam scilicet lancea stipatam, ac cum gloria ac claritate Christo oblatam. Ave Verbi eloquentissime discipule, eiusque operum imitator strenuissime; Evangeliique ferventissime adimpletione, ac peragendo quod in mandatis sit probatissime. Salve sis, quod cum Magistro mori percupisti; nec percupisti solùm, sed & Condiscipulos magna ad hoc voce cohortatus es & impulisti: nec id verbis duntaxat, sed multis pro illo perfunctus laboribus ac periculis, quò alacritas animi vocabat, postmodum reipsa effecisti.

Ioan. 11. 16.

G Salve sis, quod & resurrectionem præ cæteris curiosius inquiris; non ipse tibi magis, quàm Condiscipulis; ac nec his magis, quàm gentibus vniversis, curiosa indagine magnum hoc mysterium astruis, spectrique suspicionem ac inanis visi amolitis; Iudæorumque incredulitatem convellis, ac Hæreticorum dementiam exscindis; cunctisque demum rectam ac inculpatam fidem omni dubio eximis.

Salve sis, quod magnifica animi indole ac Spiritus fortitudinis abundantia, nigros corpore, animique caligine nigriores accedere ausus es. Atque bis quidem corpus candore non mutasti (quid enim intererat?) at sole candidiorem lucidioremque animam reddidisti; qua nimirum vna Salvator opus habet. Non enim sponsus ille animorum amans, corporum deperit venustatem (quippe cum illa corruptioni obnoxia sint) sed animorum decorem, quippe qui ab illa immunes ac liberi sint. Horum tu, Verbi auspex ac pronube! sic animis concretam deformitatem ac nigredinem gladio Spiritus abradens, gratiæque radiis collustrans, ac velut indelebili tinctura Christi fide ac dilectione altè imbuens, menteque dealbans ac candorem concilians, quandam eis venustatem, ac mysticam virtutem cultu consistentem pulchritudinem informasti: tantumque eis animi decorem ac florem, Spiritus curis accurasti, vt & Ecclesiæ immaculatæ, sanctæ, Christoque charissimæ conflarentur.

Æthiopes à Thoma conversi.

H

Salve sis, exulta & choros ducito, ter beatissime Thoma, Sanctorum gloria, Apostolorum suavissimæ deliciæ, cœlestium Mentium præclarum decus, Ecclesiæ desideratissima auditio, clara, celebrisque narratio ac sermo. Salve sis, Domini Spiritus purissimum tabernaculum, Christi Iesu plantatio ac regni diadema: Dei ac Patris benedictum semen, tum filius ac proles, omnisque bonitatis hæres, cuius nos quoque, ô primævæ sanctitatis Trinitatis locupletissimum sanctuarium! partici-

A pes facient ac consortes assumens, dignare tecum glorificare atque laudare, Patrem & Filium & spiritum sanctum, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

ORATIO. VI.

In laudem Sancti ac celebratissimi Iacobi Alphæi Apostoli.

Thoma translatio Græce 6. Octobr. Iacobi Alphæi.

HEri nudiusque tertius Apostolorum beatissimus Thomas, suarum passionum ac migrationis oblatâ memoriâ, nos splendidè accepit; suavissimo nos epulo ac delectatione adimplens spirituali. Hodie verò, alia actio est, ac convivium aliud mysticum; aliusque B nobis auspex atque inceptor indictus est sacræ solennitatis, nihil illius magnificentiæ impar ac splendori. Quippe illius frater est; haud quidem natura, sed fide; non carne, sed spiritu, vno Dei Spiritu, eodem Domini Verbo, eodemque Patre qui in cœlis est, vno eodémque modo renatus, ita nimirum vt ambo in vnum corpus existant, vnumque spiritum; qui videlicet ipse quoque perinde ac venerabilis Didymus eodem modo ad fidei vnitatem & agnitionis Filij Dei occurrerit.

Ioan. 1. 4. Eph. 4. 3.

Vultis eius nomen audire, qui huiusce diei solennia præbet? At quis nesciat Iacobum esse, qui sacræ hodie solennitatis ac Sanctorum lætitiæ auspex existat? Iacobus nimirum, non qui Zebedæi filius nuncupatur: non qui Iosephi, qui & Dei frater cognomen adeptus est; sed qui Alphæi nomine in sacris Evangeliis celebris habetur. Hic nempe ad ipsius nos hodie memoriam hospites congregans, crebrosque in Magistri gratiam susceptos labores, sacraque desudata certamina, ac crucem illius causa fortiter toleratam, qui ipse cruci affixus est, apponens, splendidissimum lautissimumque animis convivium instruit. Nec mortales duntaxat in terris constitutos ad suum illud Festum gaudiumque invitat, quin longe potius totos Sanctorum choros: nec verò illorum tantum, verum etiam sanctarum intelligentium mentium mundo superiores cunctos ordines ac principatus: quin ipsum quoque vniversorum Dominum adducit ac cogit, cui eximiè placeant ea quæ peraguntur. Sic nihil Apostolica perfectione illustrius, nullumque adeò bonum, cœlum pariter terramque gaudio afficit, ac vnius è Duodecim sacrorum Dei filiorum festus honoribus memoria venerabilis.

Nota. Iacobus Alphæi non ipse frater Domini.

C

Duodecim omnium illustrissimi, eorumque lata memoria.

Verum nos quoque, magno sermonis Verbique Discipulo, id quod in censu maius omnibus habemus (sermonis scilicet fructum) dependamus; nec in tantum ingrati improbique esse velimus, vt & ipsis anima & sensu & sermone ac ratione carentibus deteriores esse videamur. Nam & terra aratro conscissa, sive etiam circunfossa, omnemque culturæ artis curam consecuta, D ex indole habet vt multiplici fructu messem colono frugesque reddat: arbores item diligenti consitæ manu, ac convenienti educatæ, adultæque industriâ, cum eius emundantur operâ, pomis, nucibus, fructuumque omni copia tecteate norunt. At nec bruta propemodum vila, frustra nulloque munere aut commodo, eorum, qui domini sunt aut educarunt, curis perfruuntur: quin & ipsa opportunè, quanta eorum facultas est, ei qui beneficium impenderit, vices reddere sueverunt. Longè igitur potiori ratione operæpretium duco, vt qui sermonis vi ac ratione ornati sumus, gratitudinis fructum Magistris nostris exolvamus: atque id cunctis quidem, maxime vero Sermonis Discipulis; viris scilicet, qui potiore doctrina, ac quæ in perpetuum consistat, nos erudierunt: qui nempe Domini disciplina; divinaque doctrina cordis aures nobis aperuerunt, mentisque oculos, quo audire ac scire magnum pietatis mysterium liceret, collustrarunt; & vt impietatis ac vanitatis relictis tenebris, ad veram iustitiæ lucem accurreremus.

Præcipue laudandi Verbi discipuli & Apostoli.

Reddamus pro munere sacris Sermonis aratoribus, E sermonis debitum, nostrique cordis colonis, salutisque cultoribus ac sacris ministris. Reddamus, cùm reliquis omnibus tum pariter etiam huic, cuius hodie celebri cultu ac laude memoriam agimus: Fructumque afferamus, ita nimirum vt alij sacræ laudationis ac cantici sonum quasi plectro edant; alij verò, animi perfectionem iugemque mente orationem offerant; alij veram ac sinceram fidem, alij accensum divinumque amoris ardorem: atque alij quidem faustè ac solerter pro eius quam ipse Sermo subministrat gratiæ ratione, Magnum Apostolum laudent; alij autem, prudenter, fideque laudationem peraudiant, vt modis omnibus eius gaudentes commercio, perfectiore ex illo præstantiorique gratia impertiamur. Hinc verò ordiendum.

Vir hic sacratissimus, sanctissimæque Dei gratiæ verissimus filius; generosus atque nobilis veræ vitis palmes; pinguis ille, opimi fructus longéque copiosi ferax quem cœlestis quidem agricola, Pater purget, ac qui F in Filio radicatus læte frondeat, fructumque ferat; quique demum vberi iugique Paracleti irriguo pinguescat, seu vitam hauriat: Palma frondosa atque sublimis, è terra primùm exque infimis orta, at quæ postmodum sublato in cœlum stipite, ad Deum vsque, virtutum ascensionibus summo vertice exaltata sit: quæ denique sic iucundum tantaque placentem pietatis dulcedine multiplicem ei fructum protulerit, vt longe celsissimo venerabilissimoque duodeno Apostolorum choro accenseri meruerit.

Ioan. 15. 1.

Hic igitur magnus ac admirandus Iacobus; disciplinæ ille (vitæ scilicet) filius (hoc enim sibi vult Alphæi appellatio) cùm lege prius literæ institutus, inque vmbris atque figuris, vt par erat, eum, qui verè Israëlita futurus esset, productus fuisset ac quasi rudimento imbutus, vt solummodo Spiritus vitæ Legislatorem vidit, vbi tantum cœlestem vocationem ac cœlestis Magistri vocem audire promeruit, mente fideque enitentem in eo veritatem intelligibiliter persentiscit, vt qui G recto corde ac verbi studiosus esset: vt tanquam ipse bonæ indolis, ipsum natura Bonum intelligens, ac simile simili eximia quadam ratione agnoscens, mentis eum affectu apprehendit, ac indivisè illi cohærescit.

Alphæus quasi doctor dux.

Doctrina Legis illi via ad Evangelium.

At, non spiritu quidem menteque vocanti adhæsit, corpore verò ab eo seiungi sustinuit, nec partim mundo atque sæculi desideriis turbisque impendebatur, partimque ipsum sequendum putavit; quem plane non lateret, fieri non posse vt quis duobus dominis servus addictus sit: quin ne vni quidem eidemque obsequebatur, ita verò vt in res suas satis putaverit vna honesti rectique parte defungi; aut scilicet sermone, præclaræ actionis ope carente; aut actione, quam sermonis lux ac doctrinarum deficeret: sed vtrisque ingenue admodum, & vt Magistro congruum erat, animo affectus, tum spiritu totius penitus illi consertus ac coünitus erat, tum corpore indivisas cum illo moras trahebat; sapientiæque & prudentiæ atque gratiæ sermonibus aurem probe intelligentem adhibens, eius chori Principum ea parte H nulli secundus erat, fideique operibus ac dilectionis pari illis modo vir admirandus perfectus, qui fieret vt in supremam antiquissimamque Apostolorum classem cooptari non meruerit?

Matth. 6. 24.

Postquam enim legitima illi contubernij cum Christo indivisæque sedulitatis ratio ineunda erat: Discipuli verò lex habebatur, omnem quæ exterius comes venit abnegare bonorum copiam; omnemque eorum qui sanguinis necessitudine coniuncti sunt, abnegare amicitiam; ad hæc verò ipsam etiam animi propriam abdicare voluntatem. Sic enim vix quàm maxime crebris laboribus, veraque rerum divinarum meditatione ac studio, Dei posse vacare voluntati, inque ea felici exitu enitere, ac desiderato occursu cœlorum regnum obtinere. Hanc itaq; Spiritus legem divinus Iacobus ex ipsa veritate cùm audisset, non auditu offensus, non corde gravatus est, non mandati sublimitate animo illi batente perculsus; quin intenso desiderio in eum prævolans, quæ ea quæ salutis essent, præcipiebat, à cunctis statim quæ in

Christi discipulorum perfectio

A

in censu ac numerato erant, abscedit: à necessariis, parentibus, fratribus, cognatis, amicis, euoctisque illis qui ex genere quovis modo illum contingebant, sese abiungit: ipsa postremò anima abnegata, omnique humili ac vergente abdicata voluntate, vnicum Iesum spirabat, Iesuio vnicum vivebat; in vnum Christum suspensus, mente in Christum intentus, totus in Christum conversus erat: illius totus, non sui ipse erat: ipsum Deum Dominum, Magistrum, Regem, Pastorem, Patrem, Salvatorem ac Præceptorem habebat. Suæ eum credebat animæ lucem ac vitam, sanctificationem ac redemptionem, salutem ac iustificationem. Ipsum potestatem & caput habebat: vnde etiam in eo iugiter ipsius oculi erant: mentis enim præsentia indesinenter, vt in speculo, eum contuebatur. Idque ipsum arbitror Ecclesiastem innuere, cùm ait, *Sapientis oculi in capite eius, insipiens autem ambulat in tenebris.*

1. Cor. 11. 10.

Eccl. 2. 14.

Simil.

B

Quemadmodum igitur corpora longè pellucida tota prorsus altoque sinu, solari radio plena, lucis fulgures etiam vicinis impartiunt: sic tu quoque (Dei ipse oculis inspector) spiritalis iustitiæ Solis radiis cùm adhæsisses, eiusque totus gratia prorsus consertus, limpidissimaque mente toto alte divino fulgore imbutus, luxque reipsa, eximia quadam participatione effectus esses; cunctis gentibus illuminatio audisti.

Eph. 5. 27.

Beatum itaque prædico sacrum corpus tuum, Dei ac *Patris gloria* tabernaculum; Filij sacrosanctum sanctuarium; Spiritus sancti organum concinnissimum. Laudo animam ac cano, in qua Patri complacuit, quam elegit Vnigenitus; in qua Spiritus Sanctus mirabiliter requievit. Mentem celebro fulgoris copia vndique lucidam, omnia continentem atque cœlestem: animum supra quam ignoræ, omnemque lucis splendorem vincentis ac trinè lucentis summæ deitatis contubernalem ac spectatorem. Tuum præterea, ter beatissime, magnifico & adoro & complector ac saluto spiritum, quod Domini Spiritu affatim repletus, atque in eo mysticè renatus, spiritusque *intelligens*, *sanctus* pro gignentis similitudine factus, in ipso ipsum Supersubstantialem supersubstantialiter agnovisti, vti & agnitus es: ac, qua illi necessitudine coniunctus es, vniversa supergressus, mundique superiorem statum consecutus, divinoque affatim, nullo medio, fruens colloquio, ad divinam Paternamque mensam velut charissimus filius admissus, cum eo qui primò, vereque, atque natura Filius charissimus est, recumbens.

1. Cor. 3. 17.

Sap. 7. 23.

C

1. Cor. 13 12.

Luc. 22. 30.

Matth. 3. 17. & 17. 5.

Act. 1. 4.

Ac sicut pro ea, quæ in mortali prius corpore communis cum illo vitæ ratio super terram fuit, convescens, ei contubernalis, omnique modo cum illo agens versansque ac ei assiduus, sublimiumque secretorum dignus habitus, mirabilium operum spectator, sermonumque ac doctrinæ fidelissimus auditor, probrorumque & crucis ac salutarium passionum socius. Resurrectionisque atque in cœlum receptionis, divinissimique Spiritus pari ac Petrus Andreasque ac tonitrui Filij munere particeps extitisti: sic rursus postea post longos Evangelij labores, omnisque generis angustias & ærumnas; post terra marique circuitus ac iactationes, Iudæorum persecutiones, Gentium insultus & coitiones, iniurias, verbera, impiorumque omnium insidias: post denique crucem eius gratia qui ipse actus in crucem est, terræ quidem in sanctificationem, sanctificato corpore derelicto, è terra verò cum gloria Angelisque stipantibus, spiritu ad Deum assumptus, pureque cum Domino tuo & Deo tuo & Rege tuo (ô beatitatem! ô iucunditatem!) versans, immortalis nullisque verbis explicabilis claritatis compos, æternam cum illo vitam atque honorem adeptus es.

Cuncta Iacobo cum ss mis Apostolis cōmunia.

D

Iacobus crucifixus.

Ioan. 20. 28.

Occupatio.

Enim vero equi instar pernicissimi imprudens oratio longe sessorem corripuit; ac ante certamina, coronas edisserit. Ne vos tamen celeritatis admiratio teneat. Fulguris enim in morem, totum repente orbem circumfulgentis, atque in seipsum dicto citius recurrentis; sic Apostolica gratia Gentium repente circumlustrans pectora, momentoque vim suam effulgurans, tum extra se quodammodo exit, tum rursus in seipsam subsilit. Quo ad ergo per facultatem licet & ipsa de divinis instituta oratio, rerum quas laudat incitationem ac vivacitatem (divinitatem scilicet) æmulari contendit. At sicut divinæ sapientiæ viæ in mari, eiusque semitæ in aquis, eo quod vulgo comprehendi non possint, laudantur; & vestigia non cognoscuntur: sic quoque filiorum sapientiæ (beatissimorum scilicet Christi Discipulorum) viæ intellectu difficiles, ignotæque (quàm vt exactè quis percipiat) actiones: illorum denique magnifica opera, omnem humanam orationem excedunt ac rationem.

Apostolica gratia celeritas, eique coaptata oratio

E

Psal. 76. 20.

Quamobrem etiam nobis, præ argumenti dignitate, quam nemo facile assequi possit, ipsa se contrahens oratio, prolixæ loquacitati longum vale dicit. *Arenam* enim (aiunt divina oracula) *marium, aut pluviæ guttas, vel dies sæculi, qui enumerabit?* Abyssum verò miraculorum, divinorumque scientia perspicacissimi Iacobi sapientiam, cœlestisque doctrinæ ac Theologiæ profunda, quis investigabit? profligationem dæmonum & expulsionem; humanarum passionum morborumque curationem ac amotionem; mortuorum suscitationem, claudorum firmatas bases, visum cæcis redditum, depulsam omnem Iesu nomine corporum labem, quis possit conscribere? Quis longa itinera, incertis sedibus locisque iactationes, pericula, Græcorum multiplices insultus & grassationes? quanta vir beatissimus Eleutheropoli ab impietatis defensoribus sustinuit; quanta G zæ & Tyri, vicinisque alienigenarum vrbibus atque oppidis, vbi his Christum prædicavit? Quis eorum multitudinem qui per eum Christo accedebant, atque aqua & Spiritu emundabantur ac illuminabantur; quique demum per Sacerdotes & Episcopos ab illo constitutos in Ecclesia, Deo, qui omnem excedit sanctitatem, perficiebantur? Quia hæc atque his sequentia veræ scientiæ (id est, pietatis) verba, factaque sermo queat explanare? Ne vel vnius diei Apostolicam prædicationem Deique munere perfectam actionem accuratè possit oratio enarrare, nedum cuncta ordine, longa annorum serie illi in Paracleto gesta, laudare.

Eccl. 1. 2.

F

Iacobi prædicationis loca.

Apostoli laudes quanta.

G

Verùm his quidem, ei, qui cuncta operatur ac novit, dimissis, tuam illam (ter beatissime) Crucem celebro. Hanc enim pulcherrimam longe productis laboribus tuis ac certaminibus, coronidem imposuisti. Crucem celebro, in qua venerandis sacrisque manibus extensis, Deum tuum ac Dominum clarificasti. Crucem celebro ac laudo, quod tibi, è terra in cœlum tectâ transmittens, scala fixa sit: Cruceto nimirum, quæ igneo ipso curru pernicius, flammeisque faculis velocius, divinius que, maiorem in modum è terra extulit, levemque volatu supercœlesti Regi admovit atque aptavit.

Laudata Iacobi Crux.

Etenim Ægyptum cum pertupisset, habitansque in tabernaculis Cedar, longo tempore apud Ægyptios verus ipse Israëlita, & apud gentem tenebris obsitam ipse illuminatus, incola fuisset; omnesque quos inter illos dignos invenerat, filios lucis ac diei fecisset, sic tandem pro omnibus crucem ascendit; in vna quidem Ægypti vrbium (Ostracinam vocant) agnus immolatus, qui tamen provinciis atque vrbibus passionibus suis Christum propitietur. Nec tanquam grave aliquid pateretur, aut velut animi dolore excruciaretur, illis indignabatur, qui illi crucis auctores erant; sed vt magis beneficium ex illis consecutus, ita alloquebatur blandeque arridebat, rogans saluti prospicere, hortansque ab Ægyptio errore emergere, atque Cœli terræque Dominum monens agnoscere.

Psal. 119 5.

1. Thes. 5. 5.

H

Ostracina locus crucis Apostoli.

Charitatis ardor in cruce.

Tanquam igitur accepti muneris gratiam rependens, quod hac quoque parte Christi palam similem eum effecissent, quod viam facilem, brevemque per crucem semitam ac commodum in cœlum iter ei moliebant, votis obsecrabat ac hortabatur vt omnes Christum agnoscerent: [Iesum scirent, verum illud Lumen, dulce, beatum, sanctum, intemeratum, intemporale, nube non obsitum, nocte non interceptum, corpore non obdu-

Exhortatio ex illa.

A ctum, loco non circumscriptum; quod vnum merito ambire ac exoptare operæpretium sit; vnumque credere ac diligere; lumen scilicet semper, totumque lucens; quod occasum nesciat, nec vlla extingui iniuria possit. Lumen istud Deum intelligerent, illius inardescerent cupiditate, ipsum divina omni actione, omnique lucidissima contemplatione exquirerent, vt quod vere sit, & ab eo qui verè est (Patre scilicet) tanquam radius ab æterno emanet. Hunc videlicet colendum in Spiritu Dei, vt Dei Verbum & Deum verum: Venerationi habendam pariterque laudandam eius in carne dispensationem, eius scilicet ex Virgine nativitatem, nostro iam ministerio, *aiebat*, latius in vobis prædicatam: susceptam quoque illi crucem confitendam, resurrectionemque laudibus prosequendam, atque eius in cœlum receptionem adorandam; tanquam inimitum summæ ipsius benignitatis ac potentiæ certa documenta: vt illis quidem qui fide suscipiant, salutem vitamque allatura; vt verò incredulis, iudicij & condem-
B nationis futura causa.]

Admonebat autem id genus animalia, quæ decorum aliquid ac formosum habere videantur non amplius in Deos consectanda. Rem enim valde pecuinam ac à ratione abhorrentem esse. Nullis prorsus inanimatis formis hominum aut bestiarum attendendum animum: id enim eorum esse qui humanitatis omni sensu careant; valdeque ex bestiarum indole crassumque. Quin nec affectibus animi (cupiditati scilicet & iræ) libidinosè adhærendum; nec committendum vt libidinis exuperantis, terrenis illecebris tanquam incentivis, succensos eiusmodi affectus ad perturbationes, deos faciamus. Quippe rem absurdam & plane Ægyptiacam Dæmonumque propriam; [sed dum subtio mentis sensu, *aiebat*, ad eum qui ad vos prædicatus est, Sermonem subvehi, illiusque doctrina ac lege imbui contigerit, vitam promissam nancisci licebit, in Christo Iesu, Amen.]

C Eiusmodi fabulationibus, homo Iesu, admiratione dignissimus præclarè philosophans, inque longas horas astantes è cruce confirmans, atque eos quidem, quos molestè habebat tui hæc supplicij immanitas, sapientissimis divinis prædicationibus consolans, eos verò qui in crucem sustulerant magnitudine animi superans, tanquam qui demereri, non iniuriæ aliquid aut molestiæ inferre possent: tumque ab humano cessans
2. Cor. 5. 8. colloquio, ac silentio Domino confitens, excedebas
Psal. 41. 5. gloriosè è corpore, valde placida atque dulci resolutione, inque locum tabernaculi admirabilis commigrabas, vsque ad domum Dei: atque in voce exultationis soni festum agentium, ad eum qui eximia quadam ratione as-
1. Petr. 1. 8. sumeret, cum inenarrabili & glorificato gaudio ad Christum ingressus es.

Salve igitur ac gaude, beate Iacobe, præstantissime pariter atque inclyte Verbi discipule. Plane etenim gaudes, tanquam immortalis verique ac mystici gaudij prolea, tanquam Dei operum sermonumque sacer interpres, ministerque ac doctor; tanquam qui venerabilem & sa-
D crum colendumque compleas duodenarium sublimium Apostolorum chorum.

Gaude, quod cùm filius hominis esses, nedum vt audires Dei filius, sed vt etiam efficereris consecutus es; alterum quidem, natura; alterum verò gratiæ munere: atque alterum, quo cunctis perinde hominibus similis es; alterum cum supremis nactus Verbi discipulis ac sectatoribus.

Ave sis, homo Dei. Te enim quemadmodum vocalissimus Prophetarum Esaias ait, Dominus Ægyptiis mittit. [In die illa, *inquit*, erit altare Domino in regione Æ-
Isai. 19. 19. gypti, & mittet eis Dominus hominem, qui salvabit eos: & notus erit Dominus Ægyptiis: & vota vovebunt Domino, & reddent.]

Gaude, quod & in te vt præstantissimo, ac velut qui ad præstantissimam Filij hæreditatem attineres, iuxta sacra-
Psal. 15. 6. tissimum oraculum, funes ei ceciderunt, quicunque tandem hi intelligendi sint funes. Arbitror autem dilectionis Spiritus vincula, quibus te pariter ac religionis spiritalis thalami filios constrictum traxit, necnon E contubernalem & commensalem supremo atque mystico illo cœnaculo assumpsit, non aspectabili ratione, sed intelligibiliter; non temporaneè, sed æternè: non fluxæ causâ voluptatis, sed stabilis gaudij: nec eius gratia iucunditatis, quam humanus ipse animus sibi fingere
1. Cor. 2. 9. possit; sed cuius neque oculus, nec vnquam auris rei experimento sensum fecit, nec vero mortalis cuiusquam mens intellexit.

Gaude quod non sola gratia, sed ex mercede atque præmio (iusta scilicet prolixorum certaminum atque laborum pro victoria retributione) cœlorum regnum adeptus es; cunctisque divinis virtutibus, & cunctis veritatis & pietatis & iustitiæ operibus: præterea verò etiam crucis supplicio similis Salvatori effectus, atque hinc maiori fiducia atque favore auctus, pro Ecclesia ad Regem ac Deum intercedere sufficis. Licet etiam, ac facultas est, benignissime regalissimeque Dei Fili, tenuitatis
F nostræ meminisse, atque Dominum suppliciter rogare, vt nos quoque, Dominica dignè voluntate institutis vitæ rationibus, Vestræ partis efficiamur, ac cœlestibus Dei bonis vna vobiscum perfrui mereamur; in Christo Iesu Domino nostro, cui est gloria & potestas & honor atque adoratio, vna cum æterno Patre ac vivifico Spiritu, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

ORATIO VII.

In laudem Sancti ac celebratissimi Apostoli Philippi.

H*Aurite aquam in gaudio è fontibus Salvatoris*, nobis
Isai. 12. 3. acclamat Prophetarum vocalissimus. Quosnam vero dicit Salutaris fontes, nisi Salvatoris duodecim Dis-
Apostoli Salvatoris fontes & Israëlis. cipulos; quos ipsos duodecim illi in deserto palam designaverunt fontes, ad quos pridem Israël castrametatus
G est, cum Pharaonem atque Ægyptum fugisset. Hos quoque Israëlis fontes dictos arbitror, ex quibus in Eccle-
Exod. 15. 27. siis Deum benedicere iubet beatus David. Nullis enim
Psal. 67. 27. verbis explicabili mentis altitudine ac capacitate, ad fontanum ipsum vnicumque spiritalium aquarum principium deducti, indeque iugiter in eos manans illuminatricis Theologiæ fluentum suscipientes, atque eo affatim repleti, iugem omnibus sitientibus vberemque medelam scaturiunt.

Psal. 41. 2. Ad tales igitur fontes aquarum desiderio feramur, cervorumque in morem ardentius siticulosi hancce laticem
Psal. 125. 5. ineuntes atque gaudio haurientes, nostrum ex illis desiderium impleamus. Ne tamen ingratis motibus ac brutorum similes, ingenui animi nullâ probitate donum eiusmodi atque beneficium sumamus: sed repleti aqua
Ioan. 4. 10. viva, viventem hostiam sanctam, rationabile obsequium
Rom. 12. 1. nostrum, honoris titulo illi rependamus: nempe continue (quos dixi) vitales benedicendo fontes; ac per
H illos, ad divinissimum illum vnumque vniversorum fontem, laudem referentes.

Eph. 4. 5. Natura quidem indivisus indissectusque sacratissimus duodenus Apostolorum chorus; ac sicut vnus Dominus,
Laus vna Apostolorum, & cuique propria. vnaque fides & gloria & gratia illis inerat, sic & ipsi vnum Christi corpus extiterunt, sicque vnius laus, communis vniversorum laudatio exstitit, quemadmodum etiam eadem penè omnes virtute claruerunt. Cum tamen cuiusque seorsim sacram memoriam celebremus, ac velut diversis Christi membris, personales eorum proprietates distinguamus, proptie etiam cuique laudatoriam orationem reddamus.

Quis igitur ex sacrato illo numero est, qui nobis impresentiarum ad suas depangendas laudes nostram oratio-
Celebris olim Apostolorum cultus. nem ducat? Quis ille: qui vix primo somno degustato ab ipsa statim vespera iubet surgere, decussaque animorum segnitie, hinc inde alios aliosque ad Sanctorum ædes sacras concitat, atque ad divinas animis alacres erigit laudes, ac velut alas addit? An non omnibus liquet,

A

Philippi elogia.

magnum Philippum velut clangente tuba suam hodie indixisse memoriam, cunctasque in ea piorum mentes ad Dei cogere gloriam; ipsumque haud secus ac dapes lautissimas atque mysticas, præclara sua apponentem virtutis facinora, his suos præmagnifice convivas ac auratores excipere? Philippum nempe, electum illum, probatum ac vere fidelem Verbi discipulum, clarissimum illum complentem duodenum eborum: lapidem pretiosum, elegantissimum, pulcherrimum, pellucidum, aureis micantem fulgoribus, seu Christo similem; splendidis gratiæ radiis præmagnificè interstinctum atque florentem. Philippum, inquam, in terris quidem Bethsaida nactum patriam, Andreæ & Petri ciuitatem; sed qui in cœlis Ierusalem cœlesti vinaqua Metropoli, insolubilique Dei ciuitate glorietur.

B

Ioan. 1. 43.

Philippi prompta obedientia.

Hic itaque Vir ter-beatissimus, vti eadem satus prosapia, eademq; natus patria ac præcelsi Discipuli, sic eiusdem quoque animi ac sententiæ cum esset, vbi tantum Iesum invenisset; quin potius illo Dominus invento, *Sequere me*, dixisset, ab omni statim corporali abreptus necessitudine, omnique repente solutus terrena affectione, supramundana cupiditate exarsit. *Voluit*, inquit, *Iesus exire in Galilæam; & invenit Philippum, & dicit ei, Sequere me.* Non prolixa adhortatione vt is vocanti obtemperaret, indiguit: non munera obtulit: non pollicitationum memoriam iniecit, non mercedem ac præmia, his qui sequerentur dedita, in medium attulit. Vno duntaxat illi verbo, *Sequere me*, sibi discipulum addixit; brevique hac vocula parentum statim amoris vim extinxit. Cognatorum, amicorum, necessariorum oblitus affectionis est: prædia, pecuniæ, omnisque vitæ spretus apparatus; carnalis omnis libido elanguit, geminenque aliud amicitiæ, ac amor alius, cœlestis ille, nihil terrenus ac spiritalis intus animo refloruit.

3. Reg. 19. 20.

C

Ioan. 10. 14.

Semel Verbi vocem audivit Philippus, *sequere me*, veroque præceptore ex iussione agnito; non vltra aspexit retro, non animi anceps fuit, non sequi renuit, non sicut Elisæus vocante Elia rogavit, vt prius ambos parentes osculari liceret; ac necessariis vale dicto, sic sequeretur. Cognovit ovis bonum Pastorem, citoque liberatus ab alienis, per eum ad supernam ac mysticam festinus contendebat caulam. Quo etiam posthac auctore salutem consecutus sempiternæ vitæ & pascua insedit & loca, sedesque.

Gal. 2. 19.

Hæc Philippi, quà discipulum professus est, exordia. Hæc vocationis illius ac electionis causa. Inde toti crucifixus mundo, soli confixus cruci erat Christo. Discipulorumque primoribus ac chori capitibus, seu pari illis honore, succenturiatus, ad solum Magistri nutum sese extendebat, eius solo amore roboratus, atque ad virtutis decorem formatus, regnique mysteriorum dignus habitus: quanta demum facultas verbo sacro-sancto doctori vinctus, eique similis effectus.

D

Ioan 1. 45.

Philippi prædicatio Nathanaelis adductio.

Nec ipse quidem eum in modum bono perfruebatur, idipsum verò proximis occultabat, sed cùm bono animi proposito ac voluntate præclare niteret, cum aliis quoque bonum communicat; inventoque primùm Nathanaële, eius qui venturus esset, adventum illi nuntiavit. [Non iam amplius, *inquit*, in spe est Israëlis salus. Non amplius quod nondum præsens existat, tanquam futurum, obscure animi rationibus repræsentamus. Adest enim, ac quem olim magnus Moyses & Prophetæ spiritu præviderunt, extremisque temporibus Israëli Salvatorem suscitandum prædixerunt, cùm invenerimus (Iesum scilicet à Nazareth) eximiisque eius operibus inducti crediderimus, cum eo lubentissime morari, eiusque vsi contubernio sumus.] His itaque penitus sermonibus captum, tanquam pulcherrimum venatum atque opimum, Virum Iesu adducit; hocque primum animi vere impensi pignus, ac sinceræ fidei certum argumentum Christo exhibuit, verum illum Israëlitam fructum ferens.

Cunctis igitur deinceps gratiæ sermonibus aurem præbens, omniumque ipse oculis mirabilium inspector factus, sacrarum quidem doctrinarum ope, omni quod deiicit deprimitque atque infringit animum purgabatur, omnisque ignorantiæ depulsa caligine, divinæ scientiæ cœlestisque sapientiæ luce proficiens, magnificè illustrabatur; novis verò ac inauditis operibus roborata fide, ac quotidie in interiori renovatus homine & confortatus in virum perfectum, in mensuram crescebat ætatis plenitudinis Christi.

E

Ephes. 4. 13.

Christi perfectio & hominis.

Huiusce perfectionis certum indicium, sanctæ dilectionis confirmatio, quam magnus ille Apostolus perfectam, sanctam Magistro devovens, parem inde amorem consequebatur. Quinimmò, ille quidem bonorum auctor, ac qui natura dilectio sit, omnis semper virtutis perfectione pollet, nullamque eius prorsus aut diminutionem admittit aut intensionem: at qui exercitationis cultu, sive imitatione ad illam curruntur, pro certa profectus ex virtutum luce ratione, etiam perfectionis compotes efficiuntur; alij quidem ad filiorum atque hæredum provehentes classem ac dignitatem; alij verò, Fidelium, qui servis deputantur, nanciscentes ordinem.

F

Fideles filij & servi.

Sancti Apostoli eximie filij.

Sacri igitur magnique Verbi Discipuli, ab omni amicitia, quæ sæculi vsu præstatur, extranei, ac Patris cœlestis necessarij atque amici: hique adeo tum repudiata ævi præsentis omni libidine, tum verò diuinissimi Sponsi charitate vulnerari, eique per Spiritum copulari ac iuncti, sublimem filiorum rationem nacti sunt ac nomen. Quamobrem hos quoque Spiritus sanctus, cum prius quidem tanquam imperfectos, imperfecte atque obscure afflaret, postea, Vnigenito iam in cœlos recepto, consummativa (vt sic loquar) ratione ac consecrativa, quasi perfectis illis adueniens eosque deificans, Principes constituit super omnem terram: non petitutis magistratibus atque muniis augens, neque regnum eiusmodi tribuens, quod inuidiosum sit atque facile evertatur, sed indissolubilem gratiam, ac imperium nulla unquam ratione ad alios transiturum eis concedens. Decebat enim, vt qui de supernis nati essent, hæreditatē quoque ac sortem æternitati Spiritus convenientem consequerentur: ac qui conformes gloriæ Vnigeniti essent, pro similitudinis eius ratione, etiam immortale decus perciperent.

Cant. 1. 5.

Act. 2.

Psal. 44. 17.

Spiritus sancti duplex adventus in discipulos.

G

Matth. 28. 19.

Apostoli ad prædicandū orbē divisi.

Philippi elogia.

Cum igitur omnem Christus in cœlo & in terra nactus esset potestatem, omnem per ipsum eius sacratissimi Theologi sortiti orbem; alij Orientales, alij Occiduas, quæ obtigerant, partes inierant: atque alij quidem Borealem, alij verò Australem plagam, evangelizando percurrebant. At magnus Dei puer Philippus, Patris ille luminum lucidissimus veriusque participatione filius; Vnigeniti fidelis amicus ac gratiæ indulgentia frater; nobilis Paracleti fœtus, tabernaculum sanctificationis, eius qui omni eminet sanctitate; Ecclesiæ corona, Apostolorum gloriatio ac decus, Spirituum deliciæ; hic vtique Asiæ oras perlustrans, cunctisque provinciis atque vrbibus vitæ doctrinam annuntians, eosque qui ad vitam erant ordinati, veræ vitæ per fidem concilians; captosque omnes à diabolo, innumerisque erroribus ac seductionibus perditos, sapientiæ divinæ sermonibus hortamentisque captivans, ac regenerationis aqua emundans gratiæque Spiritu illuminans atque consummans, ita nimirum Patri, qui in cœlis est, filios adoptabat. Cunctos verò qui variis passionibus seu morbis tenebantur, aut obsessi à dæmonibus erant, aut quovis alio sinistro casu afflictabantur, maleque habebant, solo sermone ac sacræ manus contactu sanabat. Ac quidem spiritali ratione, inaspectabilium hostium facies cædens, eos elidebat; ad sensum autem, quos illi seduxerant arguens, increpans, obsecrans, magnifica prædicatione prodigiorumque stupendis operibus, ad agnitionem veritatis paulatim adducebat: Sacerdotesque ac Præsules Fidelibus præficiens, quin & per loca Domino altaria exstruens, sacrumque sanctorum Mysteriorum ritum tradens, nec non Evangelicam quoad liceret, eis legem constituens, in eum modum duplicis auctor beneficij (corpus scilicet demerendo atque animum) Vir beatissimus credentibus erat.

Eius in Asia prædicatio & opera.

H

2. Tim. 4. 2.

Matth. 13. 47.

Quemadmodum autem ingens sagena in mare missa quanto amplius aquis immoratur, tanto maiorem piscium

A copiam trahit; sic vtique magnus Philippus annos complures cum Gentilium multis populis versatus, longè cooferram multitudinem eorum trahit, qui illius operâ nomen Christo darent. Decebat autem, vt tanquam Spiritus sagena, sanctorum Angelorum manibus, velut ex mari in littus (in cœlestem scilicet stationem) eductus, si quid Dominica indignum mensa illi comes esset, id verò abiiceret; quicquid autem bonum & pulchrum ac pretiosum esset, Regi gloriæ cum honore offerret.

Simile, Philippus sagena.

At quisnam Apostoli resolutionis modus? Est Phrygiæ vrbs magna atque illustris, opum abundantia gloriæque fastigio superba (Hierapolim vocant) ciuium robore ac multitudine, nulli forte tunc magnarum per Orientem Metropoleon primas cedens. Ad hanc magnus Philippus post longos viatum circuitus, post omnis generis pericula, labores, ærumnas; post varia Evangelij causâ tormenta, illataque mala, in ea quoque Christum annunciaturus, Spiritu agebatur.

Philippus Hierapoli Phrygiæ martyrio functus.

B Videns itaque civitatem, nedum simulacrorum superstitioni deditissimam, mutisque statuis ac dæmonum ceremoniis pollutam; verùm etiam venenatis serpentibus, ac portentosæ cuidam infandæque Viperæ (ô malorum exuperantiam!) tanquam Deo ac Numini animis addictam, quam dementi sensu hostiis placandam existimaret; diuina animo æmulatione inardescit, ferventissimisque precibus, Deique viuentis verbo præceptoque, nec non Christi Iesu inuocato nomine, perempta exitiosa Vipera, cunctos palam Vir admirandus hortabatur, auctorque consilio erat, vt in cœlum aspicientes, cœli Dominum agnoscerent. [Is Deus semper perfectus, æternus, incorporeus, incomprehensus, post illum inuisibilem, etiam mundum hunc oculis subiectum præximia bonitate condere cum voluisset; cœlum, *aiebat*, cunctis externum, haud secus ac globum perpetuò mobilem vniuersa corpora continentem, fabricatus est: terram verò omnium mediam, velut rerum huiusce vniuersitatis centrum quoddam immobili sede, ac suis æque libratam ponderibus collocauit. Abyssi, ac qua elementum consistit, aquam, circa terram; terram vero circa aquam solidans, alterum altero elementum mutuaque communione firmauit: quæ videlicet in vnam arcanam vim, in vniuersi meditullio mirabiliter consistentem fiamque explicentur. Exinde multicauum his undique superfundens aërem, super ipsum rursus continuè æthercam circunduxit late fusam capacitatem: ea quibus plantas omnes & animantes condidit, iuxta propriam cuiusque indolem ac formam.

Vipera Hierapoli venerationem habens à Philippo occisa.

C

Solum autem hominem suæ maiestatis simulacrum formans, paradisi constituit ciuem: quem ipsum Dominici transgressorem mandati, eamque ob rem ab illius cassum necessitudine, mors & corruptio (peccati scilicet opsonia) exceperunt. Haud tamen benignissimus ille in finem iratus est, aut in perpetuum despexit figmentum suum: sed cum prius per Legem sanctosque Prophetas ad pietatem instituisset, nunc tandem in consummatione sæculorum, vnigenitum parique secum robore ac eiusdem naturæ Verbum, diuina quadam eximiaque ratione, ea venerabili sanctaque Virgine, nullius contagione peccati factum hominem, nobis præbuit. Is hominum similis apparens, veritatis sermonibus ac potentiæ operibus, Patris sui nobis gloriam ac notitiam, affusa cœlitus luce manifestauit; quique ab omni immunis passione esset, passionibus nostri causa, cruceque & morte perfunctus, atque in illis versatus (quippe homo cum esset) resurrexit tertia die ac se nobis conspicuum fecit, nobisque cernentibus in cœlum receptus est (quippe qui Deus esset.) Quem & rursus venturum è cœlis expectamus, pro eo ac pollicitus est, vt humanum omne genus exsuscitet, iudicetque ac reddat unicuique pro eo ac gessit. Hunc, hortamur, agnoscite. Hunc, obsecramus, colite; & in nomine eius baptizati, ab omni scelere impuraque omni ceremonia emundamini; omnisque gratiæ participes effecti, atque illius consortes sanctitatis, vitæ æternæ ac regni hæreditatem consequemini, in Christo Iesu, Amen.]

D

E Huiuscemodi Vir beatissimus diuinis prædicationibus admonens, adhortans, priuatimque ac publica concione doctrinam iustitiæ tradens, turbam numero superiorem assensum præbentem, veritati adiunxit. Hosque adeo per aquam & Spiritum regenerans, ac qui in illis maiori pollerent prudentia, maioremque essent assecuti gratiam, in Antistites ac Sacerdotes præficiens, Ecclesiam sanctam, immaculatam excitat Christo.

At non tulit, vt veritatem sic prosperantem videret, qui illius aduersarius est: quin potentiores ac primores ciuitatis illius incessens, flammæque instar æmulationem in eis succendens, apparitorum repente manu eum corripit, sæuisque conscissum verberibus, diro carcere includit. Tum funiculis è calcaneis vinctum in sublimi verso in terram capite, Virum iustum suspendunt. Eratque videre velut agnum immaculatum alte in aëre sublatum. Ac pedes quidem sursum, deorsum vero veocrandum caput habebat, eoque habitu mentis in cœlum iter ac contemplationem velut adumbrabat.

Philippi cruciatus ac crucis genus.

F Haud tamen eum Dominus consolationis expertem reliquit. Propensiore namque mitioris prouidentiæ consilio, diuinus quoque Bartholomæus, pari damnatus patibulo pendebat. Contigit enim eum tunc ibi versari ac sicut prædicationis, sic & passionis socium effici. Neque id modo, sed & ipsa Maria Philippi soror; nempe soror naturâ, ac fide soror; pari morum æmulatione, consentiens charitate, virgo animo, virgo corpore, tota Christi vulnerata charitate. Maria, vera Christi ancilla, digna Dei filia, tota Spiritu sancto plena, fidelis Euangelij discipula, sedula gnavaque Apostolorum administra, fidelissima ad Græcas mulieres Iesu præco. Hæc olim Philippo assidua, quo ex tempore Apostolicum munus inierat; eum, vt fratrem quidem corpore, vt vero Patrem spiritu colens, & vt ancilla sedulo officiosa ministrans, ipsa quoque Apostolica plena virtute erat. Quamobrem prædicantem adiuuans, clausoque carcere comes effecta, tunc quoque nimirum suspenso condolens, diroque illius cruciatu mœrens, omni modo beatissima fœmina Christi socia passionum erat.

Bartholomæus Philippo crucis socius. Maria Philippi soror. Eius præclarum elogium. Cant. 2. 6

G Contigit verò nouum quoddam spectaculum, horrendum sane tremendumque ac terroris plenum. Terræ motu subito locus quatitur, totusque ille successus chorus alta voragine subsidebat, quo tota fere ciuitas, Iesu homines theatro traductura, concesserat; omnemque populum vnus cum solo hiatus absorbebat. Iam itaque graui salutis vitæque pulsante periculo Philippum cum sociis inclamabant; atque ea se ratione ab errore abscessuros, veroque Deo credituros, etiam atque etiam pollicebantur. At Philippus sociique ferventibus Deum supplicationibus placare; orantibus Dominus confestim apparere, moxque terram, ne mergeretur hiatuque subsideret, consulere; vi denique diuina instar scalæ pereuntibus submissa, iter ad salutem munire. Hæc incredulis fidei occasio. Miraculum hoc omnem ferè illam ciuitatem adiunxit Philippi Deo. Hinc periculo redempti, Christi vinctos solutum lignoque depositum prompti accedere; at cohibebantur, qui supernum de illis consilium intelligerent.

Terræ motu quassata ciuitas & firmata.

H Tu quidem, Apostolorum ter beatissime, cum solui vinculis noluisses, ac quæ officij erant ciuitati mandasses cunctisque fratribus vt in fide Iesu perseuerarent ac mandatis assidui essent, præcepisses: tumque supplicantis animi pariter atque gratias agentis orationem, Deo tuo, Regi tuo Christo qui apparuerat, mentis sensu, ac supra quam decore, honesteque, prolocutus esses, in manus illius beatissimam animam tradidisti: inque voce exultationis & confessionis, in sono Mentium epulantium diuinarumque Potestatum, in cœlestes eximiasque ac diuinas, illo auctore, receptus es mansiones.

Philippus deponi de cruce renuit; ut & Andreas. Psal. 41. 5

Bartholomæus autem è patibulo depositus, vnaque sapientissima Maria, cum Christiferum illud tabernaculum reuerenter sepeliendum curassent ac Ecclesiam confirmassent, eosque qui accessissent illuminassent; ac si quid reliquum ad Euangelij functionem videbatur, complessent, suam quisque viam perrexere.

Bartholomæus è patibulo solutus.

Tu

A

Tu vero fumme, inclyte ac diuine Dei puer, cœlestes festiuus axes inscendens, chorosque agens, ac cum Magistro atque Domino in æternum versans, gaude ac lætare tanquam Dei filius adoptione, quippe qui bon natus sis; vt eum eo qui natura Filius est, regnes viuasque, & in sempiternum læteris ac præsentia fruaris.

Ioan. 14. 8.

Gaude quod Patrem luminum videre cupiisti; eumque videns, Prototypum in Filio, ac tanquam in imagine vidisti; veluteque in radio, Solem, in Vnigenito, Genitorem intelligens, veræ plenus lucis, quasi filius lucis atque verè ipse lux, enituisti.

Habac. 3. 8.

Gaude Christi equorum ferventissime ac peroicissime, quem ille conscendens, ac in mare quod mente intelligitur, inducens, miraque ratione regens, multas aquas tua opera (absurda scilicet Gentium sensa ac consilia) conturbauit.

Gaude, quod spiritualium Dei equorum (Angelicarum scilicet Potestatum) volatilem indolem atque agilem, aeremque ac alacrem æmulatus atque amore prosecutus, pro nominis merito ratione Philippus appellatus es, Deique currus (vt Scriptura loquitur) decem millibus multiplex effectus; in quo millia eorum, qui te auctore crediderunt (Ecclesiæ scilicet) abundantes Deo Sabaoth gloriam concinunt.

B

Psal. 67. 18.

Salve sis & exulta ac choros ducito, qui in medio Coryphæorum consessu thronum gloriæ sortitus es, ac primis Apostolis connumeratus: primum denique apud supremum omnium Regem, honorem consecutus.

Salve gaudeque; ac nobis quoque afflictis, exultatio & lætitia & gaudium esto: Pauperum molestias leva; Ecclesiis pacem restitue, ac tranquillis motibus pietatem: nostramque hanc exiguam laudationem acceptam habeos (beatissime tu, Deique munere felicissime) quod ex Christianæ pietatis rationibus est, desiderium imple, bonæque & beneplacenti atque perfectæ aptans Domini voluntati, inconfusum Deo exhibe: in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

C

EX MIRACVLIS B. PHILIPPI Apostoli.

Puer à Philippo suscitatus in Galilæa.

LVcidissimum sidus hoc, magnusque Domini Apostolus, cum in Galilæam iret prædicans, adbuc vitæ superstes, mulier quædam illi obviam venit, quæ filium suum defunctum efferret; maternaque pietate ac sensu, supra modum plangebat. Huius Christi Præco misertus, dextraque defuncto exporrecta, *Surge*, inquit, *iubet tibi qui à me prædicatur, Iesus Christus*: fecitque sermo, vt puer vivus excitaretur; & vt qui suscitatus erat, ingenti matri baculus sustenandæ domui redderetur. At illa, eius qui miraculum patrarat vestigiis admota, *Quem suscitasti*, aiebat, *vna mecum per aquam regenera*. Munusque consecuta, Apostolus evasit, dum filij suscitationem cunctis annuntiat.

D

Atheniensium Iudæorũ, ad suos Ierosolymam legatio.

Duxit vero & Athenas Apostolum. Ibi, quamquam eo animo erant Athenienses vt pro sermonis simplicitate contemnerent; stupendarum tamen ac inauditarum rerum patratio, obniti eos doctrinæ suadebat. Ac demum, *Quidnam*, aiebant, *facturi sumus, nos qui eloquentia ac doctrinis operam damus, cum huius sermonibus vincamur; Etenim, vt videtis, rusticus iste incertisque sedibus vagus, operum luce nostri compos illustrisque efficitur. Quapropter conscripta Epistola significemus Scribarum Iudæorum Ierosolymis Principi.* Firmata porro illis sententia, qui rei eloquendæ idoneus esset, mittunt. Is vero cum Ierosolymam venisset, reddita Epistola, verbis explanabat, quæ illa continerentur, dicens, [Vir quidam, qui se Philippum vocari dicat, ad nos hinc profectus est. Est ille quidem rudi rusticoque eloquio, quo tamen non parum corda nostra patriamque commoueat, dum novum nomen (Iesum scilicet) prædicat; quem & in lingua habens, dæmones, omnisque generis morbos deturbat. Sed & cum istis, rem patrauit, quæ stuporem iniciat. Humanis quispiam exemptus erat, atque ad defunctorum locum commigrarat. Hunc ille suscitavit invocato Iesu nomine. Superest itaque vt nostra plane aboleantur & intereant; quæ verò illius sunt, augeantur, nisi citius ex vobis aliquis ad nos veniat.

E

Statim ergo pleno fastus superboque apparatu Scribarum Princeps Græciam petit, adversus Philippum valde indignans; ac neque pane degustato, neque vllo alio, quod corpori indulgeatur, sublime sibi tribunal parari iubet; muratoriaque Pontificali chlamyde assumpta, superbia tumens, iudicij sedem conscendit, euocatis eius patriæ eruditis, ac qui venerant, cum eo, timore adstantibus. Vocatus itaque Apostolus, medius stetit, Pontifici responsurus. Ad quem Pontifex in hæc verba percontatur. [Non satis visum, cunctorum miserrime hominum, quod Iudææ & Galilææ & Samariæ pravitate mentis obrepseris, simplicioresque, in eis errore dementaris, sed & Athenarum vrbis sapientes tentare molitus es, existimans nimirum viros catos atque prudentes abs te seductum iri. Ac quidem, te, velut qui errore seductus sis, ad præsens omisso spretoque, ad viros sapientes, quæ tuæ opinionis sunt, edisserens, sermonem habebo.

Pontificis de Philippi iudiciũ.

F

Eius Magister, Auditores, cum evertendæ Legi Mosaïcæ daret operam, iusta à nobis lege vt crucem ferret, damnatus est: nudusque alto stipite suspensus derelictus; ob diei celebritatem, Pilato, Iosephi cuiusdam viri divitis supplicatione inducto, sepulturæ tradi permissus est. Amicitiæque lege cum tenerentur eius discipuli, occulte intempesta nocte eum furantur; hoc nempe commento vulgus seducere parantes. Sparsaque vbique fama, eum à mortuis surrexisse, Magistrum sibi atque doctorem hominem arrogant. Ex eorum collegio vnus est & Philippus iste, cuius Rex Archelaus desiderat compos fieri, vlciscenda vulgi Iniuria, mala eum morte perdituros: Quem si vultis, quam citò vinctum Ierusolymam abducite.]

Agrip.

G

Philippi responsio.

Ac vero, cessante loqui Pontifice adstantes intentis oculis in Philippum erant quid demum ille ei responderet. Sensim itaque leniusque apertis labiis, Philippus ita Pontifici infit. [Fili hominis. vt quid diligis vanitatem & loqueris mendacium? Vt quid cor tuum grauas in vanitate? Nonne ei auro custodum manus implesti, vt resurrectionis, afficta calumnia, fidem abolerent? Nescis quæ signacula monumento apposuisti? Hæc nimirum in die iræ tuum scelus ignominia traducent.]

Percussi cæcitate Pontifex ac reliqui, nec Apostoli auidi.

His Pontifex majorem in modum turbatus, furoreque irruens vt Apostolo manus inferret, rem præstare non potuit. Statim enim eius pupillæ oculorum obscuratæ sunt, ac corpus reliquum inutile redditum. Visa res præstigiæ, his qui aderant. Vt tamen in Apostolum impetum fecerunt, eiusdem ipsi cæcitatis periculum sumpserunt. Quod vero Apostolus non nesciret illorum incredulitatem ac ignorantiam, quod vis dæmonum in illis præpolleret, eam in rem ingenti gemitu, *Tua Domine*, aiebat, *benignitas, ipsa te moveat, eorumque contritiones sana, & vt te agnoscant credantque, illorum animos immuta.*

H

Dilat baptismi gratia, non satis in fide firmis.

E terris itaque Apostolo orationem fundente, indulta è cœlis, his qui percussi fuerant, sanitas ac robur est: visuque recepto sensibus oculis, animæ sanitatem quæ mente intelligitur, experebant. Quod tamen Apostolus instabilium hominum mentis inconstantiam haud rarò expertus erat, non annuit vt illuminatione perficeret intentiusque ac instantius orante Apostolo, diuina virtus è cœlo demissa, eorum omnia simulacra elidit; ac qui in eis latitabant, penitus dæmonas perdidit. Factaque tunc terræ valida quassatio, omnésque ad Apostolum confugiebant, magna voce clamantes, *Fortis est Deus qui abs te prædicatur, eique citra omnem dubitationem credimus, ac lubentes lavacrum consequemur.* Incipiensque Apostolus, cunctos baptismo tinxit. Solus vero Pontifex, vbi subditos avulsos cognouit, dolosi illius sugge-

stione,

A stione, nefanda in rerum Auctorem verba blasphemo ore evomebat. Eiusque terra dementiam non ferens, cunctis cernentibus, velut in Dathan & Abiron, viventem illum hiatu intus violento compressit atque absorpsit. Tum Apostolus, confirmatis illis qui crediderant, præfectoque illis Narcisso quodam Episcopo, cuius Paulus meminit in Epistola ad Romanos, ad Parthos profectus est: genuque in oratione posito, divinam è cœlis visitationem quærebat. Moxque ostensa illi est Aquilæ figura, quæ sub alis auro rutilis Christi crucifixi formam exprimeret. Vnde roboratus, prædicationi rursus incumbebat; Candacensiumque peragratis vrbibus, conscensa navi, Azotum nauigauit. Validaque tempestate iactata navi, lucida statim crucis figura ab ipso navigio affusis fulgoribus, noctis caliginem lustrauit. Nauique exscendentes, ab Azotide quodam in mediterraneas illius ædes deductus Apostolus, die iam in vesperam desinente, preces producebat. Hospitis itaque filia prope fenestram è vicino stans, oculi dolore discruciabatur. Sic tamen Apostoli verbis lenocinio quodam mulcebatur, vt vim ipsam doloris oblivisceretur. Tum illa ad patrem accedens, oculi probrum cum dolore coniunctum expostulabat, vt cuius serio cura non ageretur. Ad quam pater. [Pro te forsitan, filia, vel ipsam, *inquit*, libens animam exponerem, si quis oculi tui dedecus, labemque posset auferre. *Cui filia gratiosè arridens*, Est, pater, modo velis, qui & dolorem & labem curare possit. Vbinam verò, *ait*, filia? In mediterraneis ædibus, *respondit illa*, quem heri sero è navigio domi suscepisti.] Moxque Apostolum iubet accersiri. Inserraque qui accersitus erat, dulci veritatis doctrina, sermone delinitos cum omni familia, baptismo intinxit. Cumque puella ex patre oculi curationem exquireret, ait Apostolus. [Sanandi munus tibi tribuam, cunctisque qui baptismatis donum susceperint. Manè itaque surgens, ô puella, inuocato Christi nomine, laboranti oculo manum impone, integerque ac sanus, qui læsus est, oculus euadet.] Quod cum ita fecisset vt Magister admonuerat, ægritudinem suam curavit. Quo ex tempore sapiens Charitina, adiutore Patre suo Nicolide, Apostolum secuta est cum eo laudans ac benedicens Deum.

Narcissus Azotinæ Episcopus. Rom. 16. Philippi Azoti prædicatio.

B *Puella oculo laborans curata.*

C *Charitina Philippi comes.*

Veniens autem Apostolus Philippus Hierapolim, monebat qui erant comites, ne tentationibus animum despondererent. Inter quæ indigenæ vt impostorem dolo necare volebant, ne scilicet eorum vxores, velut etiam aliorum multorum, seduceret. Quidam vero Heros, ingenua præ reliquis civibus fortuna, Apostolum ne lapidaretur liberari studens, in hæc fere verba sodales probabilibus aggressus est. *Viri cives, meum consilium noscite. Nihil nobis infestum cum peregrino isto homine: sed, si lubet, illius examinemus doctrinam, num ad animi salutem aliquid conferat.* Cum nemo Heroi (quippe viro illustri) contradicere ausus esset, primus ipse Apostoli pedes complexus, Sanctum rogabat vt in domum suam diuerteret. Ingressis illis, Marcella Herois vxor indignari adversus virum, diuortiique libellum offerre, & vt dos ad ipsam reuerteretur, nisi is Philippum domo eiiciat, serio rogare. Videns itaque Apostolus inde animo anxium, vt in fide constans perseveraret excitabat. Tum ipse positis genibus orans, eam quæ paulo ante indignans obstrepebat, viro supplicem fecit. [O Vir dulcissime, *aiebat*, vnde venit mirabilis hic homo? Quam suauis illius sermo morumque constitutio! Magni Dei, *aiebat Heros*, ô mulier, nuntius est ac præco, regnique cœlestis paradisi auctor. Ac, si libet, citra omnem dubitationem accedamus illius Deo;] amboque procidentes Apostolo, regenerationem quæ ex aqua est & Spiritu, accipiunt cum tota domo. Quo factum est, vt & vicini multi ad Dominum transirent.

Philippi Hierapoli certamen.

D

Verum malitiæ auctor, vt se vinci vidit, suosque Apostolicis captos cassibus cognouit, vt Herois domum incenderent concitauit. Tum Apostolus spiritu rem intelligens, ad eos intrepidus iit: quem immaniter insultando, ad curiam tribunalque duxerunt. Asperéque ac minaciter Apostolo Aristarchus Præfectus, curiæ præses, *Noui te, aiebat, magia virtutibus gloriari; at, nisi eas abieceris, acerbo te imbre lapidum perdam. Quæ enim ad Deum tuum crucifixum spectant, opportune examinabimus*, inquit, comaque apprehensum Apostolum, trudens sugillabat. Studens autem Vir beatus Aristarchi insolentiam castigare; sutte vero etiam propter eos qui aderant, vt intelligerent potentis Dei eum ministrum esse, cunctis audientibus in hunc modum vocem extulit. [Qui omnium nostrum sigillatim corda formasti, eorumque in quosvis vertis motus, ex meo erumpentem corde sermonem, quippe iræ expertem, Domine, opere adimple, sitque omnibus iustæ vltionis exemplo. Quæ in comam eius capitis, quod sanctificasti, extensa manus est, dissolvatur.] Dixerat, vtique insolentis membrorum distortio actutum verba secuta est. Statim enim eius manus exaruit; positum ad eam oculum inuasit cæcitas, auresque ambæ obsorduerunt. Ea res, eos qui congregati erant in stuporem egit, metuque ac tremore delicti reo veniam præstari supplicabant. Ad quos Apostolus, [Distorta membra, humana ope non valent reparari. Qui enim restituat atque instauret, vnus est qui à principio ex puluere hominem sic membris instructum fabricatus est. Quamobrem nisi accesseritis, isque ipse qui laborat, sanitatem non consequemini.]

E *Præfecti in Sanctū sauientis castigata temeritas.*

Imprecatio sine ira.

F

Interea, defuncti cuiusdam funus efferebatur; tenentesque feretrum qui sodales Aristarcho aderant, illudentes Apostolo dicebant. *Hunc si suscitaueris, omnes cum Aristarcho, Deo tuo cultum adhibebimus.* Sanctus vero intentis in cœlum oculis, prolixe orans, leni demum voce iacentem in feretro his alloquitur, *Theophile*. Statimque resedit & aperuit oculos. Adiiciensque Apostolus, dixit, [Christus tibi iubet, Surge omnisque impedimenti liber, loquere. *At ille exsiliens è feretro, Apostolo procidit, dicens*, Gratias habeo, Sancte Dei, quod ea multis malis hora hac liberabor. Duobus enim obscuris fœdoque aspectu ac immitibus violenter trahentibus, iamiam, nisi prior venisses, in terrum exitiosumque tartarum proiiciendus eram. *Tum res inaudita cunctos in stuporem egit, dicentes*, Quomodo quem nunquam viderat, ex nomine vocans, suscitavit? Vere quem Deum fortem & dicit & prædicat ac annuntiat, potens ac verus est, nosque indubitàter accurramus atque credamus.] Exinde Apostolus indicto manu silentio tumultum sedans, iubet Heroi, vt manu crucis signum exprimens super Aristarcho, sanctæ Trinitatis inuocato nomine, oblæsa membra illius fatuitate, sana componeret. Quo facto Heros Aristarchum membris omnibus integrum sanumque reddidit. In hoc cuncti Apostolo procidunt, in quibus & Præfectus (illius pater qui à mortuis fuerat suscitatus primus inter eos qui conuenerant) cum coniuge Apostolo accessit, facileque suscepta fidei doctrina ac institutione, ac fidei suæ firmum specimen, quos colebat duodecim Deos aureos in egenos Apostoli curis distribuendos profert. Sed & his quæ erant reliqua probe dispensatis, rectæ fidei regulam constanter tenebat

Mortuus suscitatus.

G

Præfectus ipse pueri suscitati pater, conuersus.

Apostolus vero cunctis ibi in recta fide perfectis Heroë illis ordinato Episcopo, creatisque ex illis Presbyteris & Diaconis: cumque ad hæc templa construi mandasset, ipseque erexisset, atque omnes fidei doctrina imbuisset, beneque illis precatus esset, in Phrygiam venit & Lycaoniam atque Asiam, prædicans ac Evangelizans Christum; cui gloria in sæcula, Amen.

H *Heros Hieropolitanus Episcopus.*

ORATIO VIII.

In laudem sancti ac celebratissimi Bartholomæi Apostoli.

ACcensum desiderium, at mens tenuis: fervens amor, at vilis oratio. Etenim spiritus quidem promptus est ac gliscit, salitque ac micat, vt cuique Aposto-

lorum debitum laudationis reddat: verùm mens fatiscit, impar scilicet, quam vt dignam argumento intelligentiam sufficere valeat: sed & oratio debilis fractaque languet, quod rerum laudis argumento propositarum, præstantiam assequi nequeat. Ac quidem dum dicendorum magnitudini intendit, manum ori imponit, ac velut quid aliud eorum quæ conuenientissima sunt, surdi sibi ac muti silentium indicit. Cum vero spiritus fervore velut igni intus depascente succenditur, suæ velut imbecillitatis oblita, non excitari pro facultate ad laudationem defungendam non patitur. Vndenam igitur hæc solvenda perplexitas, nisi hoc vno, si ab his ipsis qui laudandi sunt, orationi opem implorauimus? Nam in reliquis quidem argumentis, nihil inde opis accedit, ac nisi Orator à se ipse instructus accesserit; in sactis vero sanctisque Dei filiis, secus apparet. Quippe ipsa mens sapientissima inops consilij fit, disertissimaque perplexa cedit oratio, nisi ab ipso qui laudandus est, gratia large prouenerit.

Inuocatio propria laudandis Sanctis vnaque vtilis.

Quandoquidem igitur nos magnus hodie Bartholomæus, ad ipsius gratiæ claritatem laudibus celebrandam, annua recurrente memoria conuocauit, suæque it sanctitatis magnificentia, variisque miraculis & perpessionibus, cruceque Crucifixi causâ tolerata, prolatis, nostri in ipsum vim amoris accendit, inflammatque etiam ad illius exornanda miracula, gratiæ ab ipso illustrationem invocemus, veraque fide ac intentis precibus ab illius spiritu virtutem attrahamus, atque ita sanctissime ac Christiana vere pietate sacrum Caput ac Christi gratiis reuerendum, tanquam floribus, laudibus coronantes, in eum puto modum tantisper desiderium solabimur. Nulla enim adeo re divinus divinorum amor, ac eorum laude qui amori habentur, lenimen atque solamen nanciscitur.

Sent.

Inuocatio.

Adesto igitur, ô venerabilissime ac clarissime; adesto, præsto sis spiritu, vt qui purissimus ac sanctissimus Spiritus sis, sanctique ac diuini Spiritus soboles ac simulacrum. Aspira sensum, aspira orationem: sensum mentisque Intelligentiam, ad sanctitatis ac deitatis tuæ contemplandam magnificentiam; orationem, ad mirabilem oris sermone explanandam vestram præstantiam; quo scilicet vtrumque (sensus pariter atque mens, & oratio) cogitantibus nobis ac loquentibus tua mirabilia, sanctificetur ac splendescat: quippe cum vel ipsa duntaxat animo assumpta tui memoria, sanctificationem præstet ac illuminationem, tum nobis qui solo spiritu velut in speculo relucentem formam contuemur, tum iis qui olim cum sancto corpusculo versantem in terra viderunt.

Gratia Dei præueniendo Sanctorũ exordia. Hebr. 12. 2. Matth. 25. 24. Ioan. 1. 47.

A puero namque totus Deo consecratus, pietatisque forma ac indole, & vera religione & Legis meditatione & mandatorum observantia, ad perfectiorem Dei scientiam fidemque institutus cùm esset (nouit enim Dominus ex vtero qui sui sint, ac necessarij, ex vtero sanctificare, atque à prima statim formatione illis illabi, seque eis iusspecta ratione comitem præstare, atque ad seipsum dirigere & docere) quod fidei auctor & consummator Christus appareret, omnéque Iudæam & Galilæam, Evangelizando regnum cælorum, peragrabat, admirandisque sermonibus maioremque admirationem facientibus operibus Evangelio fidem adstruens, oves quæ perierant Israëlis ad se congregabat; tunc plane, tunc quoque verum hunc Israelitam Bartholomæum vocauit.

Ioan. 20. 31.

Quid igitur ille? Num vocantem respuit? Aut credit quidem, non tamen sequitur? aut sequitur quidem, verum ad tempus; aut in finem vsque, velut tamen vnus è vulgo ac turba Fidelium? aut relatus quidem est in Discipulorum album, verum illorum qui secundi ordinis erant apud Magistrum? Nequaquam; quin simul atque bonum Pastorem vidit, sicque eum alta mente cognouit & ab eo agnitus est, vt supremæ primæque electionis dignus haberetur, ac inter Apostolorum Principes accenseretur, sacrumque ac venerabilem Duodecim chorum compleret; exinde omni terrena spreta substantia, patria, parentibus, cognatis, amicis; quicquid hominibus pulchrum videtur ac studiis prosequendum; ad hæc vero etiam abnegata Vir admirandus anima sua, omnemque cordis proprij voluntatem proiecit, vt Iesu amicitiæ, ac scientiæ perfectioris particeps fieret.

Philip. 3. 14.

Inde iuxta destinatum persequens ac comprehendens, velut qui sincere spiritu viueret, spiritu incederet & ambularet, Dei quidem amicus ac filius adoptione, gratiæ vero duuo Vnigeniti frater constituitur. Qui autem Christo non domesticus foret & contubernalis ac commensalis, viæque ac institutionis socius? arcanorum omnium ac nefandorum mysteriorum, omniumque Dei operum ac sermonum, quæ Patri Luminum placuit vt mortalibus aperiret, conscios.

Psal. 44. 3.

Beatos igitur prædico tuos oculos, ô Verbi ipse & spectator & mysta, diuinéque discipule, quod inaccessi decoris supercælestis pulchritudinis speciosi forma præ filiis hominum, aspectu potitus es. Beatas prædico aures, quod Dei oris vocibus ac Christi mystico audito alloquioque impletus es. Circunfundor spiritu beatissimis tuis labiis orique, osculor & genas & linguam, velut Diuinissimum illum haud rarò osculata, ac quæ illius impleri dulcedine imbuique sanctitate meruerunt. Beatum prædico tuum gustum olfactumque & tactum; priorem quidem quod eiusdem ac verbum mensæ particeps fueris eosdemque sales perceperis; nec dici potest quoties eodẽ cum Servatore sensibili pariter ac spiritali saporatus epulo sis. Alterum, quod intemeratis vnguentis ac spiritali summi omniũ Regis scientiæ fragrantia impletus sis. Tactum denique, quod sæpius intemeratissimum corpus intemerate contrectaveris, tremendumque Cherubim ac Seraphim etiam atque etiam venerandum, tuis ipse manibus ministrans, vt par est, propior factus apprehenderis, cunctisque penitus sensibus, accessu ad eum qui omnem excedit sensum, eoque familiarius vtens, sanctificatus sis.

Adhuc autem magis æmulor ac beatum prædico, quod mente non concideris, nec in tentationibus animo diffisus sis aut cogitatione vacillaveris; sed immotus cum Magistro manes, parique opprobrio subiectis, atque condemnato socius condemnationis existis: patienti compareris, eique condoles qui in dolore agit. Etenim cum Crucifixo pene cruci mente confixus es, & cum moriente mortuus, & cum sepulto animi voluntate sepultus: quo & factum est, vt & cum resurgente resurgeres & conuiuificareris. Atque eius tecum testamentum, Contubernalem cum Principibus in regno cælorum, sed & plane pari eis solij dignitate sublimem in regenerationem fore assumendum.

Psal. 32. 6. Act. 2.

Quemadmodum igitur Iesu tum passionis, tum resurrectionis, tum eius in cælum recepti, vna cum primis ipse oculis spectator sociusque fuisti, sic quoque cum eis pari munere vitali Spiritus dono adimpletus es. Etenim cum prius Verbo Domini velut spiritale cælum ac mundo superius firmatus esses, eaque victus ratione quæ Sanctos deceat purgatus, atque claris animo repræsentationibus eximie illustratus, diuinitatibusque mente illustrationibus supersubstantialiter deificatus, velutque sublimis quidam thronus gloriæ ac sanctitatis requies interiori homine constructus; sic quoque Spiritum sanctum in linguarum ignearum species è cælo descendentem suscepisti, qui totum omnino implens, deificisque suis donis excellenter impartiens, atque in te sedens ac consistens, aptumque virtutis suæ organum efficiens, atque os Deum loquens, linguamque divinis sermonibus disertam concinnans; velutque sacrum quoddam vas ac pretiosum de gente ad gentem traducens transferensque dispensationis doctrinam (salutarem Iesu Incarnationem & resurrectionem & in cælos receptionem regnumque) sublimi cunctis præconio tua opera prædicauit.

Quis igitur quæ fontis instar manat diuini in te Spiritus virtutem satis laudaverit? Quis vero inundantes divinos sermones conscripserit? Quis virtutem illis comitem ac gravitatem? Quis vero animi tui sinu occultam perfectionem digne celebrauerit? Quis sermonum

A altitudinem? Quis eminentiam operum? Quis morum lenitatem & suavitatem, Christique æmulam bonitatem? Quis inaccessam tremendamque ac Deum referentem spiritus præstantiam;

Quonam quis modo, divinæ pacis nuncij ac prædicatoris, Ierosolymis Iudæaque excessum ad Gentes pernoverit, cunctisque oppidis & locis ac ciuitatibus Evangelij causâ jactationes erroresque? Quis circuitus, itinera, pericula, labores, fugas, plagas, carceres, fustuaria, lapidationes, probra enumeraverit? Quis apud Præsides accusationes, sub potestatum audientia noxas ac crimina; appertam insidijs ac maledictis Fidelium viam, ærumnas, vstulationes, dehonestamenta, verbera, discerptiones ac dilaniationes?

Bartholomæi res perstricta.

Quanta nimirum & qualia Philippo socius Hierapoli perpessus sit, primamque in cruce suspensionem; omnemque ibi tumultuantium infidelium coïtionem ac grassationem, omnemque cruciatum & laborem atque B ærumnam? Quænam vero mens intellexerit, quæve oratio auxiliorum Christi copiam, cœlestiumque illustrationum & coruscationum ac fulcimentorum abyssum enarraverit? Quis contemplationis magnitudinem ac Theologiæ celsitatem; quisve Bartholomæi divinæ sapientiæ immensam latitudinem pervestigaverit? Qui enim ipsam substantialiter Dei Sapientiam (infinitam illam, perfectam, diuinissimam) in corde manentem inque illo fixam habeat, omnia Spiritu scrutatur, etiam profunda Dei; tametsi à nullo terrenorum intelligitur. Ac quidem ipse omnia diiudicat, à nemine autem diiudicatur. Quippe qui agatur Christi mente; Ac, *Quis Domini mentem* ipsum instruentem ac præmouentem *cognovit*?

1. Cor. 2. 10. 15. & 16.

Quis per eum facta magnifica portenta literis exequatur; quanta Dei digito præstans, eos, qui aversis animis erant, ad conversionem Deique fidem permovebat? Ad Arabes enim quos Eudæmonas vocant (id est, Felices) vir beatissimus profectus; nec id modo, verum C etiam Indis postea Dei sermo lumenque scientiæ ac vitæ æternæ doctrina informatioque, missus, ipsa quorumque lingua magnifice Christum annuntiauit, omnemque aduersus homines depellens infestam dæmonum vim ac grassationem, atque omnem morbum, omnemque languorem in Iesu nomine curans; nec paucos mortuos eiusdem nominis potentia vita donans, innumeros quotidie credentes fidei rudimenta edoctos Christo adiungebat: regenerationisque lauacro emundans, ac deifico Spiritu eorum detergens corda, quos in illis digniores maioremque gratiam consecutos nouerat, in Episcopos & Sacerdotes, omni prosequendus admiratione sacrorum Antistes consecrabat; cunctisque sacris ritibus legibusque pertractans, ac Scripturarum doctrina mysteriorumque traditione, quantum capiebant, illis proposita, immaculatas Christo Ecclesias per oppida & civitates obiens lustransque excitabat.

Provincia Bartholomæi prædicatione peragrata.

Ecclesiarum institutio.

Eiusmodi Bartholomæi præclare gesta; talis magni Ecclesiæ præconis præstantia: inque eum modum annos D longè plures apud immanissimas versatus Gentes, nedum nihil ipse illarum cōtraxit feritatis, sed sua illas humanitate impertiuit; nec omnino ignorantiæ aut nequitiæ illorum vel minima labe suam ipse vitam ac disciplinam aspersit; quinimmo excellentia bonitatis divinæque imitationis, illorum impietatis ac morositatis partem plurimam dissoluit; velut sol emissis è cœlo in cœnum radiis, ac qui non ipse sordescat, sed magis fœtorem dissolvat, aboleatque ac minuat.

Quia verò cursu præclare consummato ac fide servata quantos nec numerus capiat, ad Dominum converterat, multisque saluris via extiterat; iam quoque finem dignè laboribus respondentem nancisci cupiebat; pingui nimirum senectute corpore fatiscens, atque ad Christum emigrare, Deique requie frui insatiabili desiderio sitiens. Neque verò Dominus Iusti desiderium illud contempsit: nec exaudiuit quidem, minus tamen quam pro votorum illius ratione tribuit: sed sicut in omnibus ex Christi compositus rationibus Vir Deo beatissimus cum

2. Tim. 4. 7.

Psal. 91. 15. Gen. 15. 15. Philip. 1. 23.

esset, sic Christi pietate ac moribus vitam instituerat, vt Christus alter recte contuentibus & esset, & disciplina omni præferret, ita finem quoque eiusdmodi subsequi necesse erat, qui toti vitæ congrueret. E

Quænam verò consummationis causa, ac videamus quam illa religiosa exque Christiana pietate. Contigit sacrum Theologum in quadam vrbe Maioris Armeniæ (Vrbanopolim vocant) versari. In ea magnificis diuinisque ex more prædicationibus Deum celebrans; deosque omnes ac omnes dæmones despuens, vnumque Iesum colendum admonens; eum solum vt verum Deum agnoscerent instabat; nempe, [Deum perfectum, solum sanctum, principij expertem, æternum, incomprehensum, Lumen æternum ex æterno natum Lumine; id est, manantem ex Deo Patre Splendorem, Lumen principij expers ac coexpers principij, Principio, quo auctore nulla vi verborum explicabili ratione, supraque omnem rationem & mentem effulget.

Bartholomæi prædicatio & martyrium.

F Hic, quicquid nostræ concretionis est assumens, similique nobis ratione ex sancta ac castissima Virgine factus homo, vti fidei nostræ veritas docet, triumque annorum spatio diuinissimis sermonibus præmagnificisque ac stupendis operibus nobiscum conuersatus, tumque propensiore consilio cruce ac morte perfunctus, postmodumque triduanus suscitatus, atque in cœlum, nobis in eum contuentibus, receptus, in dextera Dei sedit; qui etiam venturus est iudicatum orbem terræ in iustitia, & vt reddat vnicuique iuxta opera sua. Eius, *inquit*, nos quoque nutu missi, hortamur vos & obsecramus, Fratres, vt credatis & baptizemini in nomine eius; donumque Spiritus sancti accipientes, hæredes vitæ æternæ regnique incorruptibilis efficiamini, in Christo Iesu, Amen.]

Talia atque his longe plura diviniorague cum miti lenique alloquio sacratissimus Bartholomæus adstantibus turbis, ipsa earum lingua, declamaret, atque alij quidem crederent, assensumque veritatis doctrinæ præberent; alij verò exacerbarentur, ac dæmoniacâ aduersus G eum æmulatione incitarentur, factâ repente coitione, scelestissimi divinissimum Senem corripiūt, sublatoque clamore corā primoribus eum ciuitatis accusant. Hi severe admodum instituto causæ examine; auditaque eius prædicationis doctrinâ, ac, quod Deus cum esset prææternus, homo in tempore factus est; quod cruci affixus, quod triduanus à mortuis suscitatus, quod in cœlum receptus, ac rursum venturus iudicatum viuos & mortuos. Cùm hæc igitur impij perorantem audissent, verbi nouitate attoniti, aduersusque Crucifixum indignatione accensi, illius confestim præconem verberibus cæsum in crucem agunt; æquum scilicet pronuntiantes, vt Crucifixi discipulus crucis pœnâ mulctaretur.

Bartholomæus crucifixus.

Ille porro alacri animo lignum adiens, maximo gaudio illi confixus est. Hinc Angeli è cœlo in eum descendentes & ascendentes, augustissimum illi ascensum præstruebant. Apertum ei superne cœlum, omnesque cœlestium Potestatum ordines, ad suscipiendum charissimum Domino discipulum ejusque pompam parati erant. Hinc ille, gratiarum prius actionis H ac supplicationis, fragrantissimi instar thymiamatis, confessione ad Patrem directâ, tumque leniter ac placide abruptus carnis vinculis; Deique Spiritui è terra in cœlum assumenti devinctus atque compactus, sic è corpore perfecte evolat & ad Deum cum claritate commigrat: atque vt vere filius ad Patrem cœlo celsiorem inenarrabili exultatione deductus, hæreditatem incontaminatam atque longævam, diuturnissimamque iucunditatem, atque supremum ac primum cum Petro & Paulo apud summum omnium Regem honorem consequitur.

Ioan. 1. 51.

Bartholomæus, Petro & Paulo honore consertus.

Idcirco saluto te; charissimum Deo ac sanctissimum caput. Salve lapis pretiosus, vnus ex Duodecim, summo angulari dignus Lapide; pretioso dignus Margarito, velut illi immediate cohærens, eique aptatus atque contextus, & coædificatus, in habitaculum Dei in Spiritu.

Sive

A Apoc. 12. 1. Salve stella lucidissima ac spectabilis, pulcherrimaque ac latè conspicus, qui vndecim conscitus, instarque stellæ, plexæ illi coronæ gloriæ inditus ac oppositus es, quam cœlestis Sponsus, vt sacratissimum habet Eloquium, aptavit capiti sponsæ.

Salve Angelorum iucunditas, Archangelorum cura, Principatuum odoria fragrantia; ac quidem Potestatum splendor, Dominationum verò augustum decus: qui Thronis cunsideas; Cherubim sodalis, ac Seraphim contubernalis existas.

Salve Apostolorum gloria, Martyrum illuminatio, Sanctorumque omnium sanctificatio & iucunditas; res Deo digna, nomenque prorsus desiderabile; digne divinéque pro nominis ratione Bartholomæus nuncupatus; verè *filius suspendens aquas*: id enim nomen sonat, si quis interpretetur. בר תלד מים

Salve ac gaude, quod & ipse Dei imitatione sicut Dei Filius verbo aquas sublimes aëre librat, levatque è terra, quibus etiam iuxta Scripturam; *tegit cœnacula eius*: sic quoque tu, aquas multas (humiles scilicet animos tua opera credentium Christo) prædicatione tua sustollis; spiritalioresque à terreno penitus sensu suspendens, ac in Deum perfectius elevans, in illis qui secundi ordinis sunt, ac cœnaculorum rationem habent, animos Fidelium tegis. B Iob. 26. 8. Psal. 103. 3.

Salve sis beate, inclyte ac divine, qui magnum & parvum, multum & paucum salutare Evangelium prædicasti ac docuisti. magnum quidem, quod omnem mentis ratione vtentis atque indolis comprehensionem excedat; parvum verò, ob inclinationem atque ad terrigenas demissionem, ac cum eis similitudinem, eius qui cœlis celsior existit. Vel magnum quidem, ob Deitatis maiestatem; parvum autem, ob extremam humanæ naturæ exilitatem: quorum nova mixtio & concretio, Evangelij caput summaque est. Ac multum quidem, quod multam in se ac immensam intelligentiæ ac sapientiæ abditam contineat altitudinem; paucum verò rursus, quippe quod paucam ac compendio brevem summa colligat de divinis doctrinam. Dionys. 3. cap. de myst. Theol. §. 1. *Evangelium multum & paucum, Bartholomæi sententia.* C

Gaude ac lætare clarissime regalissimeque Dei fili! quod tibi sedes in cœlis apud Regem gloriæ Christum parata est; in qua etiam cum antiquissimis ac primariis Verbi discipulis, pro eo ac divina verè cautum promissione est Israëlis iudex sessurus es. Math. 19. 28.

Salve sis; verum nos quoque diviniotibus invisens conspectibus, ab omni ærumna & turbine libera, cordisque dolore & tentationibus: ac esto nobis turris fortitudinis à facie inimici: esto & sequester ac bonus cum Christo pacator; qui nos illi inconfusos adducas, summoque omnium Regi concilies; in gloriam Patris & Filij & Spiritus sancti, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. Psal. 60. 4.

NOTA.

D *Translationem sacri pignoris Bartholomæi in Liparim insulam, Latini pariter ac Græci concorditer memorant. Significat Gregorius diu post eius martyrium contigisse, cum infideles illarum regionum potirentur, qui sic Fidelium devotioni obtundere, & sancti Apostoli cultum abolere pertentarint; cum Deus maiori cultu habendas eius exuvias ad partes Occiduas; ac postremò Romam Sacerdotij arcem destinaret. Nostra breviter, ac graviter Tiliana Menaa 11. Iunij.* Cruci traditus Arbanopoli gloriose consummatur; inque vrna plumbea positus, in mare proiicitur. Dei tamen providentia vsque in Siciliam, in Insulam quandam Liparam delatus atque manifestatus, ibi sepelitur.

Verum edita 25. Augusti sic cuncta fusè narrant.

* * *

E

REVERSIO RELIQVIARVM Sancti Apostoli Bartholomæi.

QVàm *mirabilis Deus in Sanctis suis!* nunc quoque ipse opportune clamavero, qui stupendum quidpiam atque tremendum prodigium narraturus sim Sanctus enim Apostolus Bartholomæus, cum nomen Domini in diversis locis prædicatione sua mortalibus notum reddidisset, in Maiori Armenia quæ plagæ Orientalis est, cruci affigitur. Qui autem eius consummationi adesse Fideles inventi sunt, depositum in arca lapidea, Vrbanoli condiderunt. Cumque arca illa, seu vrna, iugi sanitatis vena scaturiret, concurrentes populi, morborum molestia liberabantur. Videntes itaque diaboli ministri, furore in vrnam illam incendebantur; ac quãdoque deliberatione habita, vrnam in qua erat S. Apostoli Corpus, cum quatuor aliis sanctorum Martyrum vrnis, in mare proiecerunt. Id verò omne contigit, vt & tantus maris tractus, quantum emensi sunt, per illos sanctificaretur, ac loca per quæ illus diuisit divina gratia, benedicerentur. Psal. 67. 35. F

Magnos enim Ponti sinus subnavigans Apostolus, altisque Hellesponti superatis angustiis, Ægeum mare & Adriaticum petiit, relictaque à sinistris illustri ac maxima Siciliæ Insula, vna comites habens qui in aliis vrnis præclara victoria inclyti Martyres erant, Pappianum Lucianum, Gregorium & Acacium, ad Insulam, quam Liparam vocant, appulsus est Quam mirabilia opera tua, Domine! Ecquænam oratio laudandis illis sufficiat? Ac quidem præclari victores Martyres, velut Rege quodam, vbi cum conquiescere voluerant, magno derelicto Apostolo, statim reversi sunt, quo loco divinæ prouidentiæ visum erat, singulis illis hospitium sedesque adscribere: Papinianus quidem in vrbem Siciliæ Amyllam; Lucianus verò Messanam; Gregorius Columnam Calabriæ vrbem; Acacius Ascalum, ciuitatem sic dictam. Eccl. 11. 4. G

Tunc Apostolus aduentum suum Agathoni intimat. Statimque Episcopus matura diligentia, vbi magnum horrendumque prodigium vidit, stupore plenus, *Vnde*, inquit, *tibi Lipara, tantus hic ingensque thesaurus advenis? Plane eximie magnificata es & clarificata. Choros age, sali atque exulta. Suscipe tuis manibus, & ad eum clama, Faustè venisti Apostole Domini.* Hæc aliaque non pauca prolocutus Episcopus, laudesque Apostoli atque Insulæ prosecutus, dicendi finem fecit.

Quodque deponenda vrna loco illustri quo scilicet loco diuinum delubrum ad gloriam celebratissimi Apostuli excitandum erat; trahentibus multis nihil illa obsequebatur, donec revelatione divina beatus Agatho adducto vitulorum iugo, ac funiculis alligatis, ingentis molis arcam illam, inhabitantis potentia facile traxit, quo Apostoli voluntas delegerat.

H Ingens porro miraculum miraculis comes secutum, ac cui forsan plures eorum quibus ignota divina prodigia sunt, fidem abnegabunt. Exiguæ molis insula est, Vulcanum vocant, in qua fons ignis ebulliens nocte dieque. Hæc, vbi duntaxat Apostoli sensit adventum, quod vicinitate Liparam oblædebat, diuina potentia statim retracta, septem procul stadiis recessit; quod miraculum tractus velut recedentis fluvij in hunc vsque diem prædicat ac prodit. O inaudita stupendaque miracula! ô modum omnem excedentia prodigia! Vbi talia in vniuersa quæ sub sole est cognita? Postquam verò etiam Episcopus elegantem Ædem Apostolo excitaverat, atque in illa quasi pretiosum thesaurum, beatum illud ac venerabile pignus cum vrna deposuerat, quis referre possit quanta ibi quotidie fierent miracula?

Longa itaque annorum decursa serie, extremis temporibus, in diebus Theophili Imperatoris, capto ab Agarenis, ob plura nostra scelera, in quo sanctus Apostolus iacebat, præsidio, omnique Lipara insula manente desolata, Beneventanæ vrbis Regulus, Apostoli perceptis

A miraculis, ferventi erga Sanctum fide excitatus, Amalphitanæ vrbis nautis aliquot conuocatis, ac quantas par erat pecunias dare pollicitus, ire iussit, ac pretiosum illum thesaurum ad se deferre. Quod & contigit.

Quem dicebam itaque Regulus longo procul à mari intervallo, accitoque loci Episcopo multisque aliis, tum ex Clero tum ex vulgi plebe in occursum Apostoli exivit; adductumque Beneventum sacrum pignus, in venerabili Æde deposuit: vbi etiam oppidanis omnibus sanctitates præstans clarescebat magnus Apostolus, in Dei nostri gloriam, qui omnem boni rationem excedit.

ORATIO IX.

In laudem sancti ac celebratissimique Apostoli & Evangelistæ Matthæi.

B *Evangelista nominis vis*

MAthæi memoria quidnam fuerit gratius? quod scilicet non nudum nobis Apostolum, sicut reliquos, nominis nuncupatio delineet, sed vna quoque Evangelistæ dignitatem inferat: Evangelistæ autem memoria, ad Evangelij rectam intelligentiam ducit. Huius verò recordatio, Christo coniungit, qui in eo laudatur. Memor esto sincere & ex animo Evangelistæ, vt Iesu Christi verè recorderis, eiusque gloriam vniformiter ac complexe contempleris, qui dispensationis omne mysterium, per venerandos nominis apices mente doceäris

Discipuli omnes Evangelistæ, peculiariter quatuor: Matthæus in eis primus.

Æquum sane vt & omnes Salvatoris Discipuli Evangelistæ vocantur; vt qui Dei pacem exsuperantem omnem sensum, fausto Gentibus nuntio intulerunt, diuinisque doctrinis ac Christi æmulis Passionibus, Salutare Dei in terra prædicarunt. Imprimis verò conuenientissimum est vt eo nomine Quatuor appellentur, vt qui nedum prolata nudè voce, sed & scripto Christum annunciarunt; neque suæ duntaxat ætatis hominibus,
C sed & futuris deinceps omnibus Dei mysteria Scriptura teste propalarunt: quorum primus sacratissimus Matthæus, ad sacram Euangelij conscriptionem animum adiecit; primusque Nouum nobis Testamentum enarravit: Ac sicut ille olim Moses primam mundi originem, ac deinceps omnium Dei operum magnificentiora scripto consignauit: sic nimirum & iste, Christi Dei ortu recensito, illius exinde miraculorum omnem magnificentiam, diuinis scripto prædicationibus tradit. Matthæus scilicet, fidelis ac prudens dispensator Patris, sapiens magnusque Verbi Evangelista; Paracleti denique splendidus Prædicator ac scriba velox.

מתן Syriacè donum a radice נתן, dedit.
D *Ifa. 49. 6. Luc. 4. 22.*

Matthæus, cuius si nomen interpreteris, *donatus* dicitur: è mundo quidem velut pulcherrima delibatio, donatus Christo ac diuino Spiritu genitus. Verboque veritatis perfectus, ab ipso rursus in lucem & salutem Gentium donatus est, vsque ad extremum terræ. Hic nos hodie conuocans, suamque ipsius memoriam splendidissimæ celebritatis argumentum præstans, lætam maximè ac admirandam desiderabilis conuiuij compotationem indixit; solidam quidem ac perfectam escam, conscriptum ab eo Evangelium apponens, gratiæque sermonem ex eius ore procedentem velut sacratissimum quendam craterem miscens, Christique amantes animos omnes lætificans.

Sed videamus quali ex vita, ac instituti prius genere Vir beatus, ad quem euaserit finem: excellentemque mutationem summéque inauditam in melius transmutationem admirantes, mirabilem Deum in iustitia, mirabilem in bonitate magnificemus.

Exaggeratio publicanorum nequitia.

Publicanus prius fuit, Christi postea Discipulus; ac pecuniarum ratiocinator, Evangelij interpres & enarrator. Publicanus nempe institutum quod piis maxime abhorrendum, religiosæque mentis hominibus scelestissimum habeatur. Quid enim violentius aut magis tyrannicum, quàm pecunias conflare, earumque exactorem esse? Quid verò vitæ ex Evangelij rationibus institutæ magis adversum, quam opprimere viduas, pauperumque animas iniustè trahere atque vexare, sive etiam iustè, vt existimatur? Vtrinque enim attenta naturæ æquitate vere locus iniuriæ est, tametsi lex humana, sancita olim tyrannide, actionem innoxiam dictet. Non enim hæc lex Dei est, non naturæ, vt nempe alij tyrannidem exerceant, alij tyrannide premantur; atque alij quidem adversus humiliores supercilium tollant ac efferantur, alij mancipentur atque ærumnis conficiantur: lasciuiant se deliciis aduersus pauperes temulenti diffluant, prætextoque publico debito, supremam tolerandæ vitæ rationem auferant; alij graventur ac cædantur, donec nouissimum obolum reddant; à quibus sicut spiraculum, sic & tributum austerè exigatur. Non sic Deus ab initio, non sic hominibus, cum primò conditi sunt, lege sanxit. Sed sicut vniuersorum vnus est fictor, sic & natura vna est, ratioque ac vitæ lex eadem omnibus; cunctisque similiter libertas, status & vitæ ratio eadem primum constituta fuit.

E *Concessa lege ciuili eorum exactio.*

F *Ex peccato orta dominia, seruitus & tributa.*

Ex quo autem superba ratio, rerumque natura superiorum inconsulta cupiditas; ac serpentis quidem insidiosum consilium, sanctique mandati spretio, & inobedientis naturæ ingruentia, diuisam illam procul à Deo depulerunt, atque inuido adiungi præstiterunt; inde iam cognati ac tribules, in alienas scissi voluntates sunt ac vitæ studia. Inde factum vt alij dominentur, alij dominio subiiciantur; alij tyrannice regant, alij regantur: atque alij quidem tributa exigant, ab aliis autem exigantur: alij audacia efferantur & aduersus eos qui pari honore sunt quasi aduersus seruos insurgant; alij tyrannidis metu paueant, ac tanquam indeprecabile, tributum annuum solvant, velutque debitum, servitutem pendant.

Publicanorum genius.

Huius semper malæ actionis censusque quæstores, qui calentiori ac acriori ingenio sunt; hoc est, callentissimi tributorum ratiocinatores, inque rem maxime idonei. Hi verò omnium inclementiores, & qui nulla miseratione moveantur; vbique procaciores maiorique improbitate, vt nihil quicquam debitores habere sinant. Huius Matthæus prius corporis disciplinæ erat. Huius instituti, tanquam solerti vir ingenio mentisque agilitate præpollens, inter Publicanos Principem locum obtinebat.

G *in quibus Matthæus princeps.*

Quod igitur per eum transiens Dominus, illius animi imo inspecto sinu, latentem in eo virtutis thesaurum deprehenderat, etsi tum exterius ex accidenti, sæcoli pravitas ac nequitia obtondebat: atque alterum quidem, bonũ esse spontaneum atque innatum; alterum verò, fortunæ potius iniuriam, quam spontaneæ mentis sententiam intellexerat, eum vocat ac iubet sequi: Qui surgens, statim secutus est: Non longis Domino opus sermonibus fuit, non temporis mora, non maiori consuetudine; at neque crebra diuinorum doctrina, non probabili cõsilio & suasione, non miraculorũ exhibitione, vt Principem Publicanorũ à suo illo studio institutoq; abriperet; sed transiens, vnaq; duntaxar communitũ voce, eum traxit, *Sequere me.* Ille porro, non pecuniis attendit animum; non quæ ex lucro est, voluptatem cogitavit: non eorum opinioni qui pari instituto ad telonei lucra considebant, pudore repressus vocationem respuit; sed mox voce audita, totus vocanti devotus, velutque repentina fulguris coruscatione animo illustratus, atque à pecuniis, rebusque quas manibus versabat alieno statim factus animo, ac vocationis (ô fidem!) in eo victrice, socios quidem quæstores relinquit; relinquit verò portorium, collectaque in eo tributa omnia proiicit: auroque omni atque argento pretiosum margaritum commutat; missaque terrenorum rapina, cœlorum regnum raptum currit: Quinimmo, cùm anima auro omni & argento pretiosiore præditus esset, dum velut lapidem pretiosum dignéque amabilem, Deo obtendit animum, eius ille illecebris capitur, & amori habetur atque quæritur, & ad incorruptam beatissimamque vocatus atque electus aulam, ad extremum assumptus est.

H

A *Levi, quaſi fœnus aut fœnerator, in Mathæū quod eſt donum ſive donatus.*

Enim in modum mutatis mirabiliter Leui moribus, in Matthæum etiam nomen commutant : ac ſicut antea publicani arte, portoria è ſubditis legendo,illi qui genti imperabat,aurum quæſierat , ſic & poſtea eadem Chriſtum ſibi addixerat , qui invitantem ad ſpiritale ac myſticum ſermonum conniuium ſequeretur , rurſoſque domum ipſe invitaret,magnificeque acciperet,atque duplici cibo reeteareret ; vt quidem hominem , illis dapibus quæ ea corporis vſu forent ; vt autem Deum,pœnitentia placando , fidemque charitate afflatam (pulcherrimum ſcilicet eorum , quæ à nobis ille exigit) offerendo. Quamobrem etiam procliue telonei quaſi inte à ſe caigi ſinit , qui ſe eſurientibus magnificus largitor præberet; eſuriens ipſe eſuriri , & eos qui accipere dapibus viderentur, paſcens.

Chriſtus nobis quaſi vectigalis.

Cum igitur Vir beatus ſe eorum publicani illa functione vitaque expediſſet , ad Chriſtum apte ſuſcipiendum comparatus eſt : nempe abiecto ſæculi ſpiritu, Deique Spiritu aſſumpto. Inde omni mundo crucifigitur, ac cunctis mundi cupiditatibus evacuatur pariter &
B
emundatur ; atque à vanitatis rationibus velut fæcibus prorſus depurgatus , ſolique Ieſu viuens atque illius veſtigia premens , indolis omnem ſolertiam omnemque animi ſagacitatem ac mentis acumen , illius contuendæ veritati addiait ; cunctiſque ipſios ſacris atque myſticis diuinis prædicationibus intelligentem auditum ac morigerum adhibens , admirandiſque cunctis Chriſti operibus ſimplicem oculum atque lucidum admovens ; ac præterea ſalutarium paſſionum , crucis, mortis,ſepulturæ , reſurrectionis , omniumque reliquorum ipſe ſpectator ſociuſque effectus,mirandum in modum ipſe teipſo (ô omni admiratione proſequende inaſpectabilium ſpectator !) excedis , totuſque Dei exceſſu ſapientis efficeris , Deique Spiritu naſcens , divinus plane ſpiritus evadis. Quamobrem etiam Paracletus è cœlo effuſus, quaſi cum propria prole conſueſcit : ipſaque ſubſtantia illapſus & verſans, diviniſque illuſtrationibus ac muneribus replens , ſapientia adimplet & intellectu , impletque fortitudine & ſcientia ; pari denique Coriphæis
C
antiquiſſimiſque munere , ſignorum prodigiorumque virtutibus liberaliter donauit.

Quid igitur ? Num Spiritum quidem in ignis ſpecie è cœlo deſcendentem pari reliquis munere ſuſcepit , non pari verò conatu gratiam quæ in illo eſt, Gentibus annunciauit ? aut à Petri ac Pauli diuina pro Apoſtoli partibus ſapientia, id eſt, magniloquentia,defecit ? Nequaquam. Illis namque per omnes nationes ac terræ oras diſcurrentibus , prout cuique obtigerat , aut Paracletus diſcernebat, verbumq; vitæ oris ipſo officio.his in quos incidebant enarrantibus ; hic , fervens Dei æmulatione ſuccenſus, animis gliſcebat , diſcruciabatur, ægrè moleſtéque habebat , cordis parturiginem ferre non valens; ac orbem vniuerſum,ad eius animi propoſitum quod ſuſtinebat,verbo gratiæ implere ſatagens.

Ratio ſcribēdi Evangelij Matthæo, debilior corporis habitudo.

Obſtante verò ſacro deſiderio , quod corpuſculo imbecilliore natura præditus erat , non ignauia concidit,
D
non ſe mollitiei ac deliciis deditum voluit , non corporali exquiſito victu ac delicatiore reſiliit ; ſed alteram iniit viam, eamque compendiariam , nec quicquam moroſam, cunctiſque hominum ætatibus ſalutarem. Quinimmo ipſe ſeipſum,quoad licebat, colligens, Deique viſilem Verbi ad homines apparitionem,omnemque diuinam diſpenſationem clara mente memoria informans, ac velut ob oculos ponens, ſcripto conſignat pietatem : quæque adeò reliqui Gentibus linguæ munere non ſcripta tradiderant, hæc magnus Matthæus ſcripta commentatione ſumma colligens , totum Verbi myſterium ſacris prædicationibus intexuit.

Summa Evangelij Matthæi.

Surſum enim ab Abrahamo generationum ſeriem orſus , ac deinceps procedens , quæ ſecundum carnem eſt, Chriſti generationem annuntiat : tum eius oſtenſionem, baptiſmumque & tentationem ; deinde Apoſtolorum electionem,ſacraſque inſtitutiones,quæcunque Dominus in parabolis , & quæcunque palam turbis ac diſcipulis loquebatur. Ad hæc eximia miracula , curatos ægrotos , à dæmonibus mundatos, variis languoribus ſanatos, panum benedictionem , ambulationem ſupra mare, immutationem in monte ; Omnem denique ſimpliciter prodigiorum ſtupendam vim , omnemque Ieſu actionem,ac
E
omnem præcipui momenti operationem , Dei vocibus, optimus myſteriorum Spiritus Scriba & Interpres exponit. Quin & ea,quæ ad ſecundum adventum ſpectant myſteria , executus eſt. Ad hæc etiam ſeſſionem ſuper pullum, & puerorum Iſodem. Iudæorumque invidiam : item Cœnam myſticam & Iudæ proditionem , ac Pilati ſimulatum iudicium & condemnationem : arundinem, coronam, illuſionem. crucem,ſepulturam,triduanam reſurrectionem & apparitionem. Omnem denique,vt vniverſim loquar , Verbi diſpenſationem , Verbi diſertiſſimus Scriba ſcripto enarrans , cunctis Gentibus pietatis propoſuit titulum , fidei pignus , dilectionis fomitem, bonitatis divinæ ac clementiæ declarationem,regni prædicationem , myſterij Chriſti confirmationem , veritatis fulcimentum , animorum illuminationem , ſanctificationis originem ſive fontem veræque ſalutis argumentum , abs ſe ſcriptum Evangelium orbis finibus
F
edens.

Sic Matthæus non ad vnam proficiſcitur gentem ; reliquis autem naturali corporis circumſcriptione , ac naturæ ipſa imbecillitate deeſt : neque ad omnes quidem ſe confert , cum paucis vero hominum ſermonem miſcens, diuinæ eis cognitionis atque fidei facem accendit : nec cum omnibus quidem , cum iis verò duntaxat quos illa ſuperſtites ferebat ætas : aut omnibus quidem deinceps ætatibus Ieſum annuntiat , eiuſque regnum ac incarnationem,non ſimiliter tamen veræ ſcientiæ fulgores cunctis affundit : quinimmo Solis inſtar lucidos Evangelij radios in omnem ſimul terrarum orbem , omnemque nationum linguam emittens , atque omnem hominum mentem ſecundum ætatum ſucceſſionem ad proprium theologiæ lumen illiciens , pari cunctos indulgentia, largo velut fonte , beneficio impartit : iis quidem qui ſimplicem atque fidelem animi oculum adhibeant ,
G
vera lux & ſalutaris exiſtens ; ijs autem qui prave nec in fide in eum intendant , Spiritus ſcilicet iudicij ardoriſque. Iſai. 4. 4

Evangelij præſtantia ſupra humanas leges e diſciplinas.

Scriptio hæc , Licurgi leges & Solonis , nugas eſſe oſtendit. Hæc, Platonis non verè exiſtentes Reſpublicas longaſque verborum ineptias , ſilentio damnavit : tantoque omni Ariſtotelica obſcuritate ac argumentis non concludentibus , omnique apud Græcos facundiſſimorum lucubratione ac ſcripto diuinior eſt ac ſapientior, quantò cœlum terra ſublimius , ſolque , eiuſcemodi lucerna.quæ nobis accenditur, lucidior eſt ac ſplendidior: quin (ſi lubet) quantò Deus homine nobilior , atque veritas vmbra expreſſior.

Satis enim fuit omnium loco beatiſſimus Publicanus ad orbis terrarum eruditionem Satis fuit, iis qui vellent pietatem colere , ad pietatem : ad ſapientiam & ſcientiam , his qui ſapientiæ ac ſcientiæ amatores eſſent : ac
H
quidem actioni deditis,ad diſciplinam vitæque normam: contemplationi autem ſtudentibus ac ſupernæ Dei claritatis avidis , ad theologiam erroriſque omnis expertem mentis ad cœleſtia ſubductionem. Satis fuit cunctis Gentibus Græcorum illius loquacitatis vice , compendiariâ Evangelij doctrina , ad ſupernam philoſophiam doctrinamque & illuminationem.

Abolit. Evangelio profana philoſophia

Hinc neglectæ Academiæ , Stoicorum & Peripateticorum Scholæ : neglectæ verò Athenæ & Thebæ , eorum domicilia & ſedes qui videbantur philoſophiam colere : ridiculumque ſupercilium , ac deſpuenda inani faſtu tumentium iactantia ſpreta; cuius etiam merito à vera Sapientia excidentes , diſcipuli doctoreſque impiorum deorum impie , vateſque & Sacerdotes execrabilium myſteriorum,eamere : turpem ſcilicet turpis cupiditatis demetentes fructum, dignamque mercedem erroris reportantes.

Cuncta hæc abolita ſunt & exſufflata,veluti; fumus ſoluta ac ſicut pulvis ſublata , ex quo tu , ô beate , animo incorrupto menteque è terra in cœlum exteuſa, Pſal. 9. 6.

A velut tuba ductili, tuba cornea divinos à te conscripti Evangelij sonos clangis. Id commodi ex tua sapientia consecuti sumus. Hunc tuis ex laboribus sempiterna dignum memoria ac indeficientem fructum decerpimus, quem in vera Vite manens atque à spiritali purgatus Agricola tanquam fertilis palmes multiplicem edidisti; eoque impleti, mortis abiecimus tenebras, ac induimus vitæ lucem.

Ioan. 15. 8.
Rom. 13. 12.

Matthæi res perfecta & consummatio: nec plura Metaphrastes, seu Acta eius nomine vulgata.

Cuncta quidem beatissimi Evangelistæ præclara gesta, quantaque sermonibus labiorum munere prodeuntibus diuine augusteque docens Christum clarificaverit, ac quanta per Spiritum omnium conditorem operans, eosque ad quos eum gratia amandaverat in stuporem agens, Deum magnificauerit: quemadmodum etiam ad extremum Hierapolim Syriæ veniens, confertaque hominum concione Iesum laudans, diuinisque prædicationibus eximie Christum celebrans, atque eos qui per ipsum credidissent, Domino adiungens, sanctamque & immaculatam Ecclesiam extruens; inque eum modum

B sanctè, & vt eius dignum erat vocatione, Dei functus martyrio, ad Regem suum & Dominum Deumque profectus sit; velut quidem tunica sancto ac venerabili deposito corpore, cœlestem verò inuia indutus claritatem atque honorem, inque gaudio inenarrabili & glorificato, omni Cœlitum sacro principatu pompa mundo superiori deducente ac stipante, vultui magnificæ gloriæ curam Deo in Christo Iesu appariturus, ingressus sit: quem & coronam gloriæ & indomentum incorruptionis, vitamque æternam ac regnum inconcussum adeptus est.

1 Petr. 1. 8.
Hebr. 9. 24.

Hæc nimitum omnia Historiarum monumentis, ac potioribus, quàm pro mea facultate diuinis exornanda sermonibus sinens, in tui desinam salutationem, Deo gratum ac valde amicum caput! Salve sis Apostolorum venerabilissime, ac merito beatissimi titulo prædicande. Gaude; quod tanquam piaculo ac contaminatione relicto pecuniarum portorio, donorum Dei substantia locuples evasisti, velutque eorum quæ animo intelliguntur exemplo, rerum in aspectum cadentium rapina vsus,

C recta ad illa capienda (laudabilem scilicet eorum rapinam) encurristi: tantòque innoxia illa plus habendi libidine vicisti, quanto culpabili emersisti: tantòque ab hac magis alienatus avaritia es, quanto te illi apertè devinxisti.

Matth. 13. 44.

Salve sis beate, qui ipsis oculis Veritatem spectasti ac Deum vidisti: qui longè pretiosissimum thesaurum velut in agro, in corde occultè defossum invenisti, ac præ gaudio vadens, quæ habebas omnia vendidisti, agrumque propter latentem in eo thesaurum coëmisti: nec solus incontaminans diuitiis frueris, sed ex cordis abundantia cunctas hominum ætates illis impartitis.

Salve sis, quod primus ipse Paracleto à secretis extitisti. Primus diuinorum, quos audieras, sermonum veritatem, ac, quæ videras, sacramentorum fidem, solis hominum auribus condendam haud putasti; sed veritus es ne divina temporis lapsu adulterarentur, ac pura con-

D taminarentur, sanctaque profanarentur. Quamobrem etiam vt libris conscriptum in orbem transmitteretur, atque in eum modum ad omnes veniret sublime Evangelium, boni indole ac sine invidia, tanquam illius qui solus bonus est, fidelis minister, operæpretium existimasti; quo scilicet omnes illuminentur & erudiantur, & ad religionis cultum provocentur.

Salve sis, quod & reliquorum deinceps Evangelistarum probum exemplar extitisti, tuaque æmulatione etiam illos ad sacri Evangelij conscriptionem movisti, & vt omnes Ecclesias ædificarent, incitamento fuisti.

Gaude & exulta, amice Dei fidelissime, Verbi minister probatissime, ac Paracleti scriba sacratissime: memorque tui memorum, ac eos benedicens qui te benedicunt, ac sanctificans qui sanctificant, ducas nos, ô beate, & dirigas in Christo Iesu, immaculatosque Paracleto exhibeas, vnius principatus & sanctitatis ac vitæ auctori, Trinitati, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. E

ORATIO X.

In laudem sancti ac celebratissimi Apostoli Simonis Zelotæ.

QVam læta hodie dies, insignisque festivitas ac iucunditatis plena! Etenim omnes quidem dies, festa Domini, omnesque exultationis pleni, ac spiritalis gaudij causa his qui aguntur Spiritu Dei. Cunctis enim Sanctorum suorum Memorias dispertita Sapientia, iisque velut astris orientibus omnem anni benedicens & perornans coronam, omni quotidie voluptate & gaudio piorum animos adimplet. Inter reliquos tamen dies illi maximè læti, ac qui gratam religiosis animis iucunditatem iniiciant, per quos sublimium quisque Apostulorum dimissa terra, in cœlum evolavit; laboribusque Magistri causa desudandis ac morte liberatus, ad doloris nesciam atque beatam in illo vitam commigravit.

Rom. 8. 14.
Psal. 64. 12.
F
Apostolorum læta solemnia.

Quemadmodum enim quæ cœli aerem ornant, cunctæ quidem natura splendidæ ac pellucidæ stellæ: non omnes tamen pari fulgent radiorum iubare. *Stella enim*, inquit, *differt à stella in claritate.* Sic etiam omnes quidem dies insignes & læti, ob Sanctorum illis consignatas memorias: at non ita comparatum, vt eadem omnes impartiant gratia. Tantum autem duodecim Christi Discipulorum memoriæ, tum claritatis magnitudine, tum splendoris abundantia præstant, quantum & illi Sanctos reliquos sanctitatis magnificentia superarunt.

1. Cor. 15. 41.
Apostolorū festa cunctis clariora.

Igitur exultemus hodie & lætemur, Apostolicæque memoriæ atque gratiæ munere perfruentes, spiritalem populique omnis conuentu celebrem diei festiuitatem constituamus: omnique corporali opere omnique sæculi sollicitudine curaque posthabitis, vacemus ac intelligamus, quodnam huius diei sidus ac admirandæ gratiæ auctor. Intelligamus quis solemnitatis auspex, ac in quonam hodie Deus gloriæ voluit glorificari. G

Vultis prædicem, quis nos recolenda sua memoria hospitio excipit? An non omnibus liquet, Magnum Simonem Apostolum esse, qui seipsum splendidissimæ solemnitatis argumentum Ecclesiis præbens, spiritalis nobis lætitiæ atque gaudij auctor & auspex existit? Nempe Simon vnus è sublimi duodecim choro; qui omni quidem Coryphæorum virtute, omnique Spiritus gratia consimili illis ratione, nulloque discrimine polleat; qui tamen ab vna cum primis celebretur ac innotescat, qua reliquis abundantius fulsit; Simon cognomento Zelotes, pari nimirum primis pietate in Dominum nobilitatus, qui tamen maiori reliquis fervore ornatus, rite Zelotes (id est, Æmulator) audiat. Id enim est zelus seu æmulatio, nempe fervor cum ratione sanoque consilio honoris Dei causâ accensus, ac fidei tutamen certumque præsidium præstans. Hic nos hodie clato præconio lenique ac placido ad mysticas invitat epulas: seque ipse tanquam opiparam ac splendidam mensam apponens, suamque crucem, ac quibus Crucifixi causa functus est, cruciamenta rectéque facta ac virtutes velut immortales dapes offerens, conuivas suos quam lautissimè accipit ac habet.

Simonis insigne ac dos peculiaris, Zelus.
H

Quis non igitur præsto ad solemnitatem occurrat? Quis ita segnis, ita negligens ac morosus; quisve sic mollis animique solutus, vt delicias eiusmodi, vt tantam iucunditatem talemque conuiuatorem contempserit? qui nempe filius hominis cum esset, ac bonam animam sortitus fuisset, vsque adeo tantaque diligentia seipsum excoluit, legisque documentis ac gratiæ placitis absoluit, vt Dei filius efficeretur ac existimaretur.

Sap. 8. 19.

Vultis & disciplinæ modum, quo ad Patrem suum prouectus est, discere? Præsto sum vt paucis referam: ac quæso aurem solertem atque animum accommodate. Ille nimirum morigero auditu ac fideli mente

diuina

A diuina edoctus, intelligensque Domini oracula, atque hæc à puero in animum congerens, hactenus quidem ceu rudimento Lege instituebatur; carnalibusque iustificationibus ac literæ imperfectioni nauans operam, inque illis exercens, ad gratiæ perfectionem præparabatur.

Quia vero qui literam abrogaret & spiritum consummaret, venerat: ac lucernæ quidem lucendi tempus excesserat, iustitiæ autem Sol illuxerat; atque noctis se mœstitia subducente, iam Oriens summos montium vertices illustrabat; non amplius figuris vmbrisque distineri sustinuit: non vt deinceps pædagogo affixus illique assiduus esset, operæpretium duxit: sed graui illo iugo humeris excusso, iugum Magistri suaue imposuit; spretoque Circumcisionis molesto onere, leve Gratiæ onus elegit; ac relicto Mose, vocantem Iesum secutus est: qui nimirum suæ illi gratiæ radios affundens, propriæque gloriæ ac maiestatis sensum immittens,

B atque sursum ducente spiritali horique amore subuehens, ac indubia confirmans fide, regnique prædicati spe desiderioque contendens, sibi totum addixisset ac deuinxisset, subtilissimæ mentis elevationibus abstrusissimisque contemplationibus sibi eum concilians aptansque.

Duplici vero iam ratione, Vir beatissimus illi animum intendens; ac corpore quidem, quodque oculis obiectum erat, verè filium hominis; spiritu autem & quantum mens penetrabat, Dei Filium natura conspiciens; exque duplici operatione, duplicem naturam contuens, ac fidei quidem præsidio, sublimem hanc contemplationem confirmans, rursusque contemplationis sagacitate fidem roborans: quadam denique vitali necessitudine animique propensioris beneuolentia, ei qui cernebatur, cohærescens deuinctusque, nec non secretiore nexu illi mente vnitus, nulla deinceps ratione ab eo disiungebatur; qui neque animo, amante avelli memoria, nec corporali ipso desiderati aspectu destitui, aut

C summa vix necessitate, pateretur.

Simul igitur cœlesti primum vocatione ac Apostolica dignatus electione, sermonumque gratiæ percepto sensu atque operum conspecta virtute, omni statim mundo moritur, solique Christo viuificatur. Moritur parentibus, necessariis, amicis, prædiis, pecuniis, omnique (vt verbo dicam) huic sæculo, cunctisque in illo crucifixus: neque id modo, sed & ipse sibi alienus factus, omnique carnis eiecto sensu ac prudentia, vnius Iesu Christi efficitur, vna eius supraquam arcana sacratissimaque pulchritudine affectus & gratia: Cumque solum eum spirares, solum præmagnifice coleres & laudares atque benediceres, qui fieri poterat, vt non apud eum, supremas primasque honoris partes assequereris? Quamobrem etiam supremo Apostolorum ordine sublimatus, sublimium ei mysteriorum auditor, diuinorumque spectator operum extitisti: Servus ei fidelissimus ac prudentissimus, minister grauissimus agendique acerrimus, quinimo, verissimus amicus ac probatissimus.

D Ac quidem Spiritus gratia intelligentiaque ac sapientia, nec non reliquis consecrationibus & & virtutibus, nulli impar Discipulorum fuisti. Communis enim eademque, Patre luminum auctore, Duodeno illi choro allucebat coruscatio, quæ nullo medio æquisque partibus beneficia eis dona tribueret.

Apostolorum paria à Deo munera.

Tibi autem magis, qua Magistrum prosequebaris, amoris vis zelique ardor in tantum abundauit, vt & in appellationem virtus cesserit. Quemadmodum enim Simoni quidem, ob fidei firmitatem ac constantiam, Petri nomen accessit; filiisque Zebedæi, ob magnificam prædicationem, vt audirent Filij tonitrui obigie, sic tibi quoque Zelotæ nuncupatio ob diuini zeli seu æmulationis abundantiam aduenit.

Simon Zelotes, ob feruoris præstantia, ac quasi Zelotypus. Exod. 20. 5. Iosu. 24. 19.

Osculor Deo simillimam faciem tuam, colendissime, & adoro, in quam Dominus placide inspexit, quæ vera gratiã invenit in conspectu Dei. Osculor mente omnique reverentia, venetanda labia, linguamque: illa quidem velut semper diuinis labiis spiritu coaptata diviniotaque

E oscula consecuta, quibus denique ab eo, cui infixa oscula, deifica gratia accesserit, hanc vero ceu stylum & penicillum Spiritus, tanquam organum oraculorum Dei, velut Christi laudatricem, ac tanquam reipsa laudabilem atque placitam, per quam ille exaltatus est in Gentibus, exaltatus est in terra. Psal. 45. 11.

Osculor venerabilissimas tuas manus, complector & speciosissimos pedes: manus, quæ strenue ac industriè Domino seruierunt quæ Evangelij gratiæ ministerio functæ sunt, quibus creditus vitæ Sermo: quem nimirum scrutatæ sunt & contrectaverunt inueneruntque vitæ Sermonem esse: cui coniunctæ ac Spiritu diuino coaptatæ atque compactæ, illius manus effici meruerunt: Manus vtique eximiorum operum effectrices, mirabilium Dei voluntatum consummatrices. 1. Ioan. 1. 1.

Adoro & pedes, velut currum Cherubicum, vt quibus vehatur, qui cœlos implet & terram; qui in vniverso hoc, extraque vniuersum versatur. Pedes nimirum, qui omnem fere peragrarunt terram: pedes rectos & sursum tendentes; pedes alatos & volucres, quales Cherubim, pedes fulguris instar currentes, incredibilique celeritate circumeuntes terram, ac Fideles in benedictionibus præuenientes.

F Ezech. 1. 7. Psal. 20. 4.

Osculor, etiam atque etiam colens te quoque totum, totus ex toto mente circumfusus, complector; spirituque velut in speculo obversantem contuens ac memoria collustratus, quasi intelligente immemorataque, ac omnis exorte materiæ luce, augustæ Vestræ magnificentiæ ac decoris vultu circumfulgeor:

Cæterum videamus, quoad liceat, quanta Zelotes Evangelica functione & virtutis laude enituerit. Etenim tanquam reipsa veræ Lucis discipulus, diuinumque totum lumen nitidissima mente complexus, totusque lucidus & filius lucis ac reipsa lux ipse effectus, post primæ summæque Lucis ac originalis in cruce occasum, post illius ab inferis tertio vespere ortum, post ascensum in cœlos (illius scilicet supra quam arcanam latebram) post Paracleti perfectiorem adventum, quando nimirum magnis primisque Verbi discipulis in Cœnaculo considens, pari cum illis collegio, in linguis ignis specie apparentibus ac sonitu flatus vehementis Spiritus a Patre descendens, in optimo corde ac regalissimo susceptus est: tunc planè etiam perfectiori repletus sapientia, diuinissimorumque signorum ac prodigiorum potestate atque virtute ex alto indutus, Orientem relinquens, ad partes Occiduas, duce Spiritu, Sol magnus eximiique fulgoris Libyæ vniuersæ, Africæque & Mauritaniæ, ac cunctis denique per Occiduas oras sedes nactis, exortus es.

Simonis prædicatio.

G

Libyæ, aliarumque Occidentis prouinciarum Apostolus.

Quis igitur vel mente intelligat, vel satis oratione exequi sufficiat atque exponat, labores, ærumnas, timores, viarum pericula, vigilias, curas, dolores, turbas, infidelium Barbarorum grassationes, insidias, plagas, carceres, insultus, cortiones, contradictiones, calumnias, verbera, detractiones & convicia, eiusque omnes Evangelij causâ profectiones & itinera: omnes denique molestias ac mala, quæ Vir beatissimus adversariorum infestatione quotidie sustinens, sustinebat Dominum, donec is illi attendens exauditaque illius oratione, fidei ianuam Gentibus aperuit. Donec misertus, eduxit eum de lacu miseriæ, ac velut maris procella, impiorum in eum insultu increpato, eorumque animi tumore sedato, ac dæmoniaco impetu delinito, iisque in diuinum timorem signorum tremendorumque portentorum vi immutatis, atque in eum modum ad assensum fidemque veritatis Evangelij traductis, tum præconem suum ex homicidarum procella eruit, tum velut e pelago, ex varia ac multiplici eorum impietate redemptos, quasi in hospitale litus, ad maximum Simonem appellebat. Iique adeo, immotæ illius fidei petræ nixi, & aqua emundati ac Spiritu illustrati, sacrisque per eum initiati ac consecrati mysteriis, in Ecclesias immaculatas, ei perficiebantur, qui omnem à macula puritatem excedit.

H Psal. 39. 2. Luc. 8. 24.

Sic Deo beatissimus Zelotes, quæ conserta acie

A

…ſimul &c …ormis, …nus & multi… …dex.

aduerſus illum ſtabat, virtutem ſuperauit; ſicque illos baptizans, quos ea addixerat, ſaluti deditos quotidie Eccleſiæ adiungebat. Verum namque Dei ſimulacrum in eo elucebat. Vidiſſes ſimplicem eum, & multiformem; ac ſicut Sol cùm vnus natura ſit, vnius generis luce, effectis tamen ac virtutibus varius oſtenditur: ſic & magnus Apoſtolus, vniformis cùm eſſet, (Chriſto ſcilicet affinis atque ſimilis) conſcientiæ erga omnes bonitate; curis nihilominus Eccleſiarumque ſollicitudine varius cernebatur. Ac modò quidem, congruum iuſta ratione ſilentium; modò autem, opportunum ſermonem exhibebat: nunc ex humana ratione humilius aſcendentibus loquebatur, ac Euangelij ſublimiora obtegebat; nunc veritatem palam loquebatur, ac quem prædicabat Ieſum, Deum eſſe prææternum, perfectum, principij finiſque expertem, conteſtabatur: Deum verum ac viuum, ex vero ac vivo ſemper naſcentem Patre; incorporeum ex incorporeo; ſanctum ex ſancto; lumen ex lumine; vitam ex vita, pari honore & deitate & bonitate; per quem cœlum & terra producta, omniſque eorum ornatus & diſtinctio edita.

…ſcre… …tia & … capiſtra

B

Hunc modo carnem factum eſſe, noſtra pro nobis indutum vilitate, ex Virginali, ſanctoque vtero, cruceque & paſſionibus ac morte perfunctum, immortalem nobis nulliſque obnoxiam paſſionibus atque æternam vitam, triduana ex mortuis reſurrectione præbere: quem & nobis videntibus in cœlum receptum, inde rurſus conſpicua ſpecie venturum expectamus, qui pro tribunali ſibi ſiſtat omne humanum genus.

Ac modo quidem, eorum qui Deum conditorem ſuum mundique huius vniuerſitatis opificem non agnouiſſent, dementiam impietatemque arguens, modo obſecrans, atque admonens, argumentiſque ex natura petitis, improbos ingratoſque ad benefactorem ducens; Turpe eſſe dicens, & à ratione prorſus alienum, ne paribus quidem cum brutis animantibus modis, eum noſſe qui muneribus demereatur; qui & primùm condiderit, noſque rurſos proprio ſanguine vendicarit: nunc quidem ad ſynagogas & tribunalia iudiceſque nequiſſimos rapitur, palamque Euangelium loquitur, atque ab aliis quidem ſubſannatur & illuditur ab aliis autem laudatur & admirationi habetur; nunc dorſum verberibus cæditur, fuſtibus contunditur, ergaſtulis clauditur; quandoque etiam catenis exultat & gloriatur: ac modo quidem potiori Chriſti apparitione, auxilioque potitur, miriſque modis à malis liberatur; modò nova prorſuſque inaudita ſpiritu patrat miracula, mortuoſque ſuſcitat & claudos roborat, ſolutaque membra, Ieſo invocato nomine, ſana præſtat: tumque cæcis viſum, ſurdis auditum, mutiſque eloquium imperat.

C

…imonis …ra …ca… …ionum …varius …ventus.

Mitto dicere quanta in fluminibus ac paludibus ſua illi virtute deſignata potentia, dum illorum quidem exitioſum inhibet impetum, iubetque in Chriſti nomine iis locis defluere, quibus oppidò commodum eſſet; has verò eodem invocato nomine exſiccat, ac quæ prius impervia erant, loca, incolis præſtat pervia. Mitto hæc, ac quæcunque alia Vir admirandus aduerſus elementa deſignans, quæcunque etiam in hominum gratiam illiſque demerendis prodigia patrans, atque his provincias integras vrbeſque diuinioris Ieſu doctrinæ ſtupore ſuſpendens, fide conſignat, atque à mala avocatos conſuetudine, erroreque ac ſuperſtitione, per Chriſtum Deo conciliat: Ac nunc quidem ad eos ſe confert, qui iam doctrinæ auditum acceperant, nunc autem ad eos qui eius nihil audierant. Rurſus longa continentis longiora æquoris atque pelagi pertentata ſpatia. Rurſus animi anxius mœſtuſque & moræ impatiens eſt & diſcruciatur, in feriſſimas gentes ac duriſſimas incidens: rurſuſque gaudet & exultat ac iucundatur mutatam tempeſtatem in tranquillum videns; ferinoſque & incredulos mores in lenitatem conuerſos & fidem.

…imonis D *…ibores …y mira…ula*

Quandoque ſingulos qui adirent illuminabat, quandoque vero etiam pluribus ſimul viris ac mulieribus, diuitibus ac pauperibus, magiſtratibus & priuatis documenta tradens, vniuerſis communis magiſter, Paſtorque ac ſervator bonus, Chriſti exemplo enitebat. Talis Apoſtoli vita moreſque: hicque brevis commentarius eorum laborum, quos longos annos deſudauit, moleſtiſſimorumque illius itinerum.

E

Hinc multam continentem & maritima, inſulaſque non paucas prædicatione complexus, pluribuſque Eccleſiis & Sacerdotibus ac Epiſcopis Domino conſecratis; jamque ſacræ verbi functioni colophonem imponens, ac ipſas è propinquo coronas ſalutans, Occiduum Oceanum navigat, atque ad inſulas, quas Britannicas vocant. Has verò, vniuerſi orbis terrarum oras extremas eſſe ferunt, neque quod deinceps eſt, pelagus poſſe ſuperari.

Simon Britanniarum Apoſtolus.

Illuc Simon beatiſſimus cùm veniſſet, ac veritatis ſermonem annuntiaſſet, multoſque verbo gratiæ credentes conſignaſſet: ſed & ab iis, qui veritati contradicerent, multis appetitus inſidiis eſſet, ad extremum corripientibus impietatis patronis, cruci affigitur, dignum ſcilicet cupiditatis finem, ac laborum Crucifixi cauſâ ſuſceptorum, illius gratiâ reportans, repoſitam crucem; paſſioniſque ſimilitudine tum ipſum clarificans, tum in ipſo claritatem nactus & gloriam.

Crucis F *ſupplicio ſublatus.*

Igitur in Crucem velut alter Ieſus ſublatus, poſt longa ad ſtantes turbas colloquia, poſt contentas ad Deum preces, in Fidelium gratiam, & infidelium, priorum, vt immoti in veritate perſeuerarent, aliorum, vt ad Deum fortem viuum conuerterentur, ac fide ſalutem conſequerentur. Poſt hæc, inquam, à mundo quidem & à corpore penitus excedens, in ſe verò totus converſus, ſeque medio, in eum, in quem per fidem ſemper commigrabat; corpus quidem velut quaſdam fæces ponit, qui carnis pridem indumento emortuus eſſet, velut autem leui penna ac cœlipeta ſpiritu in cœlos ſublatus, videt ſibi cœleſtes apertas ianuas; videt & clare Filium ſedentem à dextris Paternæ maieſtatis: ipſeque cunctis illis Mentium Sanctorumque ſtipatus agminibus, myſtice ac qua nemo verbis explicet ratione, ad ſupremum omnium Regem adit cum exultatione, ipſumque facie ad faciem nactus, ac illi eximie laudis cantico defunctus, Ieſuque dextera, corona gloriæ donatus: nullis denique verbis explicabili apparatu atque honore ſuſceptus, ſupremis primiſque coaptatur atque vnitur Dei filiis.

Pſal. 41. 3.

G

Hoc tibi, diuine Verbi ac eloquentiſſime diſcipule: hoc longorum laborum, quos Magiſtri causâ deſudaveras dignum præmium, vt videlicet illi ipſi copularetis: ac ſicut eum clarificaveras ſuper terram, ſic cum eo in cœlis clarificareris: ac ſicut excellenti quadam ratione paſſionum ſocius extiteras, ſic eiuſdem cum eo regni particeps efficereris.

Salve ſis igitur Deo beatiſſime ſummeque venerabilis Simon, obedientiæ nomen (hoc enim eius ſignificatum) dignè Deo laudanda ter digneque amabilis, atque Angelis quidem æmulanda, tremenda verò dæmonibus, ac Fidelibus quidem venerabilis & amabilis, infidelibus verò moleſta & averſabilis.

שמע audiuit.

H

Salve ſis Chriſti æmulator ferventiſſime ac gnauiſſime, tanto Phines illo, Eliaque & Eliſæo, ac Prophetis eo nomine laudem habentibus, diuino zelo ſuperior, quanto Chriſti ſchola eiuſque diſcipuli partibus, maioremque fidei fervorem adeptus, maioris quoque fervoris alacritatem ſtudiumque boni præſtandi gratia contuliſti.

Gaude quod tua ipſius opera boneſtata, quam in terra nactus fueras, patria, illamque penitus ſupergreſſus, rationes tuas, velut cœleſtis filius in cœlum tranſtuleris, Sioneque Dei Metropoli vera cognita patria, Sionites potius, quàm Cananites appellari merueris: qui nimirum ſicut patrem patre, hæreditatemque hæreditate, atque fratres fratribus ſic & patriam patria, mortaliaque & fluxa, iis quæ ſtabilia ſunt ac incorrupta, ſapienti conſilio commutaueris.

Cana maior & minor. Ioan. 2. 1. Ioſ. 19. 28.

Salve ſis, Patris quidem miniſter; diſpenſator vero

myſteriorum

A *A quauis primo Simon. Κανανίτης.*

mysteriorum Filij, ac Spiritus famule: siue, Patris quidem præco ac minister; Filij verò, Testis & Apostole; Spiritus denique discipule ac scriba; vnius deitatis laudator; trium personarum sacer Vates ac spectator.

Salue sis & lætare, quod Christo in æternum conregnabis, ac cum eo in sede maiestatis sedebis, immenso plenus honore & claritate. At, ne nostræ quidem exilitatis obliuiscaris; sed memineris, Vir beatissime, exiguæ huius allocutionis; velutque Dei supra quàm boni imitator, locuplete manu huiusce vices propositi redde, rectæque Altissimi viæ admouens, in ea supplicationibus tuis dirige, exque eius rationibus obumbrando perfice; perfectisque ac bonis Dei voluntatibus præclarè fructos, in beatas tandem nos Patris mansiones, admirande Zelota! in exultatione recipe: in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria & potestas, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

B

ORATIO XL.

In laudem sancti & celebratissimi Iudæ Thaddæi Apostoli.

BEatus ille Iacob, qui & Israël, cùm in extremis quandoque constitutus, filiis bene precaretur; quin immo euentura per singulas tribus spiritu vaticinaretur, ita prænunciauit, *Iuda! te laudent fratres tui. Manus tua super dorsum inimicorum tuorum; adorent te filij matris tuæ*; & quæcunque sequuntur in Benedictionibus. (Gen. 49. 8.) Quæ omnia nihil, aut parum illi acciderunt; clarum verò & apertissimum in Christo, qui ex Iuda ortus est, in eum modum prædicta, euentum habuerunt.

Christus verus Iudas. C

Hic enim verus est Iudas, qui Patri, qui in cœlis est, pro eo ac nomen sonat, confitetur: neque is solùm, sed & omnes qui eius verè ac fide discipuli existunt. Nec enim qui nudam vendicant appellationem, congruè dignéque Iudæi vocitentur. *Non enim qui in manifesto Iudæus est, sed qui in abscondito. Quemadmodum neque omnes qui ex Israële, hi sunt Israëlitæ; neque quia semen sunt Israël, omnes filij*; (Rom. 2. 28. Rom. 7. 6.) sed qui per fidem in solam Dei spem animis intendunt (hoc enim opus Abrahæ) ac qui Deum, quoad concessum est, merentur videre (id enim sibi vult Israël) hi, legem quoque circuncisionis seruant, non eius quæ in litera & vmbra est, sed quæ in spiritu & veritate, in expoliatione seu mortificatione veteris hominis: qui nimirum legem sequantur, ac indesinenter confessioni & orationi assidui sunt, in assumptione noui hominis seu illius renouatione. (Ioan. 8. 39. *Timo, Israël fortis cum Deo.* Col 2. 11.)

Iudas Christi discipulus: magis omnibus, D *qui ipse Iudas fit.*

Quemadmodum igitur diuinæ omnis operationis, omnisque virtutis & gratiæ Christus radix, fonsque, ac auctor existit; secundis autem partibus pro rata cum eo similitudine, hi quoque qui ex illo sunt, eorumdem & ipsi socij ac consortes existunt: sic quoque confessionis via, primò quidem principaliúsque in Magistro, ex illo autem etiam in discipulis participata ratione noscitur; tum reliquis omnibus, tum præ illis singularique excellentia, in eo qui diuiniore prouidentia rem ipsam appellationem est consecutus.

Laudemus igitur Iudam, iuxta Patriarchæ vaticinium; illum scilicet qui ex confessione nomen sit mutuatus. Laudemus & veneremur eum, qui dignè pro sacri nominis ratione vitam instituerit; qui sicut reliquas virtutes, sic hanc quoque excellenter cum Christo communem habuerit; feruentissimum vtique fide, & dilectione probatissimum, scientiaque perfectissimum Discipulum, qui sublimem sacrumque compleuit Duodenarium Apostolorum chorum. Laudemus, non Iscariotem (procul enim is est à benedictione; quippe qui dilexerit maledictionem, & venit ei) (Psal. 108. 18.) sed Iudam vtriusque spectabilem ac nobilissimum; cum scilicet naturalibus dotibus, tum quæ natura superiores sunt, eximiè clarum atque ornatum. Ad terrenam quidem prosapiam quod attinet, Iosephi filium ac Iacobi fratrem; quod autem ad cœlestem, (*Iuda carnalis & spiritualis nobilitas.*)

E *Iosephi filius Iacobi frater.*

Dei filium ac Christi fratrem, nepotem quidem Dauidis Regis, ac Christum agnatione carnali contingentem; si quidem & Ioseph ipse parens, eiuscemodi sanguinis necessitudine Mariam sponsam contingebat: propinquos quidem illustrem, & qui clara iustitiæ exempla nactus esset, sicque illa maiori virtutis claritate vicisset, vsque præcelluisset, vt non tam ipse illorum, quàm illi eius longè fulgoribus honestarentur ac præniterent.

Iudas & Iudas. Fidelium Iudæorum & incredulorum figura. Eph. 2. 20.

Hunc & in typum sanctæ ex Iudæis collectæ Ecclesiæ assumptum esse existimo. Quia enim futurum erat, vt gens Iudæa duabus scissa partibus, altera quidem necessitudine Deo adiungeretur, altera repelleretur; hinc quidem per fidem iustificata, inde incredulitatis causa damnata; vtque pars altera superædificaretur super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, altera instar ramorum aridorum & inutilium à sancta radice effringeretur; excisæ quidem Synagogæ typus proditus est nefandus ille proditor; sanctarum verò Ecclesiæ reliquiarum saluti deditarum typus extitit beatissimus Iudas, quem impræsentiarum laudamus. Ac sicut ille ob peccati summam nequitiam deuinctus deuotusque diabolo, hic qui sequuntur, in interitum præit; sic iste perfecta iustitia Christo copulatus, ad salutem suprà quam perfectam, eos qui illi comites adiunguntur, ducit. F

Quandoquidem igitur ancipitem vocis significationem distinximus, ac quod vulgo rudibusque abhorrere videbatur, nominis explicatione detersimus, age quæ ad sanctum hunc Iudam spectant, quemadmodum ipse nobis cœlitùs illuxerit, consideremus, ab eius quidem minutim narranda vita supersedentes, Apostolicique laboris periodo, nec non prædicationibus & miraculis omissis (quod neque vllos hactenus hæc complectentes nancisci licuerit commentarios) (*Acta Iudæ Nicetæ incognita.*) Apostolicis eum laudibus velut rosarum floribus aliorum more coronantes, tum grata illi fecerimus, tum amica valde atque accepta, his, qui veri amantem auditum prætendunt; vt qui ex communibus omniumque sensu receptis rationibus, Veritatis Discipulo laudationem contexamus. G

Iuda sub sancto parente sancta educatio. Ps. 39. 5.

Eius itaque ab initio vitæ ratio ac educatio sancta dubio procul iustaque & bona. Bona enim ea radice, bonæ indolis ortum germen est: ac sub parente iusto sobrioque, sobriè iustéque iustus filius erudiebatur ac instituebatur: Quapropter omnes sæculi vanitates & insanias falsas deuitabat; hoc cauens, ne ingenij, magnique eius animi vis caducis rebus ea libidine addicta, corrumperetur: totus verò in se conspirans ac sibi studens, Legisque meditatione institutus, atque mandatorum documentis excultus ac magnificè præexercitatus, non minus mentis habitu, quàm corporis statura quotidie crescens, profectu augebatur.

Qua igitur ipse quidem pædagogo Lege hactenus custoditus, ad mensuram ætatis tum corporalis, tum animi prouexerat; magnum autem gratiæ lumen Sol iustitiæ, vnigena Paternæ substantiæ figura; mortali iam massa per castissimam ac virginalem Mariam assumpta, (Mal 4. 2. Hebr. 1. 3.) subque illius parente Iosepho, vtpote Virginis sponso, corporali ætate augescens, cùm Ioannis testimonio, tum longè amplius ipsa Patris cœlestis super aquam voce detegeretur, magnificisque statim operibus suæ sensim deitatis magnificentiam proderet; haud quaquam is, falsi nominis Iudæorum more, occæcatis mentis sensibus, linentibus oculis benefactorem aspexit. Neque dilexit quidem, at naturali duntaxat amoris vi, sanguinisque necessitudine illi deuinctus, vti cognatorum magna pars, salutari fide destituebatur. Neque firma quidem vsus est fide; quod verò ad sanctam dilectionem attinet, secundas præ vllo eorum tulit, qui tum Christo Magistro vtebantur: quinimmo, simul in eo concurrentibus corporali affinitate, naturalisque affectus proclinitate (amicitiæ scilicet necessitudine) nec non Spiritus charitate, fide item, quam non minus motum ipsa vitæque necessitudo conciliaret, quàm ingentia illa patrata miracula (educatus scilicet cum Iesu, vt qui eundem habere parentem existimaretur) his, inquam, Vir beatissimus, summam statim in eum necessitudinem, siue amicitiam, (H Math. 3. 17. Luc. 3. 22.)

A consecutus, simul atque Euangelium regni prædicari cœpit, ipse quoque Euangelij discipulus efficitur; cognationisque illi ac sanguinis necessitudini diuino amore adiuncto, puerilique scientia adiuuenta quæ perfecta est, Legeque pædagogo, ad Spiritus facili negotio Legem prouectus, ac mentis rectitudine Magistrum intelligens, per quàm merito primæ Iesu amicorum classi, sacroque sublimium Apostolorum Duodeno choro accensetur.

Inde occultorum Dei mysteriorum ipse auditor operumque inspector efficitur: quinimmò socius quidem ac mystes ac deificatiuo cerimoniarum, diuiniorumque patratur miraculorum redditur. Omnia enim quæ Pater Vnigeniti munere operabatur, hæc ille rursus mittens duodecim ad oues quæ perierant domus Israëlis, atque ad magnum Gentium Apostolatum velut rudimento exercens, illisque comes spiritu vadens, itidem operabatur. Cum quibus tu quoque Beatissime! missus, velut nihil illis sanctitatis spiritu deterior, nactus potestatem, dæmones eiiciebas, quos instar ignis vis gratiæ in te efficax incenderet atque fugaret, leprosos mundabas, solo sermone ac mittentis inuocato nomine lepram profligans; mortuos denique solo manus tactu atque precibus suscitans, cæcis visum reddens, claudos erigens, omnemque morbum ac corporis ægritudinem sanans, totum in te vitæ manere sermonem mirandis operibus ostendebas.

Apostolorum prima missio & rudimentaria.

B

Primum hunc Spiritus arrhabonem ac gratiæ delibationem, eiuscemodi signorum exhibitionem nactus; postea verò Christi improperium sustinens, ac cum eo qui ageretur in crucem quodammodo cruci affixus, vitalissimaque defungenti passione miserantis animo compassus, & cum resurgente consuscitatus, maius perfectiusque spiraculo affusum Spiritus donum consecutus es.

Insufflatus Discipulis Spiritus.

Postea verò è terra sublatum, cœlique apsides nactum, atque ad cœlestem Patrem cum gloria assumptum Filium contuitus es. Tum veracis expectata promissione, perfectum Spiritus afflatum donum in cœnaculo cum Vndecim sedens, eius illapsu suscepisti (velut nimirum throno gloriæ eleuato atque excelso, aut diuina regia, aut mystico adyto, vel sancto sanctorum, lucis fulgoribus micante seo deiformi præparato animo, sic promptè ad te venientem diuinissimum Paracletum) atque eius quidem præsentiæ vehementi sonitu contentis neruis, cœlestique virtute repletus, atque igneis linguis purgatus & sapientia auctus, plenusque veritatis & gratiæ effectus, sic tu quoque ad destinatam tibi Apostolici muneris sittem cucurristi in siti.

C

Isai. 6.1.

Eius effusio in Pentecoste.

Ps.61.5

Cucurristi, vt boni consortes assumeres; vt scaturiente in te gratia, qui illius expertes essent, singulari humanitate ac benignitate impartires. Sicut enim pluuiosa nubes aquis conferta, nec diu graue pondus sustinere valens, ventoque coarctante iactata atque compressa, versantibus in terra imbrem spargit: sic & magnus Apostolus Iudas, cœlesti illa Spiritus vnda, fluentisque spiritalibus eximiè potatus atque ebrius, fœtantem diutius animum tenere nequibat.

Prædicandi ardor. Simile.

D

Verùm terrena statim Hierusalem egressus cœlestis Sionis causa; ac tum ad Aquilonem tum ad Orientem, agente eum Domino Spiritu, raptus; totaque Syria & Mesopotamia superata, Sermonis doctrinas vitam præbentes atque gignentes, influit. Nec verò tanquam stillas, aut guttas roris, vt sic dicam, cœlestem influit imbrem: sed largo velut flumine, tanquam reuera flumeo Dei repletum aquis; diuinis quidem sermonibus Gentium aures in stuporem agens, admirandis autem operibus oculos admiratione percellens; ac sermonum quidem veritate operum magnificentiæ fidem astruens; operum verò claritate, sermonum confirmans veritatem: aut verbis quidem, veritatis viuam diuinamque præstantiam, inauditis verò operibus, operum natura superiorum dignitatem animis commendans, vtriusque Euangelij veritatem, dignissimam cui fides adhiberetur, Gentibus tradebat, ac rerum quidem natura, ad eorum quæ naturam superant, agnitionem fidemque suadendam vsus, rerumque ob oculos positarum exemplis, ad Dei qui cerni

Iudæ prædicatio.

2.Cor.3.17.

Ps.64.10

Apostolica ad fidem insinuatio

oculis non potest, intelligentiam manu ducens, ac seipsum, ad eius qui prædicabatur, Christi fidem simulacrum quoddam proponens, sic paulatim omni destitutos sensu ad veritatis agnitionem ducebat; nempe suadens. [Cœlum, solem, stellas, huncque aërem, atque illi superiorem æthera; terramque & mare, & quæ in eis versantur, ac viuunt plantæ, & animalia cuncta creata, ac Dei mancipia esse, qui condidit omnia, ex his nullum arbitrandum Deum, quod nimirum ista aliam ex alia qualitatem mutent, sintque interitioni obnoxia; data scilicet in subsidium, humanæ, quam in mundo agimus, vitæ: esseque naturâ homine deteriora, quod careant ratione, ac sint illius causa. Cùm igitur ne homo quidem sit Deus, longè abhorret, vt quæ illo deteriora sunt, Deos nuncupemus. Hic autem solus verè Deus est, qui à nullo sit, & est semper. Qui ipse nullo auctore creatus, sed creat ipse omnia; qui nec qualitate vlla, nec substantia mutatur, sed semper idem ipse est, mouetque omnia, exque alia in aliam qualitatem conuertit, mutatque substantia.

E

ac rudimentum.

F

Hunc solùm noscendum Deum & adorandum: solus enim natura sanctus, solus bonus & iustus & sapiens, ex quo omnis sapientia & iustitia, omnisque bonitas & sanctitas manat. Solus hic potens, est scilicet pollens potestate, quæ omnem voluntatem exæquet. Solus miserator ac misericors, ipse nimirum munere auctor, vt vnigenitus eiusdem secum naturæ, patris deitatis ac bonitatis Filius pro humana natura peccati rea, atque in inferni interitionisque barathrum prolapsa, homo fieret, ac cum hominibus sociam vitam ageret; vt item hominum causâ cruci affigeretur, sepeliretur, triduanus resurgeret, quadragesimo post die in cœlum reciperetur, atque ad Patrem cum maiestate, cernentibus nobis, sursum ascenderet.

Is, salutis nostræ negotio, altiori quàm rerum natura ferat, consilio atque opera peracto, iamque in dextera sedis maiestatis, in excelsis sedens, misit nos pacem nobis evangelizatum, omneque bonum, vt illi credentes baptizemini, & impleamini in omnem plenitudinem Dei: vt abluti & emundati interiorem hominem ab omni impietate & nequitia, impleamini Spiritu sancto, ac hæredes efficiamini secundum promissionem vitæ æternæ, in Christo Iesu, Amen.]

Heb.1.3

G

Eiuscemodi semper doctrinis sempiterna dignus memoria Iudas omnem Syriam, Orientisque vrbes & castella, arguens, disputans, obsecrans modis omnibus diuinæ imitationis ac bonitatis incumbens, cunctis diuinæ solertiæ subtilibus inuentis ac consiliis aggrediebatur: ac modo quidem in grauissimas tentationes, ærumnasque & verbera, & mortis pericula incidens, Christi in eo manentis prouidentia liberabatur: modo verò Paracleti secretioribus illustrationibus, sacratioribusque obumbrationibus recreabatur; ac nunc quidem diuiniorum reuelationum Deique occultorum compos; nunc verò mirabilium operum eximiis muneribus, Deique prodigiorum ac signorum operationibus clarus ac magnificus, eum in modum Dominum Iesum magnificabat; sic Christi Evangelio fidem certam arrogabat.

H

Sic præter alia, cùm & Edessam Syriæ maximam Metropolim venisset, ac in ea non sine laboribus atque ærumnis Christum annuntiasset, totamque diabolo addictam, diuinissimis maximè sermonibus operibusque perquam eximiis humanumque excedentibus modum, rapuisset, ac per fidem Iesu conciliasset, sanctamque ei Ecclesiam, qui omnem vincit sanctitatem conciliasset, ac postea clarum Deoque dignum Dei martyrium complesset, sic ad eum gaudens euolauit; cunctos quidem Principatus & Potestates, mundique rectores tenebrarum, ac spiritalia omnia nequitiæ velut somnia vmbrasque prætergressus, sacris autem ac diuinis Angelis (cœlorum spiritaliter reseratis ianuis) intermixtus; Archangelis obuiam factus, venerabilesque Principatus assecutus, perque omnes sanctas Potestates atque Virtutes ac Dominationes incredibili lætitia atque exultatione commeans: quin & per ipsos quoque mundo superiores

Vltima Edessa prædicatio & martyrium.

Eph.6.12.

Thronus

A Dan. 3. 54.
Thronos, mediaque celsissimorum venerabilissimorumque Cherubin atque Seraphin agmina deductus, velut charissimus prædilectusque filius ei apparuisti, qui in folio gloriæ regni sui laudatur; ac tanquam victor, & qui ad finem vsque Christi servaveris opera, diviniorem iterum subliniorem que potestatem in Gentes ab eo consequeris: eique iuxta divinam promissionem, confessor adsistis; vnaque pascis, & vero pasces regesque Gentes, confringens eas vt vasa figuli. Sed & de ligno vitæ, quod est in medio paradisi sumens, eoque vescens, excelsissimam dilectionem ac deificationem, primorumque Dei charissimorum pignorum effusas longævasque delicias atque honores adiisti.

Math. 19. 28. Ps. 2. 9. Apoc. 2. 7.

B
Quænam igitur oratio vestram explanet atque declaret magnificentiam? Quis verò totam divinæ scientiæ vim aut contemplationis sublimitatem nactus, vt, qua polletis gloriam & sanctitatis magnificentiam, audeat tentare? Quemadmodum enim fieri non potest, vt qui terreno adhuc vtitur corpore, vestram beatitatem ac deitatem conspiciat, sic neque vt verborum canticis eam digne laudet ac celebret. Æquum proinde vt augustissimum digneque beatissimum caput salutantes, ita dicamus.

Gen. 46. 8.
Salve-sis, ô beate ipse inspector, vereque ac sedule Dei Verbi famule. Salve sis Iuda charissime, dignaque veri Israëlis & Dei, ac verè Deum videntis, proles! quod te quoque vere laudaverunt, parentisque similitudine adoraverunt atque adorant spiritales fratres tui: quod sicut ille ex Patre, sic tu quoque ex illo divinum germen, velut ex leone catulus emersisti: ac sicut leo in medio hæreditatis tuæ recubans obdormisti; nec qui suscitet vllus est (qui nimirum à spiritali abacturus sit hæreditate) quod asinam tuam & pullum tuum (Gentium scilicet per te ad fidem adductarum agmina) sermonum capreolo seu clavicula, veræ viti alligasti: quod & ipse tuo cruore, tanquam vini liquoribus, sacram corporis stolam lavisti: ac quidem decoris ac gratiosis fuisti mentis oculis, nempe gratum fulgorem ac lucem emicantibus; dentibus verò lacte candidioribus; nempe Spiritu sancto illuminatis, & qui limpidum theologiæ laticem profunderent.

C

Iudas peculiariter Dei frater.
Salve-sis & gaude, quod nedum spiritu, supernæ generationis ritu, velut reliqui discipuli; sed & corporalis cognationis iure Dei frater fuisti: ac naturali ea, quæ natura superior est, ac corporali, ea, quæ spiritu est, adiuncta necessitudine, vtrinque robustissimam simul ac efficacissimam in eum, qui solus prædilectus est, dilectionem ostendisti: qua Deo copulatus, inque filium ei adoptatus, hæres quidem Dei, cohæres autem Christi effectus es.

Rom. 8. 17.

Gaude & lætare, quod vobis gloria & regnum, verumque gaudium præparatum est; nunquam illud finem habiturum, omnem lucis claritatem vincens, inaccessum: cuius nos quoque (quæsumus beatissime) vna vobiscum precibus obtine esse participes, in Christo Iesu Domino nostro, cui est gloria & potestas & adoratio in sempiterna sæcula, Amen.

D

ORATIO XII.

In laudem Sancti celebratissimique Mathia Apostoli.

QVinam igitur fiat, vt Mathiam despiciamus? Quinam fiat vt minoris præ vndecim summisque Apostolis habeamus? Quando enim vna eademque ac illi formatus fide, vna Christi doctrina, vna gratia eodemque perfectus Spiritu, ipsum postremò beatissimum complevit duodenarium Apostolorum chorum: qui fiat vt non paria illis præmia honoresque, tum in cœlis à Rege gloriæ ac præmiorum iustissimo arbitro, tum in terra apud sermonis non iniquos dispensatores obtineat? Laudemus itaque Mathiam venerabile nomen, beatum, colendum; rem, quæ pro nominis ratione tum intelligatur, tum laudetur; verè nimirum Dei donum, his scilicet qui accipiunt. Hoc enim sibi vult, quod sic appellatur. Laudemus eum cantico; ac quanta facultas, eum qui virtutis magnificentia omnem laudum splendorem superavit, magnificemus: nec verbis solùm verum Iesu discipulum exaltemus, sed & quam magnificis donis Deoque acceptis, illius memoriam constipemus.

E
Mathias Dei donum.

Quæ sint Mathiæ colendo munera.
Quænam ergo sunt munera, quibus magnus facerque Apostolus lubens accipitur? non aurum dico & argentum, nec vnionum fulgores, aut vestes pretiosas (terræ scilicet fructum, & quæ in terra distillant ac intereant) sed perenni illi munere terrenorum abiectionem, amorem cœlestium, carnalium contemptum atque neglectum, spiritalium gnavam operam curamque, offeramus: ac quidem pro pecunia longiusque à ratione abhorrente corporis voluptate ac libidine virtutis desiderium, studiumque; pro cibi qui corrumpitur, operosa solicitudine ac diligentia, sacrorum eloquiorum Legisque spiritus vitæ puram meditationem fructificemus. Sic enim verè, his qui sinceré laudant, etiam corporis necessaria, cœlestis Patris munificentia omnino subministrat, pro eo, ac promisit.

Ioan. 6. 27.
F
Rom. 8. 2.
Math. 5. 37.
Festorū vera ratio & cultus.

Non enim frustra sacra lex cessationem ab operibus corporalibus, per illos maxime dies quibus festorum solennia aguntur, indixisse conspicitur; nec eo consilio, vt corporis otio ac desidia, carnisque mollitie animum libidini laxemus; secus vero indicta vacatione, hoc serió curat & agit, vt & corpore & mente & animo à terrena inquietudine, laboreque ac molestia circa res vanas liberemur, atque ad bonum natura (verum illud bonum & amabile naturæ omni intelligenti ac rationis vi prædita) erigamur; dumque à sæcularis vitæ laboribus ac molestiis otium agimus, puriorem illam & manentem rationis atque virtutis operationem proferamus. divinisque canticis ac sacris Scripturarum meditationibus, iugi denique precum assiduitate, Domino perfruamur.

Eum in modum muneribus accipi ac honorari gestiunt omnes Apostoli, sic & Sancti omnes; sic & Sanctorum Deus, qui Sanctus in Sanctis conquiescit, laudibusque excipitur in iis qui laudantur, ac nobis vt simus sancti, lege sancit.

G

Ps. 45. 11.
Apostolorum honor aut contemptus, ipsius Christi.
Igitur vacemus hodie ab omni ex sæculi vsu opere; vacemus ac intelligamus, quoniam hic est Deus, qui in Apostolis suis habitat velut in cœlis; totusque ex toto eis supra quam eximia ratione spiritu vnitur, suumque incorruptissimum & immaculatissimum corpus illos efficit: nec verò contemnamus, sed intelligamus, quo tandem modo vsi Discipulis fuerimus, id ad ipsum recta Magistrum spectare: ac sicut qui eos recipit, eum recipit qui ipsum misit; sic qui spernit, illum vtique spernere, certò noverimus.

Luc. 10. 16.

Quandoquidem autem hæc rectè tum dicta tum credita sunt, age hodie etiam pro concessæ cœlitus gratiæ modulo, Apostolicas laudes aggrediamur, sacrique ac divini Mathiæ, quanta vis animi ac facultas, præconiis læti indulgeamus: non ea ratione vt sermonem copia protrahamus: nam neque divinæ laudes prolixitatem ferunt, quin brevi potius ac vivaci seu incitato eloquio proclive depinguntur. Ac nec præterea illud animo constitutum, vt dicta quæque aut facta, (quæcunque scilicet per longos circuitus præclare illi gesta sunt) edisseram; sed vt primum sacra vocatione relata, tumque eius à secunda ad primam Apostolorum classem provectione narrata; exindeque compendio collatum Spiritus donum, ac pro Apostolico munere suscepta itinera exce nti, brevique acclamatione seu salutatione functi, sic vel modice debitum persolvemus.

H

Ioan. 1. 47. & 8. 39.
Mathias Abrahæ filius.
Isai. 8. 14.
Rom. 9. 32.
Mathias, verè ille quidem Israëlita fuit, quemadmodum etiam reliqui Discipuli; atque Abrahæ filius, vt qui Abrahæ opus fecerit: quippe opus illius, vera fides est: ac quæ huic comes exstitit, iustitia. Omnis autem fidei probatio, Dominus Iesus, quem lapidem offensionis & petram scandali Scriptura positum testatur; nempe illis qui pravo versantur corde: qui nimirum inepta mentis perversitate ac obliquis animi rationibus, illi impinguot

qui

A qui natura bonus rectusque est, nec ipsi coaptari aut volunt, aut possint: quotquot autem ea mente prædıti, quæ sit rectitudinis particeps ac bonitatis, simile simili quàm celerrime cognoverunt ac crediderunt, filiumque hominis natura conspicuum ac visibilem, eundem ipsum verum Dei filium, præmagnifica signorum luce inducti certò existimarunt, hi scilicet, tum filij Abraham, velut illius credentes exemplo, tum filij Dei, non naturæ ordine aut carnis volontate nati, sed per Vnigeniti fidem ac dilectionem renati, extiterunt.

Horum è numero vnus exitit & beatissimos Mathias: nempe à teneris vnguibus, bona anima atque indole prædıtus, menteque rectus & lenis animo, sensuque placidus ac modestus mitisque cùm esset, vbi primum Iesu fama in omnium aures insonuit, cœperuntque Christi miracula in Christo increbrescere, haud satis putavit auditu solo verbum suscipere; quin & cucurrit animo avidus vt ipsis quoque oculis miraculorum inspector fieret.

B *Fervens Christi Discipulus tum primi electus.*

Mox itaque ac vidit, non dubitavit, aut velut qui modicæ fidei sunt, anceps hæsit: Non invidia exarsit, velut malignissimi Iudæi; non dementissimorum Gentilium more segnior fuit; quin animo revirescit, excitatur spiritu, ac quidem mente admiratur, in desiderium verò transfert miraculum, desideriumque desiderio cumulans, ut divinum amorem provehit. Vehementi denique contritoque boniformia amoris ardore, depulsa terrenorum omni cupiditate, omnique sæculi huius excussa cura; atque necessariis quidem omnibus velut minimè necessariis spretis, charissimisque relictis velut extraneis, omnium vice vnum oppido optabat nancisci Iesum. Has vnas percupiebat divitias: totam illi vitam comes adhærere avebat; & vt divinas illius mereretur audire prædicationes, pluris illi servum esse, quàm vt vniversorum herus esset, habebat: vnum illum vitæ suæ patrem & pastorem atque magistrum & præceptorem ducebat.

C *Mathias secundi ordinis Discipulus.*

Quid verò Dominus; Num Discipuli æmulationem sprevit? Aut admisit quidem, sed tamen Fidelium turbæ innumerabili adlegit? vel denique paucis quidem & qui facilè numerarentur accensuit, à prima tamen classe repulit? Minime gentium, sed cùm primùm secundæ Discipulorum classis eum effecisset, ac Septuaginta adlegisset, cunctisque divinis sacrationibusque doctrinis ac miraculis absolutiorem præstasset, cum in modum omni provectum pietate atque virtute, ad supremum eorum, qui Coryphæi essent, dignè pro meritis sustollit gradum.

At, quisnam, cedo, modus translationis? Dominus Iesus, sui in terra incolatûs absoluta more, salutarisque dispensationis peracto opere, ac omni Patris expleto consilio, ad vivificam beatamque Crucis passionem venerat. Ac Iudas quidem vnus de duodecim, illo Iudæis, datâ pecuniâ, prodito, Apostolicum munus laqueo commutarat. Iudæi flagellis cæsum, colaphis dehonestatum (ô nulla verborum vi explicabilem longanimitatem!) illumque cruci affixerant. Is autem conculcata morte ac eo qui mortis habebat imperium, à mortuis suscitatus, iamque pluribus modis discipulis factus conspicuus, postremo illis videntibus in cœlum receptus erat. Postquam itaque hæc ita gesta fuerant, *exurgis* statim magnus *Petrus* (illi enim sermonis principatus, iusque pascendæ atque regendæ Ecclesiæ concreditum erat) inque media Apostolorum turba, publica in Spiritu concione, Iudæ proditionem, & quem eius causæ diruptis visceribus pœnam ie sustulisset, commemorat: duodenarium numerum, quem Dominus in Apostolis sacrum voluisset, in Iuda diminutum, haud despiciendum esse; aut vero committendum, vt quem videant vacuum Iudæ prævaricatoris locum, ipsi negligant: Necesse esse, vt de secunda classe (hoc est, ex sacra Septuaginta Apostolorum turba) vnum ex his, qui ab Evangelicæ prædicationis exordio ad ipsam Iesu in cœlum receptionem, sedulò assectati sint, quē sortis Indicatione probatissimū noverint, in eius qui lapsus sit, sortem munusq; sufficiant.

D

Act. 1. 15 Petrus verbi Dux & pastor, eiusque pro munere concio.

E *Mathiæ electio in Apostolatum.*

Atque hac ratione, Tu (ô beatissime!) seu reliquis illustrior, in medium productus ac præsentatus, dataque cum sancto Iusto communi sociaque sorte, rumque sacrie Coryphæorum precibus (quin Dei potius, cui animorum profunda perspecta sunt, iusto suffragio) illa in te cadente, ex septuaginta assumptus, vndecimque primis adlectus; sacramento venerabilem duodenarium numerum implesti. Sic nimirum mysticam Dei aciem integram effecisti, aspersumque Iudæ ruine primis illis Evangelicæ prædicationis ducibus mœrorem, suscitatione tua abstersisti: illiusque nactus Episcopatum (vt sacro prænunciatum erat oraculo) sortemque Apostolici muneris sorte adeptus (Apostolicam denique dignitatem ac sedem, hactenus quidem in terris & coram Gentibus, postea verò etiam in cœlis) cœlorum Regi vt consideas vnà cum antiquissimis illis consecutus, lætè ac splendidè (vt eius qui verax est promissio est) pari cum vndecim collegio sedens ac Israëlem iudicans, apparebis. Verùm hæc postea. *Ps. 108. 2* *Matth. 19. 28.*

F Tunc verò vnà cum sacrorum Theologorum primis Antistitibus velut vnus ex eis in cœnaculo illo considens, parique illis ratione promissum Spiritum sanctum expectans; divinissimo illo Spiritu dum compleretur sancta Pentecoste ignearum specie linguarum è cœlo veniente, ac singulos eorum quibus insedit, sua virtute implente, impletus & ipse viva gratia ea: impletus sapientia & intelligentia; nec hac quidem Paracleti virtute affluenter donatus es, illaque defeceris: quin potius substantiæ Dei Spiritus, velut mundum sanctumque templum, haud secus ac Apostoli reliqui, omni cultu virtutis, vitæque munditia, effectus, nulla verborum vi explicabili, divinissimaque ratione, in te totam divinitatem conquiescere fecisti; atque in eum modum, non alia quidem, aliis desideratis, sed omnia illius dona consecutus, cunctisque Dei dexteræ virtutibus instructus, opportunè & ipse ad Gentes maiori oblitas caligine, abundantiore aperturus luce profectus es. *Act. 2.* *Ioan. 4. 14.*

G *Scitum Simile.*

Etenim sicut ignis, si in crassiorem humidioremque forsitan lignorum struem inicias, sitque ille exilis ac tenuis, mox extinguitur & elanguescit, crassitiei illi ac humiditati victus concedens: sin autem maximè vorax acrisque exstiterit, etsi forte non protinus accendat, inhabili fomite nec satis disposito; penitius tamen insidens imaque pervadens, ac sensim subiectam materiem exsiccans, in magnam derepente exsuscitatur flammam; totamque prorsus molem extenuans, sui similem reddit. Sic sanè etiam magnus hic Evangelij præco, postquam cœlesti plenus igne, reque ipsa ignis evaserat, terrena relicta Ierusalem, atque ad eas profectus Gentes, ad quas afflatu suo divinus Spiritus advocaverat, sensimque eius ignis, quem pectore gestabat, illis virtutem immittens, optimisque divinis prædicationibus præstantissimisque miraculis paulatim insidentem eorum pectoribus impietatem, inolitamque viscositatem atterens ac tenuans; rumque animi sordes absumens, atque ad fidei illustrationem idoneos præparans, sic repente ad veritatis illos cognitionem accendit, ac Spiritu illustrat; innovatque aqua, ac sacra vnctione consignat, Deique verbo sanctificat: inque eum modum totos omnino, quo incensus erat, cœlesti eos igne replens, in suam trahit similitudinem. Scripturarum enim documentis quæ tyronum, ac rudium necessaria sunt, eos emundans ac instituens, perfectioribusque doctrinis illuminans atque componens, nec non supremis divinis prædicationibus perficiens, donansque absolutione, Dei filios immaculatos, cohæredes ac concorporales comparticipesque Christi efficit: sicque iam in Ecclesias sanctas Domino, gregesque magno Sacerdotum Pastorumque Principi cogens, à nequissimi potestate liberatos atque solutos, cœlesti eos Patri supremoque omnium Regi admovet.

Mathias ad cæteras gentes prædicatio.

H

Sic Mathias Dominum clarificavit, sicque vicissim illum Dominus clarificavit; eratque mirabile quoddam inter ambos velut certamen; ac vincendi ardor. Nam alter quidem, qui salvandi essent Domino adiungebat, omnique conatu ac industria eius, qui miserat, quærens glo-

riam

A riam, eorum numero addebat: alter autem, his qui credidissent illius opera, coronam gloriæ animique exultationem ac decus, munificus remunerator donabat.

Prima Æthiopia Mathia peculiaris provincia: Morena, exterior.

Sanè quidem maxime digni admiratione beatissimi Apostoli circuitus omnes ac peregrinationes; quotquot item illi fortiter gesta vniversas lustrando nationes, splendidissima illa planè ac divinissima; eum primis verò apud eos exhibita, qui in prima Æthiopia sedes habent. Admirandus enim Vir iste Iesu, apud atros illos corporis fuligine, mentisque ipsa atque animi caligine longe atriores, nequicquam crudivoris animantibus dissimiles, commoratus, inque medio agrestium bestiarum tanquam homo, seu potius inter scelestissimos homines quasi Deus beatus, in longum tempus versatus, nedum nullum prorsus illorum protervia ac feritatis vestigium sibi ipse asciuit, verùm sua illos mansuetudine impartiit. Nedum nulla vitij macula, Christi dotibus pænitentem animum imbuit; quin ad meliorem eos
B frugem commutavit. Prorsus enim contrarium contrario sanans, eorum cordis duritiam & pervicaciam ac superbiam, morum suavitate, lenitate, placiditate emolliebat; feritatem, dolos, malignitatem, animi benignitate, candore, mansuetudine inflectebat: mellifluis denique sermonibus rectisque moribus ac magnificis operibus, stuporem terroremque incutiens, ad veritatis consensum trahebat. At quænam veritas?

Exhortatio, piaque Mathia concio.

[Agnoscite, *inquit*, ô Viri! agnoscite per eum qui ad vos missus est, ipsum qui misit: atque in me, eum qui per me prædicatur, cognoscite. Nolite Deum ignorare qui in me loquitur, ac Deum vivum. Hic enim solus verus Deus est: solus Deus Deorum, Dominus dominantium; solus Sanctus sanctorum. Is, cùm semper esset, ac totus naturâ bonus existeret, noluit solus ipse se frui ac beatus esse. Sed vt in plures beneficium transiret, primò quidem mundum condidit, qui extra materiam est, ac mente intelligitur: tumque hunc ipsum constituit materiâ concretum ac visibilem; in quo vnum hominem ratione ornatum ac liberi arbitrij facultate præditum, non
C in finem despexit, qui suprà quàm bonus ac benignus existit: sed is ipse sermo Patri consessor eiusdemque ac ille naturæ, honore compar, pariter Deus, vnigenitus; nulla mutatione aut labe in eo manens qui genuit, extremis hisce diebus hominum causâ homo fieri annuit, ac seipsum dans pro nobis pretium, redemit, suaque ipse opera ac intercessione Patri conciliavit, per crucem quidem sublato tyranno, triduana verò resurrectione vivificata ac deificata nostra hominum forma. Hic ad Patrem in cœlos receptus, omnes nos duodecim illius præcipuos Discipulos mittit, qui omni mundo salutarem hanc dispensationem annuntiemus.

Cùm igitur (Viri prudentes ac sapientes!) signorum quæ in nobis fiunt vim perspiciatis; suscitatos mortuos, cæcos luci redditos, malè habentium genus omne sanatos, per hæc fidem veritati præstare. Confirmamini ea doctrina quæ apud vos modò prædicatur, veteremque errorem ac omnem immanitatem impietatemque exu-
D tientes, induimini Dominum nostrum Iesum Christum; per quem accepto Spiritu gratiæ, ac regenerationis innovati lavacro, animi feritatem ac morum pravitatem in lenitatem convertetis ac modestiam; proque eo ac homines sitis, filij Dei per gratiam cœlesti Patri adoptabimini, in Christo Iesu, Amen.]

His igitur immites illi divinis prædicationibus ipso illorum idiomate auditis, itaque mitigata, ac missas facientes minas, pro incredulitate, fidem; pro pristina feritate atque furore, lenitatem & modestiam; pro vitio, virtutem commutavere.

Mathia mors.

Postquam autem annos sat multos apud eam gentem sanctissime Mathia! versatus esses, plurésque ad meliorem frugem revocasses, ac Ecclesias Deo consecrasses; quàm plurimis per impiorum struem perfunctus ærumnis, exceptusque periculis, insidiis appetitus, blasphemiis lacessitus, verberibus dehonestatus, ludibrio habitus ac vellicatus; inque hunc modum perfectum Deo reddens testimonium, velut sarcina corpusculo in terra

E relicto, ipse vt levis in cœlos evolasti; nigraque cute Æthiopas exuens, lucidissima Angelorum castra adiisti: dimissis qui molesti ac graves erant, ad beneficum ac Salvatorem tuum Christum gaudens receptus es; qui Ps. 41. 3.
denique ad Deum fortem vivum vehementer sitiens, atque in confessione & exultatione in conspectum magnificæ gloriæ veniens, nulla verborum vi explicabilem beatitatem ac dulcedinem, penitissimumque cum primitivis Dei filiis recubitum nactus es.

Salvesis itaq; venerande ac perfectissime Præco ac Discipule, quod sanctitatis excellentia, supremam primamque Sanctorum classem adeptus es. Salve ac gaude, quod Ps. 83. 6
tibi auxilium ex Deo est; quibus & ascensiones, vti scriptum est, in corde tuo disposuens, atque in valle plorationis (humili scilicet ac compuncto animo) ipsius in te disponentis ac lege sancientis benedictionibus susceperis, sublimi ascensu de virtute ad Apostolorum supremum ordinem evaseris; quibus etiam Deus Deorum velut in excelsa cœlestique Sione (contemplant animo F
tuo) cernitur.

Salve sit ac gaude Mathia venerande sancteque ac admirande! quod in crudivoros feris bestiis crudeliores cùm aliquandiu incidisses, claususque carcere & in tenebris esses, impuro nimirum scelestissimoque servatus convivio, minimè ab eis consumptus es; sed benignissimi Dei benigna providentia atque numine, homicidarū omni molestia liberatus es. Gaude & exulta, quod per multas Evangelij causa turbationes, labores, ærumnas, firmum ac stabile gaudium consecutus es: quod per molestias, malaque pene innumera, ac necessitates nimium quantas veritatis causa, nullâ caducam mutabilitate, semperque eandem ac manentem iucunditatem ingressus es. Gaude quæso, intende, prosperè procede & regna, tanquam totus bonitatem spirans, verusque Regni magni filius. Gaude & lætare; meque Vestræ dilectionis ac Ps. 44. 5.
gratiæ socium assumens, fac vt cum fiducia Deo præsenter; in Christo Iesu Domino nostro, quem decet omnis gloria, potestas & laudatio, in sæcula sæculorum, Amen. G

ORATIO XIII.

In laudem Sancti ac celebratissimi Marci Apostoli, & Evangelistæ.

QVemadmodum non omnium corporum formæ similes, sic nec animorum eædem ipsæ proprietates: ac sicut Sanctorum multigena virtus est, cùm videlicet alius aliud institutum in eodem Spiritu, vitæque genus adimpleat, ac singuli quibus peculiariter excellunt, ab iis distinguantur, qui sui prope ordinis atque classis sunt: sic & quæ illorum laudibus defungatur oratio, varia quædam haud dubiè fuerit, nec eiusdem omnino rationis, dum ipsam rerum veritatem, vti se illa habet, certâ iustâque coniecturâ assecutura sit.

Sanctorū vt merita, sic & laudatio propria

H Alia itaque Apostolorum vita, alia Prophetarum; vti nec eadem divinorum Antistitum disciplina ac institutio. Præterea quoque alia triumphalis ordinis ad sanguinem vsque adversus impios reluctatio, ac pro veritate in finem vsque certandi constantia: quanquam profectò ac exploratè ad vnum omnes spectent scopum vt præclarâ vitæ institutione Deo probentur atque placeant. Tanto autem quisque illorum orationis argumento difficilior, arduoque magis conatu laudandus sit quantò etiam pluribus virtutum ornamentis ac præclaris dotibus, illius vita insignitur. Nulla porrò tanta orationis vis, nulla lumina ac exquisita dicendi facultas, quæ non Apostolicæ perfectioni victa concedat. Sin autem etiam in eo, qui sermone exornandus sit, Evangelistæ munus atque ratio accedat, quàm prolixa argumenti dignitas? Sin denique Sacerdotali quoque principatu, ac Pontificiali infula is præfulgeat; adhuc verò etiam Martyrum desudato agone immarcessibilibus supremi

Marcus Apostolus

omnium

A *Ibm, Evang. Antistes & Martyr.* omnium Regis mano coronis inclarescat; habet sanè quem tanta illa decorant, ab eo qui ipsum laudat & dignè exque meriti ratione glorificat, eam laudem, quæ humanum omnem cogitatum ac sapientiam excedat. Nec quisquam adeò temerarius, vt nisi divini cœlitus Spiritus ope conciliata, inconcessa præsumpserit.

Invocatio. Imploremus igitur Paracleti virtutem, ac sapientiam quæ de Cœlis est, intelligentiamque fide attrahamus, quò magnum Apostolum & Evangelistam; addam verò & Antistitem, Iesuque Maiestatis Testem Marcum laudibus celebremus, ac velut suaveolentibus floribus, encomiastico sermone aspergamus ac exornemus. Hic enim nos hodie dulci sua suavissimaque memoria, in suam excitat laudem, idemque nihilominus vario ac præmagnifico suarum virtutum cultu, torporem iniiciens, timore pariter ac alacritate adimplet. Nos enimverò invocato Spiritus afflatu, eiusque ipsius qui laudis argumento propositus

B est, divina nobis adhibita voce, pauca illi, & quæ donaverit, proloquamur. Sic enim, tum eloquentissimo Verbi Discipulo pro virili nostra debitum exolvemus, tum facto Ecclesiæ Dei desiderio desungemur.

Hic igitur probatus atque electus Iesv Evangelista, Dei Verbi dispensationis clarus Theologus, Ecclesiæ lucidissimum lumen; qui nedum sapientissimis sermonibus, sed & Scripturis sacris, sed & robusti animi certaminibus, sed & athleticis passionibus supra modum illustre martyrium suum Deo adimplevit.

Marcus Evangelica prædicationi sedulus auditor. Is, audita prius Iesu auditione, haudquaquam incredulorum more aures obturavit; nec verò audivit tantùm, at sine intellectu; nec cum intellectu quidem, at sine fide; nec fide quidem, at animi socordia prædicationi auditum admovit: quinimmo carnali omni spreta cognatione; omni despecta substantia; terrenorum omni libidine perfectè contemptâ, cervi in

Ps. 41. 5. morem, vitalibus Christi laticibus inebriandus ac proluendus accurris in siti.

C Quid igitur Dominus; fons ille donorum, bonorum plenitudo, Patris incommotabilis figura, deifici Spiritus dator? Is nouorum quanam ratione, quove mentis affectu, tanto actum fervore Discipulum admisit? Num quasi minus idoneum repulit? aut minoris fecit? vel promiscuæ fidelium turbæ annumerat? aut minore honore habet ac vllum primi ordinis Apostolum? Minimè gentium: quin mox ac vidit, & velut Deus, illius alta pectoris inspexit; quem ante mundi constitutionem suo corpori conformem fore noverat: ad se iam etiam corporali gressu venientem cernens, eius statim animi rectitudinem probavit; fidei sinceritatem miratus est, mentis puritatem dilexit; moresque veri tenaces atque simplices amans, fidelissimorum Discipulorum collegio adiungit.

Marcus vnus è sept. discipulis. Quoniam verò haud fieri poterat, vt sacro iam duodenario completo numero, antiquissimis illis primisque accenseretur; iis accenset, qui secundi quidem ordinis essent (septuaginta nimirum electis discipulis) at

D *Maiorib. donis auct.* primorum tamen gratia & honore auget; qua & postmodum Evangelij Præclarum interpretem, divinumque sacrorum Antistitem facit. Quod enim suorum te mysteriorum auditorem, divinorumque operum illorum, ac vivificarum passionum; resurrectionisque atque in cœlum receptionis cognitione imbuerat, horumque spectatorem fecerat; ignis item specie delapso in Discipulos Spiritu sancto, pari cum Coryphæis compendio donaverat, omnisque cœlestis muneris participationem indulserat; vt quod ordinis præiudicio deesse

Divinus instinctus scribendo Evangelio. Petri hortatio & iussio solli cursor. videretur, alio expleretur munere; implet sapientiâ, implet maiore gratiâ & veritate; omnis in te dispensationis dilucidam claramque memoriam excitat. Quamobrem totus Deo afflatus, totus, ô beate Marce! Christo excedens, eiusque fervens Spiritu atque instinctu actus; quin etiam magno primoque ac Principe Apostolorum Petro (vti fama est) in hoc provocante atque iubente, Evangelicus scriptor baptismum narras & tentationem, ducto divinæ tuæ scriptionis exordio ab ostensione Iesu in Israël. Conscribis verò Apostolorum electionem sublimemque legislationem, ac parabolis intextas divinas prædicationes: Ad hæc omnis generis malè habentium curationes, variaque miracula ac in

E Thabore transformationem, tuo illi sacro insetis commentario. Exinde admirandum Christi Ierosolymam ingressum edisseris, Innocentumque olivarum ramis ac stratis vestibus triumphi specie, clarum comitatum & acceptionem; sacram denique Cœnam, proditionem, iniquam sententiam, crucem, funus, sepulturam, resurrectionem die tertia & apparitionem atque in cœlum receptionem, sacris Scripturarum monumentis consignans, ne magna salutis nostræ mysteria memoriâ diffluerent, egregiè cavisti! quin & vniverso terrarum orbi, omniumque hominum animis (quod tua

Evangelista privilegio, primis spectabat) magnum Evangelij lumen elato sidera intulisti: pariaque sacratissimo Matthæo, diviorsque aliis Spiritus scriptoribus consentanea idemque valentia

F *Apostolis honore æquatus* eodem Spiritu elucubratus, communem pietatis veræque doctrinæ tabellam, abs te conscriptum Evangelium cunctis proposuisti.

Petrum Christi successor externæ & visibilis gubernationis, alius Vicarius. Marcus Petri filius. 1. Petr. 5. 13. Eum in modum, eundem ac primi Apostoli honorem consecutus, iisdem quoque confessor extitisti. Sic Apostolorum Principis regnique Cœlorum Clavigeri; boni illius statim à Christo Pastoris ac successoris sectator, eiusque omni ferè civitate ac gente itinerum, sermonumque ac disputationum, necnon signorum ac prodigiorum socius, illius tantopere spiritu sacrisque Evangelij functionibus atque aliis Spiritus ministrationibus claruisti, vt eius ipsius in spiritu Filius tum efficereris, tum inclyta nominis appellatione diceretis.

Alexandrinam fundat Eius iussu atque ordinationibus Alexandriam Ægypti profectus, Christi in ea Ecclesiam constituisti: illo ipso inconcusso fundamento posito; ipse statim à Iesv superædificatus, inque teipso cunctos Fidelium cœtus committens coaptansque. Ac quod sacratissimus Iacobus Ierosolymorum Ecclesiæ, & his qui erant

G *Ecclesiã.* ex Circumcisione; hoc ipse Alexandrinæ ac vniversæ Ægypto extitisti.

Apostolicum munus & Episcopale, ad Fideles & ad extraneos. Duplici itaque supremo Spiritus munere (Apostolico scilicet & Hierarchico seu Pontificio) perfectus; altero quidem Vir beatissimus erga eos vtebatur qui extranei à fide erant; altero in eos, qui illius opera ad fidem accessissent: Ac, pro Apostoli quidem munere, ad eos qui Græcanico adhuc errore tenerentur loquens liberè, obsecrans, increpans, arguens impietatem, impudicitiam accusans, superstitionis vanitatem traducens, numinum debilitatem sugillans; vniversorumque Creatorem & conservatorem Deum contestans.

Ad infideles exhortatio. Col. 1. 15. Ioan. 1. 14. Contestans nimirum Deo vivo ac vero credere, eiusque Verbo, eiusdem scilicet, ac ille naturæ, ac coæterno, tanquam primogenito omnis creaturæ, & Vnigenito. Scire verò etiam Spiritum sanctum, tanquam pari ac illi honore & dignitate, eademque sede sublimem ac eiusdem naturæ. Docens nimirum, hortansque ac obsecrans, crederent & adorarent, Patrem quidem vt ingenitum rerumq; vniversarum auctorem, omnium deniq;

H principium omne antecedens principium: Filium verò, vt ex Patre præterruè ac supersubstantialiter natum: ac denique Spiritum sanctum, vt qui eodem auctore prææternè prosiliat. Hortans totis viribus atque admonens, vnius quoque supersubstantialis huius Trinitatis vnoque principatu pollentis benignissimam exinanitionem agnoscerent, Deique Verbi Incarnationem non abnuerent. Quin & suadebat natum ex castissima puella, & à Ioanne intinctum, omnemque Evangelicam doctrinam seu salutarem legem ac veritatis decreta, omnes reciperent. Præterea verò etiam propter nos susceptam crucem, mortemque & sepulturam, vt infirma & probrum habentia non erubescerent; sed qui triduanam ex inferis eum potestate suscitationem, mortuorumque pariter excitationem, atque in Cœlum ascensum considerarent ac crederent, lætarentur magis ac gloriarentur: quippe cùm hæc divinæ virtutis perspicua indicia

essent

A ēſſent : expectarent denique etiam ſecundam è cœlo rurſum cum maieſtate apparitionem, mundique vniuerſi in melius immutationem, nec non mortuorum reſurrectionem, Iuſtorumque viuificationem ac peccatorum condemnationem.

Auditorum ſors varia. Hæc quidem ille, ceu planè verax ac veritatis præco, ſcripto pariter viuaque voce tradens, populis prædicabat. Ex illis verò, alij quidem verbis aſſentiebantur, quicunque ſcilicet recto animo erant, ac quorum cor inuiſibilis Spiritus afflatus tetigerat. Hos nimirum veritatis doctrinæ admouens ac aquâ emundans, Spirituque illuminans, nec non ſacris diuinorum ſignis initians atque conſummans; filios immaculatos per lauacrum regenerationis Deo obſignabat. *Apoſtoli Fideliumque perſecutio.* Quicunque autem prauo corde atque impij erant, in diuinam contumelioſi doctrinam, ſuperbo animo ac dura mente aduerſus diſertiſſimum contumaces præconem, nimio furore perciti dentibus in eum ſtridebant; ſtruebantque inſidias, quà apertâ molitione graſſantes, quà B occultis conſiliis malignantes, atque eos qui eſſent ex Eccleſia corripientes, magiſtratibuſque ac præſidibus offerentes, calumniantes, facultates auferentes, modis omnibus aggredientes, omni machina atteque affligentes (eiuſcemodi nimirum diaboli æmulatio eſt) omniſque generis inuentis excogitatis ſe moleſtiam animique anguſtiam beatiſſimo Viro arbitrantes.

Simile. Is autem, haud ſecus ac grandis quædam marina rupes atque prædura, visque non dicam, imo terræ ſinu radicata, irruentium fluctuum incurſibus omnibus ac reciprocis æſtibus, cunctiſque ventorum violentis flatibus inconcuſſa inflexaque manet: ſic ſanè hic quoque, alto valde conſilio atque animo, in vera, & quæ mente intelligitur, fundatus petra, rectiſſimiſque ac fortiſſimis rationibus inconcuſsè in Chriſto radicatus, concinne tranquillaque ſecuritate in eo conſiſtebat; nulloque terrentium inſultu pauidus, ei, qui ſecundùm doctrinam eſt, fideli ſermoni incumbebat; atque C ad omne tentantis ad periculum, ſtruemque imperculſus atque inflexus manens, Eccleſiam ſuam firmiter tutans ſtipanſque, ab aduerſantium flatuum iniuria illæſam conſeruabat.

Eum in modum Vir inclytus Marcus, quæ in verbis poſita eſt (quandoque verò etiam quæ in ſignis atque portentis) Apoſtolicam virtutem erga Græcos oſtendens, domeſticorum fidei tanquam diuiniſſimus Antiſtes ſalutem adimplebat. *Marci opera vt Antiſtitis.* Quis enim verò eius implendæ modus? diuinæ ſapientiæ verbis atque Doctrinæ Spiritus, eorum quotidie mentes illuſtrabat, ac carnalem quidem amicitiam atque peccati conſuetudinem inbibens, ſpiritus lege ac amoris vi Chriſto deſpondebat; ab omnique noxia cupiditate, ac terrenorum dementi ratione, appetitione arcens, cœleſtium duntaxat & ſtabilium, & quæ vera bona ſint, deſiderium inſtillabat.

Auctor Liturgiæ ac reliquorum Sacramentorum rituum. Sic igitur (vt paucis dicam) ſacris ſermonibus atque doctrina Fidelium mentes ædificans, rurſuſque operibus ſacras ſacroſanctorum Myſteriorum cerimonias D ſacratiſſimè componens ac preces ſcripto tradens, myſticamque & incruentam viuifici Corporis atque Sanguinis celebrationem ritumque diuinis traditionibus, ac omni labe puris officiis informans; baptiſmatum denique ac ſacrarum Ordinationum ritum, omnemque prorſus Eccleſiaſticam hierarchiam precum myſticarum ſacris ſermonibus ac ſymbolicis inſtitutionibus Apoſtolico ſenſu nutuque inſtituens, nedum ſuæ, ſed & cunctis deinceps ætatibus, ſalutaris ſacrorum Antiſtes, nouique Teſtamenti optimus Legiſlator effulſit.

Maior Legiſlatione Moſis. Nec ſicut celeberrimus ille Moſes in manu forti percuſſis Ægyptiis, atque in deſertum ſecedens, conſcenſoque monte, cœlitus quidem, at in litera tamen poſitam Legem accepit; ac leges quidem ſancit, verùm ſoli Iſraëli: quinimmo cum ſpiritalibus Ægyptiis (adverſariis ſcilicet Poteſtatibus cunctiſque Ægyptiorum impiis) congreſſus, iiſque penitus fuſis ac profligatis, nec non non illorum impietate ac laſciuia, inſtar Maris rubri innoxiè in CHRISTO IESV ſuperata; veluteque in deſertum, & ad tranquillum mentis ſtatum quietumque ſecedens, tumque abundè conſcenſo Theologiæ monte, ore ad os cum Deo ſermones miſcet; indeque non literæ, Spiritus Legem docetur; ſacramque functionem, non quæ in figuris & vmbris: ſed quæ in ſpiritu & veritate intelligatur, hauriens, nedum ſuæ ipſe, ſed & vniverſali ſancit Eccleſiæ; nec vni duntaxat genti, eique eiuſmodi, vt ipſa exigua anguſtioribuſque terminis comprehenſa ſit, ſed vniuerſo terrarum orbi ac Chriſtianorum omni cœtui myſticè præſcribit: Novumque Teſtamentum & Apoſtolica traditio, lexque veritatis audit, quicquid ab eo nedum Alexandrinis, ſed & cunctis vniuerſim ſanctis Eccleſiis dictum aut traditum ſit. *Marc. ſcript. auctoritas.*

Eius martyrium. Quod verò vniuerſis Apoſtolicis ſignis diuina virtute exhibitis, cunctiſque ſacris functionibus peractis, miniſterij ſui opus quàm acceptum Deo perfectumque reddiderat; multiſque Sacerdotali vnctione conſummatis, complures à ſimulacrorum cultu atque errore liberatos per fidem Chriſto adiunxerat, operæpretium viſum eſt, ne & triumphalis eum pugnæ honor deficeret. F

Cùm iam itaque præſto eſſet emigrationis tempus ac præmia conferenda eſſent, derepente Alexandrinorum nequiſſimis zelus inardeſcit; zelus ſcilicet dæmoniaci furoris ac ſui impotens. Hi, conſilium in Sanctum ineuntes, atque in eius ædes inuadentes, eùm Dominicum opus agentem offendiſſent, violentâ manu abreptum, ſoli pauimento allidunt; tumque ligatis è collo funibus, alij quidem media Alexandria ludibrio propudioſoque ſpectaculo ab ante trahebant, alij ſecuti fuſtibus lapidibuſque tundebant: qua iis ſæuitia, ſacra Deoque dilecta ac gratiſſima victima extitit.

Marcus ad ... tormenta igni conſum[illegible] ... Eum in modum Apoſtolorum ſumma admiratione digne, ſacrorum Antiſtitum ſacratiſſime, triumphatorum Athletarum fortiſſime ac generoſiſſime, cruentum adhuc necantium manibus ſciſſum carnis integumentum relinquens, ad certaminis ipſum præſidem ac Seruatorem Chriſtum corona redimitus receptus es: G poſteaque ſacro illo corpuſculo igni ſacrificato, ita vndique ei, quem dilexeras, factus hoſtia, holocauſtum perfectum immaculatum in odorem ſuauitatis oblatus es.

Aue itaque diuine, diuinoque ſenſu Euangeliſta: Gaude quod etſi inferiori duodecim ordine ac claſſe, Euangelij tamen functione ac Paracleti donis, ab eorum nihil perfectione deficias.

Gaude quod Apoſtolis, vt Apoſtolus; Euangeliſtis, tanquam Euangeliſta; Patriarchis, vt Patriarcha, atque vt Martyr, Martyribus connumeratus ſis ac cooptatus, hincque varij generis corona eximiè præfulgens, ſummo omnium Regi adſtare à dextris dignus habitus es.

Gaude, quod non ſemel, ſed & ſæpius, bono IESV teſtimonio perfunctus; neque ſemel vinctus funibus, media ciuitate tractus, & laceratus carnibus es, & tuo ipſius cruore infectus: ſed poſt primam lanienam, ſemivivus in carcerem coniectus; ac noctu Angelica voce ſanatus atque animatus; & in craſtinum H ſimili adhuc ratione ligatus tractuſque; inque eum modum adſtantis Domini ac pacis oſculo donantis aſpectu recreatus, nulla verborum vi explicabili gaudio & exultatione ad eum emigraſti.

Gaude Marce *Excelſi mandatum* es nominis ipſa ratione. Verè enim Altiſſimi propemodum mandatum extitiſti, iuſtificans eos qui ſequerentur, ac condemnans eos, qui tuo Euangelio increduli eſſent. Gaude & lætare, tuique memorum memor, tuæ nos claritatis & gratiæ; tuæ in cœlis iucunditatis & ſplendoris participes precibus effice: In CHRISTO IESV Domino noſtro, cui eſt honor, gloria & poteſtas æterna, Amen.

A

ARGVMENTVM IN SANCTVM MARCI Evangelium, ex sancti Cyrilli Alexandrini expositione in ipsum.

Habetur (paucis exceptis) initio commentariorum Victoris Antioch. Saecul. 4. huius Bibliothecae 5. pag. 370.

CVm multi in Matthaei, Ioannisque filij tonitrui Evangelia Commentarios scripserint, pauci verò in Lucae; nemoque prorsus, arbitror, exposuerit Marci Euangelium (hactenus certè nullũ audiui, idque adeò cùm diligenter ex illis quaesierim, qui colligendis Antiquorum Ecclesiasticis monumentis operam cõferunt) operaepretium existimaui, vt quae in illud per partes ac sparsim ab Ecclesiae Magistris dicta extarent, ipse colligerem, atque hinc breuem expositionem texerem; ne vnum Marci Euangelium, inter noui Testamenti libros, neglectum videretur, vel quasi nulla indigeret animaduersione, vel quasi ex aliorum expositione huius quoque intelligentiã nancisci pronum esset. Nemo autem conatum temeritatis, vel audaciae notet, sed magis iuuet precibus, quò dignum proposito finem detur imponere. Scripsit Marcus Euangelista volumen suum post Matthaei opus. Habuit verò & nomen Ioannes; fuitque Mariae filius, eius, quae Ierosolymis in domo sua Apostolos recepit; quemadmodum in Actibus Apostolorũ significatur, vbi de Petri liberatione è carcere per Angelũ sermo habetur. *Considerans enim,* inquit, *venit ad domũ Mariae matris Ioannis, qui cognominatus est Marcus, vbi erant multi congregati.* Ac primò quidem, Barnabam, qui eius consobrinus erat, & Paulum secutus est; vti rursùs in Actibus Apostolorum dictũ est. Quin Paulus quoque ad Colossenses illius meminit, dicens, *Salutat vos Marcus consobrinus Barnabae.* Secunda item ad Timoth. *Marcum assume, & adduc tecum: est enim mihi vtilis in ministerio* Postea verò cũ Petro Romae versatus est, quemadmodum in prima sua Epistola scribens his qui in dispersione erant, ait, *Salutat vos Ecclesia, quae est in Babylone coelecta: & Marcus filius meus.*

B

Marcus ipse Ioannes Barnabae cõsobrinus Act. 12. 12.

Col. 4. 10.

2. Cor. 4. 12.

1. Petr. 5. 13.

C

Sacram igitur diuinae praedicationis doctrinam à Saluatoris discipulis didicerat, ac cum illis eam faciebat, Romaeque explebat Romani verò modis omnibus obsecrantes rogabant, vt illis scripto ederet, quae diuina praedicatione narrata acceperant. Atque haec causa fuit illius scriptionis, quam Marci Euangeliũ vocant. Cognitoque Apostolus, diuina Spiritus reuelatione, quod ita gestum erat, gauisus est illa hominum alacritate, ac scriptionem in Ecclesiis legendam sua auctoritate probauit. Clemens libro sexto Hypotyposeon (seu Institutionum) historiam proponit, cui & Papias Hieropolitanus Episcopus testis accedit. Roma verò ordinatum Episcopum Petrus in Aegyptum mittit: vbi, quod conscripserat Euangelium praedicans, Ecclesiam primùm Alexandriae cõstituit, Missasque celebrans, qui ad oram Australem erant, pia fidei in Christũ doctrinã instituit ac illuminauit. Quae ipsa prope inuenias in Eusebio Caesariensi exposita libro secundo Historiae Ecclesiasticae capite quintodecimo. Sed & Irenaeus Lugdunensis Episcopus Apostolorum discipulus, libro tertio aduersus Haereses, cuiusque Euangelistae characterem exponens, sic ait, *Marcus verò ab spiritu Prophetico, hominibus ex alto illapso, exordium duxit*, Initium Euangelij sicut scriptum est in Esaia Propheta; *quasi alarum pernicitate*, dicens, *Evangelij imaginem ostendens. Quin hinc quoque breuem ac praetercurrentem obnunciationem instituit, quippe cum hic Propheticus character sit.*

Clemens, Papias de Marco.

Irenaeus: chara

D

cter Euãgelij Marci. Mar. 1. 2.

N O T A.

Admonet in fine Antiquarius. In quibusdam exemplaribus inueni, Ex ore Cyrilli Alexandrini; in aliis verò, Victoris Presbyteri: cuius & nomine extat Latinè solùm ex versione Theodori Peltani. Extat MS Cod. in Bibl. Regia, cùm paulò ante esset Cl. V. Raphaëlis Dufresne, cuius omnis librorũ supellex in Biblioth. Regiam, ipso defuncto nec liberis satis ad studia literarum maturis, commigrauit. Paucis quibusdã variant ab editis, quae illo Codice sic Graeca Cyrilli nomine repraesentatur, sed amplior longè exordiũ, quod idcirco exscribere volui, & quam habet Irenaei auctoritatem de Marci Euangelij charactere, verè singularem proferre. Discipulum Apostolorum quod dicit, veriùs dixisset, eorum, qui ipsi Apostolorũ discipuli fuerant, & cum illis versati. Puta, discipulum Polycarpi, qui fuerat Ioannis auditor. Quod Romã, ordinatum à Petro missum in Aegyptũ Marcũ tradit, nihil efficere existimat, ne fuerit ipse Barnabae consobrinus, vnusque Marcus cuncta illa obierit, quae vel ex Scripturis, vel ex probatis auctoribus Marco adscripta inuenimus: quae & videtur fuisse Veterum mens: vel certè noluisse praecipitare sententiam, sed liberum reliquisse quid quisque velit sentire. Opus hoc in Marcum non facilè Cyrilli putem, qui plenos vbique cõmentarios ediderit, vix maximè scholasticus, non breuibus scholijs ab aliis dicta comportare, neque, hinc scripturas interpretari, consueuerit. Verùm haec hactenus, vel ad libri notitiam, si quando prodeuntis Graecis meliora aut tempora, aut ingenia per Dei prouidentiam emerserint.

E

O R A T I O XIV.

In diem Natalem Dei Genitricis Sanctissimae

EXultationis dies laetitiaeque exordium. Deponamus moestitiam, ac splendorem induamus. Loquamur potentias Domini, auditas faciamus omnes laudes eius in portis filiae Sion. Exultemus in salutari eius. Etenim erexit nobis hodie cornu salutis in domo Dauid pueri sui, ac, sicut locutus est per os sanctorum Prophetarum suorum, pacis nobis arborem suscitauit, radicem Iesse, ex qua virga, quae Christum florem immarcessibilem, produxit. Quis non animo exultet? Quis spiritu non laetetur? Quis non mystice congaudeat ac iucundetur? Quis non festis gaudiis celebret, dum salutem in Deo praedestinatam, ac per ora Prophetarum praenunciatam, in apertum iam euentum procedere conspicit?

Ps. 105. 2. *S. Mariae*

F

Natiuitatis gaudia. Luc. 1. 69. Isa. 11. 10.

Omnis creatura choros agat. Omnis terra cum laetitia clamet & exultet, quod iam pharmacum germinarit, quo sublatum est originalis tristitia: quod praesto est, quo magna Dei erga nos prouidentia aboleatur, primorum parentum maledictio illa extinguatur, sed & omnis nobis natura benedicatur, destruaturque veteris inimicitiae medius paries, ac dilectio Deum inter & homines, paxque oriatur.

Ieremias quidem Prophetarum miserantissimus ac diuinissimus, aquam capiti petit, atque oculis fontem lachrymarum, vt pro meritis infelicem lugeat Israëlem; mihi verò quis dabit cordi diuinorum fontem conceptuum atque sensorum, verbisque facili lenique vena defluentium fluminum copiam, vt praesentis gaudij magnum decus enuntiare, diuinique magni doni excellentiam laudare valeam? non ex dignitate (nec enim sic laudare concessum est) sed quantum tum mihi laudare licet, tum Auditores capere possunt. Dies Natalis est, amici! quam celebritatem agimus, Mariae Natale, ex qua nobis postea Christus Deus nasceretur; eius nimirum, quae sine semine, intemeratè omni maius substantiã Verbum incomprehensumque & incorporeum, corporeae nostraeque ac humanae formae vt coalesceret, fecit. Huius Natale celebraturi hodie conuenimus, vt eius magnalium exordium laudemus, quae in ea, qui potens est, propensa voluntate facere voluit.

G

Ier. 9. 1.

Luc. 1. 49.

Cum enim multa & infinita, ac quae nullus referre possit, in ea detecta sint magnifica opera atque munera, primum istud mirabilissimumque, cum, qui naturam omnem excedit diuinumque altiore supra naturam modo diuiniusque praestruebat natiuitatis modum: Sapientia enim, iam tum à principio ante saecula, eorum quae fiant euentus praeuidens, pro finium ratione congrua principia subdit. Quod igitur futurum erat, vt nedum Dei Mater audiret, sed & filia secundùm spiritum adoptionis filiorum, sed & Regina atque domina vniuersorum celebraretur, per ignotissimam ex Filij rationibus exaltationem celsamque eleuationem, idcirco etiam conceptio statim noua, eiusque in vitam ingressus mira extra vsum ratione; quò nimirũ ex minoribus ad maiorum ei fidẽ viam sterneret. Decebat enim vt quae à se diuinae haberet potentiae exempla, atque ad matris, qua suscepta esset, sterilitatem respiceret, nec cum nuntius illi afferebatur virginitati, fidem abnueret. Verùm videamus, qui eius secundùm carnem fuerint parentes, quantaque fulti virtute, & quomodo speciem Iacob, quã

H

Maria ex sterilibus cõceptio, diuino ex Virgine conceptui praeuia.

Ps. 46. 5.

Deus

A

Deus dilexit, ipsi meruerint gignere ac suscipere.

Quis igitur nescit Ioachum & Annam, qui diuinæ infantis parentes existant? par illud venerabile ac religiosum. Quis ita tardus? quis in diuinis literis sic peregrinus, vt non teneat, ter beatos illos omnis pietatis ac iustitiæ, per eam, qua vixerunt ætatem, summum verticem adeptos esse? Atque id manifestum, nedum ex fructu, quem non magis precum instantia, quàm natura fœta germinarunt, verùm etiam ex illorum historia, quæ inculpatos eis mores, vitamque Deo placitam ac sanctam, adscribit; cùm genus in Dauidem ac Iudam referrent, morumq; ingenuitate atque indolis probitate, nec non mandatorum Dei custodia, omnem Israëlem nobilitarent.

Mariæ sancti parētes.

Hi nimirum, cùm virtutis censu (vti dictum est) diuites essent, quin & terrenis bonis affluerent; nempe gregibus, armentisque, ac reliqua omni substantia fulti essent, vno hoc solùm à perfecta felicitate se abesse existimabant; quod nempe absque liberis consenuerant: erántque omnia doloris plena, ac mœstitia cuncta oppleuerat, quod haud secus ac vetustæ Saræ; menstrua Annæ fieri desierant; nec Ioachimo erat successor, nec cernebatur qui familiæ scintilla foret. Accedebat & irritans vicinorum exprobatio, ac quantum nec dici potest ægræ mentis doloris sensum succendebat. Ac quidem Ioachim duplicia dona Domino offerebat; cùm his fortè Deum propitiaret ac orbitatis probrum à se depelli posse cogitaret. Nihilominus tamen sic quoque in iisdem infœcunditatis probris manebat; donec tandem vir iustus extremum iam animi anxius & humiliatus, carnalibus despectis hostiis, & quibus imperfecti imperfectè obsequi se & indulgere existimant; iisque vt quæ non admodum placeant, spretis, sacrificium Deo spiritum contribulatum & cor contritum ac humiliatum offerendum operæpretium duxit, crediditque per continentiam & orationem apprehensurum se, cuius æger animi desiderio erat.

Iidē diuites, prolis solliciti: omnia ex libro

B

Iacobi de Ang. Dñi.

Gen. 18. 11.

Ps. 50. 19.

Continētia etiā ab vxoris amplexibus.

C

Qui enim sanctissimi Spiritus sanctissimum pignus ac sacrarium esset geniturus, decebat eiusdem primùm Spiritus diuinis afflatibus repletum, sacro spiritalique desiderio ad conceptum confoueri. Quonam igitur modo rem præstat? Communicat quidem vxori diuinum animo assumptum cōsilium. Communis enim ambobus, vti sterilitas, sic & cura suscipiendæ prolis; monetque aliorum omniū curas posthabere, ieiunioque & confessioni atq; precibus assiduam esse, *donec*, inquit, *à nobis Deus auferat, quòd orbi liberis sumus*. Sibi ipse quidem vir Beatus, Abrahamum exemplo proponit; coniugem verò iubet ad eius ipsius nominis matronam Annam respicere, inq, iisdem ac illa ad Altissimum immota animi constantia clamare. Ipse citò montem ac desertum petit, vbi cōplures dies à sæcularis vitæ molestiis ac curis animo depurgatus, sibique soli ac Deo silentio, otioque vacans, in hunc modum clamabat, *Domine Sabaoth, Dominus Deus Israel*, qui facis magna & non vestigabilia, gloriosaque ac magnifica, quorum, *iuxta scripturam*, non est numerus. *Qui mandasti petræ, manaruntq; aquarum fluuij, sitis solatium, populo ea laboranti in eremo. Qui iussisti virga germinansq; nuces edidit ac amygdalas, sacerdotij signaculum, Aaronisq; illo assertum principatum, Domine Deus meus, Deus Abraham & Isaac & Iacob: qui illic primùm effœta ætate Saram fœcundam reddidisti; nec modò illi, sed & Rebeccæ deinde, ac tum Racheli, cum steriles essent, vt placuit, fructum dedisti. Respice, Domine. Attende, Domine, de excelso sancto tuo, & intellige tribulationem nostram; mandaque naturæ vt fructum ferat, qui mandasti salutes Iacob. Placeat Deus potentiæ tuæ, vt & mihi suscites semen in Israël: & erit fructus tibi, tuaque sancta domui consecratus in sæcula.* Siequidem Ioachim,

Præparatio ad Mariæ cōceptū.

Ioachimi & Annæ socia oratio & ieiunia.

1. Reg. 1. 11.

Ioachim oratio.

Iob 9. 10.

D

Exod. 17. 6.

Num. 20. 8.

Num. 17. 5.

Gen. 18. 10 & 25. 21. & 30. 22.

Ps. 43. 5.

Anna verò ipsa quoque, pietatis exemplum, castitatis delubrū, virtutis omnis domiciliū, omnis sanctitatis vehiculum, Anna, Gratia, non solùm nomine, sed longè magis re, omnisque Dei gratiæ promptuarium, vt quæ gratiarum fontē fœcunda vena ediderit; ac quidem in seipsa malitiæ vitiique torrentes siterit, suauis autem fragrantiæ fluuios in omnem terram inundauerit. Anna, feminei omnis sexus decus magnificū & gloriatio ac suauitas. Et hæc igitur ieiuniis domi vacans ac carnem macerans, ingique precum instantia mentē in cœlos intendens, eiusque omnem vim Deo coram adhibens, verbis eiusmodi supra quàm infinitam bonitatem obsecrabat.

Anna præclara elogia.

E

Tibi Domine misericordiæ visceribus longè patiēs & clemens, iuste & verax, me totā adhibens, in te solū mentis meæ oculum figo. In solum nutum tuū animi rationem ac cogitatum dirigo. Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorū; & sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi mei ad te, Domine Deus, donec miserearis mei, *& auferas à me opprobrium, ac sterilitatis contemptum, quoniā omnis creatura, quam condidisti, fructificat corā te, Domine mi Domine: omneq; animal gignit sibi simile, omnisq; natura plantarū ac stirpium producit fructum suū. At ego vna omnium in conspectu tuo reputata vt arbor infructuosa, igni reseruabor. Haud tamen spem omnem abijciā, aut infinitæ misericordiæ immemor ero. Non enim me latet, etiam alijs ante me perinde laborantibus, fortiterq; inuocantibus, placidè attendisse, ac statim fœcundas reddidisse. Scio & Annā alterā sterilitatis dedecus euasisse, hoc solū quod ad te clamauerit. Et nunc Domine Deus meus,* tu idē ipse es, & anni tui non deficient, *& misericordiæ tuæ non minuentur, promptēq; per quam bona dona tua dignè petentibus præstantur. Ipse quoq; quòd liberis orba sum, meamque aufer sterilitatem, vt & in me clarificeris. Non enim mihi oritur, qui nascetur infans, sed tuo nomini tuæque sanctæ domui sacrum donarium sistetur.*

Annæ oratio

Ps. 122

F

1. Reg. 11.

Ps. 101. 28.

Ac illi quidem in his erant; quid verò qui totus misericors est, Dominus? Qui facit omnia & transmutat in melius? Qui Sanctorum suorū petitiones & cogitata superabundanter facit? Num iustorum supplicationem spreuit? Aut attendit quidem clamori, donum tamen in tēpus donās distulit? Aut statim quidē donat, eiusmodi tamen donum, quale putabant tribuit? Haudquaquā; sed respondet quidem statim Angeli sancti voce, ac oraculo edicit, fore vt Dei puella concipiatur atq; nascatur: edicit & clari nominis futuram in omnes fines terræ. O fidei fortitudinē! ô Altissimi donum magnificum! Illi quidē desperatā naturā, ea petunt quæ naturam excedunt; is verò gratiam tribuit, emendantem quod illis inerat vitium. Ac quidem illi prolē simpliciter petunt, & vt id illis opprobriū auferatur, quod illâ orbi sunt; is autem suā illis largitur Matrē; non quæ parentū duntaxat afflictionē sanet, sed quæ vniuersum humanū genus spiritali veroque gaudio impleat.

Eph. 3. 20.

Cōcept. Mariæ oracul.

G

Hæc nimirum diuinæ potius promissionis verbo, quàm naturæ ratione in sterili concepta atq; gestata vtero, velut Luna plena hodie ex materno exoritur thalamo. Clarè hodiè videre est iuxta Prophetæ oraculū, oriri veritatē de terra, ac iustitiā de cœlo prospicere. Etenim Dominus ostendens de cœlo dignè petentibus iustitiā suam, dedit benignitatem, diuinæ promissionis verbo oraculo edito; Anna verò illo fide suscepto, ex vulua sua, velut ex terra, oraculo promissam veritatem in lucem ducit, eamque cunctis mortalibus animatum atque viuentem fructum producit. Hodie quæ mater Dñi secundùm carnem, eius verò filia secundùm spiritū sanctificationis, naturalē suscipit ortum, hominisq; filia, quæ Regis magni filia sit, nascitur: ac quæ à dextris summi omnium Regis in cœlis Regina astituta est, in terra iā partu editur, obstetricante manu suscipitur, aquis abluitur, pannis inuoluitur, ac infātibus debita cura fouetur: & quæ Virginali sinu amplexura expectatur, ipsum qui cœlum continet ac Deū, senilibus vlnis nunc stringitur; seniliaque iam ac materna sugit vbera, quæ posthac diuina quadam ratione eum qui cunctis animalibus escam præbet, lactauit.

Ps. 84. 12.

S. Mariæ Natiuitas.

H

Ac in his quidem gaudet Anna & valde lætatur, prolemque in vlnas suscipit, ac nouo magnificè partu gloriatur: Conuocat vero puellas, accersitque vetulas; ac cunctis tribulibus congratulari iubet ac congaudere; cunctis denique in eam attendentibus animum, gaudium ac admirationem facit; ac quidem gratiarum actionis munera, munerum largitori rependit. Et, [Quænam ego Domine mi Domine, *inquit*, sum, quod meā sic petitionē audisti? quod opprobriū meum, quod suspicata eram, abstulisti? quod maiora quàm petieram tribuisti?

Annæ gratiarū actio.

Ps. 115. 39.

A Etenim ego solummodo prolem petebam, tu verò præterea etiam spem salutis Israëlis dedisti. Video enim velut certis omnino indiciis quod futurum est: velut in ænigmatis, in iis, quas in puella intueor, gratiis, salutarem tuam paulatim prælucentem gratiam, eiusque dantem indicia, fore, vt per eam manifestetur, quem olim Prophetarum oracula præuiderunt. Ecquænam ego sum, quæ tam munifici doni radia extiterim, tantæ gratiæ, parens; vt tantorum bonorum fons audierim? Haud tamen mihi quod tuum est vsurpo. Non penes me occulto, Domine, donum tuum, sed vbi ablactauero, sanctuario tuo offeram, & Sancta sanctorum munus consectabo.] [Hactenus Anna.

Joachim verò & ipse cum necessariis gratulans, festum cum tribulibus agitans; ac quidem senibus honoratis magnifica dona, Sacerdotibus verò maiori cumulo debita stipendia præbens atque munera, gaudio exultans gratiarum actionem Saluatori reddebat, dicens: Domine Deus meus? laudabo te; glorificabo nomen sanctum tuũ quia fecisti res mirabiles, consilium antiquum, verum; [& dignatus es in nobis veracem ostendere sanctũ tuum Prophetam Esaiam; ac videre est sterilem, quæ non parit, lætantem; & quæ non parturit, filij causa clamantem ac exultantem. Ac, quodnam canticum, quæ laus, quæ magnifica gratiarum actio ob ea quæ in præsenti sunt? Nullus enim nobis est sermo aut intelligentia, vt beneficij magnitudinẽ ac doni Dominici perfectionẽ laudemus. Non enim ex natura solũ data nobis filia est; non ea eius legibus præclaræ infantis natiuitas; sed multò magis ex verbo virtutis Dei. Quapropter etiam donum perfectum est ac dignâ amore prosequendum, qua ratione in nos desursum venit à te, Patre Luminum, vtque sensim manifestandã postea in eo claritatem ostendit. Natura enim meliore statu nouata, quæ sit exploratè dexteræ omnipotentis opus, magnum quid ac eximiè bonum præsagit, in quibus occurrit.]

Isa. 25. 1.
B
Isa. 54. 1.
Iac. 1. 17.

C Sic quidem beatissimi diuinæ puellæ parentes, tantaque fide & operâ eâ susceptâ, maiori feruentioriq; educabant propensæ voluntatis diligentiâ; donec triennem, vti se voto obstrinxerãt, hostiam donumque obtulerunt Deo. Nos verò Dei Genitricis Natale hodie honoremus, ac præ illis maiore gaudio exultemus, spiritaliter festum celebrantes atque lætantes, quantò & maiorem ex illa vtilitatem consequimur; quantò nunc magis splendidiusque ac perfectiùs gratia per Dei parentem coruscat ac prænitet. Honoremus verò, nedum quod carnali ratione ex sterili processit, sed longè magis quod ea superna gratia spiritu nata est. Animo quidem considerantes atque colentes, canticis verò plaudentes & magnificantes ac dilaudantes; quatenus purissima omni hoc exoluta sæculo, supercœlestique Sponso prope adiuncta, ac cum eo in sacratissimum incorruptissimumq; thalamum ingressa, regnique solio ei consociata, pro nostra intercedit salute, adiuuatque cum Patre & Filio & Spiritu Sancto, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Præsentatio in templo.

D

ORATIO XV.

In Exaltationem venerandæ ac viuificæ Crucis.

QVI Cruci honorem habeam, exploratè Crucifixo habeo: qui verò honorem habeam Crucifixo, crucem dubio procul adoro. Vtrique enim vicissim, aliique ex alio gloria & adoratio constatur. Nam neque Crux ante Christi apparitionem, gloriam habebat (quippe cùm mortis organum, atque id infamis, esset) &, IESVS, inquit, *nondum erat glorificatus*, quia necdum tum Crucẽ adierat. Laudemus igitur ter beatam Domini Crucem, & adoremus, & glorificemus vt & Deum gloriæ in ea pariter laudemus ac exaltemus. Qua verò laudemus ratione? Non ita vt crapula & ebrietatibus corrũpamur, sed vt ieiunio ac precibus castitatem colamus: non vt sæculi curis ac turbis suffocemur, sed vt Domini spe, fidéque illustremur. Ne auaritiæ reique iniustis lucris augendæ studio animum addicamus, sed diuina ac veritatis scientia dilatemur. Prorsus verò Christi amore ad alta contemplationis ducente, sanctificemur, non occupatis nequitiæ opinionibus, non simultatis malignitatibus, non superbiæ instantia, non vesani gloriæ appetitus vanitate, nec vllo omnino alio vitio interiorem hominem labefactemus ac conspurcemus.

Crux Christi laus, & Christus Crucis.
Ioan. 7. 39.

Non scurrilitatibus mente euagemur, non turpiloquio linguam inquinemus non conuiciis aut mendaciis conscientiam fœdemus; neque verò temere iuramento assuescamus, per quod in periurium (negati scilicet Dei scelus) prolabamur. Verum hæc impiis & incredulis Gentibus relinquamus, iam à puero prauæ mancipatis consuetudini, ac quæ vitia hæc tanquam natiuos affectus, præ longo temporis vsu, consectentur, ac quæ ne hoc quidem ipsum intelligant, quod delinquunt. Nos autem quibus Crucifixus atque eius Crux adoretur ac colatur, si vtique vere adorare volumus, ab omni prius inquinamento carnis & spiritus per spiritalem dilectionem mundati, ac qui totum Christum omnis virtutis cultu, mentis hospitio acceperimus, sic spiritu ac veritate adoremus. *Spiritus* enim, inquit, *est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.* Ac sicut Crux, quæ adoratur, ipsa quoque corporeum quid habet (terrenam scilicet substantiam, quæ ad fabricam illius assumitur) omnis verò claritas & magnificentia virtutis eius, interius à Crucifixi Spiritu subministratur; sic nos quoque duplicem ei adorationem ac honorem impendamus necesse est; primò quidem, adorationem quæ in spiritu est; consequenti vero ratione, etiam eam, quæ corpore præstatur.

F
Ioan. 4. 21.
Crucis honor interior & exterior.

Reddamus igitur Cruci Christi adorationis debitum. Genu ei corporis flectamus, longe verò prius inflexam cordis ceruicem, Legi Dei subiici non valentem (proteruum scilicet & arrogantem cæci amoris ac libidinis sensum) flectamus. Hunc prius Cruci inclinemus ac incuruemus, qui iugum subiectionis Christi placide suscipiamus: sicque fiet, vt quod etiam genua flectimus, acceptum reddatur. Sic adoremus ac procidamus, velut ei qui, pro nobis Cruci affixus est, procumbamus; laudibusque celebremus ac canticis exaltemus.

G

Exaltemus eam in Gentibus: exaltemus eam in terra. Quinimo eam quotidie exaltandi & adorandi nullum finem faciamus, quoadusque ea gubernante atque regente sæculum hoc nequam eiusque molestias superauerimus. Quemadmodum enim fieri nõ potest vt absque solari hac luce vita nobis toleranda sit; sic neque hominis animus absque spiritalibus mentemque irradiantibus Crucis Christi splendoribus, Christiana pietate viuerit. Ac sicut vitæ vsura fruentibus necessaria aëris spiratio, sic Christianis ineuitabilis Crucis consignatio est.

Ps. 45. 11.
Crucis irradiatio & consignatio.

Crux signum est Filij Dei, Christi gloria, IESV exaltatio, sceptrum regni cœlorum, Dei baculus, virga directionis, virga virtutis: virga quam Mosaica illa clarè admodum præfigurauit. Nunquam Israëliticus ille populus amara tunc illa Pharaonia Ægyptiorumque seruitute atque æturnna liberatus esset; nũquam intercisum illi mare, velut virenti solo incedendo, transisset, nisi virga illa in manu Mosis elementa mutasset, atque iniuriæ auctores perdidisset: Nec vero nos vnquam spiritalis Pharaonis eique succenturiatorum dæmonum tyrannidem tramus excussuri, aut verò simulacrorum cultu velut Mari rubro nobis dirupto, ad Patrum hæreditatem (Dei scilicet fidem ac veritatem) commeaturi, nisi Crux Dominica nequissimum mundi principem profligasset, ascensumque in cœlum, inaccessus cùm esset, accessum volentibus præstitisset.

Matth. 24. 30.
H
Ps. 22. 4. & 44. 3. & 109. 2.
Exod. 3. &c.
Crux, Virga Mosaica

Crux, Ecclesiæ Catholicæ splendor illustrisque ornatus; Apostolorum gloria, Sacerdotum satisfactio,

Marty

[A] Martyrum nitor, constansque aduersus nequissimos patientie. Piorum ac Monachorum firmitas, omniumque Iustorum fides atque spes, omnium denique Sanctorum gaudium & corona exultationis. Na Lex quidem expers virtutis Crucis: nec qui gtetiam præcessere Sancti absque ea edmirabiles: sed & in illis paulatim obscuris quasi vmbris delineata, suam gloriam vimque submonstrabat. [*Virtus Crucis in Lege.*] Nam & magnus quondam Moses manibus in cœlum Crucis figura extensis, Amalecum fugauit ac fudit. [Exod. 17.11.]

Crux armatura Christianis omnibus inuulnerabilis ac inexpugnabilis. Murus æneus, cunctis lartonum insultibus insuperabilis. Torris fortitudinis è facie inimicorum. [Ps. 60.4. Ps. 70.3. Ps. 30.3.] Signaculum regium inuiolabile ac inadulterabile: locus munitus ac tutus ad salutem, his qui persecutionem patiuntur: domus refugij, his, qui à peccato impugnentur: vitæ pharmacum, his quorum vita in periculo versatur.

[B] Crucis signum Moses effingebat, cum in deserto olim è recto ligno velut malo, serpentem transuersum exponeret: ac si quod lethiferum virus serpens morsu immisisset, eo læsus, in eam statim pilam ac simulacrum aspicere iubebatur. [Num. 21. 9. *Serpens aeneus Crucis figura.*] Mox igitur ac percussus Crucis signo adhibebat oculum, etiam venenati vis morsus elanguescebat: noxaque interitum afferens facessebat; ac confestim qui morsos fuerat, sanitatis remedium vltro concessum referebat. Si autem Crucis figura, viuificam adeo operationem præbebat, multo magis Crux ipsa. Siquidem enim Petri vmbra infirmos sanabat (vti sacro proditum aloquio ac creditum est) longe potius ipse Petrus. [Act. 5.15]

Crux Sacerdotij consummatio ac signaculum; Imperij robur ac fundamentum, potestas magistratuum, armature ducum, victoria militum ac victoriæ tropæum: tuta salus pro imperio dominantium, subditorum compositio ac constantia. Crux eruditorum sapientia, insipientium disciplina, diuitum fulcimentum ac firmamentum, pauperum gloriatio & solatium; [C] eorum qui versantur in ærumna, gaudium & exultatio; eorum qui morbis conflictantur, sanitas & refrigerium; eorum qui in cunctis vitæ malis agunt, ædificatio exhortatioque & consolatio

Crux omnium sanctorum Angelorum gloriatio & corona: dæmonum omnium plaga ac confractio: Iudæorum offensio & afflictio; Infidelium confutatio & condemnatio; Fidelium conseruatio & iustificatio; cadentium excitatio, elisorum erectio. [Ps. 144. 14.]

Crux emortuorum vita, depositorum spes, virtute viuentium scala in cœlum subleuans, discordantium conciliatio; recto pede incedentium rectus cursus ac contentio; declinentium emendatio & manoductio; pœnitentium renouatio & subvectio.

[*Crucis munera.*] Crux omnium diuini Spiritus donorum arbitra ac datrix. Quæcunque enim in Christo manentie dignis subministrantur, per Crucis fidem ac potentiam subministrantur. [D] Crucis ea vis, vt iis qui ea probè armati sunt seu consignati, timores nocturnos, diei sagittas, remque omnem in tenebris ambulantem, ac casum omnem, omneque dæmonium (nedum meridianum) interimat, profligetque. [Ps. 9.5. & 9.]

Crux (quid refert prolixius dicere?) optimorum Dei donorum quæ à sæculo mortalibus elargitus est, augustissimum perfectissimumque. Hæc primi Parentis ruinam instaurauit ac Paradisi antiquas delicias subapeuit. Hæc inuectam à ligno maledictionem, in benedictionem; corruptionem, in incorruptionem; amaritudinem, in dulcedinem; exiliumque in regnum; ac mortem in vitam commutauit. Hæc nedum ingressus ac admissio ad supernum Paradisum, sed & planè lignum vitæ, vti prius Latroni, sic & cunctis qui eius imitantur fidem. [Prou. 3. 18. Luc. 23. 43.]

Hanc magnus ille Petrus manu tenens, illaque tanquam virga pastorali nixus, Simonem Magum, velut qui Ecclesiæ insidiaretur, ebegit, luposque Arabiæ extriuit; atque in illa propense Christi oues rexit ac [Habac. 3.4.] regit. *Sumam*, ait diuinus Zacharias, *virgam meam pulchram* (Crucem eum dicere arbitror) *& proiiciam eam contra inimicos, & pascam oues meas: & dissipabo fœdus meum, quod pactus sum ad omnes populos.* [E Vulg. V. pastores. Zach. 11. 10.] In Cruce enim dissipata quidem litera est, restoruit vero, ac se palam spiritus prodit.

Hac quoque, qui in cœlo versatemr, Paulos optimè instructus, vniuersum terrarum orbem circuiuit, destruens in eo cetiones & omnem sublimitatem extollentem se adversus scientiam Dei: & captiuans omnem sensum in obsequium Christi. [Phil 3. 20. 2. Cor. 10.4.]

Cruce, omnes tum Apostoli tum Martyres; Sacerdotesque Domini omnes, ac Pij omnes & Sancti spiritualiter armati; priores quidem, aduersus simulacrorum cultum; alteri autem, aduersus omnes hæreses; postremi adversus omnem improbitatem strenuè dimicantes, veris victoriæ tropæis per Crucis potentiam Crucifixum clarificant.

[F] Crucem quoque Magnus olim Constantinus loce formatam eùm in cœlo vidisset, èxque figura, illius potentiam intellexisset; postea illud ipsum prototypum lignum, in quo Christus distentus fuerat, alta defossum humo, per beatissimam ipsius matrem (augustissimam scilicet Helenam) diligenter scrutatus reperit, repertumque religiosè adeò coluit & exaltauit, vt eius longè clarius in omnem orbem exuberet. [*Constantini in Crucem religio eiusque per illum exaltatio.*]

Quis verò illi spe deuinctus, ad eius adorationem non occurrit? Quis non exaltat atque adoret scabellum pedum Domini Dei nostri, quia sanctus est? [Ps. 98.5] Quis non laudat ac magnificat eam, quæ emortuum genus nostrum ex morte & inferni perditione exaltauit & viuificauit? Nunc gaudent Angeli atque exultant Archangeli: cum quibus etiam choros ducunt supermundani Principatus & Potestates, omnesque cœlorum Virtutes: inuisibilique præsentia, salutarem toto orbe adorari atque exaltari Crucem videntes, cum Ecclesiis Dei colætentur. Neque enim vlla alia est bonis Angelis æque festina lætaque solemnitas, ac quæ salutis hominum argumento agitur. [G]

Nunc Apostoli clarescunt, & Prophetæ, his quæ geruntur, magnificè splendescunt. Nunc Martyres iucundantur, ac decorentur Sacerdotes. Nunc Religiosorum Sanctorumque chori omnes diem festum agunt, gestiuntque; qui nimirum quam illi clarificarunt, & quæ eos clarificauit, sacro tiro Crucem clarificari videant, atque è terra sacris manibus in altum tolli: cum qua pariter sublati, per quem bono omnium Saluatori gratiarum actionem incessabilibus mysticisque vocibus modulantur ac promunt. [*Ritus exaltanda Crucis.*]

Omnis iam Ecclesia lætatur ac decore fulget, veluique cœleste donum, vt immortales delicias pignusque inuiolabile, ita Crucem sinu complectitur, vniuersorumque conspectibus ad spectaculum simul & exaltationem ac adorationem proponens, filiis suis fortiter ad Dominum clamantibus, illius munere misericordiam & sanctificationem & illuminationè largè impartitur. [H] Iamque omnes Gentes, quantas fecit Dominus, veniunt, ac viuifico terque Beato ligno procumbunt. [Ps. 85.9] Adorent coram illo, ac per Crucem; Crucifixi nomen clarificant; quod reuera magnus sit & faciens mirabilia solus. [Ps. 135.] Iam dæmonum aërea omnis aëriique incubans cohors ac pompa, triumphali cæditur ligno, frangiturque & rumpitur; exque cœlestibus iure merito sedibus deturbatur: cunctæque Sanctorum Ecclesiæ & piorum cœtus velut cum scala à terra in cœlum exaltata, pariter exaltati, velut virgæ fortitudinis innixi, velut prælatum sceptrum regium, supremi omnium Regis Crucem hodie deducentes, cœlestem commutant locum, pro terrenis cœlestes, ac pro mortalibus immortales effecti, igneaque romphæa triumphali ligno superata, ad supernum paradisum ac lignum vitæ recta procedunt.

Verum ô Crux venerabilis, omnique maior veneratione, ac salutis vitæque conciliatrix (velut enim cum animata atque viuente loquor ob eam qua præ-

A dita es, vitalem gratiam) magnum præclarumque omnium phylacterium; piæ omnis mentis propitiatorium, necnon recti omnis cordis atque animi lucis ac sanctitatis promptuarium. O Crux, omnium defensio præsidiumque Fidelium! omnium ædificatio domorum, auctorque vt tractus & loca pari fœdere habitentur; omnium condendarum arbitra ciuitatum, & vt nationes pace componantur! O Crux mundum vniuersum concordia socians, vniensque, cuius omnis altitudinem & profunditatem, longitudinemque & latitudinem tuis cornibus ramisque delineas, orbisque quatuor partes in te repræsentes continensque, salva populum tuum & benedic hæreditatem tuam: & rege nos atque extolle in sæculum vsque sæculorum, Amen.

Psal. 27. 9.

ORATIO XVI.

In laudem Sanctæ Protomartyris & Apostoli Theclæ.

B LAudabilis Ecclesiis ritus, eos qui digni laude meritò habeantur, semper laudare iubet: eosque qui Deo propinquent, benedicere ac beatos prædicare admonet. Ne enim bonum coangustetur, intraque illos duntaxat qui illud gerunt, definiatur; sed vt dilatatum fusumque in plures beneficium producat; idcirco benedicere, qui benedicti sint à Deo benedicto, nobis est imperatum. Benedicamus igitur benedictos; & qui à Deo honorem adepti sunt, beatos prædicemus: non vt nostris laudibus eorum cumulo aliquid conferamus (sunt enim semper in Domino claritate pleni, nullusque terrenorum egent) sed vt intentis in eos animis, memoriæque ac laudum cultu eis mente conjuncti vnáque versantes, quæ ex illis est sanctificationem nobis asciscamus, condignamque illis vicem, salutem nostram offeramus.

Sanctorũ laudandorum ratio.

C Sanctum quidem ac conuenientissimum, vt qui Deo propinquant, omnes laudibus atque honore prosequamur; sed eos maximè, qui maxima Deo necessitudine iunguntur. Non enim omnes eiusdem ordinis ac classis existunt; sed in primo alij censu, alij in postremo habentur. Vti nimirum etiam apud Reges terræ, non vnus idemque omnium consessus gradusque; alij primo, alij postremo habentur: quidam etiam medio, pro cuiusque virtutis ratione, ac eius qui præest ad eos amore: ita nimirum etiam in cœlestibus arbitrrer, alios superiores eminentioresque, alios inferiores nactos sedes, ea rata ratione, qua à primis minore præstantia atque virtute recedunt. Quod si omnes beati meritò prædicandi atque laudibus celebrandi, longè prius qui primo in illis gradu sunt, primáque Christo necessitudine deuincti.

Sanctorũ inæqualis claritas & honoros.

Quo igitur loco Theclam collocabimus, sacræ fidei decorum pignus, venerandæ virginitatis monile, intactam Christi sponsam; inuiolabilem genialem lectum? D Vbi inquam, quoue ordine ac loco statuemus, quam ei conuenientem laudem oblaturi sumus? Illisne accensebitur qui virginitate sanctisque motibus vitam instituerunt, vt quæ nimirum omnis castitatis vitæque religiosæ norma mundo extiterit? Haud enim verò à triumphali agmine abesse patiatur? ac neque primam martyrij lauream vlli mortalium cedat; quæ videlicet mulierum prima, contentione certandi, ingentique animorum vi, muliebris sexus probrum sustulerit; primaque spiritale pancratium desudauerit; quæ teneris pedibus draconem illum magnum protriuerit, ac velut Regina à dextris summi omnium Regis corona insignita sit. Quid igitur, triumphali agmini accensebitur? Enimverò Paulo prædicationis socia, eumque doctrinis ac operibus imitata; communique persecutionum ac tentationum stadio, CHRISTI IESV Apostolus facta, Martyrum cœtu coërceri nolit. Quonam igitur modo eius laudibus defungentes, quæ grata futura sint, præstiterimus? Num planè, non tanquam ex vna alterave

Thecla, Virgo Martyr, Apostolus, ex omnibus laudanda.

E solùm excellentia; sed ex omnibus eius sacris institutis, quibus summè claruisse, egregiaque laude perfunctam esse, conspicuum est, laudari exoptet ac admirationi haberi?

Primùm itaque virginalem eius à iuuentute conuersationem; quin potius, qua Christum prosecuta est dilectionem ac fidem; pro virili nostra laudemus; cuius nimirum ope, virginitas pariter vigorque certaminis altiore cumulata flore, ad Apostolicum ipsum summum verticem seu speculam abundè prouexerunt. Iam enim magno veritatis Præcone, cœlesti, vocalissimoque Euangelij tonitru, luce omni clariore Christi operum sermonumque fulgetro, Paulo nimirum, IESV ore, Spiritus organo, Dei clarissima tuba, orbis conuocante fines: Hoc, inquam, cùm alias orbis peragrante partes, ac Verbum vitæ velut diuinam quandam sementem iaciente; ac cum præter alia loca etiam Iconium venisset, & apud virum F fidelem hospes ageret; ac pane quidem terreno corpusculum confirmaret; cœlesti verò, eorum qui ad eum congregarentur, animos fulciret; ioaninumque deorum & prauæ consuetudinis, superstitiosæque institutionis, inuisum Deo scelus detestandumque traduceret, Deique altissimi gloriam, & arcanam IESV Incarnationem exaltaret; viuificamque & salutarem passionem, triduanamque ex mortuis resurrectionem, atque è certis quadragesimo die in cœlos receptionem; rursumque è cœlis apparitionem, iudiciumque ac iustam pro vitæ meritis in eaque gestis retributionem sapienter declararet, ac verbis gratiæ plenis laudaret: nec non etiam voluptariam ac libidinosam vitam velut detestabilem sugillaret, impollutam verò & castam ac virginalem, tanquam Deo necessariam, placitam eique beatam prædicaret.

Pauli elogia.

Hæc itaque sublimi Præcone ad eum adeuntibus perorante, ac cum alij quidem dulciter placideque audirent, alij verò nullo sermonis sensu afficerentur; alij etiam murmurarent, ac pro bonis mala cogitarent, Thecla puella, Theocliæ quidem filia, sponsa verò Thamyridis, è vicino ædes habens, ac per fenestram aurem ac- G commodans, Pauli doctrinis auscultabat. Ac quidem faciem videre non licebat; sic verò à doctrina eiusque sermonum institutione pendebat, vt tota prorsus à terrenis, ad Christum qui annuntiabatur, animo tolleretur. Sic ex primo statim auditu (ô fides!) excessit quidem domo, excessit & seipsa; idque cum neque signorum experimentum vllum fecisset, neque Euangelij doctrinam per tempus probasset: at neque Prædicatorem (rem summè inauditam!) oculis vsurpasset, sic veritati assensit eique per fidem adhæsit, vt triduo omnium oblita sit, & cibi & potus.

Thecla statim audiendi Pauli auida.

Mater verò materni quadam amoris vi, impensioreque in eam carnali affectu ingressa, gemensque ac quiritans (Quid enim aliud mater?) modo quidem blandiens, lenibusque verbis demulcens ac sibi conciliaos [Filia, *clamabat*, charissima! Filia mihi sanè dulcissima, gratissimaque ac desideratissima. Quid tibi & peregrino illi ac seductori? Et quid causæ est, cur ad eius absurdam hanc ac inauditam fabulationem aurem accommodaueris? H Quid est quod excessisti, portentosum hunc horrendumque excessum? Cur tota anima, post seductionis huius verba abiisti? Reuertere ad genitricem tuam, quæ te educauit. Aspice in me, filia mea. Loquere ad me verbum; Loquere ad me viscera mea! abiectaque hac dementia, exurge vt cibum sumas, ô filia! exurge vt bibas. Quid causæ est cur ita vecors mentisque inops sedeas?]

Matris blanditiæ.

Sic modò quidem obsecrans, modò verò etiam austerioribus ad eam verbis, [Cur verò, velut insipientium vna, *increpabat*, teipsam desperans, ac quasi quæ sensum omnem mentis consiliumq; perdideris, sic irrationabiliter sedes? Reuerere matrem, quæ in te erubescis. Reuerere cognatos, amicos, coætaneos. Pudeat à facie seruorum tuorum. Vbi virgineus pudoris rubor? vbi incessus? vbi grauitas? vbi ordo? vbi prior illa honestas? Nescis esse nos primos inter Iconij ciues, totamque ad nos vrbis æmulationem spectare, resque nostras cunctorum expositas sermonibus esse, siue illæ fausto ac ominato

Obiurgationes.

eventu

A cuentu, siue secus succedat. Cur ergo te ipsa inuidis gaudium, amicis verò reprehensionē ac probrum præbes?

En & sponsus adest. En ciuium flos, æqualium decor, Iconij oculus. En tuus Thamyris, Thecla. Exurge, in amplexus rue, osculare. Scito cui sis desponsata, cui nuptialibus pactis obstricta. Ne spe vacuum, ne tuarum expertem gratiarum, ne tuo priuatum colloquio virum repuleris.]

Thamyris verò, qui & ipse aderat, quid non faciebat quid non loquebatur, quibus emolliri nouerat animum atque à constantia tenoreque inflecti? [Thecla, *aiebat*, mihi gratissima, mihi desponsata atque aptata; Conuerte aspectum in procum tuum: Reuerere vocem sponsi tui. Veni ad me qui amem te, qui te diligam, quique omnia mea omnemque meam substantiam, meque ipsum cum omnibus, tuis manibus credam. Conuertere, & vide tuum Thamyrin, Thecla; eique loqui dignare; eosdem percipiamus sales; ac, si lubet, nunc statim canamus Hymenæum. Sin autem neque hoc lubet, iube mihi, & veniam ad te; quemadmodum ego totus sum vt C tibi placeam, tuæ obsequar voluntati, tuo desiderio totus tenear: modo vocem audiam, modo dulcissimam mihi fabulationem, modo consilium tuum sentiam; modo non sordum ad te ingressum, non vanum, non inanem, ô charissima, ad te mihi præbeas aduentum]

Thamyris sponsus.

Neque his duntaxat verbis sed & oribus ad inflectendum animum compositis allicere studens, sed & mollibus osculis: sensim verò etiam apprehenso linteo ad seque trahens, [Surge, edamus, *aiebat*, forte verò inedia magnam partem stuporem iniecit. Vbi autem mensæ particeps, meliore iam animo facta fueris, tua ipsius eris, hunceque virum præstigiatorem ac nequissimum, velut seductorem planumque submouens, sic perfecta ad nos redibis; instauratoque amore coniugali, consuetum sermonis vsum continuè recuperabis.]

Quid igitur Virgo? Num ad matrem respexit? Num ad procum animum attendit? Num vlli cedens necessariorum aut amicorum, auditus rigorem relaxauit? Nequa- D quam; sed velut passerculorum stridulas voces, inanimumque corporum fragorem istiusmodi verba alloquentium ducens; sed & sicut frutectum, aut petra alta radicata humo, trahentem non sequitur, solam verborum Pauli gratiam, tranquillo mentis statu atque animi sensu audiebat.

Eratque sanè quod gerebatur eiusmodi, vt stuporem meritò ingereret. Nempe puella delicata, immensa pulchritudine ac corporis venustate omnes hominum filias longè superans, in ipso ætatis flore in ipso iuuentutis vigore (Etenim virgo nubilis erat, inter ephebos iam constituta) hæcque adeò, cum nec antè Scripturis erudita fuisset, nec Dei lege atque Prophetis instituta, vbi solum Euangelij sonum percepit, eumq; non rectà, sed ex obliquo ad eam venientem, materna continuò excessit amoris vi; omni vero carnis cupiditate excessit; neque id solum, sed & ipsa seipsa excedens spiritu, menteque pura ac fidelissimo animo, quam audierat, statim arrepta doctrina, atque illius sinu altè collocata, ipsaque in illa fir- B mitet consolidata videbatur quidem in terra versari, his qui erant de terra; verè tamen in cœlis versabatur, sacrisque Pauli eloquiis velut ex supercœlesti Deo auditis, ne vel minimum conuerti ad eos dignabatur, qui vocabant de terra. Ac sicut nos, dum à viris principibus ac maioribus necessariorum quidpiam iubemur, infantium quandoque nugas ac delirie contemnere solemus, ne per illa maioris momenti sermonem non satis assequamur; sic beata Virgo, quæ totum sincerè feruentissimo fide animi sinu sceepisset Iesvm, prudenter omnique reuerentia ac religione eius Præconi autem præbebat, vt illius eloquiis, Dei illi cogniti, cognita voluntate, eamque executa firmum sibi ac immobile cœleste bonum seruare liceret

Thecla omnium stupor audiens Paulum.

Castitatem igitur & continentiam, paupertatem & virginitatem, fidemque & charitatem prædicari audiens, vt quæ Christo animum firmiter astringerent, opere statim ac actione sacram colens doctrinam, continentiæ studebat, ac virginitati animum adhibebat, atque E paupertatem sibi deligebat: quibus in Christi prædilecti roborata fide, stupore correpta atque perculsa cernentibus in eam videbatur, cum vtique Dei contemplatione tota excessisset.

Quid igitur Thamyris? amara inde æmulatione, iraque & furore impletur. Eiusmodi enim est corporis philtrum. Quandiu quidem adest quod in delicijs est velut ignis illius cupiditate accenditur, quod amori habetur: sin autem desiderato frustretur, mutata statim passione, desiderij flammam in iræ ignem accendit, aduersus eum qui illius inhibere cupiditatem existimatur. Sic & ille æmulatione exæstuat, furit, iniuriam queritur, incenditur, totumque succendit Iconium, omnemque populum ciuitatis, ac turbæ omnem aduersus eum concionem cogit à quo læsus iniuria videbatur. Vbi diluxerat, Onesiphori domum irrumpit, iniuriis, minis, maledictis procax, turpissimè Paulum se mulctaturum iurans; trahens primum in forum & ad principes ciuita- F tis, pestem eum accusans ac ciuitatis corruptorem; adhuc verò etiam eius, quæ illi desponsata esset, eundem postea etiam ad Præsidem ducens. Quodque coactum iudicium erat, Præsesque pro tribunali sedebat, ac præsto iudices assessores erant, populusque circunfusus stabat, ac præco silentium indicebat; Paulusque adductus in iudicium erat, Thamyris accusans ait.

Paulus apud Onesiphorum hospes & prædicator.

[Nec Vestram potentiam, magnificentissimamque mentis solertiam, nec præsentium quenquam ignorare arbitror, quæ meatum rerum sunt. Scitis verò, tum mihi genus splendidum, tum longe grauem esse substantiam; honoremque, qui ipse opum affluentiæ paribus modis respondeat. Accedit & formæ venustas ipsa elegans, cunctaque illustria, ac cunctis conspicua. Ac ne verbis obtundere videar, mea omnia eiusmodi sunt, vt merito amorem cieant ac æmulationem. Sed & mihi vxorem despondi. Nostis omnes Theocleā: eius filiæ addictus sum. Parata iam omnia, tempusque nuptiarum aderat, ac cuncta ad eas ambitioso cultu instructa. Repente verò malo G genio homo iste hominibus lues, mihique præ cunctis exitium (fabellis enim dilutis vxores dementans, virgines seducens; has quidem non sinit legitimis nuptiis viris copulari, illas verò viros contemnere facit) cum omnibus, etiam meam Theclam corrupit: Theclam mihi sponsam à sana mente deiecit. Siquidem igitur sinatur hic viuere, Præstantissime Præses, nec vrbem habiturus es. Corrupit Iconium, periit & omnis circumuicina regio: Neque id modò, sed & omnis prouincia atque ciuitas, si ad illius Legis ritum mores componere in animum inducat, haud euaserit quin tempore liberorum orbitate intereat. Etenim si nuptiæ in causa sunt vt perenne sit humanum genus ac generatio, quæque ex aliis aliorum successio est; nimirum cœlibatus liberorum orbitatem inducit, vniuersique generis interitum affert.]

Thamyridis aduersus Paulum accusatio.

Facta autem & Paulo seipsum defendendi licentia; [Ego quidem *respondit*, homo Iudæus sum, ab infantia Deo cœli & terræ addictus: ac propterea Dei lege eruditus atque mandatis instructus, accepto tempore diuiniore dignatus sum institutione. Medioque quandoque H die vidi, clarissime Præses, circumfulgentem me è cœlo lucem sole splendidorem, viuamque audiui vocem, ac in me Christvm Iesvm explanantem. Nempe Christum illum, quem ignorans prius persequebar in incredulitate. Vbi autem diuina reuelatione cognoui, esse illum verè Filium Dei charissimum, qui & filius hominis impensiori in humanum genus clementia misericordiaque extiterit, vt eius extremas fæces altiori quàm ferat substantia modo instauraret: omneque (ne sim prolixior) potioribus verbis Dei doctus consilium, per eum, & ab eo Gentibus missus sum, ad docendum omnem hominem, ac admonendum conuerti ab Deum fortem viuum; & vt hortando hortaret omnes, omnem improbitatem ac iniustitiam auersari, omnemque iustitiam ac sanctitatem in timore Dei operari; qui nempe sciăt statuisse diem, in quo sibi ipse omne humanum genus sistet, ac vnicuique pro suarum merito actionum reddat.

Pauli defensio

Act. 9.3. & 26. 12.

1 Tim. 1.13.

Ps. 41.3.

Act.17.3

A *Nuptia Paulo non sublata.* Col. 3. 5. Hebr. 13. 4.

Nec id mihi propositum est, æquissime Iudex, vt omnes prorsus nuptias sublatas velim Hæc nimirum aduersum nos aperta calumnia est: sed omnem quidem fornicationem & mœchiam, omnemque immunditiam ac concupiscentiam malam. Quicquid demum libidinis est, vitare suadeo: matrimonium verò legitimum statumque, vt incontaminatum recipio ac colo. Sin autem mitior quædam modestaque Anima, per vitam omnem delecto cœlibatu ac virginitate, soli Domino sola vacare, ac precibus indistracta mente instare velit, id ego pulcherrimum iudico, neupe laudabile, maiore dignum laude, connubioque honorabili honorabilius; vt quod Deo verè necessarium ac magis placitum, velut scilicet sine materia ac intelligentem hostiam, immateriatè ac voluntate ei oblatam, qui omni illi quod extra materiam est, longe eminet.]

Virginitas coniugio prælata.

His ille auditis vocibus, quod veritatis vim iudicare non nouerat (Quisquis enim animus, huic sæculo vitæque erroribus vehementius immersus est, irretortis oculis veritatis fulgores contueri non nouit.) Quamobrem etiam ille, cùm nec aduersari posset, nec verò assentiri Pauli verbis, non vacare sibi per otium simulat, vinctumque in carcere includit.

B

Pauli carcer longus. Thecla constantia propositi.

Quid igitur Thecla? Timore inhorruit abducto Præceptore? aut parum aliquid propositi tenorem remisit? aut alto mentis sinu hactenus fidem suam occultauit? aut non splendide eam publicauit? aut publicauit quidem atque edidit, sed imprudenter fecit? Haudquaquam. Quid itaque facit? Surgit silentio media nocte, Deumque Pauli invocat, vt comes esse velit: Ornatum spernit, inaures, specula, quicquid illecebrarum est iuuentutis; instarque Euangelici illius mercatoris, inuenta pretiosa margarita suorum omnium pretio eam coëmit; ac velut eius Præceptor, quæ illi erant lucra, propter Christum detrimentum existimans, alia ianitori præbebat, alia carcerario, modo solum sineretur Paulum videre, eique carceris, soli vinculorum sociam accedere; dimoæque Euangelij prædicationis perfectius participem fore. Erat inter hæc conspicere, illam quidem vt siticulosissimam ceruam ad Dei aquas accurrere; hunc verò tanquam profluentem fluuium, illius mentis ori vberrimum theologiæ laticem illi affundere. Ac illi quidem in his erant.

Matt. 13. 44. Phil. 3. 7. *Eius ad Paulum fuga.*

C

Prima statim aurora; ingensque domesticos cepit turbatio. Quærebatur namq; Thecla de Thecla rumor erat; apud notos, apud cognatos omni diligētia vestigabatur; interque vicinos, vt par est, & amicos. Famuli, inquirebantur; ancillæ pœnas dabant; omnis familia agitabatur. Cognita tamen, ad Pauli pedes prouoluta inuenta est; ac quidem, iuxta Esaiam, illius pedum puluerem lingebat; tanquam verò Dei filio deoque sio reuerentia atque tremore illi adstabat. Sic nimirum summè eam Dei timor ceperat quo iam confixa tentaque ac constricta, nihil pensi habebat aut attendebat, qui eius causa aut turbas cierent, aut ipsis illatas ferrent.

Isa. 49. 23. *Thecla in Paulum reuerentia.*

Quid igitur Thamytis? Furore rursus agitatur: rursus turbatur; rursus incenditur; rursus turbas cogit, longéque magis ac prius, quanto nimirum etiam certiorem Virginis seductionem putabat Defert rursus Præsidi aduersus Paulum; velutque palam iniuria læsus, pœnam irrogari deposcit. Is itaque apparitores secutus, ad iudicium alacri rursus animo ascendebat: sed & illa, vt Pauli reuera discipula, vocata cùm esset, præclara animi magnitudine ac præstantia, ad tribunal adibat. Non enim Christi Euangelium erubescebat; sed gaudium illius eximiè cor, mysticaque exultatio persuaserat, quod pro Christo cum Paulo vrbis theatro traduci meruerat.

D

Paulus & iterū Thecla pro tribunali productī. Rom. 1. 16.

Vbi itaque ambo Iudici adstiterant? Paulū quidem nec verbo dignantur, quod ille iam sui defensione perfunctus erat; quodque ex prima statim responsione illatum crimen strenuè quidem depulerat; ex Thecla verò rationem exposcunt spretarum nuptiarum, quidve causæ auersi eius à Thamyside animi existat. At illa, ne verbum quidem dignata loqui, intenta in Paulum erat; silentioque suam sensim mentem videntibus subindicabat; Nempe non licere præsente Magistro, discipulum pro concione loqui. Indisciplinatus itaque seu incompositos reprehendens magnanimis Virgo qui sciscitarentur, in eum modum nihil loquens manebat.

Thecla silentiū præsente Paulo.

E

Quid ergo Iudex? Paulum flagellis cæsum, vrbe eiicit: Theclam vero viuam iubet igne cremari. Hoc enim cùm morem non gereret, ipsa mater magnis clamoribus vrgebat. Hîc, quæso, fatiscente mihi sermonis vi, nec certaminis molem valente repræsentare, vos ipsi precibus propensiusque attentis animis opem ferte: precibus quidem, mente exorantes vt enarrandi sermo mihi prosperetur; attentis verò animis & inturbatis, vt velut in tranquillo quodam portu, in mente vestra, tranquilla cum statione accipiatis.

Thecla igni addita.

Vrbs tota festinato in theatrum concesserat: viri omnes, indigenæ & inquilini, obscuri & illustres: Mulieres omnes, seniores & iuniores, ignobiles atque nobiles: quin & infantes cum his qui ætatis sensusque integri erant ad spectaculum currebant; præque omnibus, Præses ipse qui sic absurdam atque iniquam tulerat sententiam. Quodque ligna ad fomitem parata erant, cunctaque iam expedita & ad rogum aptata erant, adducta est & Thecla: Remque miram, quod non expalluit ad ignis minas; non animo formidauit; sed intenta mente lætansque in Domino, in quem crediderat, florenteque vultu ac velut in balneo ad lauandum alacriter exuens, aut velut genialem virgo lectum petens, sic sibi consignans, lignorum struem conscendit.

F

Thecla rogo parato constantia.

Cuius non tristi gemitu fractus animus? Cuius non soluta omnia carnis membra? Cuius genæ non lacrimis oppletæ? Quis non indignè ferret sententiam, Iudicemque acriter tanta illa turba non reprehenderet? Cunctis enim miserationem, quantam nec verbis exprimere liceat, res ea faciebat; dum videlicet formosam corpore ac delicatam puellam viderent, spiritus alacritate, animique feruore intolerabilem incendij vim contemnere, malléque in fauillam statim igne exurente dissolui, quam virginitatem suam prodere, aut Christo Sponso data n fidem fallere.

G

Ibi arbitror & cœlestes omnes Potestates cum viderent certaminis modum miseratas esse. Ibi & ipse Dominus rei misertus est. Qui enim poterat vt non eius misereretur, quæ absque vllis signis atque portentis, sola Præconis voce, eiusque qui vinctus, qui profugus esset, sic illi credidisset, vt nedum matrem & domesticos & cognatos, opesque & nuptias & delicias omnes & illecebras, sed & ipsam eius gratiâ contemneret animam? Quoniã verò mirabilium Deus de cœlo in terram aspexerat, planè necesse erat, vt quod fiebat, facientis magnificentia dignum elucerct.

At quodnã Domini iudicium! Iam rogus quidem circa Virginem accensus erat; necdum tamen intactum corpus flamma attigerat, cùm repente illa comprecante, magnus è terra erupit sonitus; è cœloque circunstans nubes vim tantam pluuiæ grandinisque effudit, vt & pluribus ibi creatum periculum, ignisque extinctus, ac Thecla seruata sit. Hæc celsitatum Deus, *mirabilis in maiestatibus, faciens prodigia.* Hæc qui Babylonica excussa fornace, tres in illa Pueros Cantores incolumes seruauit Istud vere illius manus opus tum nimirum roscidam fornacem præstare, tum quod repente è cœlo aqua inundante eam extinxerit.

Extinctus Theclæ rogus. H Exod. 15. 11. Dan. 3. 51.

Hoc primum Thecla in sui gratiam vidit patratum miraculum; fideique, fidem, Deique dilectioni, excellentem adiunxit dilectionem. Aqua hæc nedum illum ignem sed & Theocleæ furorem, sed & Thamytidis (ignis in morem accensa) æmulationem, extinguens tabefecit, Igni enim cœlesti præclata Virgo animo incensa, terreni ignis virtutem extinxit. Qua verò etiam ratione leonum ora obstruxerit, operæ pretium sit vt videamus.

Quod enim ab eo periculo liberata fuerat, dome-

sticis

A sticis omnibus soluta molestiis ac turbis, vestigio Magistrum sequitur: quo inuento in terræ quodam foramine pro ipsa orante, acceptoque per illum, quod est in Christo, signaculo, cum eo postea Antiochiam intrauit. Ingressa autem in æstuantem quendam iuuenem, vegetoque corpore luxuriantem, incidit. Erat is, Syrus genere, Antiochenorum primus, Alexander nomine. Hic puellæ captus oculis, totusque amore incensus (validus enim impudicus iuuenum aspectus, vt obiectam pulchritudinem, velut dulcissimum quoddam spiculum imis infigat cordis penetralibus) primum quidem Paulum obsecrare, qua statim innumera præbens munera, qua & dare pollicitus, si modo ei coniugem Theclam permitteret. Ad quem Paulus, Eius sibi nullam esse potestatem; ad alium spectare, atque alii desponsatam esse.

Thecla Antiochiam profectio: Alexandri in eam amores.

Quid igitur iuuenis? Est enim amor res ægrè tolerabilis; vbi verò iuuentutem & superbiam variique generis delicias nactus fuerit, intolerabilis. Obseruata B igitur, vt existimabat, opportuna temporis hora, in compito quodam ipse illi congreditur. Quid verò illa? primum quidem se verbis tuetur, atque intemperantem lasciuamque retundit iuuenis audaciam [Ne vim, *inquit*, hospitæ feceris. Ne proterue insilieris. Iconiensium prima sum, quodque nollem primi ciuitatis nuptiis implicari, domo expulsa sum. Verum abscede, homo: Dei altissimi ancilla sum: Christo obstricta sum; Christo sum desponsata. Ne itaque molestiam feceris Ne tentes attingere, quod ad te non attinet. Ne intactum corpus conetis contingere, ne te fortè temerariæ aggressionis pœniteat.] Atque hæc quidem illa: is verò totis viribus insistebat. Tum Virgo, Iesum inuocans, illius discindit chlamydem, eaque capite coronam excutit, seque tenentis manibus subducens, forti repulsa solo stratum relinquit. Ar ille probrum philtro commiscens, grauique percitus æmulatione eam accusat Vrbis Præsidi. Interrogatam verò, ac cum sic fecisse fateretur, bestiis C obiiciendam lata in eam sententia Præses decreuit.

Virginis fortis repulsa.

Damnata ad bestias.

Quis non rei iudicatæ indignitate ingemuit; Quis non scelestum iudicium illud ægrè tulit? Viri, mulieres, ciues pariter atque hospites iniquum esse quod gerebatur, conclamarunt; violentum decretum, tyrannicam aggressionem: vim inferri Virgini, idque hospitæ, idque illustri stirpe satæ; idque demum ea de causa patria eiectæ. Verum sustinebat qui longæ patientiæ est, quantaque ad suorum gloriam essent, procul instruebat. Ac Virgo non vultu concidit? non ad leonum minas nutauit; non de superna ope dubitauit; quin potius fiducia plena, inque eum intentis oculis, qui ex igne incontaminatam seruauerat, primum quidem sævæ leænæ alligata est cuius dorsum omni maior admiratione puella, velut equi lenis conscensu, sic sedate ac inconcusse vehebatur. Bestia verò, quasi suam ipsa indulem oblita, speciosus ac triumphales pedes (ô miraculum! ô populi clamorem ac stuporem!) leniter conuersa circumlingebat. Ne quis verò incredulitatis hîc cogi- D tationibus fatiscat. Cum enim Spiritus sanctus velut Rex magnus per Sanctos adest, contremiscere nouit bestiarum spiritus & quiescere, exque omnipotentis consilij rationibus cessare.

Thecla bestiis illæsa.

Huius itaque agonis luctam velut rudimentum quoddam aduersus fortissimi pectoris Virginem cum statuissent, bestiarum deinceps sæuissimarum multitudinem parabant. Decebat enim, vt & Christi virtus, Virginisque in eum fides illustrius inter Gentes manifestaretur. Thecla igitur apud Triphænam quandam mulierem, indole pariter atque animi motibus ingenuam, hactenus seruabatur, conuenientis apud eam hospitij munus consecuta. Quod verò bestiarum in eam congregata multitudo erat, iamque certaminis dies aderat, & certamini stadium apertum erat, populusque clamoribus ad theatrum euocabatur, ac sæuus ornator correptam Virginem producebat: cum vniuersa iam ciuitas, Præsides pariter ac subditi ad tremendum illud spectaculum vna cum Præside conuenissent, turbæque tumultuarentur ac vociferarentur; Tunc E nimirum splendida splendide muliebri cum stola deposita, tum animo, cinguloque præcincta, ac totum intus IESVM diuine prospiciens, Paulumque mentis oculis contuens (non enim mentis aspectu velut vnum ambos intuebaris) fortiter admodum forti mentis proposito in medium stadium insiluisti: priusque totum corpus signo crucis consignans, expansisque in cœlum manibus, sedenti super Cherubim arcanis maxime animi motibus orans colloquebaris; immissorumque in te leonum, vrsorumque ac pardorum rugitum velut pecudum balatum reputans; populorumque fragorem & tumultuantis turbæ strepitum mulierumque vlulatus atque gemitus velut infantium vagitum habens, sic quietè stabas, ac si in media publici cœtus panegyri, laudibus coronareris, ac opulente lætareris.

Trypha-na Thecla hospes.

Thecla de bestiis illustris victoria.

Exindequando dimissis in eam omnibus bestiis, aliæ aliorum morsibus laniabantur; aliæ velut alto sopore consopitæ segnesque effectæ, tantum aberat vt virgi- F nale ac impollutum corpus attingerent, quantum vt & duros dentibus lapides apprehenderent. Vbi itaque certamen istud fauste illi peractum erat, Paterque Dominum clarificatus, Filius magnificatus, Paracletus denique in ea mirificatus fuerat; tunc nimirum in theatri parte aliqua fossam aqua plenam videns, ac crucis signo communita, sese in eam iactat in nomine IESV CHRISTI, dicens. *Hodie aqua baptizor.* Iam enim Spiritum sanctum Paulo obsignante animi sinu perfecte susceperat. Mox verò ignea nubes circa eam visa est, quæ & corporis nuditatem obtegeret, & à Phocis in aquis degentibus illæsum seruaret.

Thecla in fossam mersa.

Hinc Præclara pugil victoria triumpho emergens, quò maiori adhuc claritate foret, Christum sanctificans membris suis, tauris agrestibus ac sæuissimis prorsusque indomitis alligata est. Eiusque illatæ vis auctor demens Alexander illius amator ac procus: Ipsius enim insaniæ Præses degeneri animo tutus concitaverat. Ac quidem viri omnes probris incessentes, rem indignè ferebant: cunctæ verò mulieres, vim illam deplorando, vlulato aëra replebant. Triphænam ad theatri gra- G dus expirantem parum abest quin sustulerint. Subulas porro ferreas, subtili nocendi arte incendentes taurorumque scrotis appendentes, maiorem in modum ignis attactu conturbare, ac Christi vinctam vi enecare studebant. Stulti videlicet homines! neque enim manum illi auxiliantem videbant. Statim enim funibus flamma abruptis, tauris abscedentibus Virgo illæsa in stadio ac arena permansit. Hæc nimirum, qui Danielem è faucibus hiantibus leonum liberauit; qui columna ignis ac nubis, terra marique Israëlem præclare honestauit; tum bestiarum illos victores, tum nequissimis tyrannis fortiores fecit.

Thecla pugna cū tauris.

Horruit Antiochia cum hæc videret, magnaque voce Theclæ Deum laudarunt. Tremor Præsidem inuasit, sicque placide blandeque victoria claram accersens Virginem, sciscitabatur qua demum virtute tot bestiarum victrix extitisset. Ad quem illa libere fiduciaque H theologicum illic os aperiens, illustrissimum IESV testimonium eructauit. [Atqui, si lubet, *inquit*, ô Præses, in me existentem virtutem audite, nulla inuidia est, quæ loqui vetet. Christus hic est Dei Filius, qui Deus inuisibilis, intemporalis, incorporeus cùm esset, ac semper cum suo Genitore esset, ante paucos hos annos, hominum causa hominem fieri propensa voluntate placuit; ac qui ex sancta Virgine, nullis verbis explicabili ratione, natus, & cum hominibus conuersatus, opera quæ soli Deo conueniant, fecit. Solo enim verbo ac imperio, cæcis visum præbuit, mutis ac impeditæ linguæ loqui præcepit; surdosque sanauit; paralyticos claudosque erexit; dæmones fugauit atque mortuos suscitauit, aliaque innumera humanæ salutis causa patrauit. Eatenus, vt etiam mortuis viam vitæ ostenderet, mortem quæ Crucis supplicio est, non erubuit, sed moriens vt homo triduanus Dei potentia surrexit; receptusque in cælum, sedit à dextris Dei. Po-

Theclæ doctrina.

A

stea effuso in Discipulos suos è cœlis Spiritu sancto, mittensque illos in omnem terram, per illos vbique omnibus iubet vt pœnitentiam agant animumque ad eum conuertant: idola verò argentea aureaque, velut inanima maniaque contemnant. Discipulorum vnus est & meus præceptor Paulus, à quo accepto mysterio, ac per fidem Christum induens, illæsa, vt vides, bestiarum impetu seruata sum; quia hic est Deus fortis ac viuens, qui fecit cœlum & terram: *Et non est aliud nomen sub cælo*, vti loquitur Scriptura, *in quo oporteat nos saluos fieri.*]

Act. 4. 12.

Dimissa Thecla libera. Falconilla Gentilis defuncta Thecla precibus liberata.

Has ille cùm audisset voces, cum stupor ex sacræ puellæ vultu, validusque timor ita cepit, vt eam statim vestibus operiret, conscriptoque diplomate, ab omni immunem noxa dimitteret. Illa verò ad Tryphænam rursus ingressa, eius filiam Falconillam, in deteriorem iam sortem, qua laborauerat incredulitate, translatam, ad meliorem precibus ad Deum traduxit. Totique adeo illius domui immensi gaudij atque salutis auctor

B

effecta, rursus Præceptorem adit, narratisque quæ propensiore Dei consilio gesta in illa erant, cùm ei maxime ingentem plane consolationem ac lætitiam attulit, tum Fidelibus magnæ causa ædificationis fuit.

Thecla in fœminis Protomartyr.

In eum modum beatissima, Dei martyrio fungitur: prima nimirum, velut Stephanus viris, sic illa fœminis, excellentia fidei aperiens certaminis stadium. Quare etiam maiorem omnibus à Christo consecuta est opitulationem; quod cunctis mulieribus illustrissimam exhibitura esset martyrij formam atque exemplar.

Thecla à martyrio vita Apostolica.

Hinc omni humana iniuria propter Christum superior effecta, superatisque triumphalis palæstræ agonibus, Apostolicam in finem vsque plane vitam egit; ac quandoque quidem ad propriam reuertens ciuitatem, ad ædificationem necessarius præstandam, illosque ad Deum conuertendos; plerunque tamen Seleuciæ delecto hospitio, vnum hoc opus diligenter agebat, vt Christum magnificaret. Vna hæc illi cura assi-

C

duaque mentis cogitatio, vt Christum glorificaret atque laudaret. Etenim viros omnes atque mulieres verbo admonebat conuerti ad Deum viuum, paternoque errore acceptas imputasque superstitiones prauasque omnes consuetudines deserendo, soli in Christo veritati atque fidei adhærere hortabatur: vitæ duntaxat ex Euangelij rationibus curam habere, inque vnum solum, quod Deo placeat, animi sensum attendere.

Thecla baptismi prærogatiua.

Eiuscemodi beatissima Virgo verbis contestans, illotum infirmos Christi nominis inuocatione opere curabat; omneque corporis vitium, atque omnem dæmonum læsionem omnem (vt verbo dicam) morbum, & omnem languorem sanans: Neque id solum sed & sacro Baptismate initians (hanc enim sola mulierum nacta est

D

potestatem; nempe munus hoc velutque singulare præmium perfecti certaminis atque fidei) omnes ædificabat, inque vnam sanctam in CHRISTO IESV Ecclesiam perficiebat.

2. Tim. 4. 7. Gen. 25. 9.

Quod verò cursu probe consummato, ad optimam iam bonamque senectutem veneras; vt in hoc quoque præ Sanctis reliquis maiorem excellentiam haberet (vt scilicet inaudita morte ac occulta præstaret) accenditur in eam liuor ciuium scelestissimis; præcipue verò accenditur Medicis. Eius ratio fuit, quod ægroti ad eam accedentes, illos negligebant. Consilio igitur inito, impuros quosdam viros in illam dimiserunt. Dianæ enim Sacrificulam scelesti homines arbitrabantur; & vt eius labefactata virginitate, nullam amplius Dea illi vim afflaret. Hoc itaque absurdo consilio, ad sacram piè exercentis accessere ædiculam. Quibus illa conspectis, & ad vicinam rupem confugiens intentissimis IESVM precibus inuocabat, vt ab eo se periculo liberaret: moxque Dei manu discissa petra, suppliceque in ea (rem miram!) recepta epomidis sola exterius fimbria, ad conspicuam hactenus videntibus fidem, substitit.

Thecla mors inaudita.

Hic nimirum præclaræ Virginis Theclæ finis. Hæc sacræ Apostoli ac Protomartyris dormitio, siue migratio, nihil antiqui illius Enoch, nihil magni Eliæ translatione inferior. Etenim illi, quamquam ab humanis oculis inaudita quadam ratione subtracti, qui tamen in mortali adhuc corpore viuant, necdum elatè in purissima illa versantur luce: Tu verò, ô Dei filia! visibili petra incontaminato corpori discissa, illudque velut sacrum pretiosum pignus in finem vsque inuisibile intactumque contegente, Christoque spiritali Petra, eximie deiformi Animæ aperta, in celsissimis intus Paternisque conquiescens sedibus, non iam per fidem solum, sed & per speciem; neque in speculo & ænigmate, sed facie ad faciem, solam desiderabilem ac amabilem adepta pulchritudinem; atque vt formosa, supra modum formoso, vtque immaculata sponsa immaculatissimo copulata Sponso, eiusque pulchritudinis atque gratiæ in perpetuum deliciis fruens, quam à nobis condignam laudem habebis? Quæ mens sanctitatis Vestræ decorem

E

Gen. 5. 22. Eccl. 44. 15. 4. Reg. 2. 12. Eccl. 48. 13.

1. Cor. 10. 4. 2. Cor. 5. 7.

Sancti iam Deo fruentes ac beati.

F

ac præstantiam intelligere sufficiat, quæve oratio laudare? Solus ille digne ac conuenienter Tuam laudare possit virtutem, quem glorificasti, quem magnificasti, quem in variis tentationibus ac passionibus sanctificasti. Solus ille condignum honorem habuerit, cui nullam rerum omnium anteponendam maiorique honore habendam duxisti: cui te totam ex toto reddidisti; cui spiritu adhæsisti? vnusque cum illo spiritus euasisti: quem exaltasti in Gentibus, exaltasti in terra: Solus ille tuas gratias, tuas laudes, virginalis animi fortitudines, triumphalis pugnæ facinora digne laudauerit ac honestarit, quem dilexit anima tua, iuxta diuina oracula, cui cor abstraxisti, quem es persecuta, quem comprehendisti, à quo & comprehensa es, cœlestibus illis ac diuinissimis carnis coünita nuptiis, ac Spiritui sancto coaptata.

1. Cor. 6. 17. Ps. 45. 11.

Cant. 3. 1. & 4. 9. Phil. 3. 12.

Ille nimirum dicturus est, pro tua illa venustatis forma ac pulchritudine, *Tota pulchra es proxima mea; tota pulchra, & macula non est in te. Oculi tui columbæ.* Hæc tibi vtique ab eo acclamatio magis placebit, quam quicquidè terra homines loqui possint. Magnum verò ipsi ducamus, si vel à tua procul magnificentia consistentes, inque solam sanctæ tuæ Imaginis effigiem oculos conuertentes, conuenientem salutationem obiulerimus. Salue sis supersubstantialis Trinitatis habitaculum ac tabernaculum, supermundanarum Mentium eximium decus & exultatio, Apost. gloriatio, ac decor, Martyrum corona.

Cant. 4. 7.

G

Thecla præclara elogia.

Salue sis præclara Martyr, Virgo Martyr, Protomartyr, quod non velut vnum aliquem terrenorum hominum, sed vt Dei Angelum, vt CHRISTVM IESVM, diuinum Paulum suscipiens, & Anima Israëlites & magna, qui in illo erat, continue Christum contuens, sublimem atque viuentem Apostolatus gratiam mentis rectitudine, prompte attraxisti.

Gal. 4. 14.

H

Salue sis, quod & ipsa vere in Christo mundum vicisti. Per ignem enim incombusta, & per aquam insubmersa transisti; bestias cicurasti, tauros mansuescere fecisti? cognatorum furorem, insipientiumque procorum œstrum & iniquorum Præsidum violentiam, dæmonumque occultam aggressionem, atque malam omnem Potestatem destruxisti ac elisisti.

Aue sis Thecla à Deo vocata, gratiosissimum nomen, honorabilissimum, summéque venerabile: amabilissimam Deo & hominibus rem pariter ac nomen. Salue sis, quod tibi verum ostium Ostiarius aperuit, & per illud ingressa salutem consecuta es. Indeque ingressa in cœlestem paradisum, & quæ in illo sunt, spiritalis Sponsi beatissima decora ac spectacula, egressaque ad eius sapientiæ diuinæque prouidentiæ considerationem, quæ rebus vniuersis inserta est, velut bonam semper ac spiritalem pascuam escamque eam inuenis.

Ioan. 10. 2.

Aue, quod omni modo sanctificata sis: omni parte Deo sis consecrata? spiritu quidem in cœlis Regi à dextris assistens, proximaque Dei Matri atque

Ps. 44. 10.

omnium

A

omnium Reginæ consistens, circumamicto, variegata, prædilecti Verbi spiritali decore immediare frueris? Anima verò, in Dei paradiso cum inclyto Præceptore motans, bonorum illius iucunditate, quoad fieri potest, iugiter adimpleris: corpore autem petra protegente, ac quæ tecum simul est tua Ecclesia, Deum in ea in finem vsque benedicens ac glorificans, Deum expectes.

1.Cor. 12.4. *Exod. 33.21.*

Aue, quod particeps es omnium amicorum Dei. Quare etiam quæ sis cum omnibus, cum omnibus pariter spiritu lætatis ac glorificaris? cum Sanctis & Iustis, vt vere sancta omnisque sanctitatis forma: cum triumphali agmine, ve quæ prima certamen desudasti, & ad martyrium optima alipres sis: cum Apostolis vt perfecta Apostolus, fidelisque Euangelij administra ac industria socia.

B

At ne obliuiscaris vocem seruorum tuorum; memorque bonorum quæ plena manu elargitus est, qui omnem bonitatem excedis; memor eius in te inexplebilium miserationum; ipsa quoque in nobis viam in Deum prospera; fidem robora, ac spem confirma; gustumque in nobis spiritalis ac sinceræ dilectionis perficiens, placitum effice Patri & Filio & Spiritui sancto, vni deitati & Imperio atque virtuti, nunc & semper, & in sæculs sæculorum, Amen.

ORATIO XVII.

IN LAVDEM SANCTÆ magnæ Martyris atque Virginis. Anastasiæ.

C

Ps.86.3. Gal. 4. 26. Heb.12. 23. Ciuitas Dei gloriosa.

GLoriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei! ait beatissimus Dauid. Quem verò dicit Dei ciuitatem, præterquàm supernam Ierusalem; liberam illam, quam diuinus Apostolus matrem appellauit omnium filiorum Dei; Ecclesiam nimirum primitiuorum descriptorum in cœlis quæ constat ex spiritibus Iustorum perfectorum. De hac ciuitate, vere gloriosa dicta sunt. Omnis enim fere diuina Scriptura, velut certum quendam scopum ac argumentum sibi eam orationis proponens, modo obscurè & symbolice, modo autem clarè ac splendide, huiusce ciuitatis laudat magnificentiam, eiusque in cœlis occultam enarrat gloriam.

Siquidem igitur nobis etiam tanta esset sermonis gratia ac spiritus vis, vt nos quoque haud secus ac sacri Theologi, ad tantam argumenti celsitatem, quantum satis sit, possemus intendere, rationabilissimum forsitan esset omniumque vtilissimum, in solo illo supra quàm eximio fulgore fixo mentis oculo, in eundem ipsum orationis fluxum dirigere. Quandoquidem autem tantum ab eius claritate deficimus, quantum abest vt & solem hunc aspectabilem totum oculo comprehendere possimus; cœlestis illius ciuitatis laudem vniuersim, vt quam assequi non liceat, impræsentiarum quidem omittamus, ac reuereamur à facie eius; vnam verò illius partem pulcherrimam ac lepidissimam (eximie scilicet splendidam Anastasiam) animo assumentes, fortissimæque patientiæ ac martyrij virtute beatam prædicantes, omnis illius cœlestis ciuitatis laudes videamur prosecuti esse, quod tota hæc velut in potissimo speculo in ea inspiciatur, ipsaque vere ciuitas Dei existat.

D

In vno sancto, laudatur Sanctorum cœtus.

Anastasia dua, amba Romana: vtriusque vero. Vide Surium in octobri 387.

Duas porro nouimus Anastasias; ambas illostres, atque ad carnem quod attinet, illustri stemmate satas, confessione autem, quæ est in Christo, longe illustriores; ortasque ambas seniore Roma, ac quæ ambæ, immortali Sanctorum ciuitate hanc commutarint. Verum altera quidem ad breue tempus viro improbo incorruptè copulata, tumque mortis incursu ab eius maligna mente liberata, castæ viduitatis studiis, omnique iustitia & sanctitate Instituta vita, perseuerauit. Altera verò, à puero Virginum cœtui addicta, animoque simul ac corpore Christo consecrata, impollutam in finem vsque virginitatem illi conseruauit. Ac quidem illa, à maioribus acceptam omnem substantiam (quæ sane peramplа erat) necessitatibus Sanctorum communicans, impensaque Martyribus amoris vi illis quodammodo conglutinata, eorumque pretiosis linteis saniem extergens vulneraque infundens ac exosculans; atque adhuc viventes, verbis fortibus roborans & ad immarcessibiles coronas egregiè animans, functisque sanctissime iusta persoluens, sic seipsam præclarum illis munus sepulchrale postea præbuit, per ignem holocausto oblata, ac in odorem suauitatis Deo computata. Virgo autem, parentum affiniumque, prædiorum ac pecuniarum ab ipso iam ætatis tertio anno relicta facultate atque copia, religiosæque cuidam domui ad vigesimum vsque annum ex animo assidua; nec non sacræ Sophiæ (hoc enim illi nomen sub cuius magisterio ac disciplina agebat) seu potius ipsius verè Dei Sapientiæ opera; Patri adoptata, per multa grauiaque pro Christo tormenta & laminas, abrupto qui in carne est incolatu, ad desideratissima Dei tabernacula commigrauit.

E

Anastasia vidua.

Anastasia virgo.

F

Sophia Anastasia magistra.

Hæc igitur magni illustrisque nominis Anastasia, spiritale intemeratumque conuiuium hodie conuocans, velutque opimarum dapium varietatem sacra sua certamina victoriasque apponens, atque illis castissimos amatores suos accipiens, immensa eos adimplet lætitis, diuinæque consortes exultationis facit. Hæc nostrum & animum & sermonem ad illius passionum exuperantiam fatiscentes excitans? animum quidem, fide roborat; sermonem verò, ad illius enarranda mirabilia erigit.

G

Martyrũ tormẽta humanis viribus incredibilia.

Primum quidem illud omnes rogo; ne quis scilicet comparando naturæ imbecillitatem cum immensa tormentorum vi, molestè animo habeat ac dubitationis cogitationes assumat; tanquam fieri non possit, vt vel robustissimum viri corpus, nedum mulicbre ac iuuenili valde ætate, tandiu tantis sicque violentis cruciatibus ac tormentis obniti potuerit. Non enim corporis robore, sed spiritus; nec firmitate naturæ, sed fidei fortitudine, victoriæ compotes Martyres extitere. Ipse enim inaspectabili ratione certaminis Præses illis spiritu præsens, qui illo defunguntur, illorumque membris tanquam propriis vtens, pro se laborantibus firmitatem animi præstat ac audaciam. Ipsumque adeo pariter decertans corpusculum, modo quidem intactum omnino tormentis facit? modo autem vbi tantisper pati permiserit, quàm cito illud curat, integrumque ac sanum reddit donec tandem faustum exitum finemque certantibus conferre ei placuerit. Id verò præstat tum vt sibi gloriam, iisque qui tormentis excruciantur, sanctimoniam conciliet; tum vt & vulgo salutem afferat. Salutem, inquam, quæ ex fide est, nedum illis qui tunc temporis certaminum spectatores fuerint, sed & futuris generationibus prouideat.

H

Quandoquidem igitur hæc se rectè habere visum est, age iam nos quoque certaminis Præside Christo gubernatore inuocato, secundoque spiritu atque afflato paracleto vsi; huic magnæ Anastasiæ certaminum pelago sermonem immittamus, vnum hoc duntaxat in votis habentes, vt mentis nostræ scapha ad veritatis portum tuto dirigatur, & vt omnis generis mercium (laudum scilicet) vecturam (quippe grata muneris placitaque) Virgini atque Martyri offeramur.

Anastasia ipsa Roma claritas ac gloria.

Reliquis quidem, qui Vrbem Augustam magnamque Romam patriam glorientur, quique claro Romæ genere nati sint, liceat forsitan aliud sapere, atque maius aliquid præ ignobili vulgo videri nactos esse: quibus nimirum cum à se nihil virtutis ad claritatẽ habeant, aliqua inde claritas videatur accedere: Anastasiæ verò nihil magnum existimo Romæ germen fuisse.

Nihil

A

Ingenuitas Christiana terrena omni maior claritate. Ioan. 3. 3. Phil. 3. 20.

Nihil illi illustre, quòd illustri claraque orta progenie: secus verò, magna hæc Rumanæ ciuitatis præstantia, Anastasiâ gloriari ciue. Clari verò eius gratia, nedum corporis illi affinitate coniuncti, sed & longe magis, fidei merito cultuque ei necessarij Quonam igitur modo, patriæ siue generis claritate honestari iure putanda sit, quæ sanctitatis excellentia cunctas præclare generationes nobilitet? Nullam Martyribus laudem, nec prorsus illis quorum è cœlis natiuitas est, ac qui suum municipatum in cœlum transtulerunt, terrenorum claritas cognatorum conferre censenda est. Quamohrem ipsi quoque illis omissis quæ terrena sunt, ea propriis facinoribus laudum coronas Martyri conteramus.

Anastasia prima institutio ac vita. B

Col. 3. 5. 1. Pet. 3. 18. Eph. 6. 14.

Vitæ igitur à principio ratio, siue conuersatio, proba atque ingenua fuit; quali nimirum educari conueniebat, quæ ad tantum martyrij certamen seruaretur: Continentiam enim prorsus Immaculata nedum à somno, ciboque & potu tantùm, sed & ab omni ira aduersaque rationi cupiditate implens, linguamque frænans, omnemque sensum, atque animi motum omnem castigans perornansque; iugi denique orationi sacrarumque Scripturarum meditationi vacans, membra quæ sunt super terram mortificat, viuificaturque spiritu: atque hisce virtutis armis communita; seu potius totum Christum virtutum cultu, velut loricam iustitiæ, velut salutis galeam, velut gladium ancipitem, arma nacta; vbi iam ad perfectiorem ætatem pervenerat, ad fortiorem draconis luctam (eius scilicet, qui auctore Iobu, mare reputat vt vas vnguentarium, abyssumque habet in deambulatorium; atque ferrum paleas æstimat, æsque tanquam fragile lignum) aduersus hunc tenera innuptaque puella vires experiri fortiterque conniti audet.

Iob 41. 22. 18.

A vita Anastasia fides passionū praeio. C

Ille porro cogitationum à iuuentute aculeis irruens, varieque perturbationum insurgentibus motibus pulsans & congrediens, quod puellam expugnare nequiverat (quinimmo, hacce pugna linguam ei ad diuina verba expeditiorem contentioremque reddiderat, adversusque insanum simulacrorum cultum, etsi innitus, vehementius incitauerat) insania furit, vritur, rabie impletur, atque vt ait Scriptura *Ex ore eius egrediebantur lampades accensa, & proyciebantur area ignis.*

Iob 41. 10.

Anastasia certaminis spectaculum Deo, Angelis, hominibus.

Deus sanè in altissimis, huius certamini inspector, atque præmiorum victrici distributor, silens consistebat, omnes verò Angeli, atque cœlorum omnes Potestates, spectaculi auiditate prospicientes (vere enim meritò aspectabile coactum illud theatrum erat) vix non anaiæ Virginis causâ erant, ne quid sinistri malique circa illam contingeret. Ac nec homines ab eo spectaculo aberant. Omnis enim maxima Roma: iam verò etiam indigenæ extraneique in ea versantes Christiani Græcique ad sceleratum illud tribunal, inque illo præsidentem, confluebant. Nempe Probus hic erat vniversarum rerum Præses & iudex. Horrendus quidam ac sollicitus pauor timorque omnes inuaserat; Græcos quidem, ne forte puella Prætoris spretis terroribus Deosque despicata, mori potius quàm Christum abnegare eligeret: vt inde certo argumento falsam esse illorum superstitionem liqueret. Ipsis verò etiam Christianis animus clam formidine anxius erat, pectusque occulte constrepebat, ac collidebatur, nequando Virgo blanditiis emollita, aut tormentorum vi fatigata, fractaque illi constantia, aliquid indignum Christo, illorumque spe moliretur.

Probus, vrbis Prefectus. D

Iob 41. 25. Isa. 14. 14.

Exnitur itaque astutissimus ille ad palæstram draco, quin potius sibilans aduersus castam columbam serpit. Graue enim illi ac deplorandum, quod omne sublime videns, Regemque se esse gloriana omnium versantium in aquis; nullique se similem dignatus existentium sub sole, nuda puella, seamque fragilem (vt existimabat) circumdata, non amplius haberet. Ingreditur itaque ignote in theatrum draconis obitu, leonisque aduersus Virginem fremitu; innisibili quidem apparatu dæmonum stipantibus cuneis; visibili vero, mortalium impiissimis consertus.

Confestim itaque delata ad Probi tribunal Anastasia, oblataque acusatio in hæc ferè verba. *Puellam quandam procul in angulo quodam contumeliosam cum paucis quibusdam sedentem, Diis omnibus acerbe maledicere, sed & in ipsum Probum verborum procacia iniuriam esse; euertendumque Imperatorem (Diocletianum nimirum vniversorum tunc Imperium moderantem) evertendos & Præsides clare vaticinantem, ac Christum quendam Regem existere, ac fore vt is breui Imperium in Christianos trāsferat, asserere.* His itaque Probus auditis, effrænique statim correptus, ira acerbo mandaro puellam mox adduci iubet.

E

Anastasia accusatio.

Confestim igitur quibus imperatum erat ad Virginia ædes venientes, securibusque & asciis fures perrumpentes ac irrumpentes, quod solam evocabant Anastasiam deprecatur sacra Sophia tantisper subsistere, moxque exhibituram quam illi quærant, Assumpta verò puella, atque in occulto ante altare constituta, eiusce modi ad illam verbis vsa est.

Sophia ad Martyrium Anastasia adhortatio. F

Eph. 4. 13.

[Ego quidem, ô filiarum mihi pulcherrima ac desideratissima, probæ educationis ac Christiano ritu institutionis curam quoad licuit per facultatem, in tui gratiam exhibui. Iam quæ ad mensuram ætatis evaseris plenitudinis Christi, vade cum gaudio ad ipsum. Illi ic hodie sacratius perfectiusque sponsam trado, quæ ab infantia ei desponsata sis. Illi te nunc ambitiosius offero: in cœlestem illi comes thalamum ascendito.

Ecce, filia mihi charissima, adest Sponsus secretò vocans. Paratus thalamus est: Qui vocat verax est. Nunc Regina Dominaque ac Dei puerpera spiritaliter præiens, ad superum te Regis templum introducit. Nunc Apostoli atque Martyres cani conspicientes ad martyrij stadium, Domino pro te supplicant, sperantque fore vt de tua constantia exultent. Nunc Angeli properant, ascendenter supra te & descendentes, clarisque gaudij significationibus, vt Christi sponsam, accipere festinant.

Ioan. 1. 35.

Incede igitur coangustatam arctamque viam, pulsans, nulla remissione, ianuam, donec præsens Vitæ sistaris. Martyrij ea lex est, vt non parcatur animæ nec corpori parcatur. Cum persecutoribus illisque comites persistere: illorum Deos spernere; solum Christum confiteri. Vnam hanc præclaram impudentiam ducere, pro Christo nudari, conscindi, neci dari. Memento filia mea, & vide, & scito, iustum esse necdum pati pro Christo, sed & sæpius mori. Nam si ille pro nobis, ecquid magnum servo vt pro Domino paria patiatur; Fuerit hoc quoque longe vtilissimum, parua molestia æternam lucrifacere exultationem: brevi dolore perennem nancisci iucunditatem: temporaneam mortem vita nunquam desitura commutare. Erit hoc quoque facile roborante Christi fide. Aderit tibi Christus, charissima; aderit levans cruciatuum dolores. Quod si etiam parum affici dolore permiserit, vt probatio tuæ fidei patientiam operetur, ne putaueris te derelictam esse. Ne dissoluaris, quasi despecta sis: quin fatiscentem animum spes continest, Modicum enim aliquantulû, & extinguerut acerbitas dolorum: orietur verò consolatio, claritas & gratia. Orietur tibi vita & lux, in Christo Iesv cum gloria æterna.

Matt. 7. 14. G

Martyry Christianum lex.

1. Petr. 1. 7.

H

Cui Virgo respondens, ait, Orationis opus est, ô mater] impleri viva gratia, quo tantæ persecutorum impressioni resistatur. Non enim te latet, iuxta Dominicum sermonem, Spiritum quidem promptum esse, carnem autem infirmam. Nempe debile quoddam vas corpus est, ne vel minimæ iniuriæ resistere valens. Sic autem virtus aliqua è cœlo subministrabitur, statim animus vigoratur, corpusque roboratur, ac mens divinis collustrata fulgoribus pias cogitationes ac Theologicos propensè sermones profert, Dominum suum clarificans, eosque confundens qui illi aduersantur. Tota enim Deo adhærens, nedum non cedit quicquam tormentis, verum etiam non rarò irritat, qui torquere videntur, velut hoc quodammodo conducat, vt desiderij votique compus efficiatur.

Verum sermones hos, Domina colendissima, missos facito, quæ hoc palam scias, me tuis pridem imbutam hortamentis, nec vnquam vestri huius consilij esse oblitutam. Ad Dominum verò oratione fusa, ac pro me,

mea

A

mea illi ætumna supplici voto exposita, magis iuvabis eius monere virtutem cœlitus additura, qua corruptoribus istis possim sesistere.]

Eius necdum ore verbum egressum erat, cùm procaces procaci impetu cubiculum irrumpunt; ferrique pondera adhibentes, ac luporum cruentorum more sacram banc agnam rapientes, coram Præsida stiterunt. Stetit autem Virgo, totum mente induta Christum; ac quidem eximia vultus pulchritudine, cernentium oculos velut radiante quodam fulgure perstringebat; mentis verò firmitate, adversarium dirè vulnerabat. Quemadmodum autem oculis conspicuus decor, moleste babebat videntes (quisquis enim te frustratur, quam dulcem babet, dolet nimirum & indignatur) sic & animo latens latentem eius prorsusque gravem æmulum, ad acriorem æmulationem graviorémque furorem incitabat.

Iudicialis auditio.

B

Quonam igitur modo singulari excellentia præstans certamen boc oratione repræsentaverim? *Quod tibi nomen?* ait probus, prima statim ad eam quæstione. Cui illa,] Anastasia quidem apud homines eorumque vsu vocor: Christiana verò, mibi verum atque proprium nomen est. *Cui Præses rursus subiungens.* Quid causæ est, cur Anastasiam vocent? Quia nimirum, *inquit puella*, suscitat me Dominus coram vobis, vt & te hodie patremque tuum Satanam planè confundam.] O vivam vocem! O splendidam liberamque confessionem! qua Probus audita, confusus est, conciditque (non enim adhuc bene de illa poterat sperare;) diabolus in faciem cæsus est; Angeli plausu excepere; ac postremo Dominus obsignavit in cœlis.

Præclara Anastasiæ confessio.

Quid igitur superbus Iudex? primùm quidem blanditiis delinitorum se putabat, adulatoriisque sermonibus, quæ inviolabilis esset, deprædari tentabat. [Credito mihi, *consulebat*, filia, magnisque procidens Dîs, sacrorumque orgiorum particeps facta, vni procerum civitatis ac illustrissimorum nuptiarum fœdere iungeris: cumulabitur verò aurum, argentum, vestium cultus, servorum pecorumq; immensa substantia. Erisque spectabilis ac mulierum beatissima; nempe omnis generis bonorum copia affluens, omnique claritate iucundaberis. Attende igitur, ô puella! ac quæ oris venustati conveniant tibi ipsa consulens, harum vanitatem pone cogitationum; sanamque mentem induens, cave sis nostræ periculum velis facere indignationis; nec insipientium more expectes, donec ipso rei experimento noveris, quantum malum impietas sit. Ego, & sexus miseratione ductus, & pulchritudinis cura sollicitus, velut pater prædilectæ filiæ, quod tuis rationibus conducit, hoc suadeo. Sin autem morem non gesseris, alia ratione actutum me tecum noveris.

Tentata blanditiis Virginis constantia.

C

Martyr verò velut serpentis virus exhortantis verba hæc, aure surdâ excutiens, Mihi, *inquit*, ô homo, vivere Christus est; quàm maximè verò splendidum mibi lucrum, propter illum mori; cuius gratia non aurum concupivi, non argentum, non aliud quicquam eorum, quæ super terram delectabilia habentur, ipsum verò vnum velut pretiosam nacta margaritam, omnia lutum existimo, cuncta quæ in censu habetis, stercoribus arbitror viliora. Porrò tormenta & laniena membrorumque excisiones atque vnguium discerptiones bestiarumque molæ, illius causa maiori voluptate exhilarant, quam dolore excruciant. Idcirco noli simulare, mei te corpusculi vt imbecillia miseratione duci, sed quod tuæ potentiæ morumque procacitati in promptu est, nulla dilatione exequere. Ad me sane quod attinet, ligneis lapideisque statuis nullum vnquam cultum adhibuero.]

Responsionis constantia.

D

His pulcherrima Virgo, accensâ Iudicis irâ, gravemque quendam ac gravis iræ in eo dæmonem cùm instruxisset, totam in seipsam exitiosæ feræ attraxit rabiem. Primum igitur impactis colaphis venerabilem illam faciem, velut quæ proterve negare ausa esset dehonestavit: Exinde virginalem illi tunicam dirumpi præcepit? nudumque totum corpus illud, etiam Angelis venerabile, impudens bomo producens, pro spectaculo illudebat ac insultabat [Sic, *aiebat*, decorum tibi turpiter agere, quæ ob omnium oculos nuda adstes, risumq; cunctis videntib. præbeas? Sed si qua tibi sanæ rationis gutta inspersa est, ab stupore qui incidit emergens, hacque animi contentione ac pervicacia abiecta, magnorum Deorum clementiæ accede; velutque mundum amabilem, religiosam in eos mentem tibi asciscens, noli tantam præmaturè pulchritudinem tormentorum falce excisam tibi deperire. Neque enim vllus est qui non obsequentē è manu mea possit liberare. Omnia verò tua membra (probe scito) bestiis tradā devorāda.

Anastasia colaphis cæsa. Vestibus nudata. Præsidis obiurgatio.

E

Mihi quidem, ô Præses, *ait rursus subiiciens Virgo martyr*, nulla turpitudo est vestium istarum positio; quin potius decor est, nudari pro Christo; atque indumento hoc abiecto, veterem hominem simul abiicere (Quæ enim oculis conspicua sunt, signa sunt eorum, quæ mente intelliguntur) superindui verò novum, qui secundùm Deū conflatus est in iustitia & veritate. Tibi autem reipsa turpe ac probrum est, quod malitiam sicut vestimentum indutus es, & intravit sicut aqua impietas in interiora tua, & sicut oleū sceleratæ mentis pravitas hæsit ossib. tuis.]

Anastasia responsio. Eph. 4. 22. Vulg. and. tr. va. Creatus. navatar.

F

Te igitur in istis, non verò me æquum est pudere, quod vnà cum hac tunica, carnali sorde deposita, ac gravante excusso terreno pondere, levis ac expedita Christum in cœlum sim secutura, quem velut tunicam lætitiæ & vestimentum salutis occultè secundùm interiorem hominem indui. Me verò alioqui etiam decebat quasi in stadio huic tribunali nudo corpore adstantem, ita vobiscum adversariis lucta congredi Iam itaque tortores ne cunctemini, ne moras nectite, ignis accendatur, rota distendatur, gladius vibretur, novacula acuatur. Ac, si libet, etiam fossa aperiatur, omneque mortis organum expediatur.

Maledictiend.

Adhuc verò, martyrij amore succensa, ac velut divino quodam furore, castissima afflata, etiam hæc adiecit. Comminaris, sævissime ac dire tyranne, membra exscindenda? En in hoc tibi parata asto. Morte multandam asseris; Et boc volenti accidet animo, omnium mibi istud gratissimum, horum amissione membrorum, ad vitam transire incorruptam. Itaq; effodiantur oculi, vt sola interior mens limpidius elucescens, Deum clarè ac inturbate videre possit. Amputentur aures & nasus: Est mibi interior cordis auditus, quo mystica eloquia audiam: sunt mihi & nares, quibus ineffabilia Dei mei vnguenta olfaciam. Num hæc potes, impurissime, gladio tuo amputare? Extrahatur verò etiam lingua, vt non vltra loquatur opera hominum; secum verò ipse animus loquatur & Deo. Radicitus evellantur dentes, abscindantur & labia; non enim hæc necessaria, ei, qui non amplius luteo cibo indigeat, sed qui solo Dei verbo secretius mysticè alatur. Præterea auferantur aures: ac, si libet, auferantur etiam pedes. Sunt enim irreprehensæ manus (practicæ scilicet animæ vires) quibus liceat placere Deo: sunt & pedes, tuos laqueos supergredientes, quæ per veram contemplationem ad eum diriguntur viæ. Prius verò vngues eximite, quo plura à vobis victoriæ ac coronarum mihi ambitiosè præmio sint argumenta Frustra mihi etiam forsan quod inest, vberum par. Vt quid enim etiam prostabunt, vt lascivis oculis escam sufficiant? His quoque novacula adhibeatur. Meæ sunt propter Christum tormenta deliciæ. Eos qui cruciatus ingerant, benefactorum loco habeo. Vtinam mibi contingat membris omnibus, eum qui finxit, glorificare! Vtinam & corpore & spiritu eum sanctificare! Sic enim me illi integram adhibendo, integrè illius frui dulcedine valeam! Festina igitur, ô Tyranne, vt & mibi ad pulcberrimi optimique desiderij consecutionem viam facias, tibique ipse tenebras ac ingentem caliginem thesaurū reponas.]

G

H

His Anastasia verbis Theatro stupore attonito, Angelisque propensè recreatis, atque Angelorum Domino lætitia affecto (valdè enim Dominum Deum delectat fidelis servi gratus animus atq; probitas) dæmonib. verò eorumq; principe confusis atque turbatis, stabat Virgo quieta atq; libera, menteque inconcussa, in vno duntaxat Iesu defixo mentis oculo, atq; illiùs opē implorans. Iudex verò, quod delicatam puellam videbat virili animo nibil blanditiarum illecebris cedere, sed constanti superbæq; mētis præsentia ac audacia, nedum non minis conterreri, sed & tormentorum acerbitatem fortitudinis eximia vi spernere, cùm nulla iam ratione invictæ mentis vigorem posset

A

effringere. furore ardebatur, audacia tumebat, graviterque admodum adversus adstantem puram semper puellam latrabat,

Dirum ignis verberumque tormentum.

Primum igitur è quatuor distentam palisque alligatam, paulatim è terra levari, subtusque ignem oleo & pice, sulphureque & turmentis succensum, venerandis eius visceribus susterni præcepit. Diu autem multumque acutus illa leniter sustinente dolore (quippe quæ Christum vere auxiliantem haberet) visceribusque deorsum igne assis, intestinisque ac fibris pariter tostis ac dissilientibus; exsiccato quoque sanguine ac venis in favillam redactis, vitalique facultate caustis se membris subducente, emortuaque vnde recessisset, ea relinquente; dorso quoque verberibus dirupto, carnibusque diffluentibus, nullus inde forti pugili sensus effici videbatur: sed tota roborsatis et spirituum facta, excessuque in eum vix non dissoluta eius sentiendi vi, nec plagis curabat quas superius tortor infligebat, nec

C

ad incendia deorsum vrentia animum attendebat: sed Christum solum enixè rogans, eaque mirabilia memorans, quæ olim Babylonæ tribus pueris exhibita essent, & quæ semper illis exhibet, qui eius causa malis afficiantur; velut rore quodam, ureoone refrigerante, facile admodum cruciatus ferebat.

In rota distentio.

His itaque animum despondens fera bellua, in rota distendi columbam immaculatam mandat; direque hac pressa machina; ossibus illi comminutis, nervisque ac medullis distentis, omnique ferè exartuata corporis commissura. At quonam modo à talis mortis impetu liberatur? Nempe accepta ad eum, qui salvare eam ex morte posset, oblatâ supplicatione, quam fortè haud superfluum videatur eddere. [Deus, Deus Spirituum, *aiebat*, omnisque carnis, qui sapientia tua res produxisti, rerumque oculis conspicuarum pulcherrimam (hominem scilicet) ad imaginem tuam fecisti, atque hunc pro sæculi huius dispensatione, carne ac cu-

D

te vestisti, ossibusque ac nervis compegisti: vitamque ac misericordiam tribuisti ei. Tu Domine misericors curator iussisti per Prophetam, dicens, *Invoca me in die tribulationis tuæ, & eruam te, & glorificabis me.* Ecce hodie benigni tui illius mandati recordata, fortiter invoco, eripe & libera me à violentia quæ arctat me; atque à doloribus quæ me nunc premunt, immunem redde: & ostende mihi misericordiam tuam, & salutare tuum dona, vt in te, in finem vsque legitime desudato certamine, tibi gloriam submittam, Patri & Filio & Spiritui Sancto, quoniam solus es glorificatus in sæcula, Amen.

Vnguib. ferreis dilaniatur.

Talia comprecans, à ferali illa machina solvitur; manuque statim divina, ad nativam sanitatem reducitur. Rursus ergo cruentus ille Iudex vncinis aeneis in aëre suspensæ, totum corpus ferreis vngulis dilaniari iubet. Rursusque illa Christum orans, propensioreque Dei cura fruens, carnificum dissolvit toros; depositaque, facile à laboribus recreatur, & ad nativam citius

B

bonam habitudinem redit.

At ne sic quidem insipiens voluit intelligere. Plena enim pugnax contentio erat, vti quod oculis subiectum erat, Anastasiam inter Probumque, sic nimirum quod mente intelligebatur, Christum inter & AntiChristum: hunc nempe, hoc conantem, vt à recto sensu evocatam, simulacrorum inquinamentis pollueret; illum verò hoc studentem ac propensè agentem, vt illo depulso, incontaminatum suum sibi figmentum exhiberet.

Christi pugna & Antichristi in Anastasia.

Vrsos aiunt in lustris latitantes, vbi semel à venatorib. in corde vulnus acceperint, importabile iræ fieri, ac quicquid inciderit, repente enecare. Talis tunc erat Probus; sic nimirum iræ impotens evaserat gravique bile excesserat, vt parum abesset quin è throno dissiliens, crudas Virginis carnes dentibus laceraret.

Simile.

Amputata vbera, dolorib. gravissimis.

Primùm itaque adversus honestas ac venerabiles mammas armatur; iisque crudivora bellua amputatis, acerbissimis doloribus intermere moliebatur. Prorsus verò scitis, quotquot corporis structuram non ignoratis, hanc eius partem, quippe quæ carnib. & musculis atque nervis constet, maximè sensu vigere, quodque prope sensuum fontem collocata sit; cor nimirum; ac si amputetur, dirissimo cruciatu mortem consciscit; nempe vitali, & qui circa cor, sanguis exsistit, cum animali spiritu pariter defluente. At, ea à resurrectione appellatio erat, non legi naturæ, sed resurrectionis obnoxia, tum mortem superavit, tum illis facile cruciatibus superstes fuit. O vbera, quæ non lac infantibus profluant, sed Martyrij amorem Christo libent! O vbera, velut duo hinnuli gemelli è caprea salientes corpore! Accinat cum his aliquid & Salomon: Quin potius sponsus sponsæ acclamet, cuius ergo illi vbera amputata, [Quàm pulchræ factæ sunt mammæ tuæ, soror mea sponsa, quàm pulchræ factæ sunt mammæ tuæ!] non à vino, sed à proprio errore.

E

Evulsi vngues.

Ad hæc adversus vngues sævo illi assumptum certamen est; quos omnes immaniter evellens ac à radicibus secans intolerabiles se illi dolores afferre arbitrabatur. Illa verò, ac si capilli detonderentur, ita reputans quod dentes radicitus evellebantur, gratias Christo agebat, qui robur adversus cruciatus præstaret, ac Iudicem verbis confundebat; Deosque ac dæmones diris devovens, conspurcationem animi illorum cultum vocitabat. O vngues; mole quidem exigui atque ordine postremi, qui tamen magnarum ac perfectarum extitistis auctores coronarum! O vngues, vngulæ & stactæ aliisque aromatib. similes, quibus Moses ille incensum compositionis præparans, suavis fragrantiæ hostiam Deo offerebat.

F

Amputata manus ac pedes. Simile.

Porro vnguibus, manus pariter pedesque amputandos cruentissimus adiecit. Fortè enim decebat, vt non solum tenuioribus, verum etiam robustioribus sanctæ Virginis partibus Deo litaretur: Ac sicut vitis palmitibus eluxurians, quo magis superfluo germine putatur, tanto vitali eius virtute angustiori coarctata spatio, maiori copia pinguiorique botro fructificat, ac vinum è torcularibus vberius defluit; sic nimirum & Virgo, quo membra putabantur, tanto illius confessione flos vernabat, Martyrijque botri exuberantes, suavem patientiæ fragrantiam dabant; cruor denique certaminis, quasi suavissimi odoris copiosumque vinum abundanti lance fluens, quicquid extraneum impiumque erat, suffocabat; quicquid verò nostrum ac religiosum, gaudio perfundebat.

G

Excussi dentes.

Inde iam & dentes violento præcepto, violenter ea sua evellebantur sede: *Dentes* nimirum *lacte candidiores*, vt Scripturæ verbis vtar; doctrinæ puritatem omni incommixtam malitiæ designantes, et sua autem cruoribus rubescentes, ac qui thuris instar in suavissimi odoris hostiam offerrentur.

Abscissa lingua.

Inde & lingua è gutture extracta, radicitus ferro emputari iubetur. Lingua vtique ad divinas loquendum laudes ac Iesu testimonium, *calamus scribæ velociter scribentis*; ad arguendum verò impietatem, *gladius acutus*, mendacij atque erroris caput abscindens.

Hisque omnibus in ea peractis, tanquam oliva fructifera Virgo inclyta, immaniter excisis tenellis ramis, nullam degeneris animi misit vocem. Nihil prorsus

H

ignavia cessit, laxato quicquam mentis tenore. Etenim divina quævis anima propensiore in corpusculum affectu liberata, levique mentis penna ad eximiarum rerum contemplationem evolans, libenter admodum corruptibilis corporis depositionem amplectitur; ac quasi illi impedimento sit ad Deum plenius assequendum, dolet nimirum ac indignè fert quod cum illo versatur. Tale quid nimirum tunc & in Anastasia evenire cernebatur; quippe cum iam omnibus fere membris casecta, vt & vocis organum putaretur, damnata esset, hactenus solùm distulit, repulso carnifice, donec breve tempus ad orandum indulgeretur, hancque postremam lingua confessionem Domino offerret; Ac primum gratias agens pro auxilio, in qua eam vsque horam opitulationis munere; tumque orans vt fausto exitu martyrij cursus illi peragereturque, ac si inde oblatis Domino precibus, pro his qui animo, ac qui corpore ægroti, ad eam accessuri essent, sed & nihilominus audita è cælo voce, quæ præstanda ea, que petita essent, attestaretur, [Veni, *inquit*, carnifici; hoc facito quod mandatum tibi est, nihil veritus. Er-

Sent.

Suprema Anastasiæ oratio, & exauditio.

fit

A si enim vocis organum exciderit, ne suavissimas illius voces recolere liceat, verùm audit Deus etiam non loquentes. Sicque præclara Virgo Theologo sponte prolensa lingua, hæc quoque cruenta putatur manu. Decimam hanc fortis animi Pugil Tyranno dedit pœnam. Decebat enim (vt quidem existimo) qui perfectus esset in malitia, adversus eam quæ perfecta esset inter Martyres, perfecto furore congressum, perfecto numero, velut antiquus ille Pharao, decimo à Deo flagello cæsus adhucque induratus, hunc quoque decem tropæis infamari.

Exod. 11. 22.

Pluebat igitur vndique pretiosus Virginis cruor, eaque manibus, & pedibus & ore & vberibus, corpusque affatim ac saturè, velut regia purpura, tingebatur. Hîc ferunt immaculatissimam tantisper elanguisse. Quemadmodum enim quæ naturam superant propter eum qui natura superior est, in ea perstiterant, sic & eius gratia visa est, quæ essent ex natura. Cruoris igitur copia elangoescens, modicam aquam petiit, qua os elueret. Porrexit vir quidam, Christianus quidem religione, sed qui hactenus Gentilium sectæ existimaretur: Cyrillo Athletæ nomen erat. Quo Probus conspecto, nec naturæ solùm miseratione, sed & eiusdem fidei commercio in pugilem propensè affectum intelligens, eam quæ ad mortem est, duci præcipit.

Anastasia aquã petit.
B
Cyrillus eius porrecta munere Christi Martyr.

Quod verò tentatori splendida offusa confusio erat, splendidiorque, quàm pro certaminum alea superiori, victoria affulserat, quæ & martyrii stadium finiret, ac prope iam coronas aspiceret, extra vrbe, capite plecti condemnata est: Non enim vltra ferebat adversarius vt delicata puella conculcante, ei illuderetur. Decebat enim vt velut Ægyptius ille, hic quoque induratus, postrema hac adversus Israëlitidem istam expeditione, suo in illam prorsus conatu frustraretur, quæ velut incontaminata columba, dissecta cervice à corpore evolasset, & ad cœlestia habitacula recta commeasset; illo rubris illius cruorum fluctibus suffocato, hacque vtque iusta pœna iniquissimæ aggressionis molctato.

Anastasia capitis damnata.

C In hunc itaque modum Anastasia, gravem æmulum, animarum corruptorem serpentem, valida sane in eam aggressum, validiusque ab ea repulsum, cùm sicut lutum platearum speciosis pedibus comminuisset, in immensum chaos tartareaque lustra foveasque proiecit: ipsa verò divinis Angelis sese commendans, Archangelis viam facientibus, cunctisque supercœlestibus Potestatibus præeuntibus eamque accipientibus, magnifico ornatu plausuque Christo Regi ac Sponso cum gloria offertur: Immarcessibili serto caput coronatur: pro laborum ratione iustas vices (quinimmò longè meliora sublimioraque) ab illius accipit dextera. Formosissima verò intemeratæ membra, auro quovis pretiosiora, omnique lapide pretioso cariora; vulturibus bestiisque, ab homine bestiis omnibus immensum crudeliori escam data, iis verò intacta, nihilque læsa illius providentia servata, qui custodit omnia ossa iustorum, sanctæ Sophiæ ad iusta iis persolvenda reddita sunt. At quonam id modo? Neque enim reticere operepretium est.

Ps. 17. 43

Anastasia divinitus servata sacra pignora.
D
Ps. 33. 24

Etenim anxia meritò erat proba mater pro optima ac pulcherrima secundùm spiritum Filia. Anxia erat atque timebat ne degeneris aliquid animi inter tormenta illi accideret, ac sponsiones votaque falleret. Nudo itaque proiecta solo domi iacebat, lugubrique gemitu querula, supplex Altissimum rogabat, ne Filia blanditiis cederet, ne minis subigeretur, ne tormentis flecteretur, ne minori vsquam constantia persequutoribus appareret. Vbi autem res illi faustè successerat, Virgoque, quàm illa expectaverat, meliori exitu nacta consummationem erat, res nuntius Angeli ad eam perfertur voce: quo ipso etiam vitæ duce vsa, collectisque triumphalis Martyris segmentis, atque mundis linteis involutis, multoque lachrymarum imbre perfusis, eiuscemodi vocibus præclarè victricem affabatur.

Sophia de Anastasiæ consummatione revelatio.

[Filia mea, *aiebat*, amantissima! Filia, quam ab infantia præclarè educavi, ac pietatis documentis institui: omnisque generis virtutis modos docens, sponsam castam, virginem intemeratam exhibere optavi: gratias ago, quod admonitiones meas oblivioni minime tradidisti, sed meo de te scopo ac destinationi, tua cumes voluntas animique incitatio fuit. Quamobrem tanquam cervus desiderans ad fontes divinorum fluentorum, etiam atque etiam sitiens ad Deum, fortem, vivum, transiisti in locũ tabernaculi admirabilis & confessionis sonitus festum diem agentium; cœlisque superatis, spiritali thalamo admota es, divinisque nuptiis cubili sociata. Te enim cepit odor vnguentorum immortalis sponsi, cuius nomen Vnguentum effusum nuncupatur. Quamobrem eum dilexisti, traxisti eum; in tuo corde conquiescere fecisti. Ferculum Regi fuisti, filia, vt venerabile Canticum loquitur, *cuius acclinatorium aurum; ascensus eius purpura: intimum eius lapidibus constratum.* Idcircò tum simul dilecta, tum divinæ charitatis eximiè volnerata es; ad eum provecta, virtutibus dealbata ac suffimento incensa; quæq; vicissim eum attrahas, ac virginalis cordis tui geniali lectulo quiescere facias.

E

Ps. 41. 5.

Cant. 1. 2.
Cant. 3. 9.

Cant. 3. 8.
Cant. 8. 5. & 3. 6.

F

Quid igitur retribuemus Domino, pro muneris magnificentia? Quid dicam? Quid fiam? Quomodo laudabo? Quomodo tantam beneficij molem enarrabo? Egena lingua est, egens & mens O quomodo gratias agam inexplicabili tuæ bonitati? Quomodo dignum aliquid loqui possim, ô Domine, infinitæ benignitati tuæ! Nam spiritus quidem magnitudinis gratiæ paulatim sensu percepto, cupidinate agitur: saliens, ac alacris est; verùm deficitur, sermonem non habens, vt digna maiestate repræsentet quod mente concipitur. Iam ergo cesset lingua, mens verò beneficentiæ tuæ altitudinem, ô bonorum omnium auctor ac Pater! secum ipsa cogitans, laudet, quod charissimam filiam meam, tuam fieri dignatus es: Quod mearum admonitionum fructum, velut divinum pignus, in cœlestia sursum vehis horrea: Quod meam margaritam, tua dignam corona indicasti, atque Angelis conseruisti, Apostolisque ac Martyribus contubernalem fecisti.

G

Idcirco gaudeo. (Ad te enim rursus, ô charum amicissimumque caput, orationem converto) valdeque de te, desideratissima, gaudeo. Gaudeo. dum dispersa membra tua congrego. Placet, etiamque atque etiam placet ac delectat, quod nunc incolumis habeas, ac Christo capiti coniuncta. Quod non illa tua sint, sed ipsius Christi facta, pro quo, ac propter quem cruentæ bestiæ devorarant O membra, segetum instar ferro demessa ac tentationum area contrita; quæque mundissimum confessionis triticum Domino reddiderunt! Membra, velut oleæ pingues nefariorum hominum molitione torta machina, oleumq; exultationis compressione stillantia!

Non igitur lugebo super istis: non discerpam tunicam, non brachium concidam, non vnguibus genas laniabo, non vocem lugubrem rumpam, non deplorabo tuam concisionem; quod nimirum non mihi concisa sis, charissima filia, sed magis compacta, nec distracta, sed counita: Christo enim commoriens, fidelis sermo fore vt & ei convivas. Cum illo ad breve tempus dehonestata, in æternum conglorificaberis. Verum rogo te, Filia, seu potius Domina iam ac mater spiritalis, tu mihi per brevem hanc in carne vitam, tuque ad aliam transeunti vitam, præsto sis laborum depultrix, peccatorum propitiatio, animi bona consolatio, perpetuum refrigerium. Nec mihi solum, mihi inquam, sed & cunctis te fideliter invocantibus, Dei sponsa, esto refugium & salus, in Christo Iesu, Amen.

H
2. Tim. 2. 11.

Hos Sophia sepulchrales sermones fervidis valde dulcissimisq; elocuta lacrymis, singulaq; membra irrigans ac amplexata, cùm sola per vires comportare non posset duo quidam repente venerabili religiosaque specie, vitæ Asceticæ cultores, adstantes, sacrumque illud onus vnà cum venerabili vetula tollentes, ac vicino admodum magnæ Romæ venerabili loco admoventes, cum luminibus & canticis iusta peragentes deposuerunt.

Anastasia funus. Religiosi viri in eo Sophiæ adiutores.

Talis principio educatione inclyta Virgo potita, tantaque tormentorum el separata procella, talem denique ter beatum finem nacta, quibusnam olim pietatis

A ergo clararum mulierum, quibusnam earum quæ postea claruerunt, comparata, non longe à se deficere minorisque præ illa esse arguerit? Ex quibus nimirum, aliæ fidei merito virtutis in Deum specimen dederint; cuiusmodi sunt, Sara illa Abrahæ coniux, Rebecca, Rachel: Anna præterea, Samuëlis mater; Debora, Iudith, Esther addam & Annam Phanuëlis, Annamque aliam Ioachim & Elisabet Zachariæ: aliæ verò rursus, dilectione in Christo Iesu præfulsisse palmamque reportasse dicantur; cuiusmodi sunt Proto-martyr illa ac prælata Virgo Thecla; illaque prior, quæ in Evangeliis legitur Maria Magdalena: postque illas Euphemia, Irene, Æcatharina, Sophia cum filiabus suis, Fide, Spe, & Charitate; Ripsimia & Febronia, aliæque post eas. Has omnes partim superavit Anastasia, partim verò æquavit. Quinimmò superavit omnes, nisi audax dictu istud videatur, illas quidem quæ fide magnificè clarere creduntur, charitatis perfectione præcellens, illas verò quæ charitatis perfectione splendent, fidei excellentia vincens. Ac si libet, fide

Anastasia præ sanctis fœminis præstantia.

B quidem eximiè perfecta, his quæ fide consummationem habeant; charitatis verò excellentia illis præstat, quæ sincerè charitate diligant. Cunctis porrò sanctis adolescentulis divinarum gratiarum cumulo tantum eminet, quantùm pluribus acerbioribusque pro Christi dilectione fideque perfuncta tormentis, acerbiore casu adversarium elisit.

Sed ò puella prorsus immaculata ac incorrupta! quæ prius quidem religiosè exercens, corporis vitia ac libidines mortificasti (imò, ne extare quidem in te à principio ista permisisti) quæque deinde certaminis palestra, ipsa quoque membra, in quibus illis vigere comparatum est, E putata amisisti, vt soli Christo in Spiritu viveres! O Christi sponsa & soror & mater! castissimam, quoad licet, Dei Matrem imitata; ac animo quidem & carne ipsa quoque purgata, velutque divino quodam semine conceptis Spiritus primitiis, variisque propter illum tormentis enixa, ac quæ Spiritu Salutis Christo Domino in corde genito, ad eum gaudens commigrasti.

Matth. 12. 50. Greg. Orat. in Christi Natali.

O sexus sexum omnem eximiè vincens: sexus muliebris in virili sensu. Quinimmò natura indolesque hominis in Angelica elucens mente atque virtute; quæ igni ferro, omnisque generis tormentis congressa; ac cùm postea abscissæ mammæ, manusque ac pedes, evulsique dentes, ac lingua primum, tum cervix cæsa esset, Christum non prodidisti, aut quæ est in illum, fidem mentita es, accipe tenues has sermonum primitias. Quid enim hæc oratio ad tuam virtutem, quam laudant Angelorum acies F celebrantque cælestes omnes potestates? Animum tamen, ò incorruptissima! acceptum habens, exsuscita nos de lacu miseriæ, & de luto fæcis, vt quæ resurrectio sis ac dicaris, veramque Resurrectionem Christum in te referreris; & statue super petram pedes, animique gressus nobis dirige; vt tuo numine meliorem vitam, divinorumque resurrectionem consecuti, gloriam & laudem & gratiarum actionem submittamus Patri & Filio & Spiritui Sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

AD SÆCVLVM VNDECIMVM

C # SVPPLEMENTVM. G

SANCTI ANSELMI LVcensis Episcopi nova Opuscula addenda iis quæ in corpore Bibliothecæ habentur Sæculo 11. pag. 602.

F. P. LVCÆ VVADDINGI *Ordinis Minorum ad sequentia Opuscula*

PRAEMONITIO.

D DVo nobis desunt sanctissimi viri Opuscula, commentarij scilicet in Threnos Ieremiæ, & in Psalmos Davidis, quorum posteriores morte præventus complere non poterat. Etsi à nobis diligenter perquisitos, hactenus reperire non potuimus: si aliquando apparuerint, auctiori dabimus editione. Interim laboramus circa collectionem canonum, quam libris tredecim Anselmus absolvit, & *Anselmi Decretum* quidam appellant. Eam suis numeris absolutam à mendis & erroribus expurgatam, notisque, vbi oportuerit, illustratam, Deo propitiante, aliquando in lucem proferemus.

Quæ verò sequuntur Opuscula, Arnoldus Vvion tribuit S. Anselmo, eaq; extare, & Anselmo adscribi in codicibus prægrandib. membraneis Bibliothecæ cœnobij S. Benedicti Mantuani testatur Possevinus Eminentiss. Dominus Franciscus Cardinalis Barberinus, Benedictini Ordinis Protector, pro sua erga me veteri ac peculiari benignitate, atq; innata in omnes bonarum litterarum cultores benefica propensione, curavit inde fide integra hoc exemplar transmitti. Atqui illa eloquio humiliora, quam quæ tanti viri præferant gravitatem, alicui videbuntur. Veruntamen coniecturæ, quæ ex styli varietate efformari solent, leves frequenter apparent & fallaces; quippe manifestum est, non eundem in vniversis operibus suis sermonem, methodumque servare sacros Doctores, præsertim eos, qui præter doctrinæ excellentiam, vitæ addunt sanctitatem, & pietatis igniculis incensi frequenter feruntur in Deum. Dei verbis alios quandoque gravius reprehendunt: suis precibus aliquando Deum humilius pro se interpellant. Pro rei & argumenti varietate, modo extollunt, modo deprimunt sermonem, nec eodem vocis tenore agendum indicant cum Ecclesiæ persecutore, & cum mundi conditore. Spiritus intus alit humiles cordis cogitationes, & foris edit lenes vocis susurros, in conspectu illius, pro cuius bonorum in spiritu vehementi plerumque clamant, & quasi tuba exaltant vocem suam, annunciantes populo H scelera eorum, & domibus Principum peccata eorum. Cum quo quis loquitur, & de qua re agitur expendendum, adeoque temperandi sermones, vt vndequaque conveniant. Anselmus modo cum Henrico tyranno in acie pugnat, modo contra Schismaticos scriptis tonat, attamen in cubiculi penetralibus *Divinum semper aliquid intus agitabat, & contemplabatur cælestia*, quæ fervent deinde promebat eloquio. Nihil ergo mirum si graviter doceat, & humiliter oret, si sacras Scripturas in tyrannos acriter contorqueat, & Divina mysteria humiliatæ mentis meditetur affectu. *Multos libellos propriis manibus conscripsisse*, vitæ author recenset. Quid si inter illos isti? Certè in ipsa illa domo, in qua vitam monasticam & contemplativam professus est, omnes isti, qui sequuntur, contemplationum libelli, præfixo

Vvion in notis ad diem 18. Martij. Possev. in Appar.

In vita num. 30.

Ibid. num. 25.

ad

A ad singulos eius nomine, diligenter conservatur. Liceat itaque præcedentibus opusculis ista subtexere, ut tam ne pereant.

ANSELMI EPISCOPI MEDITATIO IN ORATIONEM DOMINICAM.

1. PATER *noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum, &c.* O summa clementia! O ineffabilis benignitas! O mira dignatio! O longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum charitatis divinæ! Vilissimum lutum sum, detestabilis sanies, nequissima creatura, & tamen Deus Deorum, Rex Regum & Dominus dominantium, se meum patrem dicit. *Cum oratis*, inquit, *dicite: Pater noster, &c.* Ex quo hoc dicit ipsa veritas, verissimum est. Et scio quod plus sine comparatione me diligit, quam pater carnalis vel mater; imò quàm ego B ipse. De tanto ergo patre elevabitur cor meum, ut aquila, & iam huius cæli inferiora contemnam. Quid ultra mihi de terrenis honorib. qui sum filius Dei? Maius dedecus esset mihi appetere quantumcumque magnum honorem terrenum, quàm filium Imperatoris appetere latrinæ officium. Quid ultra mihi de terrenis divitiis, qui regni æterni sum hæres? Ignominiosius esset mihi de quantumcunque magnis divitiis terrenis curare, quàm primogenitum Imperatoris de fimo equorum suorum. Quid ultra mihi de deliciis carnalibus, de terrenis quantumcumque magnis? Detestabilius esset mihi filio Regis summi affici in quantocumque allectiva creatura, quàm filium Imperatoris in sanie fœtidissima. Quid bonum, quid pulchrum, quid utile, quid desiderabile me allicere potest, qui hæres sum fontis omnis pietatis, & boni? Omnia respectu illius non sunt nisi quædam similitudo, & umbra. Accedam ergo ad patrem meum, qui nihil aliud vult, nisi ut habeam eum. Nunquid ergo negligens ero? Nunquid pausabo? Nunquid aliis C intentus ero? Certe cum impetu, omnibus postpositis, curram ad eum. Sufficit mihi si habeo patrem meum, & ideo toto corde tendam in eum. Non aspiciam, non aliud videbo nisi Deum meum, quia oculus mentis meæ totus tendit in illum, quia nimis allexit animum meum. *Pater noster.* O mel, & favus in ore meo, cum te Deum meum, patrem meum voco! O dulcedo indicibilis! O iucunditas inæstimabilis! O iubilatio ineffabilis, cum audeo te patrem vocare! O exultatio! O admiratio! O medullaris modulatio! Quia pater meus es tu. Quid ultra prætendam? Quid ultra dicam? Quid ultra petam? Pater meus es tu.

2. Sed ubi es, Pater mi? ubi es, si ubique es? immo quia ubique, quomodo cœlum tibi sedes est? Sed ideò benignissime Domine vis ut dicamus: *Pater noster, qui es in cælis.* Ut nos à terrenis ad cœlestia elaves, ubi maximè tua potentia, sapientia, & bonitas elucescit, ut ibi, mi pater, sit semper tecum conversio & conversatio nostra, ut à te cœlestia, non terrena petamus. Aut D certè ut nos spirituales cœli facti in nobis sit habitatio tua. Quid ergo nos tardabit? Quid nos retrahet? Quid impedimenta parabit; quin cœlestem, non terrenam vitam ducamus, ut in nobis sit habitatio tua? O digna admiratio, mira dignatio, & dignissima habitatio Christi in nobis! Ego fœdissimus fimus, & abominabilis peccatorum latrina, valeo esse ex immensa Dei mei clementia tabernaculum eius. Et qui sum plenus sanie & fœtore, ero sanctum Dei templum, sapientiæ sedes, & habitaculum Spiritus sancti. O felix dies! O beata hora cum talem hospitem possidebo! Tenebo eum, nec dimittam eum, donec introducam eum; imo ipse introducat me in domum illius, quæ sursum est Ierusalem, matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ, scilicet in intimam contemplationis quietem, ubi cubant, ubi quiescunt animæ delicatæ.

3. *Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum, &c.* O quam bene sequitur, quàm optimè continuatur, quàm elegantissime ordinatur petitio ad prædicta, scilicet E *sanctificetur nomen tuum* ad *Pater noster, qui es in cælis*, quia filialis devotio, cœlestis contemplatio totú animú reverentis filii convertit in patrem cœlestem, ut clamet, & dicat: *sanctificetur nomen tuum*, quasi dicat non terrenas divitias, delicias, & honores peto; sed ut sim in te totus conversus, sim totus divinus, *Sanctificetur nomen tuum*, ut scilicet pars mea rationabilis tua sapientia illustrata, omni errore, & ambiguitate, & tenebrositate purgata, habeat sanctissimam, idest purissimam notitiam tui.

4. *Adveniat regnum tuum*, ut mea irascibilis, tua potentia roborata, ad sublimitatem tui regni conscendat. *Fiat voluntas tua*, ut mea concupiscibilis, tua bonitate dulcorata, immò sua charitate perfecta plenè tuo beneplacito quiescat, ut ex vera dilectionis amicitia sit idem velle & nolle. Vel *sanctificetur nomen tuum*, quantum ad puram notitiam intellectus. *Adveniat Regnum tuum*; quantum ad fervens desiderium affectus.

5. *Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra.* Quantum F ad perfectum obsequium effectus. Sanctificetur ergo in nobis nomen tuum, quod ab æterno sanctissimum est, ut quidquid videmus, quidquid audimus, quidquid intelligimus, & sentimus, totum ad sanctissimi tui nominis ordinemus. Ut sic in nobis nomen tuum sanctum sit, sine terra, & puri, ut excussi, & purgati ab omni curiositate, & vanitate, & omni inutili phantasia te solum in omnibus agnoscamus semper, piissime, & sanctissime Pater; mentis nostræ oculus ad te lumen æternum incessabiliter dirigatur, semper te, qui in omnibus, & à quo omnia sunt, in omnibus te intuear, in omnibus te agnoscam. O quam dulce lumen, & delectabile à te sole iustitiæ nunquam mentis intuitum amovere. O quam dulcis, quam amabilis, quam admirabilis oculis nostris tuorum claritas radiorum. *Sanctificetur*, ergo *nomen tuum. Adveniat regnum tuum.* Nunc, Domine Deus, regnum huius mundi occupavit animam meam, imò totam dissipavit, totam laceravit, totam fœdavit, totam denigravit, sponsam tuam dilectam, animam meam, totum cor meum, totum animum meum, totum affectum meum vanitas, imò fœditas huius G mundi. Ideo non nisi quæ mundi sunt, sentio, quæ carnis sunt, appeto, & sola terrena cogito, & affecto. Factus sum huius mundi civis, & sub huius mundi Principe sollicitè studeo militare. Sed Domine nonne creatura tua sum? ergo adveniat regnum tuum, ut Princeps huius mundi eiiciatur foras, tu solus in me regnes, tu solus inhabites mentem meam, totum me occupet Regnum tuum, totum sibi vendicet desiderium meum, solus reficias affectum meum. Quid quæro? Quid volo? Quid desidero? Quo vagor? Quo discurro? cur distrahor? Sufficit mihi Domine regnum tuum, ergo *Adveniat regnum tuum.* Nihil de cætero cogitem, nihil desiderem, nihil affectem, nisi regnum tuú; sit ibi refectio mea, sit ibi habitatio mea, sit ibi tota conversatio mea. Tu solus bonus, tu solus pulcher, tu solus amabilis, tu solus desiderabilis animarum amator: Tu solus me regas, tu solus me dirigas, tu solus me alliceas, tu solus totum cor meum habeas animarum zelator. In te solum pectus meum dulcoratur, in te solùm quiescat cor meum, totum repleas animum meum, cum impetu H ascendam ad te centrum & regnum omnium animarum, ergo *adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra.* Hoc volo, hoc desidero hoc totis animi visceribus concupisco, ut in me, de me, & pro me non mea, sed tua fiat voluntas, totus tuus sim, totus in tuum solùm tendam honorem. Ad hoc factus sum, ad hoc natus sum, ut solum tuum requiram honorem. Iam non flectar ad meum appetitú, iam non proprium requirá commodum, iam non considerem amicorú affectum, non cogitem quid amarum, vel dulce; honorificum vel vile: sed solum nitar in omnib. tuum beneplacitum adimplere, difficile, vel leve; asperum, vel suave; sed cum impetu, & desiderio fervente, & animi anxietate eorum perficere, quæ tuæ voluntati sunt placita. Hoc solú mihi suave, hoc solum mihi sit iucundum, hoc solum mihi leve, hoc delectabile, & amabile in quantuncunq; asperis, difficilibus, & amaris, tuam requirám perficere voluntatem. O gaudium, & iucunditas, & exultatio medullaris, totum, &

A totaliter, semper, & vbique exponere me ad omnem tuum honorem, quem possim modo aliquo effectui mancipare. O vtinam solus possem omnia tua ministeria, mi Domine, adimplere. Magis gaudeo, magis approbo, amplius totis artubus & visceribus concupisco me totum impendere tuo honori, me divinæ tuæ satisfacere voluntati, quam, & quantumcumque cœlestibus, & divinis deliciis iucundari. Si enim pro te, mi domine, totaliter lacerer, & passiones, & mortes quascumque ad tuum honorem reciperem, de eis magis gauderem, quam de quacumque delectatione, quam etiam in patria habere possem, nisi forrasse in illa delectatione tantum, aut plus cederet ad tui honorem; & hoc etiam non ratione delectationis, sed ratione tui honoris optarem; non enim factus sum ad meam vanitatem consolandam, sed ad tuam magnificentiam honorandam. Quid mihi maius? Quid mihi dulcius? Quid mihi amabilius quam totum in tuum honorem resolvi? O gaudium. O tripudium, omne mihi
B iubilare solatium, quod possim aliquid quantacumq; difficultate facere ad tuum honorem. Hoc est Angelorum gaudium, cæleste desiderium, patriæ præmium, posse tibi totaliter obsequi, totaliter in te ferri, tuæ voluntati plenariè conformari, & tuum honorem, & magnificentiam admirari. Non dubito, imò certus sum quod plus gaudent Angeli, & animæ sanctæ de magnificentia tui honoris quam de magnificentia gloriæ suæ. Et ideo *fiat voluntas tua sicut in cælo, & in terra: In cælo*, scilicet in cœlestibus spiritib. *Et in terra*, scilicet in nobis hominib. scilicet tuæ voluntati adeò libenter, & ferventer, & voluntariè obsequamur. Et tuæ voluntati totaliter conformemur secundum possibilitatem nostræ virtutis.

5. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie* O quàm bene ordinat, quàm eleganter coniungit hæc verba præmissis. Et quamvis de pane materiali & spirituali possit exponi, de sacramentali tamen pane maximè exponamus ad præsens. Et vt dixi, hic in Deo est egregius ordo. Quis adeò dignus est, quis adeò humilis est ad susceptionem
C huius sacramenti ad offerendum Filium Deo Patri, vt ille qui sicut supradictum est, se totaliter in Deum ordinavit quantum ad intellectum, affectum, & effectum, qui se totum Deo obtulit, totum se sacrificio consecravit, qui in se annihilatus est, & totus in Deum illatus est, qui iam non quæ sua sunt, quærit, sed quæ Iesu Christi? Ille verò in hoc sacrificio potest Iesum Christum recipere, Iesum Christum rogare, Iesum Christum pro se & aliis Deo offerre. Et ideò petitioni isti verus Magister præposuit: *Sanctificetur nomen tuum, &c.* & optime subiungit, & illis verbis coniungit *Panem nostrum, &c.* Qui ex Ægypto peccatorum exivit, ibi *sanctificetur nomen tuum*, & mare rubrum inundantium tempestatum submersis Ægyptiis sicco pede transivit; ibi *Adveniat regnum tuum*, & in deserto contemplationis soli Deo intendit, & se totum Deo dedicavit; ibi *fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra.* Iam in hoc deserto esuriens, manna, scilicet panem cœlestem, à cœlesti patre requirit; ibi *panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Qui etiam in Ægypto
D aliquando super ollas carnium sedit, nec illis spretis solum panem vivum, qui de cœlo descendit, exquirit, postulat, & acquirit. O inaudita Christi dignatio! O mira iubilatio mentis! Deus meus, sponsus meus, amor meus, factus est cibus meus. Sanctorum præmium, Angelorum gaudium, Dei Patris verbum, est nutrimentum meum. Lux mundi, Sol cœli, sapientia Dei, est refectio mei animi. Proles Virginea, redemptio humana, cœli gloria, facta est cibario mea. Quid vltra affecto? Quid vltrà me allicere potest? Absit a me, Domine, vt ex quo cor meum habet tam nobilem cibum, quod circa aliud in toto mundo afficiatur. Quomodo obsecro post tam nobilissimum, & sufficientissimum, & suavissimum, & dulcissimum cibum potest cor meum circa vana, turpia, & immunda delectari? Quomodo obsecro potest cor meum ad momentū ab isto cibo nobilissimo separari? Et si semper non possum ipsum sacramentaliter sumere, saltem cor meū ipsum spiritualiter non desinat ruminare. In veritate mirum & plus quā mirum videtur quanto præ dulcore, & nimio ardoris fervore cor non deficit in hoc cibo. Tu solus, bone Iesu, E
sis cibus meus, & refectio mea; te solùm esuriam: te avidè, & insatiabili appetitu comedam, & semper famelicus sim tui. Quid te dulcius? Quid te suavius? Quid te amabilius, bone Iesu? Te solùm volo comedere, te solum cupio masticare. Tu mihi semper dulcescas in corde. Solus odor tuus deberet reficere totum mundum, quanto magis cibario tua. Si in verbo, quod procedit ex ore tuo reficimur, & vivimus, quid erit te ipsum verbum æternum, ore recipere, & cordis dentibus masticare? Quomodo non sic cor meum delectatur in te, vt omnis obliviscatur præter te? Si aliquid terrenum imo similitudo terreni, tantum aliquando cor meum occupat, vt aliarum rerum obliviscat; quomodo tua verissima præsentia non me tantum reficit, & inebriat, vt totius mundi obliviscar, & etiam mei? Hunc ergo Pater cœlestis panem quotidianum hodie nobis concede. Sed *hodie* Domine Deus da nobis hunc panem, vt in præsenti, & semper præsonaliter habeamus. Sit semper præsens spiritualiter saltem hic F
cibus, vt numquam sciat præteritum, vel futurum. Sed *hodie* dicit bonus Iesus, vt dicamus. Cur quæso tantum festinas esse nobiscum? Quare non differs vsque cras, quid enim in nobis vides? Quid in nobis sentis, quid in nobis agnoscis, quod tantùm nostro es inebriatus amore? Quid nobiscum luctaris? Quid in nobis reperis? Quam fructum de nobis habebis, quod nescis tardare? Si sic amor nostri te vrget vt differre nequeas, quin statim velis esse nobiscum, cum quibus nullum habes lucrum: nos autem qui sumus fœtidissima sanies, & indigni, etiam tua creatura quantumcunque vilissima nominari, quomodo differimus ex quo tantum hoc desideras, esse tecum; cum te summum bonum, sine macula speculum, Angelorum solatium impetremus. Tu ergo bone Iesu differre non vis vt ostendis; nec nos amplius differre volumus. Hodie ergo te petimus, vt hodie habeamus. Non enim cassa est instructio tua, sed esset si peteremus, & non impetraremus. Quia ergo te statim petimus, & desideramus, & G
hoc ipsum tu cupis, secede ad cor nostrum; quia ad te ascendit cor nostrum. Tu enim inebriatus es nostri, & nos tui amore. Te ergo ad nos, & nos ad te, cum impetu ducis ô pondus amoris, & iam omni mora sublata mutuus fit amplexus, & inter tua brachia deficit anima mea absorpta amoris fervore. Cum enim sensi amplexum tuum extradicasti animum meum, primo cibasti, deinde inebriasti, tandem tuis amplexibus & osculis soporasti animam meam, & in tuis brachiis requiescit. Non eam, quamvis indignam, abiicis. Non eam refugis, sed ad te stringens clamas, & dicis: *Adiuro vos filia Ierusalem ne suscitetis, nec evigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.*

6. Sed adhuc admiror clementiam tuam bone Iesu Quare dixisti *Quotidianum*? Nunquid vis quotidie cibus noster esse? Nonne sufficit tibi, si per vnam diem in nobis habitas, & moraris nobiscum? Quare semper vis esse nobiscum? quid fecimus tibi? Quid dicam de tanta benevolentia nescio; quia in illis thesauris clementiæ deficit animus meus, vt non possim parvam considerare scintillam, tanta est abyssus eis, & ideo nihil scio dicere, nisi ex H
quo sic semper vis esse nobiscum, nos omni tempore simus tecum, & nunquàm à te sponso benignissimo, cibo suavissimo recedamus. Ita Domine nos tuo amore, & devotione glutines tecum, vt nec à te possimus recedere, nec velimus. Sic ergo *panem nostrum quotidianum da nobis hodie, &c.*

7. *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus, &c.* O bone Iesu, nobilissimum cibum nobis indignis servulis tuis benignissime, & instantissime obtulisti. Sed quid? Timeo ad convivium Hester Reginæ, vt Aman, invitari, etsi illa, bone Iesu, non sit intentio tua, tamen timeo. Quid ergo? convivium opulentissimum paratum est Nuncii; scilicet Angeli sancti mihi instant; esuries me excitat, & compellit; tamen accedere non præsumo, quia peccavi. Quid ergo faciam? angustiæ mihi sunt vndiq; Sed certe quid eligam scio. Ibo enim ad patrem meum cœlestem, de quo supra dictum est: *Pater noster, qui es in cælis*, & dicam, *pater peccavi in Cælum, & coram te.* Esther 7

Iam

A *Iam non sum dignus vocari filius tuus : fac me sicut vnum ex mercenarijs tuis*, scilicet, *dimitte nobis debita nostra*. Sed ô felix recognitio culpæ, quæ promeretur patris amplexus. Forte amoris feruore inter amplexus eius dissoluar & mutabor in vitum alium, & aliqualiter comedere potero de vitulo saginato. *Dimitte ergo nobis debita nostra*. O mira Dei nostri erga nos dignatio; ipsum contempsimus, & pro vilissima famie commutauimus; & tamen nobis suadet, vt veniam petamus, quia vult nobis debita dimittere eum offensis. Hoc autem noluit Angelis elargiri. Quomodo quæso, bone Domine, potes amplius nos respicere, qui ita turpiter à nobis abiicimus te? Ergo ea quo tu ipse suades, *dimitte nobis debita nostra*. Dimitte, dimitte nobis, quia iam pro nobis debitū soluisti. Iam teipsum pro nobis in sacrificium obtulisti. Tu es ipse, qui nos doces, vt dicamus *dimitte nobis, &c.* huc facere potes. Nonne iam pax facta est? Nonne iam pacis conuiuium celebratum est, & quotidie celebratur.

B *Dimitte ergo nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*. O beatum proximi debitum; O fœlix offensa, quam allegare possimus coram Deo in remissionem debiti nostri. Non ergo huiusmodi fratres contristemus, si nos offendunt homines, si nobis iniuriantur, si nos affligunt, rapiunt, & accipiunt nostra; sed in eis quantum est pro nobis exultemus, & gaudeamus; quia dimittendo ea proximis allegare poterimus dimissionem debiti nostri. Non est dubium, quod magnæ virtutis, magnæque efficaciæ est allegatio ista, quam summus aduocatus, & iudex noster nos docet. Ergo si dimittimus aliis dimittitur nobis. *Dimitte ergo debita nostra* nobis *sicut, & nos dimittimus debitoribus nostris*.

Leuit. 11. 8. *Et ne nos inducas in tentationem*. Quid enim Domine prodest baptizari, siue lauari à mortuo, si iterū tango mortuum? Non sufficit mihi Domine, vt peccata cōmissa dimittas, nisi etiam à peccatis imminentibus custodias. Nam promptissimus sum ad peccatū, & nisi me custodias, sine fræno irruam in peccata. Si ergo Domine ad

C probationem, & humilitatem, & exercitationem nostram

Esth. 5. vis, & permittis nos tentari, non tamen in tentationem nos permittas inferri. Quid enim profuit Aman, qui à Rege Assuero super omnes Principes fuit elatus, cum postea inflatus superbia fuerit suspensus in ligno? Quid enim mihi prodesset, quidquid in præmissis verbis petitum, nisi in tentationibus me conserues in bono? Ergo *& ne nos inducas in tentationem*. Vis bone Iesu, vt sic petamus, quia permittis nos multoties tentationibus stimulari, vt ad te recurramus? Omnem modum, & viam, qua possis nos ad te trahere, exerces; quia nos tecum cupis habere. Tentatus ergo ad amplexus paternos fugiam vt me recipiat fugientem, & timidum exhortetur; & dicam ei, *& ne nos inducas in tentationem, &c.* Hoc vult, hoc desiderat, hoc expectat Pater meus, vt curram ad refugium, ad complexum, & ad sinum eius, vt totaliter de me diffidens, solum de ipso confidam, ergo *& ne nos inducas, &c. Sed libera nos à malo*. Verum est Domine, quia digni sumus omni malo, quia

D te contempsimus omne bonum. Sed vide, clementissime Pater, infinitam misericordiam tuam, non detestabilem nequitiam nostram, & releva à nobis paruulis, nobis infirmis importabile onus, & à malo opprimente, & distrahente & retrahente, & retardante ad bonum, libera nos filios tuos, vt libere possimus: . . . . & maxime ab illo horribili, & terribili malo æterno nos libera, ne tua desiderabili visione priuemur, quod horrent omnia ossa nostra. Quid enim mihi profuisset tuam creaturam fuisse, nisi te habeam, & totus, & totaliter in te feras in vita æterna, quam nobis concedas, qui es in sæcula benedictus. Amen.

Alia expositio.

POssunt autem omnia supradicta aliter explicari sic. *Pater noster*, præmittitur, vt confidentes accedamus ad ipsum. *Qui es in cœlis*, vt quæ sursum sunt quæramus, & sapiamus non quæ super terram. *Sanctificetur* E *nomen tuum*, quantum ad fidei illustrationem: *Adveniat regnum tuum*, quantum ad spei erectionem, *Fiat voluntas tua* quantum ad charitatis conformitatem, & perfectionem. *Panem nostrum, &c.* quantum ad nutrimentum & fulcimentum temperantiæ, quæ maxime exhibetur in pane Eucharistiæ. *Et dimitte nobis, &c.* quantum ad correspondentiam, & lancem iustitiæ, per hoc quod subditur. *Sicut & nos dimittimus, &c. Et ne nos inducas in tentationem*. Quantum ad actum prudentiæ, quæ est in præcauendis insidiis. *Sed libera nos à malo*, quantum ad actum fortitudinis, quæ est in tolerandis aduersis. Amen.

Alia expositio eiusdem.

POssumus etiam supradictas petitiones exponere, pro iis, quæ habituri sumus in patria; vt *sanctificetur nomen tuum*, quantum ad apertam visionem, quasi dicat, quod nunc per speculum in ænigmate videmus, purè, & F sine terra, sine medio aliquo facie ad faciem videamus. *Adveniat regnum tuum*; quantum ad fruitionem intentionem, vt in æternum regnemus. *Fiat voluntas tua*, quantum ad consummatam dilectionem, quæ plenè amantem in amatum transformat. & tunc exponendum est *sicut in cœlo, & in terra*, scilicet, sicut in Angelis, & in hominibus fiat. *Panem nostrum quotidianum, &c.* quantum ad suauissimam fruitionem; & exponendum est tunc *Quotidianum*, scilicet, continuum, quia semper est ibi dies & exponendum est *Hodie* pro æternitate, quæ non habet præteritum, vel futurum; sed est tota simul, & melius per præsens notatur. *Et dimitte nobis, &c.* in quo petitur aduentus anni Iubilæi, in quo omnia debita dimittuntur veris Iudæis, scilicet, pœnitentibus, & iustis, & homo, homini, & Deus hominibus talibus debita vniuersa dimittent. *Et ne nos inducas in tentationem, &c.* in quo petitur illa pacis pulchritudo, de qua dicitur, *sedebit populus meus in pulchritudine pacis, &c.* vbi Isa. 32. G non erit amplius Sathan, nec malus occursus. *Sed libera nos à malo*, quasi dicat, duc nos ad illum statum, qui est omnium bonorum congregatione perfectus & omnium malorum priuatione iucundus. Vbi vere erimus liberati à malo. Hæc autem vltima expositio, multam admirationem, miram deuotionem, medullarem exultationem, & plenam laudis persolutionem requirit. Et sunt in ea miri, & inenarrabiles contemplationis thesauri. Sed non sufficio, nec dignus sum eos dispensare, nec ponere ibi os meum immundum; maxime cum aulam Regis Assueri ingredi non audeam, non vocatus: & Esth. 4. ideo simplicitati nostræ sufficiant quæ supradiximus foris in atrio existentes. Ipse autem Christus ad nos in Esth. 5. clementiæ signum auream virgam extendat, vt possimus secure ad ipsum intrare, & secum in æternum regnare. Quod ipse præstare dignetur, qui est in sæcula benedictus. Amen.

H

EIVSDEM S. ANSELMI

MEDITATIO

De Salutatione B. V. Mariæ, scilicet, *Ave Maria*

1. A*Ve Maria gratia plena Dominus tecum, &c.* Tibi Domine Deus meus gratias, quas possum, refero ex intimis præcordiis meis, qui pro nobis indignis dignatus es nostram naturam assumere, virginali vtero baiulari, & ex ea scilicet Virgine nascens, lacte eius nutriri, eius foueri gremio, & eius subijci imperio qui omnia cōseruas, & regis, & qui me fœtidissimam saniem, & turpitudinem detestabilem, abominatione plenū, & omni venia, & clementia indignum, dignatus es tantum illustrare, vt sciam matrem habere; hoc mihi indignissimo concessisti, vt ipsam possim, & audeam salutare. Non

enim, Domine, fecisti taliter omni nationi, & hoc summum beneficium non manifestasti eis. Vbi est, Domine, ille tuus peculiaris populus, quem in manu potenti, & brachio extento de terra Ægypti per desertum in terram promissionis duxisti tot signis & prodigiis magnificentiæ tuæ? Nonne Domine iste est populus ille, cui hoc beneficium promisisti? Cur ergo non illis tuis cultoribus, sed nobis idolulatris, & infidelibus, hoc tuum summum beneficium reserasti? Quare nobis paucis, cum multi, & quasi infiniti populi hoc ignorent? Nonne, Domine, vniversorum es Creator, & omnes ad imaginem tuam fecisti? Nonne, Domine, secreta consueuerunt pandi amicis? Cur nunc, Domine, inimicis, & maximè mihi, qui à vertice capitis vsque ad plantam pedis infectus sum, & totus tendo ad ea, quæ sunt tuæ contraris voluntati? Cur, Domine, tam nobile donum, tam excellentem thesaurum tuo infidelissimo servo, & nequissimo dedisti? Nonne, Domine, tibi videtur, quod non honorem, sed derideam matrem tuam? Quomodo superbus humilem, imò humilissimam superbissimus, castissimam immundissimus, cœlestissimam, imo diuinissimam vanissimus, & terrenissimus, sanctissimam impiissimus, matrem Dei filius diaboli salutare præsumet? Vbi est, Domine Iesu bone, reuerentia matris tuæ? Cur talem salutare permittis? Sed ô piissime Iesu, propter tuam erga nos nimiam charitatem nône sufficit te omni derisui, & omni ostentatui propter nos subiacere, sed matrem tuam iam ad tuam sedentem dexteram permittis pollutis labiis tractare, vt possis corda nostra tuo, & eius inflammare amore? Non est dubium enim quod indignissimi sumus, & credo firmiter, quod nullus sit cœlestis Angelus, qui eam, vt digna est, valeat salutare; quanto magis ego indignissima creatura?

2. Mirum videtur, quando miser homo non tremit & expauescit tantam Dominam salutare: sed illud detestabile nimium est, ipsam nominare ore, & corde vana & inutilia, imò nefanda tractare, ipsam alloqui tergo verso. Cum omni deuotione, & reverentia est Virgo beatissima salutanda, & ipsa tales quærit, qui ad eam devotè, & reuerenter accedant: hos diligit, hos nutrit, hos in filios suos suscipit. O beatus, qui de tam nobili Matre lætatur, & ipsam corde amplectitur, & opere imitatur. O fœlix, qui Matri Dei secundum suum posse nititur conformari. Hic est certè, qui omni creatura contempta, soli Deo singulari amore inhæret, & crucifixus cum Christo, animarum sitit salutem. O mirum certè quomodo exultatione non rapitur cor talem Virginem salutantis? Matrem Dei alloquitur, Deum ex ipsa factum hominem contemplatur. Hic videt ima summis, & summa imis pro sua charitate coniungi. Quomodo, quæso, non liquescit in hac salutatione mens nostra, cum Deum tantum nos dilexisse videmus, vt ex Virginali vtero dignatus sit fieri frater noster. Iam os nostrum, & caro nostra est. O nimia, & ineffabilis diffusio bonitatis diuinæ. Quanta quæso erga talem Virginem deberet cor nostrum deuotione diffundi, per quam meruimus Deo esse confratres, & cohæredes. Mira deberet os nostrum dulcedine abundare, cum tam dulcem, & benignam Dominam salutamus, & eius benedicimus fructum. suauissimus, & dulcissimus est fructus eius, & in ore, & corde sapientis dulcescit. Mira est huius Virginis fœcunditas, quæ dum salutatur deuotè, ad cor salutantis suum suauissimum fructum emittit, & quanto in eius fructu quis amplius iucundatur, tanto ab ea amplius impetratur. Nisi dicas sufficit, nunquam cessabit. O mira Domina, mirum videtur quomodo non tantum delectamur in te salutando, quod præter te, & tuum fructum cætera ignoremus. Quomodo, quæso, non est ad te tantum intentus homo, propter tuam nimiam suauitatem, vt etiam semetipsum à se abstractus ignoret? O raptrix cordium. O absorptrix mentium. O liquatrix peccatorum.

3. *Ave.* Cur Domina nos ingrauidas tuo fructu? Cur nos Deo nostro imprægnas? Cur lutum imples cœlo, & vanissimos facis Dominos? Cur nos obsecro, filij tui amore inebrias, cum nec tibi, nec sibi aliquid impendere valeamus? Quid tibi prodest animarum amatrix, quod te, & Filium tuum nostro diligamus amore? Nonne cœlestia sufficiunt tibi, quid nostra corde requiris, cum tamen sint fœtidissima, & terrena? Accipe ea animarum venatrix, & repone ea in sinu gratiæ tuæ. Quis enim potest effugere claritatis tuæ fulgorem & tuæ radios pietatis? nec enim est qui se à tuo calore abscondere possit, quia beneficiis tuis pleni sunt cœli, & terra. Quocumque enim pergamus, occurrit diffusio vteri Virginalis. Ecce ergo nos vndique tuis beneficiis irretisti, & semper, & vbique tuæ benignitatis laqueos extendisti, vt à te Matre dulcissima fugere rationabiliter nequeamus, sed semper in dulcedinis tuæ gremio quiescamus. Currite ergo vndique humani, & tam nobilem, & suauem Virginem salutemus.

4. *Ave.* Patientiam habe Domina, quod Angelicam salutem promo, & angelice non viuo, sed potius diabolice horrendus, & te salutare præsumo, confido certè de tua nimia bonitate; & tuo inflammatus amore, te quamuis indignus nimium, non vereor salutare. *Ave.* Quid mihi dulcius, Domina, tuo *Ave*? O mirum *Ave*, Quod quadam cœlesti dulcedine inebriat cor deuotum. Certe iam dicere potest deuotè salutans, liquefacta est anima mea, vt salutaui Dominam meam. Defecit cor meum, & caro mea, dum alloquor Dominam meam. Quis in te non deficiet Virgo sacra, dum cernit hac salutatione præuia, te Dei Filio imprægnatam? Quis non deficiet dum cernit Dei Filium tuo vtero baiulari, tuo lacte nutriri? Quid ergo libentius audis, ô Domina, quam salutationem, qua recognosceris Mater Dei, sic in te homines iucundari, vt semper in eum, cuius es Mater, refundant? Non enim puto nisi vt Mater Dei vis aliter salutari; nec & cognosci. Porta es christallina, & per te vis tuo Filio nos coniungi. Sed, *Ave*, & verè *Ave*: Nam cor nostrum aperit tuum *Ave*. O admirabile & superadmirabile *Ave*, à quo dæmones effugantur, peccatores lachrymantur, filij delectantur, Angelus gratulatur, Verbum incarnatur, Virgo grauidatur. Certè, *Ave*, cuius fructu creaturæ renouantur, homines redimuntur, Angeli reparantur. Ergo tibi, *Ave*, vniuersa creatura sine fine proclamet. O dulcissimum, & & suauissimum *Ave*, quo terrestris lætantur, cœlestia iucundantur, imis suprema iunguntur. O *Ave*, quod intellectum irradiat, affectum satiat, mentem ad cœlestia leuat, animos illustratur, pectus indulcoratur, caro maceratur: ergo *Ave*. O catenale *Ave*, quod cor stringis cum Virgine, & separas à terrenis: cum misericordissima miserum, cum Domina seruum, cum Matre Filium firmissime ligas. O admirabile *Ave*; Accedat, vt te saluter, qui vult catenari amore, & cum ex corde salutauerit amplius, fortius constringetur, & quanto constringetur fortius, libentiùs salutabit. Sic, *Ave*, Domina mea, & amor mutuo se augebunt, donec cor salutantis deficiat præ dulcore. O Virginis amor, diuinum reddis amantem, Virgineum facis iam multa sorde pollutum. Ergo *Ave*, Domina mea, Mater mea, imo cor meum, & anima mea Virgo Maria.

5. *Maria* Virgo, *Ave*: O nomen suauissimum. Nomen dulcissimum, nomen iucundissimum, nomen Mariæ! Quid feci? Quid præsumpsi? Quomodo excessi? nominare te audeo? Quis vnquam talia audiuit, quod perditionis filius, peccatorum sacculus, dæmonum famulus, te nominare præsumat? O amor mei, nomen Matris Dei; reuereri nescit amor; mihi parce Domina, quod te amare dicam; & si ego non sum dignus te amare, tu es digna amari. Quis, ô Domina, te amare desistet? cuius beneficiis gratiam, & gloriam impetramus? Per te, Domina, franguntur vincula, soluuntur delicta, vincuntur vitia, solidantur confracta, reperiuntur perdita, renouantur vetera, roborantur infirma, magnificantur minima, exaltantur infima, incepta promouentur, imperfecta perficiuntur, perfecta consummantur, purgatur cor, refulget mens, & animus inflammatur, liquescit pectus, decoratur aspectus, desponsatur pere-

grins,

A grine, traducitur sponsa, resoluitur anima. O anima habet hoc per te Virgo Maria.

6. *Aue Maria.* Verè *Maria*, stella maris, mundo totaliter transformando. Domina, super omnes Angelorum choros ad Filij dexteram transcendendo. Es stella maris nos dirigendo. Amarum mare compatiendo. Domina es protegendo. Stella maris es honestate, amara pietate, sed Domina es potestate. O Domine Deus meus, quid tibi retribuemus pro omnibus, quæ dedisti nobis; aut quid tibi facere possumus, aut quid facimus, quod nobis in mari omnis amaritudinis constitutis, tenebris vndique circumseptis, à portu salutis nimium alongatis, turbinibus, & procellis ad naufragium agitatis, imo tempestate nimia penè submersis; tam nobile solatium, tam dulce consortium, tam efficax auxilium, tam pium subsidium Virgine Maria irradiante, stellam dedisti? O certè beata nox, & fœlix tenebra, & gloriosa caligo, quæ tali stella meruit radiari; B certè hæc nox illuminatio mea in delicijs meis. O gloriosa Virgo, si es maris stella semper in hac vita volo esse in mari, vt semper sis mea stella. Semper in mari, vt semper sim perfectæ amaritudinis, de peccatis meis gemendo, Christo Crucifixo intimè compatiendo, pro animarum miserijs & vitijs condolendo, compatiendo. Semper volo in hoc triplici nauigare pelago, vt semper habeam huius stellæ ducatum. Væ illis, qui sunt in delicijs, & nesciunt, imò nolunt hoc mare intrare, quia hac dulcissima stella carebunt. Currant vndique tribulantes, & sepiant me amaritudinibus inauditis, & non timebo quoniam tu mecum es. Imò tunc mihi verè refulges, curæ vallatos angustijs, sum omni humano auxilio destitutus, cum intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Abiectum & repudiatum ab omnibus creaturis me peccatorem nequissimum, & omni malo dignissimum impugnet, & stimulet, obsecro, tota huius mundi machina, vt mecum sit stella Maria. O felix cum fuero ex omnibus exprobratus, conculcatus, & conturbatus, & ab hac stella susceptus. C Stella est maria, & in amaritudine posita ipsa relucet. O quam dulce, & delectabile oculis, hanc lucem videre. O quàm bona & amabilis commutatio, omnem mundi consolationem abhorrere, & longe à se irrecuperabiliter eiicere pro refulgentia stellæ maris. Plus valet vna sola illustratio huius stellæ, quam omnium possessio mundanorum. Quis omnis amaritudinis, compassionis, & passionis mare non intrabit gaudenter, vbi refulget hæc stella; nec paueat cor perfectum, quia impossibile est naufragium fieri irradiante hac stella, nec potest nubes aliqua interponi nisi volenti. O Domina mea, tu in hoc mari es nobis nauis sustentans & portans, anchora stabiliens & firmans, gubernaculum dirigens & rectificans, velum deducens & obumbrans, stella refulgens & salutis portum demonstrans; imo impetrans, conseruans. Quis ergo non libenter hoc mare compunctionis, passionis, & compassionis intrabit, vbi tu nobis subueniš, & ministras in omnibus?

D 7. Imò vt plus dicere audeam, tu es Maria amarum mare facta, propter Filij passionem, & nostrarum iniquitatum compassionem, non quod aliquid tristabile patiaris, sed considero mentem tuam secundum quod in hac vita iuxta Crucem viuebas. Hoc ergo duplex intremus mare, scilicet tuo Filio Crucifixo, & tuo cordi sibi confixo compatiendo, & de nostris iniquitatibus, quæ tantæ necis fuerunt occasio, intime contristando, si volumus cor tuum intrare quod factum est mare magnum, & nimium spatiosum. Quis non libenter ergo intrabit hoc mare, vt possit cor Virginis introire? Hi certè bene intrant cor tuum, & sunt continuè in corde tuo, qui Filij tui ruminant continue passionem. Impossibile est enim, mater piissima, Filij tui intrare vulnera, & non intrare cor tuum, quia illa vulnera sunt in corde tuo perpetuo collocata. Sicut enim illa stigmata semper erunt in Filij tui corpore, sic semper & in Matris mente. Quis ergo tardabit? Quis amplius pigritabit, hoc nauigium introire? dulce est de te audire, sed dulcius de te cogitare; E dulcissimum, & nimis suauissimum per Christi vulnera intrare cor tuum. Non recedat homo à Christi contumelia, & vulnere, si non vult de tuo corde exire. Ibi fit homo totus Virgineus, totus sanctissimus, totus diuinus, obliuiscitur homo sui. Solum recogitans quæ sunt Matris, & Filij.

8. *Aue Maria.* Sine væ animæ, & corporis: animæ, quia sine væ infirmitatis, vt esset tibi difficile ad bene agendum; sine væ ignorantiæ, vt non possis cognoscere, siue eligere bonum à malo: sine væ malitiæ, vt esses prona ad malum. Quantum ad corpus, sine væ doloris in pariendo; sine væ subiectionis, marito non obsequendo, sed potius ipse tibi; sine væ fatigationis in filios nutriendo. *Maria*: Hoc nomen interpretatur stella maris, amarum mare, & dicitur & stella, inquam, maris, in natiuitate Filij: amarum mare in passione Filij. Quia sicut ad stellam ferrum vertitur tactum ad adamantem; sic ad te corda peccatorum ferrea, quasi circa F se vertentia ad cœlum, scilicet Sanctorum te laudantium. Amarum mare propter bonitatem Filij, propter genus mortis eius, propter visionem mortis eiusdem, Domina vero fuisti ratione dignitatis, quia Mater regia; ratione virtutis primigenia Virginum; ratione loci, quia thronus tuus est super thronos Angelorum.

9. *Gratia plena*, humilitatis, reuerentiæ, taciturnitatis, mansuetudinis, prudentiæ in solitudine, & Virginitate. *Gratia plena* fuit B. Virgo quantum ad Dominum, qui eius humilitatem respexit; quantum ad Angelos, quibus etiam cognata Virginitas; & quantum ad homines, quibus edidit Salvatorem. Vel *gratia plena*. Quia Virgo contra carnem; pauper contra mundum; humilis contra diabolum: *Dominus tecum*. Sicut Pater cum Filia gubernando, sicut Filius cum Matre obediendo; sicut custos eius thesaurus custodiendo; sicut puer cum nutrice; sicut sponsus cum sponsa; sicut Rex cum Regina. Et vltimo *Dominus tecum* per naturam, per gratiam, & per gloriam. G Per naturam, excellenter subsistendo; præsentialiter cognoscendo; potentialiter persistendo. Per gratiam, scilicet infusionis, operationis, & reuelationis: & per gloriam, quia in ratione plenitudo lucis, in voluntate plenitudo pacis, in memoria continuatio æternitatis. *Benedicta tu in mulieribus*. Quia in vtero sanctificata; Quia in anima à peccato præseruata; Quia in te peccati fomes extinctus; Quia bonis omnibus, & virtutibus repleta. Quia vtero tuo priuilegiata. Quia concepisti sine semine, portasti sine pondere, peperisti sine dolore. Quia ab omnibus Christianis specialiter laudata. Quia ab ipso Christo, & omnibus Sanctis & Angelis in morte obuiata, &c.

S. ANSELMI EPISCOPI

MEDITATIO

H Super *Salve Regina*, &c.

Titulum hunc præfixum habet codex ille prægrandis Mantuanus M. S. circa quem fortassis lector hæsitabit, dum viderit opellam hanc alias D. Bernardo attribui, atque inter eius opera circumferri. Eadem quidem vtrobique est meditatio, sed illa contractior, ista duplo maior, neutra tamen reputabitur Anselmi, si Bernardus, illo posterior, postrema illa verba, O clemens, ô pia, ô dulcis Virgo Maria, *subiunxerit in vrbe Spirensi, quod scribunt plerique. Alij solemni trina genuflexione recitasse volunt, non addidisse. Possevinus vtique lectorem monet, vt videat, verum rectè Bernardo tribuatur. Idem profectò huius & præcedentium meditationum censendus est autor, maxime pius, diuinis contemplandis mysterijs assuetus.*

Vide Eylengren. in Chronic. Spiren.

AD salutandam beatam Virginem, primo debet eius magnitudinem considerare: nec enim amplius circa

A Filium suum potuit eleuari, quàm vt Mater Domini vocaretur. Exultans ergo, & admirans magnificentiam Matris nostræ, deuote & reuerenter, ac confidenter ad ipsam accedens dicito: *Salve*. Hoc dicto resilias in tuam paruitatem à magnificentia Matris Dei. Et dic*, patientiam habe in me Domina, quis ego vilissimus hominum audeo assistere tantæ Dominæ, & salutare te præsumo Reginam Cœlorum, Dominam Angelorum, Matrem Dei mei; sed de tua benignitate, Domina, humili, ac humilitate benigna confido, quod me indignissimum sustinebis. Et quamvis sis arca Dei, sine comparatione nobilior arca veteris testamenti, & ego multo ignobilior; attamen cum te tetigero corde, ac salutauero ore, non credo perenti, sed tuo amore potiùs inflammari, & à tua pietate largissima in omnibus exaudiri. Ergo *Salve Regina*, Sub tuo tegimine Domina, de cætero volo militare, me totaliter dominationi tuæ committo, vt me plenarie tegas, & gubernes. Non me permittas mihi, B quia sum mihi ipsi conscius nimis. Quidquid enim mihi dimiseris, noueris miserrime destruendum. Sed cum plenus sum miseria, & à planta pedis vsque ad verticem putrefactus, putredinem generem & horrorem, quomodo me tegere dignaberis tam nobilis creatura? Certè quia tu es Regina *misericordiæ*. Et qui sunt misericordiæ subditi, nisi miseri? Sic ergo *misericordiæ* Regina es, & ego miserrimus sum, omnium subditorum tuorum maximus peccator, Quomodo ergo Domina in me non exercebis tuæ miserationis effectum? Verè Domina, Regina es *misericordiæ*; quia non est in hac vita sic desperatus, sic miser, cui non impetres salutarem misericordiam, si quis ad tuum declinauerit tegimen. Certè Domina, cum te aspicio, non nisi misericordiam cerno. Nam pro miseris mater Dei facta es Misericordiam miseris genuisti. Vndique Domina misericordia tu vallaris, solum misereri appetere tu videris. Multum es sollicita de miseris, hos in tuos filios adoptasti, hos regere voluisti Domina, & ideò Regina *Misericordiæ* debitè tu C vocaris. Quid ergo de cætero, Domina, formidamus? Quid timemus? Quid ad te gradu concito non venimus? Et quis à te, quæ petierit, non habebit? certè nescio, nisi qui se miserum non cognoscit. Quia non subest de nobis tuo tegimini nisi miser, aut etiam qui te cognoscit miserum, & de tua misericordia confidit. Illi ergo paueant soli, qui se existimant iustos esse, & superbi & præsumptuosi, qui tuo regimini non subsunt, & etiam illi miseri, qui tuam misericordiam non requirunt. Nos ergo miseri tecum de cætero consolemur, tecum modò Domina habitemus; te medijs visceribus amplectamur. Quia tu es *vita*. Vita verè, quæ mortem superbiæ humilitate vicisti, quæ nobis vitam gratiæ impetrasti, quæ vitam gloriæ genuisti, & non est dubium, quod vitam naturalem à multis periculis liberasti. In omnibus enim te vitam morti opponis, eum videris expedire. O vita mirabilis, quæ mortuos viuificare conaris. Per te, Domina, est regressus de priuatione ad habitum. O vita mortem non timens, mortem expellens, mortales immortales D constituens! O certè vita amabilis, vita desiderabilis, vita delectabilis! O vita non senescens, sed potius senes ad iuuentutem reductos! O vita, carnales vitas ad nihilum redigens! O vita certè contraria mundi vitæ! Qui enim vult te habere, se affligat, delicias respuat, delicata quæque contemnat, & qui amplius mortificatus fuerit, te amplius possidebit. O *vita* diuina fortificans potestate, impetratione diuinam sapientiam exhalans, & diuina vegetans bonitate. Si vita mea es, cur non semper vegetas vitam meam? Quis mihi tribuat, vt semper gaudeam beneficio huius vitæ? *Dulcedo*. Verè dulcedo, qua amaritudinem peccatorum impetrando expellis; quæ nobis dulcorem gratiæ acquiris; quæ ad suauitatem patriæ cœlestis contemplantes introducis, & demum ad ipsam possidendam adducis. O dulcis Domina, cuius sola memoria affectum dulcorat, cuius magnitudinis meditatio mentem eleuat, cuius pulchritudo oculum interiorem exhilarat, cuius amœnitatis immensitas cor meditantis inebriat! O Domina, quæ rapis corda dulcore tuo, & nunc cor meum Domina rapuisti; & vbi E quæso posuisti illud, vt ipsum valeam inuenire? Nunquid in sinu tuo, vt meipsum inueniam, collocasti? Nunquid inter tua vbera posuisti? fortasse ibi posuisti illud, vt quod friguerat, amore tuo succensum calefiat, vt à te nequeat separari. O raptrix cordium! Quando restitues mihi cor meum? Quare sic corda simplicium rapis? Quare violentiam, imò beneuolentiam facis amicis? Nunquid vis ipsum tenere? Cum illud à te postulo, mihi arrides; & statim tua dulcedine consopitus quiesco cum in me reuersus, iterum illud postulo, me amplexaris dulcissima, & statim inebrior tuo amore. Nunc cor meum non discerno à tuo. Nec aliud petere scio à te nisi tuum. Sed ex quo sic est cor meum tuo amore inebriatum, tuo amore consopitum; guberna cum tuo, & in sanguine agni conserua, & in latere filij tui colloca; vt solum quæ sentis, sentiat; & solum diligat quæ tu amas, non in terra, sed in cœlo sit tecum. O! beatum cor est, cui datum est semper, vel quasi semper, F Dominam meditari: cui datum est semper inter delicias Domini gloriari; necnon compati Filij passioni. O mirabilis, & amabilis cordis dulcedo, cui cætera* & patrē, matrem & filios, vel ea, quæ ad ipsos spectant, fœtidissima, & amara videntur. O dulcissima Domina, dulcissimum fructum habens, dulcissimè corda attrahens, dulcissima bona largiens, dulcissima quæque promittens, dulcissima corda tu reddis. O quam dulcis es Domina mea. O certè quam dulcis, & quam dulcissima in delicijs, dulcissima habens vbera pietatis, & summe benedicta. Tunc assequar quæ intendo, tunc possidebo quod spero. Quia tu es *spes nostra*. Nonne tu es Domina regni? nonne tu es Mater præmij, scilicet Christi, qui est præmium bonorum, ac beatorum? Nonne tu es quæ nos tantum desideras exaltari? Nonne sine comparatione plus nos diligis, & bonum nostrum procuras, quàm mater carnalis? Si ergo nos vis facere gloriosos; imo quia vis, quis poterit prohibere? Quid enim habes aliud facere nisi Filium exhibere? Ipse est meritum, & præmium nostrum, G & gloria nostra est. Sperent ergo in te, qui nomen tuum nouerunt, quoniam non derelinquis quærentes te, Domina. Certè qui sperant in te, mutabunt fortitudinem, assument pennas vt aquilæ, current, & non laborabunt, volabunt, & non deficient. Quis non sperabit in te, quæ & adiuuas desperatos? Et quis non sperabit in te, propter quam exauditæ sunt preces patrum, oracula Prophetarum, & eorum adimpleta promissa? Et quid potuerunt, Patriarchæ, & Prophetæ desiderare, Domina, quod per te non fuerint assecuti? Si antiqui per te hæc omnia habuerunt; quomodo nos, qui sumus filij tui sanguine vnigeniti iam redempti, non habebimus, quod voluerimus postulare? Non dubito quod si ad te venimus, habebimus quod volumus. In te ergo speret, qui desperat: qui deficit, ad te currat confidenter; ad te veniat, qui vult aliquid impetrare dicendo: *Salve*. Quis à tua salutatione de cætera nos poterit prohibere, ex quo sic es Mater, & Domina, *vita*, *dulcedo*, & *spes nostra*! Quis ergo ex quo Regina es, à tua reuerentia H nos poterit impedire? Non solum homines, sed vniuersæ etiam creaturæ te genitricem Dei salutent. Vniuersa, Domina, per te sunt restaurata, & suum conditorem per te recuperant vniuersa, vt sibi debito ordine sint subiecta. Certè mirum videtur, quod totus mundus cessat à tua salutatione; quin semper te laudet omni tempore, & salutet. Sed quid est te bis salutare, nisi te vt Dominam Angelorum, & hominum reuereri? Et quid est salutem replicare nisi tibi sine fine reuerentiam exhibere? Quid est te salutare & iterum salutare, nisi salutem, & salutis profectum à te, Domina, postulare? Quid salutamus, & iterum salutamus, nisi vt tam interius, quam exterius per te, Domina, salubriter custodiamur? Quid est saluto, & iterum saluto, nisi quia tuæ reuerentiæ vtrumque hominem expono? Vt quid porro te salutaui, & iterum* salutaui, nisi vt per te Deum, & hominem, nisi vt per te tuum Filium possiderem? Quid salutaui te, nisi vt redderem ad mea vota accinctam; &

A iterum salutavi, nisi vt propera esses ad perficiendas? Aot certè primo volumus salutare, vt te commendaremus; secũdo vt post hanc miseriã Filij tui gloria gauderemus. Primo es, Domina, salutanda, vt per te gratiam impetremus, secundo vt per te ad gloriam veniamus. *Ad te*, Ad te verè, quia tu Domina Deum & hominem genuisti: Tu sola, Domina, hæreticam prauitatem interemisti: Tu sola es Domina regni: Tu sola es gubernatrix præmij. *Ad te* matrem nostram, Ad te nutricem nostram, Ad te adiutricem nostram: Ad te certè, quæ nos laues à fæcibus peccatorum, quæ nos consolaris etiam in incunabulis vagientes, lactas parvulos esurientes, tuis brachiis sustentantur infirmi deficientes, tu verè consolidas vulneratos, ad salutem perducis ægrotos, & non solùm mater, & nutrix, sed etiam medica facta es miserorum, quæ non derelinquis derelinquentes, quæ recipis fugientes, quæ es Regina, Imperatrix, & Domina Angelorum; quæ blandimentis nos allicis, deliciis nos foues, & nutris. **B** *Ad te clamamus.* Quomodo non clamaremus, Domina, qui vulnera sustinemus; plagas sentimus, qui vndique ab inimicis circumdamus, & terremur. *Clamamus* angustiati, & miseriis infinitis oppressi. *Clamamus* cordis anxietate, stomachi vacuitate, doloris acerbitate, aut forte erga te amoris immensitate. *Clamamus*, Ne tibi erga nos somnolentia inducatur, quæ nos die noctéque custodis. Quare obdormis Domina? Surge adiuua nos. *Clamamus*, etiam vt necessitatem nostram pandamus, quia clamare nos necessitas compellit. Necnon *Clamamus* vt ad compassionem te, Domina, inuocemus. Nam propter hunc clamorem raucæ factæ sunt fauces meæ. Quid ergo amplius affligi permittis? Si ergo multum tardaueris, vocem amittam clamando, & ad te amplius vociferari nequibo. Heu mihi, quid tunc faciam, cum nec exaudire me poteris, nec audire. Tunc quid faciam, Domina, cum è te fuero penitùs destitutus? Tunc quid faciam, cum tua vbera non poteris ministrare? Eia ergo, Domina, subuenias clamanti, ne manibus **C** subiaceam inimici. Curre festina, Domina, tuum nequissimum ac infidelissimum servum ad te clamantem parcendo adiuua, & eripe de manibus inimici, & à periculis tui hostis. Si non aliud, Domina, allicere te deberet, nisi quia tuus hostis audet nos servulos inuadere fraudulenter, deberes quantocius festinare. Curre, & libera nos, Domina, propter eorum superbiam reprimendam. Curre ne inimicus glorietur in tuis clientulis dominari. Curre, ne dicant vbi est eorum Domina, de cuius clementia confidebant? Ne mireris Domina, si clamamus, quia sumus à te nimium elongati. In regione longinqua dissipauimus partem nostram. Qui si prope essemus planius possemus loqui, & ideò memores vberum tuorum ad te clamamus. *Exules* à patria, exules à visione Diuina; nec non exules à gratia, exules à consolatione materna! O anima mea tua non es potius separata à corpore, quam à tua Domina exulare? Si es exulata à matre, exulata es à capite Christi. Et quomodo potes miser sine capite ambulare? Nonne sine capite **D** ambulare esset monstrum? Heu mihi, cur sum in tam longum exilium relegatus. Quando videbo Deum Saluatorem meum? aut quando potero saltem meam Dominam intueri? Non dubito, Domine, quod si ad te tanquam exules clamaremus corde, te, & Filium tuum possideremus plenè. Cur ergo volumus hic quiescere tanquam ciues, cur non ad patriam anhelamus? Cur non affectamus matrem dulcissimam amplexari? Quid non desideramus secum, & cum Filio suo commorari? O Domina, dum hic sumus exules, constituas nos ne hic tanquam in patria confidentes, te, & tuum Filium quærere desistamus. Sic tamen constituas in corpore, vt semper tecum simus ciues in mente. *Filij Euæ.* Verè filij Euæ, quia superbi, præsumptuosi, ambitiosi, auari saltem libris & scientiæ, & vtinam non te elia; gulosi, carnales, & inobedientes, & breviter, ipsam Euam in omnibus sequentes, proni sumus ad malum; difficiles vero ad bonum. Et si contingat aliquem filium bonorum operum generare; cum quodam cordis dolore, & tristitia parturimus multoties, sed malum cum lætitia perpetramus. **E** Non nobis sufficiunt mala nostra; sed sicut Eua Adam, ita & nos aliquos inclinamus ad mala. Et sicut ipsa excusabat se, ita & nos in nostris defectibus excusamus, aut saltem si possimus, in alios retorquemus. Tædet nos vesci ligno vitæ; Christum Dominum, scilicet in Cruce contemplari, & manus ad lignum vetitum applicamus. Non curamus per contemplationem Paradisi deliciis consolari, sed potius volumus in peccatorum fæcibus habitare, & vanissima quæque tractare, imò vt verum dicam, fœtidissima stercora masticare? Heu quanta insania, & vanitas, & cæcitas inaudita. Plus enim nobis placet, in labore nimio, & sudore vilia & mortem nostram acquirere, quam cum omni dulcore & suauitate vitam non solum acquirere, sed etiam quodam modo possidere æternam, & gloriæ Dominum degustare. Et nisi, Domina, nos adiuuisses, fortasse ad inferni profundissima venissemus. Non est, **F** Domina, quod nos valeat excusare; quia non te, sed Euam in omnibus imitamur, imò potius transcurrimus in malis. Et ideò hoc à tuo clementi suffragio cognoscentes, per te, Domina, de tanta miseria subleuari sperantes, propter hoc, *ad te*, Domina, *suspiramus*, suspiramus autem de bonæ matris absentia, venire ad te Domina cupientes. *Suspiramus* ad te, Domina, videre tuum Filium affectantes. *Suspiramus* tanquam parvuli ad vbera anhelantes; tanquam filij, & indigni ad tuos maternales complexus tendentes. Ad te *suspiramus* desiderio. Ad te *suspiramus* amore interno, tuo nimis inebriati amore. Nullus enim, nisi tuus amor, quo erga te sumus inebriati, Domina, intrinsecus, cogit nos ad te Dominam suspirare. Quis enim te non diligat, & ad te non suspiret desiderio, ad te reparationem omnium, amoris caminum, pulchriorem sole, dulciorem melle, bonitatis thesaurum, honestatis speculum, omnis sanctitatis exemplum? Omnibus enim amabilis, affabilis, omnibus delectabilis. Sedes es sapientiæ, fluuius clementiæ, radius Deitatis; nec est, qui se abscondat à calore tuo. **G** Sic ergo ad te desiderio, & amore medullitus suspiramus. *Suspiramus* nos, & vehementi dolore: nam vndique nos angustiæ premunt. Quomodo ergo ad te, solatium miserorum, refugium captiuorum, liberatio captiuorum, sponsa adulterorum, Regina stellatorum, Domina vniuersorum, etiam inimicorum, non est qui tuæ voluntati valeat obuiare. Et ideò sic afflicti, sic miseri, ad talem, tam dulcem, tam suauem, in omnibus adiutricem, lignum vitæ, consolationis radicem, ad te, talem, inquam, Dominam suspiramus. *Gementes, & flentes in hac lachrimarum valle.* Tu Domina nonne vides, quod totaliter sumus amaritudine pleni? Intus sumus gementes; exterius flentes, in hoc lachrymoso loco iacentes. Onerati peccatis gemimus, aggrauati molestiis flemus, abundantes miseriis flemus, in valle lachrymarum auxilio destituti gemimus, solem iustitiæ non videntes. Flemus inimicis nostris servientes, in valle lachrymarum sumus, tuum auxilium postulantes. Hæc est **H** certe vallis lachrymarum ad quam omnia lachrymabilia fluunt, gemebunda decurrunt, ad quam flebilia ruunt. Ad hanc vallem fluxerant dæmones infernorum, hic est pœna protoplastorum, miseriæ antiquorum. Quid amplius dicam? non sufficio, nec scio huius vallis detestabile enarrare. *Eia ergo aduocata nostra*! O laudabilis clementia Saluatoris, & nimium amabilis, qui sic afflictis tam nobile subsidium dignatus est elargiri! O certè Dei nostri mira benignitas, quæ suis reis te Dominam, tribuit aduocatam, vt à Filio tuo, inter nos & Deum Patrem iudice constituto, quod pro nobis volueris, impetrare valeas. Nec enim dubium erit, quod non tam manifeste damnabit, quos conseruat tuæ aduocatio pietatis! O admirabilis erga nos misericordia Dei nostri, qui ne à sua fugeremus clementia, non solum communicare nobiscum in iudice, vt esset Deus, & homo, id est, Christus, à quo debet sententia promulgari, sed voluit viscera misericordiæ, matrem suam, Dominam gloriæ, nostram constituere aduocatam; vt rei, non iu-

A dicium, sed subsidium, non supplicium, sed æternum præmium inuenire possemus. Et ideò non est timendum quin miserearis miseris, & ad illam partem declines sententiam, quam defendis, & nobis impetres gratiam, quam pro nobis precaris. Scio bene quod post sententiam non restat appellatio ad maiorē, quia etsi iudex sit homo, cuius es mater, est tamen & Deus, Filius Dei Patris. Non enim video, Domina, quomodo tibi aliquid valeat denegari, & quin per te cælestem patriam habeamus. Et hæc etiam miranda illa pietas: hoc est certe quod cupit Deus noster. Hoc est quod desiderat. Hoc est, pro quo te nostram constituit aduocatam. Non restat ergo, Domina, nisi vt *illos tuos misericordes oculos ad nos conuertas* Non dubito Domina, quod si nostras aspexeris miserias, non poterit tua miseratio suum retardare effectum. Mirabiles, necnon amabiles sunt tuorum radij oculorum, quibus nos allicis ad amorem, & ad plenam ducis salutem, ne venenatos oculos basilisci timeamus. O Evæ
B oculi venenati, cur non offertis vos oculis Virginis, si vultis perfectam recipere medicinam? nam suorum radij oculorum & claritas expellit tenebras, dæmonum effugat cateruas, purgat mentium vitia, corda congelata accendit, & demùm ad cœlestia trahit. O beati, Domina, quos viderint oculi tui. Hos ergo oculos benigna Domina ad nos conuerte. *Et Iesum benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende.* O venter mirabilis, qui potuit recipere Creatorem! O venter laudabilis, qui meruit concipere redemptionem! O venter desiderabilis, à quo emanauit desiderium mentium, gratiarum fluvius, gloriæ præmium! O venter, non venter, sed Empyreum cœlum. In hoc ventre fuit pretium perditorum, felicitas beatorum, Dominus Angelorum! O beata vbera! O Domina mea! O fons pietatis, lacus sanctitatis, fluuius bonitatis venter tuus Domina! O felix venter, qui solem genuisti, vniuersum mundum reparasti, cælestem patriam recuperasti, insuper donasti! O quàm preciosus venter, qui protulit medicinam infirmis,
C vitam mortuis, Paradisum iustis! O venter eburneus, & sedes sapientiæ! O venter tornatilis, & celsitudo gloriæ! O venter amabilis, & dulcedo animæ! O eleuatio mentium, inebriatio cordium, & suauitas peccatorum. Fructus tuus, Domina certè est fructus beatus à principio sui ortus. Hic est Iesvs Dei viui Filius. Hic est Salvator noster Christus Dominus. In dulcedine huius fructus subleuatur intellectus, dilatatur affectus, & vtriusque quietatur appetitus. Clarescit ratio, dulcescit affectio, purificatur intentio. In dulcedine fructus tui totum liquescit cor, tuum fructum degustans. Hunc Iesvm, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende. Vt ipsum videndo, ipsum habeamus, ipsum videndo beatitudine repleamur, ipsum videndo in ipsum rapiamur, ipsum videndo in ipsum diffundamur, ipsum videndo in ipsum conuertamur. Vt sic Deifici, non nostri simus, sed totaliter transformati in ipsum. *O clemens! O pia! O dulcis MARIA!* O clemens indigentibus, Pia exorantibus, Dulcis amantibus! O clemens pœnitentibus,
D Pia proficientibus, Dulcis contemplantibus! O clemens liberando, Pia largiendo, Dulcis te donando! O clemens consolando, Pia consulendo, Dulcis blandiendo! O clemens in conspectu, Pia in effectu. Dulcis in affectu. Clemens in conceptu, Pia in aspectu, Dulcis in amplexu. Clemens es afflictis, Pia derelictis, Dulcis in amore iustis. Clemens es subiectis, Pia iam correctis, Dulcis prædilectis. Clemens es petentibus, Pia te quærentibus, Dulcis te pulsantibus. Clemens admirantibus, Pia exultantibus, Dulcis te gustantibus. Clemens es pauperculis, Pia es despectis. Dulcis es deuotis. Clemens es eleuatis, Pia transformatis, Dulcis liquefactis. O clemens! O pia! O dulcis Virgo Maria. Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum.



E

SANCTI ANSELMI

Meditationes

De gestis Domini nostri Iesu Christi.

Sequentes rythmos Anselmo adscribit Arnoldus Vuion: eiusque nomen, atque hos titulos prafert codex M. S. Mantuanus. Similes, eiusdemque modulationis alij habentur apud Bernardum. Pij quidem sunt isti, & affectuosis meditationibus respersi. Grauior magisque serius & succinctus est author in canendis Christi mysterijs in primo; in secundo laxior, in Cristi Passione enarranda totus effusus in soliloquia, & pios erga B. Virginem affectus; cuius doloris vehementiam, animi languorem, & eiulatus in Christi Passione frequenter exaggerat. At sacratissimam Virginem perfectum habuisse dominium in omnes suas actiones, affectus, & potentias, nihilque indecorum, nihil dissonum in se permisisse, antiquorum & grauiorum Patrum est sententia. Idipsum in primo rythmo monet author: Sed gestus (*inquit*) Virgineos dolor non deflorat. *Diuersus videtur in secundo, vbi per omnia, tam serie meditationum, quam verbis concordat cum Opusculo* de Lamentatione Virginis Mariæ, *S. Bernardi operibus intermixto. Quid si hic etiam illius author opilla? Nos vtique rythmo notulas, numerosque marginales apposuimus.*
F
Vid. Suar. in 3. part. to. 2. disput. 4. sect. 3. & disp. 41. sect. 2.

Prologus

DEsere iam anima lectulum soporis:
Languor, torpor, vanitas excludantur foris.
Intus cor efferveat facibus amoris,
Recolens mirifica gesta Salvatoris.
Mens, affectus, ratio simul conuenite,
Occupari frivolis vltra iam nolite.
G Discursus, vagatio, cum curis abite,
Dum pertractat animus Sacramenta vitæ.
In primis, præcipuè lector moneatur,
Ne sequens opusculum cursim percurratur.
Sed legendo paululum, sensus protrahatur,
Vt ipsis deuotio verbis hauriatur.

Mysteria vitæ Christi.

Iesu mi dulcissime, Domine, Cœlorum
Conditor, Omnipotens, Rex vniuersorum,
Quis iam actus sufficit mirari gestorum,
Quæ te ferre compulit salus miserorum?
Te de cœlis charitas traxit animarum,
Pro quibus palatium deserens præclarum,
Miseram ingrediens vallem lachrymarum,
Opus durum suscipis, & iter amarum.

Annunciatio.

Angelus ad Virginem à te destinatur,
Per quem incarnatio tua nunciatur.
At Virgo dum sedula voce salutatur,
Admirando, seriem rei percontatur.
Cum te, inquit, Spiritus sanctus fœcundabit,
H Tibique Altissimi virtus obumbrabit,
Paries, quem, filium Dei gens vocabit;
Eique perpetuum Regnum pater dabit.

Incarnatio.

Ad consensum Virginis mox hunc descendisti,
Et pudici pectoris templum elegisti:
Virginis pauperculæ cellam introisti,
Qua nostræ substantiam carnis assumpsisti.

Natiuitas.

Pudoris signaculum seruans illibatum,
Et quem Virgo concepit, Virgo parit natum;
Non decet vas flosculi esse defloratum;
Neque Deum tollere matri cælibatum.
Cœlo, terræ, tartaro, tu qui dominaris,
Formam serui sumere iam non dedignaris:
Ter tribus in vtero mensibus versaris;
Sic minus ab Angelis paulo minoraris.
Quam potens benignitas, quam potestas pia:
Cœlo terræ præeminens nascitur in via,
Cui dant obsequia, Ioseph, & Maria,
Hunc canens Angelica laudat harmonia.

Maiestas

A *In præsepio.* Maiestas Deifica quantum inclinaris,
Cum Deus ex fœmina oriri dignaris?
Numquid in palatio Rex cæli lætaris?
Non; sed in præsepio breui reclinaris.
Iesus, quem Angelicus cœtus veneratur,
Vestibus purpureis natus non ornatur:
Sed in satis vilibus pannis inclinatur,
Sicque mundi gloriam pauper detestatur.
Natis Regum Principes solent congaudere.
Et altrices nobiles vbera præbere,
At hæc Dei filius renuit habere,
Malens se pastoribus natum exhibere.
Sola Virgo genitrix summi Patris nato
Lac fundis Virgineum vbere sacrato,
Infantia Vagientem osculo consolaris grato,
Sitis, fones gremio, sinuque beato.
O fœlix puerpera sola gaudens paris.
Eia quam & dulciter nato iucundaris.
Quam piis amplexibus Iesum amplexaris.
B Quam gratis obsequiis ipsi famularis.
O Dei dignatio, quam mira probatur.
Regitur potentia, Deus inclinatur.
Altitudo subditur, longum breuiatur.
Fit plana profunditas, latum angustatur.
Tristatur lætitia, salus infirmatur:
Panis viuus esurit, virtus sustentatur.
Sitit fons perpetuus, quo cælum potatur.
Et ista quis intuens mira non miratur?
Qui sub lege nasceris, legem obseruasti,
Circumcisio. Circumcisus pretium nostrum inchoasti,
Dum pro nobis sanguinem patri immolasti.
Tunc etiam proprium nomen reportasti.
Adoratio Magorum. Magos duce sydere ad te perduxisti,
Quorum donis mysticis coli voluisti.
In Ægyptum transmeans hostem euasisti;
Exemplum debilibus in hoc reliquisti.
Præsentatio in Manibus Virgineis templo præsentaris,
Iusti senis brachiis paruulus portaris.
C *Templo* Per quem tu propheticè Deus prædicaris.
Gentium lux Israël gloria vocaris.
Postmodum puerulus bis iam sex annorum,
Disputatio in Templo Quæsitus à Virgine in turba notorum;
Et in templo medio repertus doctorum
Audiens, interrogans mira secretorum.
Fili, inquit genitrix, quid nobis fecisti?
Sic Iesu quæ Patris sunt, tractare venisti?
Quæsitus iam triduo cur sic latuisti?
Non tamen hominibus subdi renuisti.
Ex hinc ad trigesimum annum Saluatoris
Miror quò se transtulit calamus scriptoris.
Hic forsan suggeritur animo lectoris,
Ne se nimis publicent acta iunioris.
Baptismus. Baptizatus postmodum culpas nostras lauit,
Tactu sacri corporis aquas consecrauit,
Quem descendens Spiritus sanctus illustrauit,
Voxque Patris Filium palam declarauit.
Ieiunium deserti. Hic Iesu dulcissimè eremum subisti,
D Ibique Ieiuniis corpus afflixisti,
Et cum feris habitans Sathan confudisti,
Sic exemplum efficax cunctis reliquisti.
Vocatio Apostolorum. Cumque tua placuit facta declarare,
Atque pœnitentiam mundo prædicare,
Incipis discipulos tecum aggregare,
Quales solet sæculum viles reputare.
Respuis Philosophos, vocas piscatores,
Et quos mundus despicit, efficis doctores.
Vt confundas fortia, dissipes tumores,
Per hos tibi subiicis terrarum rectores
Miracula. Hinc signis mirificis mundum illustrasti,
Approbans coniugium, nuptias intrasti,
Et in vinum optimum aquam commutasti,
Paucis multa millia panibus cibasti.
Solo tuo mortui verbo suscitantur,
Cuncta morbi genera protinus curantur,
Mari, ventis imperas, nec vltra turbantur,

E Præcipis dæmoniis, & mox effugantur.
Prædictio passionis. Iesu benignissimè, post gesta tam clara
Nuntias discipulis intimas amara:
Turbantur mox pectora talium ignara,
Immolandum indicas Te Crucis in ara.
Vrbes, Castra circuis, populos docendo.
Fatigaris, esuris, sitis discurrendo,
Molestaris crebriùs aspera ferendo,
Atque plebis perfidæ mala sustinendo.
Pergis Hierosolymam in asello sedens,
Triumphus Palmarum. Te plebs gaudens suscipit, obuiam procedens;
Iter sternit vestibus, palmæ ramos cedens,
Et agmen infantium te laudat incedens.
Vrbis defles præuidens casum perituræ,
Acta in vrbe. In templo mercantibus comminaris durè,
Inuident mox Principes, gens mentis impuræ,
Sciscitantes, talia quo præsumis iure?
Proditio Iudæ. Prædicans quotidie tempus præstolaris,
Quo pro vita sæculi mortem patiaris,
F Machinantur immundi modum, quo prædaris,
Spondent Iudæ pretium, vt eo prodaris.
Cœna. Cœnam cum discipulis post hæc celebrasti,
Quos tui mysterio corporis cibasti,
Pedes lauans singulis te humiliasti,
Ipsos post hæc pabulo verbi roborasti.
Tunc palam discipulis mortem prædixisti;
Et authorem criminis Iudam ostendisti,
Oratio in horto Oransque pro omnibus gratias egisti,
Et egressus protinus hortum introisti.
Lucem nox præcluserat, omnes exiere,
Cœpitque cum tædio Iesus pauere,
Monetque Discipulos paululum sedere,
Vt orandi spatium valeat habere.
Ecce Iesus legitur pauens contristari;
Non præsumat igitur quisque indignari,
Si tristatum quempiam viderit turbari,
Piè Magis studeat illum consolari.
Sudor sanguinis Tunc præcedens modicum humo se prostrauit,
G Et transferri calicem à se postulauit;
Sed patris arbitrio illud commendauit:
Ecce mox sanguineus sudor emanauit.
Quis vnquam mortalium ob mortis horrorem
Auditur sanguineum fudisse sudorem?
Ex hoc forsan instruit scriptura lectorem,
Illi numquam similem fuisse dolorem.
Adest statim proditor multisque vallatur,
Captura Vt impiorum manibus innocens tradatur,
Et salutans subdole Iesum osculatur,
Sed Iesus blandissimis verbis hunc affatur.
Ad quod, inquit Dominus, amice venisti?
Num vt tradas osculo, quem iam vendidisti?
Sæuientes protinus ruentes ministri,
Nec verentur fieri peremptores Christi.
Quis mirari sufficit in hoc Saluatorem,
Eiusque mirificum pectoris dulcorem?
En amicum nominat hostibus peiorem,
Admittens ad osculum pacis proditorem.
H O Iuda miserrimè, vt quid sic egisti?
Osculo pacificum neci tradidisti.
Quare beneficiis sic abutens Christi,
Bonis mala reddere non erubuisti?
Ministri mitissima voce postulati
Quem quærant? continuò corruunt prostrati,
Hinc pensent quam aspera erit vox irati;
Cuius verba dulcia nequiuerunt pati.
Comprehensus denique nequiter tractatur,
Vinculis atrocibus, diris mancipatur,
Sic agno mitissimo verè comparatur,
Qui nec minas ingerit, neque reluctatur.
Saluator mitissime, quam male vexaris?
Iam solus relinqueris, solus infestaris
Fugiunt discipuli, solus retentaris,
Opprobriis variis, sputisque fœdaris.
Fuga discipulorum. Eia nunc quò fugitis, vel latitatis,
Qui nuper cum Domino vos mori iactatis?

A Sed prior pro omnibus mortem subit gratis,
Ne pro Ipso postmodum mori timeratis.
Petri negatio. Sequens Petrus longe atrium intrauit,
Sed ad vocem fœminæ Iesum te negauit,
Quem dum Iesum respicit flendo suspirauit,
Et amaris lacrymis culpas expiauit.
Iudæ desperatio. Videns post hæc proditor quod Iesus damnatur,
Detulit argenteos, quibus vendebatur,
Et recedens, laqueo mæst suffocatur:
Sic mercede congrua latro præmiatur.
Christi iniuria. Nox insomnis itaque tota ducebatur,
Nulla prorsus requies Iesu præstabatur.
Ministrorum impia plebs iniuriatur,
Alapis, & colaphis innocens tractatur.
Iniqua accusatio. Falsi. Iesu, contra te testes inducuntur,
Tacensque dissimulas cuncta, quæ dicuntur,
Mane facto manibus vincula nectuntur,
Ad Pilatum traheris, hostesque sequuntur.
Accusatis nequiter, sed nihil probatur:
B Finguntur mendacia, verum occultatur,
Nec latebat iudicem, quod fraus operatur.
Ideo te perdere Præses verebatur.
Herodis aspectibus post hæc præsentatus:
Multisque sermonibus tacens rogitatus:
Te Rex cum exercitu spreuit indignatus,
Præsidi reduceris veste candidatus.
Iudæi tunc acrius instant accusantes,
Herodis, ac Præsidis fœdere lætantes,
Patienter toleras canes oblatrantes,
Et iniquis verbis te laniantes.
Tacentem ad omnia iudex admiratur,
Ab ipsis eripere Iesum conenatur.
Sed tumultus populi ingens suscitatur,
Et plebis vox insonat, vt crucifigatur.
O gens nefandissima, quare sic egisti?
Salvatorem abnegans, impium petisti,
Et latronem eligens, Christum perdidisti,
Sic ab eo despici iure meruisti.
C Videns Iudex denique se nil prævalere,
Impia sententia. Sed magis in populo tumultum augere,
Iudicauit fieri, quod hi petiere,
Exultat gens perfida, sui dolere.
Flagellatio. Traditur militibus, vinculis arctatur,
Ad columnam sistitur, dura flagellatur,
Vndique verberibus corpus cruentatur,
Sepelitur pietas, furor dominatur.
Ecce caro tenera pij Salvatoris
Ad columnam nequiter coarctata loris,
Sic flagellis cæditur impij tortoris,
Quod patent vestigia nunc vsque cruoris.
Varia opprobria. Post conflictum verberum vide quid agatur,
Purpura induitur, spinis coronatur,
Arundo in dexteram quasi sceptrum datur,
Et illusus, genibus flexis adoratur.
Adoratum conspuunt faciem cædentes.
Feriunt arundine caput, hæc dicentes:
Prophetando indica te percutientes,
D. Talibus ludibriis instant illudentes.
O quàm longum singula foret enarrare,
Sed quàm fuit longius tanta tolerare?
Læthali duritia constat laborare,
Qui amantem taliter negligit amare.
Ecce post angustias tot iniuriarum,
Oritur acerbitas denuò pœnarum,
Quare sic supplicium noscitur amarum,
Dum quod post actum est, reputatur parum?
Baiulatio Crucis. Nam per vrbis medium Iesus procedebat,
Suisque patibulum humeris ferebat,
Ad fores, ad ostia populos fiebat,
Eiusque confusio singulis patebat.
Occurre nunc anima intuens amantem,
Gratias ad patibulum pro te properantem,
Sponsum tuum respice crucem baiolantem,
Tua suis crimina pœnis expiantem.
Triplicem intuere turbam te sequentem,

Scilicet carnificum primam te prementem, E
Iudæorum alteram prorsus irridentem,
Amicorum tertiam anxiè lugentem.
Tandem ad Caluariæ locum transmeatur,
Et ibidem vestibus Iesus spoliatur,
Vt hinc quisque militum partem sortiatur; *Crucifixio.*
Post hæc in patibulo crucis coarctatur.
Ad pudoris cumulum, Iesu mi, nudaris,
Vt ventis ac frigori nudus exponaris:
Innocens cum impiis in cruce damnaris,
Et quasi dux criminis in medio locaris.
Stant à longe proximi, à nullo consolaris,
Sed assistunt vndique per quos cruciaris;
A malignis perfidè seruis blasphemaris,
Et quod pene peius est, à tuis desolaris.
Cor tumens superbis disce non inflari,
Nec te, quæso, pigeat Iesum imitari,
Quem indignè conspicis viliter tractari,
Qui præ cunctis meruit semper honorari.
Disce falsam spernere gratiam honoris, F
Laudesque contemnere humani fauoris,
Dum te vilem reputat homo videns foris,
Tu te vilem oculis penses Creatoris.
Vt quid ergo murmurans miser indignaris,
Si coram hominibus vilis reputaris,
Et magis in oculis Dei confutaris,
Coram quo pro meritis vilis comprobaris?
Tensis longe brachiis manus conclauantur,
Cutis, caro à tribus clauis perforantur;
Nerui, venæ simili modo laniantur,
Nec his tamen perfidi pœnis satiantur.
Sed ne desit quidpiam ad mortis horrorem,
Ferrum pedes penetrans cumulat dolorem,
Atque sic exacuunt impij furorem,
Postponentes nequiter Domini timorem.
Horrorem incutiunt mallei sonantes,
Cutemque cum carnibus totam terebrantes,
Neruos cum subtilibus venis lacerantes,
Et compages ossium simul dissipantes. G
Fundunt riuos sanguinis fontes Salvatoris,
Properans huc animas currat peccatoris,
Hauriat hic quidpiam sacrati liquoris,
Quo frequenter liniat vulnera doloris.
Denique melliflua verba charitatis,
Promit Iesus, veniam petens sceleratis, *Oratio in Cruce.*
O quantum exuberat vnda pietatis,
Non desperet amodo quisquam pro peccatis.
Crucifigunt, laniant, pœnas cumulando,
Sed tepeodis gratiam pro eis orando,
Non diffidat pœnitens quisquam aliquando,
Salutaris gratiæ copiam pensando.
O admiranda pietas bonitatis Christi,
Ad te de patibulo clamans voce tristi
Latro petit veniam, & mox indulsisti,
Quo spem pœnitentibus veniæ dedisti. *Conuersio boni latronis.*
Pœnam, quam sustinuit, crimen exigebat, H
At postquam in exitu vitæ pœnitebat,
Veniam consequitur statim, quam petebat,
Et perennem gloriam lætus obtinebat.
Post hæc matrem intuens Iesus aduocauit,
Eamque discipulo charo commendauit, *Ecce Mater tua.*
Virginemque Virgini pulchrè sociauit,
Ex tunc hanc discipulus vt matrem seruauit.
O quàm Virgo grauiter intus cruciatur,
Cum orbata Filio alij commendatur;
Mira commutatio meritò probatur,
Cum seruus pro Domino Matri commutatur.
Loquens Iesus denuò, Sitio dicebat, *Sitio.*
Et acetum protinùs felle quis miscebat,
Ac infusum spongiæ ori porrigebat,
Quod degustans paululum, bibere nolebat.
Heu Iesu mirifice, quid est quod agebas?
Tu de siti conquereris, de cruce silebas.
Puto quod magnoperè potum non petebas,
Sed salutem potius nostram sitiebas.

Venas

A *Christus exanguis.* Venas iam exhauserant riuuli cruoris,
Euanescit pristini species decoris;
Vultum tabes occupat liuidi cruoris,
Sic triumphat de Iesu pia vis amoris.
Corpus iam distenditur, & fauces raucescunt,
Christus tabescit. Contorquentur labia, crines perhorrescunt,
Pia languent lumina, membraque rigescunt,
Et totius corporis vires delitescunt.
Moritur. Vocem promens vltimam, Patrem inuocasti,
Spiritumque manibus eius commendasti;
Cum clamore valido tandem expirasti,
Sic salutis omnium opus consummasti.
Dum Saluator patitur, cæli obscurantur,
Sol obscuratur. Velum templi scinditur, tumbæ reserantur,
Scissis petris corpora multa suscitantur,
Et naturæ Dominum pati protestantur.
O quantum Iudaicam gentem nox premebat,
Quæ tanta miracula videns non credebat:
Sed quem vox prophetica cum signis promebat,
B Morti tradens impiè nequiter spernebat.
Planctus Virginis. Adstat Virgo Virginum cruci Saluatoris,
Stat transfixa gladio intimi doloris,
Nati pœnas intuens, & riuos cruoris,
Intus illa sustinet, quod hic tulit foris.
Adstans vnigenitum Genitrix deplorat,
Quo se vertat anxia, proh dolor, ignorat:
Nunc plangit, nunc eiulat, nunc gemens adorat,
Sed gestus Virgineus dolor non deflorat.
Vultu Mater anxio respicit pendentem
Sanguinem vulneribus largiter fundentem,
Nati cernit faciem in morte pallentem,
Nimirum sic laniat suam dolor mentem.
Nunc reposcit debitum atrox ius naturæ,
Quòd sibi detinuit olim * pressuræ:
Pœnasque cum fœnore extorquent vsuræ,
Quæ communi matribus debebantur iure.
Denuo parturiens experitur vere,
Quam sit Matri proprium nato condolere;
C Nam amaros gemitus cordis extorsere
Dolores, quos Filium certoia sustinere.
Gladio transfigeris doloris tenera,
Tensa videns Filij brachia procera,
Pendens corpus regium velut in statera,
Membraque fundentia Sanguinem sincera.
Cuius quæso valeat mens aut lingua fari,
Vulnus laterale. Quantum Virgo creditur intus cruciari:
Dum cernit iam mortui latus vulnerari,
Atque nati viscera lancea rimari.
Exiuit sanguis & aqua. Corpus quidem mortuum nil iam sentiebat;
Sed maternum lancea pectus transfigebat,
Quam fixam in Filij latera videbat,
Quo & aquæ, & Sanguinis liquor effluebat.
Miserere, Domina, miseris dignare,
Quos Iesus redimere dignatur tam carè,
Ipsaque te pietas cogat nos saluare,
Quæ te pati compulit pœnas, contemplare.
D Surge torpens anima expers vanitatis,
Aquas sperne sceleris, sume sanitatis;
Ecce fons purissimus, pater pietatis,
Affluunt vberrimæ tibi charitatis.
Pia exhortatio ad lectorem. Ad hunc ergo propera fontem Redemptoris,
Vt fluentia quidpiam haurias dulcoris,
Aquæ inde lauacrum pretium cruoris,
Hinc tui curatio profluat languoris.
O mira dignatio pij Saluatoris,
O verè mirifica pietas amoris,
Expers culpæ nosceris Iesu, flos decoris,
Ego tui, proh dolor, causa sum doloris.
Ego heu superbio, tu humiliaris;
Ego culpas perpetro, tu pœna mulctaris:
Ego fruor dulcibus, tu felle potaris:
Ego peto mollia, tu durè tractaris.
Ad te, Pater, dirigo propitiatorem,
Propter me qui proprium effudit cruorem.
Pater ne despicias, quæso, peccatorem,
Pro quo passum grauia nosti redemptorem. *E*
Tua docet passio, Christe, dolorosa
Creatori vitia quàm sint odiosa,
Inferni supplicia quàm sint lachrimosa,
Atque cæli gaudia quàm sint gaudiosa.
Hinc, ô Lector diligens, facilè perpendis,
Iesum passum intuens pro culpis delendis,
Atque pro suppliciis nobis auferendis,
Simulque pro gaudiis cæli conferendis.
O quàm admirabilis amor comprobatur,
Cum Iesus pro vitiis nostris immolatur,
Et pro pœnis debitis nobis cruciatur,
Suisque doloribus gaudia mercatur.
Ergo tuis anima viribus conare
Hanc amoris gratiam dignè compensare,
Hunc totis præcordiis gaudens amplexare,
Præter ipsum penitus nil velis amare,
Iesu, cordis gaudium, & dulcedo mentis,
Animæ solarium in te confidentis,
Te benignè deprecor precibus attentis,
Mei memor singulis custos sis momentis. *F*
O Iesu, quem curia cæli veneratur,
Tuum quàm mirifice opus consummatur, *Depositio Christi ex cruce.*
Iam de cruce tempus est, vt corpus tollatur,
Et labori requies ex hoc concedatur.
Nicodemus, & Ioseph post hæc affuerunt,
Qui nequaquam Domini neci consenserunt,
Hi pedum ac manuum clauos eduxerunt,
Atque de patibulo corpus sustulerunt.
Nunc accedens propera genitrix orbata,
Pia nati vulnera terge cruentata,
Oscula vulneribus imprimens beata,
Sanguinis libamina collige sacrata.
Cuius inquam integre cor excogitauit:
Quanto Mater studio vulnera tractauit,
Et tractando lachrymis tergere curauit,
Quamque crebis osculis illa delibauit?
Iam Virgo dulcissima, iam cessat ploratus,
Ecce dolor Filij cessat tumulatus,
Instatque lætitiæ dies exoptatus, *G*
In quo iam à mortuis sit resuscitatus.
Syndone Dominicum corpus implicatur,
Et cum aromatibus sepulturæ datur; *Funus Christi.*
Sed vt discipulis furtim non tollatur,
Militum custodia tumulus vallatur.
Magdalena denique locum obseruabat,
Quæ Iesu præcipuo amore flagrabat,
Peruigil aromatum vnguenta parabat,
Quibus hæc perungere Iesum festinabat.
Atqui luce Dominica, dum hæc peragebat, *Resurrectio Christi.*
Dominus ab inferis victor resurgebat,
Hinc captiuos eruens, quos Lymbus habebat,
Et tumba cum linteis vacans apparebat.
Terræmotus vehemens factus est repente,
Et descendit Angelus Domino surgente;
Tunc custodes vigiles consternati mente,
Fiunt velut mortui metu perurgente. *H*
Postmodum à tumulo territi fugerunt,
Et Iudæis seriem rei retulerunt,
Quos illi pecuniis multis corruperunt,
Et sublatum dicerent furtim, suaserunt.
O quàm mira cæcitas Iudæos premebat.
Quam cæca cupiditas milites vrgebat!
Sic hinc inde veritas occulta latebat:
Sed hoc diù fieri Iesus non sinebat.
Mane prima Sabbati surgentis aurorae
Magdalena affuit æstuans amore, *Mulier ad monumentũ.*
Sed dum cernit tumulum absque Salvatore,
Plens gemit & eiulat anxia dolore.
Adstans ad hæc specie Dominus ignota,
Hanc affatur dulciter, metus vi submota,
Quem quæris sic lachrymans, mulier deuota? *Mulier, quem quæris?*
Promere ne timeas cordis tui vota.
Secretorum cognitor, qui corda scrutaris,
Tu causas tristitiæ quare percontaris?

A An amantis lachrimis piè delectaris,
Cuius desiderium cordis tu probatis?
Illa, IESV, præter te nil prorsus quærebat,
Te corde, te labiis solùm sitiebat,
Pro te sexus immemor arma non timebat,
Pro te gemens anxie, pro te flens dolebat.
Hortulanum itaque hæc Iesum putabat.
Sed sic spiritualiter non multum errabat,
Nam sentes perfidiæ iam eradicabat,
Atque flores fidei plantare curabat.
Tunc vocem pijssimus Saluator mutauit,
Et eam ex nomine Mariam vocauit;
At hæc post agnum gaudens adorauit,
Adoransque gaudio multo exultauit.
Tu, Iesu, dulcissime, postquam surrexisti,
Frequens Christi apparitio. Sæpe te visibilem tuis præbuisti,
Cibos cum discipulis denique sumpsisti,
Et ipsis cernentibus cælos ascendisti.
Quanto putas gaudio Genitrix impletur,
B Quando impassibilem natum intuetur
Resurgentem, gaudio luctus mox deletur,
Et noua lux oritur, quæ non auferetur.
Nunc doloris gemitus omnis propulsatur,
Mœror in lætitiam mire commutatur,
Dum mors immutabilis victa coarctatur,
Et deuicto vitio virtus restauratur.
Sed si viso Discipuli gaudent Saluatore,
Qua putas lætitia gaudet ampliore
Viso suo Genitrix rediuiuo flore,
Quem extinctum viderat nuper in mœrore?
Ex hoc Virgo poteris securè gaudere
Tibi nequit amodò dolor præualere,
Sed nec vlteà corpori valet mors nocere.
Pia nobis igitur Mater miserere.
Amen.

C EIVSDEM S. ANSELMI

EPISCOPI MEDITATIONES,

De gestis Domini nostri Iesu Christi, & maximè de Passione ipsius.

Introductio ad meditationes. IESV Christi celeri miseratione,
Et Mariæ Virginis intercessione
Spero quod hæc meditans ex intentione,
Lachrymis plorabit se ex compassione.
En verba Apostoli omnibus promuntur:
Congregantes sunt, qui compatiuntur,
Qui certant legitimè, hi coronabuntur,
Et qui se diiudicant, non iudicabuntur.
Ergo Christi vulnera decet nos pensare,
Condolendo intimè plorando amare,
Dei adiutorio hostes superare,
D Discussaque crimina flendo expiare.
Ideircò, qui legis subscripta, dignare
Vigores affectuum simul congregare,
Vanitates studeas mentis elongare,
Legensque mortaliter noli festinare.
Si Iesum vis sæpius in his cogitare,
Non sit opus iugiter totum recitare,
Sed vbi te citius possis excitare,
Et deuotum animum dulciùs cibare.
Sic legendo habeas lector tuam mentem
Quasi Iesum intuens puerum lactentem,
Per ætates singulas iuuenem crescentem,
Item cernas Virginem illi famulantem.
Pandentem miracula, mortem patientem,
Penè vndique & semper ipsum imitantem
Sui pœnas Filij acriter plorantem.
Tormentaque singula mente tolerantem.
Quamuis enim pagina non videtur clarè
Virginis mœstitiæ modum declarare,
E Tamen inde conuenit nos pensitare,
Et in corde sæpius auidè tractare.
O Homo miserrime, quid sis memorare:
Deploratio ignorantiæ humanæ. Necnon ad quid factus sis, semper recordare,
Qualem Deus fecit te, miser meditare.
Heu qualem fecisti te, nequis cogitare.
Bonum satis fecit te, qui cuncta creauit,
Ac sæpe refecit te, quem peccatum strauit:
Heu, heu cur ingratus es ei, qui te lauit
Suo sancto sanguine, quem pro te stillauit.
O nequam, vanissime, inuide, pompose,
Iracunde, cupide, fornicans, gulose,
Mendax, piger, negligens, detractor, dolose,
Omnis mali seruus es, nimis vitiose.
Resipisce pessime, dum te vocat Deus,
Ne die iudicij puniaris reus,
Non ingratus maneas, vt falsus Iudæus;
Sed clama sæpissimè: pater Deus meus.
F Erubesce anima impia, ingrata,
Heu cur non consideras? cur es obdurata?
Flendo da suspiria, gemeque prostrata,
Vt tua cunctipotens deleat peccata.
Heu me quanta est animæ hebetudo;
Quam diuerse occupat sæpe turpitudo;
Cui sanctimoniæ deest habitudo,
Nisi ficta forsitan via similitudo.
Rarò se opus videt vix recordari:
Vix vt oret misera potest excitari:
Legere desiderat, magis quam precari,
Sed heu vanitatibus nequit satiari.
Nam dum Altissimum orans deprecatur
Penè inutilia sæpe meditatur
Heu ream esse se nec recordatur,
Sed discurrens undique vanè peruagatur.
Apparere nititur à foris agnina
Sed manet interiùs, proh dolor, vulpina,
Debita seruitia dum agit diuina,
G Semper in voluendo est, vt sunt molendina.
O quoties opus à te faciem auertit,
Et ad curas nouas citò se conuertit?
Quæ deberet facere non animaduertit,
Sed se male occupans seipsam peruertit.
Nempe carnis labia canunt verba vitæ,
Et adorauit sæpius corpus quoddam rite:
Sed hoc malum animæ est Dei oblitæ,
Nudæ bonitatibus, vitiis attritæ.
O cordis vesania multum abhorrenda,
Grauiter à Domino iuste punienda,
O cordis discursio iugiter deflenda,
Et iuuante Domino à cunctis plangenda.
O cordis vacatio, ô inquietudo!
Heu, heu hæc est animæ meæ ægritudo,
A qua elongata est vera sanctitudo,
Et perfecta criminis sui pænitudo.
Deus meus sana me tua medicina,
Corporis, & animæ dignum morte bina:
H Salutaris calicem mihi mox propina,
Et ad iuuandum me, deprecor, festina.
Parce vna Trinitas, vnitasque trina,
Pater, Fili, Spiritus, Maiestas Diuina:
Parce qui creasti me, ne fraus serpentina
Me credentem opprimat mortis ruina.
Pater te per Filium deprecor Messiam
Vt te solum diligam, fac & vt me sciam;
Cogitem continuè passionem diam,
Humilis in oculis cordis ego fiam.
Propter Matrem Virginem rogo, Iesu bone,
Vt cor meum vulneres tua passione,
Inde iugi perfruar meditatione,
Et Mariæ Virginis ex compassione.
Deus, sancte Spiritus, qui in deitate
Et persona tertia, plena pietate:
Obsecro propitium mihi semper da te,
Fac memor Christi sim Passionis gratæ.

A *Dei beneficia.*

Deus quanta debeo pietati isti:
Qui me ad imaginem tuam condidisti
Quem vilem vermiculum facere quiuisti,
O quàm multa munera huc vsque auxisti.

**Videtur hic Anselmus loqui de suo monachatu. Vide in legenda & comment. n. 25. & 26*

In peccatis genitum baptismo mundasti,
Victus necessaria semper ministrasti,
Formam, census copiam, honores donasti,
Et in loco* optimo me nunc collocasti.
Heu his donis omnibus scio me ingratum,
Quia non custodio Domini mandatum,
Sed negligentissimum reddo famulatum:
Atque nimis pronus sum ad omne peccatum.

Hominis ingratitudo.

**Et dolere de accepta ab Heuricoepiscopatus inuestitura. Vide ib.*

O dolor, ô gemitus, quid est quod *ego feci?
In quantam versutiam me ipsum deieci?
Non est malum aliquid, quod ego non feci,
Heu in bonis omnibus non est quod perfeci.
Heu quid aget anima sic in malis strata,
Quæ fœtet in vitijs velut reprobata:
Certè hic petenda est vt sit aduocata,
Quæ sæpe refugium est reis probata.

B *Deprecatio ad Virginem Mariam.*

O misericordiæ Mater, & Regina,
Semper Virgo permanens, Genitrix Diuina,
Miserere animæ, quæ iacet supina,
Oppressa multiplici peccati sentina.
Tibi pro Deo supplico, per quem venit vita,
Cuius est clementia vbilibet sita,
Per quam est astutia dæmonis contrita,
Vt nati iustitia per te sit lenita.
Primum fac, vt diligam Dominum perfectè,
Numquam eum deseram meditando, nec te:
In fide * catholica semper viuam rectè,
Carens omni scandalo * infidelis sectæ.

*** Et constanter odisse Henricianos & Schismaticos.*

O quantæ sunt gratiæ, quas per te recepit
Homo olim perditus, quem dæmon decepit,
Dum ex te altissimus naturam suscepit,
Et misericorditer nos iuuare cœpit.
Maiestas altissima se exananiuit,
Et in te purissima carne se vestiuit,
Cursu nouem mensium completo prodiuit,
Sine voce paruulus, qui immensus viuit.

C *Vide ib. n. 86. & 87*

Exprobratio ignorantia humana.

En quantum omnipotens pro te inclinatur,
Et adhuc vir fœtide cor tuum inflatur?
Deus, Dei filius pro te lachrymatur,
Et adhuc in risibus cor tuum lætatur?

Christi Natiuitas.

Deus pauper nascitur, & tu vis ditari?
Ponitur in præsepi, tu vis honorari?
O fœtens superbia disce non fatuari,
Quia idem iussit nos ipsum imitari.
Inops, & in frigore nascitur in via
Quem lactat & balneat & nutrit Maria,
Molesta non spernere docet nos hîc pia,
Dum flet, sitit, esurit Christus, proles dia.
Infans piissime mei miserere
Pero peo obsequiis Matris tam sincerè,
Dona mihi lachrymas charitatis veræ,
Vt tuis doloribus possim condolere.

D *Circumcisio.*

Heu, cur non compatior respuendo risus,
Et amaris lachrymis abluendo visus,
Dum puer tenerrimus dolet circumcisus,
Quem cum choro cælico laudat Paradisus?

Adoratio Magorum.

Angeli pastoribus te nunciauerunt,
Ac Magi muneribus te adorauerunt,
Perdere te perfidi mox proposuerunt,
Sed tecum à Patria parentes fugerunt.

Fuga in Ægyptũ.

O quis non compatitur tantillo infanti
Tàm citò insidias pati inchoanti,
Laboras itineris huius toleranti,
Atque Matri Virgini ipsum baiulanti?
Nam Matrem, quæ egredi domum vix solebat,
Modo casus Filij in tantum cogebat,
Quod à sua patria nocte fugiebat,
Cum recenter editu, quem secum gerebat.
O Iesu piissime; ô puer tenelle:
Pro amore obsecro Mariæ puellæ,
Omnis tuæ reple me passionis felle,

E

Meque tibi iugiter seruire compelle.
O Virga fructifera, ô flos fœminarum,
Angelorum Domina, & orbis terrarum,
Pande mihi, supplico; quidquid sit amarum
In cunctis quæ passa es pro salute animarum.
Vtinam tunc Iosephi seruulus fuissem,
Certè libentissimè te, Iesu, gessissem,
Vel ad minus asinum Virginis duxissem,
Et cuncta seruitia gaudens impleuissem.
Poma, rosas, lilia, vellem collegisse,
Et quidquid puerulo posset placuisse;
Heù, cur non licuit mihi te vidisse,
Et paruulo pulcherrimo prædicta fecisse?
Forte, pie paruule, me non repulisses,
Sed meum officium gratè accepisses,
Ac seruo sollicito clemens arrisisses,
Nec non indulgentiam precanti dedisses.

F *Disputatio in templo*

Dum puer duodecim annorum moratur
In templo Ierusalem, Mater contristatur,
Quem dum quærens reperit, cum Ioseph miratur,
Qui doctos interrogat, & stupenda fatur.
O quis nouit gemitus Virginis dolentis,
Suum vnigenitum triduo quærentis,
Cur sic ille fecerit piè conquerentis?
Hoc dolore vulneres, Iesu, cor legentis.
O quàm sæpe æstimo, dixit Mater Christi,
Heu meum solatium cur me reliquisti?
Quò mi nate vnice, heu quò iuisti?
Redi precor, Fili mi, redi Matri tristi.
Vtinam post Iesum sic cor meum langueret,
Et quærendo iugiter intimè doleret,
Fortè clementissimus mihi appareret,
Ac suæ clementiæ firmam spem præberet.
Sed heu, Iesu, cor meum hoc caret languore,
Raro enim quærit te, nec tunc cum feruore,
Tibi illud, Iesu mi, retrahe timore,
Quieta dulcedine, restringe amore.
Subderis parentibus, regens vniuersa;

G

Cui cuncta seruiunt, seruis vice versa.
O Diuina charitas, nimis es dispersa,
Dum pro nobis miseris sustines aduersa.

Baptismus.

Baptizatus prometis à voce paterna,
Descendente super te columba superna.
In deserto esuris, ô virtus æterna,
Victo hoste congregas agmina fraterna.

Aqua facta vinum.

Vocatus ad nuptias incepisti signa,
Matre admonente te omnibus benigna.
O cur reprehenditur Genitrix tam digna,
Quæ nulli negat suæ pietatis signa.
Tamen quod suggesserat, statim faciebas:
Quia nihil poterat nisi quod volebas;
Nam in vinum optimum aquam conuertebas,
Et per hoc discipulos ad fidem trahebas.
O Virgo purissima plena summis bonis,
Ditas omnes miseros tuis sacris donis:
Reple vino optimo nos deuotionis,

H

Vnicum irriguum da compunctionis.
Heù, benignissima Mater benedicta,
In nobis deuotio non est nisi ficta;
Frigida sunt pectora animaque afflicta,
Succurre mox miseris spes reorum dicta.
Iesu benignissime, ob Matris honorem,
Verte corda frigida in tuum amorem:
Vt semper multiplicem pensemus laborem,
Quem pro nobis passus es, multumque dolorem.
Nam in exercitiis te exemplum dando,
Quod nos doces facere, imples pernoctando
In orationibus, & in vigilando,
Fatigaris, esuris, sitis laborando.

Miracula.

Villas, castra circuis, regnum prædicando:
Surdos, mutos, languidos, cæcosque curando.
Expellendo dæmones, mortuos leuando.
Pluribus das veniam peccata laxando.
Disputando etiam diceris lassatus,
A Iudæis ipsis sæpe reprobatus,

A A quibus multoties es iniuriatus,
Necnon aliquoties ab his blasphematus.
Pro me quanta sustines ô beatitudo?
Pro me fis vt debilis, Dei fortitudo:
Pro me vilis visa es, vera pulchritudo:
Et fis quasi indigens, summa plenitudo.
Pro me angustata es, longa latitudo,
Pro me breuiata es, lata longitudo,
Pro me inclinata es, magna altitudo;
Pro me prona immines, alta magnitudo.
Cur tot dura sustines, tanta celsitudo?
Tibi nimis recta est tua rectitudo:
Ergo me tot munerum vincat multitudo,
Vt in me sit erga te semper gratitudo.
Triumphus Ierosolymorum. Consummato tempore prædicationis;
Sic super asinum, qui sedes in thronis
Properas Ierusalem, causa Passionis?
Turbæ vocem resonant venerationis.
B Nunc festina anima; curre sine mora:
Quia, vt consideras, ecce venit hora.
Dominum cum cæteris collaudans adora,
Vt secum te dedicat ad crucem implora.
O quantum gauisi sunt Mater & amici,
Cernentes à populo Iesum benedici,
Christo, David Filio, Osannáque dici:
Sed heu inde inuident eius inimici.
O mea fiducia, Genitrix beata,
In laude tui Filij valdè iucundata,
Heu, quanta tristitia eris cruciata,
Christus venditur Paulo post cum videris cuncta hæc mutata?
Nam in necem Filij Principes maiores
Ineunt consilium, legis transgressores,
Constituto pretio, pessimi emptores
Permittunt se fieri Iudæ debitores.
Heu, heu, mea Domina, Virgo singularis;
Venditus est Filius, & adhuc lætaris?
Heu, cur vnigenitum clare non precaris,
C Vt priusquam passus sit, ipsi moriaris?
Tu nati præsentia multum delectaris,
Et affectu maximo ipsum imitaris:
Heu, de ma anima mmus meditaris,
Torquenda in proximo luctibus amaris.
Heu, quamdiu torpeo in corde tam duro,
Et nihil compatior Iesu morituro?
Vel dolori maximo paulo post futuro
Meam dulcem Dominam fere perempturo?
Iesu, cui nihil est penitus occultum,
Vsquequo sic sustines tecum Iudam stultum?
Qui dum tibi exhibet simulatum cultum,
Tempus, in quo tradat te, optat omnis multum.
Tunc missis discipulis cum signo lagenæ,
Pergis ad hospitium præparatæ cœnæ:
Tunc sedes in medio turbæ duodenæ,
Mandas vt se inuicem diligant serene.
Cœnat. Tunc te, vt prædixeras, dicis moriturum;
Et ex eis vnum te fore traditurum;
D Eorumque quemlibet à te fugiturum,
Sed & Petrum nocte hac ter te negaturum.
O dolor, ô gemitus, quantum turbabantur?
Ac de tanto scelere omnes tristabantur,
Quando nolle fugere se pollicebantur,
Et quis esset traditor, mox sciscitabantur.
Pedes lauat. Exemplum interea das humilitatis,
Subditorum pedibus à temet lauatis:
Sed & corpus proprium das in cibum gratis
Eucharistiam instituit Illis, atque omnibus in te baptizatis.
O quid ego faciam massa peccatorum,
Omnium miserrimus qui sum miserorum,
Dum tu flectis genua Rex vniuersorum,
Ac lauas vestigia tuorum seruorum?
Iesu clementissime, fons amoris casti,
Tu mortales homines in tantum amasti,
Quod te ipsum credulis in cibum donasti,
Et vt tui memores te sumant, mandasti.
Christe benignissime, Fili Summi Dei,
Precor indignissimus miserere mei, E
Tantum charitatis da, fidei, atque spei,
Vt digne mysterium sumam tantæ rei
Quid hinc reddam gratiæ, qui me sic dotasti?
Qui tuo mysterio tanto deputasti?
Ac indignum miserum semper tolerasti,
Et cum tuis famulis munere donasti?
Heu, mihi quid faciam, ô summa dulcedo?
Cur sic indeuotus sum dum te ipsum edo?
Heu, nimis culpabilis, & durus accedo:
Heu, illic durus sum, durusque recedo.
O Iesu, quid faciam vermis, & putredo?
Cuius mentem opprimit peccati nigredo,
Me ministrum dignum fac Deus, in quem credo,
Pro amore Virginis Matris intercedo.
Mirum est certissime, quod te comedendo
Anima non liquescit purè diligendo:
Sed heu, arutio, duraque recedo,
Nec molliri valeo paululum deflendo. F
Parce mihi Domine pie tribuendo,
Vt compungi fugiter queam te sumendo,
Semper Matrem Virginem atque te colendo,
Tuam cœnam vltimam mente recolendo.
O si mea Domina tunc præsens fuisset,
Et tradendum Filium hac nocte audiuisset:
Cibum, vt existimo, prorsus non sumpsisset,
Sed amans lachrymis statim se dedisset.
Heu mihi, carissima, heu, dilecta mea,
Laus Sanctorum omnium, nunquam semel rea:
Vtinam existeres nunc in Galilæa,
Ne videres Filium passum in Iudæa.
Pie Iesu supplico pro Matris amore,
Reple me grauissimo tuo nunc dolore,
Vt tibi compatiens maximo feruore,
Suspirando fugiam fletu largiore.
Cernam cordis oculis te tamquam præsentem,
Passiones singulas pro me sufferentem,
Tuam Matrem iuxta te tibi condolentem, G
Ad tormenta singula quasi morientem.
Virgo Dei Genitrix, præ cunctis beata,
Pro misericordia precor ex te nata,
Pande mihi qualiter fuisti grauata,
Tua prole coram te tantum cruciata.
Mea, mea Domina, plena gratiarum,
Dona mihi obsecro tuum cor amarum,
Et abundantissimos riuos lachrymarum,
Vt tuarum sentiam vim angustiarum.
Vtinam ex munere tuo, Iesu Christe,
Torqueat me quotidie nimis dolor iste,
Sicut Matris Virginis cor torquebat triste,
Dum te crucifixerunt crudeles lanistæ.
Deus homo, quis de te cogitet intente,
In nimis passibili corpore manente,
Passo tot angustiis corpore & mente,
Et totus in lachrimas non fluat repentè?
Quis ô Dei Genitrix potest meditari,
Te deflente Filium pœnis cruciari, H
Ac tantis angustiis tam iam fatigari,
Et non potest subitò ad fletum mutari?
Heu mihi durissimo, cur ego non comploro?
Heu vt quid tam durus sum, dum te Matrem oro?
Domina circumdata supernorum choro,
Lachrymas vberrimas da mihi te imploro. *Orat. in horto.*
Audi Iesum, anima, velut nunc præsentem,
Surgite, eamus hinc, fratribus dicentem,
Ac responde concite deprecans loquentem;
Fac me Iesu sequi te ad mortem pergentem.
Vide hunc discipulos orare monentem,
Et orando patrem ter in terram ruentem,
Carnem in angustiis, tristem, & pauentem, *Sudat sanguinem.*
Ac sudorem sanguinis ab ipso fluentem
Quid facis fortissime Fili Dei viui?
Numquid tu tam tristis es, vt ij pandunt riui,
De tanta angustia numquam iam audiui,
Et tamen vt debui, flere heu nequiui.

A Quid si mea Domina hæc præsens vidisset,
Nunquid cum Apostolis ipsa obdormisset?
Nequaquam certissimè, sed multùm flevisset,
Et dolore nimio penè defecisset.
Heu, heu, mea Domina, semper Virgo pura.
Hora est iam proxima, dies cras futura,
Quando vnigenitum tuum es visura,
In cruce deficere morte nimis dura.
Sed nunc cerne anima turbam malignantem,
Et Iudam falsissimum IESVM osculantem;
Ad quid Iudas veneras? audi sciscitantem,
Et illum nequissimum, amicum vocantem.
Tunc voce lenissima Domino dicente
Ad eos, *quem quæritis?* corruunt repentè,
Quid facturi erunt tunc Iesu veniente
Iudice terribili illis apparente?
O quis sine gemitu potest cogitare,
Illos impiissimos te Iesum ligare,
B Manusque sanctissimas tam durè arctare,
Heu, cur ego pessimus nequeo plorare?
Ducitur ad Annam. Tunc omnes discipuli metu fugientes,
Heu, solum relinquunt te inter sævientes,
Certè nimis duri sunt corde, intuentes
Te ad Annam deduci, si non sunt dolentes.
Fugiunt Discipuli. O sancti discipuli, ô mei Patroni!
Cur non fidem facitis vestræ sponsioni?
Sed sermo verissimus est magistri boni,
Dum ad fugam concitam estis ita proni.
Attamen intelligo multum vos tristari,
Et in mente graviter intus cruciari,
Sed peto dignemini Iesum deprecari,
Vt mihi mœstitiam det cordis amari.
Crudeliter tractatur. O Virgo sanctissima, si tu præsens natum
Cerneres ab impiis tam strictè ligatum,
Et despicabiliter ab illis tractatum,
Verè amarissimum dares eiulatum.
C Nunquid tu non somnias qualiter est Iesus
Captus à malevolis, vinculisque læsus?
Heu cur meus animus permanet illæsus!
Alapa caditur. Dum Christus est alapa apud Annam cæsus?
Vsquequo piissima differs vulnerare
Meum cor angustiis tuæ prolis charæ?
O mea fiducia, supplico dignare
Dolores & vulnera pati mihi dare.
Contemplare anima Iesum destitutum,
Et in duris vinculis arctè constitutum,
In pravo concilio principum statutum,
More agni simplicis nil esse locutum.
Mittitur ad Caypham. Confitere venerans falsè accusatum,
Derisum à Caypha, & interrogatum:
Sed bene intellige rursum reprobatum,
Et futurum iudicem Iesum esse datum.
Christe benignissime qui es adventurus
In die novissimo nos iudicaturus,
D Iustis delectabilis, eos salvaturus,
Iniustis terribilis, eos damnaturus.
Obsecro piissime, ob cruorem dignum,
Quem fudisti propter me super Crucis lignum,
Tuum vultum mihi tunc ostende benignum,
Ne formidem aliquem spiritum malignum.
Propter Matrem Virginem, quæ à dextris tuis,
Tunc sedebit nobilis, vt oret pro suis,
Salva in perpetuum me cum sanctis tuis,
Qui nunc super impius atque pios pluis.
O quis sine lachrymis potest meditari,
Iesu, quid te permiseris tantum tribulari,
Blasphemum à Caypha te iudicari,
Ad mortem turpissimam à pravis damnari?
Irridetur, conspuitur. Post hæc fere singuli in te irruentes,
In præclaram faciem turpiter spuentes,
Alapas & colaphus vndique præbentes,
Ad lugendum excitant amatorum mentes.
Dolens cerne anima istos sævientes,
Heu, capillos capitis, & barbæ vellentes,
Ac velatam faciem palmis ferientes,
Simul quidquid poterant, mali facientes. E
Soliloquia. O dolor, ô gemitus! quare miser ego
Intimè non doleo, dum hæc mala lego?
Nisi quia malus sum, & hoc ipsum tego,
Et heu aliquoties sic me esse nego.
Delicata facies Dei Iesu Christi,
Vide me his oculis, quibus respexisti
Petrum ter negantem te, sicut prædixisti,
Vt tibi compatiar pro me nimis tristi.
O Iudæi impij superbi & vani,
Quare insanitis sic veluti vesani?
Deus, Dei Filius est, ô nimis prophani,
Quem vos sic affligitis velut inhumani.
Iesu potentissime, Fili Dei veri,
Quare vis pro miseris tam vilis videri?
Certe nimis plenus es amoris sinceri,
Dum à viris impiis tantum vis torqueri.
O si mea Domina te videret stantem,
Ac tantas angustias pie tolerantem,
Nullum, vt æstimo, quis vidit sic plorantem, F
Sicut eam cerneret, ac pati optantem.
Heu, quid factura est, ô digna maiestas,
Maria, quæ aluit te, summa potestas,
Cras cum cernet te cadere per manus infestas,
Et virtutes corporis arentes vt testas!
O mea fiducia si natum dilectum
Multis contumeliis, & pœnis affectum
Blasphemari cerneres in Crucem erectum,
Eum esse diceres nimium directum.
Heu, heu, mea Domina, qualem dabis luctum
Paulo post cum videris ventris tui fructum
Ad tormenta gravia à perversis ductum,
Ac totum deficere, quasi iam destructum?
O Iesu, qui Deus es, & homo perfectus,
Quare vis tam viliter sedere despectus?
Heu, pro nobis miseris tam esse subiectus?
Pro nobis irrisus, & penitus abiectus?
Videns pro se Dominum indigna subire, G
Quis est fidelium, qui audeat ambire?
Aut de tuis donis amplius superbire?
Imò spretis omnibus post Christum venire.
Decet nempe singulus, qui volunt salvari,
Propriam miseriam semper contemplari,
Linguæ spretis laudibus vanè non lætari,
Sed despectum Dominum piè imitari.
Absit ergo altum quid de nobis sentire,
Dulce sit iniuriæ sermones audire,
Pio corde iugiter demus locum iræ,
Studeamus omnibus bene obedire.
Heu mihi nequissimo amanti laudari,
Qui licet culpabilis, renuo culpari,
Ac sæpe laudabilem me præsumo fari,
Heu mihi, quis pessimo potest comparari?
O Iesu piissime, qui es vera vitis,
Fove me vt palmitem, & fac vt sim mitis; H
Mihi sit iustitiæ perseverans sitis,
Oro auctor nunquam sim, sed sedator litis.
Mater Dei obsecro tuam pietatem,
Vt mihi verissimam des humilitatem:
Expellas invidiam, & asperitatem,
Et perfectam impetres mihi charitatem.
O mea fiducia, Mater Creatoris,
Iam me tibi offero, nutrix Redemptoris,
Me gubernans adiuva, precor, cunctis horis,
Fac me tui memorem gladij doloris.
Licet nemo, Domina, possit plenè fari
Dolores, quos passa es morte nati chari;
Tamen inde decet nos sæpe meditari,
Ac plorando intimè tecum contristari.
Ideirco, piissima, supplico dignare,
Inde verum aliquod cordi meo dare,
Facque me id taliter scribendo signare;
Vt illud amantes te possit excitare.
Mittitur Pilato. Sed nunc vide, anima, illos invidentes,
Iudæorum Principes in Christum frementes,

A Vinctum deriſotiè per vicos trahentes,
Ad Pilatum Præſidem eum deducenies.
O Ieſu, qui nequiter pro me es ligatus,
Falſis teſtimoniis pro me accuſatus,
Sed & cum latronibus pro me deputatus,
Vt tibi compatiar mibi da ploratus.
Precor fac me nunciam meæ Salvatrici,
Virgini piiſſimæ, tuæ Genitrici:
Quatenus mox veniat ipſa, & amici.
Et ſpectent quæ faciunt tibi inimici.
Propera nunc anima, quamvis non libenter,
Enuncians hæc Dominæ, & fac reverenter,
Circumſpectè facias ſimul & prudenter,
Ne ipſa accipiat hoc impatienter.
Nunc quaſi præſens dic voce luctuoſa,
Laus tibi puerpera, Virgo ſpecioſa,
Obſecro piiſſima, Mater gratioſa,
Hæc tibi quæ refero, ne ſint oneroſa.
B Bene noſti Domina, quia incarnatus
Eſt in te omnipotens, & in mundo natus,
Et cum peccatoribus diu converſatus,
Vt nos ipſe redimat, pro nobis humanatus.
Ob hoc quantum prævales noli conturbari,
Ne plus natum facias pro te moleſtari,
Sed ab ipſo vnam rem digneris precari,
Vt mihi det plurimum pro ſe contriſtari.
Ac ſi roget ipſa, quid habes amari?
Tu dic: veni Domina, ſi vis ſpeculari
Ieſum tuum Filium, vel eum eo fari,
Qui pro nobis incipit Patri immolari.
Tunc ipſa intelligens captum ſuum natum,
Et demum in vincolis ductum ad Pilatum,
Mox in amariſſimum deſluet ploratum,
Et corpus in terram concidit proſtratum.
Sed nati chariſſimi compulſa amore,
Conſurgens quantocius profuſa pallore,
C Properat ad Filium confecta mœrore,
Rugitum Virgineo comprimens pudore.
Tunc iuvantes Dominam ipſius ſorores,
Ad Ieſum, quem diligunt, pergunt ociores
Oſtendentes lachrymis animi dolores;
Sed illis Magdalena reddit largiores.
Dominæ, quid facitis providè videte,
Obſecro à fletibus paululum ſilete,
Lachrymas detergite, vel hic remanete,
Ne Ieſum crucietis flentes indiſcretè.
Ac illæ ad Dominum, citò venientes,
In tanto opprobrio ipſum intuentes,
Condolentes multo plus, largiuſque flentes,
Ad dolorem provocant omnes diligentes.
Tunc videntes Domina ſolum ſuum natum,
Pluſquam furem aliquam eſſe tribulatum,
Cor ineffabiliter eius eſt turbatum,
D Et ſic quaſi mortua vix retinuit flatum.
At Ieſus pro Virgine magis eſt turbatus,
Pluſquam pœnis propriis pro ea triſtatus,
Heu, heu Ieſu, vndique tu es cruciatus,
Intus & exterius nimis es gravatus.
Heu, tantam mœſtitiam nullus vnquam ſcivit,
Nec tam graves gemitus aliquid audivit,
Nec eſt mirabile, nam qui ſemper vivit,
Dolorem multiplicem ibidem ſubivit.
Contemplare anima Ieſum diligenter,
Cum iniquis poſitum tam irreverenter,
Quem Præſes interrogans Pilatus frequenter,
Admiratur tacitum, ſtupens vehementer.
Ieſu, qui non poteras loqui falſitatem,
Et tamen tacebas ſilens veritatem.
Ne ſinas me cadere per loquacitatem,
Sed diſcretam mihi da taciturnitatem.
O Ieſu, mihi da cor penſandi inſtructum,
Oculorum Virginis planctum, atque luctum
Propere ſequentium te ad Herodem ductum,
Et veſte in candida ſpretum, & reductum.
O Virgo, quam obruit dolorum tempeſtas,
Vnde tibi Domina, ſit iſta poteſtas? E
Qua ſic ſequi poteras has gentes ſceleſtas:
Verè amor filij vicit res moleſtas.
O mea fiducia, quæ non habes parem,
Certè libentiſſime tecum ambularem,
Et ex fletu debilem libens ſuſtentarem,
Vel ſi dares lachrymas ſaltem vt plorarem.
O quis ſine gemitu poteſt meditari,
Ieſum cum dedecore tam male tractari,
Pedes ductu celeri forſan violari?
Nam non fuit ſolitus ipſe calceari.
Ecce amariſſima fiunt, quæ ſequuntur:
Et iuſte compaſſiva, quæ iam infliguntur;
Iuſte ergo homines ingrati dicuntur,
Qui Ieſu ſæpiſſimè non compatiuntur.
Nunc te ipſam præpara anima devota,
Super Ieſum condoleas dans illi vota,
Lachrymas multiplicans ſis pie lota,
In eum, ſi valeas, liqueſias tota.
Ecce quantum amat te Chriſtus nimis charè F
Nam te ſuo ſanguine optat ſaluare,
Ac morte viliſſima te ſic liberare,
Quod tu ſemper negligis, nec vis redamare,
O Ieſu piiſſime ſuccurrere poſcenti,
Te amare vſque nunc mihi negligenti,
Ac quod multo peius, pluries nolenti,
Heu, & contemnendo te, ſæpe offendenti.
Miſericordiſſime ignoſce fatenti,
Salva & iuva me, teipſum da quærenti,
Filioque prodigo tardè revertenti,
Tu occurre pater mi, & parce petenti.
Ieſu, qui repletus es miſeratione,
Vulnerare velis me tua paſſione,
Vt tibi compatiar ex dilectione,
Velut nunc te intuens in afflictione,
O quis poteſt cernere illos malignantes,
Sine reverentia te Ieſu nudantes,
Ad columnam nequiter, Ieſu, alligantes, G
Tuum atrociſſime corpus verberantes.
Tremens cerne anima miniſtros ſedentes,
Carnem hanc teneriimam flagellis ſcindentes, *Flabellatur.*
Vulnera vulneribus tibi infligentes,
Livorea livoribus ſuperimponentes.
Quis non mæret ſpeculans gubernantem mundum,
Sic perfuſum ſanguine veluti immundum,
Corpus hoc ſanctiſſimum totum tremebundum,
Pectuſque piiſſimum totum gemebundum.
Contemplare anima tibias, lacertos
Plagis multiplicibus vndique refertos,
Omnes ſitus corporis ſanguine opertos,
Defluentes riuulos cruoris apertos.
O corpus ſanctiſſimum ad columnam ſtrictum,
Pro me amariſſimis flagellis afflictum,
Circumquaque roſeo cruore amictum,
Aufer à me obſecro quodlibet delictum. H
Anima ſanctiſſima pro me tam gravata,
Maximis doloribus pro me tribulata,
Deprecor per Virginem, quæ eſt de te triſtata,
Cuncta mea iugiter dilue peccata.
Sed Maria mater hæc ſeſe affligendo,
Lachrymas multiplicat iugiter deflendo,
Alta dat ſuſpiria amarè gemendo,
Mœſtiſque ſingultibus pectus conterendo.
O quis ſine gemitu poteſt te videre
Inconſolabiliter, ô Mater, lugere!
Præbe mihi lachrymas, fac me tecum flere,
Te deprecor, ô mea ſpes, mei miſerere.
En pudici oculi ex fletu tumeſcunt,
Genæ ſplendidiſſimæ vbique palleſcunt,
Sed heu, membra Filij ſanguine rubeſcunt,
Ac tuæ anguſtiæ plus pluſque concreſcunt.
Poſt tormentum verberum tam malitioſum,
Cunctis diligentibus valde luctuoſum,
Sequitur mox aliud grave & probroſum,
Iſto multo amplius contumelioſum,

Nam

A *Illuditur.* Nam cohortem milites totam colligentes,
Mitem Iesum ambiunt probris illudentes
Inhonestè iterum eum exuentes,
Et veste purpurea ipsum induentes
Spinis coronatur. Tunc coronam spineam molestam plectentes,
Et in Iesu capite profundè figentes,
Pro sceptro arundinem in dextra ponentes,
Genuflexo, *Ave*, clamant irridentes.
Mærens cerne anima ministros cædentes,
Faciem pulcherrimam Domini spuentes,
Caput cum arundine dire ferientes,
O quare non cruciet iste dolor mentes?
O caput Dominicum, omnibus colendum,
Cruentaris, pungeris, angelis tremendum,
Cæderis, conspueris, sanctis reverendum,
Verè tu es intimè devotis dolendum.
O præclara facies ictibus afflicta,
Heu, sputis & sanguine tota es depicta,
C Iam à Deo inimicis quasi derelicta,
Proh dolor, hoc totum faciunt mea delicta.
Bone, bone Domine, cur pœnis tam duris
Permittis torqueri te pro nobis impuris?
Parce pœnis Domine, parce vel futuris,
Parce tibi deprecor, vel matris pressuris.
Inter hæc nequissimus exiens Pilatus,
Ne Iesum perimerent plebem est hortatus;
Nam nullus inventus est in ipso reatus,
Sed perversus populus ex adverso est fatus.
Contraria Pilati & populi voces. Tunc produxit Deum flagellis cruentatum,
Et dixit: accipite ipsum emendatum,
Sed pleni perfidia negant præsentatum,
Poscentes à Iudice virum sceleratum,
Iudex ne sic faceret, adhuc laborabat,
Crucifige, populus è contra clamabat:
Tunc iniustus Dominum morti iudicabat,
Et plebs nefandissima ob hoc exultabat,
D Quamvis horribilia sint ista prophetata,
Tamen ad sequentia parva sunt collata;
Heu, quantum est genitrix in his tribulata!
Pene, sicut æstimo, est exanimata.
Contemplare anima, quàm sit onerosum
Matri, caput Filij cernere spinosum,
Ac præ natis hominum forma speciosum,
Videre horribilem magis quàm leprosum,
Heu, quam gravata es, cœlorum Regina,
Spectans tuum Filium coronatum spina!
Certe in te irruit pœna repentina,
Ex qua vulnerare me, supplico, festina.
Tunc sancta Magdalena, & omnes amici,
Gemunt amarissimè luctu infelici;
Puto hæc tristitia nequit verbis dici,
Sed hanc minus reputant Christi inimici.
B *Imponitur christo crux.* Mox perversi milites crucem assumentes,
Eam super humerum Domini ponentes,
Iesum per Ierusalem ducunt illudentes,
Crucis ignominiam cunctis ostendentes.
Nunc attende anima Iesum nimis gratum,
Ligni crucis pondere pro te oneratum,
Delicatum humerum scias vulneratum,
Et Iesum à populo pravo subsannatum.
Portanti turba sequitur. Heu Iesu, considero rem nimis molestam,
Turbam tibi proximam militum infestam,
Iudæorum maxime deinde scelestam,
Amicorum à longe vltra modum mœstam,
Heu, tanta processio non est laudabunda,
Nam in te prima pars est tota fremebunda,
Sed peior est altera quasi furibunda,
Heu, pro te est tertia tota gemebunda.
Mater & piæ mulieres Mater Christi videns hæc, tremens præ dolore
Irruit in tristitiam morientis more,
O quis ista cogitans non flet præ mœrore!
Certè nimis durus est, vel caret amore.
Sed sorores Dominæ eam sustinentes,
Ambulant post Dominum acriter lugentes,
Vndique conspiciunt Iesum persequentes; E
Clamosè maleficum illum perstrepentes.
Tunc conversus Dominus cœpit prohibere *Christus prohibet fletum.*
Filiis Ierusalem super se lugere,
Sed debere super se & super suos flere,
Prædicens beandas, has quæ non genuere.
O quis sine gemitu potest meditari,
Te, Virgo puerpera, sic angustiari!
Omnes diligentes te tantùm lachrymari,
Ad locum Calvariæ Iesum sic tractari,
O mater cur properas cum Iesu ad Crucem?
Numquid vis cum filio pati mortem trucem?
Heu, vbi visura es mori Iudæ ducem,
Qui creavit Cherubin super veram lucem.
Virgo, quæ precantes te adiuvas instanter,
Christi pœnis compati fac me festinanter,
Da mihi nunc lachrymas precor abundanter,
Et, vt ipsum cogitem fac perseveranter.
Proh dolor, & flebile hoc, quod immutatur. F
Nam Messias Dominus aceto potatur, *Aceto potatur.*
Heu, vt mortem subeat, statim crux paratur,
Et eum vehementia tertio denudatur.
Nisi sis lapideum cor vix habens metum,
Intende diligenter, & habebis fletum,
Pensa vestimentum hoc à Iesu deletum,
Quem scias ex verberum plagis iam repletum.
Cerne turbam pessimam vestem hanc trahentem,
Cuti & carni vndique fortiter hærentem, *Vestibus nudatur.*
Plagis ruptis respice sanguinem fluentem,
Ac Iesum es plaga hac graviter dolentem.
Certe magna gravitas istius tormenti
Ad fletum sufficeret bene diligenti;
Heu mihi durissimo minus condolenti,
Pie Iesu mihi da lachrymas petenti.
Virgo, cui similis nunquam est inventa,
Potes adhuc vivere vidans hæc tormenta?
Ecce nuda Filij membra sunt cruenta, G
Heu, vt ista videas adhuc es detente.
Virgo, te considerans anxiè plorare,
Doleo te, Domina, sed heu, non amarè,
Misericordissima, supplico dignare,
De hac pœna tua me velis vulnerare.
Vides mea Domina, natum generosum,
Quem Propheta nominat præ cunctis formosum,
Nunc pœnis vrgentibus virum dolorosum,
Heu, & plagis pluribus totum vlcerosum.
O turba Iudaica, perfida, obscœnu,
O vestræ duritiæ aspera venena,
O gens nefandissima, omni malo plena,
Quare nihil flecteris in tam dura pœna?
Sic tu mea anima, dura, & perversa,
Cur in hoc tormento non es ad fletum versa? H
Quare non es lachrymis amaris aspersa,
Videns membra Domini cruore conspersa?
O Iesu, digneris me confestim iuvare,
Me amaritudinem tuam fac gustare.
Pro tuis doloribus fac me plorare,
Nam hoc sine lachrymis pudet me pensare.
Heu, hoc miserabile est, & mirum vere,
Qui tu passum pensitat, & non potest flere,
Heu quomodo potest se talis continere?
O Iesu, durissimi mei miserere.
Item vide anima in Iesum bacchantes, *Crucifigitur.*
Super Crucem asperam duriter locantes,
Membra horribiliter ferro perforantes
Christumque durissimè in ligno clavantes.
Condolendo respice populum vesanum,
Nudum corpus premere tenerum, non sanum,
Super lignum iacere asperum, non planum,
Et crasso transfigere clavo pulchram manum.
Contemplare manum hanc longam, & decentem,
Perfossam acerbissimè pro te patientem,
Sanguinem largissime pro te effluentem,
Vulnus amarissimum pro te sufferentem.

A O manus sanctissima, pro me penetrata,
Clavi crassitudine multum laniata,
Percussorum impetu dire lacerata,
Scribe in me qualiter es angustiata.
Pensa hæc durissime, qui nunquam flevisti,
Voca instantissime magnæ pœnæ isti:
Plorabis, si senseris hunc dolorem Christi,
Vel quod ex eis contingit eius Matri tristi.
Nempe Mater videns hoc, multo plus languescit,
Et commota acriter in se contabescit,
Sensu ferè perdito semetipsam nescit,
Sed in fletu diffluens quasi iam liquescit.
Proh dolor molestia huius plagæ diræ
Matrem pœnis Filij videtur ferire,
Curre, curre anima nunc festinaire,
Vt tu possis Dominam cadentem fulcire.
Heu, hæc est, Domina, dies tibi dura,
Nam circundederunt te modo Matris iura,
B Nunc plusquam parturiens sentis mala plura,
Quæ carebas patiens materna pressura,
O dolor, ô gemitus! quo te es versura,
Vndique afflicta es ex nati tortura.
Qualiter mensura es stigmata futura,
Quæ in tantum deficis pro ista fixura?
Porrò tam flebiliter manu hac firmata,
Altera distenditur vt sit conclavata,
Sed nimis foramina sunt inordinata,
Vltra longitudinem corporis formata.
O dolor, ô gemitus! quid nunc sunt facturi?
Gemant, qui considerant iam non corde duri,
Cùm festinant trahere pravi perituri
Ad loca foraminum membra Christi puri.
Vt legisti, anima, cerne diras gentes,
Inhumanos milites, heu nimis furentes,
Membra tui Domini cum vi distendentes,
Et in modum pellium hinc inde trahentes.
C Quis effari potest, quod tantum retenderunt,
Vide Suar. in 3 p. to. 2 disp. 36. sect. 4. Vt membratim Dominum pene diviserunt,
Pene ossa omnia eius nudaverunt,
Ac clavis crassissimis membra transfixerunt?
O quis loqui poterit horribilitatem,
Aut crucifigentium hanc crudelitatem,
Patientis Domini hanc pœnalitatem,
Matris, & amantium hanc anxietatem?
Hic nostræ duritiæ penitus frangantur,
Medullæ in lachrymas sanguinis vertantur,
Cuncta desideria in Iesum figantur,
Et sic corda valido dolore scindantur.
Sine fletu pudeat nos hæc præterire,
Hic à cordis gemitu decet nos rugire,
At cum flente Domino dolorem sentire,
Vel si ipse dederit, cum eo obire.
Iter Christus à Cruce Contemplando, anima, hic delata mentem,
Vide Iesum maximas pœnas sufferentem,
Pro te amarissime in tormentis flentem,
D Intus, & exterius totum patientem.
Ecce horribiliter membra extenduntur,
Cutis, caro aspero ferro foduntur,
Heu, compages ossium à se dissolvuntur,
Atque membra sanguine cuncta perfunduntur.
Et manus tenerrimæ clavis perforantur,
Pedes modo simili dire terebrantur,
Nervi cum subtilibus ferris lacerantur,
Sic & venæ teneræ clavis laniantur.
Vide, vide intimos istos cruciatus,
Cordis eius gemitus, atque eiulatus,
Oculorum pariter vberes ploratus,
Vtque decor corporis totus est ablatus.
O Iesu pijssime, quid est, quid egisti?
Quare tot pro miseris tormenta subisti?
Faciam consignari me passioni isti,
Plagis tuis læde me atque morte tristi.
Item cerne anima vultum Matris flentis,
In istis angustiis iugiter præsentis,
Pensa ineffabiles pœnas eius mentis, E
Vrgente incommodo pene morientis.
Heu, Virgo pulcherrima, peccati ignara,
Fœminisque pridiè cæteris plus præclara,
Nunc pallens, & lugubris tota es amara,
Patiente coram te tua prole chara.
Compellor, ô Domina, de te reticere,
Quia te considero amplius dolere,
Quam sermones aliqui possint fari verè,
Aut mentis meditatio comprehendat meræ.
Non miror, ô Domina, Virgo redimita,
Quæ in tam flebilibus es tormentis sita;
Sed admiror, quomodo perseveras ita,
Et quod cor non rumpitur abscedente vita.
O mea fiducia, deprecor vt velis,
Statim me perfodere tuæ pœnæ telis,
Fac vt tibi iugiter servus sim fidelis,
Et meam Dominam adorem in cœlis.
O quis sine lachrymis potest hæc pensare? F
Tot sufferre gravia Dei Salutare,
Hancque Matrem Virginem tam multum plorare,
Sanctosque Apostolos multa tolerare.
Ioannes Apostole, qui ista vidisti,
Videndoque intimè condolens flevisti,
Fletus mihi impetra, vulneraque Christi
Iuva me cum videris, ante Iesum sisti.
O amatrix Domini, pia Magdalena,
Quem vidisti perpeti multo luctu plena,
Peto pro multiplici, quam tu vides, pœna,
Mihi luctus obtine, & poli amœna.
O reliquæ sanctæ fœminæ, singulæ Mariæ,
Quæ vidistis gravia tormenta Messiæ,
Pro me preces fundite semper proli piæ,
Vt salvum me faciat in extrema die.
Per Christi adiuro vos vulnera cruenta,
Pro quibus mœstissima dedistis lamenta, G
Iuvate vt spernam hostis tentamenta,
Et vt non sustineam æterna tormenta.
Nunc affectans animus lachrymarum fructus,
Iterum ad Dominum totus sit reductus,
Nunc, nunc pia anima fias aquæ ductus,
dehinc tota si valeas, liquescas in luctus.
Specta, specta intime Iesum eiulando,
Circum quaque vulnera singula scrutando,
Qualiter gravata sint pie explorando,
Et quid pravi fecerant Crucem exaltando.
Ecce, ecce elevant signum nominatum,
Spiritu prophetico prius præsignatum,
Iesum, verum hominem, Deum, Dei natum,
In ligno arctissime tensum & elevatum.
Gemens, cerne anima Crucem erigentes,
Tandem cum impetu nimio figentes:
Heu, disiuncta graviter membra collidentes,
Et ineffabiliter Dominum torquentes.
Quis non mœreat videns furorem malorum,
Christi fletus copiam, & suspiriorum, H
Hanc pœnam gravissimam omnium membrorum,
Disiunctorum scilicet ita collisorum?
Curre, curre anima nunc, si sis devota,
Ad hanc Crucem propera sine mora tota,
Discurrentem sanguinem collige, & pota,
Et cuncta quæ passus est in æternum nota.
Contemplare clavos hos manus transfigentes,
Totum pondus corporis, proh dolor, gerentes,
Heu, ineffabiliter vulnera augentes,
Et vt verè æstimo, ea discindentes.
Lasso collo, heu, caput pendet dolorosum,
Carens sustentaculo, cruentum, spinosum;
O quis non fleat intuens vultum speciosum,
Cruentatum, pallidum, lugubrem, verberosum?
Certè qui hæc cogitas, & non lachrymaris,
Non satis diligere Deum comprobaris,
Iesu, mihi lachrymas precor largiaris,
Me amare parum te nunquam patiaris.

Iesu

A Iesu, qui ab impiis in Cruce clavaris,
Et tamen his veniam à Patre precaris,
Mei & credentium tu miserearis:
Nobis pateas iugiter, nunquam irascaris.

Orat pro Crucifixoribus.

Item vide anima qualiter Iudæi,
Sacerdotum Principes, Scribæ, Pharisæi
Clamant: *vah qui destruis Templum veri Dei*
Salva temetipsum si es Filius Dei.
Suspensi cum Domino illi duo rei,
Vnus: *salva te, & nos*, loquitur ei:
Alter petens gratiam ait *memento mei*
Cui spondet Dominus Paradisum Dei
Iesu amantissime, qui non offendisti,
Quare tot immania tormenta subiisti?
Certe pro me, Domine, hæc sustinuisti,
Et quod ego rapui, tu passus solvisti.
Ego tuæ meritum sum traditionis,
B Vinculorum, verberum, & damnationis,
Sputorum, ac ictuum, & occisionis,
Ego causa tuæ sum omnis passionis.
Ego mala perpetro, tu pœna mulctaris;
Ego, heu, superbio, tu humiliaris;
Ego vane rideo, & tu lachrymaris;
Ego vescor dulcibus, tu felle potaris.
Mecum ridet timida Eva, & non pie:
Tecum plorat acriter humilis Maria,
Ego sum in prosperis, tu in agonia:
Fac me tecum compati precor ô Messia.
Ecce sancta viscera distensa arescunt,
Membra horribiliter cruenta rigescunt,
Caligantes lachrymis oculi languescunt,
Labia nectarea, proh dolor, pallescunt,
O Iesu omnipotens, qui cuncta discernis;
Quare hoc sanctissimum corpus ita spernis?
Nonne esset melius non subdi infernis,
Quam, te Deo sic torto, perfrui supernis?
C Verè amor nimius ad hæc te coëgit,
Et quasi in nihilum fere te redegit:
Triumphatrix charitas opus hoc peregit,
Sed nostram duritiam, heu, adhuc non fregit.
O ingrata anima, prava, indevota,
Quare non es pœnis his, planctuque commota?
Ecce tu es Domini morte dita tote:
Hæc pro tuis vitiis passio fit tota.
Apparet, nequissima, quod iam cares vita,
Dum hunc passum cogitans, dura manes ita:
Sic dum Iesum comedis veluti oblita,
Heu, nec tunc, nec aliàs bene es contrita.
Vide Dei Filium, virum virtuosum,
In verbo & opere pridie formosum:
Magis quam maleficos nunc opprobriosum,
Vocatum à pluribus pro te scelerosum.
O Iesu pissime, qui es nimia gratus,
Et te passum cogitens via sum lachrymatus,
D Precor, benignissime, da mihi ploratus,
Pande mihi qualiter tu es vulneratus.
Heu, mihi, qui nequeo per compassionem
Corde semper gerere tuam passionem,
Summam Dei erga me hanc dilectionem,
Summam Dei gratiæ hanc diffusionem:
Cur si membra Domini fideles dicuntur,
Patienti capiti non compatiuntur?
Heu, In multis imminet, quod iam exciduntur,
Qui dolore capitis mœsti non cernuntur.
Scio quod si meus pes mala læderetur,
Ad compatiendum cor totum vigeretur:
Ergo pedem diligi plus Christo videtur,
Pro cuius angustiis parum vix movetur,
O Iesu, qui penitus nunquam peccavisti,
Nonne vt coniungeret tibi, me fecisti?
Cur non reum lædi me, Christe permisisti?
Et, heu, tecum reum me non vulneravisti?
Ego sum, qui debeo esse vulneratus,
Non tu, qui nequitiam non es operatus:
Ego sum culpabilis, meus est reatus,
Vulnera me, vt à te non sim separatus.
E Pia proles, Deifica bonitate plena,
Sic tenere vulnera noli aliena;
Tua facta bona sunt, mea sunt obscene:
Vulnerare velis me vel ea tua pœna.
Dominator, Domine cæli, atque terræ,
Precor vulnerare me, nec velis differre;
Nam illæsum meum cor nequeo sufferre,
Dum pro me tot vulnera video te perferre.
Nonne magis pium est virum à te factum,
Tecum in vulneribus tenere subactum,
Quam à te dimittere in nihil redactum,
Cogitationibus diversis valde subtractum?
Curre, curre vulnerare Iesu in hac hora,
Ne forte amittas me, si interfis mora:
Da vt tua sentiam tormenta maiora,
Sculpe in me vulnera tua acriora.
F Qui permittis ferrum te intus penetrare,
Cur rationalem me finis foris stare?
Ferro viliorem noli me reputare,
Sed in tua vulnera coge me intrare.
Iesu, tuas supplico miserationes,
Propter Matris merita, & orationes,
Per sanctorum omnium intercessiones,
Vt pensem ego iugiter tuas passiones.
Mihi sit pensandi te copiosus fletus,
Semper sim recordans tuis lachrymis repletus,
Oro fac vt nunquam sim nisi in te lætus,
Tu sis meum gaudium, & amor secretus.
Iam nunc Matri Virgini anima intende,
Quantum ipsa doleat sub Cruce perpende,
Vt te secum vulneret, preces mox impende,
Et quod illi condoleas lachrymis ostende.
O quantum es Genitrix intus cruciata,
Ob tormenta Filij tam multiplicata;
G O Virgo Christi, vere mea Advocata,
Mihi inde aliquid pande exorata.
O mea fiducie, & mea Patrone,
Omnis pudicitiæ rutilans corona,
Esto præsens spiritu, quamvis non persone,
Vt quod ipsa doceas, loquar, Mater bona.
Loquere nunc Domina super omnes digna,
Reum ne despiceas, precor ô benigna:
Mihi tua vulnera concitè designa:
Ac tantæ materiæ verba da condigna.
Sed respondes forsitan, me non esse talem,
Cui hanc miseriam reveles pœnalem,
Neque tuis vltimis servis esse æqualem,
Vt hanc petam gratiam à te specialem.
Scio, scio Domina, me indignum esse.
Sed quid accusanti me poterit obesse?
Te pro Deo supplico, virga stirpis Iessa,
Vt tu meie precibus digneris adesse.
H Sed dicis non omnia me fateri vere,
Nec sicut peccaverim, promere sincere,
Oblivisci plurima, quædam reticere,
Nec vitando crimina bene pœnitere.
Heu, Mater clementiæ, hæc sunt dura verba,
Quæ proh dolor vere sunt, licet sint acerba:
Nam videri sicut est, non vult mens superba:
Sed te rogo sane me ob salutis verba.
En tibi confiteor omne crimen meum,
In peccatis omnibus fateor me reum,
In quibus cognoscis me offendisse Deum,
Et vt salvet ipse me, precor coge eum.
Peccavi superbia & mala cogitatione,
Visu, verbo, opere, & omissione,
Gustu, tactu, naribus & auditione,
Multa negligentia, & delectatione.
Deliqui malitia & perverso mora,
In Dei, & proximi modico amore,
Lusu, avaritia, ira, & livore;
Gula, & accidia, odio, torpore.

Hæc

A Hæc tibi confiteor, & omnipotenti,
Ac sanctorum cætui vobiscum maoenti,
Deprecor ob meritom divini tormenti,
Salvato culpabilem, veniam da petenti.
Ecce qualis factus sum sæpe delinquendo,
Tibi aliquantulum, ô clemens, ostendo,
Mea mala omnia tibi nunc commendo,
Vt tu ipsa salves me ista auferendo.
Sed quid ago referens sordes fœditatis,
Auditui Virginis summæ puritatis?
Horreseo sanctissima mater pietatis,
Ita loqui auribus tuis illibatis.
Espavesco ne à me forsan te averras,
Multas ob putredines intra me insertas,
Sed per Iesum deprecor ad me te convertas,
In quo tot miserias cognoscis tam certas.
Tu, quæ vota omnium pia intoeris,
Nunquid soli misero mihi dura eris?
B Cur misericordiæ notom nomen geris,
Si mihi petenti te non misereris?
Hanc consuetudinem propter me non mutes,
Per quam soles miseris teddere salutes,
Nec me quamvis impium, flagito refutes,
Sed tuæ clementiæ fac in me virtores.
Recordare Domina, præ cunctis perfecta,
Quia ob culpabiles fuisti electa,
Mater propter miseros Dei es effecta,
Ergo salva miseros nostra spes erecta.
Te pro eis, Domina, Deus est ingressus,
Pro eis miserias humanas perpessus,
Pro ipsis, vidente te, in tormentis fessus,
Ac mortis angustiis pro illis est pressus.
Ergo nobis, Domina, reis sis parata,
Eorumque infimum audi me rogata,
Memento pro quibus es tantum exaltata,
Et pro quibus tua est proles tormentata.
C Meas preces, Domina, digneris audire,
Et nunc & in posterum semper subvenire,
Fac tuas atque Domini plagas me ferire,
Et in corde iugiter devote sentire.
O fracta doloribus stans sub Crucis ata,
Ex nati vulneribus plena & amara;
Da mihi partem doloris; ne sis avara,
Quæ larga, & libera dicta es & gnara
O mea fiducia, Mater Salvatoris,
Me transfige gladio mox tui doloris,
Dita me ea munere perfecti amoris,
Et dic meæ animæ vim tui mœroris.
Nunc, nunc præsens spiritu Mater singularis,
De tuis doloribus aliquid loquaris,
Quod placere valeat tuis servis charia,
Et eos aspergere lachrymis amaris.
Importuna anima cur ad me sic clamas,
D Quam tam parum recolis, & tam parum amas?
Sed dicis audisse te de me pias famas,
Et ob hoc audacius ad me sic acclamas.
Modo si audire vis pœnas meæ mentis,
Crucifixo Filio meo condolentis,
Vanitates abiice cordis discurrentis,
Et lamenta animi da compatientis.
Sine fletu anima hæc audire noli,
Vbi me sic compati vides meæ proli,
Vbi fudit lachrymas multas factor poli,
Vbi mortem sustulit Dominator soli.
Et in primis alloquor te certificando
Ex hoc, quod tu cogitas de me aliquando:
Si cognovi vulnera cuncta speculando,
Quæ suscepit filius meus tolerando.
Scias, quia dolor me in tantum premebat,
Quod vim fere corporis cum sensu delebat,
Sed immensus filij amor me cogebat,
Omnes pœnas cernere, quas ipse ferebat.
Quando pœnam aliquam inferri videbam,
Tota quasi moriens mox deficiebam,
Sed amoris impetu statim revivebam, E
Et tormenta filij avide videbam.
Nam cum eo meum cor totum habitabat,
Quem ineffabiliter plus quam me amabat,
Idcirco quod Filius meus tolerabat,
Inconsolabiliter meum cor gravabat.
Nam cum eo cor meum dure est ligatum, *Mater Filio cõpassa.*
Colaphis, & alapis, sputis cruciatum,
Probris, & blasphemiis illusum, ac vexatum,
Flagris eius asperis multum tormentatum.
Cum Iesu est meum cor spinis coronatum,
Ligni Crucis pondere secum oneratum,
Ad locum Calvariæ cum eo tractatum,
Eius potu felleo est amaricatum.
Eom magnis doloribus vidi spoliatum,
Delicato sanguine totum cruentatum,
Cum Iesu est meum cor tensum, & clavatum,
Ecce vides meum cor totum laceratom.
Contemplare anima meum cor clavatum, F
Et cum meo Filio sæpe perforatum;
Sed in hoc est maxime meum cor gravatum,
Quod non his suppliciis est vita privatum.
Sed inenarrabiles pœnæ me torquebant,
Quando Crucem impij sursum erigebant,
Nam eam cum impetu stare faciebant,
Et ineffabiliter Iesum affligebant.
O si scires quantum me pœna hæc gravabat,
Quantum Christi manuum plagas dilatabat,
Quamque & profundissime ipse suspirabat,
Et quam amarissime ille tunc plorabat.
Stabam sub patibulo Mater veri Dei,
Videns pati Dominum vniversæ rei;
Condolebam intime eius speciei,
Quem deformem fecerant torquendo Iudæi.
In languore maximo, & dolore gravi,
Ad Iesum sæpissime oculos levavi,
Væh, Væh, sicut poteram, væh Fili, clamavi, G
Ego te ad pœnas has, Iesu, generavi.
Suspexi multoties ad natum suspensum,
In cruce atrociter clavatum, & distensum,
Solum iustom Deum inter reos pensum,
Et dolendo perdidi pene meum sensum.
In dolore maximo Filium videbam,
Et iuvare penitus eum non valebam,
Gemitus, suspiria, singultus edebam,
Lachrymas multiplices amare fundebam.
Vidi sanctam faciem, & deliciosam
Plusquam lingua exprimat dulcem, gratiosam,
Multis pro angustiis totam lachrymosam,
Cruentatam, lividam, nec non maculosam.
Nam tam largas lachrymas oculi stillabant,
Quod præ multitudine fletus caligabant,
Quia nulli aderant, qui eos mundabant,
Sed lugentem Dominum multi subsannabant. H
Dignum caput Filij lassum dependebat,
Nam vbi quiesceret locus non manebat,
Præter spinas minime pulvinar habebat,
Cuius dolor multiplex multum me torquebat.
Manus decentissimas dum sæpe spectavi,
Laceratas graviter, heu, consideravi,
Quas angebant nequiter perforantes clavi,
Quos in his transfixerant illi nimis pravi.
Aspexi dignissimos pedes laniatos,
Heo percussos malleo, ferro terebratos,
Omnes artus corporis simul cruciatos,
Et compages ossium dire dissipatas.
Gustum mei Filij felle cruciabant,
Auditum blasphemiis Iudæi vexabant,
Olfactum putredines loci tormentabant,
Et hæc simul omnia multum me gravabant.
Me loqui ad filium amor compellebat,
Et affectuosum cor sermones edebat,
Sed, heu, dolor nimius eos dirumpebat,
Quod verba edicere minime valebat.

A Sensibus languentibus iam deficiebam,
Et confractis viribus dolens corruebam,
Sed resumpto Spiritu, voce, qua valebam,
In verba huiusmodi statim prorumpebam.
Væh, væh Fili mi, væh, væh chare nate,
Ecce hi perversi me diviserunt à te,
Adiuva me obsecro in anxietate,
Audi preces, miserere Matris desolatæ.
Per te Fili, habui omnia secunda,
In te, Iesu, extiti iugiter iucunda,
Heu, nunc in tristitia per te sum profunda;
Quia te sic cruciat turba hæc immunda.
Tecum fac obire me per istum agonem,
Quæ te ipsum alui ad hanc passionem,
Ego heu lactavi te ad occisionem,
Fac me precor commori per compassionem.
In te impassibili, Fili mi, fuisti,
Totum hoc quod pateris, de me assumpsisti.
B Ergo fac vt moriar tecum cæde tristi,
Quia te exposui diræ morti isti.
O quis det vt subeam pro te, Iesu mortem,
Cuius ea me miseram tu sumpsisti sortem?
Fili cur permittis me esse nunc tam fortem?
Rogo moriendo fac me tuam consortem.
O mea lætitia, salus, spes, & vita,
Iesu, cur relinquis me desolatam ita?
Cur sine auxilio sum in pœnis sita?
Heu mea solatia cuncta sunt finita.
Quis mihi de cætero præstabit solamen?
Digneris audire nunc maternum gravamen,
Et ad minuenda mihi aliquod levamen:
Vide, vide, Fili mi, maternum vexamen.
Tunc Iesus me audiens tam indesinenter
Suspirare, gemere, & flere dolenter,
Intuensque anxium meum cor patenter,
Consolari lugubrem visus est clementer.
C O si scires qualiter mihi condolebat,
Nempe pro me multo plus quam pro se languebat,
Et eius pœnalitas multum me premebat,
Ac vtrosque passio vicissim angebat.
O immensa gravitas & anxietudo,
Pœna ineffabilis, & amaritudo,
Quantum pressit ambos nos ista habitudo,
Quos inæstimabilis strinxit gratitudo?
Cristus Matrem commendat Ioanni. Nam morti appropians flentem me vocavit,
Ioannem in Filium mihi ordinavit,
Me in Matrem pariter illi commendavit,
Et doloris gladius tunc me perforavit.
Semivivum Dominum, heu, audiebamus,
Loqui præ mœstitia nihil valebamus,
Iesum pene mortuum fari videbamus,
Respondere aliquid, heu non poteramus.
Ego cordis iubilum mei amittebam,
Et in multas lachrymas tota defluebam,
Vitam meæ animæ obire videbam,
Ac pœnis ingentibus iam liquefiebam.
D Nam & sic humanitas derelinquebatur,
Vt quid dereliquisti me? Nec tunc ei Deitas opitulabatur,
Vnde, & passibilis valde reddebatur,
Et cur reliquisti me Deus? loquebatur,
Anima si ruminas primum hunc dolorem,
Possidebis forsitan lachrymarum rorem,
Est si tu devota es ac cupis honorem,
Meditare sæpius hunc meum mœrorem.
O misericordia immensa repleta,
Laus tibi & honor sit, Mater, sine meta,
Omnia, quæ facta sunt, nota & secreta,
Tibi solvant gratias Virgo verbo fœta.
Iam obortis lachrymis per compassionem,
Cogor interrumpere tuum hunc sermonem,
Gratiarum reddere tibi actionem,
Et tuam extollere miserationem.
O mea fiducia, Mater Dei veri,
Per te oro iugiter ad bona vrgeri,
Et à malis omnibus per te coërceri, E
Tuisque doloribus semper adimpleti.
Vtinam cum lachrymis possem nunc rugire,
Et pro te, ô domina, dolendo obire,
Pœnas semper me tuas precor fac sentire,
Meum cor durissimum digneris mollire.
Heu quare post Filium Domina abiisti?
Heu cur ad Calvariæ locum exivisti?
Heu cur solitaria domi non fuisti,
Ne in morte forsitan perimaris Christi?
Nonne nati passio nobis esset satis,
Nisi crucifigeret te plebs feritatis?
Cur fecisti Domina miræ sanctitatis,
Te vas amaritudinis, & pœnalitatis?
Heu non solùm cerno te iuxta Crucem flentem,
Sed simul cum Filio in Cruce manentem,
Christum corporaliter in ligno pendentem,
Tuam verò animam suspensam, & dolentem.
Heu contemplor tuum cor sæpè perforatum, F
Et cum membris singulis Filij conclavatum,
Ecce geris intra te Crucifixum natum,
Flagris, spinis, ictibus, clavis laceratum.
O cor delectabile, dulce, delicatum,
Heu nunc in angustiis valde immutatum,
Probris, & blasphemiis nimis molestatum,
Sputis, felle, fletibus est amaritatum.
O amabilissimum cor, plenum dulcoris,
Quomodo sic conversum es felle mœroris?
Partem mihi flagito da tui doloris,
Lachrymarum, vulnerum, Christique languoris.
Tunc charo discipulo Mater commendata,
Vt sacra paginula esset consummata,
Proles Dei *Sitio* dixit fatigata;
Sed, heu, qualis ei potio est amara data?
O Messia, supplico tuam pietatem,
Pelle à me crapulam, & ebrietatem,
In cibis, & potibus da sobrietatem,
Ne sinas me cadere per edacitatem. G
Heu, quare cupio lautius cibari,
Sive delicatis cibis nunquam satiari?
O Iesu, ne sinas nos ita delectari,
Qui felle dignatus es pro nobis potari.
Tunc sicut Apostolus Ioannes dictavit,
Iesus *consummatum est*, statim exclamavit,
Sicque suum spiritum Patri commendavit,
Cum clamore valido, & sic expiravit.
Moriente Domino terra contremebat,
Scindebantur lapides, sol lumen claudebat,
Resurgebant mortui, populus mœrebat,
Velum templi scissum est, æther non lucebat.
Si tunc insensibilia compatiebantur,
Et in morte Domini lapides scindebantur,
Erubescant homines, qui non contristantur,
Dum obiisse Dominum Iesum meditantur.
Tu dixisti, Domine, per prophetam verè,
Quod nostrum lapideum velles cor delere, H *Ezech. 11. & 36.*
Et cor tuo populo carneum præbere;
Sed heu vix vult carneum dolere.
O plus quam lapidei, ingrati, indigni,
O nostri duritia cordis inbenigni,
Nonne commelis multa sumus digni,
Quod parum compatimur Regi tam insigni?
O cor pessimum, durum atque vanum,
Durius lapidibus, quasi inhumanum.
Saltem nunc compatere nisi sis vesanum,
Dum sic vides pati, quod non est humanum.
O Iesu, qui gratiæ das donationes,
Omnes tuas supplico miserationes,
Cordis mei dilue obdurationes,
Et da mihi lachrymas, & compassiones,
Contemplare anima cum magno fervore,
Iesum Christum medicum cum suo cruore,
Virum sine specie, & sine decore,
Percussum & mortuum pro tuo amore.

A O quantæ, Deifera, tuæ ſunt preſſuræ,
Dum ſic inſenſibiles dolent creaturæ?
Qua lingua exprimentur tuæ mentis curæ?
Quales nato mortuo tuæ ſint torturæ?
O quis nouit, mea ſpes, tuos cruciatus,
Quando Ieſus coram te eſt translanceatus?
Quando ſic percuſſum eſt illud ſanctum latus,
Cuius ſanguis pretium noſtrum eſt vocatus?
Etſi corpus exanime ictus non gravabat,
Sed tuum beatum cor dirè perforabat:
Lancea latus Chriſti cruore rubricabat:
Sed totius vulneris dolor te cruciabat.
Iuxta Crucem Filij Mater aſſiſtebat,
Fletu amariſſimo iugiter lugebat,
Nam ſenſu emortuo ipſa vix vivebat,
Voce, atque viribus, proh dolor, carebat.
Ima cadens anxia proſtrata pallebat,
Vivens fuit mortua, moriens vivebat;
B Heu plena anguſtiis anima pendebat,
Vivens tamen mortua mori non dolebat.
Rurſumque ſe erigens in dolore ſtabat,
Et pendentem Dominum flens conſiderabat,
Mori pluſquam vivere certè adoptabat,
Dum depoui Filium ſuum expectabat.
Tunc dicebat eiulans illis depravatis,
Ecce deſideriis veſtris conſummatis,
Mihi Matri miſeræ corpus deponatis,
Vel ſi libet, illi me necando iungatis.
Suum natum tangere Mater cupiebat;
Seque quantum poterat ſurſum erigebat,
Sed eum eum tangere nequaquam valebat,
Heu ad terram debilis graviter cadebat,
Iterum amoris vi ſurſum ferebatur,
Et Crucis patibulum mox amplexabatur,
Filiumque tangere multum nitebatur,
Sed ad terram durius, heu collidebatur.
Ibi iacens anxia male torquebatur,
C Immenſis doloribus, heu opprimebatur,
Sic cadentem ſanguinem deoſculabatur,
Quo cruore facies rubra reddebatur.
Inter hæc Diſcipuli Ieſu duo grati,
Nicodemus, & Ioſeph (ſic ſunt appellati)
Adepta licentia Præſidis Pilati,
Vt Ieſum deponerent, venerunt parati.
Tunc corpus, & brachia Mater aſſumebat,
Et ad ſe mæſtiſſimam concitò trahebat,
Super iam depoſitum oſculo ruebat,
Satiari minime de nato valebat.
Tunc ad caput Filij ſui Mater ſtabat,
Beatamque faciem lachrymis rigabat,
Sæpè profundiſſime gemens ſuſpirabat,
Seque ipſam feriens tales voces dabat.
O Fili chariſſime, quid mihi feciſti?
Cur Iudæi morti te tradiderunt iſti?
Quare me relinquere poſt te voluiſti?
D Succurre ſpiritui meo omnis triſti.
O mi amor vnicè, atque ſalutare,
Gaudium, ſolatium meum ſingulare,
Vita meæ animæ, ô Fili, dic quare
Permittis dolere me pro te tam amarè?
Vbi eſt quod habui gaudium tam latum,
Dum Virgo concepi te, peperique natum?
In magnam mœſtitiam, heu nunc eſt mutatum,
Dum te meum gaudium video necatum.
Sed dolendo Domina, mentem conſervabat,
Fidem firmam retinens nihil deſperabat,
Immò iuſtè dolebat, & rectè plorabat,
Dum iniuſtè Dominum perimi ſpectabat,
Tunc volentes Dominum ſepulchro locare, E
Ne tam citò facerent, cœpit hæc rogare
Hi volebant mortuum ſepulturæ dare,
Ipſa ad ſe viſa eſt corpus retractare.
Inter eos taliter pia lis fiebat,
Et eorum acrius quilibet dolebat,
Et pro Matre Virgine maxime plangebat,
Quod ipſa tam anxiè iugiter lugebat.
Tunc ad tumbam Domini Angeli venerunt,
Et ſepulto Domino laudes perſolverunt,
Sed Mariæ oculi lachrymas fuderunt,
Singultus, & gemitus ipſam vexaverunt.
Taliter in tumulo Chriſto collocato,
Genitrix triſtiſſima benedixit nato,
Commendavit, æſtimo, eum Patri grato,
Gemens, flens, & eiulans pro mortificato.
Eo qui numquam morimus, Dominus Deorum,
Sepelitur mortuus manibus ſuorum,
Quem nec terra continet, nec cæli cœlorum, F
Clauſus eſt ſub lapide more mortuorum.
Tunc hic, cui Dominus matrem commendavit,
Ioannes videlicet, lugentem levavit,
Vrbemque Ieruſalem cum ea intravit,
Et ei, vt Filius, bene miniſtravit.
Tunc devotæ fœminæ, quæ iſta viderunt,
Quæ viventem Dominum ſecutæ fuerunt,
Mortuo obſequium gratè præbuerunt,
Ementes aromata ei parentaverunt.
Inter quas Magdalena talis videbatur,
Quod Sexus fœminei obliviſcebatur,
Nam pergens in tenebris nihil verebatur,
Et quæſitum inuenit, à quo vngebatur.
Sed Virgo puerpera fletibus vacabat,
Languendo poſt Filium iugiter plorabat,
Quanta ipſe paſſus ſit, ad mentem reuocabat,
Et in corde languido flendo ruminabat.
Die autem tertio Chriſto reſurgente,
Captiuos ab inferis ſecum educente, G
Deſcendebat Angelus de cælo repentè,
Terræmotu pariter facto vehemente,
Iam mane Magdalena ad tumbam pergebat,
Et ſecum aromata parata ferebat,
Nec arma, nec homines feros metuebat,
Sed feruenter diligens Dominum quærebat.
Ipſi ſoli Dominus primò apparebat,
Conturbata amplius ſublatum credebat,
Conſolantes Angelos audire nolebat,
Nihil ſine Domino placere valebat.
Et quia feruentius cæteris quærebat,
Ipſi ſoli Dominus primò apparebat,
Hæc ne eum tangeret, ſtatim prohibebat,
Sed vt viuum diceret fratribus, monebat.
Paſſionis Domini finito agone,
Et ex Iudæ genere rugiente Leone,
Suſcitato Filio, deuicto Dracone,
Tu Virgo Chriſtifera dolorem depone. H
Gaudens vide, Domina, corpus immortale,
Subtile, & agile, & ſpirituale,
Cui non nocebit plus tormentum carnale,
Nec vulnus ſuſcipere poterit lætale.
Si gaudet Magdalena, viſo peramato,
Qui eam abſoluerat à ſuo peccato,
Multo magis gaude, tu Mater, viſo nato,
In tam viuo corpore, iam glorificato.
De precor te, Domina, & hanc Magdalenam
Iuuate vt cogitem Chriſti diram pœnam:
Et vt conſcientiam habeam ſerenam,
Ac Dei, proximique charitatem plenam.

Finis primæ Partis Supplementi Bibliothecæ Patrum.

A E

SVPPLEMENTI

BIBLIOTHECÆ VETERVM PATRVM ET SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM

B F

PARS SECVNDA.

AVTHORES QVORVM ÆTAS IGNORATVR, & Anonymorum Tractatus.

C

ALEXANDRI LICOPOLITÆ, qui ex gentibus ad Manichæi opiniones conversus fuerat, Tractatus contra eosdem.

Interprete P. Francisco, Combefis O. P.

NOTA.

Græcum exemplar huius authoris ex Italia attulit D. Emericus Bigotius, cuius versionem latinam quam hic damus apparavit P. Franciscus Combefis O. P. non sine multo vt ipse fatetur labore, tum propter Ægyptiacæ Phrasis perplexitatem, tum propter nævorum qui in exemplar exscribensis incuriâ irrepserant, multitudinem. Porro author huius opusculi dictus Lycopolita; quasi Lyco Thebaidis ortus, philosophicè & rationibus arguendo apertius cæteris Manethis probra detexit, vtpote quondam sectæ illius domesticus; velut fere ante suam conversionem Magnus Augustinus; vnde & legentibus charior illius lectio esse debet.

D

Tractatus contra Manichæos.

Philosophia Christiana. Efficiens causa nobilissima & antiquissima.

CHRISTIANORVM Philosophia simplex appellatur. Hæc nimirum instituendis moribus plurimùm navat operam; certioris veritatis de Deo sermones obscure insinuans, quorum caput, rei huius diligentiam merito omnes admiserint, vbi causa Efficiens nobilissima antiquissimaque, atque omnium auctor ab illis statuitur. Relictis namque his, qui mores consectantur, quæ operosiora sunt, qualis videlicet Virtus Moralis est & Rationalis; quæcunque item de Moribus, deque Vitiis & Affectibus dicuntur; circa præceptiones mutantur: haud quidem elementa reddentes quibus vnaquæque virtus paranda sit; crassiora verò præcepta, sic quasi temere congerentes: quorum auditu commune vulgus vt experientia discimus, ad molestiam valde proficit, insidetque eorum moribus pietatis character, vivificans, quæ ex tali consuetudine morum compositio indolesque contrahitur, paulatimque ad boni honestique ducens appetitum.

G

Hæreseon origo in christianis.

Hæc verò à sequentium turba in multas divisa quæstiones, extitere plures (vt fere in iis fit, qui contentioni student) alij aliis solertiores, argutiisque ac quæstionibus, vt sic dicam, sagaciores: ita sane vt iam quoque hæreseon sectarumque antistites parentesque emerserint: per quos in obscurum adducta ac labefactata morum institutio est: dum ii certam sermonum veritatem non assequuntur (quotquot nimirum sectis antistari volunt) plebsque ac vulgus inde in rixas ac contentiones maiorem in modum excitatur. Cùmque nulla suppetat regula, nullæ præsto sint leges, vnde eorum, quæ in quæstionem veniunt, solutionem nancisci liceat, sed velut in aliis, honoria contentio in nimietatem adducta atque excedens, non est cui labem noxamque non afferat.

H

Manichæi ætas & origo. Manes Eusebio & Epiphanio. Prim discipul Manichæi opinio duo vt Principiorũ. Materi. Platonica & Aristotelica. Materi Mani-

Sic in his quoque, dum opinionum novitate quisque se priorem ac superiorem superare contendit, Philosophiam quæ simplex sit, eo tandem adduxerunt, vt præstari non possit. Talis extitit, quem Manichæum vocant; cuius ad nos opinionis doctor Papus nomine, & post eum Thomas, venit, eosque secuti nonnulli alij. Aiunt hominem Valeriano Imperatore vixisse, ac Sapori Persarum Regi militantem, cùm apud illum offendisset, periisse. Eiuscemodi verò viri illius opinionis fama, ab eius familiaribus ad nos permeavit. Duo ponebat Principia, Deum & Materiam. Deum autem bonum dicebat, Materiam malum affirmabat. Bono Deum magis præcellere, quam malo Materiam. Materiam verò vocat non quam Plato dicit, quæ omnia fiat, tunc, cùm qualitatem figuramque receperit; vnde & omnium susceptricẽ & matrem & nutricem vocat, Aristoteles quoq, Elementũ, circa quod forma & privatio versantur, sed aliud quid præter illa. Qui enim in rebus singulis motus incompositus est, hunc Materiam appellat. A Deo stare Virtu-

A *chaicus vtrique deliria.*

res alias, velut ancillas, omnes bonas, aliasque similiter à Materia, omnes malas. Porro splendidum & lucem ac superius, cuncta hæc cum Deo esse; obscurum verò & tenebras ac inferius, cum Materia. Quin habere Deum appetitiones, verum has quoque bonas: ac Materiam similiter, sed omnes malas.

Desiderium itaque Materiam quandoque incessisse, vt in supernum locum evaderet. Cumque adeo evasisset, admiratam splendorem ac lucem, quanta apud Deum esset. Atque hunc principatum, repulso Deo atque summoto, sibi voluisse arripere. Deum porro etiam deliberasse in eam animadvertere; sed mali copiam, quo ipsam puniret, non habuisse: quippe cùm non sit malum aliquod in Dei domo. Misisse igitur Virtutem quandam, quam nos Animam vocamus, in Materiam, quæ illi omni immisceatur. Fore namque Materiæ mortem, cùm tandem postea Virtus hæc ab illa separabitur.

B

Sic igitur per Dei providentiam, commixtam Materiæ esse Animam, dissimili rem quandam dissimilem. Per hanc verò interim mixtionem, cum Materia vitium pariter contraxisse, ac laborasse Animam. Quemadmodum enim in malo vase, quod in illo existit, haud rarò pari qualitate mutatur; sic nimirum etiam in materia tale quid passam Animam, à sua deteriorem factam indole, in malitiæ commercium transisse. Eius verò Deum misertum, aliam quandam Virtutem misisse, quam nos Δημιουργὸν (rerum scilicet Opificem ac Creatorem) vocamus: quæ cùm venisset, & ad mundi creationem aggressa esset; illud Virtutis à Materia secrevisse, quod ex mixtione nihil vitij ac labis contraxisset; atque hinc Solem & Lunam primùm condita esse: quod verò pauxillum aliquid ac mediocre hausisset, id stellas cœlumque omne factum esse. Extra mundum autem electam, ex Sole & Luna secretam Materiæ partem, esseque ignem illum, cui vis quidem vrendi insit, cùm ipse tenebrosus & lucis expers, ac nocti consimilis sit. In reliquis verò

C

elementis & stirpibus & animalibus in hac rerum vniversitate versantibus, inæqualiter ferri commixtam divinam Virtutem. Propterea que mundum conditum esse, & in illo Solem & Lunam; quæ rerum ortui interituique præsideant, divinam semper Virtutem à Materia separando, atque ad Deum transmittendo.

Luna augmentum & decrementum nuge in eo Manichaica.

Hæc nempe molitum esse, vt Demiurgo ac Creatori Virtus alia suppetat, quæ ad Solis lucis splendores trahat: esseque rem manifestam, velut quis dicat, cœco. Lunam enim augmentum faciendo Virtutem accipere, quæ separatur à Materia, ac per hoc tempus eam plenam evadere. Vbi verò plena fuerit, inter decrescendum ad Solem remittere: Solem verò, ad Deum abire. Idque adeo cùm præstiterit, expectare rursum dum alio plenilunio Anima ad ipsum commigret: quam similiter assumptam, ad Deum sponte sinat transire. Atque id in omne ævum pensi habere atque operæ.

D

Sed & in Sole eiusmodi simulacrum conspici, qualis est forma hominis, ambitiosiusque eoiri Materiam, vt ex se ipsa condat hominem, omni sua commixta virtute, qui ipse quoque Animæ quidpiam habeat: multum tamen contulisse formam, vt homo maius aliquod, præ reliquis animantibus, commercium nancisceretur divinæ Virtutis. Esse enim hominem divinæ Virtutis imaginem: Christum verò, esse mentem. Qui cum aliquando è supernis cœlique axe venisset, huius plurimam partem Virtutis ad Deum dimisisse. Ac demum in crucem actum, per eum modum scientiam præbuisse; divinamque aptasse Virtutem, vt in Materia crucifigeretur. Quia igitur divinæ voluntatis ac decreti est vt Materia pereat, ab iis abstinere quæ animata sunt, vesci verò oleribus, ac si quid est sensus expers. Se quoque abstinere à nuptiis & venereis ac procreandis liberis, ne altiores in Materia radices per generis successionem Virtus agat; nec seipsos eximere, conantes emundare, quam sibi Virtus ex admixta Materia labem consciverit.

De homine & Christo deliria.

Abstinentia insulsa ratio.

Sunt hæc quidem, eorum quæ dicunt ac sentiunt principaliora. Colunt verò maximè Solem & Lunam, non vt Deos, sed vt viam qua eis Deum assequi liceat. Scien-

Solis ac Luna

cta verò penitus divina Virtute, ignem aiunt exteriorem delapsum, ipsum se, ac si quid aliud fuerit Materiæ reliquum, combusturum. Qui autem inter eos lepidiores sunt, nec Græcanicæ eruditionis ac literarum expertes, ipsi nos, ex propriis admonent. Ex ceremoniis quidem ac mysteriis; per Bacchum, qui scissus vtcru est, significari dividi in Materiam à Tytanibus (vt ipsi loquuntur) divinam Virtutem: ex Poëtarum autem fabula Gigantium pugnæ, indicari, Ne illos quidem Materiæ adversus Deum rebellionem nesciuisse. Ego sane quemadmodum hæc haud sufficientia ad eorum deliniendos animos, qui nullo examine sermonem recipiunt, haud inficias ierim, quandoquidem etiam nonnullus, qui vnà nobiscum Philosophiæ navaverunt operam, eiusemodi sermonum deceptio ad se traduxit; qui tamen modo rem, vt se habeat, examinandam aggrediar, quo me vertam nescio. Non enim per legitimas vllas rationes procedunt illorum hypotheses, vt per eas examen instituere liceat. Neque vlla

E *cultus sub Deo. Manichais in Græcorū fabellis quæsita præsidia.*

F

sunt demonstrationum principia, & vt quod sequitur videamus: inventumque revera & lucrum inspersum eorum est, qui simplicius philosophari dicuntur. Hi, novas sibi vetere sque Scripturas adhibentes, cùm divinitus inspiratas sibi eas statuant, suas inde opiniones concludunt: tuncque solum argui videntur atque refelli, cùm ab eis aliquid non iis consonum aut dici aut agi contigerit. Quodque iis qui Græcorum ritu philosophantur demonstrationum principia intermediæ propositiones sunt, hoc ipsis est Prophetarum vox ac oraculum. Hic autem, cunctis his eliminatis, & cum ea, quorum superius memini, absque vlla probatione dicantur, sitque necessarium vt eum ratione responsionem faciamus, non verò probabiliora alia, & quæ magis delinire valeant, proponamus, molestior est aggressio, hincque adeo magis ardua, quod & varios instituere sermones necesse est. Qui namque magis accurati certiorisque veritatis sunt, eos latuerint, quos certa quadam credulitate ante admiserint, si, cùm ad deliniendum adhiberi contigerit, in easdem ansas necessitatesque inciderint: Quamobrem multa magnaque opus diligentia est, ac planè Deo, qui ipse dux & auspex erit sermonis.

Scripturarum auctoritas ac fides, Manichais spreta.

Id est, pares illis videbuntur, nec magis cogentes.

G

Duo principia statuunt, Deum & Materiam. Siquidem id quod fit atque oritur, ab eo quod est, secernat, haud perinde mala suppositio, vt neque Materia ipsa seipsam efficiat, & contrariorum rationem recipiat, quæ tum agat tum patiatur: neque rursus alia talia de Effectore rerumque auctore intelligantur, quæ nec fortè fas sit dicere; tametsi Deus ad effecta Materiâ non indigeat; cùm omnia in substantia & quæ verè existant ad illum seorsu effici nihil prohibeat. Sin autem quod magis dici videtur, sub ipso inordinatus rerum motus Materia est, primùm quidem incautè ac imprudens aliud efficiens (ei sc. maleficum) constituit: nec quid inde sequatur animadvertit; nempe, si necesse omnino sit vt Deus & Materia supponantur, aliam quoque Materiam Deo suppositum iri: vt videlicet ambobus Efficientibus Materia subiecta sit. Pro duobus igitur, quatuor nobis Principia præstrare monstrabitur.

Manichæorum duo principia.

Ipsa vexata.

H

Admiranda verò & ab illo posita vtrinque distinctio. Si enim hoc Deum existimat, quod Bonum, vultque vare existere quod est illi contrarium, quidni velut Pythagorici quidam Malum ipsi contrarium ponit? Ferendum sane magis, vt ab illis duo principia dicantur, Bonum & Malum; inter se continuè pugnantia, cùm tamen Bonum malo prævaleat. Nam si malum superaret, interirent omnia. Prorsus enim Materia secundum se, neque corpus est, neque omnino incorporeum aliquid; atque simpliciter hoc aliquid; sed indefinita quædam, quæ forma accedente finiatur ac terminetur, velut ignis mers ac pyramide; octaëdro (octonorum corporum sessu) aër, icosaëdro (vicenorum) aqua; quadrantali terra. Quonam igitur modo materia inordinatus motus elementorum existit? Per se itaque subsistens vereque existens non est: nam si motus, in subiecto est; non videtur autem talis esse Materia, quinimmo primum subiectum & incompositum, & ex quo reliqua.

Pythagoreorū de principiis opinio: Bonū & malum contraria: à bono victoria. Plut. de Placitis Phil. l. 1. c. 6.

Quao

A

Quando igitur motus inordinatus est Materia, semperne mobili coniunctus erat, aut aliquando ab eo separatus? Certè, si vllo vnquam tempore per se erat, sic vtique non erat: nullus enim motus sine subiecto est. Si verò semper in subiecto erat, sic rursus duo statuentur principia, quod movet & quod movetur. Vtri igitur horum tribuetur, vt cum Deo primum illud constituamus?

Vindicatur ab inordinatione motus. Circularis.

Accedit sermoni appendix illa prorsus extorris, *inordinatum*. Quando enim motus non fuerit, merito dicatur. Quænam verò etiam motuum Materia? Num qui rectus est, an circularis; vel quæ qualitate sensum afficiente mutantur, vel generationis ac corruptionis motus? Enimverò circularis motus, sic decorus est & compositus, vt rerum vniversalis ordini adscriptus sit: nec Manichæorum sensu hic culpandus videatur, in quo Sol & Luna, quos solos Deorum venerari aiunt Sed qui rectus.

Rectus.

B

Atqui huic quoque terminus est, quo locum suum consequatur. Prorsus enim quod terrenum est, à motu cessat vbi terram attigerit. Omne verò animal & planta crescendi finem facit, cùm terminum suum assecuta fuerint. Quamobrem illorum quies, rationabilius mota Materiæ fuerit, quam quæ ab ipsis eius mots nullo explenda exitu texitur. Motus autem generationis & corruptionis, ne intelligi quidem potest, huic aptus argumento; quippe cũ materia, illis ingenita sit. Sin autem motum alterationis, vt vocant, & quo qualitate sensum afficiente mutamur, illi adscripserint. Hoc enim maxime dicere videntur, idcirco nimirum quod per Materiam etiam mutari mores & in animo vitium versari dicunt: operæpretium sit vt dispiciamos, quonam tandem modo etiam hæc loquantur. Ipsam namque alterando, semper à principio ducet exordium: procedensq; medium attinget, inque eum modum finem assequetur. Enimverò eum ad finem pervenerit, non quiescet, siquidem alteratio eius essentia est: sed rursus per eadem flectens, ad principium revertetur; indeque similiter ad finem: nec hoc facere vnquam cessabit.

Generationis & corruptionis. Alterationis & sensũ afficientis qualitatis.

C

Velut si alterentur a. & c. medium autem sit b. mutatio a. ad b. perveniet, atque hinc ad c. Rursus igitur ab extremo c. ad b flectens, quandoque a. assequetur: eritque hoc continuè. Velut à nigro mutatio, medium pullum, extremum album. Rursum è contrario, ab albo ad pullum, ac similiter ad nigrum, rursusque ab albo alterationis exordium, idemque iam argumentum.

Materia alterationis ratione causa est malefica? Non magis maleficam esse, quàm beneficam inde probatur. Sit enim alterationis principium à malo. Sic igitur ab hoc, per ea quæ medij generis sunt, alteratio est ad bonum. Verùm esto à bono. Rursus igitur per ea quæ medij generis sunt, est principium. Sive ad vnum extremum, sive ad alterum sit motus, eadem est ratio; atque hæc ea abundanti dicuntur.

D

Omnis motus circa quantitatem versatur: porrò qualitas vitij dux ac Virtutis existit. Scimus autem hæc etiam genere distingui. Num verò Deus duntaxat Materiaque principia; an aliquid aliud superest, quod horum medium existat? Siquidem autem nihil est, manent hæc Inter se incommixta. Rectè enim dicitur, Siquidem extrema misceantur, necesse est esse aliquid in medio, quo illa connectantur. Sin autem aliud quid existit, necesse rursus aut incorporeum aut corpus esse; atque adeò tertium adventitium principium emersit.

Primum itaque si Deus & Materia ambo prorsus incorporea; neutrum in altero, præterquam quod sicut Grammatica est in Anima. Hoc autem in Deo & Materia intelligere, absurdum est. Si autem vt in vacuo, vt quidam loquuntur. Vacuum vniverso huic circumfusum esse; alterum rursus substantia caret. Vacui enim substantia, nihil est. Sin autem vt accidentia, primum quidem ea res impossibilis est. Quæ enim substantia carent, nullo vsquam loco possunt esse. Est enim substantia quasi vehiculum accidentibus subiecta. Quod si ambo corpora, necesse est vtraque aut gravia esse, aut vtraque levia, aut media; aut alterum quidem grave, alterum leve, aliud medium: Sive igitur vtraq; gravia, sic plane necesse est hæc eadem & in levib esse, & in iis quæ sunt media: sive disiẽtanea sint, aliud omnino secretum erit ab alio. Aliũ enim sibi grave locum vendicat, atq; alium quod medium est, alium leve, alij nimirum locus sursum competit, alij deorsum, alij quod situ medium est. Eius verò quod sphæricæ figuræ est, locus Infimus, mediũ est. Ab illo enim ad omnia excelsiora ad supremam vsq; superficiem vndequaque est distantia. Cunctaq; rursus gravia, vndequaque in ipsum feruntur. Quocirca etiam ridere subiit, audienti, *Materiã, dum incomposite movetur ac inordinatè* (id enim illi ex natura est) *ad Dei evasisse regionem, sive ad lucem & claritatem*, eiusque generis omnia.

E

Si autem aliud corpus, aliud incorporeum est. Primum quidem quod corpus est, id solum mobile est. Præterea, siquidem incommixta sunt, vnumquodque seorsum ab altero secundùm propriam naturam est. Sin vero alterum alteri commixtum est, aut Anima, aut Mens fuerint aut accidens. Sic enim solummodo incorporea corporibus commisceri contingit.

F

Deridicula Manichæorum Materia in Deum motus somnia.

Sed quonam modo in Dei regionem ac sedem, quave ea causa invecta est? illi quidem ea natura est locus deorsum & tenebræ, vt loquuntur, præter naturam verò locus sursum & lux. Quamobrem, motus ei tunc præternaturalis fuit. Eique eiusmodi aliquid accidit, ac si quis lapidem aut glebam terræ sursum proiecerit, quæ vtique ratione ea res proiicientis impetu paululum levata cùm sursum evaserit, in eundem locum decidit ac ruit. Quisnam igitur Materiam ad supernum locum levavit? Sane quidem sola meritis, ac ea se ipsa, eo motu haud moveatur, qui eius ipse existat. Necesse verò est vim ei illatam esse vt sursum ferretur, haud secus ac lapidi & glebæ Verum nihil illi cum ea relinquunt, præter Deum. Manifestum igitur quid inde conficitur; Deum scilicet, vt ipsi existimant, vi ac necessitate, ipsum ad se Materiam sublimem levasse.

Deus materiæ auctor rebellionis sensu Manichæorum.

G

Materia appetitio lucis & splendoris, bona.

Atqui, si malum Materia est, omnino etiam malæ sunt eius appetitiones. Est verò mali appetitio mala, boni verò atque honesti ipsa valde honesta. Siquidem igitur Materia quod splendidum est lucemque concupivit, haud mala eius cupiditas est, vt neque si quis vitiosè vitam traducens, postea tandem virtutis desiderio exarserit. Secus verò, haud vacat crimine, si quis studiosus in mali desiderium venerit. Velut si quis dicat, Deum quæ Materiæ competunt mala appetere. Nec enim Dei bona talia æstimanda sunt, qualia sunt multæ opes & latifundia ingensque auri vis, quorum minores domino cedunt partes, si quis in alterum ab eo transtulerit. Sed si quod omnino horum simulacrum animo informandum sit, sapientiam, puto vero & scientias, in exemplum adduxerit, Quemadmodum igitur neque sapientia minuitur neque scientia, nec qui illis præditus est damni aliquid facit, quod aliquia horum particeps effectus fuerit. Sic neque ratio satis favet, vt existimemus Deum Materiæ invidisse appetitionem boni honestique; dum iuxta illos, appetiisse ipsum dederimus.

Bona divina nihil ex commercio minora.

H

Deorum mythologica, ijsque similia Manichæi deliria.

Longe porro Mythologos fabulis superarunt, eos nimirum qui aut Cœli vitilia putent aut adversus Saturnum à filio structas insidias, vt sibi ipse imperium arriperet, commenti sint; aut qui rursus Saturnum filios vorare faciant, tumque frustratum consilio ex lapidis obiecto simulacro. Quomodo enim, quæ ab eis dicuntur, non his similia, cùm palam Materiæ cum Deo bellum referant; ac neque hæc spiritali sensu ac mythologicè dicant, velut Homerus in Iliade, Gaudere Iovem Deorum inter se pugna ac bello, obscurè significans, mundum ex inæqualibus conflatum esse, quæ alia aliis conserta tum vincant, tum victoria cadant. Atque hæc idcirco à me dicta sunt, quod sciam istiusmodi genus hominum, vbi eos probationes ac rationum momenta defecerint, quædam vndiq; ex Poëtarum commentis congerere, atque hinc suis opinionib. præsidium, ac quo se illis tueantur, quærere. Quod ipsis haudquaquam evenisset, si maiori quadam cura ac diligentia rem quampiam legissent.

Homerica Theomachia allegoria.

Atqui, cum mala quidem omnia à divino choro exulent, tum vel maxime æmulatio & invidia. Sinunt tamen hi apud Deum ista, dum dicunt Deum insidias stru-

A

Æmulatio & invidia in Deo, Manichæorũ sententia.

xisse adversus Materiam, ea ratione quod bonum cupivisset. Quanam verò etiam Deus eorum quæ habebat, punire Materiam voluit: Equidem accuratioris doctrinæ existimo vt Deus simplex dicatur, quàm pro illorum ratione. Nec verò, vt in aliis, huius etiam mentia facilis enarratio existit. Haud quippè simpliciter nudoque sermone eam demonstrare licet, sed multa disciplina atque opera. Cæterum omnes id scimus, iram ac furorem, adversusque Materiam vindictæ appetitum, affectus esse, & perturbationes (*πάθη*) circa eum, quem sic illa prosequatur, versantes: eiusmodi sane vt nec circa vllum qui virtute fultus sit, versari vnquam contingat, tantum abest vt illi ipsum Bonum subiaceat.

Vitia hæc in nullo studioso, probraq; admittẽda,

Ad alia igitur rursus tendit circumvolitans oratio. Quia enim misisse Deum virtutem in Materiam dicunt, consideremus operepretium, vtrum hæc Virtus, ad boni rationem quod attinet, præ Deo minor esset, aut simili ratione haberet. Siquidem enim illa deficiebat minorque erat, quænam ratio? Nam quæ apud Deum, nullum Materiæ admittunt commercium. Vnum verò duntaxat bonum Deum insignit, vnumque malum Materiam. Sin autem similiter habebant, quidnam causæ est, cur ipse velut Rex quidam imperaret, ipsa verò laborem hunc invita subiret.

Missa Virtus Manichaica.

C

Quin ad Materiam quoque quod attinet, quæretur, Num mali ratione similes sint an minores Virtutes? Nam si minores, prorsus minore malitia ac pravitate, Boni ergo commercio existant illæ. Cùm enim duo mala sint, quod minus est, tale plane boni commercio nactum vt esset ac ita se haberet. At illi circa Materiam nullum bonum relinquunt. Rursus igitur alia emergit quæstio. Nam si alia quædam Virtus mali ratione Materiæ præcellit quæ dominio polleat, ipsa principalior existit. Quod enim magis malum, ipsum illius imperio polleat.

Materia Virtutes, pari, minorive malitia.

D

Misisse autem Deum Virtutem in Materiam, dicitur quidem nulla probatione; ac quod omni prorsus probabilitate careat. Par tamen est, vt & ipsum pari ratione suis sermonibus explicatione gaudeat. Huius sane causam hanc esse dicunt, vt nullum sit malum, sed omnia bona. Decebat enim Virtutem Materiæ misceri, Athletarum more, qui congressu implexuque adversarios superant, quo scilicet mali victoria, ipsum aboleretur. Longè verò augustius arbitror, Deique excellentia dignius, primo statim existentium cogitatu Materiam sublatam esse. Haud tamen puto rem admiserunt, quod nunc quoque malum quidpiam existat quod Materiam vocant. Res verò nihil magis cessare ne aboliri possibile est, quæ tales sint; ne quis in deterius quædam mutari admiserit. Decebat enim huius quendam sensum fieri, quod nempe hæc mediocriter quovis sane modo imminuta essent, vt & in posterum meliores nobis spes suppeterent. Pulchrè enim in Zenonis Citiei dictum sententiam est, qui rerum vniversitatem igni conflagraturam, sic arguetet, *Quicquid habet quod vrat, non cessaveris, donec totum comburat, Solque ignis est, nec quod habet, comburet*; Ex quo conficiebat, vt sibi videbatur, rerum hanc vniversitatem igni exurendam esse. Ad quem facetiorum quendam dixisse ferunt. *Atqui ego heri, & ante annum, ac diu ante vidi, nuncque similiter video, nullam labem Solis ignem attulisse. Decebat cum tempore paulatim rem fieri, vt quandoque vniversum hoc conflagraturum crederemus.* Quin ad Manichæi quoque doctrinam, quanquam nulla nititur fide ac ratione, eadem puto responsio congruat. Nihil hæc decrementi fecisse; sed & fuisse prius eius temporibus, qui mortalium primus conditus est, cùm frater fratrem sustulit, & nunc adhuc esse: eademque bella, & diversas magia cupiditates ac libidines. Decebat autem hæc, vel si non cessaverant, certè minuta esse, vt & quandoque cum tempore cessatura augurare mur. Dum autem eadem exinde perseverant, quænam spes futurorum.

Improbata Virtutis immissione mali destructio, quod mali ex ea nulla minutio.

Expuncta Zenonis opinio, orbẽ Solis igne conflagraturum esse.

B

Quænam verò etiam mala esse dicit? Ad solem quidem ac Lunam quod attinet, deest nihil. Quod verò ad cœlum & stellas; si quid tale esse dixerint, ac quidnam tandem illud sit, æquum est vt sequentibus exquiramus. Enim verò, inordinatio, vt illi existimant, malum est, motusque inordinatus. Hæc autem secundùm eadem atque eodem semper modo habent: nec vllam quis inerrantium stellarum vituperaverit, eo nomine, quod præter constitutum tempus in signifero circulo quandoque morari voluerit; neque fixarum, quasi non eadem sede situque manserit, nec vniversi circunlatione in orbem pariter ruterit, vno gradu retroacto ad sequentia motu, centum annorum spatio. In terra autem si quorundam locorum agrorumque duram ac indomitam indolem accusaverit; aut gubernatores maris tempestatibus ac procellis offensi fuerint. Primum quidem vt illi sentiunt, talia, boni portiones sunt. Etenim nullo terræ germine existente, futurũ sit, vt animalia omnia celerrime intereant. Id verò dum ita contigerit, eius Virtutis quæ Materiæ implexa est, partem plurimam ad Deum transmittere possit: ac necesse erit plures Lunas existere, vt tantam repente propinquãtium Animarum multitudinem capere possint. Nec aliter de mari loquendum sit. Lucrum enim insperatum perire, vt ea quæ intereunt quam citissime quæ ad Deum ducit, viam teneant. Quæ autem in terra geruntur bella, famesque ac si quid est quod interitu mergat, illorum sententia maximo habendum honore est. Quicquid enim causa bonorum est, quod honore habeatur dignum est. Sunt verò hæc boni causa, ex interitu, qui est illis comes, dum discretam ab his qui intereunt, Virtutem ad Deum traducit.

Malum minime in sideribus & stellis.

Mala vitæ omnia Manichaicè vana, quæ inducant interitũ.

Deliriũ supra expositũ transverse.

F

Reditus animarũ ex Luna ad Solẽ.

Atque vt videtur, nesciebamus, Ægyptios merito Crocodilum colere & Leonem & Lupum, quod hæc maxime animalia præ reliquis robustiora, ipsa præda vorant, omnique modo interimunt: Aquilam quoque & Accipitrem, quod & horum indoles sit, vt imbecilliora animalia in aëre & super terram enecent. Forte verò etiam iuxta illos homo, eam obrem maximo honore habetur, quod omnium maxime subtilibus inventis atque artibus, pleraque animalium domare solet. Ne verò & ipse huius expers boni existat, aliorum ipse esca cedit. Rursus igitur absurdæ generationes, illorum sententia, quæ ex exiguo vilique spermate quicquid magnum est efficiant; præstatque vt hi opinantur, à Deo interimi, quàm nasci, vt divina Virtus cito liberetur à mundi huius incolatus molestiis.

Ægyptiis culta animalia noxia.

Homo artibus maleficus.

G

Quid enimvero etiam ad libidines impudicitiasque ac iniustitias, ac quicquid eius generis est, dicat aliquis, dicturus Manichæus? Igitur ad hæc disciplina lexque suppetias veniunt. Disciplina quidem in hoc diligenter incumbens, ne quid eiusmodi in hominibus contingat: Lex vero puniens si quis iniustum aliquid admisisse deprehensus fuerit.

Libidines & iniustitia, legibus castigata & disciplina.

Deinde verò, quid est quod terræ vitio vertatur, quod eam subigere ac exercere agricola neglexerit? quod Dei principatus imminutus est, qui in iusti ratione consistit, cùm fuerint eius quidem alia fructuum frugumque feracia, aliaque contrariâ qualitate prædita, aut cùm ventis ruentibus, secundùm aliam rationem, alios inde commodum sentire, alios verò etiam invitos mala quædam ferre contigerit? Nempe nesciant necesse est, quænam eorum indoles quæ contingentia, & quæ necessaria sunt. Sic enim non talia prodigio verterent ac calumniarentur.

Contingentia ac necessaria, quib. nihil labis.

H

Vnde igitur voluptas seu libido, & cupiditas? Hæc enim maxime mala esse dicunt, oderuntque; nec Materia aliud quicquam magis videatur. Sane quod hæc solum animalibus attineant, quæ sensu prædita sunt, nullaque alia res, quam quæ sentiunt, cupiditatem percipiat ac libidinem seu voluptatem, manifestum est. Quis enim stirpi voluptatia ac tristitiæ dolorisque sensus, Quisnam vero terræ, aquæ aut aëri? Dæmones verò siquidem sunt animalia sensu prædita, eam forte ob rem constitutis sacrificiis ac legitimis delectantur, ægreque ferunt cum illa defuerint: cùm nihil eiusmodi de Deo cogitari possit. Igitur qui dicunt, *Quidnam causa est cur animalia voluptate affi iantur ac cupiditate?* prius inde querelam moveant, *Cur hæc sint sensu prædita, quave causa sit cur cibo indigeant?* Ea sanè animalia quæ immortalia erant, à corruptionis interitu augmentoque fuere liberata, cuiusmodi sunt Sol & Luna & Stellæ, quanquam sunt hæc

Libido & cupiditas verum sentientiũ. Dæmones animalia sentientia.

Sol item & Luna

etiam

A *Stolae: Platonicè, non Christianè.*

etiam sensu prædita: extra tamen hæc sunt, nihilque huic criminationi obnoxia. Homo autem, cùm & sensu vti valeat & iudicare, sitque potentià sapiens (potestatem enim habet vt talis fiat) accepto quod proprium est illud tumultum conculcat.

Prorsus enim operæpretium ex his vitiis quæramus, Nullusne hominum studiosus possit euadere, an aliquem contingat virtutem capessere? Ac siquidem nemo sapiens, quid ipse tandem Manichæus? Mitto enim non solum alios studiosos dicere, sed & alios idoneos, qui tales faciant, non deesse. Quod si omnino aliquis est, quid vetat omnes pariter studiosos euadere? Quod enim de vno, de omnibus quoque contingens est; & quorum opera quibusve mediis vnus, iisdem & omnes virtutis arcem possint arripere. Nisi quid plurimum virtutis ac potentiæ dicunt talibus intercludi.

Quod sapientes aliqui sint, nihil vetat & alios esse.

B *Diligentia & studio paranda virtus.*

Rursus igitur primùm, quæ necessitas laboris ad capessendas disciplinas: (liceat enim & dormiendo virtutem nancisci) aut quæ causa est cur viri isti auditores suos potissimum in spem erigant parandæ honestatis atque virtutis? Nam etsi voluntentur cum meretricibus, promptum bonum nancisci possint. Quod si disciplina meliorque institutio ac educatio, diligentiaque ac sedulitas in percipienda virtute talem eum reddidere, omnes tales fiant, sublatusque est ab eis celebratus decantatissimusque inordinatus Materiæ motus.

Saniore philosophia hominem ad bonum prouehendi.

Longè verò præstaret, vt dicerent, Sapientiam organum à Deo hominibus concessam, vt quod illis ex cupiditate & voluptate seu libidine insitum est, ea ratione qua sunt sensu præditi, hoc paulatim in bonum traducens, quod sequitur absurdum ab eis auferret. Sic enim ipsi, qui se virtutis doctores profiteantur, ex proposito vitáque æmulandi essent; magnaque spes affulgeret, fore vt quandoque mala cessarent, cùm omnes sapientes euasissent. Idque adeo Iesus mihi considerasse videtur; ac ne plebs rusticana, agricolæ, fabri, cæmentarii, reliquique artifices & mechanici à bono extorres essent, commune omnium simul conflasse concilium; ac simplicis facilisque alloquii dissertationibus, tum in Dei eos sensum extulisse, tum in boni honestique desiderium adduxisse.

Commune virtutis studium à Christo omnibus apertū.

C

Exagitenta Manichaica Virtus in Materia.

Enimvero, Quandonam aiunt Deum diuinam Virtutem misisse in Materiam? Nam si semper erat, ac neque Deus prior illa intelligitur, neque Materia, sic rursus ex Manichæi doctrina tria erunt Principia. Fortè verò etiam longè plurima paulò post videbuntur. Sin autem aduentitia est & quæ postea extiterit, quonam modo Materiæ expers existit? Quod si Dei partem statuunt, primùm quidem sic sentiendo Deum compositum corporeumque tradunt. Atqui hoc absurdum est nec vsquam esse possit. Sin autem eam condidit, ac Materiæ expers existit, miror quomodo non attenderint, nec ipse nec eius discipuli, quod si (vt in vera sententia dicitur quæ deinceps sunt manente Deo, Hypostases sunt) hanc Deus Virtutem volontate condidit; quomodo non etiam reliquorum omnium quæ facta sunt, auctor fuit, nulla ei necessaria Materia, quæ antè extiterit? Hæc enimvero, quæ ex ea opinione apparent absurda; quæ verò sequuntur, hîc deinceps posita.

Si vna Virtus creata sine Materia, & reliqua.

D

Ergo hæc Virtutis natura fuit atque indoles vt difflueret in Materiam? Si præter naturam erat, quonam igitur modo illi commixta est? Sin autem ex natura, omnino planè, & semper res illi cum Materia erat, ac ipsi comes erat. Id autem si ita est, quid causæ est cur Materiam malum vocitent, quæ à principio cum diuina Virtute commixta, eius nacta commercium est? Quonam verò modo etiam corrumpetur, diuina Virtute, quæ admixta erat, ad se ipsam quandoque secedente? Quæ enim bona essent incolumia seruabat, conueniens vt & alterius cuiusdam boni, quibus adest, auctor existat, quàm vt corruptionem, vel aliud quodpiam malum illis inducat.

Virtus in Materia explosa.

Eorum hîc argutum responsum ac evasio; Nempe, sicut videmus anima seiuncta à corpore corpus ipsum perire; sic etiam vbi Virtus Materiam dimiserit, quod reliquum erit, ipsam videlicet Materiam dissolutum iri ac perituram. Primùm quidem non animaduertunt, fieri non posse vt vlla res in non ens corrumpatur. Non ens enim non est. Dissipatis autem corporibus, ac cùm eis mutatio quædam acciderit, dissoluuntur, adeò vt partim in terram cedant, partim in aërem, partimque in aliud quidpiam.

Manichaeorum

E *Solutio & instantia.*

Præterea non meminerunt, docere illos Materiam motum inordinatum esse. Quod autem sui ipsum ratione mouetur, & cuius essentia motus est, nec per accidens illi competit, quanam fiat ratione, vt abscedente Virtute, id quod erat, antè etiam quàm Virtus in ipsum descenderet, esse desinat? Nec vident differentiam, quod omne corpus expers animæ, immobile sit. Nam & stirpes animam habent vegetabilem. Ipsum verò motum, quamtumvis inordinatum, Materiæ dicunt esse substantiam. Ac verò erat melius: velut in dissonante lyra, accedente harmonia, initoque concentu, quicquid erat, musicè consertum modulatumque efficitur? sic nimirum diuinam Virtutem inordinato admixtā motui, quem ipsi Materiam sentiunt, pro eo quod ornatu careret, quendam illi ornatum adjecisse, ac semper adiicere, eiusmodi scilicet qui diuino ritè congruat tempori. Nam quæso, Quandonam tandem ipse Manichæus, vt de his tractaret idoneus fuit, ac quando demum isthæc enarravit? Nam & ipsum materiæ concinigma & Virtutis in ea receptæ fuisse concedunt. Siue igitur, ita vt erat, hæc inordinato motu locutus est, quomodo non mala opinio; siue diuina Virtute anceps dubiumque dogma est, ea ratione, qua est à diuina Virtute, veritatis commercio gaudens; qua verò ab inordinato motu alterius, partis commercio ad mendacium vergens, illique hærens.

F

Scite ad hominē de Manete, qui ipse in Materia.

Quod si dictum esset, Diuinam Virtutem ornasse Materiam atque ornare, longè sapientius esset, & ad fidem Manichæi doctrinæ ac sermonibus conciliandam conducibilius. Verum enimverò aliam Deus è supernis misit Virtutem Sanè quidem quæ dicta sunt de priore Virtute, de hac pariter communia sunt: omniaque absurda, coniuncta doctrinæ de prima illorum Virtute, eadem & impræsentiarum licet afferre, Aliud verò quis ferat? Quidni enim Deus vnam quandam Virtutem misit, quæ omnia posset? Cùm mens humana sic ad omnia varia sit, vt eadem Geometrica scientia, eademque Astronomica & Tectonica prædita sit, ac si quid eius generis est, ad inopias Deus redactus est, nec inuenire potuit talem Virtutem, quæ illi ad omnia idonea esset, vt non prima atque secunda indigeret?

G *Altera Manichæi Virtus, prioribus nimisque absurdis petita.*

Vt quid verò alia quidem Virtus opificis, alia vim magis patientis habens ac recipientis, quò scilicet pronum illi beneque sit vt misceatur cum Materia? Non enim hîc causam ordinis boni video, aduersusque ipsum excessus. Cùm enim Deus solummodo bonum, malumque solummodo Materia existat, necesse est vt reliqua media dicamus & in medio constituta. Atqui inuenitur diuersus factor ac conditor circa ea quæ media sunt, cùm dicant aliam causam Opificem, aliam Materiæ admixtam. Fortè igitur est primarium istud & quod à primario est, quod etiam dicunt Recentiores in libro de Differentiis. Cumque adeò Opifex Virtus ac cuius condendi vis mundi fabricam aggressa esset, secretum aiunt de Materia quod in ipsa quoque mixtione in sua propria manserat virtute, atque hinc Solem & Lunam extitisse. Id verò quod modicè patciusque virium contraxerat ac malitiam, Cœlum & Stellas. Postremò autem reliqua intra hæc temere intercepta, quæ mixta sint ex diuina Virtute & Materia.

Virtus efficiens & patibilis, opifex & Materia concreta.

H

Corpora Manichæo tribus partibus digesta.

Ego sanè præter hæc omnia, miror, quomodo non intelligunt, corpoream se facere diuinam Virtutem, inque partium morem secare. Quidni enim quemadmodum Materia, etiam diuina Virtus iam patibilis est, seque tota diuisibilis; atque eius pars alia Sol efficitur, alia Luna? Clarè enim hoc est quod dicebamus esse proprium Materiæ, cùm ipsa per se nihil sit, cùm figuras & qualitates recipiat, omnia fieri, quæ distincta ac diuisa sunt. Si igitur velut ex vno subiecto diuina Virtute

Diuina Virtus ei corporea & diuisibilis.

A

Diuina Virtus ipsa Materia, qua fiat omnia: inconueniens.

solnmmodo Sol Lunaque extiterunt : hæeque adeò alia ae alia sunt , quidni etiam aliud quidpiam factum est? Quod si fient omnia , quid sequatur manifestum est : Diuinam Virtutem Materiam esse , ipsamque esse quæ in figuras formetur. Quod si nihil aliud sunt Sol & Luna, quàm quæ ex diuina Virtute creata sunt , ergo quæ rebus omnibus intercepta sunt , Sol & Luna sunt : ae singulæ quæque Stellæ Sol sunt & Luna ; singulaque alia quæque animalia generis terrestrium & volucrum & eorum quæ amphibia dicuntur. Hæc verò ne ipsos quidem præstigiatores admissuros,vniuersis manifestum esse existimo.

Si quis verò huie quod sequitur animum attenderit, haud recta videatur via , sed quæ superiori ardua magis ac anfractuosa sit. Aiunt enim , Nihil labis asciuisse Solem & Lunam ex commercio cum Materia. Iam enim nequeunt dicere quomodo reliqua in deterius ierint, quam ferret eorum propria natura. Si enim tunc etiam,

B

cùm penes se esset, in eum modum se diuina Virtus habebat , vt partim bona , partim melior esset ; quo pene modo Hippocentauros fabulantur otiosi homines , qui videlicet ad vsque pectus homines , reliquo autem corpore equi essent ; quæ vtraque bona animalia ; sed in eis homo melior : sic quoque in diuina Virtute licet intelligere , eius aliud melius esse ac præstantius , aliud secundis partibus fore ac deterius. Iidemque in Materia, aliud enormem quandam malitiam habet atque excessum.... Alia quidem alia , atque alius alia fuerit ratio. Existimare enim licebat , à principio Solem & Lunam, solertiori iudicio ac prudentia , partes Materiæ minus malas , quibus commixtio fieret sibi elegisse , vt in sua perfectione ac virtute consisterent. Debilitatis autem tantæ ætatis maleficiis , tantam in bono excellentiam reportasse. Reliquas verò eius partes collapsas esse haud quidem sine prouidentia , cum pari tamen prouidentia, ea quæ in ipsa est , malitia, pro quota cuiusque ratione magis imbutas esse. Quod enimvero de hac Virtute nihil ab eis diuersum dicitur , sed se tota similis eiusdemque rationis intelligitur , improbabilis doctrina ae sententia est : Quod nempe in commixtione , aliud sincerum purumque remanserit , aliud malitia quadam impartitum sit.

Virtus partim bona , partim, melior.

In Sole & Luna illibata in aliis deprauata; improbabilis opinio.

C

Aiunt verò , Solem & Lunam , cùm diuinam Virtutem à Materia paulatim secreuissent , ad Deum transmisisse. Porro si vel parum Astronomorum fores triuissent, in hæc deliria haud incidissent vt sic sentirent : nec nesciuissent , Lunam, quæ quorundam sententia , suo ipsa lumine careat , à Sole illuminari ; eiusque inde esse figurationes, quod sic vel sic distet à Sole. Tuncque plena efficitur , cùm à Sole distat centum octoginta gradibus. Tunc verò in coitu est , cùm in eodem cum Sole gradu fertur. Deinde , quomodo non mirum qua tandem fiat ratione , cùm multæ sint Animæ & à diuersis. Etenim sunt Mundi ipsius & animalium , & stirpium & Nympharum & Dæmonum : ae in his facie distinguuntur, volucrium , terrestrium animalium , & eorum quæ amphibia sunt : in Luna autem vnum quoddam simile corpus semper nobis conspicitur. Quid verò & hæe corporis continuitas. Ae quidem cùm Luna semiplena est, apparet semicirculus ; cùmque plusquam media idem rursus. Quonam igitur modo in Lunam assumuntur , ac quo vsæ vehiculo ? Si enim leue est velut ignis , non solum par ad Lunam euadere , sed superius quicquid est transcendere : sin autem graue , nec à principio ad Lunam licet attingere.

Luna Lumen à Sole.

D

Receptaculum in ea animarum inconuenientia.

Quænam verò ratio est , vt quod primum ad Lunam aduenit , non statim ad Solem transmittatur , sed expectet cùm plena est,dum reliquæ Animæ adueniant?Cùm igitur Luna , quæ plena esset , decrescit , Virtus eo tempore vbi manet ; donec quæ vacuata fuerat prioribus Animabus , haud secus ac vrbs desolata , aliam rursum coloniam Luna recipiat ? Erat enim etiam thesaurus quidam in quadam terræ parte segregandus , vel orbium, vel alterius cuiusdam loci ; vbi Animæ congregatæ , paratæ essent vt ad Lunam commigrarent.

E

Verùm alia rursus emergit quæstio. Quid igitur causæ est cur non statim repleatur ? aut cur rursus dies quindecim expectat ? Nec istud minorem habet admirationem , quàm ea quæ dicta sunt ; quod nunquam ab omni retro hominum memoria extra quintum decimum diem Luna plena fuit. Quin ne diluuij quidem tempore sub Deucalione , magisque adhuc sub Phoroneo,quando ea, quæ erant super terram, vt sic dicam, omnia interierunt, vimque magnam Virtutis contigit à Materia segregari. Ad hæc verò etiam generationum prouentus earumque delectus ac frustratio , similiterque corruptionum attendenda erant , quæ cùm eodem modo & ordine non eveniant , nec pleniluniorum ordo , nec decrescentis Lunæ tempora sic obseruanda erant.

Græci duo diluvia faciunt; Salmo-sius idē cōtēdit, ipsumque Noachicū.

Ae nec istud defunctorie leuique opera attendendum. Nempe si infinita est diuina Virtus , quæ Materiæ indita est , ad eam minuendam nihil valent ; quantacunque Sol & Luna moliantur. Quod enim reliquum est, ab illo finito quod sumptum est , infinitum est. Quod si est finita, sensu percipiendum esset , per tanta interualla , quantum tandem eius Virtutis,è mundo minutum esset.Quos

F

verò animos sensusque hæc quoque non excessere vt fidem aliquam mereantur , cùm creatum dicant hominem atque formarum ad Materiæ Imaginem in Sole visam ? Quippe Imagines simulacra sunt nudæque repræsentationes principum formarum. Quod si imaginem in Sole includunt , vbinam exemplar ad quod ea efficta est imago ? Haud sanè enim hominem ipsum , verè hominem, dicturi sunt ; neque diuinam Virtutem : nam hunc quidem cum Materia miscent ; imaginem verò in Sole visam docent ; qui , vt illi opinantur , postea conditus est ex secretione Materiæ. Sed neque causam rerum Opificem ; hanc enim missam fuisse aiunt ad salutem diuinæ Virtuti præstandam : omninoque illorum sententia hæc Soli adscribenda sit ; ideirco nimirum , quòd eius aduentu ac præsentia contigit , segregari à Materia Solem & Lunam.

Imago Materia in Sole , ad quā homo ; nuga ac deliriū.

G

Deliriū Hominē à Materia esse conditū.

Porro in Sole dicunt visam esse Imaginem : Materiam verò dicunt condidisse hominem. Quonam tandem modo, quaue ratione ? Neque enim hoc , sani capitis esse possit commentum. Prætcrquam quod enim , quod ita sentiant , homo inane simulacrum inanis simulacri futurus sit , ac qui nullam veram habeat existentiam , adhuc nec in mentem venire potest , quonam modo homo Materiæ opus existat. Etenim ratione sensuque vti, non eius Materiæ est, quam ipsi statuunt. Quem verò hominem sentiunt , quisnam est ? Num quod ex anima ac corpore mixtum est ? an alterum , vel quod tota anima superius est , mens scilicet atque Animus ? Sed , siue Mens est, quonam modo quod perfectius est atque melius,deterioris opus extiterit ? siue anima (hanc verò diuinam Virtutem dicunt) quomodo ablatam Deo diuinam hanc Virtutem , Materiæ opificio ac creationi eam subjiciunt ? Quod si solum corpus relinquunt , meminerint rursus ipsum per se ipsum immobile esse , Materiæque essentiam motum dicere. At neque rem vllam ipsam per se exque genio ad Materiam trahi existimant. Nec quod ex his conflatum est , vt eius opus existimetur conueniens est. Sanè quod ab aliquo conditum est , id illo deterius esse vt existimetur , extra controuersiam est. Sic enim mundus Creatore deterius , seu Opifice ; & artificibus, quæcunque artis opera sunt : quod autem Materia deterius sit , nihil illi volunt reliquum esse. Nec par est misceri Materiæ, & ei quod Materia deterius sit.

Homo vel compositum, vel Anima , vel Mens & Animus.

H

Quæ verò quasi indulgentia ac dispensando dicunt, hæc nec intelligere videntur. Quid enim causæ est , cur Dei imaginem in substantiam hominis Materiam alligasse existiment ? Aut cur non ipsa sufficiens imago , velut in speculis , vt homo appareret ? Aut sicut ipse Sol , ad omnium quæ procreantur, ortum ac interitum sufficiens est, suæque ipsius creationis imaginem , pro creandi munere ac faciendi æmulatus est. Quonam tandem illorum quæ habet ? Ergo diuina Virtus sic spectata , organi rationem respectu Materiæ habet ? Sed inordinato motu, quo sic forma Materiam imbuat ; Verùm similia omnia,

exquisito

A exqnifitu urdine diligentique opeta, imitando finem affequantut. Neque enim domum aut nauim, vel quid alind attefactum inotdiuatione unquam præstari atbitrabimut, neque statuam, cuius ats fabrieam sd hominis imitationem molita est.

Christum Mf. Manichaico. Quid Ecclesiastico.

Chtistum verò cùm nee cognoscant, Chtistum tamen ipsum appellantes, cum alteto sumendo elemento, aliudque significatum, quam quo ille propriè accipitur, indueendo, ipsum Mentem esse tradunt. Siquidem autem id quod uoseitut ac quud cognoseit, Sapientiamque ipsum vna voce dieentes, iis quæ viti Eeclesiastiei de illo loquuntnt, pet hunc modum consentire depreheuduutut, quid causæ est, cur omnem, quam vocant, veterem histotiam respnant? Si verò, vt quotundam opinio est, aduentitium ipsum novumque, & qui exttinsecùs casuque intrauerit, statuunt, videamus Huius enim opinionis antistites, quod maximè suasibile videatur, eitca annnm septimum dieunt, ea quæ sensu prædita est, vittute organis formata atque distincta, ipsum ingressum B esse. Quod si Christus Mens est, vt illi opinantur, sie simul erit Chtistus & non etit. Antequam enim Mens sensusque ingrediatut, ne quidem est. Quod si Cbristua, vt ipsi volunt, Mens est, in ipsum vetò existentem Mens ingteditur, sie tutsus illorum sententia Mens erit. Est igitur & non est eodem tempote Chtistus. Si antem, quæ illotu.n secta ptobatissima est, Mens, vt & ipsi existimant, omnia est quæ sunt, quandoquidem Materiam ingen tam profitentnr, & æqualis (vt sic loquat) eum Deo temporis ipsique eunam, primum bune Chtistum & Mentem & Materiam statuunt, siquidem Cbristus Mens est, quæ omnia est; vnumque eotum quæ suut, Materia est, quæ ipsa ingenita est.

Inconvenientia de Christo.

Passum vmbraticè, Manichæorũ deliC rium.

Ad specimen verò ac ostentationem, per eum modum diuinam quoque Vittutem in Materia ctuci affixam esse, ipsumque supplicium boe aiunt non pertulisse, quasi scilieet impossibile sit ipsum boe facete: quod ipse Maniehæus libro de ea te setipto instituit docete; Qood nimitum diuina Vittus iu Materiam delapsa sit, ac tursua tecedat. Modum illi comminiseuntur. Sanè quidem vt dieatut iuxta Eeelesiæ doctrinam semetipsum tradidisse ad diluenda peccata, fidem quandam vulgo obtinet, ex ipsis quoque Græcumm bistotiis, eum aiunt, *Nonnullos seipsos dedidisse vt ciuitates incolumes præstarent.* Eiusque ductrinæ exemplum habet & Iudæorum histoituria, quæ Abtahæ filium in sacrificium Deo præparet aptetque. Rei autem ostentandæ gratiâ & ad specimen Christum passioni subjicete, magnæ inscitiæ est, eùm Verbum ad tetum ductrinam ae seientiam præses ac legatus sit.

Sic Horaty, Curiacij, &c. Gen. 22, 1.

Nibil Verbo per fictionẽ aptum.

Abstinent antem ab animatis. Siquidem eius abstinentiæ alia ratiu sit, haud cutiosiùs inuestigandum Siu autem ea tatione quod diuina Vittus illis magis abest, aut amplius inest, tidiculus hie illotum animus ac sensus est. Siue enim stitpes & plantæ magis matetiales sunt, quomodo conuemens exque tatione, vt eo quod detetius est in eibum victumque vtamut? sive maiot in eis est diuina Vittus, sunt istiusmodi in eibum vtilia, cum animæ facultas nuttiendi atque augmentum faciendi magis corporea ac etassiot sit.

Manichæorum abstinẽtia à viventibus riD dicula.

Quod autem à nuptiis reque venerea se abstineant, metuentes ne per generis successionem diuina Vittus in Matetia magis inhabitet, mitor quomodo vel ipsis seipsos, quod its sentiunt, admittant. Si enim nec Dei providentia sufficit, vt tum pet generationes, tum per ea quæ semper eodemque modo se babent, diuinam Vittutem à Matetia eximat, quid Manichæi solertia & subtilitas eam in tem machinari potest? Num enim vero Gigantæo munere verè Deo in hoe dicit adiutot existete, vt sublatis genetationibus diuinam Virtutem à Materia hteui præstet reeedere.

Quod abhorrẽt nuptias dementia.

Gigantũ mythologia. Gen. 6, 2.

Quæ verò Poëtæ de Gigantibus trsdunt, palam fabula est. Qui enim de his statuunt, alio quàm verba sonent, sensu, talia proferunt, fabulæ speeie sermonia gratiameontegentes, vt cùm refert Iudæotum bistutia, *Venisse Angelos vt cum filiabus hominum commiscerentur,* nempe quud ita luquitur buc significaus, viret animæ quæ inserviunt nutritioni, à supernis ad terrena desciuisse. Poëtæ autem qui dicant, *Eos, cùm armati è terra emersissent, mota statim in Deos rebellione periisse,* vt caducam celerisque interitus eurputum indulem insinuarent, in hone modum recreandotum ex tei mitsculo animotum causa puëtin exotnant. Hi verò, eùm nihil horum intelligant, vbi illius paralogismi ansam naneisei lieuerit, vndecunque tandem sibi inventum avidè attipiunt, & ad everteudam quoquo pacto veritatem omni arte eunsurgunt.

E *Nimis allegoricæ hac expositio.*

Iguis autem ille, vrendi qnidem vi præditus, nihil tamen lucis habens, qui sit extta mundum, quunam eis loco consistit? Nam siquidem in mundo est, cur mundus bactenus incolumis perseverat. Nam si aliquando ipsum, ei propinquando, cottumpet, nune quoque ipsi coniunctus est. Si autem seorsum est, velut in propria sede ac loco sublimis, qnid postea vt in mundum delabatur ei aceidet? Aut quomodo è luco suo exeedet, qua necessitate, euiusve excussus violentia; Quænam verò etiam ignis substantia possit intelligi sine pabulo? Aut quomodo humidum illi pabulum est; sive quæ de illo ex uatutæ magistrationibus dicuntut, non est huius tractatus disquitere. Illud autem ex his quæ dicta sunt protsus manifestum est. Ignis enim extta mundum consistens, omnino est quam ipsi vocant Materiam; quanduquidem Sol & Luna, puri purorum divina Virtute ab hoc igne seiuncti sunt, nullâ suatum partium in hoe igne telictâ. Etat hic ignis ipsa per se Matetia, ab omni cum divina Vittute protsus semotut eummercio. Quamobtem vbi mundus omni divina Virtute illi adversante evacuabitur, eiusmodi rursus ignis telinquetur, quonam igitur modu ignis aut aliquid cottumpet, aut ab eo eottumpetur? Ab eo enim quud simile est, non video qua ratione sit futura eottuptio. Quud euim fiet Materia divinâ ab ea Virtute seiunctâ, hoe erat prius quam divina Vittus cum ea eummisceretut. Siquidem igitur Materia, divinâ destituta Virtute petitura est, quidni petiit, antequam etiam divinam Virtutem vllumve munus ereatiunis consequeretut; vt deinceps Materia pereat, & in infinitum id faeiat? Et quid prudest? Quud enim ex prima voluntate factum nun est, ex sequenti quumodo fiet? aut quænam Deu ratio vt negotia differat, quæ ne in viro quidem se bene habere videri qoeant. Illis enim quod impossibile sit deliberare pruclive dicatur competere, qui faciunt, vt nec tunc velint, eum possibile est. Cæterùm nisi quid aliud, Deum supra essentiam & quem dicunt, velut novam quandam materiam inducunt; nec eam quidem, quam viri prudentes omnino coniunctam existimant, aut quod omnium extremum est, vixque in mente vt eam homo intelligat, venire possit. Enimverò ignis ille tenebrusus, plus nevaler quam materia, quæ divinâ desolanda virtute est, an minus? ac si quidem minus, quumodo expugnabit quod est maius? Sin autem plus, ad se quidem reducere poterit, eùm sit eiusdem naturæ: haud tamen eortumpet, vt neque Nilus, qui ab illo abscinduntur sinus.

Ignis Manichaicus vexatur.

F

Ignis ille ipsa materia.

G

H

B. HYPERECHII PRESBYTERI ad Religiosam Palæstram exercentes

ADHORTATIO,

Interprete P. Combefis O. P.

NOTA.

Auctorem antiquum & opus, argumento est, quod in tertio illo Apophtegmatum libro, Pelagio S. R. E. Interprete,

tres

A *tres eius extant sententiæ , quæ toti letm v rbu hic ha'entur : nec plures illo , vel aliis eiusmodi libris extant : vt non aliud agnouisse Antiqui videantur beatissimi huius Abbatis Hyperechij , siue (vt Pall. vocat) Hyperichij , quam istud quod ex repositis schedis , ad absolutam religiosæ palæstra exercentium normam , hic in lucem damus.*

1. PRima Monachi abrenuntiatio , timere Deum : porro Monachus non timens Deum, extra regni fores commorabitur.

2. Prima vita Monachi , bona cognitio ac scientia ; Dei autem ignoratio , Monachi mentem obtenebrat.

3. Bona Monachi possessio , castitas & sanctimonia ; qui autem extra hæc Monachus est , alienus à Patrum hæreditate efficitur.

4. Monachi exercitatio est , Scripturarum meditatio
B Deique mandatorum opere exercita functio ; fungique ac nullus virtutis palæstra exercendi officio Monachus est, qui in his non versatur.

5. Monachi cibus , vt faciat Dei voluntatem : eius autem potus , vt Christi mandata impleat. Cibus enim in sensum cadens eique subiectus non commendat Monachum Deo ; sed in ventrem vadit & in secessum emittitur.

6. Gressus Monachi , graui modestoque incessu, Ecclesiastica terat limina ac subsellia. Gressus Monachi grauis & modestus , non exeat de domo in domum.

7. Vita Monachi labiis pura sit , nihil mulierculatum sannis obnoxia onustatum peccatis : Arcis enim piratarum mulier telum est , quæ in domibus meretricatur.

8. Consilium Monachi cum viro prudente sit;quod autem sine prudentia consilium est , in corde Monachi non moretur.

9. Peruigil Monachus in Psalmis & hymnis & can-
C ticis spiritalibus , visa nocturna fugat : qui vero Monachus rectè factorum atque virtutis gloria superbit dormitatque , telas aranearum texit.

10. Fortis Monachus , signo Crucis diaboli laqueos euadit : terrenus autem & in terram pronus , satanæ se laqueis innectit.

11. Monachi animus iugiter bonorum operum functione solers sit ; cuius autem Monachi iners animus, bonis non impletur.

12. Exercentis ludus Monachi , aliæ aliis superuenientes cogitationes ; solers autem ac peruigil Monachus, sordidas cogitationes eiurat ac lenit.

13. Aruum Monachi, bonus animus fructum ferens ex Euangelicis rationibus ; eius arui fructum comedit Monachus. Dulcis enim fructus in ore Monachi, laborum suorum merces.

14. Monachi robur , quæ Christum portet , inopia atque paupertas. Grande enim inter Monachos malum , bonorum cupiditas , quæ claudat regnum cæ-
D lorum.

15. Da Monache cor tuum in corpus tuum (ei scilicet inuigila) vt à te & mentis spiritu, & actione infessum aduersarium expellas, diabolum.

16. Donum bonum Monachi , Virginitas , quæ in cœlos cum sancto Elia , sublimem aurigam ferat.Quamobrem eius tu amore incensus , Monache , igneum currum , duplici lacrymarum riuo oculis fluentium , leui rote conspersus, conscendito.

17. Arbor vitæ in altum assurgens,Humilitas.

18. Monachus nactus virtutem , bonos decerpit fructus.

19 Virginitatis virtus , abstinentia ab escis : qui autem Monachus crapulæ deditur est , vita erit abominabilis , audietque ex Christi ore , *Habes mercedem tuam* ; nempe cauens dicere, Accepturum eum mercedem suam à Christo, qui nouit abscondita.

20. Monachus , quæ sunt Dei , Deo tribuens , ne extollatur ; sed oratione ad Deum dicat , *Tua ex*
E *tuis tibi offero , vnam à te vno anima redemptionem quærito.*

21. Orantem Monachum mundo animo in nocturnis precibus exaudiet Dominus : in die verò Dominus illum illustrabit , ac velut clarum diem esse præstabit.

22. Misericors Monachus , sit fratrum amans , terramque bonam possidebit.

23. In superbia Monachi non requiescet Deus ; in eius verò humilitate ac sensus modestia, requiescet Spiritus sanctus. Huius præsidio virtutis , regnum cœlorum assequetur , ac breui ejus possessione donabitur.

24. In omni tempore sit à sorde munda Monachi tunica ; non quæ lana , quæve lino contexta sit , sed spiritalis. Qui enim eiusmodi est , in media nocte cum Christo Sponso ingredietur. Oleum inferat Monachus, in occursum Sponsi.

F 25. Monachi vita Angeli in morem sit , peccatorum incendia consumens : Vita enim Monachi , Pœnitentium holocausti oblatio est.

26. Vita Monachi , membra eius insigniat cupiditati libidinique emortua ; quippe cui beati Ioannis vita ac disciplina exemplum extiterit.

27. Dæmonum æstus ac turbatio , à Monacho fugiat ; Angelica verò tranquillitas , in eo choros ducat.

28. Dæmoniaci æstus excitâ procellâ , Monachus iram teneat : Vita enim Monachi in lenitate innotescat & patientia.

29. Feruens , spiritu Monachus , diabolum fugat; at , qui Monachus iniustè fratrem æmulatur , diabolum ad se attrahit. Fotis enim manebit cum quinque fatuis, Virginibus , qui lampadem suam oleo splendidam lætamque non reddiderit.

30. Fermentum malitiæ nec nominetur inter Monachos.

G 31. Sol non occidat super iracundiam Monachi.

32. Secum quietus Monachus , non turbat fratres: clamor verò Monachi, Monasterium turbat.

33. Psalmorum in diuinas laudes decantandas sonitus, ne displiceat , Monache ; hic enim Angelorum laudatio est.

34. Sonitum diabolo auctore conflatorum spectaculorum fugiat Monachus ; hic enim dæmonum seductio est.

35. Sit tibi in fronte omni tempore Christi crux, sit & in corde tuo Dei timor , qui Exerceris virtutis palæstra.

36. Silentium Monachi cum puro corde , Spiritum sanctum vt sui copiam faciat veniatque maiore quasi vi inflectit.

37. Lenior Monachi animus atque indoles , fraternum præstat amorem, rixamque fugat.

38. Aptatus Domino Monachus , ne se ipse diabolo dedat , ne in thalamum inducendus , confusus eru-
H bescat.

39. Scutum Monachi inexpugnabile , Angelicum melos in ore eius ; mors verò Monachi , modum excedens carmina modulandi amor.

40. Thesaurus Monachi inopia ac paupertas voluntatia ; ditissimus erit qui eius institutum arripuerit, eamque delegerit, Monachus.

41. Thesaurum tibi , Monache , repone in cœlo; nullo enim exitu finiendæ quietis sæcula te manent.

42. Monachi contemplatio in sacris Scripturis versetur ; sitque eius propensa voluntas in Dominum.

43. Monachi ostium ferreis vectibus ne claudatur.

44. Fiducia Monachi , non eo eluceat, quod carnosus ventreque distentus est.

45. Dignus qui admirationem moneat Monachi vultus , ieiunij abstinentiæque luce splendescens ac exhilaratus.

46. Monachorum animi sanitates precibus præ-

A ftantor, atque eleemofynis in apertum prodnntur.

47. Hilaris vultu Monachus, eios qui virtutis palæftram exercet, refectio, prauarumque cogitationum extinctio.

48. Ioannes exemplo tibi fit, Monache, pilis camelorum ac cilicio indurus, vt Elias melote opertua in cœlos celfo volatu ducatur.

49. Iacobua manibus te incitet, qoi in aduerfis quæ accidunttur patientiam te doceat.

50. Ioannes in Verbum quod principio caret tibi ductor extitit.

51. Hilaris ftilla animi, fronti Monachi affufa, Fratrum cœtom recreat, qui autem Monachus petolantior eft & proeax, Fratrum conuentum diffipat.

52. Æqualitaa Fratrum fuperbiam diffipat, firmaque radice humilitatem locat.

53. Compar Angelis erit Monachus, qui ventrem contemnat, nec crapolam diligat.

B 54. Immenfa pulchritudo in anima Monachi, Virginitas earens macula: peffima aotem facita Virginitas fordibua afperfa.

55. Peffimos puellæ virgini contubernalia Monachus, velut ignis in ftipulam.

56. Qui mundum illufit Monachus, Christo penè fodalis eique neceffarius; mundi verò negotiis implicatus Monacbus, non placet Chrifto, qui in nuoeros retulit.

57. Maximæ præeo fidei ad regnum cœlorum, Monachus nullis laborans auaritiæ fordibus; malus autem male peribit, qui ea labe laboret.

58. Iunioris Monachi ornatos pudicitia, nullis obnoxiam tenebria lucem Virginitatis habens.

59. Pretiofum Monachi pignus, Virginitas; qoi eam nactus fit Monachus ac poffideat, exaudietur.

60. Malitia atque prauitas in corde Monacbi ne verfetur.

61. Bonorum fermones eructet Monachus, oreqoe

C fuo Altiffimi verba loquatur.

62. Spontaneam famem affumat Monachus, vt terrenum corpus humiliet, cœlique ciuem animum exaltet.

63. Verbum veritatis loqoatur Monacbos, & mendacium exterminetur ea ore eius.

64 Audito Monachus duriore fermone, ne tollat animoa ac ferociat, fed fubmiffiua agat, vt iræ furorem avertat. Pacis enim mercedem accipiet, & Altiffimi filius vocabitur, qui filius pacis extiterit.

65. Lugubri voce modefto animi fenfo & humilitate loquens Monachus, vel ex faxeo pectore lacrymas excutiet.

66. Leo onagris formidabilia; fic firmi pectoris Monachua libidinofis cogitationibus.

67. Monachos non in tempore foluens ieionium, velut qui à fundamentis eff. dit domum.

68. Veoti turbo excitans puluerem in campo, fic fuperbus Monachus iram fufcitans in Monafterio.

D 69. Tranquilla tutaque nauigiis ftatio, portus; fic Monachus io Monaftetio.

70. Æmula Angelorum vita, Monachus in terra traoquilli animi ac imperturbati, qui libidiois iaculo haud fauciatus fit.

71. Ne feftinaveris, Monache, in fuperbia, ne funefto cafu ruinam feceris.

72. Æmulare Monache Paoli humilitatem, vt pari cum Sanctis forte hæres efficiatis.

73. Imitare Publicanum, Monache, ne cum Pharifæo damneris.

74. Mofis lenitatem affume Monache, vt cor duram rupem conuertas in ftagna aquarum. Poftea enim facto rei periculo, habebis quantum bonum fit lenitas; *Super aquam fedata quietis educauit me.*

75. Caue durus videaris, Monache; memento nullum qui fit durus patientiam tenuiffe.

76. Ne relicto Abele, fuperbo Caiuo adiungare, eiufque partium focius efficiare.

77. Difcito quantom bonum fit fenfus modeftia (i. Humilitas) eamque deligito; quippe quæ fublimem in cœlum ferar. E

78. Bona tibi Humilitatis merces, Monache, propofita eft, regnum cœlorum; caoe ne ejus expertem contingat fore.

79. Iunior Monachus caftitate fulciatur, fpreta inani gloria: dilecta enim apud Deum noocella plantatio, Monachus caftitate irrigooa.

80. Ieiunium, Monachi frænum: qui proiecerit, equus œftro libidinis furens inuenietor. Iuvenis enim fræno carens, licenter nulloque modo indulget peccatis.

81. Monachus Sanctorum pedes lavans, cordi fuo nitorem addit, ac thefaurum in cœlis habebit.

82. Monachus nullo difcretionis iudicio peccatorum lauans pedes, benedictioneio pereuntium io fe ipfe trahit.

83. Lex fons vitæ, in manu Monachi qui actionem colit. F

84. Noctem diem facit peruigil Monachus, qui fcilicet precibus affiduus fit.

85. Monachus cor fuum pungens, lacrymas profundit, cœlitufque mifericordiam afcifcit.

86. Diuinus latex in ore Monachi, pfalmus confeffionis.

87. Arbor virens, Monachus in terra affectibus liber. Arbor vitæ in cœlis, Monachus Angelicam vitæ rationem in terra amplexus.

88. Acutiffimus aduerfus diabolum gladius, affumpta Pfalmorum modulatio in ore Monachi.

89. Lignum aridum agente Elifæo, imo ex gurgite ferrum extulit: corpus ieiunio arefactum agente Monacbo, animum è profundo extrahit.

90. Ieiunium Monachi, libidinum riuos arefacit.

91. Gladius aduerfua libidines atque vitia, pervigil Monacbi animus, precandi diligentia caacutus.

92. Oleum hofpitalis cœna in charitate, pia Monachi fedulitate, melior eft quàm adeps holocaufti. G

93. *Xenia & dona feducunt apientes*: qui hæc accipit vt aliis iniuriam faciat, virtutis palæftram non exercet, aut Muoachus exiftit. Eccl. 2 31.

94. Finis ieiunij Monachi, ipfe vitæ exitus: caue igitur ante mortem illo abftineris.

95. Finis orationis Monachi, nullum finem agnofcit: bonum enim eft omni tempore laudare Deum.

96. Exercitator (& qui folitudinis cultu priuatus agat) Monachis exprobrans, tum Deo fpretus nulliufque illi frugis, tum hominibua exectabilis eft.

97. Qui Monachus in ira minimè compos linguæ eft, hic talis nec libidinum ac vitiorum compos futurus eft.

98. Indulgens iræ Monachus, animum occidit, propèque adftantes acutiffimis grauius conuulnerat iaculis.

99. Væ Monacho qui iuftificat fcipfum in confpectu bominum: hic enim talis execrabilis apud Deum. H

100. Segnis Monachus, fermones vanos meditabitur; fallaaque eius fabulatio ac colloquium.

101. Ira præceps Monachus, in tentationes incidet: qui autem lenis eft, fedabit iram.

102. Qui confidit in corporis robore, ruinam dabit; qui autem confidit in Doioino faluua erit.

103. Qui proximum fpernit vt peccatorem, deploratæ fortis Monachua eft: qui autem cum pluris fe facit, exaltabitur.

104. Leois Monachus exaltabitur, & in confpectu Magnatum laudabitur.

105. Ante teorationem, te ipfe, Monache, armis inftrue (eueniet enim) vt in tentatione probatus appareas.

106. Ne amplas opes obefamque carnem parauetis, Monache; quæ enim arcta fit & anguftata via ambo hæc refpuit.

107. Qui Pauli discipulus exiftas, dicito cum illo, *Omnia arbitratus sum vt stercora, vt Christum lucrifacerem.*

108. Ignis ardens in præcordiis Monachi, libido quæ in crapula accensa sit.

109. Iugis fons Christus: inde hauriens, olentis fœtoris incendium extingue.

110. Quas in manibus opes teneas, quamque crapula obesam carnem reddas, non admittentur intra cœli ianuas. Noli ergo, Monache, fiduciam habere in diuitiis obesæque carnis luxurie, vt liceat dicere, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.*

111. Segnis Monachus à cogitationibus suffocabitur haud secus ac triticum à spinis suffocatur.

112. Verbum prauum ne proferat Monachus; non enim vitis profert spinas.

113. Dulcibus verbis proximo loquatur Monachus; non enim mel amaritudinem habet.

114. Caueat Monachus ne sit piger præstando iustitiæ opera; Apis enim semper operi sedula incumbit.

115. Iordanis fluentum expiandis peccatis, lacrymæ. Ait enim Christus, *Beati qui lugent, quoniam consolabuntur.*

116. Perflatur Monachus cogitationum turbine; ipse verò Angelicis verbis seipsum firmiter statuat.

117. Libera Monache quanta facultas absque probro proximum à peccato: Deus enim non repellit eos qui conuertuntur.

118. Verbum malitiæ & nequitiæ ne clauseris in corde tuo aduersus fratrem tuum, ô Monache, vt liceat dicere, *Dimitte nobis debita nostra*, &c.

119. Corona Monachi, pax & sanctimonia; quæ qui nactus fuerit, videbit Dominum.

120. Castitas Monachi, sublime tollet caput eius & in medio bonorum clarificabitur.

121. Castus Monachus in conuentibus honorabitur.

122. Sapientia Monachi, non in pompa verborum innotescat, sed in pietate ac lenitate existat. Hic talis sapiens erit, & qui Fratrum cœtui ædificationem præstet. Sapiens enim est, non qui sermone docet, sed qui opere erudit ac officij admonet.

123. Prudens Monachus ac intelligens, cum turbis dæmonum colluctatus, eorum illæsus iaculis perseuerat.

124 Monachus qui nititur Christi cruce, caput conteret draconis.

125. Os Monachi aperiatur sermoni Dei; eiusque semper animus nihil vaga mente meditetur Dei eloquia.

126. Pretiosa possessio Monachi Virginitas eleemosynæ luce collustrata: hac Monachus seruata, in nuptialem thalamum ingredietur.

127. Serua Altissimi mandata Monache; ac qui virtutis palæstram exerces, cura vt serues Patrum documenta. Hæc enim si feceris, hæres regni cœlorum efficieris.

128. Audax Monachus ac ferox incidet in tentationem & in laqueum diaboli; mansuetum autem excipient pax & corona exultationis.

129. Deliciis viuens Monachus in Illusionibus erit & in visis nocturnis; eius verò qui ieiunium colat, à sorde mundum cubile, somnusque nulla visa habens.

130. Monacho qui timeat Dominum, non occurret malum aliquod; hunc enim talem Dominus custodit, & in die mortis habebit propitiationem.

131. Monachi subiectio, non in re magni noscitur, sed in minimo laudatur.

132. Patientia Monachi, non solùm in infirmitate ostenditur, verum etiam in tentationibus probatur.

133. Patientia Monachi opus perfectum habens, præclaram animi dotem incolumem seruat.

134. Patientia in aduersitatibus à Monacho fideliter obseruata, spem illi tribuit quæ non confundetur. E

135. Patientia Monachi, in eius vsque finem, eum seruat. *Qui enim patienter in finem, vsque sustinuerit, hic saluus erit.*

136. Monachi laudatio incessabilis sit; nam & Seraphim incessabiliter laudant.

137. Canticum spiritale in ore tuo versetur Monache, vt eo ingruentium onus tentationum leues. Huius exemplum clarum habes, dum viator graui pressus onere, cantillando itineris laborem ac tædium fallit.

138. Patienter sustine, Monache; breuis enim est patientiæ labor, quietis autem nullum vnquam finem habitura secula.

139. Obediens Monachus magna fiducia Crucifixo astabit; quippe cùm Dominus in cruce ad mortem vsque obediens fuerit.

140. Vox Monachi ne eleuetur aduersus proximum in amaritudine animæ eius; exercentium verò ad pietatem vox in mansuetudine sincerè immotis labiis ad Deum dirigatur. F

141. Verum in terra accensum sidus, qui non lapsus est lingua sua.

142. Timor Domini conseruans Monachum vt turris inexpugnabilis: qui autem eius expers timoris Monachus existit, facilè vincetur ab aduersariis.

143. Iubar clarum in terra; Monachus tranquillitatis arce arrepta, apud quem non sit inuenta cupiditas: *Omnium* enim *malorum radix est cupiditas* (auaritia scilicet) à qua nihil vnquam frugi originem habuit.

144. Præstat manducare carnes & bibere vinum, quàm vt detrahendo comedas carnes Fratrum.

145. Vescere Monache pane tuo cum melle, ab amaritudine te abstinens, & bibe vinum cum lacte tuo, infantem agens spiritu tuo. Mel enim amaritudinem non habet, & lac non nouit malitiam.

146. Aurum probatur in fornace ignis, & Monachus in Multitudine Monachorum cognoscetur: cæterum qui sincerus fuerit, saluus erit. G

147. Manus Monachi sanctè semper in Deum sint extentæ: Moses enim crucis figuram manuum extensione delineans expugnauit Amalec.

148. Bona gratia crucifixo Monacho, qui quotidie moriatur. Gaudent enim super eo Angeli, qui suscipiant in regnum cœlorum.

149. Libidinum frænum, ieiunium; earum verò extinctio, eleemosyna & oratio.

150. Niue candidior inuenietur Monachus, qui carnalibus desideriis existat superior; qui nempe Christum pro auro amet, ipsum videbit in die bona, qui coronam impertiat.

151. Susurro Monachus, Fratrum turbam disturbat, ac amicos dissipat.

152. Carè psallens Monachus, spiritalem amicitiam conflabit.

153. Susurrans serpens; Euam è paradiso extorrem fecit; susurro Monachus, eius similis est, proximi enim perdit animam, nec suam saluam facit. H

154. Sapienter psallens Monachus multitudinem congregat, & in Ecclesiis laudabitur. Monachus purè psallens in corde suo, à Deo exaudietur.

155. Anima Monachi quæ mundo nuntium remisit, ac Christo desponsa est, quæ terrena sunt contemnit.

156. Armilla perforans nares draconis, Monachus bonis operibus amictus. Munda enim Monachi anima, suauem spiritaliter spirans odorem, draconis olfactum obsignat, vt non olfiant in ipso sordes voluptatis.

157. Quam bonum fratribus, vt dominentur voluptatibus, sintque superiores carnalibus desideriis. In cuius enim corde præsens est Dei timor, eius animum sordes non afficiunt.

158. Speciosa laus in ore Monachi, quam ex puro corde depangit, vt incensum suauissimi odoris eius Deus orationem admittit.

159. O quantus Angelorum mæror, cum Monachum

A ptæ ſegnitie ejici à regno contigerit! O quantus Sanctorum dolor aſcetâ præ ſuperbia non vna cum ſponſo admiſſo in thalamum! O quantum gaudium Angelorum, peccatore per pœnitentiam introeunte in regnum cœlorum! O quanta Sanctorum lætitia, dum peccator ab errore viæ ſuæ conuertitur! quorum æmulati fidem æmulamini quæ poſtmodum futura eſt, lætitiam.

160. O Beati Dei filij Monachi; quos certamine non vicit carnis cupiditas! non vos terra operiat; ſed cœlum cum Angelis ſuſcipiat.

EVAGRII MONACHI
incertæ ætatis, Sententiæ.

AD EOS QVI IN COENOBIIS & Xenodochiis habitant fratres.

B

Ex appendice Codicis Regularum editi à Luca Holſtenio.

HÆredes Dei audite ſermones Dei, cohæredes autem Chriſti percipite eloquia Chriſti, vt detia ea cordibus filiorum Veſtrorum; verba autem ſapientum doceatis eos. Pater bonus erudit filios ſuos: pater autem nequam diſperdet eos. Fides initium Charitatis: finis autem dilectionis ſcientia. Timor Domini cuſtodiet animam: continentia autem bona conſortat illam. Suffetentia viti generat ſpem, ſpes autem bona glorificabit eum. Qui ſeruituti ſubjicit carnes ſuas impaſſibilis erit: qui autem nutrit eas, dolebit ſuper illas. Spiritus fornicationis in corporibus intemperantium: ſpiritus autem pudicitiæ in animis abſtinentium. Seceſſio cum caritate purificat cor: ſeparatio autem cum odio conturbat illud. Melior milleſimus in caritate, quàm ſolus cum odio in abditis & ſpeluncis. Qui alligat memoriam malitiæ in animam ſuam, ſimilis eſt ei, qui abſcondit ignem in paleis.
C Ne dederis eſcas multas corpori tuo, & non videbis in ſomnis phantaſias malas: ſicut enim extinguit flammam aqua; ſic phantaſmata turpis extinguit eſuries. Vir iracundus terrebitur; manſuetus autem intrepidus erit. Ventus validus fugat nubes: memoria autem malitiæ ſenſum à ſcientia. Qui orat pro inimicis, hic immemor eſt malitiæ: qui autem parcit linguæ, non contriſtabit proximum ſuum. Si exacerbauerit te frater tuus, induc eum in domum tuam, & ad ipſum ne pigeat te introire, ſed manduca cum eo panem tuum: hoc enim faciens, eripies animam tuam, & non erit tibi offendiculum in tempore orationis. Sicut charitas gaudet paupertate, ſic odium delectatur diuitiis. Non potietur diues ſcientia, camelus non introibit in foramen acus: ſed nihil horum impoſſibile eſt apud Dominum. Qui diligit pecuniam, non videbit ſcientiam; & qui congregat illam, contenebrabitur. In tabernaculis humilium commorabitur Dominus: in domibus autem ſuperborum multiplicabitur maledictum. Inhonorat Deum qui tranſgre-
D ditur legem eius: qui autem cuſtodit eam, glorificat factorem ſuum. Si æmularis Chriſtum, beatus efficieris: morte autem eius morietur anima tua, & non contrahet à carne tua malitiam: ſed erit proceſſus tuus ſicut ortus ſtellæ, & reſurrectio tua, tamquam ſol fulgebit. Væ iniquo in die mortis, & iniuſtus peribit in tempore malo. Quemadmodum enim euolauit coruus è nido ſuo, ſic immunda anima è corpore ſuo. Animas iuſtorum deducent Angeli: animas autem malorum ſuſcipient dæmones. Quocumque ingreſſa fuerit malitia, ibi & ignorantia: corda, autem iuſtorum implebuntur ſcientia. Immiſericors Monachus, inops erit: enutriens autem pauperes hereditabit theſauros. Melior eſt paupertas cum ſcientia, quam diuitiæ cum ignorantia. Ornamentum capitis corona; ornamentum autem cordis ſcientia Dei. Poſſide ſcientiam, & non argentum, & ſapientiam ſuper diuitias multas. Iuſti hereditabunt Dominum: ſancti autem nutrientur ab eo: Qui miſeretur pauperibus, terminat iram: & qui nutrit eos, implebitur bonis.
ex

E In corde manſueto requieſcit ſapientia: ſedes autem impaſſibilitatis anima benè operans. Fabricatores malorum percipient mercedem malam: fabricatoribus autem bonorum dabitur merces bona. Qui ponit laqueum comprehenditur in eo: & qui occultat illum, diſperiet ab eo. Melior eſt ſæcularis manſuetus, quàm Monachus furioſus & iracundus. Scientiam diſperdit iracundia: longanimis autem congregat eam. Sicut ventus auſter vehemens eſt in pelagus, ſic furor in corde viri. Qui orat frequenter effugiet tentationes: negligentis autem cor conturbabunt cogitationes. Non te delectet vinum & te non illiciat caro. Ne enutrias carnes corporis tui, & cogitationes turpes deficient à te. Ne dicas: hodie feſtus dies, & bibamus vinum, & craſtino Pentecoſta, & manducabo carnem; eo quod non eſt feſtiuitas apud Monachos in terra ad replendum ventrem ſuum. Paſcha Chriſti tranſitus à malitia eſt: Pentecoſte autem eius, reſurrectio animæ. Pentecoſte Domini, ſuſcitatio charitatis: qui autem odit fratrem ſuum, cadit in ruina mag-
F na. Feſtiuitas Dei obliuio malorum: retinentem autem, malitiam apprehendit luctus. Feſtiuitas Dei ſcientia vera: qui autem intendit falſæ ſcientiæ, morietur turpiter. Melius eſt ieiunium cum mundo corde: quàm epulatio in immunditia animæ. Qui diſperdit cogitationes malas de corde ſuo, ſimilis eſt ei qui allidit paruulos ad petram. Monachus ſomniculoſus incidit in mala: qui autem vigilat, ſicut paſſer volabit. Ne dederis te in vigiliis narrationibus ſuperuacuis, & non abiicias ſermones ſpiritales: quoniam Dominus inſpicit cor tuum, & non te ſtatuit innocentem ab omni malo. Somnus multus incraſſat cor: vigiliæ autem bonæ acuunt mentem. Somnus multus ſuperducit tentationes; qui autem vigilat effugit eas. Sicut ignis liquefacit ceram, ſic vigiliæ bonæ cogitationes malas. Melior eſt vir dormiens, quàm Monachus vigilans in ſermonibus vanis. Somnium Angelorum lætificat cor; ſomnium autem dæmonum conturbat illud. Pœnitentia & humilitas
G erexerunt animam: eleemoſyna autem & manſuetudo confirmauerunt eam. Memento ſemper patris tui, nec obliuiſcaris iudicium æternum, & non erit delictum in anima tua. Si ſpiritus accidiæ aſcenderit ſuper te ne relinquas domum tuam, & non declines in tempore triſtitiæ: ſicut enim qui confricat argentum, ſic ſplendidum fiet cor tuum, ſi perſeueraueris. Spiritus tædij abigit lacrimas: ſpiritus autem triſtitiæ contribulat orationem. Cupiens diuitias ſollicitus eris multum, & amplectens illas lugebis amariſſimè. Non remoretur ſcorpius in ſinu tuo; ſic nec cogitatio mala in corde tuo. Occide te genimina ſerpentum ne pareas, & non parturies cogitationes eorum. Sicut enim aurum & argentum probat ignis, ſic cor Monachi tentatio. Aufer à te ſuperbiam, & vanam gloriam & iactantiam longè facito à te. Qui enim expetita priuatur gloria contriſtabitur: qui verò adeptus eſt, fiet ſuperbus. Ne dederis ſuperbiam cordi tuo, & ne dixeris in conſpectu Domini, potens ſum; vt non Dominus derelinquat animam tuam, & maligni dæmones humilient illam. Tunc enim de aëre con-
H turbabunt te inimici, noctes autem terribiles ſuſcipient te. Conuerſationem Monachi cuſtodit ſcientia: qui autem ab ea diſcedit, incidit in latrones. De petra ſpiritali manat fluuius; anima autem bene agens bibit ex eo. Vas electionis anima munda immunda autem replebitur amaritudine. Abſque lacte non enutrietur infans: & ſine impaſſibilitate non exaltabitur cor. Caritatem antecedit impaſſibilitas: ſcientiam autem præcedit dilectio. Scientiæ adjicietur ſapientia: impaſſibilitatem verò generat prudentia. Timor Domini generat ſapientiam: fides autem Chriſti donat timorem Dei. Sagitta candens incendit animam; vir autem operator boni extinguit eam. Clamorem & blaſphemiam auerſatur ſcientia: ſermones autem doloſos fugit ſapientia. Suaue eſt mel, & dulcis favus: ſcientia autem Dei dulcior ambobus. Audi Monache ſermones patris tui, & ne irritas facias eruditiones eius. Cum miſerit te obaudi ei, & quantû ad mentê comitate eum eo: hoc enim modo effugies co-

A gitationes malas & maligni dæmones noo præualabunt aduersum te. Si crediderit tibi pecuniam non dispergas illam: & si superoperatus fueris, non detineas apud te. Malus dispensator contribulabit animas fratrum; & memor malitiæ non miserebitur eorum. Qui disperdit substantiam Monasterij, fraudat Deum: & qui negligit eam non erit impunitus. Iniquus dispensator, distribuit malè, iustus autem vt dignum est dispensabit. Qui malè loquitur de fratre suo exterminabitur: negligens autem egentem oon videbit lumen. Melior est sæcularis in infirmitate seruiens fratri, quam Anachoretes qui non miseretur proximo soo. Insipiens Monachus oegligit instrumenta artis suæ; sapiens autem curam babebit illorum. Ne dixeris, hodie maneo, & cras exibo: quia non iō sapientia cogitasti de hoc ipso. Circuitor Monachus meditabitur sermones falsos; proprium autem iudificabitur partem. Qui adornat vestimenta sua, & implet ventrem suum, hic pascit cogitationes turpes, & cum sanctis coo-
B ailium non habebit. Si introieris io vicum, noo proximaueris mulieribus; & non moratus fueris sermocinari cum eis, quemadmodum enim si quis glutiat hamum, sic abstrahetur anima tua. Longanimia Monachus impassibilitate gaudebit: qui autem exacerbat fratres suos, odibilis erit. Mansuetum Monachum diligit Dominus; turbulentum autem repellit à se. Piger Monachus murmurabit: & somniculosus dolorem capitis fingit. Si contristatus fuerit frater tuus, coosolare illum; & si dolet, condole illi: hoc enim faciens lætificabis cor eius, & thesaurum magnũ tibi cumulabis in cælis. Monachus, qui dissimulat custodire sermones patris, maledicet canis patris sui, & derogabit vitæ filiorum eius: Dominus autem annullabit eum. Qui occasionem quærit, separabit se à fratribus; patrem autem suum incusabit. Ne dederis auditum tuum sermonibus qui sunt contra patrem tuum, & non suscitas animam inhooorantis illum; vt non Domious irascatur in operibus tuis, & deleat nomen tuum de libro viuorum. Qui obedit patri Mooasterij, diligit sa-
C metipsum: qui autem contradicit ei, incidet in mala. Beatus Monachus, qui custodit præcepta Domini: & sanctus, qui seruat sermones patrum suorum. Piger Monachus multa detrimenta patietur: si autem perstiterit in audacia, & habitum suum adjciet perdere. Qui custodit linguam suam dirigit vias suas: & qui seruat cor suum implebitur scientia. Monachus bilinguis turbat fratres; fidelis agit quietè. Qui confidit io sua continentia, hic cadet: qui autem humiliat se ipsum, exaltabitur. Ne dederis te saturitati ventris, & nou impleatis somno nocturno, sed enim modo efficieris mundus, & spiritus Domioi superueniet in te. Psallentis viri conquiescet indignatio: & qui longanimis est, interritus erit. Ex mansuetudine generatur scientia; ex ferocia autem inscitia. Sicut aqua dat incrementum plantationi, sic humiliatio iracundiæ exaltat cor. Qui inuestigat conuiuia, extinguetur lumen eius; anima autem eius videbit tenebras. Pondera in statera panem
D tuum, & bibe ad mensuram aquam tuam; & spiritus fornicationis fugiet abs te. Da senibus vinum, & ægrotantibus offer escas; eò quòd contriuerunt carnes iuuentutis suæ. Non supplantes fratrem tuum, & in ruina eius ne congratuleris: Dominus enim cognoscit cor tuum, & tradet te in die mortis. Monachus prudens impassibilis erit: imprudens autem exhauries mala. Oculum nequam excæcabit Dominus; simplicem autem eripiet à tenebris. Sicut lucifer in cœlo, & sicut palma in paradiso; sic in anima mansueta sensus purus. Vir sapiens scrutabitur sermones Dei, insipiens autem irridebit eos. Qui odit scientiam Dei, & rejicit considerationem, similis est ei, qui lancea pungit cor suum. Melior est scientia Trinitatis super scientiam incorporalium, & consideratio eius super rationes omnium sæculorum. Cani senum mansuetudo; vita autem illorum scientia vera. Iuuenis mansuetus multa suffert: pusillanimem autem senem quis sustinebit? Vidi iracundum senem elatum vltra tempus suum: spem tamen noo habuit iunior, quam ille. Qui scandalizat sæculares non erit impunitus: &

E qui exacerbat eos, inhonorabit nomen suum. Conturbantem Ecclesiam Domini exterminabit ignis: resistentem autem sacerdoti deglutiet terra. Qui amat pacem, manducabit fauum eius: & qui diligit eam, implebitur melle. Honora Dominum, & cognosces incorporalia, & serui illi, & ostendat tibi rationes sæculorum. Citra scientiam non exaltabitur cor, & arbor non florebit sine humore. Carnes Christi actuum virtutes: qui autem manducat eas, efficitur impassibilis. Sanguis Christi consideratio factorum, & qui bibit illum, illuminabitur ab eo. Pectus Domini scientia: qui autem recubuerit super illud, prædicator erit diuinorum. Plenus scientia, & actor booorum obuiauerunt sibi: medius autem inter vtrumque stetit Domious. Qui acquisiuit dilectionem acquisiuit thesaurum; accepit autem à Domino gratiam magnam. Consilia dæmonum cognoscit sapientia astutiam autem illorum inuestigauit prudentia. Noo spernas decreta sancta, quæ posuerunt patres
F tui: fidem autem baptismi tui oon derelinquas, & non repellas signaculum spiritale: vt adsit Dominus animæ tuæ, & protegat te in die malo. Sermones hæreticorum nuntij mortis: qui autem suscipit illos, perdet animam suam. Nunc ergo, fili, audi me, & non accedas ad ostia virorum iniquorum, neque ambules super laqueos eorum, vt oon capiaris. Separa animam tuam à scientia falsa: etenim ego sæpe locutus sum ad eos, tenebrosos autem sermones eorum inuestigaui, & venenum aspidum inueni in eis. Non est prudentia, & noo est sapientia in viis eorum. Omnes qui suscipiunt eos peribunt, & qui diligunt eos implebuntur malis. Vidi ego patres dogmatum illorum, & in desertis commisi cum illis. Inimici enim Domini obuiauerunt mihi, & dæmones in verbis concertauerunt aduersum me, & non vidi lumen verum in sermonibus eorum. Vir mendax excidet à Deo: seducens autem proximum, incidet in mala. Melior est paradisus Dei super hortum olosculorum, & fluuius Domini super fluuium magnum contenebrantem terram. Fidelior aqua cœlestis, super aquam
G Ægyptiorum sapientium, haurientium de terra. Sicut enim qui totas ascendunt, deorsum descendunt; sic qui exaltant verba sua humiliantur. Sapientia Domini exaltat cor; intellectus autem eius purificat illud. Rationes prouidentiæ obscuræ, & vix intelligibiles considerationes iudicij; vir autem bene agens cognoscit eas. Qui purificat se conspiciet naturas intelligibiles: rationes autem incorporalium cognoscet Monachus mitis. Qui creaturam dicit Trinitatem blasphemat Deum; & qui spernit Christum eius, non cognoscit eum. Considerationes creaturarum dilatant cor: verba autem prudentiæ & iudicij exaltant illud. Scientia incorporalium eleuat sensum, & Sanctæ Trinitati applicabit eum. Memento eius, qui dedit vobis in Domino prouerbia lucubrata, & non obliuiscamini animam eius humilem in tempore orationis.

EIVSDEM EVAGRII MONACHI
H
Sententiæ ad Virgines.

DIlige Dominũ & amabit te; & serui illi & illuminabit cor tuum. Honora matrem tuam sicut matrẽ Christi, & ne exasperes canitiẽ eius quæ peperit te. Dilige sorores tuas sicut filias matris tuæ; & noo derelinquas viam pacis. Exoriens sol videat codicem in manibus tuis; & post secundam horam opus tuum. Ora sine intermissione; & memento Christi qui genuit te. Cõuentus virorum deuita; vt non fiat idolum in anima tua, & erit tibi offendiculum in tempore orationis. Christum habes dilectum: proijce abs te vitia omnes, & nõ viues exprobrabilem vitam. Animositatem & iram longe facito à te; & memoria malitiæ non demoretur apud te. Ne dicas hodie comedo, & crastino non comedam: quoniam non in sapientia facis hoc. Erit enim noxa corpori tuo, & dolor stomacho tuo. Edere carnem noo bonum, & bibere

vinum non optimum: nffecre autem oportet te ista infirmantibus. Virgo turbulenta noo saluabitur; & quæ in deliciis agit, non videbit sponsum suum. Ne dicas, conciistauit me famula, retribuam ei; proptecea quod non est seruitus in filiabus Dei. Non des auditum tuom verbis vanis, & narrationes vetularum fuge circumeuorium. Ferias ebriosarum ne videas, & in nuptias alieni noo abieris: immunda enim apud Dominum omnis virgo faciena hæc. Aperi os tuum verbo Dei, & cohibe à multiloquio linguam tuam. Cocam Deo humilia te ipsam; & eaaltabit te dextera eius. Ne auertaris à paupere in tempore tribulationis, & non deficiet oleum lampadæ tuæ. Omnia fac propter Dominum; & noli quærere ab hominibus glotiam: quoniam glocia huminis sicut floa fœni; glocia autem Domini manet in æternum. Virginem mansuctam diligit Dominus; virgo autem iracunda odibilis est. Obaudiens virgo misericordiam subsequetuc: contradicens autem, valde insipiens. Murmurosam virginem disperdit Dominus: gtaram autem liberat à morte. Turpis risus, & eaprobiabilis impudicitia: omnis autem insipiens talibua implebabitur. Quæ exocnat vestes suas etiam pudicitia excider. Non commoreris sæcularibus, vt uon auertant tuum cor, & irrita faciant consilia iusta. Lacrimis in nocte roga Dominum, & nemo sentiar orantem te, & inuenies gratiam. Concupiscentia deambulationum, & desiderium alienarum domuum auertit statum animæ, & corrumpit promptam voluntatem eius. Fidelis virgo non formidabit, quæ autem infidelia est, fugiec etiam vmbram suam. Inuidia consumit animam, & liuor deuorat eam. Quæ contemnit sororem infirmam, & à Christo longè erit. Ne dicaa meum hoc, & tuum illud: in Chtisto enim IESV omnia communia. Non inquitas vitam alterius, & ruinæ sororis tuæ non congaudeas. Subministra autem indigentibus virginibus; & in nobilitate tua ne extollaris. Non proferas verbũ de ore tuo in Ecclesia Domini; & ne eatollas oculos tuos: etenim Dominus cognoscit tuum cor, & omnes cogitationes tuas inspicic. Omoem malam concupiscentiam repelle à te; & non contristabunt te inimici tui. Psalle de corde tuo, & non moueas tantum linguam tuam. Fatua virgo diliget argentum; prudens autem apponet & panem suum. Sicut impetus ignis difficile compescitur; sic anima virginis vulnerata vix sanabilis. Ne dederis animam tuam cogitationibus malis, vt non polluant cor tuum, & mundam orationem longè faciant à te. Grauis tristitia, & intolerabilis acedia; lacrimæ ad Dominum validiores vtrotumque. Fames & sitia maceresce te facit concupiscentias malas: vigilia autem bona purificat sensum. Iram & animositatem auertit dilectio; memoriam autem malitiæ confundunt munera. Qoi detrabit sorori suæ occultè, deforis stabit à thalamo sponsi, & clamabit ad ianuas eius, & non erit qui eaaudiat eam. Virginia immisericordis eatinguerur lampada, & non videbit aduenientem spoosum suum. Vitrum cadens, à saao comminuetur; & virgo adiuncta viro non erit innocens. Mellor mulier mansueta virgine animosa & iracunda. Quæ attrabit in risu sermones viri, similis est circummittenti laqueum collo suo. Sicut margarita in fundibulo aureo, sic virginitas cooperata reuerentià. Cantica dæmonum & tibiæ resoluont animam, & disperdunt fortitudinem eius, quam custodi per omnia, vt non exprobrabilis fias. Nõ delecteris in risu, & vituperantibus non læteris: quoniam Dominus derelinquet eas. Non exprobrabis sororem tuam edentem, & in abstinentia tua non eaalteris; non enim scis quid cogitanit Dominus, aut quis stabit in conspectu eius. Quæ misceruc liuentibus oculis suis, & tabescentibus carnibus suis, non lætabitur super impassibilitate animæ. Grauis abstinentia, & via dirigibilis castitas: sed nihil dulcius cœlesti sponso. Animæ virginum illominabuntur: animæ autem immundarum videbunt tenebras. Vidi viros corrumpentes virgines in doctrinis suis, & vanam facientes virginitatem earum. Tu autem audi, filia, doctrinas Ecclesiæ Dei, & nemo alienus persuadeat tibi. Deus fundauit cœlum, & terram, prouidit omnibus, & lætatur in eis; & non est Angelus non capax malitiæ, & non est dæmon natura malus: vtrumqoe enim liberi arbitrij fecit Deus. Sicut homo ea corpore corruptibili & anima subsistit rationabili; sic enim & Dominus noster natus est sine peccato, manducans manducauit, & crucifixus, crucifiaus est: non erat visio ficta in oculis hominum. Erit mortuorum resurrectio, & mondus transibit iste: & nos spiritalia accipiemus corpora. Iusti hereditabuoc lomen, impij autem inhabitabuot tenebras. Virginis oculi Deum videbunt: aures autem virginis audienr verba eius. Virginis os osculabitur sponsum suum: odoratos autem virgioum in odoce vnguentorum eios eucret. Manua virginis palpabunt Dominum; & castitas carois acceptabilis illi erit. Virginis anima coconabitur, & cum sponso suo viuet semper. Vestimentum spiritale dabitur ei, & cum Angelis in cœlis feriabitur. Inextinguibilem accendit lampadem, & oleum non deficiet in vasis eius. Accipiet diuitias æternas, & hæreditabit regnũ Dei. Mei sermooes, Filia, dicti sunt ad te: verba autem hæc seruet cor tuum. Memento Christi custodientis te, nec obliuiscaris adorandam & vnius substantiæ Trinitatem.

IOANNIS GEOMETRÆ Hymni IV. in Virginem Deiparam è Cod. Regio pridem exscripti, editique à Fed. Morel Prof. & Interp. Reg.

GAVDE Virgo Parens Cbarirum fœcunda, Parëtum
Lætitia atqoe hominum, lætitia & Superûm.
Salue vicgo salutifera gauisa salute:
Virgo labore carens, absque dolore parens.
Gaude laoguores soluens fraudesqne Tyranni,
Libertatis fons, integritatis honos.
Gaude vincla poli & terræ, bona, non saca Tellua
Veri Regnatrix, pomáque lætitiæ.
Salue mortalis generis fundamen, honósque,
Virgineæ laudis, Coniugisque sacri.
Gaude dos Sophiæ, mater Charitum optima saloe:
Absque viro genitria: virgóque pulchripara.
Gaude mœrorum Medicina, obliuia fundens:
Æternæ vitæ, summi & alumna boni.
Salue scala polum penetrans, & sidera tangens:
Quæque Deum nobis, nósque Deo reparas.
Gaude lua hominum: genio vis ignea prauo:
Ignis es igni, non vteris igne tamen.
Salue non confusa Dei natura potentis,
Humanæ & sobolis, quæ fragilis stipula est.
Gaude incombustus rubus, assiduéque refulgens,
Atque augens virides igne cremante comas.
Gaude Luna hilaris, nec habens cœlestia damna,
Plenior at Phœbo proxima facta tuo.
Gaude Thesbitæ viue clarissime currus,
Vitturum rapidis concite quadriiugis.
Salue Diua Cherubinos super, aurea sedes,
Purior & Seraphim, latior atque Thronis.
Gaude sponsa Dei, atque tui quoque pronuba Nati,
Purpurea expendens strata cruore sacro.
Gaude naturam Christo impertita secundam,
Nempe vt mortalem iungeret æthereæ:
Gaude miscens naturam, haud mixto integra partu,
Carne Deo exhibica, carne carente notis.
Salue quæ fœno humano iunxti ætheris ignem,
Æternum fragili, perstabilem instabili.
Gaude quæ sobolem peperisti Virgo supremam,
Mundifabrum Mundo, celsithronúmque solo.
Salue quæ immensum Numen gremio vna recondis,
Præsepi Sophiam, veste Deum tenui.
Gaude quæ vberibus lactauisti omnia alentem,
Vt fons luminum alens ea Triade vnigenam.
Salue Concha marina, ex qua vere Vnio natus

A Fulgore ex dio,& purpureo latice.
Gaude quæ Regem genuiſti ſola polorum
Cœleſtûmque tibi eſt à Triade alter honos.
Gaude & aue,ô lenis Regina, benignáque, laudea
Ex oris noſtri percipe ſpurcitia.

HYMNVS II.

SAlua ô Regnatrix quæ creta es ſanguine Regum
Atque Sacerdotum, fatidieûmque virôm.
Salue ô Regnatrix, cuius puriſſima radix,
Stirps Charitum triplex, atque ſata à Triade.
Salue ô Regnatrix, Trias eſt tibi ſtirpſque capúrque:
Hinc vnum à Triade, ô ter benedicta, paris.
Salue maiorum decus & ſpes, gratia, cantus:
De te ſe iactat tota beata cohors.
Salue conſilium occultum Sophiæ Genitoris:
Te cuncta ora canunt, abdita, ſacra, pia.
B Salue quam illuſtris cœtus ſtupet aſtra colentûm,
Quam geniique pauent iure tenebricolæ.
Salue gratia votorum iucunda priorum,
Quæ generis ſoluis probra ſcelúſque vetus.
Salue nata in lætis & vernantibus hortis
Arbor ab antiquo ſanguina nata ſeoum.
Salue quæ matrique vterum, cœlúmque recludis
Terrigenis, ſtudij ſidereique viam.
Salue virgo, novum quæ clivum Mentibus altis
Oſtendiſti, vni ritum hominum generi.
Salue Virgo Dei data munere vtrique Parenti,
Atque Parente Deo munus vtroque datum.
Salue virgineis in ſtellis candida Luna,
Ad proprias cœli currere viſa domos.
Salue almo corpus nutritum rore polorum,
Angelicis manibus, pro Domini Thalamis.
Salue quæ inuia adis, penetras aditúſque profundos,
Sponſa velut ſponſi tecta recluſa ſui.
C Salue corpore caſta, ſimul caſtiſſima mente:
Exteriùs virgo, virgo quoque interiùs.
Salue flos apprime tenax, bene olens, & vtrinque,
Conſpicuo ornatu & dotibus ingenij.
Salue Lilia quæ, violas, madidámque Anemonem
Narciſſúmque refers, candidiórque niue es.
Salue perpetuæ vitæ ſtirpa, atque Amarantus
Flos, ſacro qui non marcet honore vigens.
Salua cincte frutex flammis, violæ aureus ardor,
Omnigeni florer cum tribuliſque ſati.
Salue hyacinthi puniceus decor, alma notantur,
Quo libertatis ſymbola, nulla necis.
Salue proceræ laurus ſtirps. quæ procul arcea
Fulguris haud fulmen, dæmonis at faculas.
Salue virgo innupta, Dei quæ numine condis
Figmenta in terræ viſcera dæmonia.
Salue quæ à terra rurſus contendis ad aſtra,
Solaris ſponſi percita amore pio.
Salue pulchra parans, caſto grauidatáque Verbo:
Virtutum genitrix quæ decoraot animos.
D Salue peruigiles oculos quaſi Luna recludens,
Vt Solem, Solíſque aſpicias dominum.
Salue virtutum celſis quæ curribus inſtar
Lunæ, ſolarea aſſequeris radios.
Salue quæ illuſtri à Nato, ceu Luna parente
A Phœbo, lumen ſuſcipis æthereum.
Salue tu Triadis prænuntia mira beatæ,
Fixiſti interni quæ thalamos decoris.
Salue quam ſolos dilexit amabilis vnus,
Qui pater eſt, & amaos ingeniti decoris.
Salue prima & aue ſola: hanc tibi nempe ſalutem
Cœpit ferre tremor Militiæ ætheræ.
Salue virgo edens miracula magna, ſacra, alta:
Natum, rem indictam, concipis vna Dei.
Salue quæ verbum æternum paris, integra, caſta,
Abs te parte carens, ⁊, ſine matre, prius.
Salue temporis ô genitrix, Patris & ſinus æui,
Et ſemper geniti caſta puella parens.
Salue Cœlum homines luſtrans, Solíſque reducens,
E Qui carnem ex te habuit, lumina conſpicua.
Salue mille oculis Pole prædite, ſidera circum
Solem clara regens, innumeras Charitas.
Salue ornata globis Pole, ſeptenis que decoris
Zonis inſignia, ſpiritibus Sophiæ.
Salue qui tenet aſtra Polus, terram, aëra & vndam,
Et mundum immenſum, qui inferioris apex.
Salue quæ intus habes Regem cui ſidera parent,
Quem in nebula geſtas, ſanguine purpureo.
Salue ter radians Polus,& circum æthera pandens
Immenſum & nitidum, nec tenebras capiens.
Salue Cœlum exultans, & ſine flatibus vllis,
Affectus experta, mœſtitiæque carens.
Salue verſicolor cœlum, Iridis inſtar amœnas
Virtutum formas, florigeraſque ferens.
Salue plenus mente Polus, decus Altitonantis
Virginibus celebrans, dum puerum ipſa geris.
Salue mentibus horrendus cœleſtibus Æther:
F Indicte hymnidicis, inuie celſicolis.
Salue cœlum quod ſtillat ſacra & ampla fluenta,
Queis Mundus mundus,gaudet & omne genus.
Salue nixa thronis puris, flagrantibus, altis:
Lumina quæ fundis, Luminis ipſa Parens.
Salue quæ verba exſuperans Verbum paris, almum
Verbum, quod noſtris anteit ingenia.
Salue ô Regnatrix, orbiſque vtriuſque Magiſtra,
Tu regnantem vnam poſt Triadem coleris.
Salue lux, decus & ratio, ſpes, ſpiritus & mens,
Sperati à cunctis indiciúmque boni.
Gaude & aue, ô lenis Regina, benignáque laudes
Ex oris noſtri ſordibus accipito.

HYMNVS III.

SAlue virgo mira, hominum generiſque leuamen,
Gaude, gaudij apex, metáque dedecoris.
Salue virgo, Camœna beatis mentibus apta,
Quæ longè ſuperas mentem animúmque hominum.
G Salue virgo, tremendum, ardens, purúmque Theatrum,
Suaue,& terribile, ac effugiens oculos.
Gaude virgo ſideribus circundata claris,
Vt Luna in medio viſa nitere Polo.
Gaude virgo abdens Seraphinum lumen, vt almus
Sol oriens lucem ſideream obtenebrat.
Gaude virgo decus naturæ, pulchráque Imago,
Quæ ſummi genium continet Artificis.
Gaude virgineum quater ex virtutibus ortum
Virtutum exemplar viuidum & eximium.
Gaude dans numerum mortalibus alma quaternum
Virtutum, quas vis terrigenas colere.
Gaude concretum ſublimi corpus Olympo,
Et vitij noſtri crimine virgo carens.
Salue corpus quod bina integritate decorum eſt,
Terrem decoris ſidereique boni.
Gaude corpus quod Solis fuit aurea rheda,
Quæ Dominum Solis contulit æthereum.
H Gaude grata parens Sophiæ, Rationis & Æqui:
Nata tui Nati, Patris & es genitrix.
Gaude deliciæ Regis curruſque ſupremi,
Cùm noſtrum occaſum Sol radiis ſubiit.
Gaude quæ paris æternum caſtiſſima Verbum,
Naturæ Authorem, lumen & eximium.
Gaude quæ CHRISTO corpus mortale dediſti,
Gaude primæui libera labe Patris.
Gaude quæ abſterſti vitij commenta nefandi,
Humens humani ſpongia vt ingenij.
Gaude quæ merſti robur letalibus vndis
Dæmoniæ ſobolis, terrificum, horribile.
Salue quæ prima è cunctis mortalibus ægris
Cœleſtûm in terris vſa miniſterio es.
Salue quæ cœlumque ſolo, vitamque neci das:
Cœlorum miſcens Numina Terricolis.
Salue cuncta regens, Vrbes ſeruans, genus atque
Humanum, Mundi conſpicuique ſalus.
Salue ſumme Thronos ſuperans Throne,nũ ſuper amnos,

A Aſt vtero geſtans viſceribuſque Deum.
Salue præſtans forma animi, digna Altitonante ;
Salue diuinæ Virgo placens Triadi.
Salue Deum ceu hominem quæ contegis,
Virgo Deum gignis ſanguine de proprio.
Salue tenens mundi, tibi vtrumque per orbem
Vrbs magna eſt ſedes atque locus proprius.
Salue ædes ſacra pulcrè ſtructa, immenſa, Nutrix
Altoris cunctorum, atque Patris genitria.
Salue ædes conferta æternis atque beatis
Donis diuinæ & munificæ Triadis.
Salue quæ largitis opes, decus & bona ſeruas,
Et Domini thalamos ſponte tuère tua.
Salue Mundibeans, clariſſima, Solis & inſtar,
Ac decoris terni ianua ſponte patens.
Salue & aue, ſuauis Regina, benignáque, laudes
Ex oris noſtri percipe colluvie.

B

HYMNVS IV.

SAlue gratia virtutum quæ moribus inſunt,
Quæ mentem exornant, munera ſúntque Dei.
Salue quæ altior es Cherubim, flagrantior iiſdem :
Salue altæ Seraphim vis melior Sophiæ.
Salue ſpectaclum Cherubim, res ardua : ſalue
Mirandam Seraphim præueniens Sophiam.
Salue robuſtis vis fortior, optima ſalue :
Virtute antiſtans mentibus æthereis.
Salue quæ Dominis dominatris, ſceptra gubernans,
Et Superûm princeps, terrigenúmque ſimul.
Gaude mens rapida, & ſubitis quæ motibus altas
Exſuperas mentes, Diua, ſequendo Deum.
Gaude ſubſidium generis mortalis, acerba
Dum fortuna furis caſibus innumeris.
Gaude propitium quæ reddis Numen amicis,
Et prohibes durum reddere iudicium.
Gaude quæ noſtra mortales eruis ira,
Quâ nos plectere quit Conditor omnipotens.
C Gaude quæ afflictos, ſeruorum & more ruentes
In terris homines erigis auxilio.
Gaude quæ genios è noſtro pectore pellis
Immundos, praui conſilij artifices.
Gaude infeſtorum morborum certa medela,
Atque animam e tenebris ad radios retrahens.
Gaude quæ genios animorum diſiicis hoſtes,
Et per quam nobis gratia prompta datur.
Salue quæ noſtros ſemper miſerata labores,
Peccantum lacrymas excipis ac gemitos.
Gaude quæ infandi milleni volumina ſoluis
Dæmonis, vt noſtræ ſpongia nequitiæ.
Salue virgo virum quæ virginitatis amantum
Zonam conſeruas virgineæ Triadi.
Salue quæ fœdus largiris vtrique Parenti,
Flamine cum fœcundo : hæc ſoboles Triadi.
Salue religioſorum ara, nocturna repellens
Spectra mali Genij, lumina qui ſimulat.
Salue quæ euertis millenas Dæmonis artes.
D Cœleſti Sophia, duáque conſilia.
Salue quæ viſa ærumnis in triſtibus ingens
Præbes ſolamen, lumina grata ferens.
Salue quæ cunctis dans vires, gaudia, laudes,
Suauior es vita, flamine item citior.
Salue quæ facis vt belli victoria detur
Fortibus armigeris, munere virgineo,
Salue præſidium vrbanum : tu mœnibus hoſtes
Arces, & moles concutis horrificas.
Salue quæ terras deles virture cateruas,
Dum pœnas repetis, naufragiúmque cies,
Salue per mare currentum comes, atque timentum
Naufragium, portus, veláque tuta ratis.
Salue virgo, viatorum ſocia impigra, lumen
Errantum, luſtrans his iter in tenebris.
Salue captiuos ſoluens : in carcere ſolans,
Et torros, vinctos con[...]buſque fouens.
Salue virtutes fundens mort[...]us almas,
Eloquij princeps, mellifluique ſoni.

E Salue ius dirimens lites, & flumina linguæ
Oratorum obdens, oris & artis opus,
Salue iuridicis adſtans tribuentibus æqua,
Et lua illuſtrans omnia quæ latitant.
Gaude Ductorum ductria fortiſſima : ſalue
Suppeditans animis clam bona conſilia.
Gaude diuitias Sophiæ altæ Numinis illis
Concedens ſeruis qui tua ſacra colunt.
Gaude Regnatrix, & ſi quæ cantibus iſtis
Gratia vel lepor eſt, gratiâ Virgo tibi eſt.
Gaude & aue ô Regina, tibi, ſi carmine noſtro
Tu delectaris, gratia lætitiæ eſt.
Gaude & aue ô Regina, tibi certaminis huius
Gratia ſi quædam eſt, gratia laudis erit.
Gaude ô Regnatrix, & ſi ſermonibus iſtis
Gratia vel lepor eſt, eloquij tibi laus.
Gaude ô Regnatria, ſi noſtrâ gratia in arte eſt,
Gratia Virgo tibi eſt artis & ingenij.
F Gaude ô Regina, & ſi noſtris grata camœnis
Vis eſt, concentus gratia magna tibi.
Gaude Regina, & ſi noſtris gratia in auſis
Vlla, tibi firmi gratia cordis erit.
Gaude Regnatrix, ego ſæuos comprimere auſim
Fluctus atque ignes, Virgo, tuo auxilio.
Gaude Regnatrix, & ſi quæ induſtria noſtris
Conſilijs, mentis gratia magna tibi eſt.
Salue Regnatria, facilè agmina ſæua gigantum
Vi rapida flammæ quam dabis interimam.
Gaude Regnatrix, ego pectora dira Tyranni
Inflectam dictis blanditiiſque tuis.
Gaude Regnatria, fac denuò viuere corpus
Exemptum à morbis, exitióque animi.
Gaude Regnatrix, tu nos à grandine ſæua
Vndique telorum Martis Enyalij.
Gaude Regnatrix, mihi tu præſtantior omni
Theſauro, innumeras das bona diuitias.
Gaude Regnatria, mea gloria, Sólque, vigórque,
G Vita, aura & verbum, robur amórque Boni :
Gaude Regnatrix, & Mundi ſpes vtriuſque,
Inuicta, atque ingens Mundi vtriuſque decus :
Salue Regina, & nobis Triadem dominantem
In qua Verbum exſtat, reddito propitiam.
Gaude & aue, ô clemens Regina, benignaque, laudes
Ex oris noſtri percipe nequitia.

COROLLARIVM IAMBICVM.

VErſus trecenti te, Parentem vt vnius
E Trinitate Virginem ſanctam canunt.
Tu Virgo, perfecti es Dei & Hominis parens :
Eſt abſolutæ gratia Decadis tibi,
Deterior in qua verſus eſt iunctus bono :
Dico bonum, cui ſunt pedes ſex integri,
Deterius at cæſum duobus in locis.
Deo bonum debetur, hominique alterum.

H

HYMNVS V. IN DEIPARAM.

Hic Græcis verſibus Heroicis ab incerto Autore conditus ex puris Epithetis, Veterum Hymnorum more: In quo etiam literarum ordo, carminum & dictionum principiis obſeruatur: Latinè liberiùs ſoluta oratione (cũ aſtricta nec liberè, nec venuſtè liceret) verbatim fermè ab eodem Interprete ſic expreſſus eſt.

LAudibus celebremus Dei Filij Matrem, Deo ſimilem, integram ſponſam.
Quæ ſine satu peperit, caſtiſſimam, integerrimam, Principem puerperam :
Reginam, à Rege genitam, Regis genitricem :
Quæ generis ſuæ, proautorem genuit, Deiparam, propaginem genus humanum recreantem.
Quæ Deum dedit, pretium Redemptionis exſoluit, graues caſus ſuſtulit & optata largita eſt.

A Diuino ſpiritu afflatam, felicem in partu, beneficentia gaudentem,gentium liberatricem.
Quæ vitam peperit, plane diuinam, vitæ conſeruatricem, quam etiam largitur.
Quæ ſuauis & lenis apparet, iucundam, aſpectu, blandam, mitia dona dantem:
Deum demulcentem, mentem exhilarantem, cantu allicientem, Deum filium habentem:
Violaceis genis & oculis, & præſtanti mente præditam, deſideratam:
In mundo genitam, fructuoſam, percelebrem, Mundi Imperatricem:
Lætitiam & ſtuporem populorum, à quibus beata prædicatur, cum ſimplicitate & abiectione animi.
Vnguentum Dei & Mundi, vnguenti ſuauitate præditam, à Myrrha vocatam:
Novum cœlum, novum Mundum: Templi ædificatricem, nouam creaturam.
B Nouo partu editam, nouum partum edentem, admirandam mulierem.
Felicem & diuitem, feliciter operantem, adiutricem, diuitiarum datricem:
Potentiſſimam, omnes in ſe vires habentem, omnibus patentem, ab omnibus inuocatam:
Liberatricem, Vrbium tutelam, generis ſui & Mundi præſidium:
Seruatricem, quæ Iubar progenuit, lampadis inſtar lucentem, venerabilem:
Vnius è Trinitate parentem, ter beatam, tribus luminibus illuſtrem, ter Luna pulchriorem.
Altæ mentis capacem, in excelſa ſede locatam, ſublimem, in altis regnantem.
Luminis procreatricem, luce ornatam & amictam, ſplendenti facie.
Aureo peplo ornatam, aureóque in Throno ſedentem, gratam,& gratiam largientem:
C Mendacij aduerſariam, animam puram habentem, animarum ſalutem procurantem, canticis piis gaudenté:
Velociſſimam [ad opem ſuis ferendam] formoſam, vetuſtiſſimum Filium habentem.

ADMONITIO.

In his Hymnis, Io. Geometra B. Virginis laudes celebrando nomen illuſtrauit ſuum, perpetuæ ſunt alluſiones ad ſalutandi verbum χαῖρε quo Græci χαρᾶν, χάειν, ſalutem,gaudium & bona lætaque omnia præcabantur. In eiuſmodi vero alliterationibus,Latina vix ac ne vix quidem Græcorum venuſtatem aſſequi poſſunt. Cæterum quia maculæ & lacunæ aliquot occurrerunt in Græco codice(quo vnico nobis vti licuit hactenus,partim Scriptoris errore vitiato, partim vetuſtate ipſa propeobliterato) æquus rerum æſtimator Interpreti, pleriſque in locis mutilis & deprauatis ambigenti, diuinanti, & coniecturis ſuis medicas adhibere manus ad vulnera tentanti,facilem tribuet veniam:& ſicubi forte caſtigatius exemplar nanciſcatur, candidè impertiet, errantique comiter viam monſtrabit. Idem nonnullorum verſuum Latinorum aſperitatem æquis auribus perferet, & Poëticæ verſionis è Græcis difficultati ac ſudori aliquid condonabit. ſimul etiam inducet in animum hîc neceſſe fuiſſe, Indiciis monſtrare recentibus abdita rerum: atque in hoc Poëmatis genere pietatis potius quam ſuauitatis habitam eſſe rationem. Porro veterum SS. Patrum autoritatibus ſingula B. Virginis Elogia & Encomia quæ hîc coacervata ſunt, comprobare, actum eſſet agere. Enim vero hac iam in re elaborauerunt, è Græcis Heſychius, ex Lat. S. Bernardus, B. Anſelmus, R.P. Caniſius Teolog. è Societate Iesv, in opere Mariano, & Gaſpar Loartes ex eadem Societ. in inſtitut. Roſarij & Litaniis: vbi pleraſque perhonorificas B. V. Dei genitricis compellationes diligenter perſequuti & interpretati ſunt.

D

AD ZOILVM KAKOZELVM.

E
Ne inuideas Chriſti Genitrici munera laudum
Tantarum: Matri Filios illa dedit.
Talia virginei conceſſit lactis alumnus
Præmia Nutrici Chriſtus homo atque Deus.
Inuidiâ humani generis diſrumpitur hoſtis,
Cæcus & hæreticus rumpitur inuidia.
Rumpatur ſed vterque licet: Regina Polorum.
Satanicam longe deſpicit Inuidiam.

EIVSDEM IOANNIS GEOMETRÆ Paradiſus Tetraſtichorum moralium & Piorum.

Interprete FED. MORELLO, *Profeſſ. Reg.*

F

I. TETRASTICHVM.

Quòd huius Poëmatij perpetua futura ſit vtilitas Lectoribus.

SANCTORVM cœtus verè eſt Paradiſus amœnis,
Vnde animis afflat ſuauis & almus odor:
Ergo cui affectu ſunt pectora læſa profano,
Huc veniat, florem carpat & ambroſiæ.

2 Quod infima facilius veniam impetrent. Pœnitentia.

Vtilis imprimis Metanœa: à namque probatis
Vſuras puſcit maximus Altitonans.
Aſt errantibus omninò delicta remittit.
Exemplo tibi ſunt Prodigus & Meretrix.

3. Quod ſola Dei metu lingua cohibeatur. G

Linguam Opifex rerum ſepti gemini aggere cinxit,
Præſidium tamen hoc permeat illa duplex.
Quòd ſi Numinis accedat metus, illico certes
Intra cancellos hanc remanere ſuos.

4. Quod damnoſa ſit ingluuies.

Beliadum vaſi par inſaturabilis aluus,
Quo magis hanc reples, diffluit vſque magis.
Huic ſi ſubducas victum, conſidit: & aluus,
Quantumvis dederis pauca, libenter habet:

5. Mentem cuſtodia potiùs egere quam corpus

Præuiſo angue ſenex trepidando repente refugit.
Huic dixit quidam, cur fugis ô bone vir!
Non, ait, hunc fugi anguem, faſtu ſed inani
Inflatum fugi: ſtantem etenim pupugit.

6. Ex vicinorum notitia, ſui cognitionem eſſe comparandã. H

Percitus ira aliquis, vultum mutauerat omnem,
Aſpectúmque ſuum, ſuſtuleràtque comam.
Hunc cum vidiſſet quidam, ſi talis ego, inquit,
Iratus fuerim, proh! quam ero, ridiculus!

7. Virtutem excidere negligentia.

Haud aliter purum tibi cor ſeruare licebit,
Ni fauces auidas, os teneáſque tuum:
Hæc dum panduntur duo, fur non deſinit deſinit illuc
Intrare, atque foras trudere, quæ intus erant.

8. In rebus potius quam in verbis elaborandum eſſe

Conſcribens doctus Monachorum munera, liquit
Pauca: huic ſuccenſens, quem penes imperium,
Cur, ait, hæc liquiſti? alter reſpondit, vt illa
Præſtiteris, ſic mox cætera perficiam.

9. Religioſam vitam in oratione quoque perſpici.

Arſenio dixit quidam, Cum tu ante doceres

A

His Arsenius Diac. Eccl. Rom. praeceptor Arcadij & Hon. Imp. Niceph. 12. 13.

Iliadem, quid ab his discere vis rudibus?
Verum equidem, senior subiecit, discere ab istis
Indoctis necdum prima elementa queo.

10. *Actiones præsentes vitæ, ex anteacta perpendendas esse.*

Pellibus instratum Arsenium quis videat, & mox
Carpendo, inquit, Opus quod fuit ante tibi:
Pascere, ait, Nempe es multo nunc mollior, infit:
„ Namque est præseotis regula, vitæ prior.

11. *Nocturnas preces feruidiores esse.*

Hoc studium Arsenij quoque percipe: namque solebat
Sabbato, & occiduas Sole petente plagas,
Perpetua statione preces effundere, deinde
Cætera per totum munia obite diem.

12. *Domi manendum esse Monachis.*

B

Gammarus haud ædes proprias patriamque relinquit,
Nec muti pisces littora prætereunt.
Et monachus sus vult tamen extra claustra morari,
Cùm laquei; in foribus multaque vincla sient.

13. *Nihil rerum magnarum sine ardenti animo confici posse.*

Decrêrat quis se ex hominum subducere cœtu,
Hoc tamen hocque aiens, non peragebat opus.
Abiecta tandem tunica, leuis ad iuga tendit:
„ Nempe viro audenti sidera adire licet.

14. *Inopiam sanctam esse in Monachis.*

Mundum illustris homo contemnens plurima egenis
Donauit, quædam sepofuitque sibi.
Alter, Prima, inquit, tibi gloria deperit, haudque es
Cum donas, retinens multa, vocandus Inops.

15. *Diuitias noxias abiiciendas esse.*

C

Splendida quis tenui censu conôpea nactus,
Alton tus fuerat diuitijsque suis:
Hæc nisi perdideris citò, ait quidam, optime fili,
Præuenient moa te, perniciémque ferens.

16. *Sua potius cuique deploranda esse.*

D. Bern. in D. Magdal. Religiosa tristitia, aut alienum luget peccatum, aut suû.

Chari qui adstabant animam exhalante Theone,
Lugebant: flentes sic pius increpuit,
Nostis nimirum quàm sit serus inferus, at cur
Fletis ob externas non proprias maculas?

17. *Eos qui ægrotant, sanare alios non posse.*

Vi Fidei antiqui genios repulere malignos:
Hæc manet, at virtus in nebulas abijt.
Inte hinc Pityrio dicebat, Dæmonas omnes
Expellet facilè qui prius à se abiget.

18. *Quod miseratio quàm de se excitant pauperes, ipsis nos obliget.*

D

Si sua composito velarent lumina egeni,
Forte quis ambiret pauperiem locuples.
Atqui cùm reddant nobis iucundius autom,
Nonne his par Cereris frusta pusilla dare?

19. *Male agendum non esse, & postea precandum.*

Dita fames vrbem premeret dum iuris egenam,
Orabant ciues mitificum Sisoen
Numinis imploraret opem: respondit at ille,
O vtinam ciues hac procul vrbe forem!

20. *In rebus etiam necessariis satis accuratum esse quod minime superfluum est.*

Somnus, cibus vestitus.

Hæc tria non possum dimittere, dixit Apollo,
Almi Somni vsum, panis & assiduum,
Quodque indumentum gero: verum istæc tria rursus
Non plus quam par est me superare queunt.

E

21. *Fieri non posse vt simul inseruiamus Deo & Mammonæ.*

Aurum adamo, fateor, Christum sed amare peropto:
Iungit at hic animos, distrahere illud amat:
Quoque talenta auri vergunt, animus quoque vergit:
Sic simul hæc adamans, priuor vtroque simul.

22 *Tonsuram multiplicem esse.*

Vis hominem, pudor, aut Satan, morbusve totondit,
Lis, vel pauperies, aut amor æthereus.
Aduersis rebus facile hæc dignoscimus; & si
Quis ferat ærumnas absque dolore graues.

23 *Indicium obsequiosi seu popularem aurem venantis, & vere pij.*

Ille Dei, hic hominum causâ ieiunat: at istud
Qui nosces? morbi cum cruciare solent.
Tunc si mortem optet, ieiunia vera videntur: F
Si trepidet, fictè relligiosus homo est.

24. *Præclarum esse omnibus inseruire.*

Prædirus aligera quis mente & numine plena,
Raptus erat quoties ferret ad astra manus:
Cùm charorum ergo vellet meminisse precando,
Iungebat palmas, iuris erátque sui.

25.

Sobrietas Verecundia, & silentiû.

Hæc tria seruentur, vir sanctus vbique monebat,
Sobrietas animo, luminibusque pudor,
Vinculaque in lingua: nam qui tulit hæc tria puncta,
Principe nimirum est ditior ille Lydûm.

26. *Quod indecora oratio dedecus indelebile sit.*

Vana loquente alio, monuit quidam: Haud grauis error
Vsque adeò ille pedum est, lapsus vt eloquij:
Namque pedum lapsus, quod fert, tolerabile damnum est,
„ Sed prauus sermo non perit interitu. G

27. *Quod multiplices sint vitij insidiæ*

Feruet natura, haud vrit nihilominus, illam.
Prodiderit ni mens: esv amor caoritur.
Ieiunanti homini Serpens mouet aspera bella,
Cadmæo tantum vt vincere more queat.

Cadmæa victoria.

28. *Eos qui nunc viuunt, ad virtutem esse tardiores.*

Dicebat vetulo iuuenis, Quînam absque labore
Virtutem es nactus, vix ego cum studio?
Hoc vnum, inquit, opus fuit, haud alia omnia curæ:
Nempe vsu leue erit quod fuit ante graue,

29. *Quæ in mari eueniunt, in hac quoque vita contingere.*

Vita mari similis, res namque incerta & acerba
Vtraque, alesque feras, littora sunt breuia,
Sunt maris ac ventorum ignari plurimi: at ipse
Flat Dæmon mage per pectora quam pelagus. H

30. *Opportunitatem in omni re expectandam esse.*

Vestibulum ante domos stratum despexerat * Itum.
Diues, nunc verò suspicit eminus hunc:
Nam res aduersas vigilantia fueuit amare:
Noscito tempus, ait filius Hyradij.

** Lazarum.*

Pittacus

31 *Quod maioribus semper quis inhiet.*

Ardua res homini est Mundum conprendere totum:
Optanti tamen hunc linquere, perfacile est.
Sed quia ab antiquo fastus mala semina habemus.
Perpetuo fructus demetimus vitij.

Ambitio inueterata.

32. *Omnia ad institutionem vicinorum præstanda esse.*

Gustarant Monachi sus per conuinia carnes.
Tum quis Pastori, Cur, ait haud comedis,

Pastoris exemplum.

A

Præſentes læſiſſem, inquit: nam talia edendo
Cum ſim talis, quis temperet ingluuiem?

33. *Cur bella hodierna ſint grauiora.*

Die nobis cur ſint mala nunc maiora, Beate,
Quotidie & patimur quàm grauiora prius?
Quò propiùs Satan ſua ſentit regna venire,
Terricolis ſolet hinc ſæuius irruere.

Satana regnum inſtare.

34. *Quemque ſe ipſum reuereri, & obſeruare debere.*

Qui excuſſus propriis aliena negotia cernit,
Anguſta eſt acie, ſe procul atque videt:
Sin viſo intento reddatur pupula maior,
Se cernens propè non perſpicit vlterius.

35. *Quod ſi is qui mentitur, perit, multò magis qui peierat*

B

Si lyricen Dauid vere cecinisse putatur,
(*Mandaces perde prorſus inaniloquos.*)
Ergo vbi erit tum qui ſua per periuria cunctos
Offendit, quibus eſt integra mente fides?

36. *Cuiuſuis non eſſe de virtute differere.*

Paſtore à celebri dum quis rogat aurea dicta
Ex alio glandes robore collige, ait:
Nam pulchrum quidde virtute docere pudet me,
Cum magna affectans, vix minima efficiam.

37. *Quod inopia minimè inuidioſa ſit.*

Qui liuore, odio & curis nos ſolueret, atque
Duceret ad ſecuram, innocuámque viam,
Numquid enim ſeoucremur at hæc bona pluráque nobis
Affert pauperies: & tamen hanc fugimus?

38. *Quod is cui bellum infertur vndequaque vix effugiat vulnera.*

C

A Bello quod linguæ, oculis atque auribus imis
Infertur, nullus monticolis metus eſt.
Cordis at infeſtant hos prælia ſola, proinde
Non fera, nam * in multis Mars metuendus adeſt.

** Caſſio. l. 8. var. 10. Non ſemper tutum fuit qui cum numero ſe hoſte contendit.*

39. *Quod ſermones cum fiducia prolati, non pereant.*

Montie Iam ſæuus dum Princeps detinet, atque
Pertrahere iottepidum in ſua verba nequit,
Numquid, ait, metuis mortem? alter, Nonne pudet te
Me voce inuictum vincere more Nepæ,

40. *Quod nulla in re ſe efferre oporteat.*

Si quid protuleris iactantius, amplius alter
Se effert, exemplum Zeno Theoque dabunt.
Dicebat Zeno Sol me non vidit edentem:
Nec dum iratum Sol me, Theo, vidit, ait.

41. *Affectus animi domandi.*

D

Expugnat citius Rex oppida, ſi queat inde
Eſcarum omne genus fluminaque auehere.
Sic Pini affectus animi domitari monebat,
Quod, ſi iſti maneant, nemo ſit incolumis.

42. *Iuuenes deceptu faciles eſſe.*

Vix vnquam ſolidam mentem parit vlla Iuuentus,
Vnde ſenex quidam dicere erat ſolitus,
Si quemquam cernas iuuenem conſcendere cœlum,
Tu pede retrahito, ne effluat huic cerebrum.

43. *Quod affectus aliis predantur affectibus.*

Naſcitur è vitio quid lucri: namque malignus
Ira ardens effert tecta venena foras:
Illa minus detecta nocent, velut aſpis ab antro
Egreſſa occulto eſt exitioſa minus.

44. *Submiſſionem ſupra alia omnia eſſe*

Præſtantes homines vidit vir raptus in aſtra,
In quibus eximius ſplendor erat iuuenis:

E

Et quærens cauſam, hanc audiuit, nempe, volentes
Hi bona fecerunt, Velle ſuo hic caruit.

Reſpondet duodecimo Epigr.

46. *Quod permanere oporteat in locis vbi ſedes poſuimus.*

Si arbuſtum remouens de ſede, feracius illud
Præſtas, * tu quoque vir hîc & vbique habita.
Sin locus arboribus nocet, in leuiore periclo,
Nil poſthac quicquam de reliquis rogites.

** Vel, vir melior fiet vbique habitans. Seneca Epiſt. 2. Nuſquã eſt, qui vbique eſt,*

46. *Quod mens mala ſimulacra effingat.*

Egregius pictor Cyrus dicebat, Apud me
Mens variè fictis gaudet imaginibus:
Cui contra Elladius: Nos terrent viua ferarum
Monſtra, culex aliter fortior ipſe foret.

47. *Quod malum ſemper inſidietur.*

Satan iners nunquam eſt, nulli non irruit hoſtis,
Eneruat fortes, ſollicitátque pios.
Proditor hinc euaſit Apoſtolus. Heu mihi quidam
Exclamat, vitium tránſque Gades penetrat.

F

Piſides noſter in Coſmurgia.

48 *Quod ſecundum locum vſus rerum ſit.*

Notum Agatho excipiens, lentem conieeit io ollam,
Appoſuítque ſenex, hoſpes ad hæc lepide,
Agreſtis lens eſt, quid tum? non ſufficit, inquit,
Hinc tibi, eum flammas videris ignis Athus?

49. *Quod prætextus facile conuincatur.*

Cum quidam ingererent conuicia turpia amico
Communi, his Simo, Probra inhoneſta probis.
Contra illi: Hæc hominis nos dicere cura coëgit:
Simo ait: Hæc hoſtes ſollicitudo petat.

50. *Quod ſuperuacaneum ſit comedere*

Pior opus manibus faciens potúmque cibúmque
Sumebat, ducens iſta ſuperuacua,
Addebátque idem, Nimirum mente verebar
Ne nimium lætum me cibus efficeret.

G

51. *Quod laborioſiſſimum ſit obſequium hominum.*

Ad cœnam eum fortè Carino vocatus adeſſet,
Vidiſſetque Lupam corpore conſpicuam,
Hei mihi, flens dixit, non tam contendo placere
Corde Deo, meretrix quam ſtudet iſta procis.

52. *Quod periurium peſſima ſit res.*

Naturam proſtrauerunt mendacia ſola,
Hinc requies plane nulla fuit vitiis:
Sed magis inque dies mage nos iurare maligne
Conſueti, mentes exitio dabimus.

53. *Aliena non eſſe curioſè inquirenda.*

Percurri Phrygiæ campos Aſiæque patentis,
Altis quis dixit montibus Eutrepio,
Cernere nec potui priſca virtute decorum:
Talis enim quærens deſiit eſſe prius.

54. *Quæ natura conſtant, firmiora eſſe iis quæ ficta ſunt vel artificioſa.*

H

Mens ſapiens ſapientem oſtendit; dictáque facta
Inſignem Sophiæ lumine & ingenij.
Qui ex ſcripto loquitur, dum profert ſcripta, diſertus
Apparet prudénſque: his ſine, ſolus hiat.

55. *Maiores eſſe tentationes eorum qui in montibus degunt.*

Vt vitæ fluctus quis truderet ad iuga tanquam
Ad portum tendens, prælia ibique videns
Orta à Dæmonibus, Miſerum me ait: alter at infit,
Nil Monachi fuerint ſi hæc mala ſuſtuleris.

56. *Quod læta non ſit via ad vitam*

Arcta via eſt, aliquis dixit, quam tu pius audis,
Nempe animi motus ſenſúque comprimere:
Atque his perdomitis clamare, En nos quoque te Rex
Vltro linquentes omnia conſequimur.

57. *Quòd*

A

57. *Quod religiosa vita à Deo docta sit.*

Dum quærit qua nam ratione Antonius esset
Saluus, ei visus leuis homo, nec iners,
Is mox orabat, modo opus faciebat: & illi
Tum dixit, Sic tu viuito, saluus eris.

58. *Desperationem vltimum esse malorum.*

Sancte Pater cecidi quid agam nunc? surgito, fili,
Ac toties cecidi, Surgito rursus, ait.
Vsque tamen quo? aliquā tenus, aut dum vixeris, inquit:
Namque vbi lapsus eris, te quoque corripiam.

59. *Pœnitentiam non esse præstantiorem innocentia.*

Dic bone vir, melior quis, num qui purus ab annis
Est teneris, vel qui labitur & resipit?
Vt primum anteferam verum me cogit & æquum:
Spes tamen hinc hominum vana & inanis erit.

B

60. *Quod multiplex sit lacrimarum profusio.*

Effundit lacrymas dolor, exultatio, amórque,
Quando mali metus est, spes vel honoris alit:
Vel natura, aut virtutum instura, Deúsque.
Hæc tu lætitia mœstitiáque scies.

61. *Quod multiplex sit Somnolentia.*

Hoc est in qui se vigiliis exercet.

Somnorum causa est diuersa * insomnibus: Esus,
Ingenium, & mores, atque laboris amor.
Hi recreant, minuúntque famem: illos excitat hostis
Tartareus, prohibens inuigilare pios.

62. *Orantes varia manuum compositione vti.*

Extendunt palmas sapientes, quando precantur:
Hi in sublime leuant, detinéntque alij,
Qui rapta sunt mente: hi ceu quid prodere vellent,
Protenduut, Crucis aut signo Amalecha fugant.

D. Aug. de mor. Eccl. Cath. Facile est simulare, & difficile habere virtutē.

C

63. *Ridiculam esse in virtute larvam, hoc est simulationem.*

Idolum & qui sese ostentat inaniter, vnum
Efficiunt: auro nam simulacra micant,
Cum pice fiet & plena luto intus: sic quoque & iste
Cum facet extra sit, non tamen intus is est.

64.

* *Is vir sacerdos subscrip. fit Synodo Alex. adv. Arrianum.*

Huc propere, actáque mira videbitis, inquit * Achillas
Esaias comedit frustula sparsa sale.
Ac si tu cupias magis hæc condire, venito
Promptus in Ægyptum monticoláſque vide.

65. *Primum petendum esse Regnum Dei.*

Multa Deum posco, sed nil conceditur horum.
Qui Theo contigit hoc? quid decet hic facere?
Vnum poscendum est primo, mox cætera habebis.
Si vis multa, vnum iam quoque & illud abit.

D

66. *Sibi potius attendendum esse.*

Iudicium ad stupri damnatæ forte vocatus
Pior, sportam onerat pone graui sabulo.
Ante manu claudens partem, inquit, Cùm mea sint hæc
Non cerno, quæram cur peregrina mala?

67. *Coniugium animi cum corpore, difficile perceptu esse.*

Diligo si carnem, bellum est mihi si egero bella,
Vexor: si temno, sic quoque despicior.
Si colo, decipior, miserum me! quidnam ero tandem?
Quonam me vertam? quemve tenebo modum?

68.

Quòd vetulus sociis sese submitteret, ipsum
Dux carpit, Tende arcum, obiecit ille duci
Rursum itera, sed vis perit, & mox rumpitur arcus:
Grauius erit posthac, qui modo segnis erat.

E

69. *Quod iracundus non sit diuino spiritu afflatus.*

Ita furórque piis Monarchis aliena: benignus
Nam si Christus, erunt Christicolæ placidi:
Ergo iracundus, licet ire cadauera cogat,
Iurans se Christi, peierat, esse virum.

70. *Vitam esse speciem Mercatus.*

Vt fruerer Paradiso, inquit Senior, dare vellem
Memet: sed frusto, venditur & latice,
Aut ad summum obolo, & contemnimus: ô malè factū,
In tam exundanti fonte perire siti!

71. *Ex solis operibus salutem sperandam non esse.*

Si delicta Dei præsens Clementia delet,
Quædam etiam mihi spes, Lucius inquit, erit,
At si illud solis lacrymis sit: tergere vix me
Bis deni mecum collacrymando queant.

F

72. *Quod Paupertas tolerabilior sit diuitiis.*

Talia diuitibus contingunt, oppida Mauors
Cum quatit, armati depopulantur agros.
Armenta intereunt, locupletes pallor & horror
Inuadit: pauper ridet, & absque metu est.

73. *Quod abstinentia à malis sit multiplex.*

Tacit. l. 10. Etiam fera animalia, si clausa teneas, virtutis obliviscuntur.

Vrgemus clausos Basiliscum atque Aspida pilo:
Atque Leonem artis retibus implicitum:
Sic animi sensum quod non procedit ad actum,
Omne intus pressum spargitur vsque citò.

74. *Consortium & familiaritatem cum bonis, causam esse adiuuantem bonorum.*

Timor Dei.

Túnc metum poscis dicinum? In pectore cuique est.
Quòd si, cùm cupias maxime? abesse vides,
Ad sanctum secede virum: Mollem impulit olim
Magna Themistoclem Miltiadis probitas.

G

75. *Quod locus, in quo minus est consolationis, salubrior animæ sit.*

Asperiore loco degentes per iuga quidam,
Hunc vt confecerent vomeribus subigunt:
Tunc aliquis monuit, Videamus ne ista colendo,
Inculti mores ingenij maneant.

76.

Quis verus sit pastor.

Leuitas atque Atridas plerique vocantur
Pastores, alij nomen idem capiunt:
Vnus at est aptè cui nomen congruit istud,
Nempe is qui saltus incolit æthereos.

77. *Quod rite precari sit difficile.*

Virtutem ante omnem sudor solet ire laborque,
Ante precesque magis, quod secus esse putes:
Nam quanto decus est maius, tanto mage Dæmon
Omne mouet saxum, quo ferat vsque moram.

H

78. *Consolationem nostram à vicinis accipiendam esse.*

Cum pater ex obitu nati mœrore grauatus
Plangeret immenso, sic Asio infit ei,
Si vicinorum ærumnas cum mente volutes,
Ob damnum minor hinc luctus erit proprium.

79. *Quod etiam peccati fomes sit.*

Menses quinque Seni voluit quis dicere quiddam,
Non fuit at fas cum semper agente loqui.
Audi me tandem, exclamat, si quid tibi restat
Otij: at incubuit tum magis ille operi.

I

80. *Ratio dignoscendi illustrationes seu virtutes diuinas.*

In Christo duo certabant, hic gnauior atque
Feruidiore animo, segnior alter erat.

Auouit

A Annuit huic primùm Dominus, cur? dicito. Nempe,
„ Pura Deus præfert corda laboriferis.

81. *Quod Diabolus sit inuidus*

Inuidus est hominum generi sat notus: at si
Nos duro non est stringere dente nefas:
Quænam erit in syluis fera leri exempta periclo?
Liuidus hinc expers ille laboris erit.

82. *Amorem à Deo solo sedari.*

Remed. amoris.

Arcum tendit Amor, celeres formido sagittas.
Ecquid agam? si quæ sint tibi tela, cape:
Dein fugito ad Christum: fortis satis ille potensque,
Immensas vires hostis vt imminuat.

83. *Salutationes Sanctorum diuini aliquid habere*

Tria vitanda.

Hæc tria sunt fugienda tibi, Leo, Femina, Serpens,
Hócque magis mulier, quo magis illa furit.
B Amplexare pios Monachos, qui sæpe precando
Et lingua & labiis omnia sancta ferunt.

84. *Increpationem ante peccatum salutarem esse.*

Cum, qui peccarat, culpam damnaret, acerbe
Se crucians, sic hunc Bessatio increpuit:
Si tu luxisses, hæc prauo corde volutans,
Non istis tibi nunc luctibus esset opus,

85. *Ad labores alacrius suspiciendos tranquillam in eodem loco permansionem multum valere,*

Summe vir, atque beate Pater, dic, ecquid agemus?
Tune oculate rogas? res id aperta docet.
Siste domi solus placidè: manifestius istud,
Ostendet quid agas, quam rabula altiloquus.

86. *Hospitalitatem præcipuam esse virtutem in Monachis.*

Non seruant Monachi normas cum quis venit hospes,
C Atque hæc esse ferunt exitiosa sibi.
„ Verum hospes Christi speciem gerit, & sine Christo
„ Præsidia humanos nulla iuuare valent.

87. *Quod non oporteat eos qui lapsi sunt, in malis perseuerare.*

Si Dominus iussit septem septena decèmque
Dena remittere iis qui mala præstiterint,
Non ideo tibi tot condonat, vt ipse monenti
Tu culpæ haud cedas, & recidas toties.

Monachi ab inopia vi-stus a'ktot vocabantur, vt ab Hom. Il. 13. viri iustissimi.

88. *Monachum nulli rei alligari.*

Dum ædes diripiunt fures Abij ille lauabat,
Et relegens omissa, hæc quoque, tollite, ait.
Cum fugerent, tunc forte vitoqui tramitte eodem
Ibat mandauit, Curre, relicta refer.

89. *Curam etiam prophanorum habendam esse.*

Montibus à summis vir sanctus ad oppida pergens,
D Sic, quia cum prauis degeret, arguitur,
Versaris talis cum talibus! Id facio, inquit,
Ægrotis medicos non procul esse videns.

90. *Quod eum qui semel aggressus est labores, perseuerare oporteat.*

Despondentem animum iuuenem per prælia sæua,
Sæuus enim Mars est, vir probus admonuit:
Nate, Deus tibi ductor heri fuit huc venienti,
Nunc abiens videsis quis tibi dux adeat.

91. *Quod mutatio in vtramque partem æquè propendeat.*

Aduersa omnino vitæ Metanœa priori,
Aurum pro ferro est: sin redis ad vomitum,
Desipere, haud sapere est, nec, si haud mutatus ab Orbe
Extremo venias, limine progrederis.

92. *Quod stulti carpant quæ præclara sunt.*

Cum blande quidam vetulum proferre rogarent,
E Iudicium, sedit, desipere assimulans:
Vnus clamat, An est hoc stultior? at tibi prorsus
Stultitia ista, senex inquit, abibit iners.

93. *Quod firmum & robustum sit quodque in propria natura.*

Dum meditarentur socij, latet Heliodorus
Ædibus: & causam dum petit alter, ait,
Nonne feræ tuto latebris seruantur opacis?
Ac tuto volucres æthera peruolitant?

Heliodorum vel Isidorum, de quo Niceph. l. 14. 53.

94. *Quod preces eorum qui memores sunt iniuriarum, irrita sint.*

Quæ fratri facies, summum quoque tangere certum est
Continuo Christum, seu bona, seu mala sint:
Infensus Deus ostanti est, qui damna patrarit,
Sicut rursus ei, qui bona, propitius.

95. *Senes à virtutis cursu non reuocandi.*

F Quo propius cursor certat contingere metam,
Quisque magis clamat, Pergito munus adest.
Cur igitur seorsim cum in limine sponte laborem,
Sistere me potius quam properare mones?

96. *Auditoris prudentia.*

Multa loquens & multa horrens, hæc sola precare,
Cordato imprimis vt potiare viro:
Ac si væcordi pandas Heliconia templa,
Conclamas & Hylam, & littoribus loqueris.

97. *Pœnitentia cum humilitate.*

Si melior Pharisæo Exactor iam Pharisæum
Vita: si noua amas, prisca valere iube.
Quod si coniunctæ Metanœa Modestiaque adsint,
Vtráque euades Angelus ex homine.

98. *Pœnitentia.*

Labitur is raro quem pœnitet: error & horror
G Culpæ, Apyæ atque ignis, non bene conueniunt:
At quibus accipiter cum sturnis cernitur, æque
Apparent illis & latebræ silices.

99. *Matris Responsum.*

In faciem pronus Marces cadit, hincque resurgens
Cum fleret, famulus, Cur lacrymatis? ait.
Ille gemens: Vidi quosdam super æthera nuptos,
Permultos vitæ cœlibis ante fores.

D. SEVERINI EPISCOPI DOCTRINA.

DILIGE Deum.
Sapientiam disce.
Omnia cum mensura age.
Quod odis, & tibi fieri non vis, aliis non facias.
H Semper spera in Domino.
Tempus futurum expecta.
Necessitati subditus esto.
Iustitiam sequere.
Iureiurando vti noli.
Doce quod vtile est.
Iniustitiam odio habe.
Sapientes homines cole, insipientes fuge.
Quod bonum est discere non erubescas.
Linguæ tuæ impera.
Magnanimus esto.
In nullo mentiaris.
Fidem tuere.
Veritatem testificare.
Noli aliena concupiscere.
Pecuniæ amator ne fueris, quantum ad vsus tibi sufficiat quære: cùm habueris, dona petenti.
Tuis negotiis vaca, alienis autem noli commisceri.

Loqua

A Loquacitatem odio habe: bona est enim taciturnitas, mala est verbositas.
Boni consilij amator esto.
Nullum contemnas.
Maiorem natu venerare: adolescentiorem, si sapiens fuerit, vt senem honora.
Lauda veritatem, & quæ animæ prosint discere elabora.
De amicis bene opinare.
Inimicos noli exasperare: vtilius est enim eos amicos facere, quàm inimicos habere.
Cum iustis hominibus loquere.
Filios tuos bene educa.
Simplicibus inserere.
Misericordiam faciens noli constristari, nec dubitare.
Quod daturus es, ex animo da, quia futura ignoras.
Misericordia, & veritas non desint tibi, & caritas: & hæc bona cooperient multitudinem peccatorum.
Nemini opprobrium dixeris.
B Animæquus, & suauis, & continens esto.
Iram fuge, mater est enim peccati.
Iustitiam operare in iudicio.
Seruos dilige.
De nullo malum loquatis.
Testimonium in tempore opportuno verum dic.
Simultates odio habe.
Litigantes concorda.
Mala quæ tibi accesserint patienter sustine.
Iustè iudica: memineris enim te hominem esse.
De rebus nonnullis noli anxius esse: sapiens homo cito non conturbatur.
Cum nullo litiges,
Linguam bonæ famæ habe.
Sectare silentium: quia absque pœnitentia est, tumultum pœnitentis subsequitur.
Inimicitias dissolue.
Noli incredulus esse, & elabora in bono non esse iactantior.
C Inanem gloriam fuge.
Tuis mansuetus esto, & extraneis necessarius.
Concupiscentias animi tui vince.
Amicos noli citò comparare: quos autem comparaueris, noli citò reprobare.
Peccantium curam habere noli: nihil enim tibi proderit.
Brutis sapientiam ne dederis: postea enim persequentur te.
Sacramenta Dei nisi dignis non aperias.
Imprudentium primatum ne eligas, ne dux Dæmonum efficiaris.
Contra legem Dei nihil agas.
Differentiam habe inter bonum & malum: & manifestum apud te sit inter iustum & iniustum. INIVSTITIÆ enim opera hæc sunt: odium, fornicatio, furtum, rapacitas, veneficia, mendacium, falsum testimonium, cupiditas, detractio, dolus, superbia, mali-
D tia, temeritas, improbitas, iactantia, contentio, simulatio, maliloquium, amor pecuniæ, impietas, & omne quod alienat à doctrina Dei. IVSTITIÆ opera sunt hæc: semper Deo gratias agere, Dei cultores amare, nemini nocere, nec contristare quenquam, pudicè viuere, misericordem esse, proximum suum sicut seipsum diligere, esurientes saturare, sitientibus potum dare, nudos vestire hospitalem esse & humanum, & indigentibus tribuere cum hilaritate.
Noli esse amator his qui in tristitiis sunt.
Omne quod pertinet ad iustitiam fac.
Leges hominum vt homo vtere, & legem Dei vt Dei.
Noli inuidere bono: non enim immortalis es.
Sicut lucerna ardens ita esto: & Angelus Dei vocaberis.
Cum conscientia mala noli accedere ad orationem: condemnaberis enim per tuam conscientiam. Confessio peccati initium est salutis.
Supplex esto Deo semper; & sic age vt irreprehensibilis habearis.

Neminem male loqui permittas, ne vt fautor iniustitiæ habearis. E
Absentem noli condemnare: præsentem iuste accipe.
Ex argumentis noli condemnare, ne & tu condemneris, quia displicent Deo talia: & quomodo vis videri agere, sic iudica.
Mulierem in testimonium noli recipere.
Omne peccatum indulge, præter homicidium, & adulterium.
Iniuriam facienti noli consentire, ne sicut adiutor iniustitiæ puniaris: quem verò reprobaueris, sit tibi quasi ignarus.
Seruos vt filios enutri: apud Dominum enim æquales sunt, quia personas non accipit.
Super mensuram nihil feceris, & superbis noli coniungi, ne amicus iniustitiæ habearis.
Facies seniorum semper inquire, vt instruaris verbis eorum: sapientum enim sensus pleni sunt fructibus vitæ. F
Ducem vitæ tuæ vt Deum habe: à Deo enim tibi missus est vt salueris, & in omni substantia tua participem eum habe: qui enim in diuinis te comparticipat, debet in humanis particeps esse.
Misero noli exprobrare, ne & tu exprobrabilis efficiaris, circa omnes enim iudicium Dei est, & vt iustum est iudicat.
Misericordiam faciens absconse facito, & non confundes personã tuam. Si facis vt ab aliis publice videaris, & vt magnificeris ab hominibus, nihil tibi proderit
Adorans Dominum secreto adora, & noli notabilem locum eligere: vbique enim est Deus, & vbicumque inuocatus fuerit, adest. Quotidie autem illi gratias age, vigilans & dormiens, vt propitium eum habeas, & desideria tua impleat. Et orans noli multum loqui, ne stulto similis habearis. Scit enim Deus petitiones tuas antequam petas, & quæ cogitas non ignorat. G

SANCTI PATRIS N. EVSEBII Episcopi oratio de commemoratione Sanctorum.

Carolo Fabiano interprete.

Ex editione Thom. Galleti.

QVADAM die Sanctorum in Vrbe commemoratio-
nes celebrabantur, cum accedens Alexand. ad Euse-
bium Episcopum dixit: Venerande Pater, dicas mihi,
obsecro, qui Sanctorum commemorationes celebrant,
quonam sunt in ordine, in quaue gloria, & quamnam
mercedem accipiunt à Saluatore; existimo enim ego eos
nobis non egere: cum iam existant in regno Dei. Ecce
Beatus Eusebius respondens dixit: Ipsi non egent nobis H
in gloria vitam suam traducentes, quin potius eorum bo-
nis nobis est opus, ea namque bona sempiterna & inex-
hausta sunt, eorumque lumen, vt ait Scriptura, lumen
iustorum in æternum: nostra vero bona temporanea sunt
& ad exiguum tempus durantia, & tamen hoc præterit.
Propterea iussi sumus sanctorum commemorationes pre-
cibus & hymnis celebrare, vt illi excipientes laudes, &
audientes encomia, exorent clementissimum Deum no-
strum, vt accepter nostras temporaneas preces. Oportet
ergo hos, qui Sanctorum commemorationes celebrant,
maximo celebrare studio, & pietate quam maxima. Et
quotquot receperit ad prandium, eos scilicet, qui sibi
occurrerint, cogere eos oportet, prandentes ipsos Mar-
tyres esse considerans, neque de hoc dubites, vere enim
ipsi Martyres ad eorum accedunt prandium, qui studio-
se, pureque Sanctorum commemorationes concelebrant,
sicut dixit Saluator, *Quod vni ex minimis meis fecistis mi-
bi fecistis*, & alibi, *Qui vos recipit, me recipit* Si igitur qui
pauperes recipit, Christum se omnino recipere significat,

A & qui in nomine Martyrum aliquos recipit, manifestum est se Martyres ipsos recipere, & partê habere cum Sanctis, sicut dixit Dominus, *Qui recipit prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet.*

Si quis igitur Martyrum est studiosus, & Sanctorum persoluit commemorationea, sic debet persoluere. Ante omnia debet habere charitatem, & in illa die omnem inimicitiam soluere debet, vt acceptabilis fiat suæ orationis oblatio: si enim magnum laborem subeat, & multa consumat, odium vero inimicorum non soluat, inutilis eius est labor. *Et si offeras munus tuum in altari*, vt ait Dominus, *& recordatus ibi fueris quod frater tuus habet aliquid contra te, vade primum, conciliare fratri tuo; tunc autem veniens offeres munus tuum.*

Vidisti qood nisi conciliaueris te fratri tuo, & deposueris odium, non permittit Dominus, vt offeras munua tuum. Magno est rea iudicio anima ea, B quæ iniuriarum est memor: vbi enim est charitas, ibi tanquam in proprio domicilio est Deus, & mansionem apud ipsum facit; qui enim non operatur in charitate, nihil illius est acceptabile: etenim qui diligit fratrem suum, vidit Deum, huc igitur pacto Sanctorum commemorationes persoluere debet qui eas peragit, si velit à Domino mercedem accipere. Ipsi quoque, qui ad celebritates Sanctorum accedunt, debent omni studio longitudinem noctis non sine aliquo spirituali exercitio transigere. Nullus igitur negligenter se habeat, ne absque mercede labor suus intereat, plerosque autem nooi ad celebritates Sanctorum accedere, vt peccent magis, & ita recedere: accedunt namque non ad fundendas Deo preces, sed ad voluptatem aliquam assequendam, quidam enim primos accubitus, sublimesque locos quærunt; & turbas, contentiones, & molestias excitant: alij sedentes obturant tanquam aspides aures suas, neque scripturam, neque psalmodiam audiunt, neque preces: verum linguas acuunt, quasi C serpentes, & à garrulitate non desistunt, huc illuc oculos agitantes, ridentes, & proximum scommatibus illudentes; in his vigilant, & illis occupantur, quandoque etiam vincuntur somno, statimque decedunt, sesque somno dedunt, iacentque vt mortui, donec dies illucescat: cum autem excitantur, incipiunt theatra, obstrepunt aduersus eos, qui in orationibus permanere volunt, & occupantur in perditione, faciunt enim palæstras, & plausus, donec Sacerdos offerat supplicationes pro populo, corpusque Domini nostri Iesv Christi pro mundi salute, Vel luctam ludentibus; sic enim ludebaot Israëlitæ, & aduenit super eos pernicies: Mose enim supra montem exorante Deum pro populo, populus postquam comedit, & bibit, surrexit ad ludendum, & aduenit super eos ira, cecideruntque mortui vna die viginti tria millia.

Quid ergo, dic mihi obsecto: accessisti, ô homo, vt mala D tua minuas, vel vt augeas? vt precateris, vel vt lucteris? accedis amicus proximi, & inimicus decedis? iustius est igitur tecum proximo inimicitiam exercentem eam deponere cum accedis ad ecclesiam, & Dominum pacatum reddere, nunc verò amicus accessisti, & inimicus discessisti?

Nullum est malum inter te & ipsum, non nummi, non hæreditas, neque bonorum partitio, nihil habentes commune, sed in charitate viuentes ad vtilem palæstram, vel luctam inimicos inuicem faciunt: cum charitate adueniunt, & maximo odio recedunt. O perniciosum odium! Vis tibi dicam luctæ luctum? sanguinis effusio, membrorum effractio, corporum incisio, &, quod summum est, animæ deperditio. Si igitur lucta lucrum nullum habet, sed potius damnum, quare de re malum non excîdis, atque studiose orationi non incumbis; & prosternis te ante sanctos Martyres, vt pro te intercedant coram clementissimo Saluatore nostro Iesv E Christo, & chirographum peccatorum tuorum deleant? Vnusquisque igitur ad celebritates Sanctorum accedens opus suum summo exequatur studio, ne sine mercede decedat: nullus namque coronatur, nisi legitime certauerit, nullus mercedem recipit, nisi opus perfectum demonstrauerit. Sacerdos pro populo ex toto corde preces effundas, vigilans fias, neque te ipsum somno dedas, *Vigilate* enim dixit Dominus, *& orate*: ne dormites, vt intellectuales oues non perdas, etenim quando lupus pastorem viderit dormientem, statim subingreditur gregem: ne dormias, vt non amittas coronam gratiæ; verum summo studio gregem tuum custodi; garruli os comprime, negligentem diligenter agere doce, non accedentes condemna, laborantem beatifica, negligentes sufferre doceas, vt in omnibus probus inueniaris. Diaconus diligenter quæ pacis sunt populo annuncia, turbas seda, deficientes congrega, exeun- F tes ab Ecclesia reprehende, obsusurrantem ad modestiam reuoca, vt in omnibus irreprehensibilis reddaris. Lector noli negligere donum, quod in te est, sacrarum Scripturarum doctrinam & exhortationem omnibus hilari animo, & maxima pietate communicans, vt doctrinæ mercedem assequaris. Cantor datam tibi gratiam noli despicere, sed melodiarum hymnodiam impigre profer: psallens sine intermissione, sicut admonet Dauid, *Psallite Deo nostro psallite, quoniam vniuersæ terræ Rex est Dominus, psallite sapienter.*

Ministrum operis sui non pigeat, sed omnia sine murmuratione exequatur. Laicus auditum accommoda, & ad diuinarum Scripturarum auditionem te præpara. Mulieres garrulitates ab ore vestro tollite, susurrationes reprimite, recordamini quod anguis susurro Euam è paradiso detraxit: linguas vestras comprimite, audiendorumque sermonum studiosæ fiatis, vt quasi perfectum vos ipsas operarium red- G dentes, perfectâ mercede in Regno cælorum dignæ euadatis à clementissimo Domino nostro Iesv Christo, cum quo Patri & Spiritui sancto gloria honor, & adoratio nunc, & semper, & in sæcula sæculorum Amen.

Eutropij Abbatis ad Petrum Papam.

OCto sunt vitia principalia, quæ humanum genus infestant. Primum, Gastrimagia, quod sonat ventris ingluuies, secundum fornicario, tertium Philargyria, id est, auaritia, siue amor pecuniæ: quartum ira, quintum tristitia, sextum accedia, id est, anxietas, siue tædium cordis, septimum cenodoxia, id est, iactantia, seu vana gloria, octauum soperbia. Hæc igitur octo vitia, licet diuersos ortus, ac dissimiles effitientias ha- H beant, sex tamen priora, id est, gastrimargia, fornicatio, philargyria; ira, tristitia, accdia, quadam inter se cognatione, &, vt dixerim, concatenatione connexa sunt. Ita vt prioris exuberantia, sequentium efficiatur exordium.

Nam de abundantia gastrimargiæ, fornicationem, de fornicatione, philargyriam, de philargyria, iram, de ira, tristitiam, de tristitia, acediam necesse est pullulare. Ideoque simili contra hæc modo, atque eadem ratione pugnandum est, & præcedentium semper aduersus sequentes oportet nos inire certamen. Quamobrem vt acedia vincatur, superanda est tristitia: vt tristitia propellatur, ira extinguenda est, vt extinguatur ira, philargyria conculcanda: vt euellatur philargyria, fornicatio compescenda est; vt fornicatio subruatur, gastrimargiæ vitium est castigandum. Residuæ verò duæ, id est, cenodoxia & superbia, sibi quidem similiter illâ, qua de superioribus diximus ratione iunguntur, ita vt incrementum prioris ortus efficiatur alterius. Cenodoxiæ exuperantia superbiæ fomitem parit. Nam illis sex euulsis, hæc duo vehemen-

tius

A tius fructificant, & illis mortuis, viuacius istæ pullulant, & succrescunt. Vnde & diuerso modo ab his duobus impugnamur.

In vnumquodque illorum sex vitiorum tunc incidimus, cum à præcedentibus illorum fuerimus elisi. In his vero duobus etiam victores post triumphos periclitamur.

Nam & ista octo vitia, quæ commemorauimus in quatuor coniugationes, & copulas diuiduntur. Gastrimargia namque, & fornicatio peculiari consortio fœderantur, simili modo philargyria cum ira. Tristitia quoque, & acedia eadem copulatione iunguntur. Cenodoxia quoque atque superbia familiariter & ipsa sibi coniunguntur. Audiuisti copulationes, audi nunc genera vitiorum.

Gastrimargiæ genera sunt tria. Primum, quod ante horam canonicam perurget Christianum comedere. In hac peccauit Ionathan filius Saul irrumpens iuramentum pa-

B tris. Vnde nec victoriam meruit populus de inimicis habere.

Secundum, ex quarumlibet escarum, vel potus superfluitate. In qua peccauit populus Israëliticus, cum fabricauit, vitulum aureum, sicut scriptum est *Exod.* 32. *Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.*

Tertium, quod accuratiores, ac delicatissimos cibos desideret. In hoc peccauerunt filij Heli, qui noluerunt carnem coctam accipere à populo, sed crudam, vt diligentius sibi præpararent, 1. Reg. c. 2. Ex his tribus generibus diuersæ, & pessimæ valetudines animæ procreantur. Nam de primo, ira illi, qui parare cibum debuit, de secunda, luxuriæ ac libidinis aculei suscitantur, tertia autem, inextricabiles philargyriæ laqueos nectit ceruicibus captiuorum.

Fornicationis genera tria sunt. Primum, cogitatio est, de qua Dominus ita in Euangelio Matth. 5. dicit: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam*, & cæ-

C tera.

Secundum, quod per commixtionem sexus vtriusque perficitur.

Tertium, absque fœminæ tactu, quod Apostolus *immunditiam Gal.* 4. nuncupat. Quæ tria sic sunt à nobis pari obseruatione cauenda, ne à regno Christi vnum quodlibet horum nos deterreat, & excludat.

Philargyriæ genera sunt tria. Primum, quod expoliari non sinit hominem facultatibus superfluis. In hoc peccauerunt Act. 5. Ananias, & Sapphira.

Secundum, quod ea quæ à nobis dispersa sunt indigentibus, cum maiori cupiditate persuadet resumere. In hanc culpam incidit Iudas, qui Dominum vendidit.

Tertium, quod ea quæ antè non possedimus, infrunite desiderari, vel adquiri compellimur. In hac peccauit Giezi.

Iræ genera sunt tria. Vnum, quod exardescit intrinsecus, & præ indignatione non valet loqui. Aliud, quod in verbum, & opus, effectumque prorumpit. Tertium, quod

D per dies, & tempora reseruatur.

Tristitiæ genera sūt duo, vnū, quod irā desinēte de illato damno, vel desiderio præpedito generatur. Aliud, quod de rationabili mentis anxietate, seu desperatione descendit.

Acediæ genera sunt duo. Vnum, quod ad somnum præcipitat æstuantes. Aliud, quo nec bonum facere, nec audire, delectat. Ista eiicit monachum de cella sua.

Cenodoxia licet multiplex ac multiformis est, & in diuersas species diuiditur, genera tamen eius sunt duo.

Primum, quod pro carnalibus, ac manifestis extollimur rebus.

Secundum, quod pro spiritualibus & occultis, desideriis vanæ laudis inflamur.

Superbiæ genera sunt duo. Primum, carnale. Secundum, spirituale, quod etiam perniciosius est. Illos namque specialius impugnat, quos in quibusdam virtutibus profecisse reperit. Audisti genera, & coniunctionem, atque concatenationem, audi nunc quales habeant filias, E

quæ de eis nascuntur.

De gastrimargia namque nascuntur, comessationes, ebrietates. De fornicatione, turpiloquia, scurrilitates, ludicra, ac stultiloquia. De philargyria, mendacium, fraudatio, periuria, turpis lucri appetitus, falsa testimonia, violentia, inhumanitas, ac rapacitas. De ira, homicidia, clamor, & indignatio. De tristitia, rancor, pusillanimitas, amaritudo, desperatio. De acedia, otiositas, somnolentia, importunitas inquietodo, peruagatio, instabilitas mentis, & corporis, verbositas & curiositas. De cenodoxia, contentiones, hæreses, iactantia, ac præsumptio nouitatum. De superbia, contemptus, inuidia, inobedientia, blasphemia, murmuratio atque detractio. Hæc igitur octo vitia, cum hominum genus impulsent, non tamen vno modo impetunt cunctos. In alio namque spiritus fornicationum locum obtinet principalem. In alio superequitat furor. In alio Cenodoxia vindicat tyrannidem. In alio arcem superbia tenet. Et cum constet omnes ab omnibus impu- F

gnari, diuerso tamen modo, & ordine singuli laboramus.

Quamobrem ita nobis aduersus hæc arripienda sunt prælia, vt vnusquisque vitium, quo maxime infestatur, exploret, & aduersus illud arripiat principale certamen Vnū namque nos ordinem præliorum exercere debere, nec de nostra virtute confidere, etiam Legislator *Deut.* 7. docet his verbis: *Non timebis eos, quia Dominus Deus tuus in medio tui est, Deus magnus & terribilis. Ipse consumet nationes has in conspectu tuo paulatim atque per partes. Non poteris eas delere pariter, ne forte multiplicentur contra te bestiæ terræ: dabitque eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo, donec penitus deleantur.* Sed neque debere nos in eorum extulli victoria, similiter *Deuter.* 8. monet: *Ne postquam comederis*, inquit, *& satiatus fueris, domos pulchras ædificaueris, & habitaueris in eis, habuerisque armenta, & ouium greges, argenti, & auri, cunctarumque rerum copiam, eleuetur cor tuum, & non reminiscaris Domini Dei tui, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo seruitutis, & ductor tuus fuit in so- G

litudine magna, atque terribili. Salomon quoque in Prouerbiis, *Prouerb.* 24. *Si ceciderit inimicus tuus, noli gratulari. In supplantatione autem eius noli extolli. Ne videat Dominus eius, & auertat iram suam ab eo*, id est, *ne dispertias elationem cordis tui, ab eius impugnatione discedet, & incipies, derelictus ab eo, rursus ab illa, quam per Dei gratiam superaueras, passione vexari.

Quamobrem certos nos esse conuenit, tam ipsis rerum quam innumeris Scripturarum testimoniis eruditos, nostris nos viribus nisi solius Dei auxilio fulciamur, tantos hostes superare non posse: & ad ipsum quotidie summam victoriæ nostræ referre debere. Ita super hoc quoque per Moysem *Deut.* 9. Domino commonente: *Ne dicas in corde tuo, cum deleuerit eas Dominus Deus tuus in conspectu tuo. Propter iustitiam meam introduxit me Dominus, vt terram hanc possiderem, cum propter impietates suas ista deleta sint nationes. Nec enim propter iustitias tuas, & æquitates cordis tui, ingredieris, vt possideas terram eorum: sed quia illa egerūt impie, te introeunte deleta sunt.* Rogo, quid apertius po- H

tuit dici, vel cautius: cum quanta cautela oportet nos esse?

Hæ septem gentes, quarum terras egressis ex Ægypto filiis Israël daturum se Dominus repromittit. Quæ omnia secundum Apostolum, cum in figura contigerint illis ad nostram commonitionem scripta *Deut.* 7. debemus accipere.

Ita enim dicitur: *Cum introduxerit te Dominus Deus in terram, quam possessurus ingredieris, & deleuerit gentes multas corā te, Hethæum, & Gergezæum, & Ammorrhæum, Chananæum & Pherezæum, & Iebusæum, & Heuæum, septem gētes multo maioris numeri, quam tu es, & robustiores te, tradideritq; Dominus tibi eas, percutiesq; eas vsq; ad internecionē.*

Quod verò multo maioris numeri esse dicuntur, hæc ratio est, quia plura sunt vitia, quam virtutes. Et ideo in catalogo quidem dinumerantur septem gentes, in expugnatione verò earum, sine numeri adscriptione ponuntur. Ita enim dicitur: *Et deleuerit gentes multas corā te.* Nu-

E metosiot est eoim, quam Israë, carnalium passionum populus, qui de boc septenario fomite vitiorum, ac radice procedit, atque de octauo, qui oorior est omnibus, regina, vt ita dicam, atque mater omnium viriotum, ex bis enim octo pullulant, atque nascuntut hæ filiæ, id est, comessationes, ebrietates, turpiloqma &c. superius descripta, quæ commemorare perlougum est. Quæ cum nobis leuia iu dicentur, quid Apostolus de illis senserit, a. Cor. 10. vel quam super his sententiam tulerit, audiamus. *Neque murmuraueritis*, inquit, *sicut quidam illorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore* Et de tentatione. *Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt*. De detractione, *Noli diligere detrahere, ne eradiceris*, aliaque complura his similia. Quæ cum fiot multo maioris numeri, quam virtutes, deuictis tamen illis octo principalibus vitiis, ex quorum natura eas certum est emanare, omnes protinus conquiesçoor, ac perpetua pariter cum eis internecione delentur.

F Etenim, quantum docet verus traditio, bas easdem terras Chananæorum, io quas introducuntur filij Israël, Sem filij Noë fuerant quondam in orbis diuisione sortiti, quas deinceps per vim, atque potentiam posteritas Cham persuasionis iniquitate possedit, in quo & Dei iudicium tectissimum cõprobatur. Qui, & illos de locis alieois, quæ male occupauerant, expulit, & istis antiquam patrum possessionem, quæ prusapiæ eorum in diuisione orbis fuerat deputata, restituit. Quæ figura in nobis quoque state, certissima ratione cognoscitur. Nam volontas Domini possessionem cordis nostri non vitiis, sed virtutibus naturaliter deputauit. Quæ post præuaricationem Adæ, insolescentibus vitiis, id est, populis Chananæis, à propria regione depulsæ, cum ei rursum per Dei gratiam, diligentiâ nostrâ, ac labore fuerint restitutæ, non tam alienas occupasse terras, quam propias credendæ sunt recepisse.

De hoc septenario fomite vitiorum, Salomon quoque in prouerbiis, ita describit, Prouerb. 26. *Si te rogauerit inimicus voce magna, non consenseris ei, septem enim nequitia sunt in anima eius*, id est, si gastrimargia te persuader, vt
G relaxes corpori, quod continentiæ decreueras modo, ne resoluas eius subiectionem, quia confestim septem spiritus vitiorum aderunt tibi acriores, quam illa passio, quæ primordiis fuerat superata, qui te mos ad deteriora pertrahaut genera vitiorum. Quapropter Dominus per omnia est deprecandus, vt, quod nostræ vires oon habeot, ipsius misericordia succurrat.

EIVSDEM VEL ALTERIVS Eutropij Abbatis Epistola ad Petrum Papam,

De districtione Monachorum & ruina Monasteriorum, directa Romam.

OMNIPOTENS Dominus pro sua misericordia humanos miseratus errores, per Moisem sanctissimum
H virum oobis certissimum præbuit documentom, & pro offensione & culpâ, delinqueotibus debere irasci, & è côtrà, bene sancteq; viuentibus mites & benignos esse satis congruum & laudabiliter declarauit in eo, quod pro peccato populi delinquentis, vt scriptura propriè loquitur iratus nimis, tabulas quas à Domino acceperat, ad radicē montis confregit; insuper & facious ipsum populi delioquentis Leuitarum gladio vindicauit. Mitem autē & benignum in hoc eum fuisse non dubiū est, quia pro eis sæpiùs Dominum deprecando, iram Dei super eos venientē auertit & à quibus aliquando lapidari potoit, pro eisdem Dominum deprecari oon destitit Hoc ad præsens de multis de veteri testamento sufficiat testimoniis. Sed ipse Domi-
Matt. 5. 22. nus in Euangelio sic dicit: *Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio*. Et hoc qualiter iotelligatur aduerte. Ille in hoc dicto tenetur obnoxius, qui non vitio, quod est in homine malū, sed naturæ ipsius humanæ, quam Deus vtique bonam cōdidit, iræ voluerit prærogare stimulū. Pro-

A pterea & quibusdam malè conuersantibus, & à se durius increpatis Apostolus dicit; *Vt malus essem vos me coegistis*. Et de abscissione ac separatione eorum qui pœnitere 2. Cor. 12. 11.
nolunt ista loquitur: *Vtinam excidantur qui vos conturbant*. Gal. 5. 12.
De quibus & Dominus in Euāgelio, vt aliis verbis loquar; si sæpiùs autem admonitus frater corrigi noluerit, *sit tibi sicut ethnicus & publicanus*. Matt 18. 17.
Quod si tacere, & delinquentē (quod dictu quoq; nefas est) pro culpæ modulo non debemus arguere; cur quæso nobis per Isaiam Dominus præcipit dicens: *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocē tuam, & annuntia populo meo scelera eorū, & filiis Israël peccata eorum*: Isa. 58. 1.
& illud Ezechielis: *Si non annuntiaueris impio vt ab iniquitate sua conuertatur, ille quidem impius in iniquitate sua, quam operatus est, in ipsa morietur; sanguinem autē illius de manu tua requiram*. Ezech. 33. 8.
Cui sententiæ nos dictum illud Doctoris egregij subiungimus. Et quid prodest non puniri suo, qui puniendus est alieno peccato? ad Timotheū autē 2. Tim. 4. 2.
Paulus Apostolus apertè loquitur, dicens: *Argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina*: sed eos qui semel &
B iterum admoniti faciuus suum pœnitendo cognoscere, & in melius suam voluerint vitam corrigere. Cæterū de illis, qui in malo perseuerare proposito, nec ad rectæ vitæ tramitem resipiscendo reuerti elegerint, alibi præcipit: *Increpa eos durè*. Tit. 1. 13.
Et iterum: *Cum huiusmodi nec cibum sumere*. 1. Cor. 5. 11.
Propter hoc etiam loquitur dicens: *Inimicus vobis factus sum verum dicēs vobis*. Gal. 4. 16.
Vnde & sæcularis Poëta: *Obsequiū*, inquit, *amicos, veritas odium parit*: amara est enim veritas, & qui eam diligunt replentur amaritudine. Ideo & Hieremias dicit: *Solus sedebam, quia amaritudine repletus erā*. Hier. 15. 17.
Et quæ est ipsa amaritudo, nisi mala & non recta quorūdam hominum conuersatio? Quid nunc agimus, sanctissime vir, tacebimus? & dissolutioni consentiemus, vt & mansueti, & mitis vocabulum acquiramus? Et quid nobis hoc ante Deum proderit, quando pro nostro silentio anima pereuntis de nostra dicitur manu perquiri? Si autem à Deo nobis creditum gregem & exhortando & increpando sæpiùs à diaboli laqueis & peruerso voluerimus opere reuocare, immites & asperi multorum ore dicemur. Sed quam-
C uis hoc à multis, qui locum officij nostri non intelligūt, sæpè dicatur, tenenda est tamen discretio, & sanctæ Regulæ institutio, vt quæ patres instituerunt, etiam successores & filij integra illibataque custodiant & obseruent. Nā si in aliquo à sanctorum Patrum institutione & tramite deuiandum, nec pro culpæ suæ quis qualitate & opere increpandus est; quis quæso malorum hoc audit, qui nunc saltem propter supplicia terreantur, qui non quæcunque voluerit agat, & præceps feratur ad vitia? Et propterea diuinæ potentiæ ordo & ineffabilis dispositio præcipit, vt sit in sæculo princeps, in Ecclesia Pastor & Pontifex præficiatur, & in Monasteriis pater; vt nefario operi & actibus scelestis & impiis obsistere, & contra humaoi generis mores, perpetratum facinus districtionis & seueritatis possit gladio vindicare. Sanctus Augustinus præclarus, vt optime nosti, Ecclesiæ doctor, quæ io octauo ciuitatis Dei libro dicit, aduerte: Denique in disciplina nostra non tam quæritur, vtrum pius animus irascatur, nec vtrum sit tristis, sed vnde sit tristis: nec vtrum timeat, sed quid ti-
D meat. Irasci enim delinquenti vt corrigatur, contristari pro afflicto vt liberetur, timere periclitanti ne pereat, nescio vtrum quisquam sana cōsideratione reprehendere audeat. Facultas autem istius sæculi quā nobis Dominus pro necessitate & sustentatione istius transituriæ vitæ, & nō pro luxuria & superfluitate facienda, sua miseratione donare dignatus est, etiāsi in toto quod oon est, sufficientes esse possint, non tamen ideo affluenter & splendidè viuere, & veotri & gulæ inseruiendū est, etiāsi his omnibus abūdemus. Prohibet enim hoc scriptura dicens: *Diuitiæ si affluāt, nolite cor apponere*; Psal. 61. 11.
Apostolus autē: *Et carnis curā ne feceritis in desideriis*. Rom. 13. 14.
Et castigo corpus meum & in seruitutē redigo, ne fortè dum aliis prædico, ipse reprobus efficiar. 1. Cor. 9. 27.
Propter quod & frequenter in fame & siti, & nuditate, & ieiuniis sæpè asserit gloriari. Et illud in Euangelio Domini: *Nō grauētur corda vestra in crapula & ebrietate*. Luc. 21. 34.
Quod si nō ita est, sine causa ergo sāctorū Patrū quotidie vitam legimus. Quorū professionē tenere nos dicimus secundū eo-

rum

A rum institutionem viuere detrectamus. Vt quid etiam &
Dominus noster secundum Isaïæ vaticinium præcipit, di-
cens: *In viam gentium ne abieritis*, nisi vt quorum separata
Matt. 10. 5. est Religio, separetur & vita? Nulla enim erit instantia in-
ter profanum & sanctum, inter sæcularem & Monachum,
frugalem & parcum, si passim voluntati nostræ & concu-
piscentiæ deseruire voluerimus, & satisfacere. Aut quid no-
bis ante Deum proderit in nomine tantùm, & nō etiam in
sancta & bona vita & conuersatione laudabili professio re-
ligionis nostræ? Primo ante Deum, deinde ante homines,
si voluerimus ostendere, secundum illud quod de Samuël
legitur: *Et placebat tam Deo, quā hominibus*. Et Dominus
1. Reg. 2. 29. in Euangelio: *Videant*, inquit, *vestra opera bona, & glorificēt*
Matt. 5. 16. *Patrem vestrum qui in cœlis est*. Et hoc ideo, quia quodcū-
que bonum in nobis esse dicitur, non ex nostræ vitæ esse
merito, sed Dei gratiā gratis nobis largienti tribuatur do-
no. Vnde & Paulus Apostolus: *Prouidentes*, inquit, *bona nō*
2. Cor. 8. 21. *tantum corā Domino, sed etiā corā omnibus hominibus*. Qui
B alibi laudem hominum pro vana gloria declinando dice-
bat: *Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem*.
Gal. 1. 10. Beatissimus quoq; Petrus Apostolorum omnium caput &
Princeps, *Conscientiā & conuersationem*, inquit, *habete inter*
1. Pet. 2. 12. *gentes bonam, vt in eo quod detrahunt de vobis tanquam de*
malefactoribus, confundantur infamātes vestrā in Christo bo-
nam conuersationē. Optamus autē, & hoc ex toto cupimus
affectu, mi pater, quòd & tu vis, & paratus sum vt dicā, ma-
nibus in domo Dei venientes suscipere, & nostro in sinu
portare & fouere dummodo tales sint, qui & Deo placeāt,
& professionē suā intelligant & custodiant. Quia non de-
sideramus quantos sed quales habeamus, & cū quibus ca-
stè & sanctè viuamus, ita vt in professione perfectorū Do-
mino placeamus. Non enim in dissoluto tepidoq; vocabu-
lo & numero, sed in sanctitate perfectorū Dominus dele-
ctatur. Ideò & *multi vocati, pauci vero electi*. Et pusillus est
Matt. 22. 14. grex; *Cui complacuit Patri vestro dare regnum*. Satisque me-
Luc. 12. 32. lios est cum paucis & sanctis in vitā ingredi, quàm cū plu-
C rimis tepide & luxuriosè viuētibus à sanctorum cōsortio
segregari. Et per arctam & angustam viam pauci ambulāt,
& in æternæ vitæ patria regnant: per amplam & spatiosā
multi ingrediuntur, & in gehennæ profundo præcipitan-
tur. Nos enim, sicut fundatores & Patres istius Monasterij
tenuerunt, & nobis tradita dimiserunt, auxiliante Domino
tenuimus & tenemus, nec quicquā super aut minus faci-
mus, memores illius scripturæ, quæ dicit. *Ne transgrediaris*
Pro. 22. 28. *terminos antiquos quos posuerunt Patres tui*. Et: *Qui modica*
Eccl. 19. *spernit, paulatim decidit*, vt per hæc domnos & patres no-
stros qui regulam hanc secundum antiquorum normam,
Deo sibi inspirante, instituerunt, in iudicio Dei nō aduer-
sarios, sed patronos in omnibus habeamus. Nam etsi fortè
aliquis dicat, nimis districtè nos agere, & propterea ali-
quos à nobis dicat exire; & pace tua loquimur, & saluo
tuo carissimo nobis & Deo digno honoris priuilegio di-
cimus, quicunq; alius hoc dicit, videtur nobis Monasteria-
lem Regulā nec nosse penitus, nec intelligere: & per hoc
apparet eum non nobis detrahere, sed suam imperitiā pu-
blicare. Dicat autem sibi quisq; ille quod vult, nos autē ac-
D cipimus & didicimus tenemus, & omnes sancti qui nobis-
cum sunt fratres, in quorū corde diuinus amor & caritatis
dilectio regnat, tota mentis intētione custodiūt, & in hoc
perseuerare Domino se protegente & adiuuante confidūt.
Nullius enim nos, in tali præsertim Dei causa, nec vitupe-
ratio frangit, nec laus, etiā si falso dicatur, eleuat. Dicimus
enim ab Apostolo dictum: *Per gloriam & ignobilitatem, per*
2. Cor. 6. 8. *infamiam & bonam famam*, &c. Solū est, vt auxiliante Do-
mino nobis pro tuis sanctis orationibus, hoc pro seruorū
Dei salute & propter Deū agamus, quod nobis nō ad dā-
nationem, sed ad mercedē in iudicio iusti iudicis, ipso pos-
tulante proueniat. Nam si detractiones hominū timere vo-
luerimus, quæ Deo sunt placita minimè faciemus. Quia si-
cut tuæ sāctitati bene est cognitū si quis increpet arguat-
que peccantem, statim odio habetur, statim ei detrahitur,
statim patitur insidias. Sed cōsolatur nos Dominus, dicēs:
Beati estis cū maledixerint vos homines propter me: gaudete
Matt. 5. 12. *& exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis*. Hoc
tantum nos elaborare cōuenit, vt pro nulla alia re, nisi pro
Christo sustineamus contumeliā, & detractionis causa sit E
Christus; & maledicta perpessi pro veritate nos maledici
sciamus, qui eam pro saluatione eorum, qui nobis à Deo
cōmissi sunt, omni cum fiducia prædicamus: nec facilè tam
placabilem præbeamus aditum Monasterij, qui etiā omnē
Ecclesiæ cōuentū vesano ore dilaniāt. Quia vt sancta scri-
ptura loquitur: non tantum ille qui detrahit, sed etiam qui
detrahentem libenter auscultat, vnius reatus & culpæ esse
cēsetur. Hæc tibi, beatissime Pater, propterea scribimus, vt
scias nos nihil absq; ratione gerere, sed secundū consuetu-
dinē Monasterij huius quæ & sanctè & regulariter insti-
tuta sunt facere. Certè si aliquis consuetudinē Regulæ no-
stræ ferre non sustinet, non nostræ districtioni, sed suæ im-
putet tepidæ voluntati. Neque enim si quis claritatē solis
lippis oculis aspicere & videre nō potest, ideo culpa solis,
& nō potiùs vitiū lippitudinis & cæcitatis esse dicēdū est.
Quia quod Deus bene, sāctè & perfectè à sanctis & perfe-
ctis viris in hac cella sua instituit, & nūc vsq; teneri voluit,
nullo modo nunc propter paucos & tepidos, aut vagos & F
pseudomonachos, qui diuersorum quotidie circūeunt do-
mos, & cū Epicuro lætanter dicunt: *Manducemus & biba-*
Isai. 22. 13. *mus, cras enim moriemur*: in aliquo transgredi poterit, aut im-
mutari, aut dimitti. Quia vt sāctus ait Apostolus: *Firmū Dei*
2. Tim. 2. 19. *fundamētū stat*, etiāsi sit qui in illo malæ volūtatis suæ vi-
tio offēdat & cadat, nec in aliquo vacillet, aut nutet, quod
Deus omnipotēs sua dextera protegit & cōfortat. Amen.

Epistola sancti Porcarij Abbatis.

IN mente habe, quia hospes es in hoc corpore, &
quod tibi breui tempore commodatum est. Impedi-
menta omnia perhorrescas, omni nisu, atque conatu pa-
ra tibi hospitium illud, quo in breui es migraturus. Co-
gita ergo quia totus mundus nimia velocitate dilabitur.
Contende Domino adhortante intrare per angustam por-
tam quia lata porta, & spatiosa via est quæ ducit ad per-
ditionem: angusta autem & arcta, quæ ducit ad vitam,
Caput antiqui serpentis, id est, cogitationum principia G
semper obserua.

Omnibus prætermissis studium in hoc impende, vt
Christo vnigenito placeas, qui te semper adiuuat & su-
stinet, vt verè piissimus Pater miseretur, custodit, & di-
ligit. Semper cum Domino loquere, si fieri potest. Ora-
tioni nihil præponas tota die, vel maxime matutinis, &
vespertinis horis Deo adhærere contende. Vana eloquia
euita, sobrius esto, & grauitatem tene. *Pone custodiam ori*
tuo, quia vir linguosus non dirigitur super terram, *Psal.* 139.
Et cum ira te vicerit, excipe te, & statim emenda, ne te ni-
mius furor præoccupet, & separatus à Christo, in præci-
pitium scandali deuoluaris. Omni studio reprime mores
tuos, ne turbes eos, per quos requiescis. & qui necessita-
tes tuas implere contendunt. Non sis facilis ad iniurias
irrogandas, nec statim emittas verbum, cum amaritudi-
nem pateris.

Paululum differ, & salubriori consilio, siue peccato
prudentius agas. Cum silentio, & patientia, & oratione H
age quod agis. In veritate intellige, quia ira, & omne scan-
dalum laqueus diaboli est. Subitam iram, & stimulos, &
sordidas cogitationes, non dubites esse diaboli venenatas
sagittas. *Præoccupa semper cogitationes malas, vt possis eua-*
dere tormenta. Ecclesi. 7. *Memor esto nouissimorum tuorum,*
& non peccabis. Statue tecum, vt vltra dæmones non
obaudias, pugnam esse intellige contra *inuisibiles aduer-*
sarios, Ephes. 6. Contende in oratione semper. Omni cu-
stodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Quo-
tiescunque tibi amarissima tribulatio aduenerit, gaude, &
exulta in corde tuo, vt de patientia fructum habeas, &
diabolo conculcato, atque deuicto, Deum promerearis.
Quia non sunt condigna passiones huius temporis, ad futuram
gloriam, quæ reuelabitur in nobis Rom. 8. Indura cor tuum
quasi lapidem contra tristitiam. Respice ad illum qui se
petram voluit nominari.

Quare non intelligis, quod te diabolus semper obse-
dit, & nimia securitate decepit? Cogita illam mortis con-
fusionem, cū ante eos apparueris, quos vidisti Sacerdotes

A magnos, lucernas ardentes habentes, lampadas Christi rutilas. Imitare, si potes, eos, qui indesinenti luctu, & oratione continua Beatorum splendidissimam, & gloriam & sedem paradisi obtinere meruerunt. *Iacta in Deum cogitatum tuum, & ipse te enutriet, Psal. 54.* Iram, superbiam contumaciam, maledictum extingue, & detestare. Detractionem, inuidiam, amaritudinem, blasphemiam extingue, & detestare. Odia, auaritiam, vanitatem, & omnem sermonem malum extingue, & detestare: scurrilitates, & verbositates, vel cogitationum malarum initia, & spiritus fornicationis cum omnibus operibus malis extingue, & detestare.

Hæc sunt vitia atque peccata, quæ te inimicum Dei faciunt, cauteriant, & computrescere faciunt animam tuam. Custodi igitur temetipsum, & animam tuam sollicitè. Cogita iam in proximo esse diem commigrationis tuæ. Obserua, ne te in vltionibus tuis teterrimi, & fœdissimi dæmones excipiant. Obserua, ne te crudelissimi inferni terrores, & mors æterna suscipiant. Obserua, ne B mors tua luctus sit Angelorum. Obserua, ne gaudium inimicorum deuenias. Cogita semper illam horam, quando anima aut ad vitam, aut ad mortem tradita est, quia te in portu esse manifestum est. Tene te ad humilitatem, & timorem Dei, & benignitatem, vel puritatem mentis. Tene te ad patientiam, & mansuetudinem, misericordiam, & charitatis silentium, & magnanimitatem, & orationis instantiam. Tene te ad crucem, vt non facias voluntates tuas, quasi sæculo iam defunctus, æterna scilicet, ac beata perennitate mansurus. Ecce ad te Sampson Iud. 16. consecratus Deo. Excute te de sinu meretricis carnis tuæ, ne abradat sanctorum operum crines de anima tua, & tradat te inimicis, & obscurentur oculi tui, quibus Deum vides: sed lumen oculorum tuorum, id est, Patris, & Filij, & Spiritus sancti gratia sit tecum. Repara in te crescentis virtutis crines, & vna cum inimicis carnis tuæ vitia moriantur.

Cum hæc omnia, quæ præcepta sunt, opera bona in- C tento corde implere contenderis, & tota animi virtute custodiatis, amœnitatem paradisi, ac dulcedinem futuræ beatitudinis, consortiumque Sanctorum Angelorum sine fine mereberis obtinere. Ipso adiuuante, cui est honor, & imperium, virtus, ac potestas, in sæcula sæculorum Amen.

HOMILIA BEATI PAVLI DIACONI.

Simile est regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem poscere de seruis suis.

PRæsens sancti Euangelij lectio, quam nunc vestra fraternitas audiuit, ad superiora interrogationis verba respicit quæ Beatus Petrus cœlesti Domino magistro intulit dicens: *Domine, quoties peccauerit in me frater meus, dimittam ei vsque septies?* cumque responsum à mitissi- D mo Domino accepisset, vt non solum vsque septies, sed septuagies septies, remissionis gratiam prorogare deberet, id est, vt quadringentis nonaginta vicibus offensus, offendenti sibi fratri noxam relaxando concederet: scilicet vt toties veniam peccati in die tribueret, quoties ille peccare non possit. Ad confirmandum ergo tantæ pietatis præceptum hanc similitudinem, id est, parabolam, subiunxit, vt qui à Deo sibi relaxari magna desiderant, ipsi in delinquentibus sibi proximis saltem in minima ignoscant. Sed & familiare esse dicitur Syris, & maxime Palæstinæ regioni (quæ pars vtique Syriæ est, in qua Dominus corporaliter apparere dignatus est) ad omnem pene sermonem suum parabolas iungere, vt quod per simplex præceptum teneri ab auditoribus non potest, per similitudinem subditi teneatur exempli: præcipitur enim Petro sub comparatione regis, & domini, & serui, qui decem millia talenta debuerat, & à domino rogans veniam impetrarat, vt ipse quoque dimittat con- E seruis suis, cum in eum delicta minora commiserint.

Si enim ille rex & dominus seruo debitori decem millium talentorum, tam facile tam grandia dimisit: quanto magis serui conseruis suis debent profecto minora dimittere? Sed iam textum lectionis huius, de qua summatim aliqua perstrinximus, auxiliante Deo ex ordine persequamur. Ideo assimilatum est regnum cœlorum homini regi. Per regnum cœlorum, sicut vestræ charitati notissimum est, sancta Ecclesia solet intelligi. Homo iste rex, sicut & superius dictum est, humani generis conditor, & rector accipi potest, quem frequenter sacræ Scripturæ serie regis nomine solet appellare. Iam vero quod sequitur, *voluit rationem ponere cum seruis suis*, quæstione animum mouet, quomodo cum seruis suis ratio poni potuerit; si enim de iudicio illo magno & terribili dictum voluerimus accipere, ibi profecto nullus erit, qui postquam condemnatus fuerit, possit iterum veniam promereri: præsertim cum ipse textus huius lectionis non de futuris prædi- F cere sed præterita videatur facta narrare. Item si de præsenti tempore factum accipiatur, contrarium esse videtur illud quod Dominus in Euangelio dicit, *Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio*, vt vtique dum secundũ susceptam humanitatẽ visibile in omnibus iudicium, & vniuersale Filius exhiberet, rursumque de semetipso Filius ait, *Ego non veni vt iudicem mundum*, scilicet quia in alio aduentu erat ad generale, & visibile iudicium exercendum. Si ergo neque de futuro iudicio, neque de præsenti hoc accipi potest, quando ergo fieri potuit, quod iste seruus debitor rationem legitur posuisse? Sed sciendum est, quia ipse filius, qui se dicit in primo aduentu suo in iudicium non venisse, occulta exercuit iudicia, sicut alio loco dicit, *Ego in iudicium veni in hunc mundum, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant.* Exercet ergo iudicium, licet non generale, sed tamen speciale, hoc præsenti tempore, omnipotens Deus, hoc est, Pater & Filius & Spiritus sanctus, quorum tamen non diuersum, sed vnum constat iudicium esse, de quibus iudiciis in sacra Scriptura testimonia plura sunt, quale vnum G est illud: *Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta*: & multa similia. Hoc ergo iudicio quo singillatim cunctorum hominum facta diiudicantur, etiam iste seruus rationem positurus adhibetur, quia nullus hominum aliquid peragere potest, cuius facta Deus omnia sciens non approbet aut condemnet. Decem millia verò talenta, quæ seruus iste domino suo debet, multiplicia & grauissima ponderis crimina debent intelligi, decenarius quippe numerus perfectionem significare solet, quo etiam numero decem legalia præcepta data referuntur. Quia enim iste seruus, qui tam multipliciter deliquit, decem legalia præcepta contempsit, bene istius serui debita denarius numerus continet, decem millium ergo numero solet summa perfectionis intelligi: quale est illud in Psalmo: *Currus Dei decem millium multiplex.*

Cum enim sanctæ animæ currus nomine, quia eis Deus præsidet vt ad mentes audientium discurrat, innumerabiles vtique sint, decem millium tamen numero (qui, vt diximus, pro vniuersitate ponitur) in hoc versiculo appellan- H tur: pari modo etiam hoc loco multiplicitas omnium peccatorum sub decem millium numero significata reperiuntur. Quid autem hoc loco per talentum, quod grauis est ponderis, nisi multiplicia & grauia, quæ deorsum trahunt, peccatorum pondera? Vnde & mulier illa quæ apud Zachariam prophetam sub impietatis specie ponitur, super talentum plumbi sedisse perhibetur. Nam tantæ iniquitatis nonnulli hominum existunt, vt vix sit vllum peccati flagitium, cuius colluuionis contagio non fœdentur. Quid itaque isti, qui dum per omnia sine respectu flagitiorum crimina discurrunt, nisi decem millium talentorum debitores existunt? Debitor igitur iste talis dum non haberet in tanto debito quod redderet, scriptum est de eo, *Iussit eum dominus venundari, & vxorẽ eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi.* Huius debitoris vxor, iniqua cupiditas sua: filij verò eius, peruersæ operationes: vniuersa vero, quæ habet, malignæ simul, & multiplices intelligi cogitationes debent: sicut & in bonam

partem

A partem in Psalmo legitur: *Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ:* quo loco vxoris nomine sapientia, filiorum vero appellatione bonorum operum facta signantur. Debitor itaque iste peruersus cum vaore & filiis, & omnia quæ habet, venundatur, quia pro iniustitia, cupiditate & nefariis operibus, pessimisque cogitationibus perpetuis tormentis addicitur, cuius quasi hoc est de veoundatinne pretium, de cruciatibus videlicet inferni sumptom, vindictæ supplicium. Tales ergo rationes, taliaque iudicia occulta quotidie à Deo nostro in humano genere exercentur, & vnusquisque hominum pro qualitate suorum operum, aut ad gaudia aut ad supplicia destinatur: prodeunt tamen nonnunquam hæc iudicia ante oculos visibiliter hominum, vt omnipotens & iustus Dominus rerum humanarum curam solemniter gerere demonstretur. Sed quia multi sunt, qui pro suis iniquitatibus iam æternis suppliciis destioati respectu diuinæ misericordiæ ad preces & lacrymas conuertuntur & rursus ad salutem redeunt: bene de hoc debitore seruo B subiungitur, *Procidens seruus ille rogabat eum dicens, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Procidere hic seruus dicitur, hoc est, in terram cadere: quia omnis peccator si vult ad veniam attingere, abiecto vniuerso cordis tumore debet omnimodis se terram & cinerem existimare, vt à vera humilitate incipiens, valeat sibi à Domino patientiam impetrare. Sed quia nullus est, qui Domini misericordiam desiderans si instet in precibus, non exaudiatur: moa de Redemptoris oostri misericordia subinfertur, cum dicitur: Misertus autem Dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit illi. O quanta est clementia, quantaque pietas Conditoris nostri! Ecce audiuimus istum seruum obnoxium maximis peccatis, ad vnius precis supplicationem tantorum veniam meruisse. Cur itaque pigri sumus pro nostris peccatis Domino preces effundere, quando ecce veram habemus testimonium, qood sibi supplicantibus celerrimè ignoscit? Sed quia sunt nonnulli, qui postquam veniam à Domino pro magnis criminibus merentur, tam duri, & immisericordes C existunt, vt in minimis delinquentibus sibi proximis nullâ misericordiâ compassioneque flectantur: rectè de hoc subinfertur seruo, *Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum dicens: Redde quod debes.* Quantum interest inter centum denarios, & decem millia talentorum, tantum profecto interest inter parua, quæ contra nos homines committunt, & maxima debita, quibus nos peccando DEO debitores existimus, & tamen obliti tantæ gratiæ, tantæque misericordiæ, cum nobis plura dimissa sunt, proximis minima non relaxamus.

Quisquis itaque es, qui multorum criminum debita defles, & propter hæc incessanter apud Dominum preces effundis: tam libenter proximorum offensas tolerare debes, quam multipliciter te respicis in omnipotentis Dei conspectu deliquisse. Si enim ab isto seruo, cui tanta dimissa sunt, & post veniam & remissionem ista debita exiguntur, quanto magis à te, cui fortè hæc de- D bita adhuc dimissa non sunt, nisi proximis dimiseris, exigentur? Sed quia sunt nonnulli, qui & mala, quæ possunt, proximis inferunt, & tamen iuxta hanc sententiam sibi omnimodis etiam superbientibus, ignosci volunt: attendant diligenter quid de isto seruo scribitur. *Et procidens*, inquit, *tum seruus ille, rogabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Ecce etenim & parua huios conserui debita describuntur, & magna in eius supplicatione humilitas demonstratur.

Quisquis ergo & minimo à proximo debito teneris, si vere vis veniam consequi, debes vtique terræ consternatus humiliato corde veniam supplicare: sin vero aliquis etiam crimina perpetrans iuxta hanc sententiam ab eo qui sibi prælatus est, quærit ignosci, iste meminisse debet, non centum denarios conseruo, sed talentorum millia Domino se & regi debere. Huic igitur qui talis debitor existit, si is qui prælatus est, culpas impunite dimittit, non mediocriter profecto ostendit, quia debita cœlestis regis & Domini sua præsumptione resoluit: ea

E namque quæ in nobis committuntur, facile possumus dimittere: ea vero, quæ in Dominum commissa sunt, cum magna debemus discretione, nec tamen sine pœnitentia, relaxare.

Sed iam audiamus, quid iste seruus impudens, cui tot & tanta dimissa sunt, supplicanti sibi pro minimis conseruo suo intulerit. Sequitur, *Ille autem noluit, sed abiit, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum.* Ecce qui supplicanti sibi conseruo misericorditer ignoscere debuit, eum contumaci proteruia in carcerem misit. Constat autem, quia dum carcer à coercendo dicitur, qualiscunque restrictio carcer appellatur.

Sed non impunè relinquitur factum superbiæ, quod nescit in proximo habere miserationem: nam continuo sequitur: *Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt valde, & venerunt, & narrauerunt Domino suo omnia quæ facta fuerunt.* Quos alios conseruos, nisi sanctos Angelos debemus intelligere? quos scienti omnia Do- F mino certum est, horum facta nunciare, iuxta illud quod in Salomone legitur: *In mente tua regi ne maledixeris: & in secreto cubilis tui ne maledixeris diuiti, quia aues cæli portabunt vocem tuam*; hoc est, ne in corde tuo contra Christum Regem aliquid blasphemum loquaris: neque post regem, de Sanctis quoque eius facilè deroges; quia aues cœli, id est, sancti Angeli, qui iuxta Zachariam, terram circumeunt ad instar auium, nostra verba & cogitationes ad cœlum ferunt. Qui vtique dum nos praua gerimus, contristantur, quia habere nos veraciter socios in cœlesti illa beatitudine concupiscunt. Sed iam quid iste rex & Dominus nunciantibus conseruis, id est, Angelis, dicat audiamus. Sequitur: *Tunc vocauit illum Dominus suus, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me, nonne oportebat & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum?* Auertat à cunctis fidelibus omnipotens Deus huiusmodi increpationis improperium: & ipse potius largitatis suæ concedat dona, vt quam misericordiam ab ipso experimus, eandem semper G delinquenti in nobis proximo impendamus: ne si roganti misereri negligimus, sententiâ subiecta feriamur. Sequitur: *Et iratus Dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoad vsque redderet vniuersum debitum.* Tortoribus seruus iste traditur quoadvsque vniuersum debitum reddat, quia tantum excruciabitur per supplicia, quantum hic fuerat procliuus ad culpam. Tortoribus videlicet traditur, quia malignis spiritibus, quibus hic obsequutus fuerat, mancipatur, vt illi eum rapiant ad supplicia, quos hic habuit fautores ad culpam. Qui hic ob hoc quoscunque possunt instigant ad vitia, vt illic post iudicij tempus, quo ipsi condemnandi sunt, habeant socios in pœnam.

Sequitur sententia valde terribilis, qua tamen totius clauditur intentio lectionis: *Sic & Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.* Dura quidem videtur humanis mentibus huius sententiæ comminatio, cum apud se mens soleat dicere: Quomodo possum ei ignoscere, qui mihi nihil se lædenti tot & tanta mala irrogauit? Sed si alia verba Domini ad memoriam reducimus, huius profecto sententiæ H in nostris mentibus asperitas læuigatur: ait namque in alio loco Dominus: *Estote misericordes, sicut & Pater vester cælestis misericors est*, & iterum: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt, vt sitis filij Patris vestri qui in cælis est, qui Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.*

Consideremus ergo, quanta sit dignitas, quanta sublimitas, ad similitudinem Dei viuere, & indignis quibusque sicut & ipse facit, misericordiã impartiri, ac per hoc cœlestis Patris filios effici. Intulerit nobis aliquis multa & grauissima damna, exhibeamus in eo ad iustar cœlestis Domini misericordiã: habeamus odio iniquitatem quam fecit, diligamus in eo quod factus est; execremur in eo peruersitatem operis quã gessit; sed amemus in eo quod homo est: sit nobis in odio quod malignitate repletus est, sit in charitatis amore quod frater est. Sic nobis pro illo sicut & pro nobis ipsis orandum est; & quodcunque nobis cupimus prosperum euenire, pari etiam modo nobis in

A voluntate fit, vt & eueniat illi. Hæc ita facientes, non solum prælatam sententiam euademus, sed etiam filij Dei erimus: ac per hoc æterni Patris gaudiis sine fine potiemur.

ORATIO MAXIMI PLANVDIS in corporis Iesu Christi Sepulturam, & sacrosanctæ Dei Matris Lamentationem: Interprete IOACHIMO AXONIO, Grauiano.

Habita postridie Parasceues.

QVidnam quis coniectet ex his signis, quæ in præsenti rerum statu cernuntur (non enim sine magna
B causa accidisse videntur, ac eiusmodi sunt, vt omnium animos ad lugendum inducere possent) quid sursum is cogitet, qui ea, ad quæ paramus, spectet, siquidem lætitiæ, festiuitatisq; omnium maximæ hæc nuncia sunt? Quid igitur horum vtrumque & vnde, ac quo tendit neminem qui ea nostro sit ouili, hoc ignorare arbitror. Cui enim ignotum est, illud esse, CHRISTVM in sepulchro iacere cum mortuis: hoc vero spem resurrectionis ab ipso prædictæ Verum posteriori in præsentiarum supersedeamus; (nisi fortè ambo explicentur per se mutuo: quoniam de vno qui verba faciat, alterũ silẽtio præterire nequeat) ad ea vero, quæ quod prius est, exigit, dicturus accedo, etsi forsan satius esset, taciturnitate hunc me venerari diẽ, quam oratione mea videri magis, quam dignitas admittat, eum mutilatè ante oculos ponere. Heri igitur illa videre libebat, quæ sat magnã habebãt vim, vt homines prorsus lapideos ad se conuertere possent, ac ipsis tantũ non ea, quæ vocem eduñt, ostendere quod non hominem merum solum, sed Deũ hominem Iudæorum grauasset inuidia. Quæ autem hæc sunt, quæ dico? Tenebræ
C soli offusæ, terra è fundamentis conuulsa, saxorũ velut ab ictu facta diruptio, velum templi à nulla, quæ quidem vel tenui sensu percipi potuerit, vi discissum, & quod maximè fuit horribile, mortui è patefactis sepulchris prosiliẽtes, & in multorũ conspectus prodeuntes. Hæc enim, atq; his multo magis admiranda necesse erat fieri, cum DEVS in carne pateretur, & iniustè suspensus esset in lignum.

Quinetiam par erat, cum is qui omnia continet, contumeliis obrueretur, vt hæc quoquæ in discrimen pereundi, & cœlum (quod dici solet) terra miscendi, adducerentur. Hodie autem & aliud contigit mysterium, nimirum Dei ad inferos descensus, vt qui in terris eum adhuc versaretur, Euangelium prædicauit viuis, non minus his, qui à multis iam seculis vita defuncti fuerant, annunciaret similiter. Neque enim debuit, cum natura sua, iustus sit, horum nomine, qui inde fuerunt, ex quo apud nos est peregrinatus, & qui deinceps futuri sunt, quamdiu nox & dies sibi mutuo sunt successura, conari omnia,
D quæ ad * primum hominem nos reducant: eos vero, qui antea descenderant ad inferos, calamitosè & quoquo tandem modo in tenebris agentes despicere. Nam decuit illum non solum viuorum, sed etiam mortuorum DEVM & seruatorem declarari, & ita deuastare regnum peccati, quod erat infernus & mors. Tantum enim valuit aditus peccati in homines, vt hæc secum intulerit, atque hoc iactare potuerit, quod naturam humanam illuc delapsam velut hæreditatem irreuocabilem nacta fuerit.

** Naturam illam hominis infontem, qualis in primo parente nostro fuit Adamo ante lapsum, intelligit.*

Erat autem hoc quoque bonitati simul & magnitudini Dei proprium, vt quem immortalitatis munere donarat, hunc à peccato ad mortem protractum, non negligere, sed manum porrigere iacenti, & de casu rursus ipsum leuare. Qui quæso conuenisset, imo vel auditu penitus tolerabile fuisset, peccatum omnino efferri & attolli contra potentiam & bonitatem DEI: posteaquam bonum sit † eiusmodi, vt per se existat, & omnia contineat; malum vero nihil sit, quo dici possit subsistere.

† Videtur hic

E Qua de causa cum statuisset Deus ad integritatem figmentum suum reducere: nec angelis nec Archangelis redintegrationem commisit, quandoquidem nec primam fingendi eius copiam illis fecit, sed ipse hanc potestatem sibi sumpsit, qui præclarum illud manuum suarum opus (hominem dico) noxa premi non est passus, vt quemadmodum ipse solus est Deus, ita & opifex esset & seruator, & hunc solum agnosceremus eum esse, qui hæc fecerit, eique soli gratias ageremus, & reuerentiam, sicut omnis creatura, exhiberemus.

secutus Pythagoram, qui in ordine veri quæ in natura sunt, Bonum collocauit malum vero in ordine eorum quæ non existunt: hodie priuatiua seu priuationes.

Ob hanc igitur causam, non vnum è cœlo in terram iter instituit, sed & ad inferos vsque descendit, & postquam descendisset, æreas portas effregit, & repagula subuertit: eorumque qui * in tenebris & vmbra sedebant, ærumnã ferroque constricti, vincula abrupit, atque eduxit, è caligine quidem ad lucem vesperæ nesciam, ex morte vero ad vitam æternam. Quibus etsi tardior, tamen desideratior ad liberandum seruator adfuit. Apparuit enim illis in fine seculi, his vero sic, vt non minus optabile fuerit, clamorem suum non fugere perpetuo illum,
F qui solus facere saluos poterat: quam ab initio non descendisse illuc, vnde nisi quis exemptus esses, & melioribus reuixisset, perpeti nihil potuisset grauius.

vocatur in scholis.

** Hoc illud est Propheticum: Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucẽ magnam Esa. 9. 2*

Cum itaque multa sint admiranda opera, quæ carne indutus, in illa, qua ad nos venit, demigratione, seruator noster ostendit, cuncta illa quidem talia, vt omnem dicendi vim superent: tum vnum est & summum & maximum, confectum hodie, id autem est inferni vastatio, mortis mors, liberatio animarum, & ad cœlos patefactus volentibus aditus, quò omnia alia, siue propius admota, siue longius amota, referuntur: haud aliter, quam gladij, quam clypei, quam galeæ, quam hastæ, aliaque armorum armaturarumque apparatus, vt equorum conglobatio, ducumque & his subditorum ac subsidiorum acies, ad vnum omnia spectant, vt scilicet circumueniatur hostis. Atqui (si videtur) paulum contineamus nos, & à sermone quiescamus: donec seruator quæ apud inferos sunt agenda, perfecerit. Interim eamus ad sepulchrum,
G lamentabiles virginis matris, quos filio effundit, auditori fletus, pòst ad ea, quæ hîc annectenda fuerant, reuertemur. Eamus autem tacitò, non iam ambigentes * aut propter hæsitationem aliquam morantes, sicuti Petrus olim & Ioannes: sed ne interrumpamus aut disturbemus luctum.

** Hinc cum ad ipsos adlatum esset per mulieres de resurrectione Domini, non crediderãt, sed quàm maxime loco vicinum habuerunt.*

Quis vero probè officio vestro functi, patientes huc vsque antea præbuistis, & procul à sepulchro constitistis, auscultatote & nunc † *O terra*, ô sol, ô æther quantos percipitis (si quis vobis est sensus) hos meos ploratus. Qui quondam vnicus mihi fuit filius, qui vnicum mihi solatium, hunc in sepuchro video iacere mortuum, & paucos admodum, qui huius cladem miserentur, præclarè secum actum ratos, si non arguantur hunc * nouisse hominem. Nam ne hic iacenti adgemiscere deprehendantur, probè sibi cauarunt vndique. At, quam multi diuersissimæ mortis vndequaque mihi incombentes metus, suadent, ve hæc regere velim. Qua ratione mihi imperem, vt non altissimo fletu, planctuque exclamem, etiamsi nemo admirtat, sed omneis prohibeant. O tristis-
H sima omnium dierum dies, quæ tum mihi es exorta, cum filium vidi è ligno suspensum, clauisque perfixum, & latus eius hasta apertum, atque ipsum ea perpetientem, ad quæ nec animum aduertere queo. Cur hanc non è corpore euulsi animam, cum acerbitatem illam sim intuita præsentem quæ etiam nunc, quoties ad memoriam reuoco, me penè exanimat. Heu tuam, nate, cædem, heu iterum atque iterum, quàm iniustè cruci es affixus, quam iniquè clauis es percussus, quàm impiè hasta ictus. Grauibus tu pressus malis, ex humanis migrasti: grauioribus vero ego afflicta cingor. Optatius enim est, mortem obire, quam in dolore viuere. Quam miseriam primo, quam deflebo postremo. Totis mihi opus foret fluminib. in lachrymas versis; si vnicuique singulatim essem immoratura. Illusus es tu, ego me plorans confeci: tu colaphis cæsus es, ego faciem texi, intuitum Solis nequaquã ferens: tu sputo conspurcatus diffluxisti, me ignominia

† Oratio diuæ Virginis matris plena, πάθους

H arrissimorum.

** Tangit verba Petri Dominum sub negantis.*

A ista coëgit, totam me lachrymis perluere: tu purpura cum derisione es indutus, mihi si quis † saccum lugubrem portexisset, libenter amplexantem vidisset: tuum etundine caput est percussum, ego meum caput manibus contudi: tu flagris laniatus es, ego me totam discerpsi: tu suspensus es, ego præ dolore concidi: tu clavis cruci es affixus, ego rigida & immota mansi: tu fel cum acero bibisti, meam amaritudinem quo pacto eloqui possem: expirasti, ego propemodum: hasta sauciatus es, meum cor acutus penetravit ensis: denique nunc in sepulchro iaces mortuus, mea conditio etiam mortuorum conditione est mirabilior, & multis mortis generibus gravior.

† Amore Iudæis olim vocopes hoc accepit, qui in reb afflictis saccum induebat, vt in Niniviorum historia legimus. Ion. 3.

Vtinam in Ægypto tecum & propter te; fili mi, illuc profecta, mansissem, nec vlla via ad iudæos revertissem. Forsan enim non assiderem nunc muto huic lapidi, * lapidi meis lachrymis madenti, mœrorem mœrore atque dolore cumulans. Oportune declinavimus, ô nate, tunc B temporis furorem Herodis. In peregrina, quam propria, eaque quæ nos tulit & educavit, vitam duximus tutiorem. Debebat alter scilicet Herodes iterum ad mortem persequi animam tuam, Herodes, inquam, cum Pilato, adversus te conspiratione conflata. Atque nunc quidem mortem oppetisti tu, ego vero miserrima mater gemitu contabesco. Defecerunt omnes amici, adeoque discipuli, tui exemplo securius se continere docti: ac incumbens periculum fugâ evitant. Hei mihi, quod etiam latronibus peior sis æstimatus, & Barrabas ad vitam, tu ad mortem sis expetitus. Multis tu quidem matribus è morte restituisti liberos, atque id nunc gaudent, & sibi gratolantur: mihi verò ecquid tale contigit? mortuum te lugere vnigenam, primigenam, cur non me prohibuisti? Cæcos videndi munere donasti, surdis auditum instaurasti, impeditis linguâ, vocem explanasti, manus & pedes mancos in integrum restituisti, quantorum & quam multorum miraculorum tu vnus fuisti Author, ac quod maC xime est, mortuos velut ex * somno exsuscitasti. Ego quod talis filij mater vocarer, gloriabar. Vbicunque enim tuorum miraculorum erat recordatio, ibi & tu bene audiens aderas. quo verò tui fama pervenerat, illic & me, quæ te genuissem, fœlicem prædicandam censebant. Nunc verò exiguum tempus sat fuit, ad pervertenda hæc in fletus & lachrymas. Commora est autem, nate mi, tua afflictione omnis creatura.

* Lapis sepulchri hic est.

* Somnū vocat corporis & animi dissolutionem ex doctrina ipsius christi, qui mortuos dormire dixit: vti Lazarum caterosq; quos è mortuis ad vivos revocauit.

At quod vnumquodque elementorum singulatim sustinuerit, non difficile fuit videre, ne qua accessio fiat cæteris animo meo percutiendis: cum tamen ad me pertinere iudicarim, vnoquoque casu cor meum percelli. Siquidem Sole tenebris obducto, obducta sum tenebris; ac terra concussa, concussa sunt mihi membra. Cùm verò saxa sunt perfissa, & velum discissum, non potuit cor meum non discindi: sepulchra sunt aperta, ego haud aliter fui affecta, quam qui ad sepulturam efferuntur. Quoties quis nunciabat structas tibi à Iudæis insidias, gravius ego timebam periculum vero: neque enim tui D amor leves sollicitudinum cogitationes mihi iniiciebat, sed metuebam tibi ea, quæ nemo sibi ipse metueret. Lapides in te sublatos audivi, ac me lapide sensi frigidiorem. Quid verò? accubuit Ioannes? & tuæ cervici securim impendentem fingebam. Is cui tu visum donaras, è Synagoga est eiectus, & ego sævam tui persecutionem apud me volvebam. Iam verò Lazarus tuo beneficio morte exemptus, ad me necem rursum est quæsitus, & hic de te mihi renovabatur formido. Sed hæc eo sunt progressa, vt metum extulerint, quæ verò nunc evenerunt, finem metui imposuerunt, atque initium fletus & luctus mihi adduxerunt. Te nate propter hæc defleo, & tuo nomine ploro nec scio diem, quæ meas lachrymas sistere possit.

Sinite me, quæ huc solatium allaturæ accessistis, mulieres. Si enim mare fluctibus & vi turbatum ventorum non potest non intumescere, & flumina ex alto delabentia absque sonitu ferri nequeunt: certe fieri non potest, si modo ego mater sum, vt non lugeam filium charissimum. Debebam enim descendere comes individua simul E cum filio ad inferos: posteaquam nulla me voluptate frui natura permittit. Atqui vtar eo, quod saltem mihi ipsa conciliare possum, solatio: Non ego expers arguar pietatis erga filium mater: non desinam, quem vtero gestavi, deflere: non convocabo illas, quæ * deplorent, quem in hanc lucem produxi. & quem educavi, vt mihi provocentur lachrymæ, propendent enim & erumpunt, atque dolor oculis oboritur, quod eaitum illis non dent latiorem. Vnde quæso mihi ipsa lenimen conquiram, quemadmodum multis licet matribus, relicta alicuius spe prolis, neque enim eum mihi suppetit, ita vt talis sors hæc sit, quæ infra omnem mitigationem prostrata iaceat.

* Hæc consuetudo fuit Iudæorū.

At quo dignitatis quam facile mihi filius fuisset evectus. Nam quis tanta potiri gloria quievisset, atque ille, nisi famam apud homines consequendam magis fugisset, quam sectari alij sint soliti? Quid verò? nonne damnatur nullius criminis reum, non enim contradici potest. F Quibus vnquam destitit beneficiis suos afficere homicidas? hæc quam consolationem non propellant & respuant? quos ploratus mihi non excitent? Quidvis perpeti malim, quam sic filium indefletum relinquere. Inique profecto facerem, talem ego mater adepta filium; Puderet me quoque matrum, quæ hoc (si contingat) nomine potius student dici parentes, quam vteri gestatione, quam partu, quam educatione pueri, hæc enim naturæ aliquis tribuat, illud verò non est eiusmodi, vt etiam mulieribus à naturali affectione alienis non sit commune. Multæ namque sæpenumero educaverunt infantes à se degeneres, illud verò recte matres afficit. Peperi, cum filium peperi, eratque hoc mihi maximæ voluptatis causa, mihi enim videbar me parere, neque sciebam me hominibus parere furiis agitatis, mihi autem ipsi eiulatus, fletus & lachrymas enixi.

Nec sane ab alia ad me allato nuncio, filij mortem deploro (fortassis enim acerbius ita fuisset malum) ipsa his contrita sum oculis, manibus & pedibus clavis perG fixum, ipsa, hasta sauciatum, ipsa astans sitientem audivi, & fel cum aceto bibentem vidi, neque animam me præsente deposuit ad hæc quem immensam prætereo mœstitudinem. Qui non sanguinolentas extrudo lachrymas? Age ô charum pectus, profundos suppedita mihi gemitus, vos autem oculi, scaturiginis instar lachrymas profundite, nunc enim gemitibus & lachrymis mihi est opus, hisque copiosis, vt pro dignitate fleam & plorem. Si quia magis novus est eiulatus, si quis lachrymarum fons abundantior, nunc mihi omnes adsint, & fletum quam maxime augeant, neque enim dilectissimum volo deplorare & interquiescere, & iterum deplorare atque iterum, sæpiusque ac sæpius: sed flere perpetuo: & in vniversum nunquam desinere.

Hei mihi, invidia filium perdidit; invidia mihi luctum peperit, cum quibus miseriis dulcissimum matris nomen commutavi? non sane in levibus mea versatur calamitas: omnium matrum dolores meum dolorem H non attingunt: omitto illusiones, sputi iniectiones, colaphos flagra cæteraque (cum magnis enim magni sæpe sunt conflictati) ad caput malorum venio, crucem, clavos hastam (nisi ea quoque exigue sint, & fletu indigna) hæc quaniam luctus magnitudinem non exigont? invidia, invidia (lethiferum in optimos quosque semper iactum telum, idque inde, vnde minimè quis suspicetur) fuit, quæ in nostrum caput hæc devolvit mala, invidia, inquam, procellæ modo, in media qua fidimus clanculum invidentibus & mordentibus, tranquillitate naufragium invehere solita.

O crux, ô clavi, ô hasta, & tu ô sepulchrum, reliquaque quæcunque hanc mihi edornastis tragœdiam, me ne solam inter omnes matrem post hominum memoriam tot tantisque ærumnis in vnum impetuosissime confluentibus à vobis involvi? Sat magnum vnum quodque vestrum habuisset pondus, ad immergendum luctibus animum meum: nec quidquam defuisset, quin extrema pati visa fuissem. Nunc verò omnibus simul incumbentibus, quo pacto onus feram, qua ratione vnicuique satis

A fatis illamentabuc, se umnibus pareis accommodabo fletus? sin nundum matris infœlicis induam snimum, in quauins ob hoc luctus pruvolvar. Si quando in mentem venerit alterius matris filium ad sepeliendum efferentis: illius dolor, meam mihi tefricabit miseriam, mcum enim malum inter omnia mala, quibuscum possit componi, primas per omnia ferre videu. O malitiosum Iudæorum concilium: non vester profectò fuit parena Abrshamus, sed malus aliquia g enius sb initio, deinds livor, homicidium & mocs, & si quod aliud * malum circum tertam volutari solet. Non enim Abrahamus vos docuit, mortis insidias locare popularibus vestris: cui nnn ferendum videbatur, si peregrinua aliquis ss inscium non affectus ab ipso prius beneficio, prætetiisset. Egregiam certè victimam huic festo delegistis, (puria manibus alia administraris facts) neque vos diei pudor aut teverentia à tabie potuit tevocate. Quibus modis alienigenam invaderetis, si tam sævo furore in municipem vestrum estis invecti.

Id ex opinione Platonicorum manavit

B Huc scilicet illud est, nats amantissime, quod Simeon venetandus ille senea sub involucris indicavit (cũ ts In templum de more compottatum manibus eacepit, etiam dum infantem) mortem videlicet tuam. Nunc demum illum sentio snsem, quem cor meum penetraturum dixit. O cana vecitate suspiciende vir, etsi oihil vnquam aliud de quoqusm vaticinatus esses; hinc solum ego ts inter vates collocarem, nam penetravit, & penetrat cor meum gladius, & animum meum vulneribus opplet, & viscera laniat. Quam valde elare nunc illud mihi est perspectum, quod tunc obscurum erat. Quos tua morte conciliasti mihi, fili charissime, mœrores? quas lachrymas, quos fletus è fletibus ortos? duros illos quidem quod ts lucem suavissimam, me non finis iotueri, dulces alioqui, quod priores dolores vsque se eacipientes invicem, bia exhauriens, me fortiorem reddant ad sequenteis. Vt malè pereat, qui te in tuam

C mortem coniuratis prodidit, quem discipuli munus amicum facere videbatuc; verum animus servus, avaritiæ mancipium, illum coëgit, in tempore prodere mentem inimicam & hostilem. Nemini talis contingat amicus, qui pecuniis inhiet: neque enim diu coniunctæ sibi mutuo possunt esse amicitia & sitis argenti aurique: licet enim quandoque coëant (perfidiosè sanè) citissimè tamen à se dissident atque secedunt.

Quid autem inscribat quis, mi nate vnice dilecte, tuo sepulchro: IESVM HVNC INVIDENTIA IVDÆORVM, PRO PLVRIMIS, QVÆ IN IPSOS ETIAM INVITOS ET RESPVENTEIS CONTVLIT, BENEFICIIS SVPPLICIO CRVCIS REMVNERAVIT. Quam ipsis invisa hæc fuerit inscriptio, tibi gloriosissima, mibi autem multarum lacbrymatum monumentum. Multa, fili, sunt, quæ fletus meos graviores & magis magisque acerbos efficiunt: quibus & hoc accedit,

D quod in sepulchrum coniectus sis alienum: nisi enim extitissent Iosephus & Nicodemua, quoa tui petvasisset miseratio, haud scio, quomodo nunc iaceres insepultus, abiectus, & his, quæ cunctis extrema persolui soleut, destitutus.

Vnum supercst, quod mihi lacbrymas discutiet, si tertio dis, quemadmodum prædixisti, resurrexeris, Istud videre contingat, non enim tua labia vnquam contaminavit mendacium. Dehinc taceo, lachtymis interea dolorem meum sovens atque producens.

Finis orationis Deiparæ Virginis

Hac dum mater Dei profusis queritur lachrymis, sensi velut ea alio gurgite, alium vlulans quempiam, ac mihi ipse silentium imperans, mentemque adhibens, auscultavi. Erat autem, vt ex ingenti conicere licuit vlulatu, subius mugiens inferorum Princeps. Iam snim ex * capillo omnis ipsi pendebant. Quæ autem ehoabat hæc erant.

Proverbii in res periculo proximas.

Hem quis hic, qui tam alacri aspectu ad nos descendit, sublucentem Solem referena, plenus confidentia: non vt cæteri solent, torvo vultu incedeos. Quid hoc? ipsum contra intueri nequeo. En aliud quoque. Cucomnes hi, qui nostro imperio hactenus fuerunt subiugati, ipsum circumstant, & gaudium ineffabile gaudeor? omneis paratos video ad exitum, hilaritatem propter liberationem præferentes: nec iam nostram versntur potentiam, ne bis rebus novis & invsitatis offendar. Hem copiæ meæ, opem non feretis? Vestrum est, aut hunc comprehensum tenere, aut hoc ipsum illi persnadere, vt expectet, neque hoc temporis moliatur quidquam. O infortunatum me: hucusque omnia mibi ex sententia cesserunt; ac ita res meæ fuerunt, vt meliores esse haud potuerint: nunc autem, quæ ea vtilitates mea fuerunt, svertuntur & pereunt, contraria verò irruunt, & quod iam nullus sim, sed occiderim, non tam verbis disco, quam factis malum invectum sensum prehendo: nec prius illis, qui hic degerunt, dominati nos scivimus, quam aliis nunc demum succubuimus.

E *Oratio Principis inferni*

F Quandiu apud nos quidem mortui fuerunt, non omnino male habebant se tes nostræ: his verò subductis, omnia videntur nobis impendere mala, nisi forte vice tedeant versa, quod me præ cæteris torquet maxime. Primo enim regnum meum sublatum video, deinde aufugienteis eos, qui hactenus sub iugo nostro detenti fuerunt. Heu mala. Arbitror equidem oportuisse, sicut alios, qui huc descendunt, parvifacio, ita hunc quoque ms nihili loco ducere. Atqui hic elatior, quam vt videretur aliquis esse illorum, qui hic conclusi teoentur, quin & hoc ms gandio affecit, quod putaverim hunc quoque in matriculam illorum, qui mihi parent, inscriptum iri, quod vero omnibus effugiendi viam monstravit, id calamitatum omnium est extremum. Consultius fuisset me cæteris, absque hoc, omnibus impecasse: quam vna cum ipso, alios quoque hiantem evomere.

G Absorptus est nobis pridem alter quidam (Lazaro erat nomen mortuo) eum aliquis vivorum (quem hunc ipsum, qui nos tam malè nunc mulctat, hunc inquam, esse opinor) per vim abripuit, longiusculè, & diutius quam ipse hic est, apud nos versatum. Ego equidem tunc quoque dolui, passus ea, quæ non soleo: tuli nihilominus, exiguam rationem vnius esse habendam ratus, nunc verò de omnibus est periculum.

Quod si revera hic est, qui nobis eripuit Lazarum, necesse est ipsum extrema moliri. Quisnim procul hinc absens edita tantum vnica voce effecit, vt vnius liberationem inhibere nequiverimus: quid non patraturus est, cum aperte in nostram regionem irruit? Hei mihi, sicci ne illum depopulari omnia? itane hinc prædam abigere? Hactenus me tenuit admiratio Heliæ cuiusdam, & ante ipsum Enochi: quos ij, qui huc descendebant, perquam ridere suum nunciabant descensum, hic autem non eiusmodi immortalitatis particeps, sed & gloria potitus, eminet inter omneis: Sed heu, quid patior; eiicior, vecbecor, evertor, vinculis constringor. Sic vlulantem audivi inferorum principem, atque ex ipso vastationem ipsius intellexi.

H Nunc tempus est, quo natura humana adversus hostem glorietur malignum. Quæ enim * dilecta non fuit dilecta est vocata, & Deum nacta est amasium. Si enim pater filium, propterea quod ipsum genuerit, amat: Deus quoque hominem, quod illum condiderit, prorsus diligit, & ob id tyranno, cuius iugo premebatur antea, potentiorem fecit. Illius autem tyrannide sublata, damnavit & vincula & tartarum atque catenas. Nobis enim miserè afflictis opus erat auxilio: in ipso vero auxilium erat situm. Si namque cœlum & terram implet, atque omnia ipse fecit, manifestum est, eum solum omnia posse. Qui nisi ad nos descendisset, vires vniversæ opis humanæ, vanæ fuissent. Nam quæ, tantus Prophetarum numerus, neq; Iudæorum potuerunt abolere simulacra: ea Christus accedens, veluti fumum evanescere ex vniversa terra coëgit, quandoquidem primi violatione præcepti & post hanc, cæco hominũ avidissime ad simulacra concurrentium, impetu, efficaciorem suum erga humanum genus Amorem opponens figmentum suum redintegravit, & ad priorem vsum reduxit. Hic ille est figulus, quem

Sumptum est hoc ex Osee c. 2. v. 9.

Hiere

A Hieremias vidit. Hæc collapsi vasculi per manus ipsius sublevatio, & vnde ad artificem gloria redit, luti refictio reformatioque.

Ast ô admirabile opus. Admiranda fuit prima nostri fictio, digna habita manibus & inspiratu Dei (quæ nimirum manus & inspiratus DEI intelligit) admiranda magis refictio (idque tanto, quanto melius & acceptius est, bene affici, quam quempiam aliqua re afficere) adeoque firmior & stabilior. Videmus enim homines, saltem illos, qui mentem habent, si domum collapsam instauraturi sint, robustiora tutioraque prioribus elaborare ædificia altera: ne idem ruinæ metus impendeat iterum. Quod autem homo facere consuevit, qui non multo magis hoc DEO quis tribuat: Certè bona DEVM suppeditare hominibus, primordio naturæ humanæ fuit adnatum: adeo vt qui vivat, non tam aërem spirando adducat, quam DEI vtatur beneficio. Supererat autem vt bonis imponeret fastigium, id erat ipsum se B nobis, & nos sibi communione naturæ assimilare, & è morte reducere, atque hæreditate donare regni Cœlorum. Qui enim, vbi se ipsum dare oportuit, promptissimus fuit: cui rei etiam si maxima sit, ille pepercerit.

Magna igitur hæc sunt, sed neque aliena, neque ex eorum numero, quæ fieri non possunt, Deum pro hominibus fieri hominem, manentem interim Deum, & per carnem à se assumptam vniversam carnem vitæ restituere. Tam gloriosus contra inimicum conflictus, & tam splendida ab eodem reportata fuit victoria. Quid enim? hoccine tantum, hominem per insidias impostoris lapsum, & humi miserè iacentem, adeò elevari: quantum excidere ab eo quod ab initio obtinere videbatur? Itaque quam propter prævaricationem iussi sumus habitare terram non tam exilij locum, quam coloniam ad tempus assignatam esse credimus. Nam incolimus etiam dum hodie Paradisum spe, & bonis, quibus ille abundabat, fruimur, & quo nihil maius est, naturam nostram haben-C mus quæ assideat Deo & patri, potestatemque accepimus, vt fiamus Dei filij, adeoque dij. Age verò, posset ne quis dicere, vtrum fœlicius vivere nobis sit permissum an Deus maiore nos amore prosequatur? Nemo opinor. Quid reddemus Domino, pro omnibus quæ dedit nobis? Sive enim cœlum & terram, & omnia, quæ in eis sunt, proponat, regias homini exstructas videre licet: sivè hominem fingat, & immortalitate ornet, & excellentia propriæ imaginis vestiat: quis non hunc illum esse iudicet, qui bene velit, beneque faciat homini? sive etiam Paradisum plantis amænum faciat, & hominem in eo collocet (euge felicitas) sive inde exigat, & morte damnet, ea de causa, ne malum longius & longius serpat, sive Deus cum sit, homo propter nos non fiat, & carnem gestet: & omnia, quæcunque passus creditur, patiatur: & ad inferna descendat: & indidem redeat: & in cœlum ascendat, & regnum homini donet: & naturam nostram assessu paterno dignetur: hæcque om-D nia eo animo faciat, vt potius gratias dedisse, quam retulisse videatur? Ego equidem nec intelligere vel obscurè, nedum prædicare digna laudibus mare illud bonitatis queo, quod vero ab alio sum mutuatus, vt dicam hoc scilicet eloquar. Quam magnifica facta sunt opera tua Domine? Omnia cum sapientia fecisti, tu vnus tui ipsius præco dignus. Tu enim nosti, quanta feceris, & quam pulchra eadem..

Adeste hic vos avorum cœtus, Patriarcharum concilia, Prophetarum collegia, adeste hic, festivum hunc diem nobiscum celebraturi. Nunc enim illa videre nobis contigit, quæ vnicè optanda fuerunt. Estote omnes aspectu hilares, & gaudete spei ex omni parte compotes. Credo equidem hanc rem, etiam angelis causam dedisse lætitiæ maximæ, amore enim ducuntur hominum quemadmodum Dominus, cui ministrant, summo amore homines est complexus. Qui namque voluptatem capiunt maximam, quoties peccator vnus pœnitudine ducitur, & ad mentem redit: qua non afficiantur lætitia, cùm tot animas, tam subito, relicto post tergum inferorum principe, velut missas factas cernunt? Atque nunc quidem animabus apud se præsentibus gratulantur, & invicem gaudent. Nam evacuato inferno plenum factum est cœlum spiritibus Prophetarum, plenum iustorum, plenum Patriarcharum: & post hos fuit quoque locus in cœlo, quem occuparunt Apostoli & Martyres, accessio illis qui ibi habitant, innumerabilis: præterea sanctis, & alias Deo morigeris hominibus, distributa est regio cœlestis. Hi enim explent multas habitationes illas, quas Christus in domo patris sui esse docet: atque inde omnis dolor est propulsus vndique, ac in eius locum successit gaudium, quo etiam priorem illam, post lapsum acceptam cladem ex animis dolemus. Nam pro multitudine (vt ille ait vates) *dolorum meorum, consolationes in corde meo*, exhilarasti animum meum, & omnia in diversum cesserunt: atque nos humi abiecti, in altum sumus sublati, & educti de lacu miseriæ, ac luto cœni sordidi. Qui autem se ipse † extulit, & super cedros Libani caput exeruit, occidit, & iam non est amplius. Subversa namque sunt valla ipsius, & munimenta in formidinem versa. Huiusmodi trophæum rex noster statuit, nullo addacto exercitu, non in equis fiducia collocata, non motis armis, non obiectis muro tormentis: sed sua solius potentia hostium vireis fregit, vtpote omnipotens. Quæ sane res non longe abest ab ænigmate. Ille enim, qui abiectus, qui mendicus, qui illaria, qui nec vbi caput declinaret sortitus, qui tot & tanta passus, ac postremo etiam morte peremptus: ille, inquam, ad mortuos progressus, coronam ab omni regno & potestate, & principe tenebrarum direptam asportavit. Ante hac quidem forte numerabat adversarius, quot iugo regni sui premeret nunc vero certa numeri ratio iniri nequeat eorum qui contra hunc cum Christo militant. Atque tunc irasci poterat, si non multis imperare visus fuisset: nunc vero intolerabilia pateretur, nisi his, qui ipsi militant, modestiores revocarentur.

Possum & hæc adiicere, ac fortassis non abs re. Nox erat à priori Adamo vsque ad novum Adamum: dehinc vero dies illuxit omnibus quem inducere novit sol ille iustitiæ, qui occubitum nescit. Hyems erat, & omnia frigore peccati obtorpuerant, illinc circumstabat periculum, hinc pigrities tranquillitatem straverat. Caligo erat, & qui se de die ambulare putabant, videre nequibant: post vero clara serenitas per nubeis sive depulsas sive discussas prorumpens, eniruit, nullum subterfugium sole permittente: Dissidium erat & bellum, & multam occisionem in homines invexerant, postea pax alia denunciata est. Talia sunt admirabilia Dei opera, gloriose prædicata ab Angelis, decantata celebrataque digna ab hominibus, horrenda dæmonibus, & laudata à creaturis omnibus: Illustrem autem nobis salutem reddidit DEI cœlitus in terram descensus: illustrem partus virgineus: illustrem & fuga morborum ægritudinumque à medico CHRISTO propulsorum, inter cætera tamen maxime illustris resplenduit in ipso CHRISTI ad inferos descensu, & regni, quod contra nos obtinuerat adversarius, eversione; atque illo munere, quo nobis potestas est data conculcandi & proterendi caput ipsius. Adde quod nec digne à nobis exigantur gratiæ, sed satis sit bonum ducem sequi, & rectà contendere ad regiam.

Prodeat forsan huc in medium aliquis eorum, qui aviditate discendi teneantur, ac roget: Quamobrem cedo, diutius super terra, quam sub terra sua consilia annunciavit servator: & cur vtrumque tempus termino definiit, illud quidem annorum, hoc vero dierum? Atqui opinor huic, antequam totam quæstionem proposuerit, responsi in mentem venturum, neque opus fore doctore. Omnes enim à DEO sumus docti. Reputet autem hæc apud se, quibus modis, vitam nostram adhuc viventibus corpus varias turbas exciret, & infinita extrinsecus impedimenta accidant: animæ verò quæ apud inferos sunt, nullo clauduntur septo, corporibus videlicet exutæ. Vnde illis longiore continuatioreque opus fuit disciplina (vt quemadmodum aqua sæpe cadendo

cavat lapidem, sic & sermo animum emolliret) his cum sint aëri facillime cedenti similes, talis fuit natura, vt statim potuerint animo percurrere, quæ ipsis sunt nunciata. In vtrumque autem tempus ternio introducitur, propterea quod multa ac varia sit eius præstantia, nam & primus sua vi numerus est, & per ipsum tempus est distributum, & excellentiam per hunc declaravit is qui ter, quaterque beatus est: & rei vniuscuiusque principium, medium ac finem determinat, & primam figuram constituit, & quæcunque hoc tempus adferri non patitur. Vnum autem est supremum, quod DEVS, sicut vnitas est, ita & ternio sit, vel hinc nos docens servator, venerari in ternione DEVM, aut ostendens se ex ternione esse vnum. Ita quoque se habent, quæ ad tempus attinent.

Hæc igitur, & ea quæ præcesserunt, conspicati Iudæi, desinant carnem circumcidere, Deus enim (quem natura genita cernere nequeat) in ipsa conspectus est, sic vt his, qui conspectum ipsum reiecerunt, potentiam quæ visu percipi nequit, ostendere possit. Sed hoc nemo inter alios Prophetas fuit, qui non improbos esse pronunciarit. Ioannes autem soboli viperarum adsimilavit. Nam re vera gens hæc propago est viperarum, vt qui viruleuto morsu illum interemerunt, in cuius sinu fovebantur. Hi sunt, qui per multas percontationes servatori laqueos struxerunt, hi, qui hydram illam quæ in fabulis est, imitati, vnius amputati capitis loco è vestigio, quod porrigerent, habuerunt alterum, & hoc sublato, non cunctati sunt obiicere tertium, dein aliud post aliud: donec multis porrectis & detruncatis ad extremum se calumniis armarunt, atque his vrgentes volentem volentes corripuerunt & ad Crucem abduxerunt.

Eum namque qui spirituum legionibus imperat, & ventos sedat, & per mare ambulabat, inferiorem videri hominibus mortalibus, ac non multo præstantioribus, haud dubiè indicium facit quæ vires sunt horum, & argumentum probet quanta sit tolerantia & quam immensa prudentia illius: posteàquam Deus cum sit (vt ipsi qui eum cruci affixerunt, fateri coguntur) illos, qui gloriam ipsius ei detrahebant, & simulacris mortuis tribuerunt radicitus non extirpaverit, evidentissimum patientiæ ei propriæ signum demonstrat. Ego quidem scio, potuisse eum non pati; sed voluisse, siquidem necesse erat maiorum suorum illi absolverent cœptum, vt quemadmodum hi in Prophetarum conspirarunt necem, ita ipsi vno consensu progrederentur ad eum, qui ab illis prædictus fuerat, quod profectò patrum criminibus egregium queat adferre patrocinium. Quod si id est factum, & vetera scelera novo cumulentur ausu, infœlices sunt, qui genuerunt ad Prophetarum cædem, infœliciores qui geniti sunt ad Christi mactationem. Mala illi nationi mens est ac præcipue iis, qui legibus præesse dicuntur. Hoc autem maxime illos habuit male, quod viderent servatorem se dignum præbere his, quæ docebat: sese vero sibi conscios esse, quod longe à præceptis legum aberrarent. Nam vita & moribus probari, (quod alioqui difficile est) negligendum, tanquam inutile, censebant, multi autem & sermone & doctrina locupletes erant (quod etiam cuivis volenti facile est) quasi non ideò vivendum esset, vt virtutes exerceremus, sed vt tantum verbis eas vsurparemus. Vbi igitur primi ipsis erant assignandi consessus, & in alios supercilium adducendum ibi statum in ore lex erat Moysis: in quibus verò legem prætergressi, notam sibi inurendam cernebant, mox seniorum obiiciebant traditiones. Nam abrogari à magistris illis legem Dei, minus videbatur, quam propriæ indulgere libidini * & deglutire aliena. Quoties equidem in tanta miraculorum, quæ servator exhibuit, multitudine Iudæos nullo sensu motos video, non reperio cum qua re efferatam illorum cæcitatem conferam, vt eius effigiem qualemcunque assequar. Sed & in ipsis miraculis se educatos esse, & per multa miracula ex Ægyptiorum manu evasisse gloriantur.

Ingens quoque hoc fuit prodigium, quod manibus Moysis est administratum, pedibus transire mare rubrum, & per solitudinem iter facientes, cibum & potum invenire non præter admirationem contigit, populi & reges ab ipsis sunt bello superati, vrbes vastatæ, terra promissionis occupata, atque hæc quidem miraculorum plena, & eorum, quæ miracula æstimantur, perfectissima. Atqui nec parentes horum fidos & bene ergà Deum affectos in his perstitisse video, ac horum mores nisi eandem quam illi præiverunt, viam insisterent, qui commonstrari possit, hos ex illis genus ducere? Cum autem antehac dementiam & malitiam, quibus insidiati sunt illi, à quo tot beneficia acceperant, riserim: nunc magis dementatos esse cerno, qui excubitores sepulchro adiocent, quia scilicet metuunt hominem mortuum. Nam cedo, si homo mortuus est, quid times? si autem times, cui dubium esse potest, conscientiam tuam te quietum esse non sinere, etiamsi tecum ipse contendas lunam (quod fertur) Cœlo deducere? Hic enim ille est, cui nec difficile fuit etiam super Cherubin evehi. Invidentia (si verum fateri vultis) sanguinem sitire contra servatorem vos coëgit. O probos legum Doctores. Non fuit eiusdem animi, omni studio affectare magistros vocari, & alios docendo seipsos exleges facere. Omittamus isthæc.

Prudens iudicatis factum tam multa repudiasse miracula, & non Deo in Deum, sed potius in caput vestrum opem tulisse putatis. Vos enim sive in popularem vestrum, non tamen accommodatum vestris moribus, tanquam in popularem invecti estis, sive alienus sit & omnem vobis laudem tribuat, non agnoscitis aliquem esse ex his qui gemini sunt. Iam verò tu mihi Sabbatha & illorum violationes obiice, ego contra opponam miracula. (Hæc enim CHRISTO, haud secus quam vmbræ corporibus vbique sunt comitata) & melius esse semper adeoque Sabbathis ipsis, animam servare, quam vt perdatur, admittere, nisi forte hac quoque causa solem accuses, quod Sabbathis quiescere non noverit, sed exortu suo diem efficiat. Atqui multo magis rationi consentaneum esset solem super terram non apparere, quam hunc, cum Deus sit, se à bene faciendo continere.

Porro annon extremæ est vesaniæ, si solem quamvis otium agat cum voluptate intuemini, quod solis Dominum illa tam eximia facta patrantem, qualia sol non potest, & si posset libenter commodum illud acceptaretis, nihil ab inanimi statua differre iubeatis: Agito nunc spectate hunc nunquid, cùm Sabbathum est, quietem colere sciat, (siquidem corpus naturæ lege à nunciis desistere debet.) Is, qui à te conspectus non est, Deus opera omnium maxima facit, infernum ad interitum redigens, mortem perdens, animas illic à sæculo misere afflictas, ex iis, è quibus effugere non licebat vinculis emittens. Quisquis enim Deo hoc detrahit, ne bene faciat: vna detrahit, ne sit omnino. Vis intelligere, quod Christus posteaquam descendit ad inferos, fortem vicerit, & armamenta ipsius expilaverit: revoca in mentem terræ motum, milites somno obrutos haud aliter, quam mortuos * sigilla ab insidiis libera & intacta, cum qui custodiam observabant, excubias post se reliquissent: ad hæc, angelorum præsentiam, & devolutum ab ipsis lapidem. Hæc tibi, eorum quæ sub aspectum non cadunt, iudicia sunto, visa invisorum velut magistri. Non enim vt corpore solum, sed & mente vivas, tibi datum est, nisi forte mentem te habere non admittas, quod ea oculos fugiat. Hæc tibi sint victoriæ signa, omnia sunt magnifica, omnia præclara, vbique terrarum & tradita & credita, quantum libet sexcenties tu fidem deroges. Nonne hæc tibi videtur figuris olim expressisse Moyses. Mihi proculdubio videtur. Quid enim non egit. Descendit & ipse in Ægypti caliginem, multis & gravibus contra Principem Pharaonem militavit cladibus, superavit, populum è tyrannide exemit, & illinc eduxit. Pharaonem simul cum vniverso exercitu maris gurgiti immersit. Non obscurum est, hæc fuisse præcedentes eorum, quæ secutura erant, figuras.

Verum

* *Domus viduarū devorāt, & quæ ibidem sunt adiecta, spectant.*

* *His obsignari curaverat sepulchrū Herodes, ne discipuli (vt ipse opinabatur) corpus suffurarentur.*

A Verum quis eſt qui tibi perſuaſit, Deum tantum ſubiiſſe ſtudium propter te ſolum modo, murmuratorem re iogtatum quem aperte vidit in dies à ſe deſciſcere, & ad nequitiam procedere. Ego profectò in multis rebus veſtigans & me conficiens, quod tuâ degenere indignitate poſſim invenire deterius vndique deſtituor. His enim quæ obvenire ſibi quis optarit præſentibus animum accommodare & iiſdem frui affatim nolle (præcipue cum abſque labore & ſine ſumptu fieri poſſit,) qua pravitate (dic tu mihi quæſo qui perpetuo detrectas, & profiteri veritatem recuſas) non erit pravius? Quid autem deſideraveris hac re tibi evenire melius, aut quia tibi maiora annunciare poſſet, vel vnde tibi commodior Dei fiat copia, quem vt non conſequatis, quid tibi, ipſius cultu poſtpoſito, gravius quis imprecari poſſet. Nam ſummum malorum, quæ pati aliquis poſſet, eſt, fide erga verum Deum excidere.

B Diſce, quam ſint omnia, quæ ad noſtram ſalutem coſpectant, per omnia fide digna. Angelus conceptum virilis ſatus neſcium annunciavit Virgini, ſic vti Dominus eſſet cum ipſa, Angeli viſi ſunt parienti cantantes gloriam & pacem & lætitiam tum in terris, tum inter homines. Angelus aſtans Ioſepho, ſuſpicionem de Virgine adimit, atque modo illos cum infante in Ægyptum deducit, modo indidem reducit. Quorſum autem opus eſt recenſere angelos; qui interea dum hic vixit, Deo miniſtrarunt verbo: aut etiam eos, qui poſt reſurrectionem, cum aſſumptus eſſet, apparuerunt diſcipulis.

Sed & nunc Angeli alio ſigillo ſalutem noſtram contra Iudæos obſignant, & reſurrectionem confirmant. O miraculum: quantam hæc ſecum fidem trahunt. Niſi enim tantus hominum fuiſſet confluxus, ſed vnus iſque ſemel tantum adfuiſſet non foret credendum (ſed nec Zachariæ illi contulit) nam ſi nullum vidiſſemus angelum, nequaquam ex ſe eam res habuiſſet naturam vt nullo præſente patrocinio, talis, qualis cum C illud nunc adeſt, eſſet. Hæc namque eiuſmodi ſunt vt alia fides non ſit deſideranda. Talia enim argumenta etiamſi nulli alij fidem feciſſent, ſatis efficacia fuerunt, quæ ſtupidiſſimum etiam excitaſſent. Sed hæc ad hoc de his. Finem autem dicendi faciam, cum hæc adiecero.

Beatus, qui Chriſtum, quamvis è ligno pendentem, reſpexerit, ſicuti latro ille, qui Deum eſt profeſſus. Felix qui Chriſtum propter pauperes nudum tegit, quemadmodum Ioſeph, ſive vt Nicodemus, bonis operibus Chriſtum vnxeris, non exigua erunt tibi apud ipſum repoſita præmia, ſive vt Magdalena & altera Maria vnguentum adferens (pium opus) Chriſtum colueris: non diu erit, quin Chriſtum ſis viſurus, & gaudium ab ipſo auditurus. Proficiſcere ad latitantes Apoſtolos, & ſi cum Thoma te ambigere de reſurrectione contigerit, merito iraſceris, quod Chriſtum ipſe cum cæteris non videris, at non ſemper: nam converſus proſterne te in D genua, & crede, ac Deum ipſum agnoſcendo prædica gloriâ evectum cum patre & ſpiritu in ſæcula ſæculorum, Amen.

MARTINI DE LAVDVNO Cartuſiani, quondam Prioris Cartuſiæ Vallis Sancti Petri in Diœceſi Laudunenſi, Epiſtola.

Ex Bibliotheca Cartuſiana F. Theodori Petrei Cartuſiani.

MARTINVS de Laoduno, Picardus ac prior Vallis S. Petri, vir in divinarum lectione litterarum mirum in modum exercitatus, adeo vt in numerato eas habuerit, tum quoque vitæ converſatione eximiè pius, E ſcripſit Parænetícam ex meris ſacræ ſcripturæ ſententiis, ſibi invicem mirabili ſtudio artificioque connexis decerptam &c. Porrò quando hic author vel in vivis fuerit, vel è vita exceſſerit, incompertum nobis, neque enim illius aut apud Poſſevinum, aut Trithemium vlla fit mentio, vnde hîc iubet Plato quieſcere.

Epiſtola per Venerandos Cartuſiæ Pariſienſis Patres olim R. eorum P. Primario dedicata.

TAmetſi, Pater Reverende, pluſquam ter Dominum oravimus vt nobis abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti per quem nobis mundus crucifixus eſſe debet & nos mundo. Siquidem qui gloriatur, in Domino glorietur. Tamen paternitatem veſtram pre-F candam habemus, vt velut inſipientes accipiatis nos, vt & nos modicum quid gloriemur: non quidem de nobis ſed vt Apoſtolus (cuius fere verba aſſumpſimus) de Corinthiis ait. De vobis glorior apud Macedones: Ita ſi non plane gloriari: intra tamen modum congaudere liceat nobis de Ordinis noſtri gloria confratrumque profectu. Nam cum à mundi huius (qui in maligno poſitus eſt) amatoribus: qui religioſorum gravitatem & ſolertiam ignorant: duo ſoleant noſtris præcipue vitia non modica ſed quantum in Domino confidimus immerita obiici: ignavia videlicet & inſcitia: tantum noſtri anteceſſores profecerunt vt ab vtroque purgati poſſint quam iuſtiſſime. Ab ignavia quidem vel divi Patris Auguſtini iudicio: qui cenſet non parum gnavos nec modicum rei Chriſtianæ prodeſſe qui pro viriliter in vinea Dominica laborantibus ſine intermiſſione precantur. Quæ res (vt idem glorioſiſſimus doctor atteſtatur) latiſſime figurata eſt in ſacræ Regum hiſtoriæ libro quidẽ primo, capite autem trigeſimo: vbi æqua pars deſcendentis G ad prælium & remanentis ad ſarcinas conſtituta eſt: lege perdurante in diem hanc. Et Sanctorum Patrum Ægypti vita laudabili confirmata: in qua non minor precantium quam laborantium erat merces. Cuius ſententiæ ſuffragatur venerabilis Cancellarius Pariſienſis Ioannes Gerſon de Conſolatione Theologiæ libr. 3. vbi eius hæc ſunt verba: Vis ſcire quantum ſegregatus & orans ſit vtilis? Moyſen orantem in monte dum pugnaret Iſraël aſpicito. Tolle itaque orationes timentium Deum quid proderit obſecro labor ſe fatigantium prædicando vel monendo, vel corrigendo, quandoquidem medicos etiam monet ſapiens orare vt opera dirigat ſua Deus? Et reliqua quæ ibidem ſequuntur: Si quis igitur confratres noſtros minus ad prælia accinctos cenſuerit quamquam ſunt & illis ſua certamina: (nam militia eſt vita hominis ſuper terram) cenſeantur ſaltem ad ſarcinas derelicti: & pro laborantibus ac præliantibus precantes, vt & ipſi (citra aliorum iniuriam) ſingulos accipiant denarios. H Neque tamen ignavi ſunt exiſtimandi vinitores qui à prima hora ſtando, vigilando, ieiunando, pſallendo, orando (ſed nunc in infirmitatibus noſtris gloriamur) portant pondus diei & æſtus: ab ea verò, quæ ſecundo loco illis vitio dari ſolet, inertia & litterarum bonarum ignorantia egregie ſeſe diluerunt ex noſtris quamplurimi de ſacris litteris benemeriti, qui præclara lucubrationum ſuarum reliquerunt monimenta: ab Abbate quodam Spanhemenſi in opere de Eccleſiaſticis ſcriptoribus compoſito luculenter enumerata. Quorum quidem authores (vt cæteros taceam) breviter commemorat, Bartholomæum, Dionyſium, qui poſt Auguſtinum numero librorum (vt præfatus Abbas teſtatur) parem habet neminem, Gerardum, Guidonem Priorem Cartuſiæ, Ioannem de Teneramunda, Hermannum Petra, Henricum de Haſſia, Henricum Arnoldi, Iacobum, Ioannem Hagen, Ioannem Venetum, Ioannem de lapide, Ludolphum de Saxonia, Vvervetum: Quapropter quia (vt verbis divi Hieronymi in libro de Vita Monaſtica ad Paulinum vtamur) habet vnumquodque propoſitum principes ſuos: Romani duces imitentur Camillos, Fabricios, Regulos.

A Sciplones Philoſophi proponant ſibi Pythagoram, Socratem: Platonem, Ariſtotelem. Poëtæ æmulentur Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentium. Et vt ad noſtra veniamus: Epiſcopi & Presbyteri habeant ad exemplum Apoſtolos & Apoſtolicos viros. Nos autem habeamus propoſiti noſtri principem Brunonem, Reverendum Ordinis Cartuſienſis Inſtitutorem. Et litterariæ militiæ proceres, Bartholomæos, Dionyſios, Gerardos, Guigones, Hermannos, Iacobos, Ioannes, Ludolphos, Vververos. Neque vero mirandum ſi ad litteras in tanto exercitio per intervalla reſpicimus: vt quorum profeſſionis inſtitutio ex litteris & litteratis admodum viris traxerit originem. Verum id magis mirandum: quod poſtquam ſæculo & ſecularibus renunciavimus ſtudiis, nunquam ad eadem reverſi ſumus, ſed ſemper indiſcuſſi (vtpote ſuper firmam petram fundati hactenus Domino nos confirmante) permanſimus: Ita vt vetere illo Elogio quo firma Eccleſiæ columna compellamur non videamur B indigni. Cæterùm, Reverende Pater, cum Fratrum noſtrorum, præter ſupra nominatos, quamplurimi ex ſacra lectione congregaverint ſibi ſcientiarum divitias: venerabilis Prior Vallis ſancti Petri Martinus de Lauduno, ſi non pondere ac magnitudine rei: at ſedulitate ſua ſupergreſſus videtur vniverſos. Sic enim in ſanctis litteris inſtitutus: ſic verſatus, ſic aſſuefactus eſt, vt ſicut Iovem (quod pueri audivimus) fabulantur, ſi dialectica vti voluiſſet, non alia vſurum fuiſſe quam Chriſippea: Ita non alio viſus ſit vti voluiſſe ſermone quam ex caſtis Domini eloquiis deprompto. Qui veluti ingenioſiſſima apis tanta ſedulitate Sacræ Scripturæ flores delibavit, vt ex eis egregios favos confecerit: è quibus protinus aërei mellis cœleſtia dona ſitientes Novitiorum animi ſugere poſſent. Collegit enim Epiſtolam miræ eruditionis pleniſſimam, ex meris ſacræ Bibliæ contextibus. In quo opere illorum diligentiam & pietatem, qui Homerocentonas, aut Virgiliocentonas, vt Proba C Valeria (cordata quidem mulier) confecerunt: tantum excedere videtur quanto Biblia ſanctior eſt quàm Poëtica figmenta. Hanc itaque exhortatoriam Epiſtolam veſtræ paternitati (quatenus pios labores comprobetis) mittimus ac dicamus ad Novitiorum noſtrorum, & iamprimum initiatorum ædificationem: Necnon ad Dei omnipotentis gloriam qui veſtram paternitatem reverendam in ſancto Cartuſienſi inſtituto conſervare dignetur. Ex veſtra domo Cartuſiana Vallis viridis extra Pariſios, Anno Chriſtianæ pietatis milleſimo quingenteſimo ſexto, Nonis Martiis ante Paſcha.

INDEX CAPITVM.

Epigramma in ſubſequentis Epiſtolæ commendationem ex tempore conflatum.

SI quis Epiſtoliom leget hoc mirabile, noſcet
  Quanta bonis caſti cura ſit eloquij.
Nota magis nulli domus eſt ſua, quam venerando
  Illius authori pagina ſacra fuit.
Nullum etenim ſenſum, aut dictum, vix denique verbũ:
  Quod non contineat Biblia ſacra, tenet.
Multa tamen divo tenet admiranda Platonis
  Quæ meritò ſtupeat doctus Ariſtoteles.
H Multaque ſanctorum decretis conſona Patrum:
  Tradit; atè ſacris ſumpta voluminibus.
Multa quidem divus Bernardus dogmata fulcit
  Codice divino: Canoniciſque libris.
Doctoreſque alij præclara volumina paſſim
  Munivêre ſacri viribus eloqoij,
Ac nullom legi qui ſenſa tot accumularit
  Et verbis ſacris (author vt iſte) meris.
Hoc igitur propriæ metuit Cartuſia laodis
  Norit vt è ſacro Codice ſola loqui.
Sed quidquid meruit petit vt referatur ad illum;
  Vnde datum planum manat: & omne bonum.

LECTORI BENEVOLO.

S*Cies* Benevole Lector, *hinc inde in hac ſubſequenti Epiſtola litteras* M. *&* N. *occurrere nonnunquam; Per* M. *quidem apte ſignificatur aut* Magiſter, *aut* Monitor, *aut* Martinus: *Per* N. *vero* Novitius, *aut* Nomen *eius, quod modeſte tacetur.*

A

EPISTOLA SACRA ET EXhortatoria ex meris sacræ Scripturæ locis collecta

PER MARTINVM DE LAVduno Cartusiensem.

CAP. I.

Increpatur Novitius qui cum ex quadam laxiore Religione Ordinem Cartusiensem fervens intrasset: iam tepens cœpit ad priorem velle reverti.

B

DILECTISSIMO in Christi visceribus fratri N. frater M. gaudere in Domino semper.

Vanitas mundi & labor. Exiit sermo inter fratres, quod tuam velis deserere collectionem, & per aliam viam reverti in regionem tuam. Atque vtinam, mi frater, peregre non proficiscaris in regionem longinquam: In qua cupias de siliquis porcorũ ventrem implere, quippe qui repletus prius pro panibus te locaveris: Si enim descenderis de Hierusalem in Iericho: vt illa (quæ præterit figura huius mundi) tuæ inopiæ sit supplementum, nunquid non terra illa spinas & tribulos germinabit tibi? in qua seminatur multum & infertur parum. Etiam cum dederis pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam. Væ, væ, quia semper eris egestate & fame sterilis, appendens argentum tuum non in panibus & laborem tuum non in saturitate. Nam & aquæ furtivæ quæ dulciores videntur, ignem qui nunquam dicit sufficit, non possunt extinguere: Quin potius omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum.

C

Quam subito mutatus es in virum alterum? Non plane mutatione dexteræ excelsi, sed velut stultus qui vt luna mutatur. Et vt homo natus de muliere brevi vivens tempore, quasi flos egreditur & conteritur & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Qua enim re apud nos indiges, vt quæras ire ad terram tuam, vt rursum fodias tibi cisternas dissipatas, non valentes continere aquas, cum ad manum habeas fontem aquæ salientis in vitam æternam? Puto si probas vtiliora instructus per legem, eliges nobiscum haurire aquas in gaudio de fontibus salvatoris, magis quam de calice lato & profundo putare vsque ad fæces, quem habet in manu sua Babylon mater fornicationum & abominationum terræ. Quod si recordaris piscium quos comedebas in Ægypto gratis dum sederes super ollas carnium, comedens pinguia & bibens mulsum, non ignoras frater (scienti enim legem loquor) quod regnum Dei non est esca & potus.

D

At si is qui super astra cœli voluit exaltare solium suum & sedere in monte testamenti, & ascendere super altitudinem nubium vt esset similis altissimo: ostenderit tibi omnia regna mundi & gloriam eorum, certe hæc omnia arbitrari deberas vt stercora vt Christum lucrifaceres, dicens ei: Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram?

Forsitan gravaris portare pondus diei & æstus, præsertim cum difficile sit carnem suam crucifigere cum vitiis & concupiscentijs. & denique per multas tribulationes intrare in regnum Dei. Scrutare ergo scripturas, & require diligenter in libro Domini qui continet sermones rectissimos & veritate plenos, vt noveris quia si compatimur & conregnabimus. Malum est, malum est, dicit omnis emptor sed cum recesserit, tunc gloriabitur, cum scilicet id momentaneum & leve tribulationis nostræ, reddet mensuram coagitatam & supereffluentem. In paucis enim vexati in multis bene disponemur. Quia revera non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis. Non solum autem, sed & in præsenti sæculo nequam, iuxta est Dominus

bis qui tribulato sunt corde. vt sicut abundant passiones Christi in ipsis, ita & per Christum eorum abundet consolatio. E

Rememorare autem pristinos dies in quibus illuminatus magnum certamen sustinuisti passionum, quando in manu potenti & brachio excelso properavit Dominus educere te de medio iniquitatum, conterens catenam cervicis vt erectus incederes. Recole, inquam, cum zelus domus Dei te comederet, quot adversis plagatus fueris in domo eorum qui diligebant te, qui vtique æmulantur te non bene, quoniam inimici hominis domestici eius. Denique venit pluvia & flaverunt venti in domum tuam, nec cecidit, in tantum vt magis eligeres affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati iucunditatem habere, manus enim Domini erat tecum confortans te. Cum enim decrevisses in proposito cordis permanere in Domino, bonus Dominus & confortans in die tribulationis, effudit frameam adversus eos qui te persequebantur, dixitque tibi. Nihil horum timeas quæ passurus es, quia ego protector tuus sum & merces tua magna nimis & nunc egredere de Ægypto vt sacrifices mihi in deserto. Et quia corpus quod corrumpitur aggravat animam, datæ sunt tibi alæ duæ aquilæ magnæ, vt volares in desertum locum paratum tibi à Deo, vt sollicitus esses quæ sunt Domini quomodo placeres Deo, qui dimisit onagrum liberum & dedit ei in solitudine domum. Tunc immissum est in os tuum canticum novum carmen Deo nostro: Et dicebas, Laudate Dominum. Cantate Domino quia liberavit animam pauperis de manu malorum. Currebas bene, quis te fascinavit vt pro nihilo haberes terram desiderabilem, quæ cum cultores habeat fortissimos, plures etiam nobiscum sunt quam cum illis. Quis non timeat terribilem in consiliis super filios hominum? quis, si non sit prævenitus in benedictionibus dulcedinis, cum vxore Luth post tergum non respiciat, dicens: vanus est qui servit Deo? Fateor, inhorruerunt pili carnis meæ, vbi auditum est, & celebri sermone vulgatum, quod homo fervens spiritu & potens in scripturis caput haberes languidum & cor mœrens, adeo vt tepidus inciperes iamiamque evomi ex ore Domini. G

CAP. II.

Qualiter spiritus erroris dicto Novitio ad memoriam reducit quadam dona & præcipuè donum lachrymarum: quod in priori ordine sibi videbatur accepisse, & nunc conquerebatur amisisse.

VErum is qui sagittat in obscuro rectos corde: & de industria dissolvit cor virorum bellatorum qui remanserunt in civitate, ne possint manus eorum implere quod cœperant, venit ad te in vestimentis ovium vt educeret te per viam de qua præcepit tibi Dominus vt eam amplius non videres. H Cum enim paulatim tædere cepisset cor tuum itineris & laboris, stetit quidam ante oculos tuos cuius vultum non cognoscebas, habens quidem speciem pietatis, sed virtutem eius abnegans, cum sit inimicus omnis iustitiæ non desinens subvertere vias Domini rectas. Qui fictis verbis de te negotiari quærens, intendit rapere pauperem dum attrahit eum, & exultans sicut victor capta præda quando dividit spolia, dicit: *Diaboli verba.* Deus dereliquit eum, persequar & comprehendam illum, nam invenitur apud eum, est & non, quia vult & non vult piger, nec est perfectus in eodem sensu & in eadem scientia, ignorans quippe quod optimum sit gratia stabilire cor, similis est fluctui maris qui à vento movetur & circumfertus, adeoque illic trepidat timore, vbi non est timor, vt terreat eum etiam sonitus folij volantis.

Fraudes diaboli. Denique si credit innocens omni verbo, nonne doctrinis variis & peregrinis protinus abducetur, qui nescit probare spiritus si ex Deo sint? Egrediar igitur & ero spiritus mendax in aure eius: terrebuque eum per somnia & per visiones horrore concutiam: donec magis magisque pertimescat cor eius, & initar aquæ

A liquefcat. Si verò quafi leo confidens abfque terrore permanferit, loquat ei verba pacifica in dolo & vultu procaci blandiens irretiam eum multis fermonibus vt non quærat quod fibi vtile eft, fed quod multis vt falvi fiant. Hac enim vana perfuafione delufus, fponte confentiet habitare mecum, optans anathema effe à Chrifto fuo pro fratribus fuis vt falvos faciat aliquos ex illis, & ignorabit quod ad vincula ftultus trahatur, & quod de periculo animæ illius agitur. Et vt teftimonia mea credibilia fiant ei nimis, faciliufque iterum convertatur ad infirma & egena elementa mundi, proferam de thefauro meo nova & vetera, vt difcat non deferere amicum antiquum quod non erit fimilis illi & dicam. Nonne dixeram tibi quod terra illa peffima eft, & devorat habitatores fuos? Sed & rea illius fcio quia homo durus eft, cum aufteritate imperans & potentia, ita vt nemini poffit quidquam pacificè loqui. Ego vero quid feci tibi aut quid moleftus fui tibi? Reduc in memoriam priora. Cum olim quietus effes in domo mea florens, in palatio meo & in bonis
B corporis, à fructu frumenti vini & olei multiplicatus eras, & vt nihil deeffet tibi in vlla gratia, in fpiritu fugebas mel de petra, oleumque de faxo duriffimo, & præ vbertate lactis comedebas butyrum devotionis. Nunc verò nudatus atque confumptus vbi quæfo es? Saltem nunc memor efto vnde excideris & pœnitentiam agens prima opera fac, & revertere in locum in quo creatus es: quia ex quo receffifti ab eo, invenerunt te multa mala.

M. Hæc & his fimilia draco qui defcendit ad te habens iram magnam infufflat, fed vtinam revelet Dominus faciem indumenti eius, vt deftructus illuftratione adventus fui, arguatur inveniaturq; mendax. O plene omni dolo & fallacia, fruftra iniquitatem meditatus es in cubiculo tuo vt iaceres rete ante oculos pennatorum. Ponet Dominus frenum in maxillis tuis & reducet te per viam qua venifti, nec implebis ventrem tuum teneritudine fratris, quem expetifti vt eum cribrares ficut triticum.
C Ecce vir bone quonam modo ille qui circuit quærens quem devoret, qui infidiatur quafi leo in fpelunca fua, ecce quomodo pofuit velamen fuper faciem fuam, & abfcondit vultum fuum ne quis contempletur eum. Transfiguravit enim fe in angelum lucis, depingens oculos fuos ftibio & oftendit tibi viam quæ videtur homini bona, fed noviffima eius ducunt ad mortem.

Tepidi Monachi defcriptio.

Nam vt tua teftatur epiftola quæ fcitur & legitur ab omnibus, tua defenfio apud eos qui te interrogant, hæc eft. *No.* Ecce in priori monafterio meo in quo vocaverat me Dominus ex vtero fervum fibi, olim confiftens, garrulus eram & vagus & quietis impatiens, curamque carnis faciens in defideriis. Vivebam fine lege aliquando, & cingens me ambulabam vbi volebam, transgrediens terminos antiquos quos pofuerant patres mei, & erat ficut populus fic Sacerdos. Deus autem qui dives eft in mifericordia vinctum fuum non defpexit, fed operi manuum fuarum porrexit dexteram, & fæpius etiam tunc me vifi-
D tavit oriens ex alto. Dum enim medium filentium tenerent omnia, quando folet fopor occupare homines & dormiunt in lectulo, tunc (vt minus fapiens dico) media nocte furgebam ad confitendum Deo, & claufo cubiculo orabam patrem in abfcondito. Recogitabam tunc omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, fed & tunc nihilominus annos æternos in mente habui, qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita. Tuncque rupti funt fontes abyffi magnæ, & facta eft pluvia fuper terram, ita vt lacbrymis lavarem per fingulas noctes lectum meum, rugiens à gemitu cordis mei, fuper omnes abominationes quas folet operari impius, in quibus fequutus fueram cogitationes meas, & oculos per res varias fornicantes. O quoties illo in tempore Deus mollivit cor meum vt fieret tanquam cera liquefcens in medio ventris mei, & erumpebant lachrymæ, nec me poteram continere. Et hinc quidem vermem qui non moritur & ignem qui non extinguitur pertimefcens, hinc vero ad delectationes quæ funt in dextera Dei vfque in finem anhelans, eratque nox illa illuminatio mea in deliciis meis. Interdum quoque fugiebat dolor & gemitus, & erat mihi

Suavitas devotionis.

E gaudium & exultatio quafi in deliciis paradifi Dei fuiffem. Et quamvis propter hoc non dereferem adinventiones meas & viam duriffimam per quam ambulare confueveram, tamen mifericors & miferator Dominus diffimulans peccata hominum propter pœnitentiam, inftaurabat os meum laudem intereffem, & fructus illius dulcis erat gutturi meo. Tandem digefto paulifper vino quo madebam, & videns quam vilis factus effem nimis iterans vias meas, trahente me Deo in vinculis charitatis compunctus fum corde, & optavi probare potiora, ne computrefcerem vt iumentum in ftercore meo. Cæterum vt charitas mea magis ac magis abundaret, & ne amplius recederem à tergo Domini, propofui reddere vota quæ diftinxerant labia mea, fciens pro certo quod Deo difplicet infidelis & ftulta promiffio.

Non hac fuavitas optanda fed opus perficiendum.

CAP. III.

F

Inducitur Novitius conqueri de duritia mentis quam patitur, & propterea ad priftinam religionem velle reverti.

HVius rei gratia exivi de terra & cogitatione mea, priore fcilicet ordine meo qui me per Evangelium in Chrifto genuerat, & veni in hunc locum horroris & vaftæ folitudinis ne viderem mala quæ fiunt fub fole. Sed fedens folitarius & tacens levarem me fupra me. Credidi fruftra errore deceptus quod Dominus plueret mihi panem de cœlo & cibaria mitteret in abundantia, vt ficut adipe & pinguedine devotionis repleta anima mea, in via teftimoniorum Dei delectaretur ficut in omnibus divitiis. Si enim fupereminens magnitudo virtutis Dei quandoque invenitur in terra fuaviter viventium, quanto magis apud eos qui propter verba labiorum Dei cuftodiunt vias duras, dicentes ei: quoniam propter te mortificamur tota die? Cùm ergo confilio fcientium leges
G & iura maiorum, cœpiffem in hac religione mortificare membra mea quæ funt fuper terram, in laboribus plurimis & ieiuniis multis, in fame & fiti: in frigore & nuditate, protinus verfa eft in luctum cithara mea, & clamavi vexatus à tribulatione malorum & dolore. Seduxifti me, Domine & feductus fum, & confudifti me ab expectatione mea, quoniam expectabam bona & venerunt mihi mala. Et vbi eft calix inebrians & præclarus in quo dudum potum dabas mihi in lachrymis in menfura, ita vt confolationes tuæ lætificarent animam meam? Ecce induratum eft cor meum ficut lapis, & cœlum quod fupra me eft fit æneum, adeo vt nec ros nec pluvia veniant fuper me, eo quod Dominus declinaverit in ira à fervo fuo. Cur deteftatus fum difciplinam, nec audivi vocem docentis, ne omnino pertranfirem de gente in gentem & de regno eius ad populum alterum, cum nollet fuper me mittere aliud pondus? Beatior forem fi fic permanfiffem fecundum fuum confilium. Vereor autem ne Do-
H minus cuius iudicia abyffus multa, callidè eduxerit me de Ægypto, vt in terra deferta & invia & inaquofa non fit qui refrigeret linguam meam in hac tentationum flamma. Merito verba mea dolore funt plena & bene irafcor ego vfque ad mortem.

Retractio fuavitatis probatio virtutis.

Vfquequo Domine clamabo & non exaudies, & avertes aurem tuam à fingultu meo & clamoribus? Tu femper pluis fuper iuftos & iniuftos, vt potent onagri in fiti fua, & nunc Domine contines in ira tua mifericordias tuas. Vnde & ego ficut fœnum arui. Rorate cœli defuper & nubes pluant imbrem, & qui terram arentem & auftralem dedit mihi, iungat ei irriguam aquis: vt feminans in lachrymis in exultatione metam. Ego ille quondam opulentus ad nihilum redactus fum & nefcivi, quandoquidem expectavi pacem & non venit, & tempus devotionis & ecce tentatio. Et quis poterit ftare? Nonne melius eft reverti in Ægyptum quam mori in hac vafta folitudine? in qua errantes homines proficiunt in pœnis, & fecundum duritiam fuam & cor impœnitens thefaurizant fibi iram. An putatis quod inaniter

Soi tudo bonis optima, malis peffima.

scriptura dicat, non est bonum esse hominem solum, & rursum, væ soli quia cum ceciderit non habet sublevantem? Si in ea vocatione in qua vocatus fueram, permansissem, habitassem vtiq; in pace super terram, & profectus meus manifestus esset omnib. qui ex bonis operibus me considerantes glorificarent Deum in die visitationis. Verè addidit Dominus dolorem dolori meo, & conscidit me vulnere super vulnus. Quia enim volui peregrinari vbicumque mihi vtile esse prospicerem, non solum nullum emolumentum habui quod ambulavi tristis coram Domino, sed insuper nudus sum & indigeo victu quotidiano, cum non sit in domo mea panis neque vestimentum. Quis mihi det vt sim iuxta menses pristinos? quando secreto Deus erat mecum, in tabernaculo meo, quando plorans plorabam in nocte, & dirigebatur oratio mea sicut incensum in conspectu Dei.

B *Tentatio diabolica.*

Itaque de cætero nemo mihi molestus sit dicens quod levitate vsus sum, & quod cogito, secundum carnem cogito, si revertar in domum meam vnde exivi quia prorsus melius mihi erat tunc magis quam nunc. An solitariorum Deus tantum? Nonne & omnium? Certe dives est in omnes qui invocant illum, & nihil odit eorum quæ fecit, cum sint miserationes eius super omnia opera eius, & æqualiter sit ei cura de omnibus. Domini est terra & plenitudo eius: Ita vt neque Hierosolymis neque in monte hoc tantummodo adoretur pater, sed in omni loco dominationis eius, qui adhæret Domino, vnus spiritus est cum eo. Cæterum hoc corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, quamvis per eam nonnulli frustra arbitrentur, obsequium se præstare Deo. Pietas autem & devotio ad omnia valet promissionem habens vitæ quæ nunc est & futuræ: nam in dextera eius longitudo vitæ, in sinistra autem illius divitiæ & gloria. Porro si ieiunavero bis in sabbatho, & non comedam carnem in æternum, & studuero quasi circulum contorquere caput meum, ac saccum & cilicium sternere, nunquid qui scindere corda & non vestimenta præcepit, qui creavit omnia ad percipiendum cum gratiarum actione fidelib. nunquid vocabit hoc ieiunium acceptabile Domino. Etiam si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem & devotionem non habuero nihil mihi prodest, quia cor durum male habebit in novissimo? Sed beati qui lugent, ascensiones in corde suo disponentes in valle lachrymarum, quoniam Dominus post lachrymationem & fletum exultationem infundet: abstergens omnem lachrymam ab oculis eorum.

Dolus Diaboli vt carni serviatur non Deo.

C

CAP. IV.

Reprehenditur Novitius qui peccatum suum excusans vult facere mala vt veniant bona: videlicet reverti ad priorem ordinem suum vbi non recte vivebat, vt habeat abundantiam lachrymarum: & ostenditur quomodo nonnunquam inanis sit lachrymarum frequentia. M.

D

HVcusque, mi frater, illa tua perizomata se extendunt quæ ex foliis ficûs tibi inaniter consuisti in similitudinem prævaricatoris Adæ: vtiq; ad excusandas excusationes in peccatis, vt non appareat confusio nuditatis tuæ. Adam vbi es? Noli abscondere vt homo peccatum tuum, magis autem da gloriam Deo: confitens atque indicans ei quid feceris, vt confessionem & decorem indutus, amiciaris lumine sicut vestimento. O si scires donum Dei, cuius deliciæ sunt cum filiis hominum, qui sponte confitentur adversum se iniustitiam suam Domino. Cur ergo involvens sententias sermonibus imperitis, occasionem quæris volens recedere ab amicis qui tam humanè vulnerib. tuis infuderunt oleum & vinum, ita vt si fieri potuisset oculos suos eruissent & dedissent tibi? Si laveris te nitro & multiplicaveris tibi herbam borith, & narraveris si quid habes vt iustificeris, frustra componeris. Non secundum visionem oculorũ iudicabit Dominus ipse novit abscondita cordis, & idcirco non opus est ei vt testi-

E

monium perhibeat quis de homine. Et quomodo tu existimas: quia tu effugies iudiciũ Dei aut decipietur vt homo tuis fraudulentiis? quandoquidem conscientia tua super hoc diiudicatur ab omnibus convincitur ab omnibus.

Enimvero si perseveraveris confirmare sermonẽ & cõversus fueris in arcũ pravum, eris subsannatio & illusio his qui in circuitu tuo sunt, omnib. clamantib. quod frons meretricis facta sit tibi, nec Deũ times nec hominem revereris. Vtinam saperes & intelligeres, de quib. loqueris & de quibus affirmas, per quæ in superbia & in abusione frustra niteris ostendere bonam vitam tuam.

At cum esses parvulus non mirum si sapiebas aut loquebaris vt parvulus, siquidem parvuli diligunt infantiã & ea quæ sibi noxia sunt, cupiunt. Nunc vero cum exercitatos habeas sensus ad discretionem boni & mali, insuper sacras litteras ab infantia didiceris, mirum imo opus risu dignum est, quod malum manuum tuarum dicis bonum, æstimans inique quod Deus erit tibi similis, qui omnẽ viam iniquam odio habuit. Vereor ne multæ litteræ ad insaniam te convertant & te seduxerit qui consiliarios adducit in stultum finem: quippe qui tam inaniter accipis testamentum Dei per os tuum, adulterans verbum Dei. Redi ergo ô prævaricator, redi ad cor & audi Doctorẽ gentium in fide & veritate hic dicet tibi quid te oporteat facere. Puto enim quod & ipse spiritum Dei habeat, viã Dei in veritate docens. Et non sicut * blasphemamur, inquit, & sicut aiunt quidam nos dicere, faciamus mala, vt veniant bona, quorum damnatio iusta est. Nunquid & tu imitari vis linguam blasphemantium, & dicas pax mihi erit ambulabo in pravitate cordis mei, eo quod non sit melius quam comedere & bibere & ostendere bona animæ suæ, quoniam hoc donum de manu Dei est. Si enim ea quæ destruxisti iterũ reædificas hac videlicet ratione, vt vbi abundabit delictum superabundet & gratia, nonne & tu de illis es? Verè enim si tu qui nunc in croceis versaris rursum amplecti vis stercora, vt sint lachrymæ panes die ac nocte tibi, non egemus aliis testib. sed os tuum te condemnabit quia vis facere mala vt veniant bona. Ex quo ergo beatos dicimus arrogantes, & bene est omnib. qui prævaricantur & inique aiunt permaneamus in peccato vt gratia abundet. Ducamus in bonis dies nostros, & non prætereat nos flos temporis. Quandoquidem iuxta sensum tuum omnis qui malum facit, bonus est in conspectu Dei, & tales ei placent, dummodo studeant lachrymis rigare pedes eius. Surge qui dormis, surge frater & illuminabit te Christus, inungens collirio oculos tuos vt videas quia persuasio hæc non est ex eo qui te vocavit. Caro & sanguis revelabit hoc tibi, illo mediante cuius invidia mors intravit in orbem terrarum qui non venit nisi vt furetur & mactet & perdat.

F *Scripturam sacram non est nostro sensui accommodanda.*

G

Esto. Ad tuos ire cupis, desiderio tibi est domus prioris ordinis tui vt dulcius sapias quæ sursum sunt, flens largiter corã Domino. Si ergo vt confidis, deduxerint oculi tui lachrymas per diem & noctem, ita vt facies tua intumescat à fletu, & gustaveris bonum Dei verbum particeps effectus Spiritus sancti, certus esto quod pro his omnib. adducet te Deus in iudicium, quia cui multum donatum est, multum quæretur ab eo. Etenim si post acceptam notitiam veritatis prolapsus fueris faciens ea quæ nõ conveniunt, iam scito prænoscens quod prodiet ex adipe iniquitas tua. Ponesque adversus Deum mala pro bonis. & odium pro dilectione sua. Porro vnus ædificans & vnus destruens quid prodest illis nisi labor? Vis autem scire, ô homo inanis quod fides sine operib. etiam multum lachrymans otiosa est. Audi quid super hoc expressum est in scriptura veritatis quæ sicut non veretur magnitudinem cuiusquam, ita nec pauperis miseretur in iudicio. Chirographum decreti quod est contrarium tibi illic reperies, vt sit tibi contra te in testimonium, & vltra excusationem non habeas de peccato tuo. Qui baptizatur à mortuo, inquit & iterum tangit mortuum, quid proficit lavatio eius? Sic homo qui ieiunat & deflet pro peccatis suis, & iterum eadem faciens quid proficit humiliando se? Orationem illius quis exaudiet? Hæc verba Dei vera sunt: quæ si attenderent operientes altare

H

Inania sunt fig... qua pœnitentia nisi vera sit conversio in corde.

A Domini lachrymia fletu & mugitu, oon in se confiderent tanquam iusti, sed potius timerent ne deterius aliquid eis contingeret. Qui enim avertit aurem suam ne audiat legem Domini, oratio eius erit execrabilis nec ponet Dominus lachrymas eius in conspectu suo quippe qui spiritui gratiæ contumeliam feeerit qui iu eum flare dignatus est vt fluetent aquæ.

CAP. V.

Docet quomodo dona Dei propter abusum eorum in perniciem homini interdum vertuntur.

AD hæc fortassis tumens cum iotgio dicis. *No.* Quid blasphemor pro eo qood gratias agu super datum optimum & donum perfectum quod delcendit à patre luminum? Ecce promisit qoi non mentitur Deus, quia auferet cor lapideum de carne nostra, & dabit nobis cor carneum, vt convertatur divitia captivitatis nostræ sicut
B torrens in austro. Quare ergo divitias bonitatis Dei contemnis, dicens, quod modicam habet virtutem cuius capiti dedit Deus aquam & oculis suis fontem lachrymarom? *M.* Scio, fili mi, scio. Non abiicio gratiam Dei, nec dico: mensa Domini despecta est: cum viscera eius plena sint adipe, & adeo panis eius confirmet cor hominis, vt omnia quæ desiderantur huic non valeant comparari. *No.* Quid ergo amplius est devoto quam dolo? sut quæ vtilitas compunctionis? *M.* Multum per omnem modum, si tamen in mente habeat qualiter acceperit & audierit vt cum Dominos qui dedit vnicuiq; secundum propriam virtutem, venerit probet qood gratia sua in eo vacua non fuit. Nunquid enim inveniet pœnitentiæ locum, quamquam eum lachrymia inquirat eum, si vultus eius fuerint in diversa mutati, tanquam canis reversus ad suum vomitum? Aut quid proficit lachrymis lavisse pedes suoa, si iterũ inquinaverit illos, vt tursom esuiret in reb. pessimis,
C cum omnis talis esultatio maligna sit? Quam verendum ne dederit ei Deus spiritũ compunctionis, oculos vt non videat, dicaturq; de eo, curavimus Babylonem & non est sanata, quia scilicet ad tempos credidit & in tempore tentationis recessit. Sane nemo se seducat, dicens se esse aliquem magnum cum acceperit à Deo, qui implet omne animal benedictione, vt sit initium aliquod creaturæ eius. Cum enim Deus pater solem suum oriri faciat super bonos & malos, ita vt non sit qoi se abscondat à calore eius, non in hoc cuiquam reposita est corona iustitiæ quod aliquid boni cepit ædificare nisi potuerit consummare.

Inter superbos & pigros graditur Dei gratia.

Itaque non potest homo quicqoam accipere nisi fuerit ei datum de cœlo, sed oportet vt simus sollicitudine non pigri, vt quodcunque potest manus nostra, instanter operemur, ne talentum datum à Domino abscondamus in terra. Atq; vtinam sicut veraciter io voce exultationis & confessionis dicimus Deo omnia opera nostra operatus es nobis, ita obediamus ex corde in eam formam do-
D ctrinæ qua dicitur; hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Vtinam non inveniatur nobis donũ quod ad vitam, hoc esse ad mortem, si (quod absit) postquam senserimus de Domino in bonitate & cibaverit nos ex adipe frumenti, non sicut Deum glorificaverimus aut gratias egerimus, sed quasi confidentes quod misericordia Domini plena est terra, tursum ambulaverimus vias non bonas & post peccata nostra. Panem quidem Angelorũ manducat homo aliquando, sed væ ei si panis illius in vtero eius vertatur in fel aspidum intrinsecus, sicut & illis qui aversi sunt cordib. suis io Ægyptum, qui semper revertebantur dum ambularent, quorom cadavera prostrata sunt in deserto, in exemplum iusti iudicij Dei. Non enim illis profuit manducasse panem de cœlo omne delectamentum in se habentem, pro eo quod obliti sunt benefactorum Dei & mirabilium eius quæ ostendit eis, & tanquam animales spiritum noo habentes sola quæ carnis sunt saperent. Hinc est quod post bucellam à Domino Iudæ traditam introivit in eum Satanas, vt noverint qui dereliquerunt Dominum abalienati retrorsum, quod carnes sanctæ auferunt à nemine malitias suas.

E Verum cum diu sustinuerit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, qui benignus est super ingratos & maloa, tandem vsque ad novissimum quadrantem repetet quod suum est com vsura, nec relinquet in eis lapidem super lapidem; eo quod non cognoverint tempus visitationis suæ. Terra enim venientem super se bibens imbrẽ & generans herbam optimam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo. Proferens autem spinas & tribulos reproba est & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem. Quid enim debuit illis facere & & non fecit, qui proprio filio non pepercit sed pro eis tradidit illum, & tamen quasi de industria recessetunt ab eo, scientes voluntatem Domini sui & non facientes, vt inveniatur iniquitas eorum ad odium. Vide ergo bonitatem & severitatem Dei, in eos quidem qui cum spiritu cœperint, carne consummarunt severitatem, in te autem

Non sunt dona Dei respuenda sed ne respuantur est orandum.

bonitatem si prove velle cœpisti ab anno priore ita ex
F nunc facto perfeceris vt oblitus quæ retro sunt ad anteriora fideliter te extendas. Alioquin & tu excidêris, omnesqoe iustitiæ tuæ non recordabuntur, eo quod caudam cum capite in sacrificio tuo non obtuleris, perseverando scilicet vsque in finem vt salvus fieres. Et quidem satis iuste: quippe qui tandem neglexeris salutem. Vnde & divitias quas devorasti, evomes, & de ventre tuo extraher eas Deus, & derelinqueris sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario. Et videns quid sit inter servientem Domino & non servientem ei, dices vere quia Dominus non est mecum, invenerunt me mala ista quoniam melius fuisset viam veritatis non agnuscere quam post agnitam retroire.

CAP. VI.

Optat Novitius redire ad priorem religionem, vbi versabatur inter multos, vt sit multis in exemplum: sed ostenditur per hoc se magnis, & multis committere periculis.

G QVid ergo dicemus ad hæc? accedens ad servitutem Dei stabisne in iustitia & timore præparans animã suam ad tentationem? an permanebis in peccato vt gratia abundet? *No.* Non cogitavi hoc nec ascendit super cor meum (iniquitas) vt qui mortuus sum peccato adhuc vivam in illo, & relinquens iter rectum ambulem per vias tenebrosas. Absit hoc à me, vt configuratus priorib. ignorantiæ desideriis, serviam denuo operibus duris luti & lateris, sicut & gentes quæ ignorant Deum Magis autem ambulans in via immaculata, æmulabor charismata meliora, incedendo in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela. Cum enim reversus fuero prosperè in domum patris mei, super custodiam meam stabo, & diligenter observabo me ab iniquitate mea, abiiciens opera tenebrarum & induens arma lucis. Nam secundum exemplar quod mihi in monte hoc monstratum

Novitij verba seu solita serpentis techna.

H est, pluta faciam, & erunt opera mea novissima pluta prioribus, ita vt omnis plebs videns det laudem Deo. Vnde & fratres nostri à quibus desolatus fui ad tempus, ore & aspectu non corde, cum viderint quod is nunc evangelizat & observat regulam quam aliquando oppugnabat, in me clarificabunt Deum, qui io omnibus præbuit me ipsum exemplum bonorum operum. Nonne melius est lucernam accensam ponere super candelabrum quam sub modio? cum sapientia abscondita & thesaurus iovisus nemini prosint. Cæterum quoniam sunt qui confitentur se nosse Deũ, factis autem negant, & alligantes onera gravia imponunt in humeros hominũ, digito aurẽ suo nolũt ea movere, dabo voci meæ vocẽ virtutis, sicut cœpit Iesus facere & docere, & sic provocabo eos ad meliora & viciniora saluti nõ verbo neq; lingua sed opere & veritate.

M. Eia frater nonne qui de vino Babylonis meretricis magnæ inebriat omnes gentes primum bonum vinum ponit: & com inebriati fuerint tunc id quod deterius est. Et nunc quidem ad te blande ingreditur, sed novissime mordebit vt coluber. An ignoras quod non sit similis ei in augurandi scientia: quippe qui

A callidior est cæteris animantib. vel credit quod verba eius fidelissima & vera sint, cum in veritate non steterit? sed mendax sit & pater eius. Proponit tibi quæcunque iusta: quæcunq; sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ vt scilicet cum fueris huius boni cócupiscentia abstractus & illectus, propinet tibi fel draconum & venenū aspidum insanabile. Molitur quippe princeps mundi huius illuc reverti vnde eiectus est foras, secum adiunctis septem aliis spiritib nequiorib. se, vt cùm impleti fuerint exitanei virib. tuis, abeas absq; vlla fortitudine ante faciē subsequētis, & tandem fiant novissima tua peiora prioribus. O si reduceret te dominus classib. in Ægyptū, permittens tentari supra id quod potes, vt diceret inimicus tuus, prævalui adversus eum: quomodo dimicares per arma iustitiæ à dextris & à sinistris? Et quidem non est potestas super terram quæ tuo comparetur adversario: qui multos vulneratos deiecit & fortissimi quique interfecti sunt ab eo, vt merito quicunq; audierit tinniant ambæ aures eius.
B Tu autem non didicisti certare cum hostib. nec habes consuetudinem præliandi, & insuper infirmata est in paupertate virtus tua: & elanguit cor tuum nec remansit in te spiritus. Si enim quispiam vel leviter subsannaverit te subsannatione: illico rapitur cor tuum in ira & disceptatione, sicut pulvis quem proiicit ventus à facie terræ. Quomodo ergo posses tibi complacere in infirmitatibus, in contumeliis, in angustiis pro Christo? Non solum autem, sed a sagitta volante in die perfacile transfigeris, halitus quoque illius qui prunas ardere facit, leviter evertet sensum tuum, vt non videas cœlum sed oculos tuos statuas declinare in terram. Intellige quæ dico, dabit enim tibi dominus in omnib. intellectum. Ecce enim reperit scientiam tuam à principio, & æmulator existens paternarum tuarum traditionum, pergis ad tuos, observaturus de bonis operib. modicum ibi modicum ibi, mundando (vt multum) quod deforis est calicis & paropsidis.

C Quàm ergo verendum est vt de cæteris scandalis (quæ iuxta iter scandalum posuerunt tibi) interim sileam: ne tanquam rudis & corde pavido, inter infamiam & bonam famam excidas à propria firmitate. Prorsus timeo ne dicentib aliis de te quia bonus est aliis autem non, sed seducit turbas: quippe qui omnia opera sua facit vt videatur ab hominib. Timeo, inquam, ne inveniaris arundo vento agitata, tanquam vir duplex animo & inconstans in omnib. viis tuis. Etenim si ab homine claritatem acceperis, & caput tuū impinguaverit oleum peccatoris, protinus repleberis consolatione & superabūdabis gaudio in omni tribulatione tua, quia diem hominis non desiderare nondum potes. Quod si forte ab hominib blasphemetur bonum tuum, & loquuti fuerint adversum te lingua dolosa, confestim turbabitur in ira oculus tuus; nam operiet confusio faciem tuam, & erubesces valde velociter. Et si parva sunt ista, addere, tibi possem multo maiora, quia revera sunt & alij funes quos extenderunt in laqueū qui quærunt animam tuam vt auferant eam. Sed vt non
D loquatur os meum opera hominum, nolo parietem fodere, sciens quod defecerunt scrutantes scrutinia.

Scopuli ad quos allidunt qui votū religionis relinquunt.

Cæterum qualia introrsus depicta sint in pariete per circuitum domus vndique su videris. Nam & fratres illi inter quos initiare tibi viam novam & viventem disponis, quales sint in facto præsentes, vel quales aliquando fuerint, mihi mea interest. Servum alienum iudicare non debeo, suo Domino stat aut cadit. Hoc scio à principio ex quo positus est homo super terram, quia qui cum sapientib. graditur, sapiens erit, amicus autem stultorum efficietur similis. Et iterum alia scriptura dicit. Cum sancto sanctus eris, & cum perverso perverteris. Si autem in abundantia virtutis tuæ salvari putas, dicens: *No.* Cum his qui oderunt pacem ero pacificus, & habitans vbi sedes est satanæ, non communicabo operib. eius malignis, quinimmo in medio nationis pravæ & perversæ, ero bonus odor Christi Deo, sicut lilium inter spinas. *M.* Scito ergo, quod qui amat periculum in illo peribit. Propter quod præcepit Dominus Apostolis vt interrogarent quis esset dignus in civitate vt manerent apud eum, sciens, quod corrumpant bonos mores consortia mala. Nunquid tu

Si boni socij, boni sunt mores & è contra.

E maior es patre nostro Enoch, qui translatus est ne malitia mutaret mentem ipsius; Itaque si increduli & subversores fuerint tecum, fuerisque frater draconum & socius struthionum, primo quidem de die in diem iniquis operib. tuam animam cruciabunt, eo quod non communices infructuosis operib. tenebrarum sed magis redarguas. Postea autem videns quod supra vires tuas est negotium, & conneris contra ictum fluvij, vane & sine causa fortitudinem tuam consumens, paulatim corrumpentur sensus tui & excident à simplicitate quæ est in Christo. Etenim spiritus qui promptus est trahetur à carne infirma, & continuo acquiesces carni & sanguini, ita vt commixtus inter gentes discas opera eorum & servias sculptilibus eorum, & sis sine Deo in hoc mundo.

CAP. VII.

F *Petit Novitius edoceri quare devotior Deo in priori ordine fuerit quàm nunc sit & de occulto super hoc iudicio Dei.*

SEd hic quoque iustificationem tuam quam cepisti tenere non desinis dicens. *No.* Iustus quidem tu es si disputem tecum, verumtamen sustine me, adhuc enim loquar paululum & respirabo, si forte intelligat Dominus super egenum & pauperem, & perveniat ad victoriam iudicium meum. Quid itaque causæ est quod priora tempora meliora fuere quam nunc sint: cum olim quidem dormiens silerem, & somno meo requiescerem sub vmbra illius quem desiderabam, sedebam, nunc verò solum mihi superest sepulchrum, quia tribulatio & angustia invenerunt me, labor & dolor & afflictio spiritus. Certe cum dudum sederem in tenebrosis & in vmbra mortis, vbi abundante iniquitate refrigescit charitas multorum frequenter, prout supra scripsi in brevi, concaluit cor meum
G intra me, & igne illo quem Dominus venit mittere in terram, ardens erat cor meum dum loqueretur mihi Iesus in via. At ex quo cepi ambulare in medio lapidum ignitorum, & exemplo discerem disciplinam, & esset charitas mea sicut lampades ignis atque flammarum, væ væ percussit me Dominus egestate, febre & frigore, sed à facie frigoris huius quis sustinebit? Super hoc expavit cor meū quia videtur diligere odientes se, & odio habere diligentes se. Putabam enim quod cogitaret cogitationes pacis & non afflictionis, & ecce scribit contra me amaritudines, & idcircò ingressus est ad me vt removerentur iniquitates meæ. Igitur si adhuc habes quod pro Deo loquaris & operatorem tuum vis probare iustum, indica mihi si habes intelligentiam, quanam ratione de pœnis innocentum rideat, contra folium quod vento rapitur ostendens potentiam suam, quia nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est.

H *M.* Si essem propheta, ô vir bone aut filius prophetæ, cui incerta & occulta sapientiæ suæ manifestaret Deus, tanquā auriculario à secreto, certe non subterfugerē quo minus omne consilium Dei annuntiarem tibi. Sermo autem quem quæris gravis est. Nam puteus altus est & in quo hauriam non habeo, quia Dominus celavit à me & non indicavit mihi. Seorsum autem amicis disseruntur omnia, qui possunt omne ligatum dissolvere & in labiis suis pronunciare omnia iudicia oris Dei. Itaq; vbi clausi signatiq; sunt sermones, præceptū Domini non habeo cōsilium autem do. Et si quidem bene & vt saluti tuæ competit, hoc & ipse velim, cum is, in cuius manu sumus nos & sermones nostri, id præstiterit. Sin autem, rogo te habe me excusatum, quia & si factus sum insipiens, tu me coēgisti. Nos quippe involvimur tenebris, & de proprio loquentes mendacium loquimur, cum nemo cognoverit sensum Domini, nisi cui voluerit filius revelare. Ego itaq; frater si multū haberem, abundanter tribuerem, quod autem habeo hoc tibi do, duo scilicet minuta more pauperis viduæ in tuum mitteos gazophilacium. Non solum enim qui inebriat ipse quoq; inebriatur, sed & qui dederit calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam.

A

CAP. VIII.

Comparatur profectus spiritualis luci quæ ab aurora fulgere incipit: & docetur quod veritatem agnitam debet homo humiliter confiteri.

DIco ergo. Olim dum tenebræ essent super faciem abyssi, & iamiamque vrgeret super te puteus os suum, nisi quia Dominus adiuvit te, paulominus habitasset in in inferno anima tua. Deus autem qui dixit de tenebris lumen splendescere: ostendit tibi lucem miserationum suarum, & de abyssis terræ iterum te reduxit: ne penitus periret qui abiectus fuerat. Hinc est quod cum in tenebris sederes, & lumen cœli non videres: Dominus emisit lucem suam & veritatem suam, quasdam scilicet primitias spiritus quibus intra te gemeres, quæ te deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum suum & in tabernacula sua: vt interim haberes fructum tuum in sanctificationem: finem vero vitam æternam. Quod si imperfectum tuum non vidissent oculi eius: nec complevisset Deus opus suum quod ceperat, quomodo ignis semper arderet in altari tuo, cum esset tibi ventus contrarius? Profecto palpasses sicut cæcus in meridie: in tenebris ambulans vsque adhuc, cum vtique hi qui quærunt extinguere scintillam tuam parati essent producere ventos de thesauris suis. Sed quia Dei perfecta sunt opera, imperavit ventis & mari, donec à scintilla vna augeretur ignis: & semita tua quasi lux splendens procederet & cresceret vsque ad perfectum diem. Verum quoniam omnia in pondere & mensura & numero disponuntur à Domino, nec est in homine via eius, vt dirigat gressus suos, qui proficisci non potest per desertum donec nubes elevetur à tabernaculo, adhuc modicum lumen in te est.

B — *Vis gratiæ & effectus describuntur infra.*

C

Nam cum sis vir pauper & tenuis, nondum apprehendisti omnes divitias plenitudinis intellectus vt doctus fulgeas quasi splendor firmamenti, Deo pro te aliquid melius providente: ne forte si semper prosperum iter faceret tibi Deus salutarium nostrorum, tu adhuc Neophytus in superbiam elatus in iudicium & laqueum incideres diaboli, submersus quasi plumbum in aquis vehementib. Nondum ergo ad plenum tibi fulget illuminatio evangelij gloriæ Christi: sicut lucet sol in virtute sua, sed caligantur oculi tui, & clare videre non potes ipsum interius, vt ortum surgentis auroræ. Paulatim vero aspirabit dies & inclinabuntur vmbræ vt qui nunc vides homines velut arbores ambulantes, postea clare videas omnia & dicas, nox præcessit dies autem appropinquavit. Erit autem tibi salus cum incaluerit sol, quoniam apparebit tibi Dominus in ipso fervore diei, qui implebit splendoribus animam tuam: ita vt plenus sis oculis ante & retro & in circuitu & intus. At si quandoque in manibus absconderit lucem, posueritque tenebras latibulum suum, non turbetur cor tuum neque formidet, quamvis apertis oculis nihil videas, sciens quia cum sederis in tenebris Dominus lux tua est. Ipse quippe creans tenebras & faciens malum præcipiet luci vt rursus adveniat, iterumque solem nube teget: sed cum præ fulgore in conspectu eius nubes transierit, illico splendor eius vt lux erit. Quia enim alternis vti delectabile est, sapientia Dei, quasi ludens in orbe terrarum dicit modicum & non videbitis me, quia scilicet hominem visitat diluculo & subito probat illum. Sed noli fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus: Vt videatur tibi quasi ludens loqui, cum tamen stultum Dei sapientius sit hominibus.

D

Caue igitur cum Deus tuus illuminaverit tenebras tuas, ne cum adulteris animabus portionem tuam ponas, quæ ideo fuerunt rebelles lumini, quia diligendo gloriam hominum, magis quam gloriam Dei, discooperuerunt iuxta Dominum suum suscipientes adulterum. Cum ergo diligentius intuens clara luce deprehenderis, quod sis Lazarus vlceribus plenus, non apprehendat te confusio adducens peccatum vt dicas Deo; recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Ore autem confessio fiat ad salutem: & veniens ad lucem manifesta opera tua nam qui abscondit scelera sua non dirigetur. Confessio & magnificentia opus tuum, quod te, oportet operari dum dies est, antequam tenebrescant videntes per foramina. Confessio, vt sis accusator tui ipsius in principio sermonis; magnificentia verò, vt repleatur os tuum laude glorificando Deum, quantumcunque potueris. Etenim soli Deo honor & gloria, nos autem operiamur sicut diploide, confusione nostra. Redde ergo quæ sunt hominis homini, & quæ sunt Dei Deo. Sciens quod perditio tua ex te, tantum in Deo auxilium tuum: & si quæ placita sunt ei facies semper, tunc totum corpus tuum lucidum erit, & proficies à claritate in claritatem tanquam à Domini spiritu, ita vt non occidat vltra sol tuus, & luna tua amplius non minuatur.

E — *Malum à nobis, bonum à Deo.*

F

CAP. IX.

Comparatur profectus spiritualis mulieri prægnanti, quæ licet cum delectatione conceperit, tamen cum gemitu & dolore parit.

ALiam quoque animadverte parabolam & interpretationem, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeas, & salveris à pusillanimitate spiritus & tempestate. Mulier cum parit, tristitiam habet quamvis ex semine hominis cum delectamento somni convenientis conceperit. Semen est verbum Dei: à quo concipimus vt pariamus spiritum salutis. Cum ergo omnipotens sermo Dei à regalibus sedibus ad hominem venerit, auditui suo dabit gaudium & lætitiam, sed & in ore eius erit tanquam mel dulce. At si devoratus fuerit & comestus: protinus amaricari faciet ventrem suum; quippe investigans omnia secreta ventris, vt non sit ibi vlla cogitatio invisibilis in conspectu eius. Et præcavens in futurum, ne forte veniat diabolus & ipsum tollat de corde hominis, & non referat fructum, arguit, obsecrat, increpat, vt non revertatur ad Deum vacuus, sed prosperetur in his ad quæ misit illum. Sciens autem maledictum esse qui gladium suum prohibet à sanguine, tanquam durus debellator omnia replet morte: interficiendo carnalia desideria quæ militant adversus animam, quod videns animalis homo non percipiens ea quæ sunt spiritus Dei, ingemiscit in contritione lumborum dicens, durus est hic sermo. Si sic mihi futurum erat quid necesse fuit concipere, væ prægnantibus & nutrientibus in die ista, quia tribulationem carnis habent huiusmodi. Dum loqueretur mihi, sicut solet homo loqui ad amicum suum, videbatur mihi fidelis sermo & omni acceptione dignus: eo quod essent dulcia faucibus meis eloquia eius super mel ori meo. Nunc verò mutatus est mihi in crudelem, & in duritia manus suæ, adversatur mihi dicens,

H

Post concupiscentias tuas non eas, quin potius abnega temetipsum & tolle crucem tuam & sequere me. Quid vocas me Domine, Domine, & non facis quæ dico? cum non auditores sed factores legis iusti sint apud Deum; nec aliunde beati sint qui audiunt verbum Dei; nisi quia custodiunt illud. Si gaudio gaudes propter vocem sponsi qui non quærit nisi vt fructificet semen Dei, vt omnes sint gemellis fœtibus, & sterilis non sit in eis, cur suscepto semine non vis parere masculum, vt possis saluari per filiorum generationem? Ego autem missus sum ad te durus nuntius, quia si vis ad vitam ingredi, oportet servare mandata, & concordare cum adversario tuo cito dum es cum eo in via, quoniam ad cum venient; & confundentur omnes qui repugnant ei. Hæc autem parabola temporis est instantis, si tamen audias quid spiritus dicat Ecclesiis. Cernens enim Dominus qui generationem cæteris tribuit, quod ventrem sine liberis &

Opera non verba vult Dei verbum.

vbera

vbera arentia possideres : respexit auferre opprobrium tuum inter homines : na appareres in conspectu suo vacuus. Exiit itaque seminare semen suum : vt sterilis pareret plurimos : & fructum suum daret in tempora suo. Vnde in priori monasterio quasi furtivè suscepit antis tua venas susurtij Dei : & anima tua liquefacta est vt dilectus locutus est.

Gratias Deo super inenarrabili dono eius:quia semen cecidit in terram bonam , & suscepisti varbum cum omni aviditata , non vt verbum hominam , sed sicut est vere verbum Dei. Nam sicut imber dascendit de cœlo , & inebriat terram,& infundit & germinata eam facit,sic & flumen Dei quod repletum est aquis , pluviam voluntatiam segregavit ariditati tuæ,vt produceret terra tua berbam vitentem , lignumque pomiferum faciens fructum maxa genus suum. Confestim autem in stillicidiis aius lætatus et germinans , vt inebriatus ab vbertate domus Dei, intares & statueres castodita iudicia iustitiæ eius. Et exiens de vana tua conversatione abiisti amarus in indignationa spiritus tui , & elongasti fugiens & maneus in solitudine,to quod solitudo facultatem præbeat sine impedimento Deum obsecrandi. Nunc igitur laboras in gemitu tuo facere dignos fructus pœnitentiæ vt probes quæ sit voluntas Dei bona & beneplacens & perfecta & semen quod misit radicem deorsum , faciat fructum sursum.

Quid ergo mirum si anima tua in vtero habens clamat parturiens & cruciatur vt pariat : quandoquidem venerunt filij vsque ad partum & vires non habet parturiens? Nam etsi valle adiacet ipsi , perficere tamen bonum non invenit : cum funiculus triplex qui difficile rumpitur, humiliaverit in compedibus pedes eius , concupiscentia carnis scilicet, concupiscentia oculorum , & superbia vitæ. Plane vt sciat distantiam servitutis Dei & servitutis regni terrarum : vanitati subiecta erit atiam non volens, in tantum vt cum mente servierit legi Dei , carne tamen serviet legi peccati. Eva quippa iram Domini portabit quoniam peccavit ei , & idcirco multiplicantur ætumnæ eius vt in dulore patiat,vt noverit quàm malum & amarum ast dereliquisse Dominum Deum suum , vt esset similis altissimo , quasi vna de filiabus Belial sina iugo. Et nos omnea de plenitudine maledictionis eius accepimus, quoniam sicut mater , sic filia eius , dicens in sampiternum ero domina,& sub nullius redigar potestate.Quamobtem totsiones & dolores tenebunt eam , & quasi parturiens dolebit, & comedet fructus viæ suæ suisque consiliis saturabitur , donec contentionem eius & cervicem durissimam conterat , vexario dans intellectum. At cum cognoverit plagam cordis sui cum metu & reverentia deponet magnitudinem suam absque tribulatione dicens: iustum est subditum essa Dao , & mortalem non paria Deo sentire.

Pœnam peccati portant etiam iusti.

C A P. X.

Ostenditur quod in spe futura suavitatis debeat patienter tolerare præsentem duritiam , & qualiter gratia devotionis interdum propter occultum peccatum subtrahatur.

OBsecro igitur te frater per nomen Domini Iesu Christi vt sufficiat diei malitia sua : nec affligas aor tuum pro bas te, ne tristitiam super tristitiam habeas , quia spiritus tristis exsiccat ossa. Sume potius psalterium iucundum cum cithara , vt ores æquo animo & psallas : vt non sit dolor continuus cordi tuo , sed refocillaris & levius feras. Non ergo contristeris sicut cæteri qui spem non habent , quibus musica in luctu videtur importuna narratio , ignorantes quam periculosa sit desperatio. Tu autem forti animo esto , nam in proximo ast vt à Deo curaria , & tristitia tua vertetur in gaudium. Paries enim filium, & vocabis nomen eius Iesum,quia qui fecerit voluntatem patris eius, ipse illi frater & soror & mater est. Tunc videns quod ditaverit te Dominus dote bona, & fecatis fructum nativitatis , implebitur os tuum risu & labia tua iubilo , ita vt iam non memineris pressuræ , propter gaudium. Sed & multi in nativitate eius gaudebunt , qui videntes opera tua bona , glorificabunt patrem qui in cœlis est, & ex multorum personis,aius quæ in te futura est generationis per multos gratiæ agentur Deo.

Interim sane omne quod tibi applicitum fuerit,accipa: & in dolore sustine & in humilitate tua patientiam habe : nam qui corde bono & optimo audientes verbum retinent , fructum non afferunt nisi in patientia. Vnda etiamsi ob partus difficultatem periclitari ceperis , & videris dolorem esse vehementem , nunquam tamen in infirmitate tua despicias temetipsum , sed magis viriliter age & confortetur cor tuum : dicens etiam si me occidetu in ipso sperabo. Quis enim speravit in eo & confusus ast ? Cumque te consumptum putaveris orietis vt lucifer: & lætaberis pro diebus quibus te humiliavit annis quibus vidisti mala. Fortassis quippe idcirco finxit se Dominus longius ita, obturans aurem suam ad clamorem pauperis , vt probet vtrùm diligas eum in toto corda tuo,an non;postulando scilicet gemitibus inenarrabilibus, reddi tibi lætitiam salutaris tui. Sane quoniam spes quæ differtur,affligit animam : adhuc contristatus incedis dum affligit te inimicus, & si tristem blanditiis delinire satagimus ,renuit consolari anima tua,& dicis : *No.* Nolite incumbere vt consolemini me , quoniam consulatores onerosi omnes vos estis , & ecce tamdiu expectans expectavi dominum,nec intendit mihi , sed aggravata est auris eius vt non audiat, & vos vt quid sine causa vana loquimini dicêres:expecta,reexpecta,quia veniens veniet & non tardabit.*M.* O,homo tu quis as:qui respondeas Deo? Nunquid irritum facies iudicium eius , & condemnabis illum vt iustificeris. Secundum hominem dico , absit. Iustus Dominus in omnibus viis suis. Omnia quæcunque fecit tibi, in vero iudicio facit, quia non est iniquus Deus, qui infert iram. Vere enim non condemnat Deus aliquem frustra,sed castigat te in iudicio ne tibi videaris innoxius.

Fiducia est ponenda in Dei misericordia.

Verba Novitij consolari nolentis.

Contemplare igitur ne quid desit gratiæ Dei , quia nihil fit in terra sina causa , nec in vanum mandavit nubibus suis ne pluerent super te imbram. Nun enim grande est Deo vt consoletur ta , sed forsassis opposuit sibi nubem vt non transeat oratio. Vide ergo vias tuas in convalle, & non solum in convalle , sed etiam ex quo ascendisti in montem Domini, vt stares in loco sancto eius , à die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum vt affligeres ta in conspectu Domini tui. Da propitiam peccatorum noli esse sine metu , quin potius verearis omnia opara tua , ne forte qui scrutatur Hierusalem in lucernis & visitat super viros defixos in fœcibus suis, videat cor tuum non esse tactum cum eo. Delicta enim quis intelligit ? aut quis potest dicere , mundum est cor meum ? cum pravum sit cor hominis & inscrutabile , adeo vt si simplex fuerit boa ipsum ignorabit anima sua. Timeamus ergo ne forte sit in aliquo nostrum cor incredulitatis , malum discedendi à Deo vivo : ne forta peccata nostra absconderint faciem aius à nobis. Est quippe generatio quæ sibi videtur munda,& tamen non est lota à sordibus suis , illi scilicet qui innituntur super baculum arundineum, dicentes, gloria nostra hæc est , testimonium conscientiæ nostræ. Vareor na alieni comederint robur suum ipsis ignorantibus , & appensum in statera inveniatur minus habens ; quia si nihil sibi conscij sunt non tamen in hoc iustificati sunt , non enim qui seipsum commendat ille probatus est : sed quem Deus commendat.

Sæpe occultat se Deus propter occultum in probis peccatum.

***

A

CAP. XI.

Ostenditur quomodo anima suam vilitatem ignorans petit sibi grandia : & qualiter super hac temeritate durè à Sanctis reprehenditur.

EST & aliud malum quod vidi sub sole & quidem frequens apud homines, sapere scilicet plusquam oportet & non ad sobrietatem : & secundum à Deo datam fidei mensuram. Tu autem, ô homo Dei, hæc fuge quia quod altum est hominibus, abominabile est apud Deum. Altiora te ne quæsieris & fortiora te ne scrutatus fueris : nec erigas oculos tuos ad opes quas habere non potes. Quid enim heri quatriduanus etiam fœtens, eductus es de lacu miseriæ & de luto fœcis, & hodie obliuionem accipiens purgationis tuorum veterum delictorum, petis à Deo vt osculetur te osculo oris sui. Adhuc

B

conculcatis in sanguine tuo : ita vt vadant & veniant super te horribiles, & tu quæris tibi grandia. Nunquid iam separasti pretiosum à vili, vt sis quasi os suum : vt merito diffundatur gratia in labiis tuis. Caue ne in consilio eorum veniat anima tua, qui posuerunt in cœlum os suum omne sublime videntes, qui cum viri polluti labiis ipsis sint, putant se aliqoid esse cum nihil sint. Quantò tutius pones in puluere os tuum, & vultu in terram demisso adorabis eum : ex quo intraueris non cessans osculari pedes eius : vt ab inferioribus ad superiora ascendas per medium. Hic stabis in fuste tua, & hic constringes tumentes fluctus tuos, paulatim proficiens atque succrescens : quia qui festinus est, pedibus offendit : donec effundatur super te spiritus de excelso & dicat tibi, amice ascende superius. Quid te eleuat cor tuum : frustra cupiens vt fiant non nouissima sed initia tua illis similia, qui sine macula sunt ante thronum Dei?

C

Anima illa cui dicitur. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te, de dilecto cuius amore languet, ait : quæsiui illum & non inueni : vocaui & non respondit mihi. Et ne sic quidem hæsitat diffidentia, sed confortata fide dat gloriam Deo, & quærit faciem eius semper : sciens qood non tardat Dominus promissum suum, quoniam inquirentes Dominum non minuentur omni bono. Anima vero tua cui non est species neque decor, quippe quæ abominabilem fecerit decorem suum : ita vt sit facies eius sicut nigredo ollæ, nullomodo sustinet sustentationes Dei. Nam si eum pulsauerit confestim oon aperiat ei, in amaritudinibus motatur oculus eius, & protinus dentibus suis fremit & tabescit, aduersos Deum contendens quod non ad omnia responderit ei. Huc accedit quod oblita ornamenti sui & fasciæ pectoralis suæ, & ignorans quod illicitum sit indutam sacco aulam regis intrare : velut præco clamat valenter ad portam domus Domini sublimissimam : Aperite mihi portas iustitiæ : quia sto ad ostium & pulso, vt regem in

D

decore suo videant oculi mei, & deosculer eum & iam nemo me despiciat. Porro super muros Hierusalem erant constituti custodes ne intraret aliqnid in eam coinquinatum & immundum. Qui æmulantes eam Dei æmulatione, cum vidissent eam à longe : loquebantur mutuò dicentes. Ecce Sunamitis illa venit, sed quia vult transcendere terminos montis ad videndum Dominum, bonum est respondere illi iuxta stultitiam suam ne sibi sapiens videatur. Arguatur & statuatur contra faciem suam, vt studeat ad agnitionem sui venire : & ad quod peruenit id sapiat & in eadem permaneat regula. Quapropter claudite ostiom & noo sinatis illam intrare. Non enim est vestita veste nuptiali : sed nuda & confusione plena, ambulat in magnis & mirabilibus super se. Vnus ergo ex eis quasi tuba exaltauit vocem suam : & clamauit quemadmodum cum leo rugit, vt territa purgaretur.

Confusio propria vilitatis.

O præsumptio nequissima vnde creata es? Sordida nobilis, grandis intetim. adhuc fornicationes tuæ & desideria mala vigent, omnesque iustitiæ tuæ panno coinquinantur menstruatæ : & salutare in osculo sancto cupis

E

cum qui respicit terram & facit eam tremere? Paupercula tempestate conuulsa, quid in sublime erigeris quasi speciosis induta vestibus, vt adeas cum fiducia ad thronum gloriæ eius, in quem desiderant angeli prospicere? Noli altum sapere sed time, & nunc acquiesce consiliis meis, & indicabo tibi, quid sit bonum & quid Dominus requirat à te : quod si susceperit cor tuum sermones meos, perfectam rem faciet Dominus tecum, replens in bonis desiderium tuum. Ego recto itinere te perducam in domum Domini tui, vt epuleris ab introitu gloriæ eius, deliciis affluens & innixa super dilectum tuum. Lauare igitur prius & vngere, & induere celsioribus vestimentis, vt sis sancta corpore & spiritu : præcipueque considera vultum natiuitatis tuæ in speculo, vt scias quid desit tibi, quia visitans speciem tuam non peccabis. Tunc concupiscet rex decorem tuum, si tamen fiduciam non habeas in pulchritudine tua : & portæ aperientur coram te iugiter, ita vt ingrediaris libere

Animæ munditiis Dei sedes.

F

& egrediaris & pascua inuenias. Omne autem quod ab ipso petieris impetrabis : & amantissima Domini quasi in thalamo tota die requiesces : nec quisquam te euigilare præsumet donec ipsa velis. Alioquin speciosus forma præ filiis hominum, cum sit candor lucis æternæ & speculum sine macula, non ponet læuam suam sub capite tuo, nec dextera illius amplexabitur te, si habueris maculam aut rugam aut aliquid eiusmodi.

Iustitiam Dei non abscondi in corde meo : sed quæ audiui à Domino Deo exercituum annuntiaui tibi, vt scias quia in sermonibus meis non est vlla reprehensio. Si loquerer tibi placentia & inderem tibi errores, & lactarem te ducens per viam non bonam : lætitiam haberes super eloquia mea sicut qui inuenit spolia multa. Ergo inimicus factus sum verum dicens tibi? quod si non annuntiarem tibi, sanguis tuus requireretur de manu mea. Itaque noli mihi molesta esse quia non possum surgere & aperire tibi : donec abstuleris rubiginem de argento vt

Qui ex Deo est veritatē amat etiam arguentē.

G

egrediatur vas purissimum, in quo poculum ex vino purissimo & conditio infundatur, inebrians animam lassam. Nunc igitur frater si audisti sonum buccinæ obserua te, nec concidat vultus tuus : quia visio dura nuntiata est tibi, cum non potuerit præterire sermonem Domini Dei sui vt vel boni quid vel mali proferret ex ore suo. Acquiesce igitur ei & habeto pacem : & per hanc habebis fructus optimos licet egens, angustiatus, afflictus, pauperem vitam geras, vsque ad præfinitum tempus à patre : qui pauperem facit & ditat. Nempe omnia tempus habent : & idcirco vanum est tibi ante lucem surgere, quoniam quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Nunquid fons patens in ablutionem peccatoris & menstruatæ, irrigabit torrentem spinarum tuarum, nisi cum magna multitudine languidorum expectantium aquæ motum præstolaueris, vt mittatur tibi auxilium de sancto?

Miscēda dulcia duris.

H

An putas quod in vtres veteres vinum nouum infundat Deus? aut tam facile expoliasse te credis veterem hominem cum actibus suis, vt renouetur sicut aquilæ iuuentus tua? At qui norunt quam difficile possit Æthiops mutare pellem suam : contendens intrare per angustam portam quæ ducit ad vitam, super hoc de corde suo proferunt eloquia scientes non esse commune omnibus cum Maria ad montana cum festinatione conscendere. Si ferrum, inquiunt, retusum vel hebetatum fuerit, multo labore exacuetur : quia sensus & cogitatio cordis humani prona sunt ad malum, & peruersi difficile corriguntur : vtpote carnales vænundati sub peccato. Interroga generationem pristinam & diligenter inuestiga patrum memoriam : & inuenies scriptum in commentariis quod filii Israël anno vno non potuerunt suos delere aduersarios, sed paulatim ante eos expulsi sunt à Domino. Cum ergo quispiam abierit vagus in via cordis sui; & oblitus comedere panem suum gustauerit quod gustatum affert mortem : si oborta fame audiendi ver-

Seria opus est pœnitentia in conversione peccatorum.

bum

A bum Dei, ad illos reuertatur qui in domo patris sui abundant panibus: vt possit mensæ Domini particeps esse sicut fuerat mensæ dæmoniorum: non durum nobis videatur, si confestim non probant fauces comedentis saporem, nec statim gustent quoniam suauis est Dominus, quippe qui ex ea quam comedit vna acerba, stuporem dentium patiatur.

CAP. XII.

Quod anima non debet indignari quamuis homines æque vel magis indigni admittantur: & proponitur exemplum de Cananæa.

IGitur charissime si quando indicari tibi à sponso petieris: vbi pascat, vbi cubet in meridie: & ille pro eo quod superextendis te vltra mensuram quam mensus
B est tibi Deus: corripuerit te in misericordia & increpauerit, egredi te iubens & abire post vestigia gregum: velut comparans te iumentis insipientibus, noli abundantiori tristitia absorberi. Cum enim iratus fuerit misericordiæ recordabitur, nec te derelinquet vsquequaque: tametsi ita loquitur: Magis autem humiliate sub potenti manu Dei: & esto vir videns paupertatem tuam in virga indignationis eius: si forte conuertatur & ignoscat Deus. Nec æstimes quod personarum acceptio sit apud Deum: quia murmuras aduersus patremfamilias dicēs *No*. Quantos noui qui erant natura filij iræ plusquā cæteri: qui percusserant fœdus cum morte, & cum inferno fecerant pactum: sed cum defecit panis in cistarcijs, & attenuati sunt fame, ac quærerent amatores suos nec inuenirent eos: erubuit incircumcisa mens eorum & humiliati sunt in iniquitatibus suis. Licet autem velut ex necessitate bonum eorum fuerit non voluntarium, & prouiderint sibi coactè non spontaneè; cum osculo tamen, & annulo, symphonia, & choro à Patre cœlesti su-
C scepti sunt. Et quasi iustorum facta haberent; repente creauit illis scientiam spiritus, non reputans illis delicta ipsorum, ita vt consummati in breui explerent tempora multa. Ego autem qui propria voluntate obtuli me discrimini; qui iucundus eram & dilectus in potestate mea, miserabilior sum omnibus hominibus; cum publicani, & meretrices præcedant me in regnum Dei.

Verba Nouitij seu tentatio diaboli.

O homo, Deus qui miseretur cuius vult & quem vult indurat, non facit tibi iniuriam quia licet ei quod vult facere, porro vita in voluntate eius. Quid tumet spiritus tuus contra Deum, si vbi delictum abundauit superabundet & gratia, & in cubilibus in quibus habitabant dracones, oritur viror calami & iunci, quamuis non faciat taliter omni nationi? Quis potest dicere Deo cur ita facis? aut quis prior dedit ei & retribuetur illi? non ergo sit oculus tuus nequam quia bonus est, dimittendo peccata multa his qui dilexerunt multum: quibus viuere Christus est & mori lucrum: quibus postremo labores omnes pauci videntur præ
D amoris magnitudine. Non audeas te inserere aut comparare quibusdam qui licet venerint de populo terribili, diuulso, & dilacerato: repente tamen à Deo conformes facti sunt imaginis filij Dei: vt sicut ille est, ita & ipsi sint in hoc mundo, dicentes nostra conuersatio in cœlis est. Prorsus inter te & ipsos chaos magnum firmatum est: grandisque tibi restat via, confortati sunt & non poteris ad eos. Igitur si cum eis inuitatus fueris ad cœnam: non recumbas ne quidem in nouissimo loco: sed potius stans retro secus pedes eorum, dicas quod res bene acta est, si dignus fueris sub mensa eorum colligere ciborum reliquias.

Nō scrutanda Dei iudicia.

Peccatores mundi, quia à Deo facti iusti vel faciendi.

Mulier illa Cananæa cuius laus est in euangelio per omnes Ecclesias: exemplum dedit nobis vt quemadmodum fecit ita & nos faciamus. Clamat ad Dominum à facie tribulantis: instat opportune importune, adorans & petens aliquid ab eo. Ille vero dissimulauit se audire, & recessit longe quasi despiciens in opportunitatibus in tribulatione: cum nollet quomodo abominatum sit viro Iudæo coniungi aut accedere ad alienigenam.
E At illa obstinato animo decreuit secum pergere, & post tergum eius preces & supplicationes cum clamore valido & lachrymis offerebat dicens, Cau. Viuit anima tua Domine, quia non dimittam te nisi benedixeris mihi. Licet enim hoc celes in corde tuo: scio tamen quod vniuersorum memineris ita vt memor sis Raab & Babylonis scientium te. Vsquequò Domine sanctus & verus: qui omnes homines vis saluos fieri, vocans non dilectam, dilectam: vsquequò erit tantummodo notus in Iudæa Deus? dilata locum tentorij tui: vt & gentes super misericordia honorent Deum, sitque admirabile nomen tuum in vniuersa terra. Petitionem vnam paruulam deprecor à te ne confundas faciem meam: & psalmum dicam tibi in gentibus. Zelatus est autem Dominus populum suum & ait. Quid mihi & tibi est mulier? Quid clamas ad me super contritione tua, quia nunc venisti ad me necessitate compulsa: quæ olim ad simulacra muta prout
F ducebaris, ibas: quasi non esset Deus in Israël? vbi sunt dij tui in quibus habebas fiduciam cum quibus fornicata est adolescentia tua? ipsi liberent te in tempore angustiæ. Pater tuus Amorræus & mater tua Cethæa: non est tibi pars neque sors in sermone isto. Recede illuc, & noli me tangere: quoniam insanabilis est dolor tuus. Nos quippe natura Iudæi & non ex gentibus peccatores: non debemus sumere panem filiorum & mittere canibus.

Verba Cananæa.

Differt Deus petitionem vt probet, & grauitatem peccati ostendat.

Cernens autem mulier: quod Dominus paruulam eam dedisset in gentibus, & esset contemptibilis valde, non desperans semetipsam, sed spem multam habens effugiendi infirmitatem: descendit primùm in inferiores partes terræ, sciens, quia qui se humiliat exaltabitur, & ait. Quid faciam quia Dominus meus aufert à me miserationem? Iudæa esse non valeo: canis vocari erubesco. Scio quid faciam. Si voluero contendere cum eo non potero respondere vnum pro mille; quandoquidem foris canes & impudici & idolis seruientes &
G omnis qui amat & facit mendacium. Cognoscam ergo veritatem & veritas liberabit me: & cum humiliata fuero vsquequaque, dicam ei: complacui in veritate tua. Quantumcunque enim multiplicauero ad Deum preces loquens ei mollia: nisi vilior fiam plusquam facta sum & sim humilis in oculis meis, dicetur mihi. Stulto labore consumeris, & perdis pulchros sermones tuos, quia non flectitur Deus verbis potentibus & ad deprecandum compositis. Cui ergo comparabo me vel cui assimilabo me: nisi catellis qui edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum? vt quia nihilum & inane reputata sum ei: dignetur vocare ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt. Potens est enim Deus de lapide hoc suscitare, filiam Abrahæ. Hæc faciat mihi Deus & hæc addat si tacuero & si dedero silentium ei: donec misericordiam consequar & gratiam inueniam in auxilio opportuno. Et quoniam melior est canis viuus leone mortuo: à mortuo enim veluti qui non sit, perit confessio: cōfitebor Domino nimis in
H ore meo; dimittens aduersum me eloquium meum. Laborabo clamans donec raucæ factæ sint fauces meæ, vt vel propter improbitatem meam surgat & tribuat victui meo necessaria: præsertim cum non in iustificationibus meis, sed in miserationibus eius multis prosternam preces coram eo.

Verba Cananæa.

Cor humilis vas gratiæ.

Hæc vsque verba Cananaa.

Cumque vidisset Dominus quod eam superare non posset; fatigatus his clamoribus & his fletibus lassatus cum tanta ei deberet omne debitum dimisit illi: & insuper salus eius domui facta est: eo quod ipsa filia esset Abrahæ. Nam longanimiter ferens exaudita est pro sua patientia: & quæ erat longe facta est prope in sanguine Christi: quia non inuenit Dominus tantam fidem in Israël. Hinc est quod fides eius annuntiatur in vniuerso mundo; & humilitas ipsius in omnem locum diuulgata est: vt certissime sciat omnis domus Israel: quoniam sicut Deus superbis resistit ita humilibus dat gratiam, qui norunt quod oportet semper orare & non

Exemplū perseuerantiæ.

deficere

A deficere. Nunc itaque frater cum hæc scripta sint ad correptionem nostram: Vade & tu fac similiter, & noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Omni tempore benedic Deo: nec fatigeris cum ab eo argueris, quia quos amat arguit & castigat: ne insolescant per licentiam. Tantum patientiam habe in ipso: & omnia reddet tibi, & insuper augebit incrementa frugum iustitiæ tuæ, intantum vt priora tua parua fuerint, & nouissima multiplicentur nimis.

CAP. XIII.

Quod quando suauitas deuotionis homini subtrahitur: non debet animo concidere, cum ignoret quid sibi magis expediat.

SAne si cupias ambulare de virtute in virtutem: vt B adoptionem filiorum recipias, cui pro magno erat vt faceret te Dominus sicut vnum de mercenariis suis: accinge sicut vir lumbos tuos: nam adhuc excellentiorem viam tibi demonstro. Si tunc viam mandatorum Dei cucurreris cum dilatauerit cor tuum: confitearisque illi cum benefecerit tibi: & tantummodo eructent labia tua hymnum cum docuerit te iustificationes suas. Contra vero si in momento indignationis auerterit faciem suam parumper à te: confestim dormitet anima tua præ tedio: & in mœrore animi deiiciatur spiritus, manus habens dissolutas & genua debilia: si inquam fœda hæc transmutatio, & vicissitudinis obumbratio audiatur in terminis tuis: cui dubium est quin pessime cogites, vtpote quæ tua sunt quærens: non quæ Iesu Christi? In hoc est charitas Dei non quasi dilexerimus eum, sed ille prior dilexit nos: ita vt cum adhuc inimici essemus, reconciliati fuerimus Deo per sanguinem Christi. Quare igitur gratis accepta gratis dare formidas: qui nisi conuentione facta ex denario diurno, in vinea Domini renuis operari, cum non debeat esse vlter mercator in domo Domini? O si cognouisses & tu quam bonum est offerte Domino holocausta gratuita; non ex tristitia aut necessitate, sed mente promptissima atque deuota: illi diceres voluntarie sacrificabo tibi.

Deus gratis amat, & sic gratis amā C *dus.*

Felix qui siue præsens siue absens contenderit placere illi non quia reddet Deus mercedem laborum Sanctorum suorum: sed quia dignus est accipere virtutem & honorem & benedictionem: quoniam bonus quoniam in sæculum misericordia eius. Quis in vobis est (ait Dominus ad Iudæos) qui claudat ostia & incendat altare meum gratuitò? Nempe quorum sunt inquinatæ & mens & conscientia, sola diligunt munera & sequuntur retributiones, sicut & illi qui Christum quærebant, non quia signa viderant, sed quia ex panibus eius fuerant saturati. Hæccine reddis Domino popule stulta & insipiens, vt sit porrecta ad accipiendum manus tua & ad dandum collecta, & sint sicut dies mercenarij dies tui. Et certe gratis iustificatus es per gra- D tiam ipsius: qui præoccupat eos qui se concupiscunt vt illis se prior ostendat: qui operatur etiam velle vt sit, quicumque voluerit accipiat aquam vitæ gratis, & absque argento & vlla commutatione vinum & lac. Si semper cupis prospere ingredi & valere, vt non sit virga Dei super te: vereor ne mercedes congregatas mittas in saccum pertusum: & in fine audias recepisti bona in vita tua. Quid si bona suscepisti de manu Domini mala quare non sustineas: maxime cum omnis disciplina fructum paratissimum exercitatis per eam reddat iustitiæ? Quamobrem in die malorum ne immemor sis bonorum: sed & tunc quam maxime labora sicut bonus miles Christi Iesu, deprecans Deum semper: cùm multitudo viscerum ac miserationum suarum super te continuerit se: & siluerit qui loquebatur in te verba bona, verba consolatoris. Cumque fuerit anima tua deposita vehementer non habens consolatorem: & ossa tua sicut cremium aruerint, noueris quod ariditas hæc

Ipsi etiā velle Deus dat & facit.

Quo modo, quæ sint aduersa tolleranda.

E non est ad mortem sed pro gloria Dei: vt scilicet cum conuersa fuerit arida in stagnum & sitiens in fontes aquarum: confiteantur Domino misericordiæ eius, qui est mœrentium consolator. Et quoniam non contristabit iustum quicquid ei acciderit, expedit vt sis in flagella paratus: & hæc sit tibi consolatio vt affligens te dolore non parcat: quia qui parcit virgæ odit filium.

O quam beatum te dicerent omnes generationes: si quodammodo sine sumptu poneres euangelium: vt videlicet cum oculi tui languerint præ inopia deuotionis, & exercendo & scopando spiritum tuum, supra modum grauatus fueris supra virtutem, ita vt tædeat te etiam viuere: nihilominus confortatus in Domino & in potentia virtutis eius dicas. Hæc omnia venerunt super me, nec obliti sumus tui, & non recessit retro cor meum: quia neque mors, neque vita à tua charitate me poterunt separare. Porro si incrassatus, impinguatus dilatatus, cantaueris in viis Domini quoniam ma- F gna est gloria Domini: quam mercedem habebis? Nonne & publicani hoc faciunt? Si autem is qui dedit carmina in nocte: in tribulatione dilatauerit tibi, vt & libenter glorieris in infirmitatibus tuis: & velut esuriens amarum pro dulci sumas: tunc accusator fratrum qui ait nunquid frustra timet Iob Deum: videns quod ceciderit in foueam quam fecit, non tam facile stabit à dextris tuis vt aduersetur tibi. An non erimus capientes eos qui nos ceperant, gladio eorum intrante in corda ipsorum, si abominationes Ægyptiorum immolauerimus Deo nostro, omne gaudium existimantes cum in tentationes varias inciderimus: scientes quod in hoc ipsum positi sumus. Tres viri illi qui in medio ignis non sunt æstuati: qui non dilexerunt vsque ad mortem animas suas: vt glorificarent & portarent Deum in corpore suo: quid fatentur ante reges & præsides ducti propter nomen suum? Ecce Deus noster quem colimus, inquiunt, potest eripere nos de camino ignis ardentis & de manibus tuis, ô rex, liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi, rex quod Deos tuos non colimus. Plane sibi ipsis facti erant tanquam vas perditum, G adeo vt cum Dominus tradidisset eos in manus Dominorum crudelium: quia oderant animam suam in hoc mundo, maiores diuitias æstimarunt thesauro Babyloniorum improperium Christi.

Vincit diabolū qui vincit impatientiam.

Eia frater si egressus Satan à facie Domini percuteret te vlcere pessimo à planta pedis vsque ad verticem, vel accepta sententia secaret te medium quomodo audiretur in te gratiarum actio & vox laudis: & permaneres in simplicitate tua? Ecce si videris faciem patris tui non esse erga te sicut heri & nudiustertius, & cum paulisper austerius tecum agere: ac consuetum occursum ferocius exhibentem protinus repletus amaritudine, & inebriatus absinthio, ais *Ne*. Dereliquit me Dominus & Dominus oblitus est mei: & idcirco tædet animam meam vitæ meæ quia auertit faciem suam à me: & factus sum conturbatus. Modicæ fidei quare dubitasti? Accede homo ad cor altum, vbi mirabilis in altis Dominus: vt fide grandis effectus, quocunque te verteris superes: quoniam hæc est victoria quæ H vincit mundum, fides nostra. Et si mortiferum quid biberis non tibi nocebit: quinimo inundationem maris quasi lac suges, & erit in pace amaritudo tua amarissima: ita vt si propter Deum duros corporis sustinueris dolores, secundum animam propter amorem suum libenter hæc patiaris. Verum donec veniat hæc fides, interim sub lege custodiris conclusus in eam fidem quæ reuelanda est: ne circumferaris ergo fluctuans omni vento doctrinæ: etenim anima tua paruula & vbera non habens, quamdiu vocatur mollis & tenera, nihil differt ab ancilla cum tamen sit omnium domina. Si Deus pater filias habuerit, vis vt ostendat hilarem faciem suam ad eas, vt non apprehendant disciplinam & pereant de via iusta: cum per tristitiam vultus corrigatur animus delinquentis?

Qui bono credit, bene vincit.

Itaque, mi frater, donec veniat qui mittendus est, stabilis esto & immobilis abundans in opere Domini

semper

A semper, sciens quod labor tuus & si minus suauis, non tamen est inanis in Domino. Vnusquisque enim non secundum suum saporem sed secundum suum laborem, mercedem accipiet. Sed esto. Aderit Dominus Deus noster cunctis obsecrationibus tuis, & ingiter dabit tibi petitiones cordis tui, ita vt spiritus eius super mel dulcis continuè lætificet iuuentutem tuam. Quis cognouit sensum Domini, affirmans quod proueniat tibi in salutem hæc subministratio spiritus Iesu Christi: cum nullus hominum possit intelligere viam suam. Quid enim oremus sicut oportet nescimus, præsertim cum prosperitas stultorum perdat illos: & contra qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transiere fideles. Fortassis enim si mel inuenires comederes ex eo plus quam sufficit tibi; & satiatus euomeres illud. Delectabile est enim oculis videre solem: sed si intenderet homo in eum qui lucem habitat inaccessibilem, antequam illuminatos oculos cordis sui habeat, cautus sit ne oculus eius dexter tenebrescens obscuretur. Si enim subito circumfulserit eum lux de cœlo: verendum est ne deficiat forte non sustinens, propter excellentem gloriam: ac demum faciem eius operiat caligo, & non videat solem vsque ad tempus. Vnde vt rationabile sit obsequium nostrum, oportet in omni sacrificio nostro offerre sal: quia non potest comedi insulsum quod non est sale conditum. Nam & hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissimis benedictione carebit, quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur. Cæterum quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: & in hoc quoque virtus in infirmitate perficitur, si carne concupiscente aduersus spiritum, non quæcumque volumus illa facimus, sed in sudore vultus nostri vescimur pane nostro: vt violenti rapiemus regnum Dei.

Periculosa prosperitas.

B

Vbique medium pone.

CAP. XIV.

C

Quod vtilius est acquirere arma bellica contra tentationes diaboli: quam solam dulcedinem deuotionis expetere.

EXistimo autem hoc bonum esse propter instantem necessitatem: vt quia bellum instat ex aduerso & post tergum, solliciti simus induere nos armatura Dei vt possimus stare aduersus insidias diaboli: magis quam reclinatorium aureum appetere, vt demus palpebris nostris dormitationem. Si enim quasi modo geniti infantes lac tantum concupiscimus: deuitabimus in agone contendere dicentes, melior est pugillus cum requie quam vtraque manus cum dolore & afflictione animi. Cumque abiecerimus clypeum fortium & arma bellica: quasi volentes vacare & videre quoniam ipse est Deus, profectò videntes nos hostes deridebunt sabbata nostra: & nos tanquam pigros de boum stercoribus lapidabunt. Et quidem satis iustè, qui enim manum suam misit ad fortia, vbi bellum apertum est magnum & euidens, & aduersarij multi: non habet dormire iam & requiescere, sed nec solo lacte illi opus est sed etiam solido cibo, vt cibatus pane vitæ & intellectus: ambulet in fortitudine cibi illius vsque ad montem Dei: cadentibus à latere suo mille & decem millibus à dextris eius. Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, & si non ad perfectionem, ad aliqualem vtcumque profectum feramur: non rursum petentes, vt ad vbera portemur: & super genua blandiatur nobis. Sic enim arbitror quod in die ablactationis nostræ, fiet grande conuiuium: quando scilicet qui noueramus Christum secundum carnem iam non agnoscemus dicentes ei: fuge dilecte mi, quia nisi abieris, Paracletus non veniet ad nos.

D

In hoc itaque petitiones nostræ innotescant apud Deum: vt doceat manus nostras ad prælium: ponens vt arcum æreum brachia nostra, detque nobis victoriam per Iesum Christum. Habent quidem adolescentulæ quæ diligunt nimis ornamentum calceamentorum: & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & gemmas in fronte pendentes, & palliola, & linteamina, & acus, & specula de quibus non est modo dicendum per singula. Verum cum hæc ad cultum & mundum mulierem pertineant. Ridiculum est videre hominem mollibus vestitum, descendere ad singulare certamen, contra fortem armatum custodientem atrium suum: qui quasi stipulam reputat malleum & deridet vibrantem hastam. Etenim fallax gratia & vana hæc pulchritudo, & si conferant ad iustificationes culturæ & sanctum seculare: vt scilicet per ea honestè ambulemus ad eos qui foris sunt: non tamen sunt arma potentia ad destructionem munitionum: quæ possunt omnia tela nequissimi ignea extinguere. At fortis mulier illa: quæ accinxit fortitudine lumbos suos: & roborauit brachium suum: sciens quod non est ei colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principes tenebrarum, vigilat & orat, ne intret in tentationem. Et quoniam certamen forte dedit illi Dominus vt vincat, induit se lorica iustitiæ in omnibus sumens scutum fidei: & gladium spiritus quod est verbum Dei: propter timores nocturnos. Armata est enim non clypei & hastæ munitione, sed sermonibus optimis cum sermo Dei sit viuus & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti: cui nemo potest ex aduerso resistere. Nouit quippe quod non coronabitur nisi qui legitime certauerit: & propter hoc femineæ cogitationi masculinum animum inserens, non facit animam suam pretiosiorem quam se: dummodo magnificetur Christus in corpore suo, siue per vitam siue per mortem.

E

Viriliter agendum & sustinendum forum Dei.

Pugna, & arma seruientium Deo.

F

CAP. XV.

Tam Sanctorum constantia, quam prauorum & mundi amatorum pertinacia in exemplum patientiæ adducuntur: agiturque de iusta remuneratione victoris & victi.

G

TV itaque frater attende ad petram vnde excisus es: & noli negligere gratiam Dei quæ est in te, quoniam vt probatio fidei tuæ multo pretiosior sit auro: tibi donatum est pro Christo non solum vt in eum credas verumetiam vt pro illo patiaris. Curre igitur propositum tibi certamen, in quo spectaculum factus es mundo & angelis & hominibus: vt cum probatus fueris, accipias coronam vitæ, quam daturus est Deus his qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Quod si in hoc certamine vulneratus fueris à sagittariis: ita vt plagis tibi impositis semiuiuus relinquaris, tamen non te frangat hæc res, etiam si grauissimis vulneribus fueris saucius, quinimo donec superest halitus in te & spiritus Dei in naribus tuis: caue ne aliquando peccato consentias: sed magis resiste diabolo & fugiet à te. Dominus quippe erit tecum tanquam bellator fortis, nec dimittet te cum peccaueris, sanans omnes infirmitates tuas. Conteret enim Satanam sub pedibus tuis velociter: adeo vt indutus virtute ex alto dicas, cum enim infirmor, tunc potens sum. Confortare ergo & esto robustus valde: & stude auxiliante eo qui dat lasso virtutem, & præbet fortitudinem his qui corde perfecto credunt in eum: cursum consummare & fidem seruare. Et vt sumat cor tuum fiduciam propter vias Domini, exemplum accipe exitus mali & longanimitatis & laboris & patientiæ Prophetarum qui loquuti sunt in nomine Domini. Oculi tui semper ad Dominum, aspicientes in auctorem fidei & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta. Intuere eos qui ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti fuerant pro nomine Iesu contumeliam pati, dantes percutientibus se maxillam vt saturarentur opprobriis. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt, qui per fidem vicerunt regna, & nunc sedent in throno Christi

H

Descriptio iustorum.

nam

A *Verba Nouitij ſeu diaboli illi auertentis.*

nam & ipſe vicit & ſedet in throno patris ſui. Ad hoc forte tacita cogitatione reſponderis *Ne*. Quomodo poſſum cum equis contendere qui cum peditibus currens laboraui? Iuſtitia iſtorum ſicut montes Dei, non poſſum eos ſequi quocumque ierint: qui in arduis ponuerunt nidum ſuum atque inacceſſis rupibus, vnde contemplantur eſcam. Illi non modo per viam compendij currunt vt alios præcedant: ſed etiam vt nubes volant, & tu dicis mihi: vade cum eis, nihil hæſitans: cum claudus ſim & debilis pedibus. Sed & fortitudo mea vt fauilla ſtuppæ: hi autem repleti fortitudine ſpiritus Domini & iudicio & virtute: procul odorantur bellum non reputant tubæ ſonare clangorem: vtraque manu enim vtentur pro dextera.

Pluribus amatoribus B *dignior eſt Deus quàm mundus.*

O homo obſtructum eſt os loquentium iniqua: vt non ſit tibi vltra aperire os præ confuſione. Intuere & reſpice opprobrium tuum; quomodo Deus inſtaurer teſtes ſuos contra te; non quidem aſinum qui cognoſcit præſepe Domini ſui; vel miluum qui in cœlo tempus ſuum agnouit. Contemplare diligenter multo intuitu eos qui lætantur cum male fecerint, quanto fortiores filiis lucis in generatione ſua ſint: vt ſicut illi exhibent membra ſua ſeruire iniquitati ad iniquitatem: ſic & tu corpus & animam tradere paratus ſis pro perſeuerantia.

Deſcriptio amatorum & laborum mundi.

Nam illi tam fortes facti ſunt in bello vt non ſolum alligari: ſed & mori parati ſint pro mundo qui tranſit & concupiſcentia eius: omnes tenentes gladios & ad bella doctiſſimi. Contemnunt pauorem, nec cedunt gladio: & ita ſupra virtutem voluntarij ſunt: vt cum audierint buccinam exultent audacter, ſcientes quod formidoloſus & corde pauido cum ignominia remittendus eſt in domum ſuam. Et quamuis ſpinis & maceria vias eorum ſepiat Deus, oſtendens eis tribulationes multas & malas, vt conuertantur à via ſua mala & viuant: fruſtra conflare videtur conflator. Sub ſentibus eſſe delicias computant: in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter, vt vel ad horam fruantur bonis quæ ſunt in puncto: & ſic in puncto ad inferna deſcendunt.

C

Etiam ſi ſubuerterit eos Dominus ſicut Sodomam & Gomorram, & contuderit in pila quaſi ptiſanas feriente pilo deſuper, donec rapiantur à rugientibus præparatis ad eſcam: non deſerunt latam & ſpacioſam viam quæ ducit ad perditionem. Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, ambulant certe vias difficiles: tu autem illam quam promiſit Deus diligentibus ſe, ſi tamen vt illi pro iniquitate, ſic & tu pro iuſtitia vſque ad mortem certaueris.

Cæterum ſi poſueris maculam in gloria tua: vt quaſi columba ſeducta non habens cor: terga verteris hoſtibus tuis, prædico tibi hodie quod omnino diſpereas, cum vtique melius fuiſſet tibi mori in bello, quàm videre mala quæ occurrent tibi in extremo tempore. Si enim audieris vocem alienorum; qui dicunt animæ tuæ: incuruare vt tranſeamus: & in præſenti quidem conculcabunt eam vſque ad verticem; & quaſi ſterens in via ab omnibus prætereuntibus conculcabitur.

Infernorum tormenta. D

Porro in futuro comburent eam igni inextinguibili, cum ad terram vltimam, & in profundum laci cum armis ſuis deſcenderit, vbi ſubter ſe ſternetur tinea & operimentum eius erunt vermes. Illic cruciabuntur igne & ſulphure: qui in magno viuentes inſcientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant. Ibi à quo quis ſuperatus fuerit, huius & ſeruus erit: vſque ad ſatietatem viſionis omni carni: vt portet opprobrium ſempiternum quod nunquam delebitur: & fumus tormentorum aſcendet in ſecula ſeculorum.

* * *

CAP. XVI.

Quod cum tranquillitas deuotionis arridet, nulla debet eſſe homini ſecuritas: & ideo admonetur: vt ſtabilis in ſuo loco permaneat.

E

Diabolus ſemper malus.

Ecce propoſui hodie coram te vitam & mortem bonum & malum; ne circumueniaris à Satana, cum fortaſſis ignores cogitationes eius. Eſt quippe vir bellator ab adoleſcentia ſua, & gentes interficere non ceſſat, & cum pax ſit, ſemper inſidias ſuſpicatur. Tu ergo ſi quando ille ſubmiſerit vocem ſuam, ne credideris ei: quoniam ſeptem nequitiæ in corde eius, nam naturalis malitia eius non poteſt mutari in perpetuum, cum prorſus tranſierit in affectum cordis. Quando enim communicabit lupus cum agno, cum inimicitias poſuerit Deus inter hunc & illum: ita vt nulla ſit conuentio Chriſti ad Belial?

F

Deſcribitur ſuauitas deuotionis ſenſibilis.

Igitur cum tranſieris per ignem & aquam: & eduxerit te Dominus in refrigerium, poſt tempeſtatem tranquillum faciens: caue ne dicas in abundantia tua; non mouebor in æternum: nec glorieris accinctus æque vt diſcinctus, cum ignores quid ſuperuentura pariat dies. Interdum quippe vox Domini intercîdet flammam ignis; & faciet medium fornacis tanquam ventum roris flantem: ponetque aſpera in vias planas, vt ſit iugum eius ſuaue & onus eius leue. Tunc cantabiles tibi erunt iuſtificationes diuinæ in loco peregrinationis tuæ; & ita exultabis lætitia inenarrabili & glorificata, vt pene obliuioni traditæ ſint anguſtiæ priores.

Iuſtus in tremore ſalutem operatur.

Veruntamen in die bonorum, ne immemor ſis malorum, ſciens quod tentatio eſt vita hominis ſuper terram. Meminiſſe enim debes tenebroſi temporis, vt cum fecerit Dominus cum tentatione prouentum vt poſſis ſuſtinere, exultes ei cum tremore; ne forte riſus dolore miſceatur & extrema gaudij luctus occupet: vir ille qui quaſi tumentes ſuper ſe fluctus ſemper timuit Deum; de filiis quos educauerat in diſciplina & correptione Domini gloriatur dicens,

G

Si quando ridebam ad eos, non credebant mihi. Quis enim ſcire poteſt vtrum amore an odio dignus ſit; quamuis non inueniatur ſimilis illi, qui conſeruet legem excelſi; cum inter ſanctos eius nemo ſit immutabilis. Nimirum aſcendunt vſque ad cœlos & deſcendunt vſque ad abyſſos: ita vt homo neſciat vnde veniat aut quo vadat: quia eleuatus & quaſi ſuper ventum poſitus eliditur valide.

Qui vult ſtare ſtet in timore.

Porro ad vtilitatem noſtram facit hoc Deus vt non laqueum nobis iniciat: ſed vt videamus quod humiliatio noſtra in medio noſtri ſit, quia peccatum peccauit Ieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt, non dormiamus ſicut & cæteri ſed vigilemus & ſobrij ſimus, donec veniamus ad terram quam Dominus Deus noſter daturus eſt nobis, in qua non dabit in æternum fluctuationem iuſto: quippe cuius participatio in idipſum.

H

Quod ſi hoſtes tui fugam arte ſimulantes audierint te dicentem, in pace in idipſum dormiam & requieſcam: quaſi dederit tibi Dominus requiem per circuitum & non ſit Satan neque occurſus malus: tunc maxime venient ad te tanquam fur, & calcaneum tuum obſeruabunt. Cumque dixeris pax & ſecuritas, repente irruet ventus vehemens à regione deſerti; & niſi inſtanter tenueris te in timore Domini cito ſubuertetur domus tua, & ſic fiet ruina illius magna. Totus mundus in maligno poſitus eſt, & ſub ipſo ſunt radij ſolis: illoque trahente in terram cauda ſua tertiam partem ſtellarum, non reſtant niſi foris pugnæ & intus timores: & ignoras quod beatus ſit homo qui ſemper eſt pauidus? Enimuero quamdiu vna manus facit opus & altera tenet gladium, cum timore ſcilicet & tremore ſuam ſalutem operando; in mundo preſſuram habebis non pacem: vt cum vndique concluſerit mundus vias tuas lapidibus quadris, compellaris intrare ad nuptias: & ſuſpirare ad pacem Dei quæ exuperat

omnem

A omnem sensum. At cum perueneris in domum non manufactam æternam in cœlis, sedebis in pulchritudine pacis in tabernaculis fiduciæ & requie opulenta: ibique abundantia perfrueris timore malorum sublato: interim tene quod habes vt nemo accipiat coronam tuam, confidens quia qui cœpit in te opus bonum ipse perficiet vsque in diem IESV CHRISTI. Si autem spiritus potestatem habentis super te rursum ascenderit locum tuum: ne dimiseris vt non sis subtractionis filius in perditionem sed fidei in acquisitionem animæ. Reuera enim qui tribulant te exultabunt si motus fueris, dicentes: turbatus est & motus est sicut ebrius, vnde & expulsus est nec potuit stare. Et quoniam populus qui dilexit mouere pedes suos & non quieuit Domino non placuit: obsecro te vt non des in commotionem pedem tuum: quia non in commotione Dominus, cuius nimirum spiritus requiescit super humilem & quietum.

Spe diaboli mutatio boni propositi.

B

CAP. XVII.

Admonetur Nouitius: vt relicto studio litterarum secularium: & quæ humanis traditionibus innituntur: soli sacræ Scripturæ suum accommodet ingenium: vtpote quæ magis deceat seruum Dei: qui renuncians secularibus negotijs soli Deo libera mente militaturus religionem accessit.

DE quibus autem scripsisti mihi bonum est homini sursum nitenti hanc mulierem non tangere: scilicet sapientiam secularem. Inclinata est enim ad mortem via eius. Sed quia molliti sunt sermones eius super oleum: trahit post se multitudinem copiosam, à quibus deridetur iusti simplicitas. Nonne qui videbantur esse sapientes in hoc seculo stulti facti sunt vt fierent sapientes: ac nouis superuenientibus vetera proiecerunt, ita vt qui fuerant curiosa sectati comburerent libros coram omnibus: nec vltra docerent linguam suam loqui mendacium? Eia frater vtinam sustineres modicum quid insipien-

C tiæ meæ: sed si cœpero tibi loqui forsitan moleste accipies. Timeo enim ne forte sine causa laborauerim in te, qui suadebam tibi vt permaneres in gratia Dei, vt non de cætero tanquam filius Agar exquireres prudentiam quæ de terra est. Sufficiebat enim præteritum tempus ad voluntatem gentium fuisse consumptum: nec ea quæ quæstiones præstant magis quam ædificationem Dei quæ est in fide vlterius sectari debueras. Quod si fecit Deus hominem rectum vt quid immiscet se quæstionibus infinitis quæ sunt inutiles & vanæ: & generant lites: in quibus quanto plus quæsierit homo tanto minus inueniet? Puto nemo militans Deo implicat se libenter huiuscemodi friuolis, præcipue qui decreuit à facie manus Dei solus sedere: cum sapientia huius mundi stultitia sit apud Deum. Qui autem voluerit facere sibi nomen grande iuxta nomen magnorum qui sunt in terra, vt non deficiat laus sua de ore hominum; velut doctor paruulo-

D rum & verba legum ponderans: non requiritur noster sit an aduersariorum: opera enim quæ ipse facit hæc de illo testimonium perhibent.

Studeat solitarius vt Deo videat non vt homines videant.

Cæterum, tu frater, qui elegisti abiectus esse in domo Dei: vt obliuioni datus tanquam mortuus à corde hominum, omnium fieres peripsema vsque adhuc: quid adhuc tanquam viuens de mundo decernis, rursum quærens magnificare fimbrias tuas & vocari ab hominibus Rabbi: quia distendi vis in hanc occupationem pessimam vt inuestiges sapienter de omnibus quæ fiunt sub sole, quia vt dicitur ignorans ignorabitur, plane non mirum si omnem escam abominata est anima tua: fastidiens manna absconditum, quippe qui adhuc in solitudine rodis herbas & arborũ cortices & radix iuniperorũ cibus tuus est. Quid dicam tibi? Laudo te, in hoc nõ laudo. Cur audis Leuiatan serpentem veterẽ & tortuosum, sicut mulier quæ in præuaricationem seducta fuit: vt spreto ligno vitæ comederes de ligno scientiæ boni & mali. Miserabilis prorsus infirmitas. Iam huius rei causa interfici iussi sumus,

E & statutum est hominibus semel mori: ita vt macula huius sceleris permaneat in nobis vsque in præsentẽ diem: & iterum vadis illuc? Nunquid æqua tibi videtur cogitatio tua: vt etiam plaga inimici percussus castigatione crudeli, dulcius audias fabulatores & exquisitores prudentiæ & intelligentiæ, quam sapientiam quæ ex ore altissimi prodiit quæ vitam tribuit possessori?

Interroga quemlibet de viatoribus: qui peregrinus & aduena sit, sicut & omnes patres eius: si non prohibeat ne in pluribus quæstionibus sis curiosus: sed quæ præcepit tibi Dominus illa cogites semper: vt sit lucerna pedibus tuis verbum suum ad dirigendos eos in viam pacis. Hæc scientia non inflat sed ædificat: & qui apponit eam apponit dolorem: quia vnicuique reuelat pudenda eius in facie sua: vt cernat quam sit miser & miserabilis: & pauper & cæcus & nudus. Vnde si etiam fulserint velut mundissimæ manus tuæ tamen sordibus intinget te: vt scilicet te videas infixum in limo profundi: & intus plenum omni spurcitia & iniquitate. Et cum omnia quæ

Vtilitas S. Scripturæ & SS. Patrum pro nouellis quasi omnibus amplectenda.

F præcepta sunt tibi feceris dices te seruum inutilem, ita vt quanto maior fueris tanto humilies te in omnibus Cumque reformatus in nouitate sensus tui, inter sanctum & prophanum habueris distantiam, vt intelligas; quia vere mendacium operatus est stilus mendax scribarum; verba autem quæ locutus est Dominus Spiritus & vita sunt, dices. Sapientia hominum non est mecum sed noui sanctorum scientiã: ideirco existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam IESV CHRISTI cum vani sint omnes homines in quibus non subest scientia Dei. Verum si quis profunda fluuiorum scrutatus fuerit: vt abscondita producat in lucem in quibus cum consummauerit homo tunc incipit: videat quomodo caute ambulet: vt scilicet nulla curiositate videat quæ sunt in sanctuario priusquam inuoluatur alioquin morietur, cum per fidem ambulet & non per speciem: nisi forte rex auream virgam ad eum tetenderit pro signo clementiæ, vt vel ad horam ore ad os loquatur ei

G & palam & non per ænigmata & figuras secreta videat.

Cum ergo venerit ad aquas profundi torrentis qui trãsvadari non potest, non abundet in sensu suo vt velit esse sapientior Daniele: à quo omne secretum non est absconditum: sciens, quod scrutator maiestatis opprimetur à gloria. Omni quippe negotio tempus est & opportunitas: vnde sapientibus absconduntur quæ reuelantur paruulis: quia illis admissis vt sedeant cum principibus & solium gloriæ teneant: incipiunt cum rubore nouissimum locum tenere Si ergo pauperculus & contritus spiritu, amplexatus fueris eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem: ac mirabilia testimonia Dei scrutata fuerit anima tua, cibabit te Dominus volumine scripto intus & foris: & sic mortem non gustabis in æternum: sed deinceps viues in omni verbo quod procedit de ore Dei. Etenim habens in manibus tuis solatio libros sanctos: si ligaueris eos in corde tuo iugiter, reperies thesauros absconditos & arcana secretorum: vt quæcumque sunt abscondita & improuisa discas. Omnium enim artifex docebit te sapientia. Illuminatus quippe mirabiliter à montibus æternis, super omnes docentes te intelliges: ita vt non sit nobis necesse quicquam loqui: quoniam tenebræ tuæ erunt sicut meridies. Non solum enim omnis sermo Dei ignitus est clypeus sperantibus in se, sed etiam in potestate docet non sicut Scribæ & Pharisæi vtpote malleus conterens petram. Certe inimici nostri sunt iudices: qui olim missi fuerant vt caperent IESVM in sermone, quẽ putabant in ventum verba proferre, sicut illi qui dicunt & non faciunt, sunt enim in aera loquentes. Qui cum audissent ignitum eloquium ipsius, vehementer repleti sunt stupore & ecstasi in verbis gratiæ quæ procedebant ex ore eius. Et tanquam madidi à vino à facie sanctorum verborum eius, non poterant contradicere spiritui qui loquebatur; sed reuersi sunt glorificantes & laudantes Deum in omnibus quæ audierant, dicentes, nunquam sic locutus est homo vt hic homo loquitur.

Fallit sæpe ratio suis innixa viribus.

Solitudinis solatium lectio sacra.

H

Efficacia gratia viuens.

A

CAP. XVIII.

Agitur de dignitate facræ Scripturæ : & ostenditur quantum alijs scientijs comparata præstet.

OMnis quidem sapientia à Domino Deo est nam scientiarum Dominus est : sed sicut alia est claritas solis, alia lunæ, & alia claritas stellarum : sic est differentia Scripturarum. Quid enim paleis ad triticum dicit Dominus : aut quæ comparatio scripturæ continentis præcepta, & doctrinas hominum secundum elementa mundi : ad illam quam nobis enarrauit vnigenitus qui est in sinu Patris ? quæ lucet sicut lucerna in caliginoso loco : cum sit inextinguibile lumen illius, quia verba vitę æternæ habet. Illam enim constituerunt homines infir-

B

mitatem habentes, qui nonnunquā indoctas fabulas assequuti, sequuntur spiritum suum & nihil vident : quia omnis homo mendax. Hæc autem quia de cœlo venit super omnes est : éstque illi fons proprius cui non communicat alienus quæ nunquam humana voluntate allata est : sed sancto Spiritu inspirati loquuti sunt eam sancti Dei homines. Illa tantummodo videt in facie nec intuetur cor, cum solus Deus nouerit cor omniū filiorum hominum : hæc vero pertingit vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoq; & medullarum, discernens cogitationes & intentiones cordis. Illa de mundo loquitur & mundus eam audit : de quo vana loquitur vnusquisque ad proximum suum : & tamen difficile æstimat quæ in terra sunt : & quæ in prospectu sunt inuenit cum labore. Hæc autem etsi stare videtur super terram tamen cacumen eius tangit cœlum : vnde non solum signa scit & monstrat antequam fiant & euentus temporum & sæculorum : sed & scrutatur omnia etiam profunda Dei. Il-

C

la in verbis potentibus & ad deprecandum compositis : in sublimitate quoq; sermonis, in doctis humanæ sapientiæ verbis totum spiritum suum profert. Hæc vero etsi imperitis sit sermone sed non scientia, quoniam qui tantum verba sectatur, nihil habebit. Non est enim regnum Dei in sermone sed in virtute.

Illa nihil habet in domo sua nisi parum olei quo vngatur, vnde in facie glorietur & non in corde : cum interius sit terra inanis & vacua. Huius autem & deforis est facies decora & eloquium dulce : quis non est talis super terram in aspectu in pulchritudine & in sensu verborum. Cæterum omnis gloria eius ab intus vbi sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ eius absconditi : vt ditet diligentes se, & thesauros eorum repleat super millia auri & argenti. Illa consectatur sibi discipulos prurientes auribus, ad nihil aliud vacantes nisi aut dicere, aut audire aliquid noui, quorum oculus non satiatur visu nec auris auditu. Huius autem sectatores deuitant prophanas vocum nouitates, contenti scire man-

D

datum vetus quod audierunt ab initio : vt se inuicem diligant, sciences proculdubio, quod plenitudo legis & scientiæ est dilectio : cuius luminosa vnctio docet de omnibus. Illa auditores suos conuertit in vaniloquium volentes esse legis Doctores qui sæpius irritam faciunt mandatum Dei propter traditiones suas, ex quibus oriuntur iræ, rixæ, sectæ, dissensiones, inuidiæ : quæ ad nihil vtiles sunt nisi ad subuersionem audientium. Hæc vero desursum descendens pacifica & pudica præcipit sectari pacem, sine qua nemo videbit Deum : & quoniam factus est in pace locus eius, docet servum Domini non litigare sed mansuetum esse ad omnes. Illa de bonis terræ tractare solita est, & de humo eloquium suum mussitat : nam etsi quandoque quasi magna cogitans attonitos habet oculos : illico tamen iterum inclinans se digito scribit in terra. Hæc vero de rebus magnis loquutura est, nec omnino lux vultus eius cadit in terram : cum in altissimis habitet & thronus eius in columna nubis. Illa dum antiquatur & senescit prope interitum est, frequenter dicens manda remanda : quia, cum assidue nouis epistolis veteres litteræ corrigantur : necessario renouatur de die in diem ; & quasi hodie est, & cras in clibanum mittitur. Hæc autem lex Domini immaculata permanens in seculum seculi, præceptum posuit & non præteribit, ipsa enim heri & hodie, ipsa & in secula. Quæ cum vna sit omnia potest, & in se permanens omnia innouat : adeo vt facilius sit cœlum & terram transire quam de ea apicem vnum cadere : nam potestas eius potestas æterna quæ non corrumpetur. Porro leges populorum vanæ sunt : verbum autem Dei nostri manet in æternum.

Noua dogmata antiquis Patribus non consentanea fugienda.

E

Si igitur lex illa quæ scripta spiritu Dei viui, quæ vere trahitur de occultis : in quam propter suam munditiam nihil inquinatū incurrit, ad illam cōparetur quā condidit homo similis nobis passibilis : qui ignorat & errat circundatus infirmitate ; Nonne repletus spiritu iudicij & spiritu ardoris, dices quod tantum præcedit sapientia stultitiam quantum differt lux à tenebris : cum stultus factus sit omnis homo à scientia sua. Aduertisne frater que-

F

madmodum omnis scriptura diuinitus inspirata : superborum & sublimium colla propria calcat virtute, eorum scilicet qui sapientes sunt in oculis suis dicentes : nunquid & nos cæci sumus. O quam potenter sternit sibi aurum quasi lutum, in captiuitatem redigens omnem intellectum in obsequium Christi : vt omne os obstruatur & subditus fiat mundus illi quoniam nullus est ei similis in legislatoribus. Nam si qui in ea non manserint mittentur foras & arescent : expulsique in terram salsuginis inhabitabilem, mercedem erroris sui quam oportuit in semetipsis protinus recipient : vt à veritate quidem auditum auertant : ad fabula autem conuertantur, quæ nunquam alent eos in fame.

CAP. XIX.

G

Admonetur Nouitius rursum vt solius sacræ Scripturæ studiis incumbat, licet à cæcis mundi huius amatoribus contemnatur.

DE diuinis autem scripturis noli mirari frater : si odit eam mundus qui cæcus à natiuitate ponit amarum in dulce & dulce in amarum : quippe qui spiritum veritatis non potest accipere, quia non vidit eum neque scit eum. Etenim sermo Domini est pretiosus, & diligenda sunt mandata eius super aurum & topazion : cum nihil dulcius sit quam permanere in mandatis illius & insuper in custodiendis illis retributio multa. Verumtamen anima satiata calcabit favum. Nam de secta hac notum est nobis quod vbique ei contradicitur : quoniam non recipit stultus verba prudentis, nisi ea dixeris quæ versantur in corde eius. Vbi enim monet declinare à malo & facere bonum : palam scilicet loquens & prouerbium nullum dicens, non prophetat eis bonum sed malum omni tempore, ita vt incircumcisi cordibus & auribus dicant ei : recede à nobis scientiam viarum tuarum nolumus. Cæterum vbi fuerit tenebrosa aqua in nubibus aëris, & visio omnium sicut verba libri signati, in quibus sunt quædam difficilia intellectu : illic maxime contemnitur hæc lampas apud cogitationes diuitum : fit denique opprobrium abundantibus & despectio superbis. Cum enim is cuius excelsi sunt oculi & palpebræ in altum porrectæ : spiritaliter examinatus non poterit intelligere, quia stultitia illi videtur, nisi aperiat illi Dominus sensum vt intelligat scripturas, facile addit super peccata sua blasphemias : vt dicat de sermone Dei dæmonium habet & insanit : quid eum auditis ? O stulti & tardi corde ad credendum, adhuc & vos sine intellectu estis ? ita vt inflati sensu carnis vestræ extollatis vos aduersus scientiam Dei, quod vobis non cedet in prosperum. In dextera quidem illius ignea lex est, ad dandam scientiam salutis plebi eius : vt eis notum faciat sacramentū voluntatis suæ. Sed quia tenebræ operiunt terram & caligo populos : opertum quippe est Euangelium his qui pereunt : non potestis reuelata facie speculari, quam

Prurientes auribus non similia mouentes fugiendi.

H

Superbia est indicium nolle scientiā Dei & Patrum audire.

Gratia Dei est vt Euangelium audiatur, vt cultior vt aperiatur.

A valde admirabilis sit Dei scriptura: & facies eius plena gratiarum, absque eo quod intrinsecus latet Ar bi solum in quorum oculis est stupor: quoniam mirantur de pulchritudine eius nimis, edendo eam adhuc esurient, quæ esurientes semper implevit bonis, alens eos cibo inuisibili & poru: qui ab hominibus videri non potest: vt gustent & videant quoniam bona est negotiatio eorum. Porro qui dilixerunt tenebras magis quam lucem, & contemnentes edere de ligno vitæ quod est in paradiso Dei, aiunt: anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo: non mirum si in mentem eorum veniunt cucumeres & pepones, porri, cepæ & allia secularis scientiæ: quia dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. Quamobrem consilium meum tibi placeat: vt deserens panem arctum & aquam breuem: comedas pinguem panem qui præbet delicias regibus & bibas vinum quod miscuit tibi, clara & quæ nunquam marcescit sapientia, vt vel sic delecteris in crassitudine anima tua. Si qua ergo consolatio in Christo, si qua societas

Sacra

B

Scriptura est clypeus fortium baculus infirmorum.

spiritus, obsecro per viscera misericordiæ Dei nostri: vt non recedat volumen legis Dei de ore tuo: & meditare in eo diebus ac noctibus, & in amore illius delectare iugiter: ancillam vero eiice & filium eius. Est quippe ferus homo & manus eius contra omnes, & sapiens apud semetipsum, quasi formam scientiæ & pietatis habens in lege: sed omni tempore iurgia seminat. Hæres autem in domo Patris nostri esse non potest tum quia de adultera matre natus est: tum quia multos turbauit pacem habentes, cum in pace vocauerit nos Deus, qui dissipat gentes quæ bella volunt. Memento dierum antiquorum: qualiter scilicet mater eius videns se concepisse: despexit domi-

Volat ancilla est scientia humana phalerata contentiosa superba

nam: & caue ne tribuas insipienti honorem. Egrediatur ancilla de cubili tuo & extranea de thalamo tuo, quia si vtcumque tolerabiliter per tria mouetur terra: quartum tamen sustinere non potest, vt sit ancilla hæres dominæ suæ. Qui placet Deo effugiet eam, qui autem peccator est capietur ab ea, à qua captiuus tenebitur ad ipsius voluntatem. Quare ergo seduceris fili mi ab aliena & foueris in sinu alterius: vt velis semper discere & nunquam ad

C

& ideo subjicienda fidei & Sanctorum scientiæ.

scientiam veritatis peruenire? Mulier quædam stulta & clamosa plenaque illecebris sedet super sellam in excelso vrbis loco, ad capiendas animas volantes, dicens: quod si quis multitudinem scientiæ scire desiderat ipsa nouit versutias sermonum & dispositiones argumentorum. Filij autem hominum graui corde diligentes vanitatem & quærentes mendacium, qui sapientes sunt vt faciant mala huius mulieris speciem admirati reprobi facti sunt. Felix qui lauabit manus suas in sanguine peccatoris, vt pe-

Religiosus non est seruiens Deo simul & mundo.

stilente flagellato sapientior fiat. Quod si claudicare volueris in duas partes, & ingredi terrá duabus viis: timens quidem Dominum & nihilominus tuis idolis seruiens: scito quod angustatum est stratum ita vt alter decidat: & pallium breue vtrumque operire non potest. Non enim potes manum tuam mittere in ambobus, cum omnino non sit societas luci ad tenebras; quia prudentia carnis mors est prudentia autem spiritus vita & pax. Dic ergo sapientiæ soror mea es & prudentiam voca amicam tuam:

D

vt custodiat te à muliere extranea, quæ verba sua dulcia facit. Amator efficiaris formæ illius, & vbera eius inebrient te omni tempore: quia meliora sunt vbera eius vino, fragrantia vnguentis optimis. Quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta, quæ quamdiu parvulus es & expers sermonis iustitiæ stillabunt tibi dulcedinem & fluent lac & mel. Sed cum ablactatus fueris à lacte, & factus vir euacuaueris quæ sunt paruuli: sustollent te super altitudines terræ, & cibabunt te hæreditate Iacob patris tui, vbi comedunt amici & inebriantur carissimi. Eleuatis enim animalibus à terra eleuabuntur pariter & rotæ sequentes ea. Est autem hæc parabola: animalia sunt quibus parauit in dulcedine sua Deus pabulú, quod oculus non vidit nec in cor hominis ascendit. Proinde vt & rotæ sunt, quia quæ sursum sunt sapiunt non quæ super terrá, non figentes vt filij hominú in terra tentorium, sed currunt velociter. Itaque homo supra pectus suum gradiens terramque comedens, qui nondum est transfusus de vase in vas, sed gustus eius in eo permanet. Si legerit eloquia Domini eloquia casta quid dicet? Plane cum libru signatú sigillis septem aperire non poterit, nec intend re in facié suá propter gloriam vultus eius: in canticu oris sui vertet illum, quasi de terra sit & de terra loqu tur, præsertim cum hæ literæ graues sint & sermo cor temptibilis Quod si Dominus de stercore eleuet paup rem, qui sola quæ carnis sunt sapit & dederit ei penn sicut columbæ, vt cupias dissolui & esse cum Christ omne apparebit ei quá stulte egerit & ignorauerit mu ta nimis? Mox enim vt vix paruam stillam audierit se monis eius, mirabitur & dilatabitur cor eius: & sup quam credi potest admirans dicet. O alta profundit quis inueniet eam? Abscódita est ab oculis omniú viuen tium: non enim videbit illam homo & viuet. Non crede bam narratoribus mihi donec probaui: quod exceptis di quorum non est conuersatio cum hominibus nemo pu sit comprehendere quæ sit latitudo, longitudo, sublim tas, & profundum Scripturæ sacræ; quia sapientiæ ei nó est numerus. His amplius, frater mi, ne requiras: ná fa ciendi plures libros nullius est finis. Si quis aliter docet non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Ia s CHRISTI: & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, su perbus & nihil sciens; sed langués circa quæstiones pugnas verborum: nouerit quod talis homo nó erit pa ticeps sapientiæ & idcirco sepi aures tuas spinis, & di *No.* Nunquid finem habebunt verba ventosa: quia narr mihi iniqui fabulationes: vt renuens torrente diuinæ vo luptatis potari: iterum pergam in via Ægypti vt biba aquam turbidam? Declinate à me maligni & scrutab mandatá Dei mei. Nam amodo stultas & sine disciplin quæstiones deuitare prorsus intendo. *M.* Voluntas aute cordis tui & obsecratio ad Deum pro illis fiat in salut vt reuelatis oculis considerent mirabilia de lege sua: iam non ambulent in vanitate sensus sui tenebris obsc ratum habentes intellectum. Sic enim appropinquant pedibus eius accipient de doctrina illius & scient: que venerit hora vt iam non in prouerbiis loquatur eis, s distincte & aperte ad intelligendum: quandoquidem t nebræ transierunt & verum lumen iam lucet. Cumque qui aperit & nemo claudit introduxeris cæcos in via quam nesciunt: vt in pascuis vberrimis pascat eos, faci cognoscent eum in fractione panis dicentes bonum nos hic esse. Exhinc in lege eius meditabuntur die noctu cum omni auiditate, quotidie scrutátes scriptura vbi est sapientia, vbi virtus, vbi lumen oculorum & pa

Salutat te multum in Domino. Ca ssimus conseru & frater noster: qui licet Marthæ fungés officio tui bene erga plurima semper tamé tui memoriá facit in oration bus suis, vt fiduciam & gloriam spei vsq; in finem firm retineas. Salutant te etiam omnes qui mecum sunt fratr Dominus IESVS CHRISTVS sit cum Spiritu tuo. Ame

EPIGRAMMATA SEV HYMN sacri illustrium virorum Antiquorum Patrum Monasterij S. Galli.

Bernardi Abbatis S. Galli carm. 58.
Columbani. 56.
Eckerardi 28.63.64.
Hartmanni, 1.2.3.4.19.25.34.74.
Notkeri Balbuli 9.14.17.18.31.49.50.51.52.53.54. 57.73.
Notkeri Medici 27.30.
Ratperti 8.10.11.12.15.16.22.23.
Strabi Galli Faldensis 62.
Tuotelonis 42.43.44.
VValdrammi 20.21.
Anonymorum 5.6.7.24.25.26.29.32.33.34.35.36.37. 39.40.41.42.43.44.45.46.47.48.59.60.61.65. 67.68.69.70.71.72.

A *Omnia nunc primum ex vetustissimis m.s. Codicibus S. Galli edita, studio Henrici Canisij.*

AD LECTOREM.

ILlustrium virorum Monasterij S. Galli sacra carmina vbi vidi, digna censui luce, tum ob eruditionem, tum ob pietatem, vel maxime propter venerandam antiquitatem. Eiusdem iudicij fuit nobilissimus Marcus Velserus: qui in literis quibusdam scribit, hæc sacra carmina sibi apprime placuisse, *ita vt interdum pene lachrymas excusserint, antiquam pietatem cum nostris temporibus conferenti*, ita enim loquitur Velserus. Debemus hæc carmina R. P. Iodoco Metzlero, Monasterij S. Galli Professo, & SS Canonum Doctori, qui misit libellum m.s. quem studio & amore antiquitatis conscripsit; vocatque Memoriale Illustrium virorum S. B Galli, in cuius prima parte illustres, sanctosque viros eiusdem monasterij, in secunda Abbates compendio describit ex variis autoribus, nec non ex m.s. antiquis monumentis, cuius libelli beneficio vsi hinc inde quædam excerpsimus, & addidimus, vt quis quisque fuerit, facilius pateret. Tertia vero pars continet sacra carmina, quæ quanta fide ex m.s. codicibus deprompserit, patet ex præfatione illius, quam præmisit, ideoque hic eam subiunximus.

In hymnos sacros D. Galli Patrum.

Præfatio Iodoci Metzleri.

M*Inimam hanc & veluti extremam partem, hymnos videlicet sacros ex innumeris, quos antiqui Patres S. Galli Monachi sapienter dixerunt, & suauiter decantauerunt, vel ideo descripsi vt & mihi mnemosynon aliquod conficerem, & vt quæ ob edacem temporis iniuriam saltem* C *secundum aliquam sui partem videbantur breui quasi peritura, ea hac operâ meâ vel aliqualiter seruarem; & demum vt quæ adeo erant disiecta & dispersa, in vnum quasi corpus redigerem atque adeo hunc libellum tertium veluti in exemplum statuerem eorum quorum superioribus duobus sæpius memineram, vnde nihil penitus huc intromissum est, quod non esset tam olim venerationis titulos consequutum, vel ex authoris sui fama vel ex bonitate & antiquitate sua. Certo ipsos codices, ex quibus descripta sunt ista, ante annos 500. 600. 700. & 800. esse descriptos scimus, & ex ipsis codicibus, antiquissimis librorum indicibus seu (vt appellant) Registris quibus certissimum testimonium tulit magnus ille Tergestinus Pra. Æneas Syluius, qui postea Pontifex Maximus enunciatus, nominatus est Pius II. dum ad Gregor. Hamburgensem Iurisconsultum Epistolâ 120. lib. 1. scribit; inueni apud S. Gallum, quod Sueuorum est in vetri Monasterio Bibliothecam peruetustam, vbi & libros reperi ornatissime conscriptos, quorum authores fuerunt Theutones. Hæc igitur cum ita sint, non* D *offendetur lector quadam minus subtilitate leuia cum conspicit, rerum pondere esse grauia ea ipsa iam vbique, mirabitur vero aliquos saltem ex illis in ætate tam barbara tam bene lusisse & tam latine, & vbique meminerit idem lector, cum omnia ista ad cultum diuinum fuerint à PP. dictata magis spectari res quam verba tantum Musicam, quantum prosodiam. Etsi vero integra scripserunt aliqui huius generis volumina, & adsint seorsim etiam multi alij & hymni, & epigrammata, illa tamen describere non statui, hæc autem, quod nec scirem fuissentne Authores ipsorum Monachi S. Galli necne huic opusculo inferre nolui. Ex S. Gallo 1600. die 4. August.* Hæc

Metzlerus.

* * *

E

EPIGRAMMATA SEV HYMNI SACRI, &c. Antiquorum Patrum Monasterij Sancti Galli.

Versus Hartmanni Monachi Sancti Galli. Ante Euangelium canendi.

SAcrata libri dogmata
Portantur Euangelici,
Cunctis stupenda Gentibus,
Et præferenda laudibus. Sacrata.
Mundemus omnes corpora,
Sensusque cordis simplici
Purgantes conscientiâ,
F Verba pensemus mysticæ
Vultu decliui pariter,
Clausa tenentes stomata,
Stemus intentis auribus,
Vt decet ante Dominum. Sacrata.
Nec sat videtur sonitus
Auditus solo corpore,
Ni cor purgatum teneat
Factisque iussa compleat, Cunctis.
Sic mandat ipse maximus
Magister, summi filius,
Sensus nostrorum pectorum
Arms diuersis comparans.
Sunt, ait, rura plurima
Queis semen frugis spargitur:
Censu sed multum dispari
Reddunt accepta fœnora. Sacrata.
Quædam saxorum stramine
Repleotur nimis pessimo:
G Frugemque necat maximus
Ardor solaris luminis. Cunctis.
Quædam siccato germine
Replentur spinis horridis.
Viarum strata plurimis
Officiunt seminibus. Sacrata.
Ast qui felices fertili
Glebas fœcundat germine,
Illum lætantem cumulat
Fructus laboris centuplex. Cunctis.
Sic voluntatis integræ
Perfecta ostent opera,
Terraque cordis optimi
Centenum refert numerum. Sacrata.

NOTÆ.

QVis fuerit Hartmannus, quem alij Hartmundum, vocant, patet ex Trithemio, qui de luminaribus siue de illustribus viris Germaniæ hæc habet: *Hartmun-* H *dus monachus eiusdem Monasterij Sancti Galli Ordinis Beati Patris nostri Benedicti, Rabani Mauri quondam auditor atque discipulus (ad quem Otfridus VVissemburgensis Monachus multis Epistolis exercitauit ingenium) vir vndecunque doctus, ingenio subtilis, eloquio disertus, vita & conuersatione deuotus, Græca, Latina, & Hebraica peritus adde & Arabica non ignarus, scripsit tam metro, quam prosa multa præclara opuscula, sed nihil eorum ad notitiam nostra lectionis memini peruenisse. Feruntur autem super quibusdam Bibliorum libris commentarij eius non abijciendi, item Epistolarum ad diuersos lib. 1. sermones quoq; cantus, hymni, & varij in Scripturis sanctis tractatus, quos studiosus quisq; inquirat. Claruit tēporibus Lotharij & Ludouici filij eius imperatorum, anno Domini 870.* Hæc Trithemius. Ex libro Epistolarum Abbatis Caspari, quem Metzlerus m.s. legit, item ex vita Sancti Galli quam S. Notkerus carmine scripsit, patet Hartmannum fuisse discipulum S. Notkeri, qui ibidem Hartmannum interlocutorem introducit. Meminit item

A Hartmanni Eckethardus iunior Monachus S. Galli m.s. Testatur autem Metzlerus se hunc Hartmanni, cæterosq; hymnos transcripsisse ex vetutissimo codice m. s. qui fuerit scriptus Coorado 11. vel 111. non autem sub quarto. Quouiam tam multis sæculis ante illum (circa annum nimirum 1012.) Guido, Abbas Aretinus, excogitauerat illas, quibus hodie vtimur Notas Musicas, quas & Ecclesia vbique receperat: quas tamen m.s. codex noster uondum habet, inquit Metzlerus. De iouentis autem notis illis Musicis vide Trithemium de viris illustrib. Ord. S. Benedicti lib. 2. c. 74.

Eiusdem Hartmanni de Natali Innocentium.

Ad processionem.

SAlue lacteolo decoratum sanguine festum,
Saluete innocua corpora fusa neci.
2. B Conciuit, ecce, Deus tibimet grex iste pusillus,
Festivum laude præueniendo diem. Salue
In qua morte pia puerorum maxima turba
Occidit, & victrix regna superna capit. Conc.
Nam quod terrenum meruit disperdere regnum
impius immaniRex feritate furit. Salue
Audierat Regem, quem cuncta oracula dudum
Spondebant vatum virgine matre satum. S.
Iudaicæ Gentis quem debita regna manerent,
Hocque Magos stellâ testificare nouâ. C.
Nec mora pestiferâ succenditur efferus irâ,
Dum sibi præripier Regia iura timet. S.
Mox iubet innocuam ferro prusternere plebem,
Destinat atque neci corpora lacteola. C.
Perderet vt Christum, dum nemo euaderet ipsum,
Inter & inuumeros perderet huuc puerum. C.

Eiusdem Hartmanni de eadem Festiuitate.

C 3. CVm natus esset Dominus,
Turbarur Rex incredulus;
Magi tulerant munera,
Quos stella duxit præuia.
Herodes Rex interrogat,
Quo Christus nasci debeat,
Locumque dici flagitat,
Vt hunc necare valeat.
Adoraut Magi Dominum,
Viamque carpunt aliam,
Nec sæui Regis impiam
Vltra vident præsentiam. (:)
Tunc Rex Herodes feruidâ
Succenditur insaniâ,
Mandatque sterni millia
Lactentium innumera.
Completur sæua iussio,
Mactatur omnia pusio,
Ætatis bimæ paruuli,
D Vel infra subduntur neci.
Mas omnis infans occidit, (:)
Quem novus partus protulit:
Scrutatur, ah, cunabula,
Ac ipsa matrum vbera.
Quid furis crudelissime
O carnifex & pessime?
Hic solus qui requiritur,
Impune Christus tollitur.
Pectus tenellum rumpitur,
Matrum sinus perfunditur;
Sed lactis plus quam sanguinis
De loco stillat vulneris. (:)
Salue lactens exercitus,
Flores Sanctorum Martyrum,
Ad aram summi Numinis,
Qui læti semper luditis.
Nos vos laudantes pueros
Semper iuuate precibus
Vobiscum vti iugiter E
Possimus læti psallere.

Eiusdem Hartmanni Litaniæ.

Ad processionem diebus Dominicis.

HVmili prece, & sincera deuotione
Ad te clamantes semper exaudi nos.
Summus & omnipotens Genitor qui cuncta creasti
Æternus Christus, filius atque Deus.
Necnon sanctificans, domioator, Spiritus almus,
Vnica Maiestas, trinaque sola Dei. Ad te
Ipsa Dei Genitrix, reparatrix inclita Mundi
Quæ Dominum casto corpore concipiens,
Perpetuâ radias cum virginitate pudoris,
Iudignos famulos Virgo Maria tuos.
Angelici proceres, cœlorum exercitus omnis,
Æterno semper lumine conspicuus,
Agmine ter trino supero per sydera Regno
Laudibus æternum concelebrans Dominum.
Petrus cum Paulo, Thomas cum Bartholomæo,
Et Iacobus sanctis nos releuent precibus.
Andreas, Matthæus, Barnabas, atque Ioannes,
Matthias, Lucas, Marcus & altisonus.
Cœtus Apostolicus duodeno sidere compius
Propitius cunctos protege nos famulos.
Et quos multiplices lacerant per crimina pestes
Peccata absoluens, fac bona cuncta sequi.
Nunc Stephanus, Linus, Clemens, Anacletus & almus
Xistus, Alexander, Corneliusque pius,
Hippolytus, Vitus, Laurentius atque Modestus,
Chrysogonusque pius nos miserando iuueot.
O vos Martyrio decorati in nomine Christi
Conspicui testes, purpurei proceres.
Qui bello inuicti superastis dæmonis iras,
Conspirata manus vincere morte minas.
Siluester, Damasus, Gregorius, Ambrosiusque, G
Hillarius, Zeno, Maximus, atque Leo.
Martinus, Proculus, Cæsarius, Eusebiusque
Orent pro nostris criminibus variis.
Ordo sacratus Confessorum præcipuorum
Auxilio tutos vndique redde tuos.
Atque tuâ nosmet prece, dimittendo reatum,
Nos fragiles multum cladibus omnigenis.
Paulus, & Antonius, Macharius, Arseniusque,
Pachumius, Beda, Attala, Pafnurius.
Bertolphus, Libertinus, Basilius, atque
Hieronymus Doctor, nos miserate precor.
Galle Dei summi miles fortissime Christi
Nobis nunc famulis auxiliare tuis.
Nil sic perspicuum poterit nos clara referre,
Vt decet in tali nunc patris obsequio.
Hîc tibi perpetuis resonant concentibus ædes;
Ossibus & sacris semper habetur honos.
Cum læti famuli celebrant hîc festa benigni,
Laudibus instantes nocte, dieque tuis. H
Dirige corda pius, & tempora dirige nostra
Atque dies lætos ducere da famulos,
Vt semper valeant tibimet cantare quieti,
Te quoque cœlesti cernere luce poli.
O dilecte Dei radians virtute coruscâ,
Sancte Othmare pater, iunge preces pariter;
Intercede pius, veniam poscendo misellis,
Auréque iam blandâ carmina percipiens.
Summe Dei cultor, Monachorum Rector, & Abba,
O Benedicte, sacer, atque benigne pater.
Istud cœnobium, cœtum tibi famulantum,
Nostraque sanctificans cuncta tuere simul.
Felicitas, Felix, Eulalia, Digna, Verena,
Petronellaque cum * pia Perpetua.
Agnes, atque Agathes, Christina, Euprepia, Tecla,
Euphemia, Regula, Eugenia atque Bona.
Virginitate chorus resplendens candidularum
Turba puellarum integritate nitens.

4. *Has litanias cannonizauit etiam Nicolaus III. Pontif Max. & nostri in Rogationum diebus* F *publicè canunt, inquit Metzlerus.*

* *M. S. perpet.*

A Quæ geminit gaudes pulchrum decotats cotonis
Laude pudicitiæ, Martytijqoe simul.
Omnes nunc sancti nostris succurrite lapsis
Et veniam cunctis ferte iuuando malis,
Nam vestris precibus, petitis quæcunque rogantes,
Annuit ipse pius, nilque negat Dominus.
Pacem perpetuam rogitamus prospice Christe,
Et sanæ vitæ gaudia longa diu.
Temperiem cœli tribuens, vt copia frugum
Omnibus caundet, vbere lætitia
Agne Dei Patris, qoi Mundi ctimina tollis,
Optatæ pacis munera dona tuis.

Carmen sapphicum cuiusdam Monachi S. Galli Anonymi.

CHristus ad nostras veniat camœnas,
Christus & vocem tribuat salubrem;
Christus & vitam vehat ad perennem
B Se modulantes.
Audiat nosmet chorus Angelorum
Protegat nos plebs & Apostolorum,
Patriarchæ Dei, simul & Prophetæ
Vice perenni,
Martyrum turbas petimus serenas,
Sanguinis palmâ, pretióque claras,
Vocis vt nostræ modulis receptis
Gaudia præstent.
Nunc sacerdotes, Monachosqoe claros
Ad preces nostras cupidi vocamus,
Nosmet vt semper foueant, & nostra
Pace suaui.
Virginum dulces, nitidosque flores
Semper in nostro petimus fauore
Esse præsentes simul & fugantes
Noxia quæque.
Omnium sane rutilus piorum
Cœtus ad nostram vigilet salutem,
C Innidum pellens tabidumque furem,
Munere Christi.
Christe nos seruos miserare fidos,
Ob precem sanctæ nitidæque plebis,
Inter bos Magui meritum recordans
Maxime Iudex.
Per crucem sanctam, moderate nostram
Conditor vitam, tribuens quietam,
Perditis culpa, veniam rependens
Luminis author.
Pacis augmentum tribuas rogamus,
Vtque saluemur pariter precamur,
Ac remittendi decus exhiberi
Te miserante.
Ætheris blandus facilesque motus,
Frugis & largos remeare quæstus
Regibus vitam, populisque pacem
Da Pater orbis.
Præsuli nostro Dominans faueto,
D Huicque cœlestem tribuens bonorem
Posthumum Petri facito perenni
Laude beati.
Agne qui tollis facinus reorum,
Conditor lucis miserere nobis,
Christe nos audi patris alme Fili
Kyrie eleison.

Litaniæ Anonymi cuiusdam P. S. Galli.

AVxilium nostrum,	XRS	Vincit.
Fortitudo nostra	XRS	Vincit.
Prudentia & temperantia nostra	XRS	Vincit
Liberatio & redemptio nostra	XRS	Vincit.
Murus noster inexpugnabilis	XRS	Vincit.
Victoria nostra.	XRS	Vincit.
Defensio & exaltatio nostra	XRS	Vincit.

Ipsi soli imperium, gloria, & potestas, per infinita sæcula sæculorum, Amen. E
Ipsi soli laus, honor, & iubilatio per infinita sæcula sæculorum, Amen.
Ipsi soli virtus & fortitudo, & victoria per omnia sæcula sæculorum, Amen.
XRS Vincit, XRS regnat, XRS imperat. 3. *vicibus.*
Christe audi nos. *tribus vicibus.*
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Item etiam Anonymi.

Alia.

HVnc diem.	℟.	Multos annos.
Hunc diem.	℟.	Multos annos.
Hunc diem.	℟.	Multos annos.
Istam congregationem.	℟.	Deus conseruet.
Istam congregationem.	℟.	Deus conseruet.
Istam congregationem.	℟.	Deus conseruet.
Annos vitæ.	℟.	Deus multiplicet. F
Annos vitæ.	℟.	Deus multiplicet.
Annos vitæ.	℟.	Deus multiplicet.
Felicitet. Felicitet.		Felicitet.

Versus Ratperti de Festiuitate S. Galli.

ANnua, sancte Dei, celebremus festa diei,
Qua pater è terris sydera, Galle, petis.
Ecce dies populis micat hæc sanctissima nostris,
Quorum tu princeps auctor ad astra meas.
Finibus Occiduis abiens, succedis Eois,
Dans lucem plebis dogmatis igne tui.
Quæ tenebrosa fuit fidei nec luce refulsit,
Per te cœlestem cœpit habere diem
Hîc vbi nocticolæ tenuere cubilia laruæ,
Ad laudem Christi psallit vbique chorus.
Hîc fuit ecce feris statio gratissima sæuis;
Nunc sedes sanctis te * resonante manet. G *MS vitiose resonante.*
Vt pater huc veniens, fers tecum pacis honores,
Hinc totum pellens quicquid adesse nocet,
Expuleras nocuum, complens dulcedine totum,
Quo corpus linquens, spiritus astra petit.
En hodie meritum tu post certamina palmam
Sumpsisti, Galle, protege nos hodie.
Iam super astra nitens famulorum suscipe laudes,
Qui tibi deuoto nunc iubilant modulo.
Aspice propitius venerantes nobile pignus,
Corpus præclarum; Galle Beate, tuum.
Aspice quæ canimus, expugna corda benignus,
In rebus cunctis rector adesto tuis,
Hinc Domino trino læti pangamus & vno.
Qui nos nunc talem fecit habere patrem, Amen.

N O T Æ.

PLacet hic verba Metzleri adscribere, quæ de Raperto & S. Gallo obseruauit: [*Rapertus vir vndequaq; doctissimus, grauis & prudens, scholæ præfuit in multos annos,* H *adeo diligenter, vt nonnunquam Missas & sursum negligeret, dicens: Bonas Missas facimus, si eas docemus facere. Doctor planus & beneuolus, disciplinis asperior. Corrigendi facultatem tenuit in capitulo. Disciplinæ & regularis vitæ tenax. Tantæ stabilitatis & solitudinis, vt toto anno non nisi vnum par calceorum tereret: Excursus, mortem, labem maximam claustri, impunitatem vocitans Raro & præter fratres nunquam claustris est egressus. Edidit litaniam carmine: Ardua spes mundi, quam Papa Nicolaus III. canonizauit, & nostri patres solemniter in diebus Rogationis non sine affectu cantare consueuerunt. Fecit etiam versus ad Processiones, quorum aliquos vidi in Bibliotheca. Hymnos de Sancto Gallo: Annua sancte. De S. Othmaro: Festum sacratum. Laudes omnipotens ferimus. Dictauit etiam varia ad suscipiendos Reges, & alia multa. Scripsit & chronicon Monasterij grauiter & erudite, quod à Sancto Gallo vsque ad Bernardum r. qui præfuit anno 883. sua*

vide

A

videlicet tempora perduxit, quod m.s. adhuc in Bibliotheca quater seruatur minimùm. Composuit etiam rithmico lingua Germanica vitam Sancti Galli, quam dedit populo publice in Ecclesia cantandam: qua per Eckeehardum iuniorem teanslata Latine extat in vetusto m.s. codice & à nobis nuper teanslata est in Iambos. His igitur & similibus doctrina & virtutum studiis inuigilans, tandem & ipse sanctus circa claustrum S. Galli cum languidus iret, nec tamen docere desineret, 40 discipulis quondam suis Canonicis, tunc quidem Presbyteris, loco propter festum aduenientibus, animam suam singulis commisit: quorum quisque 30. Missas obituro promisit. Sicque ille latissimue Deum, vti se diutius morbo coqueret, regans, panis vitidus factus, inter discipulorum manus in paradisum, vt credimus, transiit, anno, vt ego coniicio, 883. eo enim vsque scripsit, pro quo Netkerus, cui cognatus fuit, & Tuseto, plus aliis dolentes, multa fecerunt. Eckerhardus vtrabique, Bruschius, Stumphius. [Hunc Rapertum Thuregiensem appellant quidam. Fuit alius item hic Rapertus nepos huius, S. Netkeri discipulus, & in dialogo de vita S. Galli post Hartmannum mortuum eius interlocutor.] Hac Iodocus Metzlerus, qui de S. Gallo etiam hac habet. [S. Gallus electus & dilectus Dei famulus, primus terra huius & loci incola, multorum sanctorum Monachorum pater hic extitit.

B

Qui adolescens sub obedientia & regula S. Columbani, in a Scotia, spretis nobilibus parentibus, mundique pompis, vitam pauperum elegit, & vt ipse fatetur, humilitati & obedientia, perfectaque subiectioni indefesse semper studuit. Venit tandem cum Magistro suo & vndecim aliis fratribus per Britanniam & Galliam in Germaniam, & aliquandiu sub eodem abbate degens, tandem abeunte illo in Italiam, febre correptus ipse cum duobus sociis in Germania relinquitur: ex qua vt conualuit, in hunc locum, tum desertum penitus, Deo liberius vacaturus, secessit, Quem vbi triduano ieiunio, & multis orationibus consecrauit, extructis cellulis & paruo oratorio, & olerum horto excitato, cœpit viuere farinula, panibus, oleribus, & pisciculis, in magna quidem paupertate, sed multa patientia, & spiritus iucunditate, in iugi orationis & vigiliarum instantia, corpus castigans non modo inedia, æstu & frigore, sed & cilicio & ferro. Ambitionem & vanam gloriam adeo cautè declinans & fugiens, vt vsque ad obitum eius nullus discipulorum de cilicio & cathena, quibus se affligebat etiam vsque ad sanguinem, aliquid cognosceret. Seruabat enim ea in capsella ex corio facta, quam quocunque iret, in humero ferebat, clauem ad zonam suam suspendens.] Auctor primus vita eius, qui scripsit eam ex ore SS. Magni & Theodori, seu vt ipse ait Theodeoderi. Cum ad Principem vocaretur aliquando, clam ad tempus, longius à sua cellula diffugiens, Quid mihi, ait, cum Principibus huius seculi? Et quia in Grammaticis, poeticis, & scripturis S. Cannonibusque bene instructus fuit, multa cum sapientia & authoritate oblatum sibi Episcopatus Constantiensis honorem, quin & Abbatia Luxouiensis dignitatem ex suis humeris excussit. S. Columbani animam cælum petentem vidit super montem S. Notkeri vbi riuus Steinaha per rupis concaua descendit, vt ait, Ecker. lib. Benedictionum, & Rapertus in carmine. Aliquando à principe multo argento & auro donatus, totum quod accepit, antequam ad cellam rediret, in pauperes distribuit, cumque aliquando non nisi dimidium sextarium farinæ in promptuario haberet, & sex fratres de Luxonio aduenissent, ait cellario, quidnam esset ipsis in cibum. Et vt omnem substantiam, quæ præsuta tantum farina fuit, indicauit, ait illi, vt inde panem coqueret, potens est enim Deus parare mensam in deserto. Et abiens ad gurgitem ad Australem plagam Monasterij cepit piscem in fluuiolo 12. pedes longum 1. & 4. latum, superuenientisque homo quidam deuotionis causa obtulit duos cados vini, &c. Latine, Scotice, & Germanice loqui satis doctus. Vnde etiam scripsit orationem & gubernanda Ecclesia formam. Cum Arbona in festo S. Michaelis post sacrum, vt ait Ecker. vbi supra, concionem habuisset, febre ibidem corripitur, quæ etiam cum per dies 14. magis ingrauesceret; plenum sanctitate, innumeris clarum miraculis, inter discipulorum manus in parochiali domo extinxit, anno suæ

a In margine hæc etiã adscripsit Metzlerus. Didici hoc ex nostrorũ hominũ traditione, & in quodam viro non illiterato, qui se id audiuisse ait, & legisse (sicut & particulã vtriusque nomen) ex illustri & religiosa Domina comitissa Montis sancti Friderici modrui matre.

C

D

Et tradit cum VValafrido cõmunis opinio. Heinlachs ait Ekor. iunior l. Benedictionũ.

E

ætatis 95. Christi vero 640. incolatus eremi 10. aduentus sui in Germaniam 26. vel quod magis credo 13. aut 14. Nec enim lego eum diu hæsisse vel Tuconia, vel Arbona, Brigantia vero per triennium, &c. Habes de eo grauissimum, meo indicio sermonem super Euang. Ecce nos reliquimus omnia, qui & homilia loco legitur in festiuitate eius sub nomine Bedæ: quod tamen vix videtur admittendum, nisi dicas eum mutuatum, mutatis mutandis. Beda tamen nequaquam indignus est sermo. Scribunt de eo Hermannus Contractus, S. Notkerus 3. libros. VValafridus Strabo Augiæ Abbas, qui est apud Surium tom. 5. Marcellinus in vita Suviberti, Auctor vitæ S. Burchardi, Ionas in S. Columbano, Beda, noster pater Theodorus in S. Magno, Rapertus item pater noster & Eckerhardus Iunior lib. benedictionum, & alibi. Trithemius, Baronius, Ioannes Lesleus lib. 4. in Chenneto rege. Martyrologia pene omnia. Quem merito Alemanni suum Apostolum vocant. Hac Iodocus Metzlerus

F

Notker Lamberto Fratri salutem. Quid singulæ literæ in superscriptione significent Cantilenæ prout potui iuxta tuam petitionem explanare curaui.

A. Vt altius eleuetur, admonet

B. Secundum literas, quibus adiungitur, vt bene, id est, multum extollatur, vel grauetur, siue teneatur, belgicat.

C. Vt cito, vel celeriter dicatur, certificat,

D. Vt deprimatur, demonstrat.

E. Vt æqualiter sonetur, eloquitur,

F. Vt Cum fragore seu frendore feriatur, efflagitat.

G. Vt in gutture gradatim garruletur, genuine gratulatur.

H. Vt tantum in scriptura aspirat? ita & in nota id ipsum habitat.

I Iussum vel inferius insinuat, gratitudinemque pro G. interdum indicat.

K. Licet apud Latinos nihil valeat, apud nos tamen Alemannos pro X. græca positum chlenche, i. clange, clamitat.

L. Leuare lætatur.

M. Mediocriter melodiam moderari mendicando, memorat.

N. Notare, hoc est, noscitare, notificat.

O. Figuram sui in ore cantantis ordinat.

P. Pressionem, vel prensionem prædicat.

Q. In significationibus notarum cur quæratur? cum etiam in verbis ad nihil aliud scribatur, nisi vt sequens v. vim suam amittere quæritur,

R. Rectitudinem vel rasuram non abolitionis, sed crispationis rogitat.

S. Susum vel sursum scandere, sibilat.

T. Trahere vel tenere debere, testatur.

V. Licet amissa in sua, veluti valde Vau græca: vel hebræa, velificat.

X. Quamuis Latine verba per se inchoet, tamen expectare expetit.

Y. Apud Latinos nihil hymnizat.

Z. Vero licet & ipsa mera græca, & ob id haud necessaria Romanis, propter prædictam tamen t. literæ occupationem ad alia requirere. In sua lingua: zitise require.

Vbicunque autem duæ, vel tres, aut plures literæ ponuntur in vno loco, ex superiore interpretatione, maximeque illa, quam de B. dixi, quid sibi velint facile poterint aduerti. Salutant te Ellinici fratres; monentes te fieri de ratione embolismi triennis, vt absque errore gnarus esse valeas biennis contempto pretio diuitiarum Xerxis.

Quæ sint illa literæ Cantilenæ, nõ capio ego. Similiter tamen descriptæ, sunt quæcunque sequebantur, præcedit autem Litania.

G

Auxilium.

H

NOTÆ.

VT intelligas quis hic Notkerus, & quæ sint hæ musicæ literæ subiungam, quæ habet Iodocus Metzlerus: S. Notkerus vocatus Balbulus, Magni Ottonis nepos, natus

in castro Heiligovv, Abbati Grimaldo oblatus est iuuenculus, voce Balbulus, corpore gracilis, ad repentina timidulus, solis dæmonibus exceptis, quibus se audacter, occulto & manifesto infestantibus opponebat. Auditor studiosus fuit Isonis & Marcelli. In orando, legendo, dictando creber, & vt verbo dicam, vere S. Spiritus fuit vasculum, fuit etiam Prophetia Spiritu plenum. Nescias an magis miceris genus an doctrinam, an virtutem. Primus adinuenit Iubilos seu sequentias modulosas, quas ipse ad distinctionem Metensium appellabat Frigdera aut Occideatana, quas & inter S.S. mysteria toties Ecclesia repetit, dilucidauit etiam amico cuidam literas Alphabeti, quas quibusdam notulis Antiphonarum affinxerat Romanus quidam, qui ab Adriano Papa ad instantiam Caroli Magni Cantor Ecclesias Galliarum in cantu ad primæuum modum Gregorianum reducebat aberrantes: Qui Romanus postea in Monasterio morbo primum detentus, omnino etiam iubente Carolo ibi hæsit. Præter illa quæ hic edita sunt scripsit de expositionibus S. scripturæ lib. 1. cum prudens. De Musica & symphonia lib. 1. Epistolarum ad diuersos lib. 1 De vita S. Fridolini Abb. lib. 1. De vita S. Galli, lib. 1. Martyrologium & alia nonnulla. Ex Græco vertit libros perihermenias Aristotelis. Per literas sciscitanti Abbati Augiensi, qualis esset in hac regione terra, respondit:

Dura viris, & dura fide, durissima gleba.

Cum super quibusdam causis Imperator nuntiū & literas quadam vice ad eum dedisset, ille quasi nihil illud reputās, nuncio abituro noluit regi respondere scripto: sed tantū iussit dicere, vt quod se videbat nuncius facere, idipsum etiā Imperator faceret, laborabat autem in horto & radicum alias inserebat, alias euellebat. Post multa cum carne, mundo, diabolo, qui eum plerumque visibiliter appetebat, peracta certamina, senio, & vt creditur, literarum & lacrymarū studio cæcus effectus, multa Sanctitate obiit in monasterio S. Galli, sepultus in Ecclesia S. Petri ad sinistrum altaris cornu, vti adhuc videre est. Vbi, sicut etiam ante obitum suum, innumeris propemodum claruit miraculis, maxime in variis languoribus & doloribus tollendis. Floruit anno 850. & est canonizatus intra Monasterij septa & eius totam ditionem subiectasque Ecclesias omnes iussu variorum Pontificum, maxime vero Leonis X. ab Episcopo Constantiensi imperante Maximiliano Augusto, & Abbate S. Galli Francisco anno 1514. Cuius festiuitas translata est ad Dominicam Iubilate quotannis solenniter celebranda, licet ipse obdormierit 7. Aprilis anno 912. De Notkero Contractus, Eckevardus iunior in casibus Monasterij & lib. Benedictionum. Trithemius, Stumphius, Vadianus, Bruschius, codex noster ante annos 800 descriptus, Stephanus Durantes de Missa.

Vitam S. Fridolini scripsit Baltherus Seckingensis, eamque S. Notkero dedicauit, cuius hoc est initium: Notkero doctrina sophia famosissimo, meritorumque sanctitate beatissimo Baltherus infimus seruorum Dei seruulus. Fatetur author se in Monasterio (vtar verbis eius) S. Galli iuxta pedes Notkeri & cæterorum magistrorum scholastica disciplina vacasse. Forte hæc vna est vita S. Fridolini, & non ab ipso Notkero, sed ad Notkerum scripta. Sed veteres & recentiores omnes à Notkero scriptam asserunt, ex quibus etiam Petrus Canisius prologo in eandem vitam. Hæc Iodocus Metzlerus.

*Litania * Ratperti ad processionem diebus Dominicis ex M. S.*

ARdua spes Mundi, solidator & inclyte cœli,
Christe exaudi nos propitius famulos.
Virgo Dei genitrix rutilans in honore perennis,
Ora pro famulis sancta Maria tuis. XRE.
Angele summe Dei Michael miserescito nostri,
Adiuuet & Gabriel, atque pius Raphael. Ard.
Aspice nos omnes clemens Baptista Ioannes,
Petreque cum Paulo nos rege doctiloquo. X.
Cœtus Apostolicus sit nobis fautor, & omnis,
Ac Patriarcharum, Propheticusque chorus. Ard.
Poscere nunc Stephanum studeamus carmine summum,
Vt cum Martyribus nos iuuet ipse pius. XRE.
Inclyte Laurenti qui flammas exuperasti,
Victor ab æthereo nos miserare choro. A.
Splendide Siluester, Gregori ac sancte Magister,
Nos quoque cum sociis ferte iuuando polis. X.
O Benedicte pater Monachorum, Galleque frater
Cum reliquis sociis nos refouete polis. X.
Maxime de Sueuis, superis coniuncte cateruis,
Sancte Othmare tuum lætifica populum. X.
Inclyte Magne tuam clemens nunc respice plebem,
Auxilio tutos vndique redde tuos. A.
Virgineos flores, Agnes Agathesque ferentes
Auxilio vestris addite nos sociis. X.
Innocuos Pueros resonemus laude peractos,
Qui modò nos pueros dant resonare melos.
Omnes ô Sancti nostræ succurrite vitæ,
Perque ; Crucem sanctam salua nos Criste redemptor.
Irâ deque tuâ clemens nos eripe Christe,
Nos peccatores audi, te Christe rogamus. X.
Vt pacem nobis dones, te Christe rogamus.
Crimen vt omne tuis soluas, te Christe, rogamus,
Auræ vt temperiem dones, te Christe, rogamus.
Vt fruges Terræ dones, te Christe, rogamus,
Vt populum cunctum salues, te Christe rogamus,
Ecclesiamque tuam firmes, te Christe, rogamus.
Fili celsi throni, nos audi te te rogamus,
Agne Dei patris nobis miserere pusillis.
Christe exaudi nos, O Kyrie eleison Ἐλέησον,

** Si opinari liceret credere esse Ratperti Litaniis Interloquutoris & discipuli S. Notkeri, non autē senioris propter stylum. Et hanc litaniam à Nicolao III. esse canonizatam ait Metzlerus.*

Eiusdem Ratperti ad Eucharistiam sumendam.

LAudes omnipotens ferimus tibi, dona colentes
Corporis immensi, Sanguinis atque tui.
Tangimus ecce tuam, rector sanctissime, Mensam.
Tu licet indignis propitiare tuis. Lav.
Propitiare pius, peccata absolue benignus,
Possit vt inuictis appropiare sacris. Co.
Angelus æthereis sanctus descendit ab astris,
Purificans corpus, cor pariterque pius. L.
Hæc medicina, potens cœli nos ducat in arces,
Interea terris dans medicamen opis. Corporis,
Quod colimus fragiles Saluator respice clemens,
Summeque pascentes protege pastor oues. La.
Protege quas recreas, hostis ne proterat illas,
Consolidans dono nos sine fine tuo. Corp.
Nam sumus indigni, quos omnes munere tali
Tu pietate tua rex rege castra tua. La.
Hoc pater omnipotens cum Christo perfice clemens,
Spiritus atque potens, trinus & vnus apex. Cor.

Versus ad regem suscipiendum, vt arbitror eiusdem Ratperti.

SAlue proles regum inuictissimorum.
Dominus Deus exercituum memoriale tuum. Salue.
Et tu ad Dominum Deum tuum conuerteris. Salue.
Misericordiam & iudicium custodi. Salue.
Et spera in Domino Deo tuo semper. Salue.
Salue proles regum inuictissimorum.

Idem de veteri Testamento.

BEnedictus erit ingrediens, & benectus egrediens.
Benedictus in ciuitate, & benedictus in agro.
Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ,
Benedicta horrea, & benedicta cellaria tua.
Dabit Dominus hostes tuos corruentes in conspectu tuo.
Faciat te Dominus excelsiorem cunctis Gentibus.

Notkeri Magistri.

AVe beati germinis
Inuicte Rex & inclyte.
Omnis tibi militia

Occurrat

A Occurrat ouans cœlitum.
Intacta Christi Genitrix
Mater honora virginum,
Chorum pudicnm socians,
Tibi procedat obuiam.
Agonothetæ Apostoli
Victoriosi Martyres,
Omnesque sancti ordines,
Semper vocent te laudibus.
Nos pro statu parui loci,
Reique modo pauperis,
Lætantes pio Domino
Occurrimus in omnibus.
Hæc ipsa gaudent tempora,
Floreque verno germinant
Aduentus omni gaudio,
Quando venit optatior.

B *Ratperti ad Reginam suscipiendam.*

AVrea lux terræ dominatrix inclyta; salue,
Quæ domibus nostris nunc benedicta venis.
Larga manero tuis semper clarissima seruis,
Qui tibi mente canunt, carmen & ore ferunt. A.
Plus hodie solito radiat sol clarus in alto,
Cumque serena venis nubila cuncta teris. Q.
Floribus arua nitent, quia te nos visere cernunt,
Fœtibus atque solum germinat omne bonum. A.
Gloria magnificæ rutilans celsissima Romæ,
Atque Italos radiis comis amœna tuis. Q.
At tibi se famulam præbet Germania fidam,
Sæpius & facie te cupit aspicere. A.
Cæsaris ipsa decus, populorum corripis actos,
Pluribus & validis imperitans populis. Q.
Nunc sine fine vale, miserans & nostra tuere,
Sit tibi magna salus, laus, honor, atque decus.

C *Ad descensum fontis.*

REx sanctorum Angelorum
Totum Mundum adiuua.
Ora primum tu pro nobis
Virgo mater germinis;
Et ministri patris summi, (:)
Ordines Angelici.
Supplicate Christo Regi
Cœtus Apostolici;
Supplicetque per magnorum
Sanguis fusus Martyrum.
Sancte Galle pater alma
Tuo fac oramine,
Quo dignetur his festiuis
Interesse gaudiis.
Implorate Confessores, (:)
Consonæque Virgines,
Quod donetur magnæ nobis
D Tempus Indulgentiæ.
Omnes sancti atque iusti
Vos precamur cernui,
Vt purgetur crimen omne
Vestro sublenamine.
Huius Christe rector alme
Plebis vota suscipe,
Qui plasmasti protoplastum (:)
Vt genus gignentium.
Fac in terra fontis huius
Sacratum mysterium,
Quo profluxit cum cruore
Sacro Christi corpore
Mitte sanctum nunc amborum
Spiritum paraclitum (:)
In hanc plebem, quam recentem
Fons Baptismi parturit.
Præsta Patris atque Nati
Compar sancte spiritus,
Vt te solum semper omni
Diligamus tempore

Rex sanctorum Angelorum totum
Mundum adiuua·

Notkeri Magistri cognomento Balbuli
Litania Rythmica.

VOtis supplicibus voces super astra feramus,
Trinus vt & simplex nos regat omnipotens. I
Sancte Pater adiuua nos. Sancte Fili adiuua nos.
Compar his & Spiritus vnge nos intrinsecus. Vo
Sancta virgo virginum Stella Maris Maria
Tu pro nobis Dominum Ora Christum filium. Tr
Summæ sedis minister, Quis vt Deus Michaël?
Cum supernis ciuib. sit nobis propitius K. L. Trin
Præco Christi Ioannes, Agni Dei ostensor
Redemptoris Baptista, Tu nos Deo commenda. V
Sancte Petre, & Paule, cunctique Apostoli
Vos orate pro vestris Christianis populis. Trin
Iuncti sancti Stephano, vniuersi Martyres
Estote auxilio populo Catholico. V. L. K.
Sancte Galle succurre, sancte Othmare subueni,
Nos cum Confessoribus, Adiuuando precib. Trin
O Martyr Felicitas, Cohors atque virginum
Postulate pro nobis, Maiestatis Dominum. Vo.
Omnes sancti Domini, Angeli & homines,
Vos ad aures diuinas ferre preces sedulas. Trin
Vt nobis remissio peccatorum donetur,
Aeris temperies, Terræque fertilitas. Ky.
Pacem nobis imploret vestra intercessio,
Sanitatem corporum, Et perenne gaudium. Ky.
Vt famem & morbi vim, Amouere dignetur
Omnipotens Dominus, obtinere precibus. Votis.
Vt sæuiens gladius, & paganus populus,
Depellatur à nobis, Te rogamus Domine. Trinu
Vt pastorem tueri Nostrum velis & clerum,
Omnes simul oramus, IESV CHRISTE, audi nos. I
Vt rex noster Chuonradus, Eius & exercitus
Hinc & inde seruetur, Oramus Christe, audi nos. V
Vt cruore redemptum pretioso populum
Conseruare digneris, Oramus Christe, audi nos. Tri
Animas Catholicas, In æterna requie
Confoueri iubeas Oramus Christe, audi nos. K.
Omnes tibi canimus, Vniuersi clamantes,
Vocibus & cordibus, Oramus Christe, audi nos. Tri
Oramus Christe audi nos. Christe, Christe, audi nos
Kyrieleison canimus, Christe eleison psallimus. Vo

Hymnus Notkeri Magistri cognomento Balbuli de Columbano ad vtrasque Vesperas & ad laudes.

NOstri solemnis sæculi
Refulget dies inclyta,
Qua sacer cœlos Columba
Ascendit ferens trophæa
Sed priusquam eum mater
In auras lucis ederet
E sinu solem prospexit.
Terris lumen diffundere
Qui post altus Hybernia,
Sacro edoctus dogmate
Gallica arua adiens
Plebi salutem tribuit.
Ægri sanantur ocyus,
* Nauris producit latices,
* Piscis in vsum præbetur,
Cedit imber à segete.
Prolem capit sterilis,
Ales rapinam reddidit,
Fanis horrea augentur,
Abscissa caro sospes est.
Tactus vidit, nec cernitur,
Sentit damna ergastulum,

A Fugit pestis ab homine,
Quam dæmon sævus miserat.
Ligeri scapham retinet,
Ablata furto prodeunt,
Cæcusque lumen recipit,
Præbendo cibus augetur.
In esca salis veniunt,
Feræ iussis obediunt.
Fides patrati conscia,
Nouit quod possit omnia.
Deo patri sit gloria
Eiusque soli filio,
Cum Spiritu paraclyto
Et nunc & in perpetuum, Amen.

Versus HARTMANNI ad suscipiendum Regem.

B 19. SVscipe clementem, plebs deuotissima, Regem,
Ducque canens Galli tecta sub alta pij.
Iam benedicte veni, rector dignissime Mundi,
Dextera te Christi, protegat arce poli,
Actibus in cunctis tibi prospera cuncta supernè
Proueniant, votis & sine fine piis.
Hoc nos instanter rogitamus pectore fido,
Hoc petimus omnes, nocte dieque simul.
Te nobis blandum dederat dilectio Christi,
Qui nosmet tanta sedulitate foues.
Insita te nobis bonitas & sancta voluntas
Ante dedit charum quam quoque visus eras.
Cernere nunc faciem liceat virtute nitentem,
Optio quod nostra sæpe cupita fuit.
Rex Dominus Regum factor, Rectorque potentum
Qui te terreno prætulit imperio.
Hic te confortet semper, virtute polorum,
Et secum regno lætificet supero.

C *VVALDRAMMI, Decani.*

20. REx benedicte veni visens habitacula Galli
Othmari tectis accipiendə sacris.
Istud sanctorum concludit millia templum,
Quam subiens ædem, experiaris opem,
Iugiter ista suis te seruet turba sub alis,
Cuius Reliquias hæc tenet aula pias.
Francia te Sueuis, ô Rex, direxit alendis,
Iam pecuare tuum pasce diu viduum.
Norrcus, & Sclauus, Bemanus, Saxo, Toringus,
Corde manent alacri te dominante sui.
Occiduæ gentes, Hispania, Gallia triplex
Se studeant properè sub tua sceptra dare.
Italiæ populus diuerso sanguine mixtus
Ad te pigmentis, palliolisque ruat.
Ebrus, Thermoodon, Trax, Nuchul, Bosforus, Vsens,
Sumat maxillis iam tua fræna suis.
Hos inter populos nostri miserere Monarcha,
D Commonitus fido à Salomone tuo.
Fias placatus nobis, maneasque misertus,
Quo stirps Scotorum sua sit in hanc eremum.

Item, de quo supra.

21. *Eiusdē forte, immediate enim in m. s. sequitur.* IMperatorum genimen potentum,
Macte regnorum nouitate mira,
Semper antiquis famulis benigne
Rex miserere.
Franciæ Reges micuere, patres
Fulgidi Regis Karoli, per orbem
Nec minus matres Alemanna tellus
Misit honoras.
Hic domus, hac est patria creator
Fautor Othmarus, Benedictus abba,
Gallus è Scottis veniens beauit
Omnia nostra.
Barbatos terrens, proprios fouetto,

Cum quibus omnes Orientis stets
Immo quadrati superabis atui
Summa vel ima.
Iuris & paci moderator æquus,
Temperas, fortis vigeas per omne
Tempus, hic degens, super astra cœli
Hinc abiturus

Versus Ratperti de S. MAGNO.

MIte cunctorum Deus & creator, *Habemus vitam S. Magni ex m. s. Monastery S. Magni in pede pontis F Ratisp. scriptam à Theodoro socio S. Galli & Sancti Magni, quam Theodorus in sepulchro Magni ad caput deposuit.*
Mitis & fortis, solidator orbis,
Vota seruorum tibi subditorum
Aspice clemens.
Pangimus clarum cupidi triumphum,
Mente gaudentes, simul & precantes,
Sanctus vt præsens super astra gaudens
Nos benedicat.
Ille dum vitâ fruitur caducâ, (:)
Lucis æternæ radios videre,
Visibus cordis studuit sub imis
Fretus ab altis.
Nomen hic Magni reserando plebi
Viribus magnis, colitur celebris,
Auctus à Gallo superis amando
Dogmate largo.
Hostis immitem domuit furorem,
Pacis authorem commendo suauem.
Omnibus sanctæ, placidæque vitæ
Normula factus. (:)
Ille post clarum remanens Magistrum,
Eius exemplis inhians beatis
Turbidum Mundi reprobans honorem,
Terrea spreuit.
Spiritu pauper fuit hic minister
Hinc & in regno micat ille dexter,
Mitis exstabat, tenet atque terram
Viua gerentem. G
Feruido planctu simol hic dolebat
Inde solatum Dominus coronat,
Tristibus spretis, lachrymisque tersis (:)
Perpete regno. Mite.
Famis en iustæ, pariter sitisque
Damna perpessus, fuit hic beatos,
Vnde diuinis dapibus repletus
Gaudet in astris. Mite.
Hic fuit clemens, miserans misellos.
Eius & iudex miseretur altus
Tota cum Mundi species abibit,
Fiat sub vno. Mite
Corde nam mendo fuit atqoe puro,
Hinc Deum clare meruit videre,
Filius summi simul & vocari (:)
Pacifer ipse. Mite.
Persecutorem tolerauit iste,
Iusta dum vouit, dominoque reddit,
Inde cœlestem merito decorem H
Possidet ipse. Mite.
Bis quater summis speciebus ecce
Præditus splendet pater hic beatus
Omnibus nobis veniam benignus
Conferat idem. Mite.
Inde nunc cœli rutilans in aula
Cuius æternæ sociusque turmæ
Nostra placans pius & benignus (:)
Crimina tergat.
Præstet hoc nobis genitor perennis
Natus, & plenus patrij vigoris
Spiritus sancti moderante nostros
Lumine sensus. Mite.

A

Versus ad solemnem, per campos & montes processionem de reliquiis SG. ALLI, ubi tum præsentibus ex eodem.

IAm fidelia turba fratrum voce dulci per sonet.
Hymnum dicat, & serena partiamç dramata,
Dulce pondus & beatum in lectica deferens.
Scandens & descendens inter montium confinia,
Siluarum scrutando loca, vallinmque concana,
Nullus capess vt locus sit istius solaminis.
Iamque cœlum, iamque Terra, iamque Pontus laudibus
Plaudat, atque circumquaque vox emissa plodibus,
Auctorem patremque tanti tamque clari luminis,
Hinc exultent Astra cœli lacteusque circulus,
Signa tum bissena saltent, & corona nobilis
Ornatusque totus soli Conditori cognitus.
Nos istorum semper clara sequuturi munia
B Sanctitati tantæ cantu personemus bombico,
Essudite quod delectet cuncti plasten sæculi.
His inceptis assit alma Felix & * Theotocus,
Assit Petrus, hunc sequatur omnis atque Apostolus.
Martyr & Confessor, atque turba sancta Virginum,
Nunc Redemptor & Creator, auctor veri gaudij,
Largiatur sptam vobis virtutis fiduciam,
Vt sibi vnieudo digna, capremus perennia.

** id est Virgo Maria.*

Item de quo supra Anonymi, &c.

O Rector inuictissime,
Regumque sator inclite
Nostras preces cum carmine
24. Intende nunc pussime.
Timenda res est denique,
Præsumimus quam tangere
Artus est horum pangere
Quos tu beasti in æthere. (:)
C Absterge nostra quæsumus
Peccata, quæ commisimus,
Vt sancta membra tangere
Non pœna sit, sed præmium.
Adest fides promptissima,
Spondens per ista monia
Nos adiunati certius
Discedat hinc iam perfidus:
Nam Spiritus ex sydere (:)
Hæc creditur reuisere
Gaudens honorem prouehi
Quandoque reddendum sibi.
Nunc Magnus iste nomine,
Maiorque Christi muneie,
Defendat alma gratia,
Plebis viantis pectora.
Portamus ecce cernui,
Pignus decoris splendidi,
Nunc plane oune per ardua
D Ad sedis apta culmina. (:)
Hic ciuium cœlestium
Lux clara splendet obuia,
Ac compares fidissimi
Iunguntur ore nobili.
Illinc parentis gloriam
Summique Nati gratiam
Cum claritate Spiritus
Lætis canamus vocibus. A.

De S. MAGNO.

25. CArmina nunc festis psallamus rite choreis,
Obuia lætantes pectora qui ferimus.
Aurea iam resonent redimitis carmina bombis,
Quæ variis mixtim vocibus aura ferat,
Nil sic perspicuum poterit vox clara referre,
Vt decet in tali nunc patris obsequio.
Sic deuota tamen pandamus ora canentes,

Incerti autoris, monachi tamen S. Galli, atque vt videtur, Hartmuti.

Pectore de puro hos referendo sonos.
Istuc iam properans Domini dilecte propinqua,
Quo tibi condigus corporis Aula nitet.
Hic tibi perpetuis resonent concentibus ædes
Ossibus & sacris semper habetur honos.
Dum læti famuli celebrant hic festa benigni
Laudibus instantes nocte, dieque tuis.
Lætus ob hoc nostros blandusque inuisito fines,
Atque pius seruis auxiliare tuis.
Iam nunc seruitiis famulûm consuesce tuorum
Prosper & hunc vultum flecte serene tuum.
Dirige corda pius, & tempora dirige nostra,
Atque dies lætos ducere da famulos.
Vt semper valeant tibimet cantare quieti,
Te quoque cœlesti cernere luce poli.
Sternere supplicibus isthæc modo patria notis,
Et venerans tanti suscipe membra viri.
Ipsas omnigeno decorans cum flore plateas
Lumina perpulchris obuia lampadibus.
Adueniunt pariter, nec non comitantur eundem
Perspicui fratres, angelici proceres.
Qui sancti feretrum circumuolitando beatum
Alarum expansu vndique membra regunt.
Inde Columbanus noster pater atque Magister
Alpibus excursis aeriisque viis.
Hic aderit præsens, alacrisque ad gaudia tanta
Agmina couiungit consociata simul.
Coniunguntur ei celeres, gressusque fatigant,
Tres quoque Francorum Scotigenæ pariter.
Quos volitans fama asciscens ad gaudia tanta,
Vnitos tulerit dulcibus obsequiis.
Obuius hinc proprios Gallus producit Alumnos,
Longius occursu approperans rapidò.
Hunc circum medium numerosis cœtibus auctus
Densatur nitidus Cœlicolum populus.
Omnes qui pariter sancta de voce salutat
Et proprios Lares Magne subire rogat
Vt quos ætherei retinet communio templi,
Hic quoque consortis iungat honoris amor.
Interea Othmari præstabit cura Beati,
Mansio constructa quoque parata fiat.
Vt nil displiceat venientis hospitis ori,
Omnia splendenti sed niteant facie.

Inuitatio S. MAGNI.

ANONYMI.

MIles ad castrum properes nouellum,
Pridem & notos reperas locellos,
Posside terram tibi præparatam
Iam comes Galli, sociare illi,
Nos sua, Magne, Pignora Gallus.
Miserat ad te Teque venire
Oppido poscit, Miles, &c.
Nunc studet ille tua, laquearque
Te veniente Comere laute,
Nil remoreris. Miles, &c.
Sexus vterque Vir, mulierque,
Turba pedestris, Cœtus equestris,
Vociferantur. Miles,
Te, pater, ætas Expetit omnis,
Vt veniendo Cuncta mederis;
Et modulantur. Miles,
Quando parata Ingrediaris
Tecta Patrone. Nos famulantes
Ipse tuere. Miles.
Ad tua quisquis Limina stratus
Te sibi poscat, Sancte, fauere
Esto misertus. Miles.
Igne nociuo, Grandine, morbo,
Dæmonis astu, Marte, fameque
Protege ciues. Miles.
Corporis vt qui Reliquiarum
Condere partem Promeruerunt,
Inueris illos. Miles.

A *Notkeri physici, seu zablonis, hymnus de vna Virgine.*

27. HYmnum beatæ Virgini
Dic turma voce supplici,
Lauda Deum per omnia,
Eius canens miracula.
Infirma mundi eligit,
Et magna spernens proiicit,
Infirmat idem fortia.
Confortat autem vilia.
Quod nunc in alma virgine
Palam valemus cernere,
Sexum domans quæ labilem,
Vitam gerebat cælibem.
Pomposa mundi gaudia
Contempsit vt ludibria
Soli Deo se subdidit
Illique totam tradidit.
B Deo patri sit gloria, &c.

Eckerardi Decani Hymnus de simplici Confessore.

28. COnfessor æterni patris
Inuicte miles filij
Athleta fortis Spiritus.
Nobis fane poscentibus.
Crucem Christi tu baiulas,
Christoque confixus cruci
Iocunda spernens seculi
Gaudes modo in regno Dei.
Nunc ergo nobis quæsumus.
Præsens adesto comminus:
Omne impetrando commodum,
Atque prenna gaudium. Præsta. P.

De eodem S. GALLO Anonymi hymnus quotannis in eius solemne cantari solitus.

29. VIta sanctorum, via, spes, salusque,
Christe largitor probitatis; atque
C Conditor pacis, tibi voce, sensu
Pangimus hymnum.
Cuius est virtus manifesta, totum
Quod pij possunt, quod habent, quod ore,
Corde vel factis cupiunt amoris
Igne flagrantes.
Qui tua sanctum pietate Gallum
Indicem lucis superæ dedisti
Eius vt docti monitis tenebras
Mente fugemus.
Hic ad exemplum volucris canoræ
Actibus sese prius excitauit,
Vt quod ingessit, vigor instruentis
Vita probaret.
Qui potens verbo, venerandus actu,
Semper æternis inhians lucellis,
Plura virtutis meruit supernæ
Signa patrare.
Quæsumus Mundi sator & Redemptor
D Vt sacris eius meritis turri
Hanc velis plebem, tribuens quod optat
Corde benigno.
Temporum pacem, fidei tenorem
Languidis curam, veniamque lapsis
Omnibus præsta pariter beatæ
Munera vitæ.
Ne quibus tanti dederas patroni
Prima prouisor documenta clemens,
Illius sacram patiaris vnquam
Defore curam.
Huius obtentu licet actitari,
Iste ne laudem tibi summe rerum
Rector acceptam, locus expedire E
Cesset in æuum.
Hoc patris proles, pater hoc benigne,
Spiritus præsens, hoc vterque compat,
Nunc & æterno facias perenni
Pariter seclo.

Notkeri Medici doctoris (vt eum antiquissimus defunctorum liber appellat) excellentissimi, Hymnus de S. Othmaro vsitatus etiam.

REctor æterni metuende secli, 30.
Auctor & summæ bonitatis ipse,
Quas tibi laudes ferimus canentes,
Accipe clemens.
Festa quæ sanctis colimus trophæis,
Nomen Othmari resonant beati,
Cuius optandis meritis Creator
Illa dicasti. F
Qui patrum normas imitando sacras,
Victor in duro validus duello,
Hostis atrocis rabiem subegit
Belliger audax.
Principum sæuas doluit rapinas,
Inde raptorum studiis grauatus,
Martyris palma meruit superna
Scandere regna.
Eius ad sanctum tumulum patescit
Quanta splendoris teneat perennis.
Dona, cum semper capiant ibidem
Lassa vigorem.
Cassus auditu, vacuus loquela,
Captus & gressu, capiunt salutis
Munus optatum, releuante sancto
Languida quæque.
Quæsumus nobis Dominator orbis,
Huius obtento veniam misertus
Confer indignis, tribuens manentis
Gaudia lucis.
Hoc Pater summus partis atque Natus,
Præstet & clemens vtriusque Flatus.
Trinitas simplex, & vbique Princeps
Omne per æuum. G

S. Ntokeri cognomento Balbuli ad Luitvvardum Abbatem Bobiensem, Archicapellanum, Cæsaris protectorem (vt ipse loquitur) mitissimi Galli, Conclusio dedicatoria prioris partis sacrarum sequentiarum. Habentur in ipso opere. 31.

PAra Loitvvarde prior finitur calle sub arcto,
Commoramcane post terram, miserumque profundũ,
Lætitiæque melos, sanctique decens habitaculum,
Atque oculos Regni meditare intendere cœli;
Hierusalem donec merearis scandere cœli;
Qua deridebis quondam cædentia flagra,
Et cum Rege tuo gaudebis hic crucifixo;
Posterior pratis retinet cum floribus amplis.

De Spiritu sancto, Anonymi.

H

PNeumatis æterni Deus adsit gratia nobis
Et tibi deuotos sanctificet famulos.
Purgator idem sordium,
Discretor & ornatuum
Cunctis in se fidentibus
Assit protector sedulus.
Sanctorum cogitatuum
Suasor & meditatuum
Vnguento tuo quæsumus,
Vnge nos sancte Spiritus:
Spirando suaue sensibus
Infunde lumen cælitus

A Possint vt mere splendidum
Contemplari principium.
Ex priscis quondam vatibus
Diuersis ænigmatibus
Clausurum matris vterum
Promisisti Dei filium.
Electi gregis Principes,
Et bellatores milites,
Donasti forti pectora
Nescio pœnis cedere.
Intende votis supplicum
Tibi nunc spirantium,
Per quem deuoti gemitus
Parantur Dei auribus,
Dignatus idem hodie
Terrestria inuisere,
Formasti mores hominum
Exemplar ad cœlestium.
B Splendor, virtus, laus tibi sit,
Cum patre par & filio
Sacrosancte Spiritus
Per sæculorum sæcula, Amen.

Carminis de S. STEPHANO fragmentum, ANONYMI.

PRimus init STEPHANVS mercedem sanguinis imbre
Afflictus lapidum, Christum tamen ille cruentus
Inter Saxa rogat, ne sit lapidatio fraudi
Hostibus ô primæ pietas miranda coronæ!
En vice nos Stephanum Dominum pulsando canamus,
Agite. tum sequitur cantus soluta oratione.
Fragmentum Carminis S. Tuotelonis.
Rex pie, Rex Regum, regnans ô Christe per æuum
Qui mare, qui terras, cœli qui sceptra gubernas,
Noxis depellens, culparum debita soluens,
Qui super astra sedes, patri Deitate cohæres,
C Es quoque sermo patris summi, reparator & orbis
Lux, via, vita, salus, spes, pax, sapientia, virtus,
Hic tibi laus resonet, chorus hic in laude resultet.

De Epiphania.

34. TRibus signis Deo dignis
Dies ista colitur,
Tria signa laude digna
Cœtus hic persequitur,
Stella Magos duxit vagos
Ad præsepe Domini.
Congaudentes omnes gentes
Eius psallant nomini.
Nouum mirum, aqua vinum
Factum est ad Nuptias,
Mundus credit, Christus dedit
Signorum primitias.
A Ioanne in Iordane
Christus baptizatus est,
D Vnde lotus Mundus totus
Et purificatus est,
Lector lege. A summo Rege
Tibi benedictio
Sit; in cœlis plebs fidelia
Psallat cum tripudio. Amen.

Metzlerum putat esse Hartmanni, nam in ms. f. erat annexi versibus Hartmanni.

Fragmentum de Natiuitate,

ANONYMI.

35. LAudemus omnes Dominum,
Qui virginis per vterum
Paruus in mundum venerat
Mundum regens quem fecerat.

Aliud de S. Agnete,

36. INclita virgo Dei sanctis coniuncta pudori
Agnes accensa studet . . bula lampade Christo
Virginibus comitata piis, queis carmine laudes

Concinit iste chorus recolens pia facta benigne. E

Item Tropus alius de Resurrectione Domini.

EXurge Rector Gentium, 37.
Nec moriturus amplius,
Orbemque totum posside
Tuo redemptum sanguine.

Item Versus alij vetustissimi de S. Notkero.

OPrans misceri Notkerus in æthere plebi, 38.
Cuius dulcisonis nox nunquam cessat ab hymnis,
Gaudia dum licuit crucis hoc in carmine lusit
Quod Domino laudi, GALLOque studebat honori.

Et.

PLurima falsidicis indulsit flens Inimicis. 39.
Pluraque pandebat fore quæ ventura videbat.

De S. Ioanne Euangelista. F

AD laudem Regis gloriæ 40.
Vox intonet Ecclesiæ,
Propter Ioannis merita
Hæc recitans præconia.
Proclamat saluberrime
Spiritus sancti carmine,
Quam fideles perpendite,
Vt percipiatis gaudia
Conditoris perennia:
Et qui continens est, &c.
Quia dulcis est gratia,
Suauis misericordia,
Mirabilis in gloria.
Cibauit illum pane, &c.
Dum supra pectus Domini
Recumberet altissimi.
Et aqua sapientia, &c.
Vt paradisi fluminis
Totum orbem cœlestibus G
Irrigaret dogmatibus.
Et firmabitur, &c.
Vt arce Sion positus
Præmineat virtutibus.
Et exalt. illum, &c.
Cum æquo Mundi Iudice
Throno sedentem gloriæ.
In medio Ecclesiæ, &c.
In voce Euangelica,
Ad diuina præconia.
Et impleuit illum Spiritu, &c.
Vt more volans Aquilæ,
Solem spectet Iustitiæ.
Et stola gloria, &c.
Inter sanctorum agmina
Coronis rutilantia,
Et luce solis candida.
Iocund. & exult.
In Angelorum curia H
Perfecta immortalia.
Et nomine æterno.
Quem dilexit præ omnibus
Vnicus Dei Filius:
Domine DEVS noster.
O Ioannes Theologe,
O Christe dilectissime.
Tuis lætos solemniis
Cœli coniunge gaudiis.

Anonymi de Epiphania exponens lectionem Isaiæ: Surge, illuminare.

PRæsentis Festi gaudia,
Æterna luce splendida,
Ita pandit Ecclesia,
Sub Ierusalem specie
Quæ iacebat in tenebris
Per primi culpam hominis.

A *Surge, & e gloria Domini super te orta est.*

De virginali vtero,
Obumbrante paraclito,
Teste vatum præconio.

Quia ecce tenebræ operient, &c.

Iudæa enim perfida,
Peccatis obscurissima,
Contempsit hæc præsentia,
Cœlestis Regni lumina.

Super te autem orietur Deus.

Cuius ortu tripudians
Angelorum symphonia,
Sub noctis canticinio
Dulci deprompsit organo.

Et ambulabunt, &c.

Stella ducente præuia,
Ad pueri cunabula,
Vbi lactat puerpera,
B Ipsum, qui regit sæcula.

Leua, &c. venerunt tibi.

Vt fidei per gratiam
Prouehantur ad gloriam,

Filij tui de longè, &c.

Supremi Regis gratia
Qui præconum instantia
Ex quadro Mundi latere
Intra sinum Ecclesiæ
Multos in fide colligit,
Et cœli ciues efficit.

Tunc videbis, &c. omnes de Saba venient.

Cum myrrha imputribili
Ad sepulchrum Domini,
Cum Deus & rex gloriæ
Adoratur in homine.

Tropus de Natiuitate.

42. C LAudemus omnes Dominum,
Qui virginis per vterum
Paruus in Mundum venerat
Mundum regens, quem fecerat.

Aliud de S. Ioanne Euangelista.

43. DIlectus iste Domini
Ioannes est Apostolus,
Scriptis cuius & monitis
Pollet decus Ecclesiæ.

Alius de Ephiphania Domini.

44. FOrma speciosissimus,
Manuque potentissimus,
Ex Dauidis origine
Natus Maria virgine

Huiusmodi, vt appellat, tropos plures dictionis S. Tutelo, quos vbique sequuntur gratissima antiphona verè venustiam hos fecerit, mihi in compertum, sed valde credibile est.

NOTÆ.

D QVia hos, vt appellant, tropos, Iodocus Metzlerus putat à S. Tutelone conscriptos, volui, vt sciatur quis Tutelo sit, subiungere, quæ Metzlerus habet lib. de illustr. viris S. Galli, B. Tutelo (qui olim vulgo Sanct Tutli) magnorum & nobilium parentum filius, Monachum in S. Gallo professus, pictor, poeta, orator, musicus & egregius ἀγαλματων, in vtraque lingua potens, promptus natura, serio & ioco festiuus, voce clarus, calatura elegans. Pingebat aliquando in Metensium vrbe imaginem D. Virginis, & ecce duo Angeli ad ipsum in habitu peregrinorum accedentes eleemosynam petunt, quâ acceptâ ad quendam clericum sese conuertunt, & aiunt illi: Domina illa, quæ illi radios ita ad manum dat, nunquid illius soror est? Stupens clericus (qui ibi consistens nihil simile viderat) appropinquat, & quod antea latuit, etiam illi fit palam. Vnde se cohibere non valens, ait illi: Benedictus tu Domine pater, qui tali Magistra vteris ad opera? Qui cum ipsos quid dicerent nescire assereret, vehementer in illos inuectus, ne cui tale quid dicerent, interminatus est. Statim peregrini transeuntes disparuerunt. In crastinum autem cum gloriam talem de se plures audiret di- E ctitare, occultè sese subtrahens, cessit è medio, neque iam vltra in vrbe illa operari volebat. In planitie autem ipsa aurea cum reliquisset circulum vacuum; nescio cuius arte tales calati sunt apices.

Hoc panthema pia calauerat ipsa Maria. Et imaginē quidem quasi sedentem cunctis adspicientibus mirè venerandam nunquam viuam reliquit. In reditu autem ad monasterium (dicebant patres) cum signum ad Missam daretur, in villa quadam per inuocationem S. Galli dæmonium cum eiecisse ex quodam in templo illo tunc debacchante. Erat in publico lætus, in angulis lachrymosus, in choro strenuus, honoris Dei zelator mirus. Et cum egregiè doctus esset, edidit non pauca ingenij & deuotionis suæ monumenta, ex quibus sunt multi tropi & melodiæ, quarum etiam in S. Missa vsus est. Cuius vniuersa dictata singularis & agnoscibilis melodiæ sunt, quia per psalterium seu per Rotam (textus habet Rottbam) qua potentior ipse erat, neumata inuenta dulciora sunt, vt apparet in: Hodie cantandus est. Et: Omnium F virtutum gemmis. Quos quidem tropos Carolo Regi ad offerendum, quum ipse Rex fecerat, obtulit canendos. Qui rex etiam: Viri Galilæi, cum dictasset, Tuteloni versus addere iniunxit, vt aiunt: Quoniam Dominus Iesus cum esset. Omnipotens genitor, fons, & origo, cum sequentibus, &c. hos enim solos libuit adferre, vt si musicus sis, quam dispar eius melodia sit, videas. Mortuus est opinione omnium sanctus, & sepultus in Monasterio in sacello S. Catharinæ (quod sicut & cœmeterium illi contiguum S. Tutelonis vocatur) ad dextrum altaris cornu, hoc epitaphio.

Virginis almifica pictor egregius Totelo
Excellens meritis & pietate potens.
Nemo tristis obit, qui te colit & veneratur,
Fert cunctis placidam quippe salutis opem.

Floruit tempore S. Notkerì sub Bernardo Abbate circa an. 883. De eo Eckerhardus in libris casuum & Benedictionum, & codex ante 800. annos scriptus. Bruschius, &c. Hæc Metzlerus, qui diligentissime ex antiquis monumentis collegit.

G *Versus in Natiuitate Domini canendi in processionibus.*

45. SAlue mirificum semper Deus in patre verbum,
Mirifico partu iam caro carne satum.
Venisti Mundo noua gaudia condere mœsto,
Et tibi deuotis pandere te famulis.
Persultent nostræ tibi Virgo Maria camœnæ,
Quæ rutilas tantis congrua mysteriis.
Sed quæ condignas tibi lingua rependere laudes
Præualet, extollens nomen ad astra tuum?
Quem non immensi capiat teres orbita Mundi
In tua se clausit viscera factus homo.
Cœlum curuauit, sola fecit, & æquora fudit,
Principij princeps, omne quod est faciens.
Excrescens lapis, absque manu de monte reuulsus,
Mole sui mundum obtinuit stupidum;
Semper cum Patre cui virtus & gloria, sorsque,
Æquiparet regnum, splendor, honor, solium. H

Habentur, sicut & tres sequentes hymni in vetustissimo m. s. ebore, argento, gemmis, auro olim vestito.

In Epiphania.

46. SAlue mirificum semper Deus in patre verbum,
Mirifico partu iam caro carne satum.
Hoc fœcundata, & cœlesti ex rore rigata
Floruerat Virgo tu benedicta Deo.
Natum lactasti, gremioque fouendo locasti,
Qui tuus est Auctor, filius & Dominus.
Ingratus noxæ tumor omnis abesto vetustæ,
Iam nouitas regnat, rutus & orbis ouat.
En lesse Virgam decorat, bene flosculus illam,
Vatis vt exorsa præcinuere sacra.
Excrescens lapis, absque manu de monte reuulsus *Ad S. Othm.*
Mole sui mundum obtinuit stupidum.
En nunc impleuit quod ea per ænigmata clausit, *Ad crucem.*
Pandit & obscura gratia luce noua.
Testatur fidis gregis angelus ipse magistris
Eius in exortu luce micans rutilus. *Ad crucem.*
Hoc festum tanti canit hæc pia vota diei,

Stella

A Stella recens clamat, aucta dies iubilat.
In choro. Semper cum patre tui virtus, &c. vt supra.

In festiuitate S. Othmari.

Versus ad processionem.

47. FEstum sacratum psallimus,
CHRISTO canentes laudibus,
Qui dat coronam testibus,
Nobis det indulgentiam
OTHMARVS Abbas vocibus
Orandus est concordibus,
Quem factor ipse cælitus
Donauit hic virtutibus.
Hunc esse patrem patriæ
Lætetur omnis Sueuia,
His natus, hos nunc confouet.
Placando CHRISTVM plebibus.
B Hic dona sancti SPIRITVS,
Accepit annis paruulus,
Ipsum datorem munerum
Spargens in orsa exteras.
Omnes gradus hic presbyter
Orant beatis moribus,
Patri preces cælestium
Votis litando munerum. (:)
Communis hic vitæ sator
Seu magnus extat conditor,
Prælatus Abbas incolis
Huius loci prænobilis.
Fit pauper hic pro paupere,
Cunctos egentes confouens,
Dum quod dat eis paruulis,
CHRISTVM respectat fratribus.
Nunc gaudet in regno DEI
Functus corona præmij,
Quam Christus illi reddidit,
C Pro quo labores sustulit.
GALLO patri laudabili (:)
OTHMARVS Abbas iungitur,
Istum locum qui iugiter
Tuentur, & nos supplices.
Virtute semet viuere
Demonstrat hic credentibus,
Certum fide quod quærimus,
Præbet pater sanctissimus.
Effunde voces plebs DEI,
Commissa defle noxia,
Astat rogator gratiæ,
Reddens æquum quod suscipit.
Absolue clementissime
Nexu ligatos criminis,
Delens malum quod respuis,
Addens bonum quod respicis.
In choro. Laus sempiterno sit patri
Nec non perenni filio,
D Sanctoque sit spiramini,
Per sæculorum sæcula.

In susceptione Principis.

SAlue festa dies, laudabilis, atque beata,
48. Qua Deus in seruum vidit ab arce suum.
Ecce redit princeps laudandus carmine nostro,
Gaudia sint, populo quod redit ille suo.
Viue diu Princeps, post plurima prælia victor,
Vndique deficiunt, qui tua damna petunt.
Virtutum meritis tua vita refulget honesta.
Hinc te laude frui fecit in orbe Deus.
Infula sincerum nunc ornet splendida vultum,
Omnipotens tibi laus detur ab inde Deus.
Inuidia magna correptus præsul iniquus
Inuidet, atque gemit quod Deus ista facit.
Nequiter intendens te vincere vincitur ille,
Concidit in foueam cuius & auctor erat.
Defensus meritis, in honore manens bone Princeps,
Digne susciperis, psallimus inde tibi:
Nos tuus aduentus condigne psallere cogit,
Sit tibi pax requies, sit benedicta dies.

D. P. N. Notkeri Balbuli hymnus de omnibus sancti cantari solitus.

OMnes superni ordines,
Quibus dicatur hic dies,
Mille milleni millies,
Vestros audite supplices.
Primum virtutes igneæ
Mox repletæ scientiæ
Exin iuuate nos prece
Sessiones Dominicæ.
Dum nos cælestes Domini, (:)
Et principes prævalidi,
Potentiaque præditi
Estote nobis placidi.
Hinc ditati virtutibus,
Vosque tremendi nutibus,
Et fulgurosi vultibus,
Christi fauete plebibus.
Omnes quos Dei gratia
Ab hac exemit patria,
Bona date cælestia,
Nostra laxate crimina.
Tu pater assis Abraham,
Claram regens prosapiam,
Cum ipsis necessariam 3
Nobis precando veniam.
Tandem Dauid hymnidicis
Hinc inde stipatus choris,
Pulcher coronis regiis,
Cunctis succurre miseris.
Sacer adesto flagitans
Cœtus futura prædicans,
Nobis Christum concilians,
In cælo iam tripudians.
Omnes, dum carnem induit,
Quos Christus præsens docuit,
Quosque absentes imbuit,
Erigite, qui corruit.
Nostros supreme clauiger
Et nouæ pacis legifer,
Omnisque Christi crucifer,
Actus mundate pariter. (:)
Nunc omne sacerdotium
Primus ordo Pontificum
Clerum ducendo subditum,
Fletum tergite supplicum.
Nunc posce nobis Genitrix
Omnisque carnis domitrix,
Vt cesset culpa perditrix,
Et plebs soluatur debitrix.
Istud concede Trinitas,
Et indiuisa vnitas,
Domus regens pacifica
Ætates per interminas, Amen.

Sequentis Lamentationis prosam fecit S Notkerus, cu in Martins Dobel pons, in loco præcipiti & periculosissimo, ædificaretur. Quis autem versus adiecer nescio. Descripsi ex vetustissimo codice. Vbi cu modernis etiam notis est.

Media vita in morte sumus quem quærimus adiutorem nisi te Domine, qui pro peccatis nostris iuste irasceris.

Ach.

HOmo perpende fragilis,
Mortalis, & instabilis,
Quod vitare non poteris,
Mortem quocunque ieris.
Aufert te sæpissime,
Dum viuis libentissime.

A *Sancte Deus.*

Væ.

CAlamitas inediæ
Vermis fremit inuidiæ,
Dum audit flentem animam
Mortalis essem vtinam,
Nec Christi fortis gladius
Transiret, & non alius.

Sancte fortis.

Heu.

NIl valet nobilitas,
Neque sedis sublimitas,
Nil generis potentia,
Nil rerum affluentia.
Plus pura conscientia
Valet mundi scientiâ.
Sancte & misericors saluator amaræ morti ne tradas nos.

B

Eiusdem S. NOTKERI ad Ruodbertum Episcopum Met. hymni 4. de vita & miraculis protomartyris Stephani.

Hymnus primus de passione S. STEPHANI.

51. *Ipse Notkerus in vita S. Galli refert hasce versus ad Ruopertum Episcopum Metensem scripsisse.*

PRimus ex septem niueis columnis,
A Petro electus STEPHANVS beato.
Voce, vel signis medicans misellis,
Claret in orbe.
Qui breui verbo replicans priora
Persequutores docuit piorum,
Esse Iudæos, probitate cassos,
Felleque plenos.
Nec nouum quid, quod Dominum furore
Impio ad pœnam crucis impulerunt,
Cum Prophetas, vel Patriarchas ante
Sæpe necarent.
C Hisce prædictis, licet angelorum
Ille fulgeret facie decorus, (:)
Ceu prophanum mœnibus vrbis altæ.
Eijciebant.
Saulis & curæ induuia calentes,
Ne piger forsan furor impeditus
Tardius sanctum lacerare posset,
Deposuerunt.
Tum volant crebri lapides per auras,
Instat ingentis pluuiæ, vel imbris,
Vineæ tandem sterili negandi (:)
Atque nociuæ.
Sed tamen sanctus pietate plenus,
Persecutori veniam precatur,
Atque pro crudis lapidum pruinis
Pronus adorat.
Huic ad exemplum DEVS ipse magnum
Præstitit sese conspiciendum omni
Sæculo, quod profuerit caput ceu
Martyriorum. (:)
D Nam quis audebit dubitare, sese
Quod Deus seruet pius in futurum?
Quando in præsenti STEPHANO videndum
Præbuit ipse.
Vt fides iam conspicuè vireret,
Visibus nostris propiante cœlo,.
Vel patri summi renitente Nato
Æthere aperto.
Spiritu vel se manifestè in ipso
Esse prodente STEPHANO benigno,
Talibus signis, pia Trinitatis
Queis bona fulgent.

Hymnus secundus de Reuelatione corporis S. STEPHANI.

52. CVm S. STEPHANVS necis petrinæ
Multatus misera iacere sorte
Compertus fuerit Gamalieli, E
Compassus bonus ille non nocenti
Poscit Christicolas, pia rapina,
Corpus tollere dentibus leonum:
Vectum naunicula quod ipse sumit,
Conditumque suo locat sepulchro,
Et planctu nimio sequente curat.
Ac post mortuus, applicatur illi:
Et post tempora valde multa, sese (:)
Pandit presbytero, docetque clausa:
Ioanni studet ille nunciare
Sancto Pontifici simulque sumptum
Thesaurum STEPHANO, SALEM ferebant.
Et tunc arida vel siti perusta,
Accepit pluuias diu negatas
Tellus, germinibus soli creandis.
Hoc restem decuit honore tolli,
Imbrem qui lapidum ferebat vltro,
Orans impia ne manus periret. F

Hymnus tertius de miraculis ipsius in Africa ostensis.

VT reuelatus STEPHANVS micabat, 53.
Ossa suut eius celeri meatu
Africanorum steriles per agros
Spatia ferendo.
Flore de quorum mulier medelam,
Dante præiecto, meruit patrono,
Quos tenebratis oculis propinquans
Vidit aperiè.
Messe de quorum medicina dulcis (:)
Deuehenti Pontifici fidelis
Venit, vt nec fistula parua morbo
Iam superesset.
Calculi morbus nimius, vetusque,
Quo laborans Eucherius periret,
Temperamento Stephani salubri G
Est superatus.
Mortis & sæuum Stephanus periclum,
Veste signata ac citius remissa,
Sic repressit, presbyter vt salutis
Munera ferret. (:)
Martialis tu, Stephani gemella
Sospitans cura, Dominum potentem
Mortis & vitæ celebrare CHRISTVM
Sæpe solebat.
Stephanus quondam podagram remouit
Cœlitus latis precibus benignis
Vel reuelato medicantis vsu
Blandus Iatri.
Cum puer, susto pueris iocandi
More, inter boues tereret terendus;
Stephano, extinctus, medicante..... (:)
Est reuocatus.
NONNA desperans reditum de atra H
Fauce mortis, mox tunicam beato
Stephano misit, moritur, reducta
Qua reuiuiscit,
BASSVS & NATAM simili medela
Mortuam, vitæ reuocauit, horis
Stephanum multis lachrymis misertum
Mollificando.
Filius paruus, patris omne charum, (:)
Spiritus iamiam vacuus calore,
Stephani tactus oleo reuixit
Morte remota.
Hæc ELEVSINVS Stephanus patrare
Audiens, natum exanimen ferebat,
Martyrum Christi manibus medendum.
Estque ita factum,
Æmulans PETRONIA quem misella
Stephanum pernix medicum requirit,
Fascino spreto, celerique gaudet
Munere sancti.

A Paulos autem, Palladia sorore,
Se per orbem comitante latum
Stephani nutu caruit tremore,
Ac soror ipsa.
Hæc mihi Doctor retulit peritus,
August. Nomen Augusti meritò retentans,
Quæ tibi præsul venerande Ruodbreckt
Pango tenenda.

Hymnus quartus de miraculis eiusdem in Cismarinis partibus.

54. ORdinis sacri Stephanus honore
Partibus pollens Asiæ calentis,
Finibus tandem occiduis rosarum
Sparsit odores.
Quos volens plantare beatus ille
Verna Martini, vigilans in omni,
B De fera accepit sine claue, clausit
Et sine claue.
Qui precabatur veniam imperitis,
Ipse proteruum Stephanvs repressit,
Insocentes eripiens, seumque
Fune retentans.
In mari nauis propior periclis,
Per manum sancti Stephani retracta,
Aut canes Scyllæ, aut rabiem Charybdis
Salua refugit.
Est Domus Mettis Stephani eruore
Sacra, quæ tantum superesse diris
Posset Hunoorum gladiis, rogisque
Sanguine tuta.
Quæ Ducis Natam, medicante Gallo
Liberatam dæmonio furentem,
Regis abstraxit thalamis, amore
Integritatis.
Fontis Hispani Stephano patrante,
C Munus æternum memorate dignum
Qui lauandis profluit, atque lotis
Conditur altè r
Sed cum hoc Baptisterium, caballis
Improbus quidam stabulum pararet;
Febre correptus, Dominum præibat
Ad Phlegethonta.
Hoc loco, cultrum socio retraxit
Impudens quidam, vacua sed vroa
Mente præcepta, Stephano iubente
Reddidit ipsum.
* Hinc patet cur dictus sit Notkerus Balbulus. Æger & *balbus, vitiisque plenus,
Ore polluto Stephani triumphos
Notkar indignus cecini, volente
Præsule sancto,
Flore Rvodbertvs iuuenale qui nunc
Cor senum gestans, senium beatus,
Ac piis plenus meritis, videre
Promereatur.
D Pacis optata potiens quiete,
Hostis & diros superans mucrones.
Quem furens misit Boreas, fugandum
Vel perimendum.
Vt Trinitatis benedicta virtus
Ædibus cunctis, domibusque cunctis
Per preces magui Stephani, canatur
Tempore longo. Amen.

55. Si mihi non vultis, oculis vel credite vestris.
Hæc in m.s. annotata erant. Vos saltem binas piscis mihi mittite spinas.

HOs duos versus Noikerus Balbolos *fratribus Augiensibus misit cum fungo, quem Moruch vocant, in angulo apud* S. Gallum *Fratrum Pyralis in hyeme nasci aliquot annis solito loco suo. Nam cum ipsi assererent, in Alaspach, piscem quem Alandt, vocant* XII. *palmorum apprehensum, loco nomen dedisse: ipse credibilia narrantibus, etiam de* S. Galli *loco se mira esse dicturum respondit, & supra dicti nominis fungum in Ianuario ibi natum se vidisse subinxit: idque ipsum illico quasi falso loquutum pari voce acentes, derisui habebant, sed ipse, vt dixi, sequenti anno itidem ibi Fungo nato, dicta factis compensauit. Fungum mittens, & scribens hoc distichon. Causa tamen erat Fungi angulo ille pyralis nasci solita, quod aquaeductus eundem angulum præterfluens rigauit: & calor pyralis non nimius, [illegible] caumate aqua mixtus illum attigit, & fotu tali pare præcoquam terram fecit: & fungos quidem primitus, [illegible] etiam & gramina quædam virentia, stiris & glacie for[illegible] sub diuo rigentibus, vapor idem produxit.*

De S. Colvmbani ad Fedolivm.

ACcipe quæso
Nunc tripedali
Condita versu
Carminulorum
Munera parua.
Toque frequenter
Mutua onbis
Obsequiorum
Debita redde.
Nam velut æstu
Flantibus austris
Arida gaudent
Imbribus arua:
Sic tua nostras
Missa frequenter
Lætificabit
Pagina mentes.
Non ego poseo
Nunc perituræ
Munera gazæ:
Non quod auarus,
Semper egendo,
Congregat aurum,
Quod sapientum
Lumina cæcat,
Et velut ignis
Flamma peturit
Improba corda.
Sæpe nefanda,
Crimina multis
Suggerit auri
Dira cupido:
Ex quibus ista
Nunc tibi pauca
Tempore prisco
Gesta retexam.
Exitit ingens
Causa malorum,
Aurea pellis;
Corruit auri
Munere paruo
Cœna Deorum.
Ac tribus illis
Maxima lis est
Orta Deabus.
Hinc populauit
Troiugenarum
Ditia Regna
Dorica pubes.
Iuraque legum,
Fasque nefasque
Rumpitur auro.
Impia quippe
Pygmalionis
Regis ob aurum
Gesta leguntur.
Sic Polydorum
Hospes auarus
Incitus auro
Fraude necauit.
Fœmina sæpe
Perdit ob aurum
Casta pudorem.
Non Iouis aurum
Fluxit in imbre;
Sed quod adulter,
Obtulit aurum,
Aureus ille
Fingitur imber.
Amphiaraum
Prodidit auro,
Perfida coniunx.
Hectoris heros
Vendidit auro
Corpus Achilles.
Hoc referari
Munere certò
Nigra feruntur
Limina Ditis.
Nunc tibi possem
Plura referre,
Ni breuitatis
Causa vetaret.
Hæc tibi frater
Inclite, parua
Literularum
Munera mittens
Suggero vanas
Linquere curas.
Desine quæso
Nunc animosos
Pascere pingui
Farre caballos:
Lucraque lucris
Accumulando:
Desine nummis
Addere nummos.
Vt quid ioiquis
Consociaris,
Munera quorum
Crebra receptas,
Odit iniqui
Munera Christus:
Hæc sapienti
Despicienda,
Qui fugitiuæ
Atque caducæ
Cernere debet
Tempora vitæ.
Sufficit autem
Ista loquaci
Nunc cecinisse
Carmina versu.
Nam noua forsan
Ista videtur
Ista legenti
Formula versus;
Sed tamen illa
Troiugenarum
Inclita vates
Nomine Sappho

A Versibus istia.
Dulec solcbat
Edere carmen.
Si tibi euta
Forte volenti
Carmina tali
Condere versu,
Semper vt vnus
Ordine certo
Dactylos istic.
Incipiat pea:
Iude sequenti
Parte trochæus
Proximus illi
Ritè locetur.
Sæpe duabus.
Claudere longis
Vltima versus
B Iure licebit.

Tu modo frater
Alme FEDOLI,
Nectare nobis
Dulcior omni,
Floridiora
Doctiloquorum
Carmina linquens,
Friuola nostra
Suscipe lætus.
Sic tibi CHRISTVS
Arbiter orbis,
Omnipotentis
Vnica proles,
Dulcia vitæ
Gaudia reddat,
Qui sine fine,
Numine Patris
Cuncta gubernans
Regnat in æuum.

Hæc tibi dictatam morbis oppressus acerbis
Corpore quos fragili patior, tristique senecta:
Nam dum præcipiti labuntur tempora cursu,
Nunc ad Olympiadis ter senos venimus annos.
Omnia prætereunt, fugit irreparabile tempus.
Viue, vale, lætus, tristisque memento senectæ.

57. *Fragmentum Carminis* S. NOTKERI *de Psalmodia.*

SI quod voce sonat, fido meos pectore promat,
Nec clamor Domini tantum sublimia ad aures,
Quantum vox humilis, placido de corde propinquat.

58. *Memoriale Reuerendissimi* D. BERNARDI *Abbatis secundi, quod dedit cuidam fratri Monacho, cum eum ad Academiam literarum causa mitteret.*

C 1. Studium pietatis sit tibi inprimis commendatum.
2. Cognitionem Domini Creatoris, Redemptoris ac Seruatoris tui feruentissimo animi desiderio apetas; adque eam peruenire, quantum fieri potest, contendas.
3 Teipsum, atque defectus tuos & malas consuetudines diligenter inspicias, & cognoscas, emendareque omni conatu studeas.
4. Habitum virtutis fac acquiras.
5. Difficultates occurrentes viriliter vincas.
6. In bonas literas sedulo incumbas.
7. A nimio vino, tanquam à veneno abstineas.
8. Vocationem ac professionem tuam sæpius in animum tuum reuoces.
9. Verum amorem monasticæ disciplinæ imbibas, statumque tuum fac optimè cognoscas,
10. Omni obedientia Patribus ac Magistris tibi præpositis te subijcias.
D 11. Inobedientium, ac irreligiosorum consuetudinem deuites.
12. Tempus bene colloces, ac cum fœnore redeas.

Ora pro me.
F. Bernardus Abbas S. Galli.

Extat in bibliotheca S. Galli Tabula quadam, seu (vt vocant) mappa sanè perquàm vetusta & ampla ex pergameno ad GOZPERTVM *Abbatem, in qua etiam totum monasterium secundum omnes etiam abiectissimas officinas descriptum est (vt quidem ego colligo ex eo, quod ibi appellat author* GOZBERTVM *filium) ab Episcopo aliquo, qui fuerit vel Monachus, vel studiosus, vel certè aliàs domum Monachis & Monasterio familiaris. Eam tabulam index quidam centenarius nominat* S. MARTINI *Monasterij, ex eo, vt arbitror quod aliquid in tergo ipsius est de vita S. Martini, sed vt ex titulis & situ manifestum est, non est, nisi* S. GALLI *Monasterij, prout fuit* GOZBERTI *temporibus Monasterium. Epigraphen insigniorum mansionum sic author carminicè dicit.* E

ORATORIVM S. PETRI.

Hic PETRVS Ecclesiæ pastor sortitur honorem.
Disticha 7. columnarum, quæ sunt in externa parte summi Templi, quod habet in longum pedes CC. in latum autem XL. quoad interiorem sui partem. 59.
Bissenos metire pedes interque columnas; *Latitudo vtriusque porticus*
Ordine quas isto constituisse decet.
Baptisterium.
Ecce renascentes susceptat Christus alumnos.
Altare S. Saluatoris, Ad Crucem.
Crux, via, vita, salus, miserique redemptio mundi.
Analogium Euangelij.
Hic Euangelicæ recitatur lectio pacis.
Super Cryptam S. Columbani, Altare SS. Mariæ & Galli, in quo est sarcophagus S. Galli.
Sancta super Cryptam sanctorum structa nitebunt. F
A tergo Altaris.
Hic Pauli dignos magni celebramus honores.
Extra templum ad Orientem.
Hic sed domatibus paradisi plana parantur.
Ad Occidentem.
Hic paradisiacum sed tecto sternito campum.
In eodem Campo disticha 7. Columnarum.
Has interque pedes denos moderare columnas.
Murus.
Hic muro tectum impositum patet, atquè columnis.
Porta in muro.
Aduenient aditum populus hic cunctus habebit.
Via ad portam.
Omnibus ad sacrum turbis patet hæc via templum,
Quo sua vota ferant, vnde hilares redeant.
Ad Australem via plagam, Ouile.
Hic caulas ouium cautè dispone tuarum.
Cubile famulorum.
Hic requiem inueniat famulantum turba vicissim. G
Stabulum caprarum.
Ista domus cunctas nutrit, seruatque capellas.
Stabulum suum.
Iste sues locus enutrit, custodit adultas.
Stabulum armentorum.
Hic armenta tibi lac, fœtus atque ministrant.
Domus Equiritia.
Hic fœtas seruabis equas, tenerosque caballos.
Hæc omnia eu viam versus Orientem magis.
Ibidem porta famulorum ad Templum.
Tota Monasterio famulantum hic turba subintrat.
Stabulum boum & equorum.
Ista bubus conseruandis domus atque caballis.
Hospitium peregrinorum & pauperum.
Hic peregrinorum lætatur turba recepta.
Alibi.
Hic habeat fratrum semper sua vota minister.
Porticus ante Ecclesiam. H
Hic pia consilium pertractet turba salubre. *Inuenio Dormitorium subtus habens calfactoria eiusdem domus.*
Porticus ante domum stet hæc fornace calentem.
Hæc domui adsistit cunctis qua porgitur esca.
Huic porticui potus quoque cella cohæret.
Officina variorum artificum ad meridiem.
Hæc sub se teneat fratrum qui tegmina curat.
Ibidem Horreum.
Frugibus hic instat cunctis labor excutiendis.
Item adhuc ad Orientem magis, Cœmiterium fratrum, cuius in meditullio crux.
Inter ligna soli hæc semper sanctissima crux est,
In qua perpetuæ poma salutis olent.
Hanc circum iaceant defuncta cadauera fratrum,
Qua radiante iterum Regna Poli accipiant.
Paulò exterius, Hortus.
Hic plantata olerum pulchrè nascentia vernant.
Gallinarium.
Pullorum hic cura, & perpes nutritio constat.

Anserum

A *Anserum locus.*

Anseribus locus hîc pariter manet aptus alendis.

Ad Orientem templi, Domus Novitiorum.

Hoc claustro oblati pulsantibus adsociantur.

Ibidem versus Meridiem, Infirmarium.

Fratribus infirmis pariter locus iste paratur.

Est etiam aliud Infirmarium pro valde agrotis, alibi ad levam Templi seu Aquilonem.

Sæpius in gyrum ductis sic cingitur aula.

Ibi est Bibliotheca. Mansio Abbatis, &c.
Schola cum horto suo.

Hæc quoque septa premunt discentis vota iuventæ.

Ibidem, sed magis ad Templum, est susceptio fratrum superventientium.
Magis ad Occidentem est hospitium aliud.

Hæc domus hospitibus parta est quoque suscipiendis.

B *Ibidem ad ipsum Templum est ingressus hospitum & iuventutis.*

Exiet hîc hospes, vel Templi tecta subibit,
Discentis scholæ pulchræ iuventa simul.

GRIMALDO *Abbati, inquit Iodocus Metzlerus, primum extructa Abbatia est, quæ iam dicitur* die Pfalz *Eam scribit* Eckerhardus *& alij, elegantissimis tunc fuisse picturis ornatam, quas quidem picturas fecerunt divitis Augia Monachi fratres nostri, & a nostris* S. Galli *patribus hi, qui sequuntur versus dictati, & infra picturas illius scripti sunt. Qui dum iam cum ipsa pictura inciperent ob antiquitatem suam aboleri à PP. nostris* Notkero *Physica, & aliis descripti, suisque ipsorum libris commendati sunt.*

In pariete.

C Splendida marmoreis ornata est aula columnis:
En Grimualdus ovans alto fundamine struxit,
Ornavit, coluit, Ludovici principis almi
Temporibus, multis lætus feliciter annis.

In alio pariete.

Aula palatinis perfecta est ista Magistris,
Insula pictores transmiserat Augia claros.

Templum S. Othmari *pingi fecit* Hartmotus *Abbas, atque in pariete uno pingatur Sapientia, cum hoc Patrum Elogia.*

O Generosa parens, cunctis gratissima doctis,
O decus Imperij, Rectrix dignissima Mundi,
Soleque splendidior, fuluo pretiosior auro;
Quam præclara nites toto Sapientia Mundo.
Aspice quam pulchro decorata est ordine mater
Natarum, clare dives Sapientia fulgens.

D *In pariete altero septem Sapientes.*

Continet hic paries veterum monumenta sophorum,
Claro qui totum docuerunt tramite Mundum.

In alia parte turba Beatorum DEO assistentium.

Agmina Sanctorum laudantia voce serena
Ante thronum Domini sistunt per sæcula cuncta.

In pariete super ostium.

Hic Deus est præsens puro poscentibus ore,
Dans miseris veniam, contritis corde medelam.

Strabi *Galli Monachi Fuld. Discipuli Rabani dedicatoria Hortuli sui, ad Grimaldum Abbatem.*

Iam hoc habetur supra HÆc tibi servitij munuscula vilia parvi
Strabo tuus, Grimalde pater doctissime, servus
Pectore devoto, nullius ponderis offert.
Vt cum conseptu viridis consederis horti,
Subter opacatas frondenti germine malos,
Persicus imparibus crines vbi dividit vmbris,
Dum tibi cana legunt tenera lanugine mala
Ludentes pueri, schola lætabunda tuorum,
Atque volis ingentia mala capacibus indunt,
Grandia conantes includere corpora palmis,
Quo moneare habeas nostri pater alme laboris,
Dum relegis, quæ dedo volens, interque legendum,
Vt vitiosa seces deposco, placentia firmes.
Te Deus æternâ faciat virtute virentem
Immarcessibilis palmam contingere vitæ,
Hoc pater, hoc natus, hoc Spiritus annuat almus.

Timmoni fratri, postea Abbati Eckeardus *de lege dictamen ornandi.*

DIctamen verbis assuesce polire superbis,
Quæ sibi cognata, pare fonteque sint generata
Pro binis geminos, pro pulchris pone serenos,
Pro pulchris lætos, pro læta corde quietos.
Pro Iusto, gemma, pro Nobile, sit tibi stemma,
Da viti gemmas, Bottros tibi dicito Mammas.
Fluctus da segeti, portum simulato quieti.
Remigio alatum volucris secat aera suetum.
Qui pulcher visus locus, effice sit paradisus.
Deliciis plenus locus appelletur amœnus.
Sic etiam prata, sylvæ, pomeria, strata,
Hortus & hic rivo propior, fonti quoque vivo,
Verbaque cognata sociabis & ante locata.
Theutonicos mores caveas, nova nullaque ponas,
Donati putas semper memorare figuras.
Rem pulchram visam non semper dic speciosam.
Sit sale conditum, quicquid dicendo cupitum.
Florida vernabunt; fabri & arte polita micabunt.
Pulchra quidem mulier formosa sit, & speciosa.
Aurum sit purum, sit mundum, sit rubicundum.
His quoque germana tamen haud poterunt fore vana
Quærenti verba florum splendore superba,
Si teneant puram, non degeneremque figuram.
Sit cibus & potus noster saturario totus,
Simplex est prorsus, sed currit commode versus.
Sit fomes vitæ cibus hic, nectarque capitæ,
Iste figuratus facundior & mage gratus.
Simplicitas pura: generosior ergo figura.
Neutra spernenda propriisque locis retinenda.
Arte loqui imbutos imitare sapore loquutos.
Ore disertorum cape tu quodcunque decorum.

Item aliàs eidem aliqua.

CVr geminum fratris, valeas, flos splendide matri
Tecum in floretis liceat mihi ludere lætis,
Quæ cruce reclusus vernans fundit paradisus,
Sydera per meritum cor, Elisioque petitum.
Te spes, atque fides solident, quæ maior & his est.
Sic tibi per trinum sit pax, sit vita per vnum,
Cum quo ridebis, specie sed quando videbis
Ipsum perfecte, trahe me tecum prece macte;
Quem nimis optamus, facie simul vt videamus.

In Nolam Capituli versus antiqui.

PRæceptor fratres hoc signo convocat omnes,
Exemplo Domini cum lavat vnda pedes.
Necnon consilium constat si forte gerendum,
Nec moniti signo conveniunt subito.
Laudibus & noctis interdum rite peractis,
Captamus somnum, si dederit sonitum.
Cœperit at radiis Phœbus conspergere lucem,
Hoc resonante sopor ocius omnis abit.

A

In codice vitæ SS. Galli Oth. *&* VVib. *quem* Hetimannus *(vt autumo) Abbas, vel per se, vel per alium, multo cum aura paravit, habentur hi versus.*

SErvum Galle tuum. Libri decus hoc, Hetimannum
Divite cum voto tibi perfecisse memento.

In calce codicis, sed alia manu sunt sequentes.

Galle tuos famulos magna pietate reserva.
Turpia verba loqui dominabus, turpia clero,
In laico signum proditionis erit.
Dat probitas speciem, sed non species probitatem,
Qui probitate caret, nil sibi forma valet.
Omnia naturæ præpostera legibus ibunt,
Floribus & lignis quod tam mirabile signum.

B

In thesauro Ecclesiæ sunt duo cornua ex ebore miræ magnitudinis, olim argento, gemmis, & auro decorata. Ex quibus vni hi versiculi sunt incisi.

MVnus a Burchardi patris hoc servetur honori.
67. Auferat hoc vllus, huic non sit portio Gallus.

Et alteri.

Nortbertus donum dedit hoc tibi Galle decorum,
Huic ob mercedem, paradisum da fore sedem.

a *Burchardus cognomine Ingenitus, quod ex vtero matris excisus, & arvina porci, vbi intumesceret inclusus, filius Vlrici comitis de Linzgou, Buechorn, & monte forti, VVendelgarda Comitissa de Buechorn, Henrici Aucupis ex sorore Hedvvige pronepos, anno 959. creatur Abbas S.Galli.* C *Imperatori Ottoni Magno ita carus fuit, vt eum filium appellaret. Scripsit Ottoni Epistolam pro confirmando Notkero, quem propter disciplinæ severitatem, piperis granum vocabant, in hæc verba: [Summa post Deum Maiestatis Dominis meis, Burchard Abbas semivivus. Annis meis & senio finem mihi vitæ in ianuis habentibus, ne pastor oves, pater filios improvisos relinquam, Domini mei, privilegium gratiæ vestræ me sollicitavit. Misi itaque vobis, fiduciam vestri habens, dilectum meum; mihi adhuc vivo suffi... dum, a viris virtutum optimis moribus assuefactum, S. Gallo, vt confido, vobisque placiturum. Misi autem vobis & testes meos ter tres idoneos, qui eum eorum vobis ferulâ meâ reddita, & indulgentia mihi petita, singuli eligant. Valeat regnum vestrum & imperium in Domino Dominorum. Amen] Neque enim dubito donum, de quo hic mentio, fuisse Burchardi I. nisi quis malit, referre ad Burchardum I. qui monasterii legitur thesaurum ditasse, cappis, casulis, albis, palliis, libris, &c. qui cum Henrico Bavaro contra* D *Saracenos in Campaniam profectus obiit, in Franckenmunster sepultus anno 1034. hoc Epitaphio:*

Angelis comitatus ovans quæ sidera flammis
Videtur aliquid deesse. Præsulis vicem flammis Burchard gessit plebi suæ sanctæ
Celsi thronum didicit precibus pulsare tonantem,
Indutur æthereæ felix qua spiritus aulæ
Transit, & altithronum gaudet modo visere regem.

In quodam vetustissimo opere biblico, quod pinxerat Marcellus *Monachus, &* Gisalbertus *Subdiaconus, est sermo ad Clericos, Proverbia, &c. Heroico versu, cuius tamen sint, nescio. In eodem Bibliorum armario habes itidem heroico versu varias variorum Bibliorum partium inscriptiones* Hartmuti *Abbatis. In antiquissimo item codice, vbi pictus est* HARCKERVS, *super sunt hi versiculi.*

68. AVferat hunc librum nullus hinc omne per ævum,
Cum Gallo partem quisquis habere cupit.

Et infra.

Istic perdurans liber hic consistat in ævum,
Præmia patranti sint vt in arce poli.

E

Olim in quodam clinodio templi hi erant versus.

TErtius hæc ἄγιῳ Salomon dat dona Mariæ. 49.

Et

Tertius hæc almo Salomon dat munera Gallo.

Cui subiunxit ex Patribus quidam:

Tantis pro donis sit pax animæ Salomonis.

Rex Carolus per eundem SALOMONEM capsam aliam reliquiarum misit, cui inscripti exstant isti.

EN crucis atque piæ cum Sanctis capsa Mariæ, 70.
Hanc Carolus summam delegit habere capellam.

In opus quoddam S. Augustini.

F

BIssenos magni Doctoris in ordine libros
Augustini in hoc corpore, Lector habes. 71.
Cum quibus invictum stabili fundamine castrum
Construit, & Sanctos Sanctus in arce locat.

Item in eius ipsius volumen de decem chordis sic:

Exuperat auri pretium seu topaziorum
Hic Augustinus quod parat Aurelius.
Tange decem chordas; Domino tres tange sonoras. *i. prima præcepta Decalogi Deo, septem posteriora proximo servanda.*
Septem dilecto discrimina tange propinquo.

In aliud sic:

Hunc librum Gallo Notker paravit & Anno.

In opus Ambrosij.

Nectaris Ambrosij redolentia carpito mella.

In Ambro.

Hanc partem Gallo patrat Vodalricus & Vito.

In Bedam.

Quam clari Abbates Gozpertus & Ymmo operantes.

Alibi leguntur isti.

G

In mundo duo sunt, quæ nil abscondita prosunt:
Fossus humi census; latitans sub pectore sensus.

Et iterum alibi.

Exitus acta probat, finis non pugna coronat.

Et hic in Boëtij opere Philosophico.

Explicat egregiæ memorandum dogma sophiæ,
Non Iovis hanc tactam generasset barba Minervam.
Hoc opus Authorem gustando sapit meliorem,
Sed rivum clausit, qui fontem pneumatis hausit.
Dicamus læti, requiescas sancte Boethi,
Qui Bibliothecas vestisti lumine cæcas.

Papienses aiunt, illum morbo suo obiisse in ergastulo.

Idem codex m. s.

In opere Hieremiæ, Abdiæ, Zachariæ, Malachiæ, & Abacuc hi leguntur.

Sors figuratur in his populi partitio virgis
Cornua regnorum signant hæc vim variorum, H
Cives Angelici sunt hi sub nomine Fabri.
Impietas immersa malis monstravit iniquis.
Gentibus errorum defertur summa malorum,
In quo quæsisti Iacob, quem semper amavi.
Est Aries victus: victor supereminet hircus.

Alibi isti.

Rumor de veteri faciet ventura timeri.
Omnibus omnia non mea somnia dedere primum.
Dedecus est nulli decies os rodere pulli.

In Hieronymo super Ezechielem.

Bis septem libris Hieronymus Ezechielem
Explanat bis quatuor hic lege posteriores.
Quos te difficile nimis explanasse fatetur.

Ibidem.

Ruben, & Simeon, Levi, Iudam, Isacharque,
Cum Zabulon, Dinam generat Lia. Zelpha Gad, Aser.
Beniamin, & Ioseph, Rachel, Bala, Neptalim, & Dan.

De

A

De S. VVyborada Sanctimoniali Virgine prophetissa, Martyre.

72. FEstum diem VViboradæ
Virginis & Martyris,
Geminantem tripudium
Cum coronis geminis,
Vnà omnes veneramur
Vocibus eum consonis.
Isthæc postquam diu vitâ
Desudavit practicâ,
Desiderans iam quieta
Vacare theorica,
Sedem sibi eligebat
Clausulæ ergastula.
In qua perfruens sæpe
Visione cœlicâ,
Divinitus devastandam
Ab Vngris Alemanniam
Suæ quoque passionis
Præcognovit gloriam.
Huius passionis die
Gratulamur annua,
Postulemus vnanimes
Illius suffragia
Mereamur consolari
Vt nostra miseria.
Amissæque diu lumen
Reintrare patriæ,
Quam lilio virginali
Intraverat hodie
Redimita, proptioque
Roseata sanguine.
Quod dignare nobis simplex
Trinitas concedere,
Ne pretium quod profluxit,
CHRISTE tuo latere
Annulletur iam redemptis
Ad perenne vivere.

Canonizata est sub Abbate Norberto.

(1)

(:)

B

C

Divus P. N. NOTKERVS, inquit Metzlerus, edidit post VVALEFRIDVM vitam S. Galli metricè 3. libris, de quo opere, quod hactenus non vidi, nisi pauca hæc, ea subiiciam. Notandum scripsisse NOTKERVM nostrum stylo & modo dialogi, vbi quidem interloquutore vsus est primo HARTMANNO iuniore discipulo suo, S. Vdalrici postea præceptore, deinde reliquum cum Ratperto iuniore patruele suo, Ratperti autem senioris Nepote, quem ipse quoque docuit, absolvit. Vt habet liber M. S. ex quo sequentia à me sunt descripta. Hæc Metzlerus.

73. D

VLtimâ sæcli generate metâ
Vincis antiquo lyricos Poëtas,
Pindarum, Flaccum, reliquosque centum
Carmine maior.
Tu Prophetarum celebres Camœnas
David, Esaiæ, parili decore
Æmulans, tempus sine laude nudum
Schemate vestis.
Gesta tu Galli Domini beati
Pange, decanta, modulare, psalle,
Munus hoc mandat tibi CHRISTVS author
Attripe lætus.
Forsan & lassus titubas, vel etas,
Curro festinans, celerans levabo
Et pedes firmans teneros præibo
Calle modesto.
Spiritus summi, Patris, atque Nati,
Vnctor, adiutor tibimet revolvat
Quidquid est huius memorare Sancti
Carmine dignum.
Chare quid linguam taciturnus abdis,
Laudibus Galli neque lætus instas
Cuius es victu spoliisque factus
... Vitalis.
Quid prodest temet studiis librorum,
Tam brevis vitæ motulas ditasse,
Corpus ac fractum macerasse tantum
Si nihil audes.
Sic ocellorum poliaris vsu,
Organo vocis careas nec vnquam,
Munus & gaudens manuum retentes,
Scribe quod hortor.
Si times solus grave ferre pondus,
Colla nec multum reprimantur atra,
Fasce tam magno relevabo temet;
Psalle vicissim.

Videtur alludere ad aliquam historiā quam Hartmannus scripserit, vnde forte quod tribuit Hartmanno Abbati ipsius.

Rescripta Hartmanni ad Epistolam Notkeri, prolatam.

QVid est pater dulcissime,
Strictum iubes quod currere
Artis metrorū vinculis,
Laxis timentē gressibus.
Iostas precum certamine
Iussu perurges iugiter,
Nec passus vllā protinus
Cogis, morā, rescribere.
Tecum iubes colludere,
Dulci vicissim carmine,
Cum vate iā prænobili
Rudem Poëtā & rusticū.

Taurum cupis fortissim
Buclæ tenellæ iungi
Vinumq, mite dispar
Gustu saporis tinger
Si quid tamen tu virum
Tractu pari remisert
Vtcunque iam sub iugo,
Nec ferre tamen reo
Assit pij sanctissima
Galli patris clemen
Mi * iam tuis promp me
Iussis volenti cedere.

Principium libri secundi de vita S. Galli,
Quod ideo adscribo, quod tantundem adhuc vidi.

NOTKERVS.

CIrcuitu longo vitans contingere limen
Quo calcat pariter dives, inopsque simul.
Vt cecinit sensu verax Horatius isto,
Cætera vitandus lubricus atque vagus.
Pallida mors æquo pulsans pede, siue tabernas,
Aut Regum Turres; vivite, ait, venio.
Ac veluti David sermone probatus & acto,
Quis mortis valvas effugiet patulas?
Galle tuam mœstus cogor describere mortem,
Quem cuperem nostris vivere temporibus.

HARTMANNVS.

POsco Magister
Inclite NOTKER,
Vltima Galli
Verba renarra.

Non ego tanta
Tam puerilis
Dogma promam
Tam senis alti.

Habes in hoc prototypo, oratione solutâ prolegor na Notkeri in vitam eandem lectu dignissima, & quentes versiculos:

NOTKERVS.

SIdonius de Constantia, quam nomine dicunt
Vrbe, volens Gallum pellere sede sua.
Horribili strepitu cunctas gallite coëgit
Matres cum pullis, à quoque Gallerius.
E trabe concussa, seu sit qua sylva movetur
Ad iuvenum tremula, seu tremuli folia.
Infrendens animo Gallus, calcaribus illum
Percutit, se miseri viscera fudit homi.
Vt pernicem Asahel hastâ gravis impulit Abner,
Aut Aoth, Eglon interiora tulit.
Gallos vt ad culmen sedit, cantumque peregit,
Huic alacri famulæ garrulitate favent.
Vt Salomone pio in solio residente patrono
NATHAN cum populis laudibus insonuit.

A Ib dem sequitur origo nominis Constantia & Chtonberg, quem Cornelium appellant per fibulas ibi repertas frequentatum: & Githeræ.

ET NOTKERVS.

CVmque pro Christo patriam, parentes,
Rura, cognatos, genus, & caducam
Gloriam mundi, simul abdicarent,
Pergere cœtant.
Corde lætantes, alacres & omnes
Orbe iam toto celebrata sese
Cominus gaudent adiisse tecta
Plena salutis.

Cætera desunt.

B *MEROBAVDIS HISPANI SCHOlastici, de Christo.*

PRoles vera Dei, cunctisque antiquior annis
Nunc genitus qui semper eras, lucisque repertor,
Ante tuæ matrisque parens, quem misit ab astris
Æquævus genitor, verbique in semina fusum
Virgineos habitare sinus, & corporis artus
Iussit inire vias, parvaque in sede morari:
Quem sedes non vlla capit, qui lumine primo
Vidisti, quidquid mundo nascenti creares,
Ipse opifex, opus ipse tui dignatus iniquas
Ætatis sentire vices, & corporis huius
Dissimiles perferre modos, hominemque subire,
Vt possis monstrare Deum, ne lubricus error
Et decepta diu varij solertia mundi,
Pectora tam multis fineret mortalia seclis.
C Auctorem scivere Deum te, conscia partus
Mater, & attoniti pecudum sensere timores:
Te nova sollicito lustrantes sidera visu.
In Cœlo videre prius, lumenque secuti
Invenere Magi: tu noxia pectora solvis,
Elapsasque animas in corpora functa reducis,
Mundus & ad manes penetras, mortisque latebras
Immortalis adis, tibi tantum non fuit vni
Principium finisve mori, sed nocte refusa
In cœlum ad patrem scandis, rursusque perenni
Ordine purgatis adimis contagia terris.
Tu solus patrisque comes, tu spiritus insons,
Et toties vnus, triplicique in lumine simplex.
Quis nisi pro cunctis aliud, quis credere possit:
Te potuisse mori, poteras qui reddere vitam?

D *AVCTORIS INCERTI DE Bebiani baptismo, & vxoris Apræ obitu.*

OVit Beatus, cui remissa iniquitas
Nec imputata est pigra credendi mora,
Operumque cassa contulit vitam fidei;
En iste celsi quem sub auro culminis
Pictura veris exprimit miraculis,
Clarus superbo veriorum nomine,
Et consulari Bebianus sanguine,
Ipse est potentis larga Christi gratia,
Prius iste captus vinculis mortalibus,
Opes & inter sæculi, pauper Deo,
Vitam et peractis blandientem copijs
Mortalitatis immemor cucurrerat,
Vt se subacto fine mortalem vidit,
Fesso benignum quærit aspectu Deum.
Statimque Christum illuminatus invenit: E
Veniam precatur, & sacerdotum pedes
Supplex adorat, ipse culpator sui,
Negansque dignum, gratia dignum facit,
Voverque vitam si superstit, integram,
Et obire gaudet, si renatus oppetat.
Credidit oranti, & fidentem flumina vitæ,
Præcinctus puro perfudit Episcopus amne:
Quo peragente pios solito mox ordine ritus,
Et divale sacrum libans, & chrismate fragrans,
Attonitum mira se maiestate fatetur,
Sed quis odor, quærit, quem sentiat in sua labi
Pectora, prædulci medicantem nectare fibras?
Sedula tunc coniux omen de nomine Christi
Vnguentum spirare docet, spondetque sacerdos
Et monet, vt longi spatium sibi postulet ævi.
Ille Dei iam totus, ad hæc satis hoc mihi donum
Quo potior: nunc mors lucrum mihi, vitaque Christus; F
Ecce per æternum terris data gratia Christum.
Hic est ille latro felix, qui fine sub ipso
Confessus Christum, meruit reus astra fidelis:
Hic donatus abit solida mercede diei,
Serus ab vndecima iam mercenarius hora.
Ergo vt sanctifica oriuit renovatus ab vnda,
Ipse graves artus in mollia fulcra refusus,
Vnanimem alloquitur recreato corde iugalem.
Ætatis spatium lustra novem mihi,
Annum vita super ducere cœperat,
Felix vnanimo coniugio mihi
Dulcis pignoribus clara & honoribus,
Et nunc mortificis elota sordibus,
Sancto fine pium transmeat in Deum,
Hæc ad verba piis sedula fletibus,
Coniux orat adhuc vivere supplicat.
Tunc ille; ô mulier nescia quid petas, G
Iam scis an valeam vivere tam piè,
Vt tanti maneam muneris integer?
Et quid vita iuvat, quia moritur salus?
Hæc vt fortis ait, torvum oculis micans,
Et cœlum stupidè suspiciens ait:
Flammantem video luminis ambitum,
In quem nulla venit fœmina circulum,
O felix cui adhuc corporeo datum
Æterni speciem cernere sæculi,
In quo connubij nulla necessitas,
Sexus perpetuis corporibus perit!
Rursus vt hæc dixit, subita quasi morte solutus,
Exanguem porrecta trahit per membra rigorem.
At trepida & visis exterrita talibus vxor,
Solvitur in speciem lethi, iam muta trementes
Tendit in ora manus, membrisque iorens, lacertis
Pendet in exanimum pallentior ipsa maritum.
Ipsa fidem mortis suadet mora: namque bis acto
Orbe, duplex revoluta dies, bis vespera clausa est, H
Mortales oculos dum fallit mortis imago.
Ille autem angelicis manibus per nubila raptus,
Liquerat hospitium repetendi corporis, & tunc
Ætherij secreta poli, sedesque beatas
Expectat monstrante Deo, dignataque Christo
Mens pia, dum fletur terris, gaudebat in astris,
Hoc vnum tantum mœrens quod adhuc remearet.
Ex cursu medio redit, vt conspecta referret,
Firmaretque fidem dubitantum vivere functos.
Vtque redux membris admotæ coniugis ora
Vidit, pollicitus quiddam mirabile sese
Dicturum, in lucem sua distulit orsa sequentem.
Ergo dies primos vbi crastina fulsit in ortus,
Mane novo sacris (aderat nam forte sacerdos)
Fungitur, vtque pio gessit solennis cultu,
Suspiciens cœlum, ille manus dispandit, & in se
Brachia constringens quasi quædam munera cœlo
Missa avido premit amplexu, meane omnia sunt hæc?
Percunctans, cuncti dictis stupuêre, rogantque
Quidnam conspiciat clausum? mortalibus ille,

A Πάντα καλῶς inquit Patriarcham ſæpius Iſaac
Commemorans, Græce θεῖον γλυκὺ θεῖον ἀγαθόν
Horreſcens veneranſque refert, vtque angelus illum
Suſtulerit per inane vehens, vt millia multa
Viderit Angelicis mixta magniſque catervis,
Regnantemque Deum ſuper omnia cum Patre Chriſtum,
Narrat & æternam portis gemmantibus vrbem,
Narrat & ætherij cœleſte nemus paradiſi.
Inter & hæc dextram ſecreta in pectora miſit
Coniugis, hoc dicens: Vnum ſumus ambo & idem illud
Ingeminans, ſancto placidam ſic ordine complens
Finem Evangelico vitam in ſermone refudit.
Et nunc ille Deo fruitur coramque beatæ
Coniugis æterno vinctus amore tenet.
Attamen vnius rapuit ſolatia nati,
Impatiens tuta prole carere pater,
Sed poſtquam iuſto tua tempora clauſeris ævo
Edocta genitrix inclita pignoribus:
B Tunc puer ille tuus florentem luce coronam
Præditus occurret cum genitore tibi:
Quo comite adveniens tibi lætus ab æthere coniunx,
Dextram cum blandis porriget alloquiis:
Tempus adeſt, curis iam ſolvere, ſolvere membris
Vixiſti natis, nunc redhibere mihi.
Iam non coniugium nobis mortale, vt in ægris
Ante dedit brevitas invida corporibus:
Quod nobis tenui fructu rapida abſtulit ætas,
Orbibus accumulans vix duo luſtra tribus.
Nam tua viginti luſtro cumulaverat annos,
Præceſſit curſus cum mea vita tuos.
Ac mihi bis decies maior te fluxerat ætas,
Sed tamen æquævas fecerat vnus amor.
Nunc meliore iugo ſtabile, & in ore piorum,
Aurea vivemus ſæcula rege Deo.
Surge virum natumque ſequens: patet ecce ſereni
Porta poli, meritis angelus ante volans,
C Ipſe pia de nube manum Deus exeret, & te
In cœlum dextra ſollicitante vocat,
Felix Apra cui licuit terraque poloque,
Coniugis vnicubæ iuge tenere bonum:
Quo terris tibi clarus honor ſub nomine eodem
In cœlis etiam gloria perpes erit.

AVCTORIS INCERTI DE *laudibus Domini.*

QVis quεritur ſera virtutis dote iuvari?
Quis promiſſa Dei lento procedere paſſu?
Quis ſine humano metitur iudicis vrnam
Perpetui, tarduinque putat quod ſæcula debent
Accelerare diem meritis qui præmia reddat?
Nobilis ingenti teſtatur gloria facto.
D Nam qua ſtagnanti prælabitur agmine ripas
Tardus Arar, pigrumque Diu vix explicat amnem
Qua fratrum Rheno progignitur Hedua pubes.
Coniugium memini ſumma pietate fideque,
Lex divina tamen meritum cumulabat amoris.
Et votum ambobus, ſocium præcedere morte,
Mœroriſque pio curam mandare ſepulchri.
Sed prior vxorem decreti pagina legit,
Tunc vir ſollicitus largo ſober ore cavari,
Poſt mortem ſinus quæ membris hoſpita ſaxa:
Suſciperet veniens, æternaque fœdera iungens,
Vt quos viventes tenuiſſet lectulus idem,
Poſt præcepta Dei, buſtum commune levaret.
Senſit vota ſui coniunx præſaga mariti,
Magnaque temporibus tribuit miracula caſtis.
Nam cum defunctia iungantur brachia membris
Et repetita manus conſtringat vincula trunco,
Ne quibus humanæ complentur munera vitæ,
Accidat informis ſluitario diſſociatis.
Immenſum dictu, quo tempore vita peracta eſt,

Iungendus ſociæ proſpecta ſede maritus. E
Poſtquam morte viri reſerata eſt ianua læti
Horrendamque larem iam lux ingrata retexit:
Deprenſa eſt lævam protendens fœmina palmam,
Invitans ſocium geſtu viventis amoris.
Quis dedit affectum tumulo? quis vincula ſolvit?
Vnde ſepulta videt venturæ coniugis vmbram?
Tu facis hæc, tu Chriſte Deus, tua ſigna moventur,
Paulatimque doces ſupita reſurgere membra;
Tu quem venturum ſancti cecinere Prophetæ,
Incorrupta Dei ſoboles, rectorque regentis,
Quo ſine nil magnum, genitor deliberat ingens.
Cuius ad imperium certis mare conſtitit oris,
Nec licet immenſo terris excurrere ponto,
Plantaque montanus includunt littora fluctus:
Qui vario ſtabilem dotaſti munere terram,
In noſtros vſus, largus pietate paterns:
Te vale mortales committunt ſemina ſulcia,
Et novus arenti procedit ceſpite partus: F
Tu manare iubes fœcundo nectare vites,
Tu grata epulis hominum, medicoſque ſaluti
Arboribus ſuccos, tu trudis dulcia mella.
Tu ſervire iubes homini genus omne animantum,
Inſuper & gravibus lucos curveſcere pomis,
Atque novos reditus nullo de ſemine naſci:
Tu varios amnes noſtro prodeſſe labori,
Et renovare ſacris benedictum fontibus ævum.
Te duce velivolis patuerunt æquora roſtris.
Diviſoſque fretis luſtravit navita portus.
Tu poſtquam certis ſunt acta elementa figuris,
Ne torpere rudi cœleſtis machina vultu
Inciperet vario ſignaſti munere mundum:
Et quicquid cœlo radiat, tua dextera finxit.
His aulam Domini placuit connexere ſignis.
Iam freta ne nullis agerentur inhoſpita terris,
Aſſiduumque alacer numeraret navita portum:
Crebra ſatis tumido defigitur inſula ponto, G
Nec tamen inſano metuit circumdata fluctu,
Exiguoque fretis innitens orbe reſiſtit,
Te duce confidens, cuius venerabile pactum
Nexum lege pari ſummumque imumque peræquat,
Nec ſinit impoſitos unquam tranſcendere fines.
Ac ne plana nimis tellus vel nuda iaceret,
Vitibus aptandos iuſſiſti aſſurgere colles
Grandibus & largos vmbracula texere lucos.
Tum ne vaſtus agat ſilvis torpentibus horror,
Innumeros fœtus proceris tu ſaltibus addis:
Incola ne nemori, neu deſit præda petenti.
Tum volucres multas, & mille examina vocum
Mortali harmoniæ lucis reſonare canoris:
Sic annum placuit variis intexere formis,
Et vice iucunda mortalibus addere fructum:
Neve ſemper prolixa dies nimis vreret urbem,
Neu brevis iniuſtum raperet naſcentibus ignem
Ac ne perpetuo quateret labor omnia niſu, H
Dat requiem hominum nox roſcida curis:
Vtque humana ſalus ſecurum duceret ævum,
Sponte ſalutares de ceſpite ſurgunt herbæ,
Has Pater ipſe ſerit nutu, non vomere dives.
Non ego ferrato tegerer ſi viſcera muro,
Ferrea vox linguæque forent mihi mille canenti,
Munera cuncta queam veſtræ pietatis obire.
Sed pater ille tuus ſecreta in ſede locatus,
Ne cuiquam viſu facilis, cunctiſque tremendus
Te miſit dominum terris vitæque magiſtrum.
Et quiſquis natum iuſto veneratur honore,
Ambobus ſua vota dicat vitamque perennem
Tu caſti rectique tenax, & flectere leges
Poſt crimen facilis, ſi quem vecordia præceps
Depulit à vobis præſcripto limite vitæ.
Te genitor noſtra, paterentur vt ora tueri,
Induit humana facie membriſque caducis.
Quis tentaret enim fragiles attollere viſus,
Si talem trepidi voluiſſet ſiſtere terris,

Qualis

A Qualiter, ingenti cum torques fulmina dextra,
Præsentemque iubes directa pavescere pœnam:
Vel cum placatus, campis sitientibus imbres
Dividis, & dubias sulcis producis aristas.
Ne tamen insignem res nulla ostenderet ortum,
Virgine conciperis, non sufficit esse pudicam,
Nec quæ nupta queat Domino coniungere fratrem
Ne procul ex vtero contagio turpis abesset.
Mox vbi processu felix maturuit ætas,
Indociles animos monitis servare paternis
Aggrederis, rectamque viam labentibus offers,
Atque vt missa Deo penitus præcepta paterent,
Imperium tu morti adimis morboque soluto
Desperata iubes apprendere munia vitæ
Restituisque diem cæcis, & ne quid inausum
Restaret penitus, quo perfidus error obiret,
Indicis sensum tumulis, & condita pridem
Membra iubes iterum superas consurgere in auras,
B Agnoscuntque suum dilecta cadavera nomen.
At postquam legem sectator idoneus hausit,
Vt se mortali cœlestis spiritus aula
Exueret, legis interitum quò cuncta doceres
Pro summo tolerandi Deo, recteque perennem
Contempta mortis sibi quemque assumere vitam:
Sic completa ferens genitoris iussa, redisti
Ad summi secreta poli, qua lucidus æther
Pigra vetat proprio succendere nubila cœlo:
Atque vt certa foret pereuntis copia turbæ,
Quæ præcepta Dei miserandis auribus erect,
Nec nova defunctos iampridem iura tenerent:
Carceris inferni feralia, libera nobis,
Innumeramque iubes tenebris emergere plebem,
His tantum clausis, quos impia vita notarit:
Et loca pœnarum venturis dividis vmbris,
C Quæ tibi non credunt, vel quæ se credere fingant.
Sancte Deus summique Dei venerabile pignus,
Ad cuius nomen violenta morte fugatæ,
Pectoribus propriis, alienaque pectora nactæ,
Exclamant, pallentque animæ, iussæque recedunt,
Sicut multa prius de te miracula produnt,
Cum terram cœlumque inter suspensa tenentur,
Obstricto per te quia nil permittitur hosti.
At nunc tu Dominum meritis, pietate parentem,
Imperio facilem, vivendi lege magistrum,
Edictisque parem, quæ lex tibi condita sancit:
Victorem lætumque pares mihi Constantinum,
Hoc melius fœtu, terris nihil ante dedisti;
Nec dubis: exæquent vt nati sua pignora patrem.

DE MOSIS CANTICO POEMA

Authoris incerti.

D Cantemus Domino Deoque nostro
Cui sit gloria, cui honorque pollens.
Sese magnificis decorat actis,
Dum currus celeres Ægyptiorum
Rubri marmoris enecat fluentis
Adiutor validus meæ iuventæ
Custos, & genitor, salusque vera.
Ipsum conspicua sacrabo laude,
Ipsum vocibus arduis fatebor.
Dignus nomine, quod Deus vocatur,
Plebem de medio tulit profundo,
Hic est, hic Dominus potens & vltor.
Hic est progenitor mei parentis
Qui bellum tulit, obruitque fortes.

De die Paschatis, Auctoris incerti.

Vita Sanctorum decus Angelorum,
Vita cunctorum pariter piorum
Christi, qui mortis moriens ministrum E
Exsuperasti.
Tu tuo lætos famulos Trophæo,
Nunc in his serva placidus diebus,
In quibus sacrum celebratur omnem
Pascha per orbem.
Pascha quo victor rediens ab imo,
Atque cum multis aliis resurgens,
Ipse susceptam super alta carnem
Astra levasti.
Nunc in excelsis Dominus refulgens,
Et supra cœlos Deus elevatus,
Inde venturus homo iudicatus,
Denuo iudex.
Corda tu sursum modo nostra tolle,
Quo patri dexter residens in alto
Ne resurgentes facias in ima
Præcipitari.
Hoc pater tecum, hoc idem sacratus F
Præstet amborum, pie Christe, flatus,
Cum quibus regnas Deus vnus omni,
Iugiter Ævo.

IN DIE ASCENSIONIS

Authoris incerti.

Festum nunc celebre, magnaque gaudia
Compellunt animos carmina promere,
Cum Christus solium scandit ad arduum.
Cœlorum pius arbiter.
Conscendit iubilans lætus ad æthera,
Sanctorum populus prædicat inclytum,
Concinit pariter Angelicus chorus
Victoris boni gloriam. G
Qui scandens superos vincula vinxerat,
Donans terrigenis munera plurima,
Districtus rediens arbiter omnium
Qui mitis modo transiit.
Oramus Domine, conditor inclyte,
Devotos famulos respice protegens,
Ne nos livor edax dæmonis obruat,
Demergat vel in Inferos.
Vt cum flammivoma nube reverteris
Occulta hominum pandere iudicans
Ne des supplicia horrida noxiis,
Sed iustis bona præmia.

❦❦❦❦❦❦❦❦❦❦❦❦❦❦❦❦❦❦

RVFINI PRESBYTERI PROvinciæ Palestinæ, seu potius anonymi, Liber de Fide, nunc primum in lucem editus, notisque illustratus H

Opera & studio IACOBI SIRMONDI *Societatis* IESV *Presbyteri.*

LECTORI.

GRæci operis Latinam versionem, Lector, in publico proponimus, in qua se opus ipsum, vt reor, vtilitate sua commendabit, hominisque ostendet esse doctissimi, & in sacris literis Ecclesiæque dogmatibus exercitati. Sed cuius nec nomen eloqui promptum sit, nec interpretis. Quod enim Rufino presbytero librum hunc adscribit Ioannes Diaconus in volumine quo Heptateuchum exposuit, & quod contra in binis exemplaribus Corbeiensis monasterij adnotatum vidimus, non à

Rufino

Rufino, sed à Pelagio editum fuisse sub nomine Rufini, facili vtrumq; negotio refellitur, eo quòd nec Rufino libri conveniat, qui Originem, velut impium ac nefarium, passim exagitet, nec Pelagio, qui primatum Pelagij decretum evertat, Adam, sive peccasset, sive non peccasset, mortem obiturum. Etsi autem incogniti muneris sentio quanto minor futura sit gratia: tu tamen, ni fallor, vel ignotum hospitem, qui dona fert, minimè aspernandum putabis. Neque te ab hoc consilio abducet illa eius, quæ Corbeienses monachos exterruit, adversus Adæ peccati traducem disputatio. Quippe qui hanc intelliges, non solùm in Græco scriptore, qui apud suos didicerat, durius accipiendam non fuisse; sed in Latino etiam, qui ante Pelagij damnationem scriberet, dissimulari potuisse. Cæterùm vt sapienter illi ac provide videntur egisse, qui Capitula Pelagij erroribus opposita remedij loco hîc adiecerant, ita nostrum fuit simile eo ad cautionem eadem in editione nostra non omitti. Fruere igitur, Lector, & fave.

Ioannis Diaconi de hoc libro duplex testimonium ex eius exposito in Genesim.

I. Ex libro de fide Rufini. *Et dixit Deus, faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostram.* Et cùm Moyses hoc ex persona Dei dixisset, &c. *vsque ad* secundùm similitudinem Dei facta sunt. § 23.

II. Ex libro de fide Rufini. Illos igitur primos homines, Adam dico & Evam, licet immortales secundum animam dixerim, &c. *vsque ad* immortales esse non poterant. §. 29.

Index eorum quæ in hoc libro per singulos numeros explicantur.

1 QVod vnus est Deus, substantivum habens verbum & substantivam Sapientiam.
2 Deus simplex & incompositus.
3 Filius de Dei substantia.
4 De eadem Spiritus sanctus.
5 Filius in Patre, & pater in filio, & in vtroq; Spiritus S.
6 Spiritus in Deo ex eius substantia est.
7 Sicut in Patre, ita & in filio.
8 Patris & filij & spir. substantia vna est eadéq; virtus.
9 Filij & Patris eadem substantia.
10 Eadem quoque Spiritus sancti.
11 Substantiva Dei sapientia Spiritus sanctus.
12 Per Spiritú & verbú omnia munera præstantur à Deo.
13 Spiritus S. tamquã Dominus & Deus munera largitur.
14 In vno spiritu baptizari quid sit.
15 Arriani à patris substantia separant Filiú & Spiritú S.
16 Creando Deus non natura creat, sed libera voluntate
17 Refellitur Origenes Deú negans fecisse quæ voluit.
18 Primò creatæ cœlestes substantiæ rationales, natura & virtute diversæ.
19 Contra eos qui Solẽ & lunã animalia putant, vt Orig.
20 Contra eosdem, qui per luminarium motus facta nostra significari aiunt.
21 Cælestib. potestatib. sicut hominib. libera potestas data
22 Diaboli & Angelorum eius prævaricatio.
23 Solus homo ad imaginem Dei creatus.
24 Opus manuum Dei dictus.
25 Corpus illi ex terra, anima à Deo.
26 Anima non est pars Dei.
27 Animæ non simul olim factæ.
28 Non propagantur ex aliis, sed à Deo creantur singulæ.
29 Adam & Eva mortales secundum carnem creati.
30 Mortem non gustassent, si mandatum Dei servassent.
31 Ante peccatum generandi cupiditatem ignorabant.
32 Mors a Deo in bonum ad coërcendam peccatorum malitiam inducta.
33 Iustis etiam vtilis est.
34 Mors requies & somnus appellata.
35 In bonum etiam labores Adam & sudores dati.
36 Adam & Evæ dimissum fuisse peccatum ostendunt tunicæ pelliceæ.
37 Originale peccatum impugnare conatur, & quod pro suis propriis quisque damnetur.
38 Quod liberi pro parentib. non puniantur, nec parentes pro liberis.
39 Quòd iniustus alioqui Deus dici videatur, vel eo fortior diabolus.
40 Infantes Adæ peccato non teneri, nec ideo baptizari.
41 Contra eos qui pueros non baptizatos æterni ignis pœnæ deputant.
42 Vnigenitus Dei filius homo factus in novissimo dierú.
43 Ex Maria V. corpus assumens animam sibi creavit.
44 Refelluntur Arriani & Apollinaris, qui animam negant habuisse.
45 Sicut corpus, sic animã habuisse docent Euangelistæ.
46 Factus homo vt humilitatem doceret.
47 Crux & quæ humilia de Christo dicuntur, servi formæ tribuenda, non Deo.
48 Factus homo vt suam erga nos dilectioné ostenderet.
49 Cælestes quoque virtutes creatæ in Christo, qui illorum pariter est caput. Item factus est homo, vt nobis relinqueret exemplum, & vt mediator noster esset.
50 Quod in hac vita pœnitentiæ sit locus, & quod Christus iudicaturus sit vivos & mortuos.
51 Resurgent mortui in eadẽ carne, in qua formati sunt.
52 Sophismata Arrianorum contra filium Dei.
53 Invitus an sponte Deus procreaverit filium.
54 Si omne quod desiit & cœpit.
55 Si solus cùm esset genuit filium.
56 Id quod non natum est substantiam significat.
57 Pater non natus secundú substantiã, filius verò natus.
58 Id quod est sine initio, etiam non natum est.
59 Quomodo Deus simplex cùm sit, pater simul & filius & Spiritus sanctus esse potest.
60 Quomodo fieri potest vt vnus Deus, vna substantia pater & filius nominetur.
61 Sensus, sermonis ac sapientiæ hominis cùm divinis personis comparatio.

RVFINI PRESBYTERI Provinciæ Palæstinæ.

a LIBER DE FIDE.

HÆc nostra fides est, quam didicimus à Deo & doctis viris, Moyse dico & cæteris Prophetis, qui vetus Testamentum prædicaverunt, necnon etiam à sanctis & beatis Apostolis & Evangelistis, qui novum Christi Testamentú nobis salubriter insinuarunt. 1. Quod vnus est Deus habens verbum substantivum æquale per omnia sibi, similiter & *b* sapientiam substantivam æqualem sibi per omnia. Vna substantia patris & vnigeniti & spiritus sancti, vna potentia, vnus dominus, sine principio sine fine, simplex & incompositus, incorporalis, sine figura, sine circumdatione, non crescens, non deficiens, non indigens, indivisus, infinitus, invisibilis, incomprehensibilis, inconvertibilis, sine interitu, immutabilis. Hoc quod est semper & idem erit, conditor omnium potestatem habens, provisor benignus, iustus iudex vivorum & mortuorum. Et quod vnicus Deus verbum in extremo temporum natus est ex spiritu sancto & Maria semper virgine, & quod crucifixus mortuus est propter nos, & quòd tertia die resurrexerit, & ascendit in cœlos, & sedet in dextera patris sui, & quod iudicaturus est vivos & mortuos, & cũ eadem carne secundum facta sua vnusquisque vicem recipiet. 2. Simplex & incompositus est Deus, eo quòd non est corpus divinitas: compositio enim propria est corporum. Simplex & incõpositus, eo quod non accidit ei verbum & sapientia, compositio enim ex substantia simul & accidentibus constare dignoscitur. Simplex & incompositus: neque enim diversa est patris & filij & spiritus sancti substantia, sed vna penitus eademque monstratur. 3. Et quòd vna est eadem patris & filij & spiritus sancti substantia & virtus, testis est Dominus

A noster Iesus Christus, de semetipso docens & de Spiritu sancto. De seipso quidem dicit: *Ego & pater vnum sumus*. Et iterum: *Qui me vidit, vidit & patrem*. His dictis ostendit apertè vnam esse substantiam, eandemque virtutem. Nam cùm dixisset Philippo, [Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me, qui me vidit, vidit & patrē.] docere voluit vnum nos ipsum & patrem eundemque cernere virtute simul atque substantia ex mirabilibus quæ faciebat. Quorum enim vna voluntas, eadem sunt opera, eorum quoque est eadem substantia. Ideòque dicebat Iudæis: [Si non facio opera patris mei, nolite mihi credere, si autem facio, & si mihi non creditis, operibus credite, vt sciatis & intelligatis quod pater est in me, & ego in ipso.] Mire autem etiam hoc docuit, non aliter nisi ex operibus divinitatem debere cognosci. Quippe cùm naturaliter invisibilis sit, & non aliter videatur, quam ex suis operibus & factis, vt etiam Sapientia testatur, dicens: *Ex magnitudine enim & pulchritudine operum competenter conditor eorum perspicitur*. Simili-

B ter autem etiam Beatus Paulus Apostolus dicit, *Invisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & divinitas*. Docet autem iterum sanctus Apostolus Ioannes, quòd Dominus noster Iesus Christus apertè seipsum prædicaret Iudæis filium Dei secundum substantiam in eo quod dicit, [Propterea magis quærebant eum Iudæi occidere, quòd non solùm solvebat sabbatum, verùm etiam patrem suum Deum esse dicebat, æqualem se faciens Deo. Et hoc tunc intellexerunt Iudæi, quòd Iesus semetipsum manifestavit filium secundum substantiam esse, cùm diceret ad illos, *Pater meus vsque modo operatur, & ego operor*. 4. Sed hæc quidem de seipso Dominus noster Iesus Christus docuit. Docuit autem etiam de Spiritu sancto, eo quòd de Dei substantia est, & quòd ea quæ facit Deus pater, eadem pariter etiam spiritus facit, cùm dicit: *Spiritus veritatis qui à patre procedit*. Porro autem cùm eiiceret adversarias potestates, quas iuxta consuetu-

C dinem hominum dæmones appellat, dicebat, *Si autem ego in digito Dei eiicio dæmones*. Quod autem digitum Dei spiritum sanctum nominet, apertius cæteri Evangelistæ hunc locum dixerunt. Matthæus quidem cùm sic dicit: [Si autem in spiritu Dei ego eiicio dæmones. *Marcus vero*, Quicumq; blasphemaverit in spiritu sancto, non indulgetur ei in sæculū, sed obnoxius erit æterno peccato, eo quod dicebant, spiritum immundum habet.] Hoc cùm dixisset Dominus, apertè docuit vnam eandemq; credere substantiam patris & spiritus sancti, quippe cùm digitus, cuius est digitus, eiusdem etiam substantiæ habetur. Porrò autem cùm diceret discipulis suis, *Accipite spiritum sanctū quorum dimiseritis peccata dimittentur eis*, similiter ostēdebat debere credere vnam eandemq; esse substantiam patris & spiritus. Dicit etiam B. Paulus docens, *Nescitis quod templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus*. Hoc cùm

D dixisset, apertè docuit vnam eandemque esse substantiam atq; virtutem Dei & spiritus, quippe cùm non ex alia re cognoscatur templum Dei esse, nisi etiam ex inhabitante spiritu Dei. Scribit etiam B. Paulus de spiritu sancto, sic dicens, *Cùm verò conversus fuerit ad Dominum tollitur velamen, Dominus autem spiritus est, vbi verò spiritus Domini, ibi libertas*. Hæc cum dixisset, ostendit eandem esse substantiam, ex eo quòd spiritus est Dominus, & spiritus Domini libertatem largitur & donat. 5. Est autem filius in patre, non sicut in loco, neq; enim finib. circumdatur eius substantia, sed sicut verbum in mente, sicut simplex in simplici, vt infinitus in infinito, & infectus in infecto, vt sine principio in eo qui sine principio, & dominus in domino, & Deus in Deo, & eiusdem substantiæ simul atque potentiæ. Similiter verò & pater in filio, & vt sensus non separandus à verbo. Sensum autem dico patrem, ex nobis accipiens exemplum, vt nos scilicet intelligamus quēadmodum pater in filio, & in patre filius habeatur, quāvis etiam vnde hoc dixerim, ex divina scriptura causas & semina sumpserim. Nam cùm filium verbum dixissent qui à Deo docti sunt Prophetæ atq; Apostoli, sensum nos in-

E telligere patrem sine dubitatione docuerunt. Quippe cū non aliter verbum possit intelligi, nisi ex sensu seu mēte nascatur. Sensum autem dico, non talem qualis est noster, quoniam ne verbum quidem Dei tale quale nostrum est, neq; eius sapientia talis est qualis nostra est. Similiter autem etiam spiritum sanctum dicimus in patre & in filio eiusdem substantiæ vel potentiæ, tanquam sapientiam in sensu simul & verbo, porrò autem patrem & filium in spiritu eiusdem substantiæ simul atq; potentiæ, & tanquā sensum ac verbū quæ non à sapientia separantur. 6. Quod autem in Deo spiritus est, quasi ea eius substantia sit, & quasi idem sit vterq; & vt ita dicam totus in toto, & qui eius alta & profunda cognoscat, etiā B. Paulus docet, sic dicens, *Nobis autem revelavit Deus per spiritum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei*. Vnde accepto à nobis exemplo, hoc est ea nostra sapientia, quæ totū sensum nostrum altius penetrat, & quæ sunt in eo cuncta cognoscit, deinceps dicit, *Quis enim novit hominum quæ hominis sunt, nisi spiritus hominis qui in eo est, sic & quæ Dei*

F *sunt nemo scit nisi spiritus Dei*. Ideo autem B. Paulus de nobis accepit exemplum, ostendere volens quomodo spiritus Dei ipsius alta cognoscit, quoniam novit hominem imaginem esse Dei patris & filij & spiritus sancti. Est enim imago Dei homo, quippe cum sit rationabilis, ac sensum & verbum & sapientiam habeat, sicut etiam Moyses docet, cum dicit, *Et dixit Deus, Faciamus hominē secundum imaginem*, non meam solum, sed secundum imaginē *& similitudinem nostram*. 7. Quòd autem sicut patris est spiritus sanctus sic etiam filij pariter habetur, docet iterū S. Paulus, sic dicens. [Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, siquidē spiritus Dei habitat in vobis,] hoc est Dei patris, & deinceps dicit: Si quis autem spiritū Christi non habet, hic non est ipsius. *Dicit autem & in alio loco*, Quod autem filij estis, misit Deus spiritum filij sui in corda clamantem abba pater.] Idem autem patris & filij est spiritus sanctus, quoniā neq; pater est, neq; filius. Vt autē ac-

G cepto rursus à nobis exemplo dicam, quoniam non est tanquam sensus generans verbum, neq; tanquam verbum quod generatur à sensu, sed vt sapientia quæ à sensu minime segregatur & verbo. 8. Quòd autem patris & filij & spiritus sancti substantia vna eademque virtus est, etiam Moyses famulus Domini docet, cum sic dicat, Et dixit Deus, [Faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostram.] Nam cum deberet dicere singulariter *faciam*, pluraliter *faciamus* dixit, & non secundum *meam*, sed secundum *nostram* imaginem dixit. Et iterum dicit, *Et fecit Deus hominem*, non *fecerunt*. Hoc autem facit vt ostendat tres personas, hoc est patris, & filij, & spiritus sancti, vnam esse eandemq; naturam, indivisamq; divinitatem. Similiter autem etiam Propheta David vnam eandēque virtutem patris, & filij, & spiritus sancti docet, cum sic dicit, [Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.] 9 Porro autem sanctus Ioannes Apostolus, vt doceret vnam eandemq; filij simul &

H patris esse substantiam, sic dicit, [In principio erat verbū, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deū, omnia per ipsum facta sunt,] Cum dixisset, [in principio erat verbum,] & non ex principio, neq; iterū cum principio erat verbum, vel sub principio, apertè docet verbum sine principio esse, quasi superius esset omni principio, & ipse sit causa principij. Si enim omnia per ipsum facta sunt, cum omnib. autē etiam principium habetur, & ipsius principij, & totius deinceps post principiū spatij, verbum ipsum est caput & causa, in quo spatio tempora vel sæcula continentur. Rursus etiam cum dixisset, *Verbum erat apud Deum*, substantivum ostēdit esse verbum, quoniam non dixit, In Deo erat verbum, sed verbum erat apud Deum. Porro autem deinceps dicens, *& Deus erat verbum*, docet vnam eandemque esse substantiam atque virtutem patris & filij. Quippe cum nihil intersit inter Deum & Deum, cum vterque principio careat, sed vna sit vtriusque substantia, eademq; pariter & virtus. Porro autem cum dicit, *Hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt*: apertè nos docet non duas debere substantias credere separatas, neque pote-

states

A stantes atque virtutes, quoniam vnus est Deus, qui per suum substantivum verbum omnia condit & creat. Ideò autem docemur non tres dicere substantias segregatas patrem & filium & spiritum sanctum, neque potestates atque virtutes à semet invicem separatas. Quippe cùm Deus vnus sit, qui verbo & sapientia omnia creasse dignoscitur.

10. Quod autem in sapientia & cum sapientia, hoc est cum Spiritu sancto, Deus omnia fecit, testis est sanctus David Propheta, cùm prædicando Deum, & amplitudinem virtutis eius enarrando, & divitias sapientiæ eius mirando, vociferatur hæc dicens: *Quam magnificata sunt opera tua Domine! omnia in sapientia fecisti.* Hanc sapientiam pariter & beatus Paulus nimia penitus admiratione prædicat cùm sic dicit: *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei!* Et quòd sapientiam Dei, quâ omnia Deus fecit & facit, David Propheta spiritum Dei nuncupat, beato Paulo simili
B ratione consentiens, in sequentibus edocet apertè, cùm dicit: [Impleta est terra creatura tua, hoc mare magnum & spatiosum, ibi reptilia, quorum non est numerus, animalia parva cum magnis, illic naves pertransient, draco iste quem formasti ad illudendum ei, omnia te expectant, vt des eis escam in tempore, dante te ipsi colligent, aperiente autem te manum tuam omnia replebuntur bonitate, avertente autem te faciem tuam turbabuntur, auferes spiritum eorum & deficient, & in pulverem suum revertentur. Emittes spiritum tuum & creabuntur, & renovabis faciem terræ.] In eo quod dicit Propheta, *Omnia in sapientia fecisti*, & *Emittes spiritum tuum & creabuntur*, apertè docuit vnam esse personam vtriusque, sapientiæ Dei & spiritus sancti. Similiter autem & Salomon spiritum sanctum Dei sapientiam nominat, cùm sic dicat ad Deum, *Consilium verò tuum quis scivit, nisi tu dedisti sapientiam?* Et vt ostendat qualem sapientiam dicat, deinceps dicit, [Emisisti sanctum spiri-
C tum tuum ex altis, & sic correctæ sunt semitæ eorum qui in terra sunt, & placita tua Domine didicerunt, & sapientia servati sunt.] Hoc est, sancto tuo spiritu tuum consilium docti salvati sunt. Sicut etiam B. Paulus ait: [Nobis enim revelavit Deus per spiritum sanctum: spiritus enim omnia scrutatur, etiam alta Dei.] 11. Igitur cùm tales testes habeamus, non dubitare debemus, quin oporteat dicere substantivam Dei sapientiam spiritum sanctum esse, per quem omnia quæ creata sunt à Deo constare noscuntur. Sic igitur & nonnulli minus intelligentes vnam eandemque personam sapientiam Dei & vnigenitum Deum verbum esse dixerunt, volentes à beato Paulo causas & semina sumere in eo quod dicit: [Nos autem prædicamus Christum & hunc crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus verò stultitiam, ipsis verò vocatis Iudæis & Græcis Christum Dei virtutem & Dei sapientiam.] Sed in his quæ dixit beatus Paulus non vnigenitum Deum verbum significat virtutem & sapientiam, sed ordinationem crucis, statim enim in sequenti-
D bus dixit: *Quia stultum Dei sapientius est hominibus, & infirmum Dei fortius est hominibus.* Nemo autem prudentium audet dicere, quòd stultum Dei & imbecillum Deus verbum est, sed sicut prædixi, crucis ordinationem significat, eo quòd illud quod incredulis videtur esse stultum, hoc est Christum crucifixum credere Deum esse, hoc maximam sapientiam habet, & quod videtur esse imbecillum Christi, propter quod pro nobis mortuus est, hoc maximam virtutem habet, de qua sapientia atque virtute non est nunc tempus dicere. 12. Per multos igitur testes docemur à Deo, quòd vnum habeat substantivum vnigenitum Deum verbum, vnam sapientiam substantivam spiritum sanctum, per quem spiritum, & per quod verbum, omnis sapientia, sermo, scientia, cæteraque munera credentibus præstantur à Deo, sicut etiam beatus Paulus docet, cùm sic dicit: [Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad Deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Christus in obedientiam gentium verbo & factis in virtute signorum & prodigiorum in virtute spiritus
E sancti.] Non solum habebat beatus Apostolus Paulus in se loquentem Christum & spiritum sanctum, sed etiam cæteri omnes Prophetæ, & Apostoli, & Evangelistæ; sicut etiam Dominus noster Iesvs Christus docet cùm dicit: *Ideo ecce ego mitto ad vos Prophetas, & sapientes & scribas*, similiter autem & de spiritu Dei dicit: *Ideo & sapientia Dei dicit, mitto ad ipsos Prophetas & Apostolos.* 13. Quòd autem spiritus sanctus Dominus & Deus est, & tanquam Dominus noster credentibus & ipse munera largitur & donat, rursus idem beatus Paulus docet cùm dicit, [Divisiones verò gratiarum sunt, idem autem spiritus, & divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus, & divisiones operationum sunt, idem verò Deus,] apertè docet quod spiritus sanctus Dominus & Deus est. Manifestius autem etiam in sequentibus ostendit. Enumeratis enim donis & operibus atque ministeriis, adiecit statim, dicens: *Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, dividens singulis prout vult.* Rursus idem B. Paulus docere nos apertius volens vnam esse
F substantiam patris & filij & spiritus sancti, ait, *Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus pater omnium.* Patrem autem nominat eorum qui in nomine patris & filij & spiritus sancti per baptisma nati sunt. Non ignorans autem beatus Apostolus, esse baptisma aquæ, & baptisma spiritus, dixit vnum baptisma. Sed bene dixit, sciens vnum esse baptisma, in eo quod in nomine vnius Domini omnes baptizentur & credant. Solet etiam idem B. Apostolus patrem & filium & spiritum sanctum, sicut vnum Dominum & vnum Deum, sic etiam vnum spiritum nuncupare, cùm dicit, [Sicut enim corpus vnum est, & membra multa habet, omnia autem membra corporis cùm sint multa vnum sunt corpus, sic etiam Christus, nam in vno spiritu nos omnes in vnum corpus baptizati sumus, sive Iudæi, sive gentiles, sive servi, sive liberi, & omnes vnum spiritum potati sumus.] 14. Nemo autem, cùm audiat dicentem beatum Apostolum, quòd
G in vno spiritu nos omnes baptizati sumus, & vnum spiritum potati sumus, de solo eum spiritu dixisse credat, aut de solo patre. Quippe qui ita credit, tollit baptisma. Neque enim qui baptizati sunt in vno spiritu, in solo patre baptizati sunt, neque in solo filio, neque in solo spiritu sancto, sed in nomine patris & filij & spiritus sancti, quod quidem est commune nomen, non per confusionem personarum, sed per vnitatem naturæ, *vnus Dominus, vnus Deus, vnus Spiritus.* Semper enim pater est, non desinens esse pater, semper autem & filius, perseverans esse perpetuo filius, semper & spiritus sanctus, qui nunquam pater aut filius efficitur. 15. Quid igitur ad hæc respondebunt nobis qui Arrij & Eunomij nefanda dogmata sequuntur, & à patris substantia filium separari contendunt, & spiritum sanctum? qui cùm hæc dicant in nomine patris & filij & spiritus sancti, etiam ipsi suos baptizare non denegant, & credunt per baptisma remissionem peccatorum, similiter etiam patris & filij & spiritus sancti sanctificatione dignandos,
H non tamen desinunt blasphemantes in filium & spiritum sanctum, cùm deberent cæcitate tandem aliquando liberati respicere & intelligere non aliter libertatem famulis posse præstari, nisi à Domino proprio. Sin verò dixerint à solo patre libertatem vel indulgentiam peccatorum eos qui baptizantur accipere, & à solo patre sanctificationem mereri, sciant non aliter quemquam eorum qui baptizantur his dignum donis fieri posse, nisi etiam à filio & Spiritu sancto munera seu dona percipiat. Testis est Beatus Apostolus Paulus ad Corinthios scribens, cùm dicit: [Neque fornicarij, neque idolorum cultores, neque adulteri, *et cætera*; *Et adiecit*: Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine Domini Iesv Christi, & in spiritu Dei nostri.] His igitur omnibus testimoniis quæ prædicta sunt, vna eademque patris & filij & spiritus sancti substantia satis abundeque monstratur.

16. Creando Deus non natura creat, sicut gentilium fabula delirantium putat, sed magis voluntate

A Libera enim divinitas est, ac non necessitati naturæ serviens, ignium sicut æstimant ritu, qui non voluntate, sed vrente & conflagrante natura, vicina corpora concremare noscuntur. Deus autem non ita facere consuevit. Super enim omnem intellectum sensibilemque naturam ineffabilis & incomprehensibilis substantia est. Quippe cùm nulli divinitas visibilis habeatur, sicut beatus Paulus testatur, dicens: [Regi autem sæculorum incorruptibili, invisibili, soli Deo honor & gloria. *Et iterum dicit*: Qui solus habet immortalitatem, lumen habitat inaccessibile, quem vidit nullus hominum, neque videre potest.] Eadem autem etiam beatus Ioannes docet, cùm dicit: *Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus filius qui est in sinu patris ipse narravit.* Ergo quoniam supra omnem sensum Deus est, voluntate creat, non natura. Nam si natura Deus crearet, & non voluntate, infiniti mundi creati reperirentur, innumerabiles verò qui per dies singulos crearentur. Nos autem genti-
B lium delirante fabula remota, divinæ scripturæ pareamus, quæ docet apertè quod Deus ea quæ creat voluntate vel imperio creat, sicut & famulus Dei Moyses docuit, cùm diceret: *Et dixit Deus fiat lux*: & adiecit, *Et facta est lux*: Et iterum: *Et dixit Deus, Fiat firmamentum*, & præceptum complebatur ex imperio, & iterùm: *Et dixit Deus, Fiant luminaria*, & quæ ante non erant, mox efficiebantur. Pariter etiam David Propheta dicit: [Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandavit, & creata sunt: *& iterum*, Omnia quæcumque voluit Dominus fecit in cœlo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis] 17. Si igitur quanta vult Deus facit & creat, *e* impiè Origenes ac nefariè fatus est, qui sic dixit, Non omnia quæ voluit „ Deus fecit, sed ea tantum quæ potuit continere & com„ prehendere. Qui cùm hoc dixit, ademit Domino cunctorum potentiam, quasi ex parte dimidia ei faciendi potestas daretur. Nam si continendi ac sibi quæ faceret subiugandi non habet, vt ille æstimat, facultatē, nec creandi quidem scilicet potestatem habebit. Nam qui creandi fa-
C cultatem habet, & subiugandi sibi creata similiter habebit. Nos igitur beato pareamus Iob, qui sic dicit ad Deum, *Novi quod omnia potes, impossibile autem tibi nihil est*, & piè religioseque credamus, vna cum his videlicet viris, qui à Deo docti sunt, eo quòd Deus omnia potest, & creando voluntate creat, non natura, & quod quando vult creat, & quæ vult & quanta vult & qualia vult, & nihil est impossibile voluntati eius. Voluntatem verò Dei sine principio esse dicimus sine principio enim novit Dominus quæ creaturus est, & quando facturus, & quanta & qualia creare molitur. 18. *f* Et primas quidem dicimus fuisse creatas rationabiles substantias quæ cœlestes habentur, & eas plurimas ac diversas substantia pariter ac virtute, sicut beatus David eas cæteris anteponens dicit: [Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis Laudate eum omnes An-
D geli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Nam cùm cœlorum & Angelorum faceret mentionem, & potestates & excelsa nuncuparet, diversas earum substantias edocebat; variasque pariter dignitates ac merita. Rursus etiam docet non eandem omnium esse naturam, cùm dicit, *Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem.* Ignem & spiritum cùm Propheta dixisset, variis ac diversis vsus est elementis, vt nos apertiùs edoceret, & eo sensibili videlicet exemplo, eos etiam diversas habere substantias; etiam beatus Paulus cœlestes terrenis anteponens potestates dicit: [Vt in nomine IESV omne genu flectatur, cœlestium, & terrestrium, & infernorum.] Infernorum enim cùm dixisset, solutas animas corporibus nominavit. Porrò autem docet varias earum esse dignitates speciesque diversas, cùm dicit: [Qui est imago Dei invisibilis, primogenitus totius creaturæ, quod in ipso creata sunt omnia, tam cœlestia, quàm terrestria, visibilia & invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates. Cùm igitur cœlestia terrenis anteponeret, mox adiecit etiam homines qui in Christo creati sunt, dicens: [Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium primogenitus ex mortuis, vt fiat in

E omnibus ipse primatum tenens.] Similiter autem etiam Dominus noster Iesus Christus docet diversitatem substantiæ spirituum eorum, qui à Deo recesserunt, ex quibus solet divina scriptura dæmones appellare, & principatus & potestates, cùm dicit, *Hoc genus non eiicitur nisi in oratione & in ieiunio.* In eo autem quod Dominus dicit, *hoc genus*, ostendit in ipsis varia esse genera substantiarum, speciesque diversas. Hæc autem omnia dixi, vt divitias virtutis ostenderem. Nam si omnipotens divinitas est, necesse est etiam prædives habeatur. 19. Sed de invisibilibus quidem substantiis sufficienter dictum. Nunc vero *g* de Sole simul & Luna, cæterisque luminibus oportet exponam. Hæc enim nonnulli, mentis errore decepti, animalia rationabilia esse dixerunt. Quorum dementiam etiam nefarius Origenes secutus est, qui cùm vellet ex divina scriptura exemplum sumere, quæ ibi de luminaribus optimè dicta fuerunt, hæc ipse perperam, vt sibi libitum est, ausus est
F vertere. Sciendum est igitur, quòd divina scriptura nusquam eorum veluti animalium fecerit mentionem. Sed luminaria facta fuisse dixit, & ob hoc solùm creata, vt super terram lucerent, & essent hominibus signa temporum, mensium, & annorum. Sin autem nobis dixerint qui erroribus favent huiusmodi, cur non animalia sint luminaria, & rationabilia, cùm de ipsis scriptum sit hoc modo, *Astra autem non sunt munda in conspectu eius*, hoc est Dei, audiant à nobis quòd qui hoc dixerat, non dignus erat auctoritate. Quippe cùm Dominus ad ipsum dixerit, quod *nihil veri locutus es de famulo meo Iob.* Tamen etiamsi à beato dictum hoc fuisset Iob, ne ita quidem firma probatio videbatur. Neque enim ex eo quod non munda sunt in conspectu Dei, ideò dicuntur animalia, alioquin etiam menstrua mulierum ab ipsis animalia nuncupentur, & leprosa domus, quoniam ne ista quidem munda sunt apud Deum secundùm legem Moysi. Multa enim eorum
G quæ sine anima sunt, ratione quadam sæpe legimus immunda. Adiicit etiam Origenes illud quod à Propheta David dictum est, *Sol cognovit occasum suum*, necnon etiam illud quod Deus dixit ad Prophetam Isaiam: *Ego omnibus stellis mandavi.* Hoc autem facit confirmare volens nefandam hæresim suam. Dicit enim quòd luminaria dudum fuerint intellectus & sensus, & quia negligenter versati sunt, sua postmodum virtute privati, ad ignea ista damnati sunt corpora vt super terram luceant. 20. SIMILITER autem gentilium errorem approbare desiderans sic dicit, quod ideo posuit luminaria in firmamento *h* in signa, vt eorum huiusmodi motus nobis facta nostra significent. Discant igitur qui nefariam Origenis hæresim sequuntur, non sic accipere divinam scripturam, neque evertere huius intellectum, vt pro allegoria scilicet vtantur historia secundum voluntatem suam. Nam cum dicentem terræ audiamus Hieremiam Prophetam, *Terra, terra, terra audi verbum Domini, scribe hunc hominem ab-*
H *dicatum*, non ideo debemus dicere quòd quasi animali rationabilique terræ Propheta præcipiat. Solet etiam David Propheta huiusmodi corporibus imperare, cùm dicit, [Laudate Dominum de terra dracones & omnes abyssi. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius, montes & omnes colles, ligna fructifera & omnes cedri.] Non propterea docet nos, vt hæc omnia rationabilia esse credamus. Sed Origenes nunc eiusque socij dimittantur. 21. Nos enim etiam hoc à scriptura divina didicimus quòd Deus cœlestibus cunctis rationabilibus potestatibus *i* dedit habere liberam voluntatem, sicut etiam hominibus in terra præstitit. Nam nemo omnium qui rationem habet aut sensum, invitus poterit Deo vel sine voluntate servire, sed omnes ei sponte propria scilicet obsecundant. Alioqum si id non esset, neque laudatio eos, neque vituperatio sequeretur, aut crimen, sicut & in cæteris animalibus contigit irrationalibus. Omnes igitur contrariorum capaces habentur, tam boni dico, quàm pravi, boni quidem, cùm id quod Deus vult faciunt

A ciunt, pravi autem, quod mandata Domini minimè custodiunt. Et quod Angeli cœlestesque virtutes, cùm Dei minimè præcepta contemnunt, laude potiuntur ingenti, testis est beatus David ita dicens: [Benedicite Deum omnes Angeli eius, potentes virtute facientes verbum eius. Ad audiendum vocem sermonum eius. Benedicite Dominum omnes virtutes eius, ministri eius facientes voluntatem eius.] Ex hac igitur laudatione, id est ex observatione Domini præceptorum, beata scilicet vita & perpetua fruuntur. Sed sicut omnes, qui Dei faciunt voluntatem, perenni beatitudine potiuntur, & laudes à Deo consequuntur æternas, sic & è diverso cuncti, qui divina præcepta contemnunt, æterna vituperatione damnantur. 22. Vnde ille, quem divina scriptura Diabolum nominare consuevit, & eius pariter qui dicuntur Angeli, cùm primis hominibus inviderent, Adam dico & Evæ, à beata vita, quam primùm possederant, semetipsos alienarunt. Et homi-

B ni quidem per deceptionem, quam ipsi penitus excogitarunt, persuaserunt peccantes, vt à mandato Dei protinus deviaret, semetipsos autem æterno pariter supplicio subiugarunt, sicut & Dominus noster Iesus Christus docet, cùm ad illos dicit, qui propinquo suo misericordiam denegarunt: [Ite in ignem æternum, qui præparatus est Diabolo & angelis eius; Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare, &c.] Quod autem diabolus, vel eius qui dicuntur Angeli, de creaturis cœlestibus sunt, rationabilibusque virtutibus, testis est beatus Petrus, cùm sic dicit: *Si enim Deus Angelis qui peccaverunt non pepercit.* Similiter autem & beatus Paulus docet, dicens. *Nescitis quoniam Angelos iudicabimus?* Ne quis igitur arbitretur captus errore, quòd isti ante peccaverunt quàm hominibus inviderent, & post illud peccatum ad decipiendos homines devenere, sicut nefarius Origenes docebat: sed vt supe-

C rius dixi, ex eo quod diabolus in serpentem transfiguratus Evam decepit. Quòd autem ex illo Diabolus, veritate penitus derelicta, transtulit se protinus ad mendacium, ex quo Evam vt dixi peremit morte peccati, testis est Dominus noster, cùm dixit Iudæis non credentibus sibi, [Vos ex patre diabolo estis, desideria patris vestri diaboli vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia veritas non est in eo, quando loquitur mendacium, de propriis loquitur, quoniam mendax est & pater eius.] Ergo cum dixisset Dominus, quòd ille homicida erat ab initio, & quod in veritate non stetit, aperte docuit, quòd ex eo diabolus à veritate decidit, ex quo primitus per fallaciam mendacij Evam errore deceptam morte prævaricationis occidit. Rursus etiam ideo dictum est, quod quando loquitur mendacium de suo loquitur, quoniam primus ipse ficta fallacia etiam mendacium procreavit. Vnde etiam cæteri, qui vnà cum ipso homini invide-

D runt, ipsius diaboli angeli nominari sunt, quasi ipse primus huiusce malitiæ causa esset & caput. Sed de istis quoque sufficienter dictum.

23. Mundum Dominus cùm crearet, cœlum, inquam & terram, & omnia quæ in eis sunt, solum hominem secundum imaginem suam & similitudinem fecit, sicut Moyses docet, ita dicens: *Et dixit Deus, Faciamus hominem secundum imaginem ac similitudinem nostram.* Et cùm Moyses hoc ex persona Dei dixisset, ipse protinus adiecit dicens, *Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum.* Vtrumque Moyses vnum scilicet intelligens, tam imaginem dico, quàm similitudinem, imagine nominata similitudinem penitus reticuit. Alioquin si non ita esset, nunquam postea dixisset Iacobus Apostolus in Epistola sua, cùm doceret non debere vti lingua ad ministerium mali hoc modo, *In ipsa benedicimus Domino & patri, & in ipsa maledicimus hominibus qui secundum similitudinem Dei facti sunt.* Hominem igitur Deus omnibus dominari quæ ipse creavit, tam in terra quàm in mari, præposuit: ideo quod imago ipsius est homo, sicut & beatus Paulus docet ita dicens: *Nam vir quidem non debet*

E *operire caput, cùm sit imago & gloria Dei.* Propter quod homo in cunctis irrationalibus antefertur animalibus quibus dominatur, per hoc ipsum etiam omnium Dominus effectus est. Nam irrationabilia quidem animalia, sicut Moyses docuit, ex terra & aqua creata ex eis tam animam quàm corpus habent: homo autem corpus quidem videtur cum cæteris habere commune, animam verò multo præstantiorem, sicut Moyses iterum dicit hoc modo, *Et plasmavit Deus hominem de limo terræ; & insufflavit in faciem eius spiritum vitæ, & factus est homo in animam viventem.* 24. Homo igitur ideo potior omnibus est, quoniam sensibilem & rationalem animam habere dignoscitur, & eam liberi arbitrij. Ergo quasi prudentes Moysem audiamus dicentem quemadmodum Deus hominem creaverit. Sic enim nobis Moyses cæterique Prophetæ de Deo narrant, sicuti possumus intelligere. Neque enim homo est Deus, ex anima factus & corpore, vt ma-

F nibus hominem formet & fingat, vel ex aëre spiritum trahens, vt in faciem eius insufflet, & sic eum vivificet. Omnia enim per vnicum verbum & Spiritum Sanctum voluntate facit & fecit. Solent verò etiam Prophetæ non solùm hominem, sed etiam cœlum & terram, & quæ in istis sunt præcepto Dei creata, opera manuum Domini nominare. Testis est David Propheta ad Deum dicens, [Et videbo Cœlos opera digitorum tuorum, lunam & stellas quæ tu fundasti. *Et iterum*, In principio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli.] Similiter autem & Isaias Propheta ex Dei persona sic dicit: [Audi me Iacob & Israël quem ego voco. Ego sum ipse ego primus, & ego novissimus, manus mea fundavit terram, & dextera mea firmavit cœlum. *Et iterum*, Sic dicit Dominus, cœlum mihi sedes, & terra scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi, & qui locus requietionis meæ? omnia enim ista manus mea fecit.]

G 25 Est igitur homo, sicut divina scriptura nos docuit, corpus quidem habens ex terra, animam vero sibi creatam ex nihilo, & eam sicuti sensibilem & rationalem, sic etiam immortalem, vt vtrumque nos docet Testamentum, tam novum dico quàm vetus. Nam & Dominus noster Iesus Christus ait, *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius eum timete, qui potestatem habet animam & corpus perdere in gehennam.* Igneum supplicium interitum nuncupavit. Nam quomodo fieri potest, vti quod penitus perit, & nusquam prorsus constare potest, æternam perpeti valeat vltionem, cùm Dominus iterum dicat: *Et ibunt isti in pœnam æternam, iusti autem in vitam æternam?* 26. Nec dicendum est, animã partem Dei esse, sicut imprudentum & indoctorum sermo habet. Nam si hoc ita esset, nunquam Deus partem suam perenni supplicio sub-

H iugaret, sed ne peccare quidem omnino ipsa potuisset quasi pars Dei, quippe cum Deus sit immutabilis semper sicuti natura, sic etiam voluntate. Et iterum, si anima nostra pars Dei esset, nullo penitus corporali vitio domaretur. Nam divinitas est semper invicta, & nulli vnquam subditur vitio corporali. Sicut ergo qui ita credunt impie credere comprobantur: sic etiam illi, qui animas dicunt ante corpora factas fuisse, multum à pietate distare inveniuntur. Vnde impius Origenes, gentilium captus errore, & ab eo nolens penitus abscedere, novarum etiam studens auctor esse sectarum, conjecturis illorum alio modo translatis edocuit, de quibus in præsenti disputandum esse non arbitror, ne nos multum verborum mittamus in sylvam. Quia igitur ad confirmandam hæresim suam nefariam prædictus Origenes ex divina scriptura sumere conatur exempla, redarguamus eum scripturam penitus ignorasse divinam & eam sine sensu docuisse: Nam cùm ipse diceret in principio creaturæ initio cœlum cum terra creatum non esse corpus firmum, sicut hoc quod videtur, sed omne hoc sensibilem rationalemque esse substantiam, & eam vnius eiusdemque naturæ, in his rationabili-

bus sensibilibusque substantiis etiam animas hominum comprehendens, & post hæc animalium, quæ sexta die creata sunt, faciens mentionem, in ea hominem quoque creatum reperiens, suum iam non potuit affirmare figmentum, neque propriam roborata fallaciam, sed quasi illorum quæ ante docuerat penitus fuisset oblitus, invitus fatetur animas creatas esse, & eas iterum incorporeas. Respondeant igitur nobis qui nefandam Origenis hæresim venerantur & colunt, & eius expositiones de divina scriptura ad cœlum vsque summis præconiis tollere moliuntur, quomodo animæ sine corporibus possint intelligi, cùm Moses nos doceat dicens, *Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum, masculum & fœminam fecit eos.* Nam hoc omnibus claret, quod animæ sexus vtriusque capaces esse non possunt, nisi sola corpora, quæ graviora noscuntur. Quomodo iterum & illud dictum audire poterant solæ sine corporibus animæ, *Crescite & multiplicamini.* Siquidem, etiam secundùm ipsum Origenem, incorporalium natura neque multiplicari potest, neque crescere. Vel quomodo sine corporibus animæ creatæ in cœlis habitare poterant, cùm Deus benedicens illis, quos fecerat masculum & fœminam, sic dixerit, *Crescite & multiplicamini, & implete terram* Sed Origenes iterum eiusque socij dimittantur. 28 QVIA igitur nonnulli sunt, qui dementia capti dicunt quod ex vna anima primi hominis Adam anima Euæ mulieris assumpta sit, nonnulli etiam quòd ex solo Adam cum feminis iactu in omnes qui ex eo nati fuerunt animæ transmissæ sint, & alij quòd ex Eua sola magis animæ fuere translatæ, & sic ex parentibus ad eorum liberos deductæ sint, respondendum est his hoc modo. Cur ergo Adam, qui primus de terra creatus est, secundum carnem de costa quæ ex ipso fuerat sublata, in spiritu Dei prophetando dicebat, *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, hæc vocabitur mulier, quia ex viro suo sumpta est*, nusquam fecit animæ mentionem? Nam si anima quoque esset ex anima secundum illorum vanas opiniones, nunquam profectò hoc Adam præterisset. Nam sicut os ex ossibus meis, & caro de carne mea, dicebat, sic etiam anima ex anima mea dicere potuisset Sed tantum hoc dixit quod sibi videlicet sciebat ablatum. Porrò autem consentiens Moysi etiam Zacharias Propheta sic dicit: *Extendens cœlum & fundans terram, & fingens spiritum hominis in ipso.* Nam si non ex supposita materia crearetur hominis caro, sicut etiam Adam & Evæ, & sic postea in ipso anima non ex supposita materia, tanquam Adam pariter & Evæ, nunquam Propheta Zacharias ita dixisset: *Et creans spiritum hominis in ipso.* Apertius autem Salomon in Ecclesiaste docet animas à Deo præstari omnibus quæ ab ipso creantur ex supposita materia corporibus, solutionem humanæ compositionis enarrans, cum dicit: *Et convertetur pulvis in terram suam, & revertetur spiritus ad Deum qui dedit eum.* Cū hoc Salomon dixisset, apertè docuit quòd Deus pulveri, quem ad creandum hominem de terra tulerat, spiritum præstitit non habenti. Ideo autem tantum spiritum ad Deum reverti dicitur, licet vtriusque sit creator Dominus, tam carnis quàm spiritus, quoniam non ex supposita materia & spiritum creat, sicut & corpus, & iterum, quod vnà cum Deo homo videtur operari ad nativitatem corporis procreandi, spiritum autem solus procreat Deus, quippe cùm hominum quidem sit subministrare materias, Dei autem creare hominem. Quod autem Deus est qui format ea quæ in vterum semina iaciuntur, sicut etiam cætera diversa vivificat, quæ ab agricolis seruntur in terram, testis est beatus Iob cùm dicit ad Deum: *Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me.* Eadem etiam David Propheta dicit. Rursus etiam Deus Hieremiæ Prophetæ sic dicit: *Priusquam te formarem in vtero cognovi te.* Similiter autem Isaias Propheta de populo qui Iacob nomine vocabatur, inter cætera etiam sic dicit: *Dominus qui redemit te, & qui formavit te ex vtero.* Apertius autem etiam beatus Paulus ad Hebræos scribens docet, quod non sicuti corpora ex successione descendunt, sic etiam spiritus, hoc est nostræ animæ, cùm dicit: *Patres quidem carnis nostra habuimus eruditores, & reverebamur, non multo magis obtemperabimus patri spirituum, & vivemus?* Quoniam Deus cùm benediceret primis hominibus, hoc est Adam & Evæ, dixit, Crescite & multiplicamini, & implete terram, hac de causa parentes patres carnis Apostolus nominavit, & quoniam non ex supposita materia creatas à Deo animas habemus, ideo Deum patrem spirituum appellavit. Cuncta igitur sicut primitus creata sunt, sic etiam per dies singulos procreantur, alia quidem ex supposita materia, sicut animalium irrationalium animæ, alia autem non ex supposita, sicut hominum animæ. Sed & de anima nobis sufficienter dictum.

29 Illos igitur primos homines, Adam dico & Euam, licet p immortales secundum animam creatos esse dixerim, mortales vero secundum corpus: nunquam tamen mortem gustassent, q si quidem mandatum Dei servare voluissent, sicut beatus Enoch meruit. Hic namque licet mortalis esset, tamen translatus est vt mortem penitus non videret. Quod autem mortales secundum corpus creati sunt Adam & Eva, vt dixi, testis est Moyses cùm dicit, [Et plantavit Deus paradisum in Edem ad Orientem, & posuit ibi hominem quem plasmavit, & produxit adhuc de terra omne lignum pulchrum ad visum, & bonum ad edendum, & lignum vitæ in medio paradisi, & lignum ad cognoscendum bonum & malum.] Nunquam verò Deus lignum vitæ in paradiso plantasset, si quidem Adam immortalis secundum carnem creatus fuisset. Rursus autem si Adam & Eva immortales essent secundum carnem creati, nunquam audissent à Deo, *Crescite & multiplicamini, & implete terram.* Nam qui manducare & bibere, & coire, & crescere, & terram implere iussi sunt, hi penitus immortales esse non poterant, sicut etiam Dominus noster Iesus Christus docens Sadducæos dicebat: [Filij sæculi huius nubunt & traduntur ad nuptias. Illi verò qui digni habebuntur sæculo illo & resurrectione ex mortuis, neque nubunt, neque ducunt vxores Neque enim vltra mori poterunt, æquales enim Angelis sunt.] 30. Probatum est sufficienter, vt reor, hominem secundum carnem creatum esse mortalem, aperte Domino docente mortales esse eos qui coitu tali nuptiisque lætantur. Vnde Enoch qui placuit Deo, postquam diversis ex vxoribus liberos procreavit, translatus est, vt mortem penitus non videret, sicut etiam beatus Paulus Hebræis scribens dicit: *Fide Enoch translatus est ne videret mortem.* Nam ante translationem Deo placuisse perhibetur. Sic igitur possumus dicere etiam de Adam & Eva, quòd si præceptum Dei mandatumque servassent, etiam post liberorum procreationem, gustato ligno vitæ, immortales iugiter permansissent, non egentes in posterum victus, & incrementi vel nuptiarum. Sin verò quidam imperiti, capti in eadem perseverant, dicentes quod Adam & Eva, semel accepta licentia comedendi de omni ligno quod erat in paradiso, præter vnum tantum quod à Deo fuerat interdictum, cùm inter omnia etiam de ligno vitæ comedissent, immortalitatem consequerentur, discant quòd qui immortalis factus est cibo penitus non eget. Adam igitur & Eva, si quidem immortales naturaliter essent, nunquam de ligno gustassent, quod à Deo prohibitum fuerat. Quippe cùm immortales desiderium escæ non habeant, sicut etiam B. Paulus testatur hoc modo, *Non est regnum Dei cibus & potus.* Regnum autem Dei mortalium non est, sed immortalium, sicut etiam Dominus noster Iesus Christus docuit dicens: [Qui autem digni habebuntur sæculo illo & resurrectione ex mortuis, neque nubunt, neque ducunt vxores, neque enim vltra mori poterunt, æquales enim Angelis sunt.] Adam igitur & Eva, si quidem mandatum Dei servassent, nunquam profectò gustassent mortem. Mandato autem minimè servato, non ex immortalibus mortales facti sunt, sed cùm mortales essent promissa sibi à Deo immortalitate semetipsos alienarunt. Vnde Adam audivit à Deo, *Terra es, & in terram ibis*, id est, corruptibilis es, & in corruptelam ibis, cùm iam indignus esset de ligno vitæ manducare & perpetuo vivere. Vt autem

A rursus dicam quod Adam & Eva, si in servando mandato Dei perseverassent, non habuissent discretionem manducandi de ligno vitæ, vsque ad illud videlicet tempus, quo Deus ipsis revelaturus erat; qua ex causa etiam à cæteris lignis fuerat separatum, cùm in medio esset paradisi positum, vbi etiam lignum illud, quod scientiam habebat boni & mali, fuerat constitutum, vt interdictum lignum tangere metuentes, etiam à licito caverent manducare. Nam hoc etiam Deus apertè docuit, dicens: [Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis ad cognoscendum bonum & malum. Et nunc ne forte tendat manum, & tollat de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternum. *In quo dixit Deus*, Ecce factus est cognoscens bonum & malum, *&*, nunc ne forte tendat manum,] ostendit quod antequam expeteret mali scientiam, non poterat ex semetipso intelligens acceptum de ligno vitæ sumere. Et non mirum, cùm etiam Adam dixerit, cùm de vxore prophetaret hoc modo, [Hæc vocabitur mulier, quia

B ex viro suo sumpta est, & propter hoc derelinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori, & erunt ambo in carne vna. 31. Non solum hoc, sed etiam cùm audissent Deum sibi dicentem Adam & Eva, Crescite & multiplicamini & implete terram, ante inobedientiam quid esset liberorum creandorum cupiditas, penitus ignorabant. Dicit enim Moyses, *Erant autem ambo nudi*, tam Adam, quàm vxor eius, *& non erubescebant*. Non Moyses hoc dixit, quasi illi incontinentiæ cæcitate decepti, pudorem spernerent nuditatis: sed ostendit eos tanquam infantes necdum cupiditatem coëundi habere. Verùm post prævaricationem nuditate perspecta, non totius dico corporis, sed illius partis, quam etiam Cham Noë dormiente viderat, tunc demum creandorum liberorum cupiditatem adepti, & intelligentes nuditatem suam, ficorum foliis verenda texerunt. 32. DEVS igitur consulens hominibus, cùm sciret eos ad malitiam pronos, & voluptatum ac desideriorum carnis amatores, & vellent ad honestam potius revoca-

C re viventem, sinit vsque ad tempus aliquod dominationi mortis addici. Quippe cùm nihil aliud nosset tam facile homines coërcere posse quàm mortem, mortis enim metu plerumque multi à malitia penitus abstinere noscuntur. Vnde mundanæ leges non aliter possunt pleraque hominum vitia resecare, nisi interminatione mortis & pœnæ. Omnes enim huiusce vitæ communis amore detenti, cavent peccatorum præstare causas, ne carere ea delinquentes propria voluntate credantur. Non igitur hominibus mortem datam pro malorum vice dicimus, sicut ratiocinantur indocti, sed ad delendam mentis pravitatem. Nam si victuri perpetuò homines essent, nunquam profectò eorum malitia finiretur. Rursus etiam cur pro malorum vicissitudine mortem datam esse credam, cùm si quis centum homines fere, vel amplius, occiderit, tot & tantis homicidiis exæquare, nullam valeat vltionem? 33. Non igitur malignis tantum hominibus, & ad delendam eorum pravitatem, bona mors

D esse dicitur, sed etiam iustis vtilis. Sicut enim malus peccare desinit hac luce privatus, sic etiam iustus dormiens assiduis impugnationibus, afflictionibus, & miseriis animi liberatur. Soluto enim propter corpora iusti anima vltra nullis postea prematur angustiis, non miseriis animi subiacebit, non necessitates videbit, non persecutiones sustinebit, non vltra insurgentia sibi carnis vitia patietur, non vltra vrgebit in dies singulos agmen suggestionum malarum, non ad luctam nudabitur. Nihil secum trahens sæcularium sollicitudinum, non carnis maceratur abstinentia causa certaminum, non vltra certat, non cursu contendit aut cæstu, non iam luctatur cum principatibus ac potestatibus, spiritibusque nequitiæ, sed stadium ei solutum est, certamen destitit, & adepta victoria ad percipiendam coronam iustitiæ protinus properat, beatam in cœlis & æternam metam consequi, cùm receperit immortalem carnem suam. Idem autem & beatus Paulus, talia bella perspiciens, quæ ab invisibilibus inimicis iustis hominibus indicuntur, metuens ne quondam forte prudentiam aut malitia commutaret, aut dolus sanam

E falleret mentem, provocandæ virtutis gratia, suadebat vt omnes hanc vitam spernerent temporalem, vtique sic dicens: *Audentes igitur semper, & scientes quoniam dum sumus in corpore peregrinamur à Domino.* Vnde peregrinari volens à corpore, & finem imponere properans certamini suo, & in præsentiarum esse cupiens apud Deū, vociferatur dicens: [Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat, certamen bonum certavi, cursum consummavi, fidem servavi, in reliquo reposita est mihi iustitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt adventum eius.] Solet etiam beatus Iob malorum omnium solutionem mortem sæpius appellare, cùm dicit, *Mors viro requies, conclusit enim Deus contra ipsum.* 34. Sin autem nonnulli dicere voluerint, quomodo fieri potest vt mors homini requies sit, cùm beatus David dixerit; *mors peccatorum pessima*? discant non ideo sic

F dictum esse, mors peccatorum pessima, quasi peccatis etiā terminus imponatur ac finis, sed quod post mortem delictorum suorum causa gravissimas ipsi subeunt vltiones. Similiter autem beatus Iob sicut requiem sic etiam somnum mortem nominare cōsuevit, cum dicit: [Quare vbera suxi? nunc vtique dormiens quiescerem, & somni securitate fruerer cum regibus consiliariis terræ, qui gloriabantur in gladiis, aut cum principibus, quibus multum fuit aurum.] Porro Isaias Propheta, cùm iussus à Domino regem Babylonis mortuum lamentaretur, communem hanc & temporalem mortem somnum nominavit, dicens: [Omnis terra clamat cum lætitia, & ligna Libani supra te gratulata sunt, & cedri Libani dicunt, Ex quo tu dormisti, non ascendit qui succidat nos. Infernus ab imis amaritudine captus est occurrens tibi. *Pariter etiam Daniel Propheta dicit*, Et multi dormientium in terra è pulvere surgent, isti in vitam æternam, & isti ad opprobrium

G & ad confusionem æternam.] Idem autem etiam beatus Paulus docet, cùm dicit, [Nolumus autem ignorare vos fratres de dormientibus, vt non contristemini sicut & cæteri qui spem non habent. Si enim credimus quod Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Multis igitur testibus edocti, quòd mors ista communis mala non sit, iam longa valere dicamus qui mortem malam appellant. 35. Dicimus autem quod in bonum Deus præstitit primo homini Adam sudores pariter ac labores, quos de terra pateretur, quippe cùm non aliter invisibiles inimicos, contra quos habemus continuam luctationem, veneranda fide superare possimus, nisi corporis laboribus fatigati. His enim docemur per divinam scripturam nosmetipsos bestiarum fallacis libertate, & aut salvam custodire virtutem, aut amissam perinde renovare. Sic enim beatus David virtutem quam perdiderat recuperare festinans docet dicens: [Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non sper-

H net. *Et iterum*, Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum, in lachrymis meis stratum meum rigabo. *Et iterum*, Genua mea infirmata sunt præ ieiunio, & caro mea mutata est propter oleum.] Docens etiam quemadmodum virtutem servare debeamus dicit, [Ego autem cùm mihi molesti essent, induebam me cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam.] Similiter autem Dominus noster Iesus Christus discipulos suos docebat non aliter aut salvam, vt dixi servari, aut perditā revocari posse virtutem, nisi per labores corporis & dolores. Sic enim ait, *Ingredimini per angustam portam, quia lata porta & spatiosa via quæ ducit ad interitum, multi sunt qui ingrediuntur per eā, quia angusta porta & arcta via quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inveniunt eā.* Ideò & beatus Paulus, cùm rogaret Dominū, vt ab ipso penitus ille discederet, qui stimulum carnis infigere conabatur, non impetrauit, sed magis audiuit à Domino, *Sufficit tibi gratia mea, virtus enim in infirmitate perficitur.* Vnde lætus postea dicebat, *Libenter ergo gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in*

A bos sensibilibusque substantiis etiam animas hominum comprehendens, & post hæc animalium, quæ sexta die creata sunt, faciens mentionem, in ea hominem quoque creatum reperiens, suum ipsum non potuit affirmare figmentum, neque propriam roborare fallaciam, sed quasi illorum quæ ante docuerat penitus fuisset oblitus, invitus fatetur animas creatas esse, & eas iterum incorporeas. Respondeant igitur nobis qui nefandam Origenis hæresim venerantur & colunt, & eius expositiones de divina scriptura ad cœlum vsque summis præconiis tollere moliuntur, quomodo animæ sine corporibus possint intelligi, cùm Moses nos doceat dicens, *Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum, masculum & fœminam fecit eos.* Nam hoc omnibus claret, quod animæ sexus vtriusque capaces esse non possunt, nisi sola corpora, quæ graviora noscuntur. Quomodo iterum & illud dictum audire poterunt solæ sine corporibus animæ, *Crescite & multiplicamini.* Siquidem, etiam secun-
B dùm ipsum Origenem, incorporalium natura neque multiplicari potest, neque crescere. Vel quomodo sine corporibus animæ creatæ in cœlis habitare poterant, cùm Deus benedicens illis, quos fecerat masculum & fœminam, sic dixerit, *Crescite & multiplicamini, & implete terram.* Sed Origenes iterum eiusque socij dimittantur. 28 QVIA igitur nonnulli sunt, qui dementia capti dicunt quod ex vna anima primi hominis Adam anima Euæ mulieris assumpta sit, nonnulli etiam, quòd ex solo Adam cum feminis iactu in omnes qui ex eo nati fuerant animæ transmissæ sint, & alij quòd ex Eua sola magis animæ fuere translatæ, & sic ex parentibus ad eorum liberos deductæ sint, respondendum est his hoc modo. Cur ergo Adam, qui primus de terra creatus est, secundum carnem de costa quæ ex ipso fuerat sublata, in spiritu Dei prophetando dicebat, *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, hæc vocabitur mulier, quia ex viro*
C *suo sumpta est*, nusquam fecit animæ mentionem? Nam si anima quoque esset ex anima secundum illorum vanas opiniones, nunquam profectò hoc Adam præterisset. Nam sicut os ex ossibus meis, & caro de carne mea, dicebat, sic etiam anima ex anima mea dicere potuisset. Sed tantum hoc dixit quod sibi videlicet sciebat ablatum. Porrò autem consentiens Moysi etiam Zacharias Propheta sic dicit: *Extendens cœlum & fundans terram, & fingens spiritum hominis in ipso.* Nam si non ex supposita materia crearetur hominis caro, sicut etiam Adam & Evæ, & sic postea in ipso anima non ex supposita materia, tanquam Adam pariter & Evæ, nunquam Propheta Zacharias ita dixisset: *Et creans spiritum hominis in ipso.* Apertius autem Salomon in Ecclesiaste docet animas à Deo præstari omnibus quæ ab ipso creantur ex supposita materia corporibus, solutionem humanæ compositionis enarrans, cum dicit: *Et convertetur pulvis in terram suam, & revertetur spiritus ad Deum qui dedit eum.* Cū hoc Salomon dixisset, apertè docuit quòd Deus pul-
D veri, quem ad creandum hominem de terra tulerat, spiritum præstitit non habenti. Ideo autem tantum spiritum ad Deum reverti dicitur, licet vtriusque sit creator Dominus, tam carnis quàm spiritus, quoniam non ex supposita materia & spiritum creat, sicut & corpus, & iterum, quod vnà cum Deo homo videtur operari ad nativitatem corporis procreandi, spiritum autem solus procreat Deus, quippe cùm hominum quidem sit subministrare materias, Dei autem creare hominem. Quod autem Deus est qui format ea quæ in vtero semina iaciuntur, sicut etiam cætera diversa vivificat, quæ ab agricolis seruntur in terram, testis est beatus Iob cùm dicit ad Deum: *Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me.* Eadem etiam David Propheta dicit. Rursus etiam Deus Hieremiæ Prophetæ sic dicit: *Priusquam te formarem in vtero cognovi te.* Similiter autem Isaias Propheta de populo qui Iacob nomine vocabatur, inter cætera etiam sic dicit: *Dominus qui redemit te, & qui formavit te ex vtero.* Apertius autem etiam beatus Paulus ad Hebræos scribens docet, quod non sicuti corpora ex successione descendunt, sic etiam spiritus, hoc est nostræ animæ, cùm

E dicit: *Patres quidem carnis nostræ habuimus eruditores, & reverebamur, non multo magis obtemperabimus patri spirituum, & vivemus?* Quoniam Deus cùm benediceret primis hominibus, hoc est Adam & Evæ, dixit, Crescite & multiplicamini, & implete terram, hac de causa parentes patres carnis Apostolus nominavit, & quoniam non ex supposita materia creatas à Deo animas habemus, ideo Deum patrem spirituum appellavit. Cuncta igitur sicut primitus creata sunt, sic etiam per dies singulos procreantur, alia quidem ex supposita materia, sicut animalium irrationalium animæ, alia autem non ex supposita, sicut hominum animæ. Sed & de anima nobis sufficienter dictum.

29 Illos igitur primos homines, Adam dico & Euam, licet p immortales secundum animam creatos esse diximus, mortales vero secundum corpus: nunquam tamen mortem gustassent; q si quidem mandatum Dei servare voluissent, sicut beatus Enoch meruit. Hic namque licet
F mortalis esset, tamen translatus est vt mortem penitus non videret. Quod autem mortales secundum corpus creati sunt Adam & Eva, vt diximus, testis est Moyses cùm dicit, [Et plantavit Deus paradisum in Edem ad Orientem, & posuit ibi hominem quem plasmavit, & produxit adhuc de terra omne lignum pulchrum ad visum, & bonum ad edendum, & lignum vitæ in medio paradisi, & lignum ad cognoscendum bonum & malum.] Nunquam verò Deus lignum vitæ in paradiso plantasset, si quidem Adam immortalis secundum carnem creatus fuisset. Rursus autem si Adam & Eva immortales essent secundum carnem creati, nunquam audissent à Deo, *Crescite & multiplicamini, & implete terram.* Nam qui manducare, & bibere, & coire, & crescere, & terram implere iussi sunt, hi penitus immortales esse non poterant, sicut etiam Dominus noster Iesus Christus docens Sadducæos dicebat: [Filij sæculi huius nubunt & traduntur ad nuptias. Illi verò qui digni habebuntur sæculo illo & resur-
G rectione ex mortuis, neque nubunt, neque ducunt vxores. Neque enim vltra mori poterunt, æquales enim Angelis sunt.] 30. Probatum est sufficienter, vt reor, hominem secundum carnem creatum esse mortalem, apertè Domino docente mortales esse eos qui coitu tali nuptijsque lætantur. Vnde Enoch qui placuit Deo, postquam diversis ex vxoribus liberos procreavit, translatus est, vt mortem penitus non videret, sicut etiam beatus Paulus Hebræis scribens dicit: *Fide Enoch translatus est ne videret mortem.* Nam ante translationem Deo placuisse perhibetur. Sic igitur possumus dicere etiam de Adam & Eva, quòd si præceptum Dei mandatumque servassent, etiam post liberorum procreationem, gustato ligno vitæ, immortales iugiter permansissent, non egentes in posterum victus, & incrementi vel nuptiarum. Sin verò quidam imperiti, capti in eadem perseverant, dicentes quod Adam & Eva, semel accepta licentia comedendi de omni ligno quod erat in paradiso, præter vnum tantum quod à Deo fuerat interdictum, cùm inter omnia etiam
H de ligno vitæ comedissent, immortalitatem consequerentur, discant quòd qui immortalis factus est cibo penitus non eget. Adam igitur & Eva, si quidem immortales naturaliter essent, nunquam de ligno gustassent, quod à Deo prohibitum fuerat. Quippe cùm immortales desiderium escæ non habeant, sicut etiam B. Paulus testatur hoc modo, *Non est regnum Dei cibus & potus.* Regnum autem Dei mortalium non est, sed immortalium, sicut etiam Dominus noster Iesus Christus docuit dicens: [Qui autem digni habebuntur sæculo illo & resurrectione ex mortuis, neque nubunt, neque ducunt vxores, neque enim vltra mori poterunt, æquales enim Angelis sunt.] Adam igitur & Eva, si quidem mandatum Dei servassent, nunquam profectò gustassent mortem. Mandato autem minimè servato, non ex immortalibus mortales facti sunt, sed cùm mortales essent promissa sibi à Deo immortalitate semetipsos alienarunt. Vnde Adam audivit à Deo, *Terra es, & in terram ibis:* id est, corruptibilis es, & in corruptelam ibis, cùm iam indignus esset de ligno vitæ manducare & perpetuo vivere. Vt autem

rursus

rursus dicam quod Adam & Eva, si in servando mandatum Dei perseverassent, non habuissent discretionem manducandi de ligno vitæ, vsque ad illud videlicet tempus, quo Deus ipsis revelaturus erat: qua ex causa etiam à cæteris lignis fuerat separatum, cùm in medio esset paradisi positum, vbi etiam lignum illud, quod scientiam habebat boni & mali, fuerat constitutum, vt interdictum lignum tangere metuentes, etiam à licito caverent manducare. Nam hoc etiam Deus apertè docuit, dicens: [Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis ad cognoscendum bonum & malum. Et nunc ne forte tendat manum, & tollat de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternum. *In quo dixit Deus*, Ecce factus est cognoscens bonum & malum, *&*, nunc ne forte tendat manum,] ostendit quod antequam experiretur mali scientiam, non poterat ex semetipso intelligens acceptum de ligno vitæ sumere. Et non mirum, cùm etiam Adam dixerit, cùm de vxore prophetaret hoc modo, [Hæc vocabitur mulier, quia ex viro suo sumpta est, & propter hoc derelinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori, & erunt ambo in carne vna. 31. Non solum hoc, sed etiam cùm audissent Deum sibi dicentem Adam & Eva, Crescite & multiplicamini & replete terram, ante inobedientiam quid esset liberorum creandorum cupiditas, penitus ignorabant. Dicit enim Moyses, *Erant autem ambo nudi*, tam Adam, quàm vxor eius, *& non erubescebant*. Non Moyses hoc dixit, quasi illi incontinentiæ cæcitate decepti, pudorem spernerent nuditatis; sed ostendit eos tanquam infantes necdum cupiditatem coëundi habere. Vnde post prævaricationem nuditate perspecta, non totius dico corporis, sed illius partis, quam etiam Cham Noë dormiente viderat, tunc demum creandorum liberorum cupiditatem adepti, & intelligentes nuditatem suam, ficorum foliis verenda texerunt. 32. Deus igitur consulens hominibus, cùm sciret eos ad malitiam pronos, & voluptatum ac desideriorum carnis amatores, & vellent ad honestam potius revocare virtutem, sinit vsque ad tempus aliquod dominationi mortis addici. Quippe cùm nihil aliud nosset tam facile homines coërcere posse quàm mortem, mortis enim metu plerumque multi à malitia penitus abstinere noscuntur. Vnde mundanæ leges non aliter possunt pleraque hominum vitia resecare, nisi interminatione mortis & pœnæ. Omnes enim huiusce vitæ communis amore detenti, cavent peccatorum præstare causas, ne carere ea delinquentes propria voluntate credantur. Non igitur hominibus mortem datam pro malorum vice dicimus, sicut ratiocinantur indocti, sed ad delendam mentis pravitatem. Nam si victuri perpetuò homines essent, nunquam profectò eorum malitia finiretur. Rursus etiam cur pro malorum vicissitudine mortem datam esse credam, cùm si quis centum homines fere vel amplius occiderit, tot & tantis homicidiis exæquare, nullam valeat vltionem? 33. Non igitur malignis tantum hominibus, & ad delendam eorum pravitatem, bona mors esse dicitur, sed etiam iustis vtilis. Sicut enim malus peccare desinit hac luce privatus, sic etiam iustus dormiens assiduis impugnationibus, afflictionibus, & miseriis animi liberatur. Soluta enim proprio corpore iusti anima vltra nullis postea premetur angustiis, non miseriis animi subiacebit, non necessitates videbit, non persecutiones sustinebit, non vltra insurgentia sibi carnis vitia patietur, non vltra vrgebit in dies singulos agmen suggestionum malarum, non ad luctam nudabitur. Nihil secum trahens sæcularium sollicitudinum, non carnis maceratur abstinentia causa certaminum, non vltra certat, non cursu contendit aut cæstu, non iam luctatur cum principatibus ac potestatibus, spiritibusque nequitiæ, sed stadium ei solutum est, certamen destitit, & adepta victoria ad percipiendam coronam iustitiæ protinus properat, beatam in cœlis & æternam metam consequi, cùm receperit immortalem carnem suam. Idem autem & beatus Paulus, talia bella perspiciens, quæ ab invisibilibus inimicis iustis hominibus indicuntur, metuens ne quorundam forte prudentiam aut malitia commutaret, aut dolus sanam falleret mentem, provocandæ virtutis gratia, suadebat vt omnes hanc vitam spernerent temporalem, vtique sic dicens: *Audentes igitur semper, & scientes quoniam dum sumus in corpore peregrinamur à Domino.* Vnde peregrinari volens à corpore, & finem imponere properans certamini suo, & in præsentiarum esse cupiens apud Deû, vociferatur dicens: [Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat, certamen bonum certavi, cursum consummavi, fidem servavi, in reliquo reposita est mihi iustitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt adventum eius.] Solet etiam beatus Iob malorum omnium solutionem mortem sæpius appellare, cùm dicit, *Mors viro requies, conclusit enim Deus contra ipsum.* 34. Sin autem nonnulli dicere voluerint, quomodo fieri potest vt mors homini requies sit, cùm beatus David dixerit: *mors peccatorum pessima*? discant non ideo sic dictum esse, mors peccatorum pessima, quasi peccatis etiâ terminus imponatur ac finis, sed quod post mortem delictorum suorum causa gravissimas ipsi subeunt vltiones. Similiter autem beatus Iob sicut requiem sic etiam somnum mortem nominare cõsuevit, cum dicit: [Quare vberâ suxi? nunc vtique dormiens quiescerem, & somni securitate fruerer cum regibus consiliariis terræ, qui gloriabantur in gladiis, aut cum principibus, quibus multum fuit aurum.] Porro Isaias Propheta, cùm iussus à Domino regem Babylonis mortuum lamentaretur, communem hanc & temporalem mortem somnum nominavit, dicens: [Omnis terra clamat cum lætitia, & ligna Libani supra te gratulata sunt, & cedri Libani dicent, Ex quo tu dormisti, non ascendit qui succidat nos. Infernus ab imis amaritudine captus est occurrens tibi. *Pariter etiam Daniel Propheta dicit*, Et multi dormientium in terra è pulvere surgent, isti in vitam æternam, & isti ad opprobrium & ad confusionem æternam.] Idem autem etiam beatus Paulus docet, cùm dicit, [Nolumus autem ignorare vos fratres de dormientibus, vt non contristemini sicut & cæteri qui spem non habent. Si enim credimus quod Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Multis igitur testibus adocti, quòd mors ista communis mala non sit, iam longe valere dicamus qui mortem malam appellant. 35. Dicimus autem quod in bonum Deus præstitit primo homini Adam sudores pariter ac labores, quos de terra pateretur, quippe cùm non aliter invisibiles inimicos, contra quos habemus continuam luctationem, venerandâ fide superare possimus, nisi corporis laboribus fatigati. His enim docemur per divinam scripturam nosmetipsos hostium fallacia liberare, & aut salvam custodire virtutem, aut amissam penitus renovare. Sic enim beatus David virtutem quam perdiderat recuperare festinans docet dicens: [Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non spernet. *Et iterum*, Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum, in lachrymis meis stratum meum rigabo. *Et iterum*, Genua mea infirmata sunt præ ieiunio, & caro mea mutata est propter oleum.] Docens etiam quemadmodum virtutem servare debeamus dicit, [Ego autem cùm mihi molesti essent, induebam me cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam.] Similiter autem Dominus noster Iesus Christus discipulos suos docebat non aliter aut salvam, vt dixi servari, aut perditâ revocari posse virtutem, nisi per labores corporis & dolores. Sic enim ait, *Ingredimini per angustam portam, quia lata porta & spatiosa via quæ ducit ad interitum, multi sunt qui ingrediuntur per eã, quia angusta porta & arcta via quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eã.* Ideò & beatus Paulus, cùm rogaret Dominû, vt ab ipso penitus ille discederet, qui stimulum carnis infigere conabatur, non impetrauit, sed magis audiuit à Domino, *Sufficit tibi gratia mea, virtus enim in infirmitate perficitur.* Vnde lætus postea dicebat, *Libenter ergo gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in*

A *persecutionibus, & angustiis pro Christo. Cùm enim infirmor tunc potens sum.* Ideo autem docens dicit, *Propter quod non deficimus. Sed licet is qui foris est noster homo corrumpitur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem. Nam quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna sunt.* Sic igitur dicimus primos homines, Adam & Euam, à peccato suo fuisse saluatos per labores corporis & dolores, quos eis Dominus præstiterat, pro beneficio scilicet animarum. Vnde postea nusquam facit eorum diuina scriptura quasi peccauerint mentionem. 36. Quòd autem Deus dimiserit eis peccatum, sicut etiam Cain qui primum peccauerat indulsit, cùm dixisset ad eum, *Peccasti quiesce, ad te reuersio eius*, hoc est peccati, *& tu dominaberis ei*, apertè Moyses ostendit per humanitatem seu B misericordiam, quam Deus ipsis postea libenter indulsit. Quid enim dicit Moyses? *Et fecit Dominus Deus Adam & vxori eius tunicas pelliceas & vestiuit eos.* Nam si Dominus ipsis peccatum non dimisisset, nunquam profectò per semetipsum vestiret eos tunicis, s. quibus illis ipse perfecerat. Ne quis igitur easdem pelliceas tunicas quas habuerunt humanum corpus existimet, sicut impius Origenes exposuit. Nam ante istas quas dixi pelliceas tunicas ipse Adam carnem habere se docuit dicens, *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.* Pelliceas igitur tunicas datas à Deo fuisse dicimus propter asperitatem vitæ, vel quòd tanquam se exercantibus ad virtutem eas dabat quæ congruæ videbantur, vt discerent non aliter posse vincere inuisibiles inimicos, nisi laboribus corporis. Et quòd post præuaricationem, quam in paradiso admiserat, perseuerauit iam in posterum vsque ad finem vitæ suæ obtemperans Deo, testis est Salomon, cùm de sapientia eius, quæ ipsum in timore Dei seruauit, diceret hoc modo, *Hæc primum plasmatum patrem* C *orbis terrarum, cum solus creatus esset, custodiuit, & liberauit a delicto: dedit autem & fortitudinem dominandi omnibus.* Similiter autem etiam de salute Euæ beatus Paulus docens ita dicit, *Adam enim primus formatus est, deinde Eua, & Adam non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserint in fide & dilectione & sanctificatione cum sobrietate.*

37. Quod dixit, *per filiorum generationem*, cum filiorum generatione significauit. Solet enim diuina Scriptura præpositiones plerumque mutare. Testis est Patriarcha Ioseph de somnio ad Eunuchum dicens, *Non per Deum explanatio eius*, id est, non à Deo. Similiter autem etiam beatus Paulus cùm ad Hebræos scriberet, dicit, *Per quem etiam fecit sæcula*, pro eo quod est, cum quo etiam fecit sæcula. Neque enim subministratorem dicimus patris esse filium, propter hoc quod dictum est, *per quem etiam fecit sæcula*, sed magis cooperatorem. Non ergo Eua propter liberos saluabitur suos, neque D eius soboles matris causa damnabitur, aut patris Adam, sicut imprudentium æstimat opinatio. Nam vnusquisque hominum, quasi liberi arbitrij sit, ex suorum qualitate gestorum, aut laudandus nimis, aut vituperandus habebitur. Simili modo etiam in die iudicij, aut iustificandus erit, aut supplicio subiugandus, sicut & beatus Paulus docet ita dicens, *Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum siue malum.* 38. Quòd autem liberi non pro parentibus puniantur, neque parentes pro liberis, apertè rursus edocuit Deus, cùm ad Moysem prophetam diceret, *Non morientur patres pro filiis, neque filij pro parentibus, vnusquisque in peccato suo morietur.* Porrò autem arguens Deus imprudentiam filiorum Israël, eo tempore quo apud Chaldæos secundum scelera sua captiui erant, & causabantur non de se penitùs, sed de parentibus suis, quasi illi totius eorum nefandi sceleris fuissent causa, Deum de captiuitate sua criminabantur iniustè, cùm dicerent, Via Domini non E est recta, quoniam patres nostri comederunt vuam acerbam, & filiorum dentes obstupuerunt, dicit ad eos per Hiezechiel prophetam, *Viuo ego, dicit Dominus, si vltra fuerit iam dicta parabola ista in Israel, quoniam omnes animæ meæ sunt: sicut anima patris sic & anima filij meæ sunt, anima quæ peccat, ipsa morietur.* Et iterùm, *Filius*, inquit, *non accipiet iniquitatem patris; neque pater accipiet iniquitatem filij.* Et iterùm, *Vnumquemque vestrùm secundum viam suam iudicabo vos domus Israel, dicit Dominus.* Cùm dixisset Deus, *Viuo ego, si vltrà fuerit dicta parabola ista in Israel*, apertè docuit non eos in eadem imprudentia permanere. 39. Post hæc igitur Dei testimonia, insaniunt qui per vnum hominem Adam omnem orbem terrarum iniquitatis flagitiorumque condemnant. Nam qui hæc dicunt, aut iniustum Deum pronuntiant, aut certè Deo diabolum æstimant fortiorem, eo quòd naturam, quam Deus creauit bonam, eam diabolus per præuaricationem Adam & Euæ malam potuerit efficere, F si quidem præuaricatione primi hominis Adam, & eius vxoris Euæ; omnes homines peccato obnoxij sunt, semetipsos profectò debent agnoscere esse cupidos delictorum, quippe cùm sint ipsi voluptatum amatores, & carnis, non debent eorum causas aliis adnectere, quorum ipsi videntur fuisse auctores. Aut certè dicant nobis qui sese esse prudentes existimant, neque ea quæ dicunt intelligere possunt, neque de quibus disputant sentire noscuntur, cur Adam & Eua, cùm primò ceciderint, secundò cadere minimè apposuerunt, si totam natura ex præuaricatione facta peccatrix à malis se penitus abstinere non poterat. Neque enim meminit vnquam diuina Scriptura quasi ipsi secundò peccauerint, sicuti de Cain, quòd secundò peccauit narrare non distulit. Quippe cùm etiam de Abel, quòd à peccatis fuerit alienus apertè docuerit. Quid verò etiam de Enoch atque Elia dicent, quòd cùm bene placuissent Deo, translati sunt vt mortem penitùs non viderent, non ob Adam præuaricatione prohibiti permanere immortales, cùm per eosdem clare docuerit vnigenitus Deus ante carnalem ad- G uentum suum spem ipsam resurrectionis? Quid etiam de Noe dicent, quem Deus iustum esse testatur; necnon etiam cum suis omnibus hic eandem salutem meruit, quam nos quoque per baptisma promeremur, sicut beatus Petrus in sua epistola docet, cùm dicit, *In quo & his qui in carcere erant spiritibus veniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabat Dei patientia in diebus Noe, cùm fabricaretur arca, in qua pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam, quod & vos nunc simili forma saluos facit baptisma.* 40. Sin verò, vt ipsi asserunt, propter peccatum Adam moriuntur infantes, dicant nobis cur statim baptizati mortem gustare permittuntur? Quippe cùm omnes qui baptizati sunt, & propter hoc filij Dei facti peccatum habere non possunt. Et si quidem propter peccatum Adam baptizantur infantes, qui ex parentibus Christianis nati sunt, baptizari minimè debebunt, & quasi sancti perinde haberentur, quia de parentibus sunt fidelibus procreati, sicut beatus H Paulus docet hoc modo dicens, *Alioquin filij vestri immundi sunt, nunc verò sancti sunt.* Similiter autem etiam beatus Ioannes dicit de procreandis filiis, quia simul atque nascuntur illuminationem sanctificationis ab vnigenito Verbo percipiunt, cùm dicit, *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum.* Baptisma igitur infantes non propter peccata percipiunt, sed vt spiritalem procreationem habentes, quasi per baptisma in Christo creentur, & ipsius regni cœlestis participes fiant, sicut beatus Paulus docet hoc modo; *Si qua in Christo noua creatura.* Et iterum: *Sin autem filij & heredes, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi.* Vnde Cornelius, qui testimonio Dei iustitia nitebatur, quique baptisma spiritus sicut & Apostoli perceperat, & sancti Spiritus particeps erat, quo in se inhabitante peccatum penitus habere non poterat, necessariò tamen etiam illo baptismate, quod per aquam traditur, dignus habitus est, vt secundum beatum Paulum complantatus propter mortem similitudinis Christi, etiam

ipsius

A Ipsius resurrectionis coheres existeret. 41 Quia igitur quidam scripturarum inscientia diuinarum, in nefariam & iniustam de Christo vocem audent erumpere, asserentes eum pueros minimè baptizatos æterni ignis pœnæ deputare, qui assolet in scripturis gehenna nominari, discant ex diuinis scripturis, quòd ignis æterni pœna innocentibus, ac penitus peccatum ignorantibus, præparata non sit, sed eis qui legem Dei præuaricari noscuntur, sicut B. Paulus docet hoc modo, *Scimus quoniam quæcumque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur.* Et iterùm, *Per legem enim cognitio peccati.* Et iterùm, *Vbi enim non est lex, nec præuaricatio.* Et iterùm, *Peccatum autem non imputatur cùm lex non est.* Et iterùm, *Sine lege enim peccatum mortuum est, ego autem viuebam sine lege aliquando.* Similiter & Deus Moysi de iuuenibus legem condens dicit, *Viuo ego, & viuit nomen meum, & implenit gloria Domini omnem terram, quia omnes viri qui vident gloriam meam, & signa quæ feci in Ægypto,* B *& in deserto isto, & tentauerunt me decies, & non audierunt vocem meam, quoniam non videbunt terram quam iuraui patribus eorum, nisi filij eorum qui sunt mecum hîc hodie, quicumque nesciunt bona nec mala, omnis iuuenis expers, his dabo terram.* Pariter etiam Dominus noster Iesus Christus de paruulis docet, quòd ab omni peccato sint alieni, cùm dicit, *Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum.* Et iterum ad discipulos suos dicit, *Sinite paruulos venire ad me, & nolite prohibere eos, talium enim est regnum Dei. Amen dico vobis, quicumque non acceperit regnum Dei sicut paruulus, non intrabit in illud.* Similiter autem etiam beatus Paulus dicit, *Nolite pueri esse sensibus, sed malitia paruuli estote.* Et iterum de Esau & Iacob docet sic dicens, *Cùm necdum nati essent, nec aliquid fecissent boni vel mali.* Pueri igitur, sicut ipsa diuina scriptura perdocuit, quasi penitùs innocij, neque malitiam prorsus experti, boni etiam vel mali discretionem ignorantes, ignis æterni pœnæ minimè mancipan-C tur, quippe cùm ignis æternum supplicium impiis & peccatoribus præparatum est. Sed & isti quidem cum sua imperitia dimittantur.

42. Rursus autem docemur, quòd in nouissimo dierum vnigenitus Deus Verbum, voluntate patris & Spiritus sancti, complacuit homo fieri. Et quòd voluntate patris factus est apertè docuit beatus Paulus ita dicens, *At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, & adoptionem filiorum reciperemus.* Et quòd etiam filius volens factus est homo, similiter beatus Paulus edocuit dicens, *Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens.* Et quòd voluntate pariter Spiritus sancti factus est homo, testis est Angelus, qui virgini Mariæ euangelizauit, sic dicens, *Spiritus sanctus veniet super te, & virtus altissimi obumbrabit te. Ideo quod nascetur sanctum, vocabitur filius Dei.* Et iterum in somnis idem Angelus ait ad Ioseph, *Nam quod* D *nascetur ex ea de Spiritu sancto est.* Similiter autem beatus Matthæus dicit, *Inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.* 43 Factus igitur homo vnigenitus Deus Verbum, ex Maria quidem semper virgine corpus accipiens, animam rationabilem sibi creando, eius substantiæ cuius nostra est, ex ipsa semper virgine nascitur homo, sicut Isaias prophetando dixit, *Ecce Virgo in vtero accipiet & pariet filium.* Semper autem virginem dixit sanctam Mariam, quoniam sicut virgo concepit, sic etiam virgo permanens peperit. Nam quomodo signum quod datum est à Deo Achaz verum erit? Si igitur non permaneret virgo post partum, & quòd virgo concepit minime credendum est. Quid enim dicit Euangelista de Ioseph? *Et non cognouit eam donec peperit filium suum,* id est non nouerat certiùs quod ipse erat virgo, quæ Christum parituta prædicta est, nisi post partus editionem documenta virginitatis eius manere agnouisset intacta. Necnon etiam ex consequentibus & adorantis Christi signis, Angelis, stella, Simeone, Anna, vel Magis, admonitione quoque Angeli, qui ad ipsum locutus est hoc modo, *Surge, accipe puerum & matrem eius.* Non dixit vxorem tuam, vt scire posset quòd Christi causa virgini Mariæ datus fuerat vt minister. Vnde Dominus signum virginitatis confirmare volens, post resurrectionem à mortuis, clausis ad Apostolos ingressus est ostiis, ostenden[s] se ossa & carnem habentem. 44 Propterea autem Christus proficiebat ætate & sapientia, vt probaretur quò[d] verè factus homo fuerat, sicut Lucas Euangelista doce[t] cùm dicit, *Puer autem crescebat & confortabatur, plenu[s] sapientia, & gratia Dei erat super ipsum.* Et iterum, *E[t] Iesus proficiebat sapientia & ætate.* Si igitur Iesus Chri[s]tus animam non habuisset, sicut nefarij æstimant A[r]riani, aut rursus animam quidem habuisset, & non t[a]men rationabilem, sicut Apollinaris definiuit ins[a]niens, nunquam profectò sapientia proficere potera[t]. Quippe cùm caro sine anima sapientia proficere no[n] possit. Sed neque Dei vnigenitus filius indiget augmen[to] sapientiæ, cùm ipse sit totius nostræ sapientiæ distr[i]butor. 45. Quòd autem sicut corpus, sic & anima[m] Dominus noster Iesus Christus habuit, apertè nos d[o]cent Euangelistæ, dicente Angelo ad Ioseph, adhuc ess[ent] in Ægypto, *Surge & accipe puerum & matrem eius, [&] vade in terram Israël, mortui enim sunt qui quæreba[nt] animam pueri.* Et iterum, quando Dominus noster I[e]sus Christus dicebat, *Nunc anima mea conturbata est,* [&] iterum, *Tristis est anima mea vsque ad mortem,* & it[e]rum, *Sicut nouit me pater, & ego noui patrem, & an[i]mam meam depono pro ouibus,* & iterum, *Propterea me pat[er] diligit, quia ego pono animam meam, vt rursus eam rec[i]piam. Nemo tollit eam à me. Sed ego pono eam sponte, p[o]testatem habeo ponere eam, & potestatem habeo iterum a[c]cipere eam.* Similiter & beatus Petrus, testimonium D[a]uid prophetæ ad Christum referens, ita dicit ex persu[a] ipsius Christi, *Quoniam non derelinques animam meam [in] inferno, neque dabis sanctum tuum videre corruptione[m].* 46. Per multa igitur testimonia docet diuina Scriptu[ra] quòd vnigenitus Dei filius factus est homo. Et primù[m] quidem, vt humilitatem doceret cœlestes virtutes, [&] terrestrem hominem nunquam debere superbiæ vi[tio] laborare, sicut diabolus & eius angeli, vt de cæter[o] videntes filium hominis formam serui habentem, nu[n]quam in sensum superbiæ venire cogitarent, sicut be[a]tus Paulus docet cùm dicit, *Hoc enim sentite in vo[bis] quod & in Christo Iesu, qui cùm in forma Dei esset, n[on] rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed seme[t]ipsum exinaniuit formam serui accipiens.* Et qualem ista[m] formam? Non cœlestium virtutum dicit, sed terreni h[o]minis, quæ omnibus rationabilibus substantiis habet[ur] humilior, quasi quæ ex anima rationabili & terrestri co[r]pore sit creata. Vnde adicit dicens, *In similitudinem h[o]minum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliau[it] semetipsum factus obediens vsque ad mortem.* Et ipsi[us] iterum mortis qualis? quæ apud homines omnibus d[e]terior est. Namque adiecit dicens, *mortem autem cruc[is].* 47 Ne quis autem, audiens beatum Paulum dicente[m] quòd humiliauit se vsque ad mortem, passionem cr[u]cis Deo adnectat, sicuti nefarij faciunt Arriani. Si[ne] passione enim vnigenitus Deus est, ac penitus passi[o]ni subiacere non potest. Quæcumque igitur de Chri[sto] humilia verba dicuntur, hæc omnia adnectenda su[nt] serui formæ. 48 Postea autem, vt ostenderet quant[am] haberet circa sua opera dilectionem, cùm Domi[nus] esset, maluit accepta serui forma fieri tanquam vnus [ex] nobis. Et iterum, quòd homo factus pro impiis & p[ec]catoribus obire mortem dignatus est, sicut beatus Pa[u]lus docet cùm dicit, *Vt quid enim Christus, cùm ad[huc] infirmi essemus secundum tempus pro impiis mortuus e[st]? Vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono fors[i]tan quis & audeat mori. Commendat autem suam charitat[em] Deus in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores essem[us] Christus pro nobis mortuus est.* Similiter autem, q[uod] etiam his qui credunt in ipsum spiritalem adoption[em] filiorum largitur & donat, & efficit regni sui cœle[stis] heredes, sicut ipse Dominus noster Iesus Christus

A cens dicit, *Amen, amen dico tibi, si quis non denuo natus fuerit, non potest videre regnum Dei.* Vnde ad infantes, quia in peccatis sunt, merentur etiam baptismatis gratiam, vt in Christo noua generatione creati, etiam regni eius coheredes efficiantur, secundùm beatum Paulum, *Si qua in Christo noua creatura.* 49. Nam propterea etiam virtutes cælestes per solam fidem creantur in Christo, quia & istas quoque omnes in semetipso renouauit, & propter hoc enim qui in Christo credunt noua creatura dicuntur, quia vnigenitum Deum verbum similiter cum serui forma quam habet venerantur & colunt. Quòd autem creatæ sunt cælestes virtutes in Christo, testis est B. Paulus dicens, *Instaurare omnia in Christo, quæ in cælis & in terra sunt in ipso.* Rursus etiam sicut caput Ecclesiæ dicitur, sic etiam cælestium virtutum omnium caput esse monstratur. Quid enim dicit Beatus Paulus? *Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti,* B *qui est caput omnis principatus & potestatis.* Et iterùm, propterea factus est homo, vt damnato in carne peccato, relinqueret nobis exemplum quemadmodum quisque debeat carnalibus superatis vitiis non vltra diaboli fallaciis decipi. Et iterùm, vt per serui formam mediator sibi & patri & Spiritui sancto & sese dignis, sic in perpetuum eos custodiat pacis vinculo, sicut beatus Paulus docet hoc modo, *Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare, omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt.* 50. Sicut igitur tantorum bonorum ipse causa omnibus credentibus fuit, sic etiam non credentibus fit iustus retributor. Ideò igitur per multa testimonia nos docent diuinæ scripturæ, quòd nolit Deus mortem impij & peccatoris, nisi vt conuertatur & viuat. Quamdiu igitur sumus in hac vita, possumus pœnitentiam agere, & futuram illam beatam vitam sempiternam mereri. Neque enim iam post corporis solutionem pœnitentiæ relinquitur locus, cùm Dauid propheta sic C doceat dicens ad Deum, *Quia non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?* Et iterùm, *Non mortui laudabunt te, neque omnes qui descendunt in infernum.* Quòd autem Christus iudicaturus sit viuos ac mortuos docet apertè beatus Paulus sic dicens, *Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat quisque propria corporis prout gessit, siue bonum siue malum.* Ideo enim dicitur Christus in dextera patris sui sedere quasi index tam viuorum quàm mortuorum, & quòd pater neminem iudicat, sed omne iudicium filio dedit, apertè Dominus noster Iesus Christus edocuit. Rursus etiam docemus quòd resurgant mortui in eadem carne, in qua etiam in vtero matris formati sunt, in corpore pariter ac figura, sicut beatus Paulus ad Corinthios scribens dicit, *Sed dicit aliquis, quomodo resurgent mortui? quali autem corpore venient? Insipiens, tu quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur, & quod seminas non corpus quod futurum est seminas, sed nudum* D *granum, puta tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus sicut voluit.* Hoc cùm Apostolus dixisset, quòd Deus dat illi corpus; *hh* non sicut vult, sed sicut voluit, ostendit quòd sicut à principio creatus est homo, sic etiam in resurrectione resurget, neque habitu, neque corpore permutato, sicut Dominus noster Iesus Christus, postquam resurrexit à mortuis, ne nec corpus nec figuram penitus immutauit. Nam sicut granum frumenti amisso corpore suo nudum seminatum & mortuum, sic iterùm cum eodem corpore quod amiserat resurgit: sic etiam homo in resurrectione mortuorum, etsi truncatus aliqua corporis parte mortuus est, tamen sicut primitùs in vtero matris suæ creatus est, sic in ipso corpore ac figura resurget, sicut beatus Paulus iterùm docet hoc modo, *Nam & qui sumus in tabernaculo, ingemiscimus ingrauati eo quòd nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est à vita.* Et iterùm, *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam, & mortale hoc induere immortalitatem.* In

E eo quod dicit Apostolus quòd nolumus exspoliari, sed superuestiri, ostendit quòd nunc vnusquisque nostrum habet corpore & carne vel figura indutus vitam & gloriam & incorruptelam, vt sicut ferri materia candens, gloria ignea induta, naturam propriam minimè commutat, sic etiam sancti cælesti gloria induti, quod habent in hac vita corpus & figuram non deponunt: sicut etiam Dominus noster Iesus Christus in monte gloriam induens, quod erat homo minimè commutauit. Sed hæc de probanda fide diuinæ Scripturæ testimoniis sufficienter nobis dicta.

52. Quoniam igitur qui Arrij vel Eunomij nefandas hæreses sectantur & dogmata, ad blasphemandum vnigenitum filium Dei per dies singulos suas acuunt linguas, edocti semper diuinæ Scripturæ simplicitatem adulterare, & verbis quibusdam peruersis, quæ ex communibus descendere sensibus consueuerunt, contaminata similiter veritatem, vt ex parte syllogistica sophis- F matum nefandam hæresim suam confirmare videantur, sophisticas nobis de Deo interrogationes prætendunt, à substantia patris vnigenitum filium alienare conantes, necessarium duco ex hisdem communibus sensibus eorum hæresim nefandam destruere: vt ex quibus probationem habere se putant, ex hisdem etiam ipsis redarguantur. Et priusquam incipiam enumerare eorum de filio aduersus nos interrogationes, quas ingentes & arduas arbitrantur, ad ipsos volo dicere, quia quodcumque fari volueritis de natiuitate filij Dei ex patre, temporalibus vsi verbis eius natiuitatem, vt ipsa se habet, probare minimè poteritis; quoniam vnigeniti Dei verbi natiuitas, cùm sit naturalis ac sine principio, vt ipsa se habet comprehendi non potest. Nam si omnia verba prolata tempus significant, aut præsens scilicet, aut præteritum aut futurum, Deus autem vnigenitus horum est creator, eius profectò natiuitas temporalibus verbis approbari non potest. Atque ideò necessariò, fidem di- G uinarum Scripturarum sequentes, ex ea debemus sumere probationis exempla. 53. Cùm igitur nos interrogauerint, vtrùm Deus procreauerit filium, necne, & acceperint à nobis responsum, *procreauit*, statim adiciunt interrogationem huiusmodi, quam Græci dilemma vocant, Inuitus, an sponte? Hoc autem faciunt, vt si dixerimus, *inuitus*, mox adiiciant, Quòd si inuitus procreauit filium, quomodo non est impium de Deo hoc dicere, quòd generationis necessitati subiungitur? Sin autem *Sponte* dixerimus, illi rursus adiciunt quod sibi libitum est, Ergo si sponte procreauit, quasi voluntate filius procreatus, inter ipsum & omnia cætera, quæ Dei pariter voluntate creata sunt, nulla penitus haberi discretio potest. Sed non respondendum est, quod ipsi scilicet audire desiderant, sed magis hoc modo dicemus, Neque sponte procreauit, neque inuitus. Cùm igitur accepto hoc responso, à conclusione sua iniqua in posterum penitùs exclusi fuerint, & quæsierint a nobis quemadmodum H procreauit, tunc illis ita respondebimus, Naturaliter, quod est supra omnem voluntatem ac necessitatem. Et siquidem intellecto responso nostro quieuerint, bene & optimè. Sin verò dixerint, non esse planum responsum, & nos contrà interrogabimus eos simili modo interrogationis eorum, Vtrùm sponte Deus bonus sit, an inuitus, ipsi quoque nobis respondebunt, timentes ex vtraque parte illicitam responsionem, Neque sponte, neque inuitus, sed ea scilicet natura, quæ supra voluntatem est & necessitatem. His igitur responsis, quibus vtentur ipsi de Deo quòd bonus est asserentes, hisdem nos quoque quòd Deus procreauit, adprobamus. Nam sicut bonus est Deus, neque voluntate, neque necessitate, sed ipsa natura, vt bonitate priuatus nunquam reperiatur: sic etiam filium habet natura. Neque enim potest Deus vnquam priuari vnigenito Deo filio suo. Et hæc quidem dicta de vnigenito Deo comprobando abundè sufficerent, si cum prudentibus sermo esset, eo quòd naturaliter

A habet ex patre natiuitatem. 54. Sed quoniam isti, tanquam canes arrepti rabie qui contra dominos quoque fæuiunt, passione insaniæ per ignorantiam concitati, contra filium Dei blasphemare nituntur, si quando aliquid de ipso veneratiouis audierint, & exclusi fuerint à solita contra eum blasphemia, perseuerantiam tamen malitiæ suæ, quam contra filium semper exercent, minimè omittunt, sed rursus contradictiones alias excogitare conantur, natiuitatem vnigeniti verbi ex Deo, quæ sine principio est, ac naturalis habetur, destruere molientes, quasi contra eum semper pugnare cupientes, necessarium puto etiam cæteris illorum vanis interrogationibus respondere, ne quæstionum propositarum violentiam nos effugere videamur. Interrogant igitur item nos, Si omne quod desiit & cœpit? Si nos responderimus, quòd omne quod desiit & cœpit, mox adiiciunt ipsi, Desiit nasci filius, necessariò ergo cœpit, & si cœpit, erat aliquando quando non erat, & si erat quando non erat, B non habet locum ex Dei substantia habere eam natiuitatem, quippe cùm Dei substantia, vt sine principio, ac semper ac similiter habens, augmentum vel diminutionem non capiat. Sed non est ita respondendum illis, quòd omne quod desiit & cœpit: quoniam non omne quod desinit iam & initium habet. Non solùm autem hoc, sed & non omne quod principium habet iam & desinit, quoniam & Deus volens cælestes facere virtutes initium non habet: factis verò istis, velle eas facere desinit, ac propter hoc igitur non omne quod desinit habet initium. Et iterùm factæ cælestes virtutes, etsi initium habent substantiæ, nunquam tamen esse desinunt, ac per hoc non omne quod cœpit iam & desiet. Ergo quoniam probatum est, quòd non omne quod desinit & cœpit; & ideò, & desinit nasci vnigenitus Deus filius, attamen non habet natiuitatis initium. Nam absque initio est ea parte natiuitas filij, quippe cùm naturalis scilicet habeatur. 55. C Rursus interrogant nos, si solus cùm esset Deus genuit filium, vt si responderimus quòd solus cùm esset genuit, statim hoc adiiciant, Ergo si solus cùm esset genuit, erat aliquando quando non erat filius. Similiter autem si responderimus quòd non solus, mox adiiciant. Et quomodo fieri potest vt id quod semper vnà cum ipso fuit natum propriè nominetur? quoniam, vt ipsi dicunt, ipsa natiuitas suspicionem præstat aliquando penitùs non fuisse, propter hoc ipsum quòd dicitur natus. Hæc autem dicunt, ignorantes quantùm inter sit corporalibus temporalibusque sensibus audere de Deo quodcumque pronuntiare. Quippe cùm is de quo agitur, quasi qui absque initio sit, necessitatibus temporum subiacere non possit. Ideò igitur nos quoque illos consulamus, quodammodo ipsorum interrogationa vtentes, vt sic figmentum suum, quod Græci sophisma vocant, illis apertum fiat ac planum. Dicite nobis vos, Solus cùm esset Deus misericordias genuit, an non? quoniam beatus Paulus D patrem misericordiarum Deum nominat, ita dicens, *Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum.* Et si ausi fueritis dicere, quòd solus cùm esset genuit, nos quoque ipsis ita respondebimus, cur non sit impium ac nefarium dicere quòd fuit aliquando Deus absque misericordiis, quippe cùm Deus misericordiarum fons habeatur, & nunquam prauitatis pater fuisse credatur, vt cùm primùm misericordiarum pater non esset, earum postea fieri pater inciperet. Sin verò, vitantes hanc apertam de Deo blasphemiam, dixerint, Non fuit aliquando solus absque misericordiis, respondebimus ipsis etiam hoc modo, Sicut igitur Deus nunquam solus sine misericordia, factus est postea misericordiarum pater; sic etiam non solus antea, postea vnigeniti filij pater efficitur. Semper enim Deus pater est vnigeniti sui Dei Verbi.

56. Sin autem rursus, in sua vanitate durantes dixerint, quia id quod non natum est substantiam significat deitatis. E Deus autem pater non natus est, & filius natus, vna eademque patris & filij esse substantia non potest; discant quòd non natum substantiam minimè significat. Nam si non natum nato videtur esse contrarium, substantiæ autem contrarium nihil est, profectò non natum minimè potest esse substantia. Et aliter, si substantia in eo quod est asseritur, non natum autem in eo quod non est, quia non natum est, profectò non natum substantia non est. Et iterùm, si substantia per semetipsam constare dinoscitur, non natum autem non per se constat, sed de substantia dicitur quæ non nata est, profectò non natum non est substantia. 57. Rursus etiam si dixerint, Si pater non natus est secundùm substantiam, filius verò natus est, nati & non nati vna non potest esse substantia: discant adhuc, quòd non necessariò substantiarum modos diuersas facit substantias. Neque enim, quia dicitur Deus pater esse non natus, dicitur autem & immortalis similiter, & incorruptibilis, ideò F diuersas habebit substantias, quippe cùm non sit vnum idemque non natum & immortale vel incorruptibile, cæteraque his similia. Sicut igitur hæc cùm de Deo dicuntur, diuersas substantias minimè significant, sic neque natum & non natum diuersas substantias vnquam faciunt. Neque enim quia Adam quidem non natus est, Seth autem natus, ideo diuersa est eorum substantia. 58. Sin autem perseuerauerint, dicentes quòd id quod est sine initio etiam non natum est & quoniam filius natus est, sine initio esse non potest: discant quia non si quid sine initio est, id omni modo etiam non natum est, eo quòd non si quid initium habet, id omni modo etiam natum est, quoniam Dei misericordiæ sine initio habitæ, non etiam innatæ sunt; quippe cùm patrem habeant Deum. Similiter autem cœlum & terra, cùm initium habeant non sunt nata sed creata. Neque enim si quid est creatum, hoc omni modo natum est. Nam si idem G creatum & natum, superfluè docuit Euangelista Ioannes, ita dicens, *Quotquot autem acceperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri*, siquidem qui semel creati sunt hoc habent vt etiam filij Dei fiant. Sicut igitur creatum & natum idem non est, sic etiam non creatum & non natum idem non esse potest, eo quòd Dei misericordiæ, cùm sint non creatæ, non tamen sunt innatæ. 59. Cum iterùm nos interrogauerint, quomodo Deus vnus, simplex cùm sit & incompositus, pater simul & filius & Spiritus sanctus esse potest: discant quòd non propterea Deus amittit esse simplex & incompositus, quoniam habet vnum vnigenitum Verbum substantiuum æquale sibi per omnia, similiter & sapientiam substantiuam æqualem sibi per omnia. Sed si quidem, vt ipsi putant, ideo compositus est, quòd voluntatem habeat, & istam non æqualem substantiæ, quippe cùm non idem sit substantia & voluntas: nos tamen non imitamur eorum sententiam. Sed piè dicimus & religiosè, quòd etsi voluntatem Deus habeat, H & istam non æqualem substantiæ, tamen ab omni est compositione alienus. 60. Quia igitur apud se videntur adhuc esse sapientes, cùm per omnia nimis inepti probati sint, hoc etiam nos interrogant, quomodo fieri potest, vt vnus Deus, vna substantia, pater & filius nominetur, quoniam hi qui hoc dicunt, vnum ac solum Deum filium simul & patrem per vnam partem orationis pronuntiare assolent, quasi & Græcè dicatur υἱοπάτωρ, discant non in eadem diu debere perseuerare stultitia. Neque enim, quia vnus est Deus pater, eiusque filius, ac pariter vna substantia patris & filij, idcirco debet Deus υἱοπάτωρ vocari, quippe cùm non vnum personarum numero dicamus, sed substantiæ communi vocabulo. Namque Adam simul & eius filius Abel, vnus homo, cùm esset alter, vnaque pariter eademque substantia, propter naturæ communionem, nunquam υἱοπάτωρ vocati sunt, sed ne vocari quidem hoc nomine poterant. Quòd autem duo numero simul homines vnus homo dicuntur communione; vt dixi,

&

A cens dicit, *Amen, amen dico tibi, ſi quis non denuo natus fuerit, non poteſt videre regnum Dei.* Vnde ac infantes, quia in peccatis ſunt, merentur etiam baptiſmatis gratiam, vt in Chriſto noua generatione creati, etiam regni eius coheredes efficiantur, ſecundùm beatum Paulum, *Si quis in Chriſto noua creatura.* 49. Nam proptereà etiam virtutes cæleſtes per ſolam fidem creantur in Chriſto, quia & iſtas quoque omnes in ſemetipſo renouauit, & propter hoc enim qui in Chriſto credunt noua creatura dicuntur, quia vnigenitum Deum verbum ſimiliter cum ſerui forma quam habet venerantur & colunt. Quòd autem creatæ ſunt cæleſtes virtutes in Chriſto, teſtis eſt B. Paulus dicens, *Inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cælis & in terra ſunt in ipſo.* Rurſus etiam ſicut caput Eccleſiæ dicitur, ſic etiam cæleſtium virtutum omnium caput eſſe monſtratur. Quid enim dicit Beatus Paulus? *Quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & eſtis in illo repleti,*
B *qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis.* Et iterùm, proptereà factus eſt homo, vt damnato in carne peccato, relinqueret nobis exemplum quemadmodum quiſque debeat carnalibus ſuperatis vitiis non vltra diaboli fallaciis decipi. Et iterùm, vt per ſerui formam mediator ſibi & patri & Spiritui ſancto & ſeſe dignis, ſic in perpetuum eos cuſtodiat pacis vinculo, ſicut beatus Paulus docet hoc modo, *Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem habitare, omnia in ipſum pacificare per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt.* 50. Sicut igitur tantorum bonorum ipſe cauſa omnibus credentibus fuit, ſic etiam non credentibus fit iuſtus retributor. Ideò igitur per multa teſtimonia nos docent diuinæ ſcripturæ, quòd nolit Deus mortem impij & peccatoris, niſi vt conuertatur & viuat. Quamdiu igitur ſumus in hac vita, poſſumus pœnitentiam agere, & futuram illam beatam vitam ſempiternam mereri. Neque enim iam poſt corporis ſolutionem pœnitentiæ relinquitur locus, cùm Dauid
C propheta ſic doceat dicens ad Deum, *Quia non eſt in morte qui memor ſit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?* Et iterùm, *Non mortui laudabunt te, neque omnes qui deſcendunt in infernum.* Quòd autem Chriſtus iudicaturus ſit viuos ac mortuos docet apertè beatus Paulus ſic dicens, *Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt recipiat quiſque propria corporis prout geſſit, ſiue bonum ſiue malum.* Ideo enim dicitur Chriſtus in dextera patris ſui ſedere quaſi iudex tam viuorum quam mortuorum, & quòd pater neminem iudicat, ſed omne iudicium filio dedit, apertè Dominus noſter Ieſus Chriſtus edocuit. Rurſus etiam docemur quòd reſurgant mortui in eadem carne, in qua etiam in vtero matris formati ſunt, in corpore pariter ac figura, ſicut beatus Paulus ad Corinthios ſcribens dicit, *Sed dicit aliquis, quomodo reſurgent mortui? quali autem corpore venient? Inſipiens, tu quod ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur, & quod ſeminas non corpus quod futurum eſt ſeminas, ſed nudum*
D *granum, putà tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus ſicut voluit.* Hoc cùm Apoſtolus dixiſſet, quòd Deus dat illi corpus; *bb* non ſicut vult, ſed ſicut voluit, oſtendit quòd ſicut à principio creatus eſt homo, ſic etiam in reſurrectione reſurget, neque habitu, neque corpore permutato, ſicut Dominus noſter Ieſus Chriſtus, poſtquam reſurrexit à mortuis, *ac* nec corpus nec figuram penitus immutauit. Nam ſicut granum frumenti amiſſo corpore ſuo nudum ſeminatum & mortuum, ſic iterùm cum eodem corpore quod amiſerat reſurgit: ſic etiam homo in reſurrectione mortuorum, etſi truncatus aliqua corporis parte mortuus eſt, tamen ſicut primitùs in vtero matris ſuæ creatus eſt, ſic in ipſo corpore ac figura reſurget, ſicut beatus Paulus iterùm docet hoc modo, *Nam & qui ſumus in tabernaculo, ingemiſcimus ingrauati eo quòd nolumus exſpoliari, ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur quod mortale eſt à vita.* Et iterùm, *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam, & mortale hoc induere immortalitatem.* In

eo quod dicit Apoſtolus quòd nolumus exſpoliari, ſed ſuperueſtiri, oſtendit quòd nunc vnuſquiſque noſtrum habet corpore & carne vel figura indutus vitam & gloriam & incorruptelam, vt ſicut ferri materia candens, gloria ignis induta, naturam propriam minimè commutat, ſic etiam ſancti cæleſti gloria induti, quod habent in hac vita corpus & figuram non deponunt: ſicut etiam Dominus noſter Ieſus Chriſtus in monte gloriam induens, quod erat homo minimè commutauit. Sed hæc de probanda fide diuinæ Scripturæ teſtimoniis ſufficienter nobis dicta. E

52. Quoniam igitur qui Arrij vel Eunomij nefandas hæreſes ſectantur & dogmata, ad blaſphemandum vnigenitum filium Dei per dies ſingulos ſuas acuunt linguas, edocti ſemper diuinæ Scripturæ ſimplicitatem adulterare, & verbis quibuſdam peruerſis, quæ ex communibus deſcendere ſenſibus conſueuerunt, contaminare ſimiliter veritatem, vt ex parte ſyllogiſtica ſophiſmatum nefandam hæreſim ſuam confirmare videantur, F
ſophiſticas nobis de Deo interrogationes prætendunt, à ſubſtantia patris vnigenitum filium alienare conantes, neceſſarium duco ex hiſdem communibus ſenſibus eorum hæreſim nefandam deſtruere: vt ex quibus probationem habere ſe putant, ex hiſdem etiam ipſi redarguantur. Et priuſquam incipiam enumerare eorum de filio aduerſus nos interrogationes, quas ingentes & arduas arbitrantur, ad ipſos volo dicere, quia quodcumque fari volueritis de natiuitate filij Dei ex patre, temporalibus vſi verbis eius natiuitatem, vt ipſa ſe habet, probare minimè poteritis: quoniam vnigeniti Dei verbi natiuitas, cùm ſit naturalis ac ſine principio, vt ipſa ſe habet comprehendi non poteſt. Nam ſi omnia verba prolata tempus ſignificant, aut præſens ſcilicet, aut præteritum aut futurum, Deus autem vnigenitus horum eſt creator, eius profectò natiuitas temporalibus verbis approbari non poteſt. Atque ideò neceſſariò, fidem diuinarum Scripturarum ſequentes, ex ea debemus ſumere probationis exempla. 53. Cùm igitur nos interrogauerint, vtrùm Deus procreauerit filium, necne, G
& acceperint à nobis reſponſum, *procreauit*, ſtatim adiiciunt interrogationem huiuſmodi, quam Græci dilemma vocant, Inuitus, an ſponte? Hoc autem faciunt, vt ſi dixerimus, *inuitus*, mox adiiciant, Quòd ſi inuitus procreauit filium, quomodo non eſt impium de Deo hoc dicere, quòd generationis neceſſitati ſubiungatur? Sin autem *Sponte* dixerimus, illi rurſus adiiciunt quod ſibi libitum eſt, Ergo ſi ſponte procreauit, quaſi voluntate filius procreatus, inter ipſum & omnia cætera, quæ Dei pariter voluntate creata ſunt, nulla penitus haberi diſcretio poteſt. Sed non reſpondendum eſt, quod ipſi ſcilicet audire deſiderant, ſed magis hoc modo dicemus, Neque ſponte procreauit, neque inuitus. Cùm igitur accepto hoc reſponſo, à concluſione ſua iniqua in poſterum penitùs excluſi fuerint, & quæſierint à nobis quemadmodum H
procreauit, tunc illis ita reſpondebimus, Naturaliter, quod eſt ſupra omnem voluntatem ac neceſſitatem. Et ſiquidem intellecto reſponſo noſtro quieuerint, bene & optimè. Sin verò dixerint, non eſſe planum reſponſum, & nos contrà interrogabimus eos ſimili modo interrogationis eorum, Vtrùm ſponte Deus bonus ſit, an inuitus, ipſi quoque nobis reſpondebunt, timentes ex vtraque parte illicitam reſponſionem, Neque ſponte, neque inuitus, ſed ea ſcilicet natura, quæ ſupra voluntatem eſt & neceſſitatem. His igitur reſponſis, quibus vtuntur ipſi de Deo quòd bonus eſt aſſerentes, hiſdem nos quoque quòd Deus procreauit, adprobamus. Nam ſicut bonus eſt Deus, neque voluntate, neque neceſſitate, ſed ipſa natura, vt bonitate priuatus nunquam reperiatur: ſic etiam filium habet natura. Neque enim poteſt Deus vnquam priuari vnigenito Deo filio ſuo. Et hæc quidem dicta de vnigenito Deo comprobando abundè ſufficerent, ſi cum prudentibus ſermo eſſet, eo quòd naturaliter

A
habet ex patre natiuitatem. 54. Sed quoniam isti, tanquam canes strepitu rabie qui contra dominos quoque sæuiunt, passione insaniæ per ignorantiam concitati, contra filium Dei blasphemare nituntur, si quando aliquid de ipso generationis audierint, & exclusi fuerint à solita contra eum blasphemia, perseuerantiam tamen malitiæ suæ, quam contra filium semper exercent, minimè mittunt, sed rursus contradictiones alias excogitare conantur, natiuitatem vnigeniti verbi ex Deo, quæ sine principio est, ac naturalis habetur, destruere molientes, quasi contra eum semper pugnare cupientes; necessarium puto etiam cæteris illorum vanis interrogationibus respondere, ne quæstionum propositarum violentiam nos effugere videamur. Interrogant igitur item nos, Si omne quod desiit & cœpit? Si nos responderimus, quòd omne quod desiit & cœpit, mox adiiciunt ipsi, Desiit nasci filius, necessariò ergo cœpit, & si cœpit, erat ali-
B
quando quando non erat, & si erat quando non erat, non habet secum ex Dei substantia habere eam natiuitatem, quippe cùm Dei substantia, vt sine principio, ac semper ac similiter habens, augmentum vel diminutionem non capiat. Sed non est ita respondendum illis, quòd omne quod desiit & cœpit; quoniam non omne quod desinit iam & initium habet. Non solùm autem hoc, sed & non omne quod principium habet iam & desinit, quoniam & Deus volens cælestes facere virtutes initium non habet: factis verò istis, velle eas facere desinit, ac propter hoc igitur non omne quod desinit habet initium. Et iterùm factæ cælestes virtutes, etsi initium habeant substantiæ, nunquam tamen esse desinunt, ac per hoc non omne quod cœpit iam & desiet. Ergo quoniam probatum est, quòd non omne quod desinit & cœpit; & ideò, & desinit nasci vnigenitus Deus filius, attamen non habet natiuitatis initium. Nam absque initio est ex parte natiuitas filij, quippe cùm naturalis scilicet habeatur. 55. Rur-
C
sus interrogant nos, si solus cùm esset Deus genuit filium, vt si responderimus quòd solus cùm esset genuit, statim hoc adiiciant, Ergo si solus cùm esset genuit, erat aliquando quando non erat filius. Similiter autem si responderimus quòd non solus, mox adiiciant. Et quomodo fieri potest vt id quod semper vnà cum ipso fuit natum propriè nominetur? quoniam, vt ipsi dicunt, ipsa natiuitas suspicionem præstat aliquando penitùs non fuisse, propter hoc ipsum quòd dicitur natus. Hæc autem dicunt, ignorantes quantùm inter sit corporalibus temporalibusque sensibus audere de Deo quodcumque pronuntiari. Quippe cùm is de quo agitur, quasi qui absque initio sit, necessitatibus temporum subiacere non possit. Ideò igitur nos quoque illos consulamus, quodammodo ipsorum interrogatione vtentes, vt sic figmentum suum, quod Græci sophisma vocant, illis apertum fiat ac planum. Dicite nobis vos, Solus cùm esset Deus misericordias genuit, an non? quoniam beatus Paulus pa-
D
trem misericordiarum Deum nominat, ita dicens, *Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum.* Et si ausi fuerint dicere, quòd solus cùm esset genuit, nos quoque ipsis ita respondebimus; cur non sit impium ac nefarium dicere quòd fuit aliquando Deus absque misericordiis, quippe cùm Deus misericordiarum fons habeatur, & nunquam prauitatis pater fuisse credatur, vt cùm primùm misericordiarum pater non esset, earum postea fieri pater inciperet. Sin verò, vitantes hanc apertam de Deo blasphemiam, dixerint, Non fuit aliquando solus absque misericordiis, respondebimus ipsis etiam hoc modo, Sicut igitur Deus nunquam solus sine misericordia, factus est postea misericordiarum pater; sic etiam non solus antea; postea vnigeniti filij pater efficitur. Semper enim Deus pater est vnigeniti sui Dei Verbi.

56. Sin autem rursus, in sua vanitate durantes dixerint, quia id quod non natum est substantiam significat defectis. Deus autem pater non natus est, &
E
filius natus, vna eademque patris & filij esse substantia non potest: discant quòd non natum substantiam minimè significat. Nam si non natum nato videtur esse contrarium, substantiæ autem contrarium nihil est, profectò non natum minimè potest esse substantia. Et aliter, si substantia in eo quod est asseritur, non natum autem in eo quod non est, quia non natum est, profectò non natum substantia non est. Et iterùm, si substantia per semetipsam constare dinoscitur, non natum autem non per se constat, sed de substantia dicitur quæ non nata est, profectò non natum non est substantia. 57. Rursus etiam si dixerint, Si pater non natus est secundùm substantiam, filius verò natus est, nati & non nati vna non potest esse substantia: discant adhuc, quòd non necessariò substantiarum modus diuersas facit substantias. Neque enim, quia dicitur Deus pater esse non natus, dicitur autem
F
& immortalis similiter; & incorruptibilis, ideò diuersas habebit substantias, quippe cùm non sit vnum idemque non natum & immortale vel incorruptibile, cæteraque his similia. Sicut igitur hæc cùm de Deo dicuntur, diuersas substantias minimè significant, sic neque natum & non natum diuersas substantias vnquam faciunt. Neque enim quia Adam quidem non natus est, Seth autem natus, ideo diuersa est eorum substantia. 58. Sin autem perseuerauerint, dicentes quòd id quod est sine initio etiam non natum est & quoniam filius natus est, sine initio esse non potest: discant quia non si quid sine initio est, id omni modo etiam non natum est, eo quòd non si quid initium habet, id omni modo etiam natum est, quoniam Dei misericordiæ sine initio habitæ, non etiam innatæ sunt, quippe cùm patrem habeant Deum. Similiter autem cælum & terra, cùm initium habeant non sunt nata sed creata. Neque enim si quid est creatum, hoc omni modo natum est. Nam si idem
G
creatum & natum, superfluè docuit Euangelista Ioannes, ita dicens, *Quotquot autem acceperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri*, siquidem qui semel creati sunt hoc habent vt etiam filij Dei fiant. Sicut igitur creatum & natum idem non est, sic etiam non creatum & non natum idem non esse potest, eo quòd Dei misericordiæ, cùm sint non creatæ, non tamen sunt innatæ. 59. Cum iterùm nos interrogauerint, quomodo Deus vnus, simplex cùm sit & incompositus, pater simul & filius & Spiritus sanctus esse potest: discant quòd non propterea Deus amittit esse simplex & incompositus, quoniam habet vnum vnigenitum Verbum substantiuum æquale sibi per omnia, similiter & sapientiam substantiuam æqualem sibi per omnia. Sed si quidem, vt ipsi putant, ideo compositus est, quòd voluntatem habeat, & istam non æqualem substantiæ, quippe cùm non idem sit substantia & voluntas: nos tamen non imitamur eorum sententiam. Sed piè dici-
H
mus & religiosè, quòd etsi voluntatem Deus habeat, & istam non æqualem substantiæ, tamen ab omni est compositione alienus. 60. Quia igitur apud se videntur adhuc esse sapientes, cùm per omnia nimia inepti probati sint, hoc etiam nos interrogant, quomodo fieri potest, vt vnus Deus, vna substantia, pater & filius nominetur, quoniam hi qui hoc dicunt, vnum ac solum Deum filium simul & patrem per vnam partem orationis pronuntiare assolent, quasi si Græcè dicatur υἱοπάτωρ, discant non in eadem diu debere perseuerare stultitia. Neque enim, quia vnus est Deus pater, eiusque filius, ac pariter vna substantia patris & filij, id circò debet Deus υἱοπάτωρ vocari, quippe cùm non vnum personarum numero dicamus, sed substantiæ communi vocabulo. Namque Adam simul & eius filius Abel, vnus homo, cùm esset alter, vnaque pariter eademque substantia, propter naturæ communionem, nunquam υἱοπάτωρ vocati sunt, sed ne vocari quidem hoc nomine poterant. Quòd autem duo numero simul homines vnus homo dicuntur communione, vt dixi,

A & societate naturæ, testis est famulus Dei Moyses ita dicens, *Et fecit Deus hominem, secundùm imaginem Dei fecit eum, masculum & feminam fecit eos.* Itidem Dominus etiam noster Iesus Christus se vnum & patrem simul appellat propter æqualitatem vnitatemque substantiæ, sic dicens, *Ego & pater vnum sumus.* Vnus igitur Deus, pater & filius & Spiritus sanctus, propter vnitatem, æqualitatemque substantiæ. Nam sicut sensus noster sermo fieri non potest, quippe cùm sermonis nostri pater habeatur ipse, neque è diuerso sermo sensus vnquam fiet, sed neque nostra sapientia sensus ac sermo. Sed est iterùm sensus generans sermonem, & non ipse generatur: similiter autem & sermo generatur tantùm, non generat; pari ratione & sapientia neque generat neque generatur. Sensus autem noster cùm sit sapiens, & sapientiam habeat, quasi rationabilis sermonem tantùm generat. Sapientia iterùm non generat sermonem, sed est cum sensu verè pariter ac sermone. Sic Deus pater nunquam filius fieri potest, neque è diuerso filius pater, sed neque Spiritus sanctus filius aut pater. Rursus etiam
B Deus pater genuit quidem vnigenitum Deum Verbum, ipse autem non est natus, filius verò natus est quidem, non etiam genuit. Spiritus autem sanctus neque natus est, neque genuit. Sed vt apertius dicam, sicuti Dei patris misericordiæ, cùm natæ sint à patre non nato, conglutinatam penitus habent innatiuitati patris generationem: sic etiam substantiuus vnigenitus filius Dei conglutinatam penitùs habet patris ingenerationi natiuitatem, quippe cùm splendor gloriæ sit, & forma Dei substantiæ. Sic enim etiam beatus Paulus ad Hebræos scribens dicit, *Qui est splendor gloriæ, & figura substantiæ eius.* Splendorem igitur patris filium cùm Paulus dixisset Apostolus, probauit apertè quòd ex substantia patris filius est, & quòd inseparabilis vel indiuisus patris filius habetur, & quòd semper vnà cum patre est. Figuram rursus Dei substantiæ memorans, docet quòd æqualem habet filius patris substantiam. Et ite-
C rum, sicuti Dei patris immortalitas, vnà cum Deo patre non nata, non dicitur nata, neque ipsa pariter generare: sic etiam Dei substantiuus Spiritus neque natus est, neque genuit. Ac per hoc igitur tres personas patris & filij & Spiritus sancti fatentes, vnam credimus propter vnitatem substantiæ Trinitatis esse virtutem. Similiter autem propter indiuisionem naturæ, patrem & filium & Spiritum sanctum, vnum Dominum, vnum Deum omnipotentem, creatorem, prouisorem, semper se ac similiter habentem: cui honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

CAPITVLA EXCERPTA EX gestis habitis contra Pelagium hæreticum, & alia de libellis eius, quæ in Palæstina Synodo
D *sibi obiecta ipse damnare compulsus est.*

QVod ad Hierusalem nolentem colligi filios suos Dominus clamabat, hoc nos clamamus aduersùs eos, qui filios Ecclesiæ colligi nolunt, nec saltem post iudicium quod de ipso Pelagio in Palæstina factum est corriguntur: de quo damnatus exisset, nisi obiecta sibi contra gratiam Dei dicta, quæ obscurare non potuit, ipse damnasset. Præter illa enim, quæ quomodo potuit nisus est qualicumque ratione defendere, obiecta sunt quædam, quæ nisi remota omni tergiuersatione anathematizasset, ipse anathema factus esset.

I. Obiectum est enim quod diceret Adam mortalem factum, qui siue peccasset, siue non peccasset, moriturus esset.

II. Et quòd peccatum ipsius ipsum solum læserat, non genus humanum.

III. Et quòd infantes nuper nati in illo statu sint, in quo Adam fuit antè præuaricationem.

E IV. Et quòd neque per mortem vel præuaricationem Adæ omne genus humanum moriatur, neque per resurrectionem Christi omne genus humanum resurgat.

V. Infantes, etiamsi non baptizantur, habere vitam æternam.

VI. Et diuites baptizatos, nisi omnibus abrenuntient, si quid boni visi fuerint facere non reputari illis, nec eos habere posse regnum Dei.

VII. Et gratiam Dei atque adiutorium non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege atque doctrina.

VIII. Et Dei gratiam secundùm merita nostra dari.

IX. Et filios Dei non posse vocari, nisi omnimodo absque peccato fuerint effecti.

F X. Et non esse liberum arbitrium, si Dei indigeret auxilio, quoniam in propria voluntate habet vnusquisque facere aliquid aut non facere.

XI. Et victoriam nostram non esse ex Dei adiutorio, sed ex libero arbitrio.

XII. Et quòd pœnitentibus venia non detur secundùm gratiam & misericordiam Dei, sed secundùm meritum & laborem eorum, qui per pœnitentiam digni fuerint misericordia.

Hæc omnia Pelagius sic anathematizauit, quod satis gesta ipsa testantur, vt nihil ad ea quoquomodo defendenda disputationis attulerit. Vnde fit consequens, vt quisquis sequitur illius Episcopalis auctoritatem iudicij, & ipsius Pelagij confessionem, hæc tenere debeat, quæ semper tenuit catholica Ecclesia.

1. Quòd Adam, nisi peccasset, non fuisset moriturus.

2. Quòd peccatum eius non ipsum solum læserit, sed & genus humanum.

G 3. Quòd infantes nuper nati non sint in illo statu, in quo Adam fuit ante præuaricationem, vt ad ipsos etiam pertineat quod beatus ait Apostolus, *Per vnum hominem mors, & per vnum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificantur.* Vnde fit vt infantes non baptizati, non solùm regnum cœlorum, verùm etiam vitam æternam habere non possint.

7. Vt confiteatur diuites baptizatos, etiamsi diuitiis suis non careant, & sint tales, quales ad Timotheum describit Apostolus dicens, *Præcipe diuitibus huius mundi, non superbè sapere, neque sperare in incerto diuitiarum suarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum, diuites sint in operibus bonis, facilè tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, & apprehendant veram vitam*, non eos regno Dei posse priuari.

8. 9. Vt confiteatur gratiam Dei, & adiutorium, etiam ad singulos actus dari, eamque non dari secundùm merita nostra, vt vera sit gratia, id est gratis data, per eius misericordiam, qui dicit, *Miserebor cui
H misertus ero, & misericordiam præstabo cui misericors fuero.*

10. Vt fateatur filios Dei vocari posse illos, qui quotidie dicunt, *Dimitte nobis debita nostra.* Quod vtique non veraciter dicerent, si essent omnino absque peccato.

11. Vt fateatur esse liberum arbitrium, etiamsi diuino indiget adiutorio.

12. Vt fateatur, quando contra tentationes concupiscentiásque illicitas dimicamus, quamuis illic habeamus & propriam voluntatem, non tamen ex illa, sed ex adiutorio Dei, victoriam nostram. Non enim aliter verum erit quod Apostolus ait, *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.*

13. Vt fateatur secundùm gratiam & misericordiam Dei veniam pœnitentibus dari, non secundùm meritum eorum. Quandoquidem etiam ipsam pœnitentiam donum Dei dixit Apostolus, vbi ait de quibusdam, *Ne forte det illis Deus pœnitentiam.*

Hæc omnia simpliciter sine vllis fateatur ambagibus, si quis in auctoritatem Catholicam,& ipsius Pelagij expressa ex Ecclesiasticis gestis verba consentit. Neque enim illa,quæ his sunt contraria,veraciter anathemata esse credendum est, nisi hæc quibus sunt contraria fide & corde teneantur, & aperta confessione promantur.

NOTÆ.

a *Liber de fide.* Iam supra obseruatū est,bis libri huius testimonio vsum esse Ioannē Diaconū in expositione Heptateuchi,semel in Genesi, & iterum in Exodo, vtrobiq; hoc titulo, *Ex libro de fide Rufini*, quod Græcè nimirum erat *[illegible]*. Sic enim inscripti veterum patrū libri leguntur aut memorātur nō pauci. Quin & Theoph. Antioch. libri tres ad Autolycum, quorū vulgò nulla est inscriptio, in Codice 808. regiæ Bibliothecæ hanc habēt, Περὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως, *De fide Christianorum.* Idemq; iudicium de tribus aliis, qui a Theophilo Alexandrino de fide scripti ferebantur apud Gennadium cap. 33.

b *Sapientiā substantiuam.* Sapientiæ nomen in diuinis personis,quod Filio tribui mos est,fuerunt olim qui Spiritui S. adscriberent,vt hic noster, & ante illum Theoph. Antiochen. & Irenæus Lugdunensis. Theophili enim ex lib. II. ad Autolycum verba sunt, *Αἱ τρεῖς ἡμέραι πρὸ τῶν φωστήρων γεγονυῖαι τύποι εἰσὶν τῆς τριάδος, τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ λόγου αὐτοῦ, καὶ τῆς σοφίας αὐτοῦ. Tres dies qui luminarium ortum antecesserunt, typus sunt Trinitatis, Dei & verbi ipsius, & sapientiæ ipsius.* Irenæus verò lib. 4. c. 17. Deum docet ad res producendas Angelorum ministerio non egere. *Ministrat*, inquit, *ei ad omnia sua progenies & figuratio sua, id est Filius & Spiritus sanctus, verbum & Sapientia.*

c *Est enim imago Dei homo.* Etiam ij qui Sapientiam in diuinis tribuebant Spiritui S. cur imago Dei homo diceretur, causam adferebant, quòd sensum, & verbū, & sapientiam habeat: atque vt verbi æterni filij sui pater est Deus, sic mens hominis, siue sensus, producat verbum suum: & sicut idem Patris & Filij est Spiritus S. sic sapientia in homine à sensu minimè separatur & verbo. Qua de re plura iterum sub libri finem.

d *Nonnulli minus intelligentes.* Arriani nempe & Eunomiani, quos malè Apostoli verba in hunc sensum interpretatos docet etiam Theodoret. in Epist. 1. ad Corinth. *[illegible]* Θεοῦ λόγον *[illegible]*. *Sciendū est autem sapientiam & potentiam appellasse diuinum Apostolū, non vnigeniti diuinitatem sed prædicationem de cruce, & refellere Arrianos, & Eunomianos, qui malè ex hoc loco conātur ostendere sapientiam Deum verbum nominari.* Ceterùm vt sapientiam hoc loco in Filij personā non cadere perspicuum est, ita si rectè illi alias attribui quis neget, reclamantem habet Theologicam scholam vniuersam.

e *Impiè Origenes ac nefariè.* Scitè pariter & grauiter hanc Origenis blasphemiam exaggerat Theoph. Alexandrinus in Epist. 1. Paschali. Non ei sufficit, inquit, ista blasphemia, sed trans flumina Æthiopiæ currum stultitiæ suæ dirigens iterum furibundus exultat, tot dicens voluntate sua Deū cōdidisse rationabiles creaturas, quot poterat gubernare. Et post alia. At ille verbositatis seminarium contexit & replicat, & ait, *Tanta fecit Deus, quanta poterat cōprehēdere, & sibi habere subiecta, suaq; prouidentia gubernare.* Et post exactā singulorū confutationem concludit, non tanta fecisse Deum, quanta poterat, sed quanta rerum necessitas & ordo expetebat.

f *Et primas quidem creatas.* Theodoretus quæst. 5. in Genesim verisimile ait esse Angelos vnà cum cœlo & terra creatos fuisse. Si quis vero ante cœlum ac terram conditos dixerit, *[illegible]* λόγον, *non offendet*, inquit, *verbum pietatis.*

g *De sole simul & luna.* In hoc errore mentis fuisse Origenem testis etiam Hieronymus ad Auitum epist. 59. Solem quoque, inquit, & Lunā, & astra cetera, esse animantia. Immo quomodo nos homines ob quædā peccata his sumus circūdati corporibus, quæ crassa sunt & pigra: sic & cœli luminaria talia accepisse corpora, vt vel plus vel minus luceant, & dæmones ob maiora delicta aëreo corpore esse vestitos.

h *In signa.* Præclarè idem Theodoret. quæst. 15. varietatem hanc stellarum nec genesium omnium fuisse ostendit, sed stultorum tantùm & amentium. *[illegible]* Πυθαγόρας, οὐδὲ Σωκράτης, οὐδὲ Πλάτων, οὐδὲ οἱ Στωϊκοὶ *[illegible]* *Quod dicitur in signa non intelligimus secundum opinionem quorundam stultorum. Siquidem vanam illam de cuiusque natiuitate disceptationem nec Pythagoras, nec Socrates nec Plato, nec Stoicè receperunt. Quod si qui in fabulis educati sunt huius fabulæ impietatem exsecrantur, quis diuinis sermonibus credens hæc non modo impia, sed valde etiam fatua recipiat?*

i *Dedit habere liberam voluntatem.* Fato exploso liberi arbitrij dogma confirmat, sunt enim opposita. Vnde & illa apud Chrysost. orat. 18. de Fato, Deum inter & dæmonem seu fatum antithesis. *εἶπεν ὁ Θεός, ἐὰν θέλητε, καὶ ἐὰν μὴ θέλητε* *[illegible]*. *Deus dixit, si volueritis, & si nolueritis, dominos faciēs vos virtutis ac vitij, atque in voluntatis vestræ potestate constituens. Ille verò quid ait? quod fatum vitari nequeat, & si velimus, & si conemur. Deus dixit, si volueritis bona terræ comedetis. Fatum dicit, & si volumus, si datum nobis non fuerit, hoc velle nihil prodest. Deus dicit, si verba mea attendere nolueritis, gladius consumet vos. Fatum dicit, & si nolimus, si datum nobis fuerit, omnino salui sumus.*

k *Cum primis hominibus inuiderent.* Diaboli lapsum alij quoq; ad inuidiā olim retulerunt. Sed cum verbis Cypriani, qui in eadē fuit sententia, totus hic locus mirificè consentit. Sic enim ille in libro de zelo & liuore. Hinc diabolus, ait, inter initia statim mūdi & periit primus & perdidit. Ille dudum Angelica maiestate subnixus, ille Deo acceptus & carus, postquā hominem ad imaginem Dei factū conspexit, in zelū maleuolo liuore prorupit, non prius alterū deijciēs instinctu zeli, quàm ipse zelo ante deiectus, captiuus ante quā capiēs, perditus antequā perdens dū stimulāte liuore gratiā datæ immortalitatis eripit, ipse quoq; id quod prius fuerat amisit. Sic enim haud dubiè legēdum, neglecta Pamelij *qui ipse* legentis emendatione, quæ Cypriani sententiam euertit.

l *Eo quod imago ipsius est homo.* Expositionis huius auctor in primis Diodor. Tarsensis, cuius verba sunt, *[illegible]* *Quomodo*, inquit, *imago Dei est homo? Secundum imperiū & potestatem.* Alij alia collegerunt, in quibus homo Deū æmulatur. Trinitatem quoq; ipsam alij aliter in hominis anima expressā voluerūt. Alio enim modo Theodoret. q. 20. in Genes. *Καὶ γὰρ ὁ νοῦς γεννᾷ μὲν τὸν λόγον* *[illegible]*, hoc est *Et mens quidem producit sermonem, procedit autem cum sermone spiritus, non generatus quidem quemadmodum sermo, sed perpetuò consequens sermonem, & cum eo dum editur procedens.* Alio Ambrosius in libello, *De dignitate humanæ naturæ*, c. 11. Nam sicut ex patre, inquit generatur filius, & ex Patre Filioque procedit Spiritus sanctus; ita ex intellectu generatur voluntas, & ex his item ambobus procedit memoria. Alio denique alij complures.

m *Nec dicendum animam partem esse Dei.* Neque enim vt Hieronymus libro 11. aduersus Iouinianum scribit, eiusdem substantiæ est, quod Manichæi solent docere, anima humana ac Deus. Manichæi ergo error hic fuit & post eum Priscilliani. Origenis etiam fuisse auctor

A idem Hieronym. qui in epist. 61. ad Pammachium, Ioannem Hierosolymitanum taxat, quòd Manichæum hoc nomine insimulsos de Origene dissimularet. Producis, inquit, nobis Manichæum, & abscondis Origenem.

n *Animas ante corpora factas.* Duo hîc perperam docebat Origenes: & animas seorsim olim conditas, & in corpora deinceps cũ aliquid peccassent iũ demitti. Quod vitiumq; contra eum scribens redarguit inter ceteros Antipater Bostrensis c. 7. [illegible] *Qui hominem fecit ab initio masculum & feminã fecit eos. nec primò mentes secundã ipsam, & ex peccatis homines.* Et paulo post. [illegible] *Non ex peccatis, neq; ex transgressione multiplicatum, sicut horum scripta docent, sed ex Dei benedictione, sicut Propheta testatus est. Nam si ex transgressione, vel que desertione multiplicatur hominũ genus, non benedictio, sed maledictio potius merito diceretur.*

B Quod ipsum Theophili quoque Alexandrini fuit argumentum, Catena in Genesin, Codice regio 810. [illegible] *Quod non ob peccatũ, vt Origeni visũ est, deiectæ animæ corporibus impl. ita sint, ex Mosis verbis didicimus, filios Israel dicentis, Dom. Deus patrũ vestrorum addat ad hunc numerũ millia multa, & benedicat vobis sicut vobis locutus est. Neq; enim benedictio secundũ Origeni est corporum productio, sed maledictio noxia ãtibus animabus*

o *Ex vna anima primi hominis.* Tertio loco eos pariter refellit, qui animas ex traduce propagari autumabant „ hoc est interprete S. Hieron. epist. XCII. vt quomodo
C „ corpus ex corpore, sic anima nascatur ex anima, & simi-„ licũ brutis animantibus cõditione subsistat. Qua de re cũ ancipites aliquãdo fuerint in Ecclesia sententiæ, in eã nũc omnes consentiũt, quã noster hoc loco adstruit, animas à Deo singulas creati, & formatis corporib. infundi.

p *Immortales mortales* Hinc Theophilus Alexandrinus in Codice quem diximus 810. [illegible] *Medius*, inquit, *inter duos homo factus, fuerat nec mortalis omni ex parte, nec totus immortalis, sed capax vtriusq;.* Copiosè autem & eleganter eadem edisseruerat Theophil. alter lib. II. ad Autolycum his verbis. [illegible]
D *Nec natura mortalis factus nec immortalis. Immortalem quippe si fecisset. Deum illum fecisset: si mortalem rursus illum fecisset, mortis eius auctor & causa videretur. Nec immortalem igitur illum fecit, nec mortalem, sed amborum capacem: vt ad immortalitatem vergeret, Deique mandatum seruando, mercedem ab eo acciperet immortalitatem. Quod si ad mortem conuerteretur, sibimet mortis auctor foret. Liberum siquidem & sui iuris hominem Deus creauit.*

q *Si mandatum Dei seruare voluisset.* At Pelagius Adam dicebat, siue peccasset, siue non peccasset, moriturum fuisse. Non potuit igitur, quod præfati sumus, libri huius auctor haberi, quod suspicati sunt in censura sua Corbeienses.

r *Deus cõsulens hominibus.* De bono mortis extat liber S. Ambrosij qui & in aliis passim plurimus est in hoc argumento Remedium hanc videri, non pœnam, ostendit, l. II. de Abel & Cain, c. 10. Nam si nocentes, inquit, mo- " riũtur qui gradum à peccatis reuocare noluerũt, vel in- " uiti tamen finem nõ naturæ sed culpæ adipiscuntur, ne " E
plura delinquant, quibus vita fœnus est delictorum. Si " autem bonæ spei compotes sunt, migrare magis quàm " deficere credendi sunt Et *De bono mortis* c. 7 Grauius est " ad peccatũ viuere, quàm in peccato mori, quia impius " quamdiu viuit peccatum auget: moriatur, peccatũ de- " serit. Plerique criminum sontum absolutione lætantur. " Si emendaturi sunt, rectè: si perseueraturi in eis, stultè. " quia longè illis plus damnatio profuisset, ne incre- " menta facerent peccatorum. "

s *Quibus illis ipse perfecerat.* Latini sermonis ratio postulabat vt quas diceret. Itaq; manifestus est Hellenismus, vnicus fortasse in hoc genere, sed aliorum generum alia sunt plurima, quæ translatum ex Græcis librũ ostendant.

t *Sicut impius Origenes exposuit.* De hac Origenis expositione scribit Epiphanius ad Ioannem Hierosolymitanum epist. 60. apud Hieron. Prætereo friuolã eius expo- " sitionem super tunicis pelliceis, quãto conatu, quantis- " que egerit argumentis, vt tunicas pelliceas humana esse " F
corpora crederemus: qui inter multa ait, *Numquid co-* " *riarius aut scordiscarius erat Deus, vt cõficeret pelles ani-* " *malium, & consueret ex eis tunicas pelliceas Adã & Euæ?* " Manifestum est ergo, inquit, quòd de corporibus nostris " loquatur. Et si hoc ita est, quomodo legimus ante pelli- " ceas, & ante inobedientiã & de paradiso, ruinam, Adam " loquentem, non secundum allegoriam, sed verè, *Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea?* & paulo post. " Aut quæ corpora contegebat Adam & Eua foliis ficus " postquam comederunt de arbore vetita? "

u *Quod liberi non pro parentibus puniantur.* Apertè deinceps originale peccatum & parvulorum baptisma impugnat: quæ duo postmodum hæresis Pelagianæ capita fuerunt. Quare non immeritò hic admonet censura Corbeiensis, *Sollicitè lege, vide quid lateat.* Quòd verò hinc confici putant, Rufino adscribi hunc librũ non potuisse, friuolum erit, si verum est quod Cælestius in Actis Carthaginensibus respondisse dicitur se à Rufino didicisse quòd peccati tradux non sit, quemadmodũ ex Actis ipsis G
recitat Aug. *De peccato originali* c. 3. Cælestius dixit, De " traduce peccati me dubiũ esse: ita tamen, vt cui donauit " Deus gratiam peritiæ consentiã, quia diuersa ab iis au- " diui, qui vtiq; in Ecclesia Catholica cõstituti sunt Pres- " byteri. Paulin. Diaconus dixit, Dic nobis nomina ipso- " rum. Cælestius dixit, S. Rufinus Romæ qui mansit cum " S. Pamachio. Ego audiui illũ dicentẽ quòd tradux pec- " cati nõ sit. Sed hoc omisso alia non desunt, vt præfati sumus, cur opus hoc Rufino vel Pelagio minimè cõueniat.

x *Æterni ignis pœna deputare.* Quosnã præcipuè designet incertum est: hoc exploratum, hæsisse aliquando in hac salebra S. Augustinum. Cui etsi durum id videbatur, non dubitauit tamen parvulos quoque, qui sine baptismo exirent, in hac damnatione, sed omnium mitissima & leuissima futuros. Verùm in Augustinum: qui posterior nostra sententia fuit, hæc cadere non possunt.

y *Sicut nefarij æstimant Arriani.* Hoc de illis testatur Epiphanius Hæresi 19. [illegible] H
Noluit Christum animam suscepisse. Nec præter Epiphanium, qui hoc de Arrianis proderet alium nouerat Aug Sic enim profitetur ipse in Hæres. 49. In eo inquit, " quòd Christũ sine anima solã carnẽ suscepisse arbitran- " tur, minus noti sunt, nec aduersus eos ab aliquo inueni de hac re fuisse certatum. Sed hoc verũ esse & Epiphanius " non tacuit. Postea autẽ non defuerũt qui confirmarent, " vt Theodoret. l. 5. Hæreticarum fabularũ c. 10. [illegible] *Arrius verò & Eunomius corpus quidem assumpsisse illum dicunt, sed diuinitatem animæ vsum exercuisse.*

z *Sicut Apollinaris diffiniuit.* Theodoretus idem post superiora. [illegible] *Apolinarius porro Seruatoris corpus animatum quidẽ esse aiebat, sed animã ratione præditã non habuisse. Mens enim superuacanea,* inquit, *vbi Deus verbum adest.* Qua illius hæresi pluribus confutata, Theoph.

Alexandrinus in hæc verba concludit epistola 1. Paschali; Atque ita ipse disputationis ordo conuincat, nihil à Domino imperfectum esse susceptum, sed assumptum ab eo hominem plenè perfectéque saluatum.

Infantes quia in peccatis sunt. Sic habet vterque manuscriptus. Sed res exigit, ne auctor secum ipse pugnet, vt legatur *non sunt*. Supra enim docuit infantes in peccatis nõ esse, nec propter peccata baptizari, sed vt regni cœlestis participes fiant. Quod ipsũ cùm dicerent Pelagiani, rectè aduersus illos lib. 3. extremò argumẽtatur Hieron. Hoc vnum dicam, inquit, vt tandem finiatur oratio, aut nouũ vos debere symbolum tradere, vt post Patrem & Filiũ & Spiritum S. baptizetis infantes in regnum cœlorum, aut si vnũ & in paruulis & in magnis habetis baptisma, etiam infantes in remissionem peccatorum baptizandos in similitudinem præuaricationis Adam.

bb *Non sicut valt, sed sicut voluit.* Apud Græcos locus fortasse fuerit huic argumentationi, qui [illegible] legunt, aut [illegible] non perinde apud Latinos, qui *sicut vult* constanter legunt, non *sicut voluit.* Augustinus epist. 146. ad Consentium, *Deus autem illi dat corpus quomodo voluerit*, quod idem est.

cc *Nec corpus, nec figuram immutauit.*] Idem enim corpus ex sepulcro extulit, quod conditum fuerat. Sed quanto maiore cum gloria, declarat Theophilus Alexandrin. verba vsurpans Psalmi 92. in Codice regio 211. [illegible] *Dominus regnauit decorem induit.* Quia enim corruptibile corpus adsumpsit, decorem induit, suscitans illud non corruptibile, sed incorruptibile, *Dominus regnauit, decorem induit.* Adsumpsit enim resurgens iterum propriũ corpus, prout ipse prædixerat, *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Quod excitatur ergo induit corpus. Dicebat enim, *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionẽ* Resurgẽs non mansit in monimento Sed & in monimento manens non vidit corruptionem, corruptio illi non est dominata. Verbum incorruptibile corruptibile corpus suscitauit ad incorruptibilitatem.

dd *Desiit nasci Filius.* Desiisse nasci filium auctor iste non censuit. Sed aliter Augustin. contra eosdem Arrianos disputans in epist. 174. ad Pascentiũ. Quid ergo dicemus, inquit? Si natus est Filius Dei de patre, iam pater desiit gignere: & si desiit, cœpit. Si autem cœpit gignere, fuit aliquando sine filio Sed nunquam fuit sine filio, qui filius eius sapientia eius est, quæ candor est lucis æternæ. Ergo semper gignit pater, & sẽper nascitur filius. Extat Theodori monachi libellus hoc titulo, [illegible], *Demonstratio quod pater semper gignit, filius verò semper gignitur*, In quo quidẽ inter cetera sic ratiocinatur. [illegible] *Ad hæc quia gigni filiũ aliud non significat, quàm essentiam habere a patre, a patre autem semper habet essentiam, semper vtique gignitur.*

ee *Græca dicatur* [illegible]. Sabelliani, quia patrem cum Filio confundebant, Deum idcirco voce composita [illegible] *Filiopatrem* appellabant, quod auersati sunt orthodoxi. Athanasius in Expositione fidei [illegible] *Neque enim Filiopatrem sentimus, sicut Sabelliani, soli substantialem, & non consubstantialem.* In Ecclesia autem Catholica Deus [illegible] propter ea non dicitur, quia in vno Deo tres numero eiusdem substantiæ personas agnoscit, & contra quàm de Sabellianis dictum est, [illegible] respuit, [illegible] amplectitur.

Rufini Presbiteri Prouinciæ Palæstinæ. Hæc libri huius in fronte fuerat inscriptio: quam etsi spuriam videri iam ostensum est, retinendam tamen, ne libro nomen deesset, tantisper censuimus, donec sinceram ac legitimam dies aperiat. Nec omittendum, libros de fide sub Rufini nomine duos saltem fuisse, quod intelligimus ex Ioãne Diacono, qui in Exodi expositione librum 2. citat his verbis Rufin. in l. 2. de Fide. Populus Israël in columna nubis per diem, & per noctẽ in colũna ignis: quia dux itineris præcedebat, vt baptismi gratiam per nubem, & dona S. Spiritus per ignem ostenderet. quia Apostolus Paulus in nube patres baptizatos scripsit, & Spiritum S. ignem esse Apostolorum Acta declarant.

Capitula excerpta ex gestis. Remedij loco apposita sunt, vt monuimus, vt aduersus ea quæ cõtra peccati traducem auctor noster disputarat. Ex gestis autẽ contra Pelagium desumpta esse, vt titulus non indicaret, ex S. Aug. libro de gestis Pelagij deprehenderemus, in quo hæc singula continentur. Ceterùm ex duobus Corbeiensib. exẽplaribus in altero tantum extant, qui etsi perantiquus, altero tamen vetustissimo longè est recentior: quod argumento est serius tandem vsus esse hoc remedio.

PRÆDESTINATVS
SIVE
PRÆDESTINATORVM HÆRESIS, & libri S. Augustino temerè adscripti Refutatio, in tres libros distributa ab Auctore ante annos 1200. conscripta, nunc autem in lucem primùm edita.

Cura & studio Iacobi Sirmondi Societatis IESV *Presbyteri.*

LECTORI.

INNVXERVNT paucis abhinc annis, Lector, peregrina & eruditorum auribus insolens quorundã opinio, Prædestinatianam hæresim in Ecclesia nullam vnquam fuisse. Quæ enim Prædestinatorum hæresis dicta est, eam non hæresim, sed ipsissimam fuisse doctrinam S. Augustini, quam eius æmuli vt odiosam redderent, funesti nominis titulo infamarint. Proinde antiquos Scriptores qui contradicant non audiunt, & Gennadium Massiliensem, quem erroris ducem suspicantur, præcipuè insimulant. Ad hanc ex illorum animis euellendam hæsitationem Auctorem damus, cuius ipsi iudicium, si verum amant, aspernari nolint, & aduersus quem præscribere vel excipere nõ liceat. Ecquis enim vel notiores Prędestinati, vel perspectè magis eorum dogmata potuerunt esse, quàm homini, qui cum illis assiduè versabatur, cum iisdem manus sæpe conserebat, quem vnum illi præ omnibus refugiebant & reformidabant aduersarium? Hic igitur cum in Hæresum catalogo, quã describit, sedem suã Prædestinatis adsignet, Prædestinatorúmque placita, quæ ipsi videlicet, tanquam ab Augustino profecta, ex conficto sub eius nomine libro clam fusim que insinuabant, aliena esse ab Augustino, eique aduersa, & suo ipsius sententia, & Cælestini Papæ præiudicio confirmet, atque hæc omnia nondum exorto Eutyche, hoc est ante Gennadium scribat, quid certius vel apertius, quàm falli eos, qui Prædestinatorum propriam hæresim nullam fuisse contendunt, & inuidiam hoc nomine concitant Gennadio? His verò constitutis, quid restabat, Lector, quàm vt Auctoris quoque nomen exploratum haberemus? At inuidit hoc nobis silentio suo Codex antiquus, optimæ ceteroqui notæ, ac illustri olim possessore

A E nobilis, Hincmarô Archiepiscopo Remensi. Hincmarū autem, dum contra Gotescalcum scribens, Hyginum hanc appellante, haud dubiè fefellit opinio: quia Hygini nomen, quod in primi libri fronte legerat, non Auctoris nostri, sed alterius cuiuspiam nomen fuit, ex eorum numero, qui Hæresiarcharum indices contexuerunt. Quare amplius nobis quærendum est. Et quidem, si coniecturis indulgendum, vt nicbas in mentem de Arnobio iuniore, cuius extant in Psalmos commentarij, ob stili sententiarúmque affinitatem augurari. Sed incertam diuinationem, in qua fucum pati ac facere promptum est, aliorum malumus solertiæ iudicióque permitti. Veræ interim appellationis locum, ne titulo prorsus liber careat, adscititia, quam finximus, te vt spero annuente, supplebit inscriptio.

VETERVM

B de Prædestinatorum Hæresi testimonia.

Tiro Prosper in Chronico, ex Bibliotheca Sancti Victoris.

Prædestinatorum hæresis, quæ ab Augustino accepisse dicitur initium, his temporibus serpere exorsa.

Arnobius iunior in Psalmum centesimum octauum.

Dilexit maledictionem Adæ, quæ per Christum aufertur, & veniet ei: & noluit benedictionem quæ per Christum affertur, & vtique elongabitur ab eo. Nota ex arbitrio euenisse vt nollet, propter hæresim quæ dicit Deum alios prædestinasse ad benedictionem, alios ad maledictionem. Sic enim ex dilectione sua maledictionem habere probatur, & nolle suum benedictionis præmium non habere.

C *Faustus Reiensis Episcopus ad Leontium Arelatensem.*

Quòd pro sollicitudine pastorali, B. Papa Leontij, in condemnando Prædestinationis errore Concilium summorum Antistitum congregastis, vniuersis Galliarum Ecclesiis præstitistis.

Gennadius Massiliensis in libro de Hæresibus.

Prædestinariani sunt qui dicunt quòd Deus non omnes homines ad hoc creet, vt omnes saluentur, sed vt multitudine hominum ornetur mundus. Quòd etsi generali prædicatione dicat, *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis & ego reficiā vos*, vos nō tamen omnes ea voluntate vocet, vt omnes sequantur vocantē Sed nec omnes qui ipso inspirante obediunt vocationi, dicuntur accipere exequendi in bono opere perseuerantiam: sed post multos labores & iustitiæ fructus, si non sunt de saluandorū numero, subtrahendas eis vires agendi, ne perdurent

Math. 11.28.

D in bono: & è contrario illos qui prædestinati sunt ad vitam æternam, etiamsi in perfidia, vel omni genere peccati lōgo tempore volutentur, accepturos occasionem, qua & credant in Deum, & secundum Dei præceptum viuant, vt possideant societatem sanctorū. Tali definitione Id docere student, quòd Deus personas hominum accipiat, quòd alios etiam multos post multa mala opera attrahat ad salutem, alios post bona rejiciat & compellat in malum, quo pereant in æternum.

Ioannes Eriugena contra Gotescalcum lib. 1. cap. 4.

Hæc igitur hæresis Gotescalcana, si tali nomine potest vocari, inter duas alias hæreses sibi inuicem aduersantes medietatis loco constituta est. Inter illam planè quæ dicitur Pelagiana, & illam quæ ei repugnat. Quarum vna dono diuinæ gratiæ derogat, altera libertatē arbitrij condemnat. Pelagiana siquidem secta libertatem arbitrij rationalis naturæ tantùm commendat, vt sine dono gratiæ ad perficiendam hominis iustitiam sufficiat. Eius verò secta contraria gratuitæ gratiæ donum confirmat, vt ea sola in homine operāte, omni conatu liberi arbitrij contempto, omnis fidelis fastigium iustitiæ contingat.

Sigebertus Gemblacensis in Chronico, anno Christi 414.

Prædestinatorum hæresis in hoc tempore cœpit serpere: qui ideo Prædestinati vocantur, quia de prædestinatione & diuina gratia disputātes asserebant, quòd nec piè viuentibus prosit bonorum operum labor, si à Deo ad mortem prædestinati fuerint: nec impiis obsit quòd improbè viuant, si à Deo prædestinati fuerint ad vitam. Quę assertio & bonos à bonis auocabat, & malos ad mala

F prouocabat. Hæc hæresis ex libris Augustini malè intellectis initium sumpsisse dicitur.

Quod in Tironis Chronico scriptum erat ab Augustino, *Sigebertus interpretatus est*, ex libris Augustini malè intellectis, *verissimè. Hoc enim est quod de S. Augustini obtrectatoribus, ad Capitula Gallorum respondens testatur Prosper, eius illos doctrinam, aut non intelligendo, aut intelligi nolendo reprehendere.*

PRÆFATIO.

QVotienscunque ad te, ô amator Dei, verba doctorum adtingunt, illico sunt Domini præcepta memoranda, quibus iubere dignatur, vt adtendamus ab his qui veniunt ad nos in vestitu ouium, ne sub hoc tegmine luporum rabies occultata, ouilem simplicitatem inuadat. Vtinam mihi verbis ista dixisse sufficeret, & non, quod est cum suspirio memorandum, manifestum sit miscuisse se belluas gregi dominico: qui tanta subtilitate clandestino hiatu sese Catholicis immiserunt, vt ipsi magis ciues sanctorum & domestici fidei

G æstimentur, qui inimici Ecclesiæ & hostes dolosissimi comprobantur. Dicentes iam homines ita prædestinatos ad mortem per Dei præscientiam, vt illis nec Passio Christi, nec baptismatis redemptio, nec fides, nec spes possit, nec charitas subuenire. Orent, ieiuniis ac eleemosynis occupentur: nulla, inquiunt, poterunt ratione liberari, quia non sunt prædestinati ad vitam. E contra, hi quos prædestinatio præscia futurorum disposuxit, negligant contemnant, & iustitiam fugiant: sic isti etiam nolentes trahuntur ad vitam, sicut illi volentes ad vitam pertingere expelluntur in mortem. Sic istis non petentibus datur, sicut illis petentibus denegatur Et isti quidem non quærentes inuenient, illi autem quærentes inuenire non possunt. Istis pietatis ianua non pulsantibus reseratur: illis autem nulla ratione poterit, etiam pulsantibus, etiam clamantibus aperiri. Quis hanc fidem habens sacerdotum benedictionibus caput inclinare desideret, & eorum sibi precibus & sacrificiis credat posse succurri?

H Si enim hæc nec prodesse volentibus, nec obesse nolentibus incipiant credi, cessabunt omnia Dei Sacerdotum studia, & vniuersa monitorum adminicula vana videbuntur esse figmenta: atque ita vnusquisque suis erit vitiis occupatus, vt criminum suorum delectationem Dei prædestinationem existimet, & ad bonum à malo transitum, nec per Sacerdotem Dei, nec per conuersionem suam, nec per legem Dominicam, se posse inuenira confidat. Silerem, fateor, & nequaquam stilo percurrente ista detegerem, si totiens vt tacerent admoniti saltim mediocriter contentionis suæ impetum temperassent: non etiam audacter sub Augustini nomine libros ederent, & scriptorum suorum iaculis membra immaculatæ matris nostræ Ecclesiæ vulnerarent. Quis filius matrem suam cædi non doleat? quis genitricem suam vulnerari non plangat? An tacebimus illa laborante? Sed silentium nostrum reatus docebi-

nare se simulant. Hos damnauit Diodotus Episcopus Cretensis.

HÆRESIS XIII.

Tertiadecima hæresis Ptolemaitæ, à Ptolemæo Valentini discipulo, qui hanc eandem hæresim acrius disputando dispersit, qui eodem tempore à sancto Zacchæo supramemorato Episcopo Cæsariensi damnatus est. Hæresim tamen pessimam per multa spatia Orientis dispersit.

HÆRESIS. XIV.

Quartadecima hæresis à Marco quodam est adinuenta, qui negans resurrectionem carnis, Christum non vere passum, sed putatiuè conabatur adstruere. Hunc sanctus Clemens, Episcopus Romanus, & Christi dignissimus Martyr, fixis & integris adsertionibus confutans, & coram omni plebe in Ecclesia detegens, æterna damnatione puniuit. docens vere natum & passum Dominum nostrum Iesvm Christvm. nihil ab eo in phantasia factum commemorans, & euidenter ostendens, quòd veritas inimica falsitatis falsum in se nihil penitus habere potuerit: sicut nec lux in se tenebras habere potest, nec benedictio maledictionem, nec dulcedo amaritudinem: & ficta commisceri possent, Deum tamen docuit mendacio impossibile esse misceri.

HÆRESIS XV.

Quintadecima hæresis Colorbasiana à Colorbasio adinuenta. Vitam omnem hominum in septem stellis esse positam adfirmabat: & has esse septem Ecclesias, & septem candelabra aurea conabatur adstruere. Hunc sanctus Theodorus de Pergamo Episcopus, habita synodo septem Episcoporum, anathematizauit docens septem Ecclesias in septiformi spiritu consecratas. Vna forma est, inquit, cùm in forma quam primus homo amiserat reuocatur. Secunda, cum immaculatus qui erat peccator efficitur. Tertia, cum ex terra corpus mortuum suscitabitur. Quarta, cùm anima de inferni claustris eruitur. Quinta, quòd anima paradisi habitatione lætatur, quousque corpus suum incorruptibile recipiat. Sexta, quòd filios Dei facit qui erant filij Adæ. Septima, quòd facit hominem regni cælorum esse participem. Has esse sancti Spiritus formas in septem Ecclesiis, in septem oculis, & in septem candelabris aureis conlocatas.

HÆRESIS XVI.

Sextadecima hæresis Heracleonitarum, ab Heracleone adinuenta est, quæ baptizatum hominem, siue iustum, siue peccatorem, loco sancti computari docebat: nihilque obesse baptizatis peccata memorabat dicés sicut non in se recipit natura ignis gelu, ita baptizatus non in se recipit peccatum. Sicut enim ignis resoluit aspectu suo niues quantæcumque iuncta sint: sic semel baptizatus non recipit peccatorum reatum, etiam quantauis fuerint operibus eius peccata permixta. Hic in partibus Siciliæ inchoauit docere. Contra hunc susceperunt Episcopi Siculorum, Eustachius Lilybæorum, & Panormeorum Theodotus. Quique omnium qui per Siciliam erant Episcoporum Synodum exorantes, gestis eum audire decreuerunt: & vniuersas adsertiones eius dirigentes ad sanctum Alexandrum vrbis Episcopum, rogauerunt vt ad eum confutandum aliquid ordinaret. Tunc sanctus Alexander, ad singula quæque capita hydri singulos gladios Dei verbi de vagina diuinæ legis eiiciens, librum contra Heracleonem ordinans, feruentissimum in ingenio Sabinianum presbyterum destinauit: qui & scriptis Episcopi, & adsertione sua, ita eum confutaret, vt nocte media nauis præsidio fugeret, & vltra vbinam deuenisset penitùs nullus sciret.

HÆRESIS XVII.

Septimadecima hæresis Ophitarum. Hi à colubro nominati sunt. Coluber enim Græcè *ophis* dicitur. Habent ergo colubrum adsuetum eorum panes lingua lambere, atque ita ex se velut Eucharistiam sanctificare. Quem colubrum suum Christum appellant. Contra hos susceperunt Bithyniæ prouinciæ sacerdotes, id est ciuitatis Calchedoniæ & Nicomediæ Episcopi Theocritus & Euander & confutantes eos Publicè superarunt: atque superuentum facientes eis per collegia eorum, in Bithyniæ, vt dixi, partibus per possessiones clanculò vbi hæc ipsa perpetrabant, & sacerdotes eorum eliminarunt, & serpentes eorum occiderunt, ac rationem reddentes omni populo, maximam partem plebis ab hoc periculo liberarunt.

HÆRESIS XVIII.

Octauadecima hæresis Cainiani. Propterea sic appellati sunt, quoniam Cain honorant, dicentes eum fortissimæ esse virtutis. Simul & Iudam traditorem diuinum aliquid putant esse, & scelus eius beneficium deputant, adserentes eum præscisse quantum esset generi humano Christi passio profutura, & occidendum Iudæis propterea tradidisse. Hos ortos esse Mesopotamiam Ecclesiarum Syriæ sacerdotes ad ceteros suos coepiscopos conscripserunt. Quos triginta & duo Episcopi apud Antiochiam residentes, cum eiusdem vrbis Episcopo Theodoro, in præsenti confutatos damnarunt. dicentes eis illud quod sanctus Spiritus locutus est per prophetam, *Væ his qui dicunt de bono malum, & de malo bonum: qui ponunt tenebras lucem, & pro luce tenebras.* Constat ergo vos à vobis ipsis esse damnatos, qui eos vultis magnos & iustos adscribi, quos pro facti sui qualitate Deus perpetuæ gehennæ incendio destinauit.

HÆRESIS XIX.

Nonadecima hæresis Sethianorum. Hi nomen acceperunt à filio Adæ, qui vocatus est Seth, de superna matre eum natum esse iactantes, quam conuenisse dicunt cum superno patre, vnde diuinum semen aliud nasceretur, ex quo semine sibi Deus iustos eligeret, & suos filios appellaret. Hi orti sunt in partibus Achaiæ. Contra quos suscepit sanctus Perigenes Argùs ciuitatis Antistes ostendens eis, de vno sancto vero & iusto Isaac duos natos geminos, vno pariter vtero editos: vnum ad superiora diuinæ gratiæ penetrasse, alium ad inferiora inferi deuenisse. Vnum itaque è duobus, inquit: aut naturæ malæ sunt filij, & ambo pro id quod sunt nati, damnandi sunt: aut naturæ bonæ sunt, & pro facti sui qualitate, iuste alium benedictio coronauit, alium maledictio condemnauit. Hæc & his similia adserente sancto Perigene, aliquanti credentes conuersi sunt ab errore hoc pessimo: non credentes autem, nec conuertentes, gladio sunt anathematis amputati.

HÆRESIS XX.

Hæresis vicesima apud Cretam Archonticorum à principibus nomen accepit. Principes enim se colere iactant, quos dicunt condidisse hunc mundum. Hos sanctus Dioscorus Cretensis Episcopus condemnauit. Docens vnum & verum Deum in partes substantiales penitus diuidi omnino non posse. hunc esse Deum, qui se & prophetis ostendit, & in se credentes ab omnibus periculis liberauit, sicut Noë, sicut Abraam, Isaac, Iacob, filiósque Israël, Ionam, Susannam, tres pueros: & innumerabilia erga credentes in se quæ ostendit Deus signa virtutum, quibus se solum Deum ostenderet. Adquiescentes veritati recepit, dissentientes verò æterna abominatione puniuit.

HÆRESIS XXI.

Prima & vicesima hæresis à Marcione orta est. Duo principia fuisse confirmat boni & mali. Quem Epiphanius tria dicebat principia docuisse, boni, iusti, & praui: sed Eusebius Syrinum quendam, non Marcionem, trium principiorum atque naturarum scribit auctorem. Marcionitæ, cum vniuersalem Orientis Ec-

A bus sensibilibusque substantiis etiam animas hominum comprehendens, & post hæc animalium, quæ sexta die creata sunt, faciens mentionem, in ea hominem quoque creatum reperiens, suum iam non potuit affirmare figmentum, neque propriam roborare fallaciam, sed quasi illorum quæ ante docuerat penitus fuisset oblitus, inviti fatentur animas creatas esse, & eas iterum incorporeas. Respondeant igitur nobis qui nefandam Origenis hæresim venerantur & colunt, & eius expositiones de divina scriptura ad cœlum usque summis præconiis tollere moliuntur, quomodo animæ sine corporibus possint intelligi, cùm Moses nos doceat dicens, *Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum, masculum & fœminam fecit eos.* Nam hoc omnibus claret, quod animæ sexus utriusque capaces esse non possunt, nisi solæ corpora, quæ graviora noscuntur. Quomodo iterum & illud dictum audire poterant solæ sine corporibus animæ, *Crescite & multiplicamini.* Siquidem, etiam secun-
B dùm ipsum Origenem, incorporalium natura neque multiplicari potest, neque crescere. Vel quomodo sine corporibus animæ creatæ in cœlis habitare poterant, cùm Deus benedicens illis, quos fecerat masculum & fœminam, sic dixerit, *Crescite & multiplicamini, & implete terram* Sed Origenes iterum eiusque socij dimittantur. 28 QVIA igitur nonnulli sunt, qui dementia capti dicunt quod ex una anima primi hominis Adam anima Euæ mulieris assumpta sit, nonnulli etiam, quòd ex solo Adam cum seminis iactu in omnes qui ex eo nati fuerant animæ transmissæ sint, & alij quòd ex Eua sola magis animæ fuere translatæ, & sic ex parentibus ad eorum liberos deductæ sint, respondendum est his hoc modo. Cur ergo Adam, qui primus de terra creatus est, secundum carnem de costa quæ ex ipso fuerat sublata, in spiritu Dei prophetando dicebat, *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, hæc vocabitur mulier, quia ex viro suo sumpta est*, nusquam fecit animæ mentionem? Nam
C si anima quoque esset ex anima secundum illorum vanas opiniones, nunquam profectò hoc Adam præterisset. Nam sicut os ex ossibus meis, & caro de carne mea, dicebat, sic etiam anima ex anima mea dicere potuisset. Sed tantum hoc dixit quod sibi videlicet sciebat ablatum. Porrò autem consentiens Moysi etiam Zacharias Propheta sic dicit: *Extendens cœlum & fundans terram, & fingens spiritum hominis in ipso.* Nam si non ex supposita materia crearetur hominis caro, sicut etiam Adam & Evæ, & sic postea in ipso anima non ex supposita materia, tanquam Adam pariter & Evæ, nunquam Propheta Zacharias ita dixisset: *Et creans spiritum hominis in ipso.* Apertius autem Salomon in Ecclesiaste docet animas à Deo præstari omnibus quæ ab ipso creantur ex supposita materia corporibus, solutionem humanæ compositionis enarrans, cum dicit: *Et convertetur pulvis in terram suam, & revertetur spiritus ad Deum qui dedit eum.* Cũ hoc Salomon dixisset, apertè docuit quòd Deus pul-
D veri, quem ad creandum hominem de terra tulerat, spiritum præstitit non habenti. Ideo autem tantum spiritum ad Deum reverti dicitur, licet utriusque sit creator Dominus, tam carnis quàm spiritus, quoniam non ex supposita materia & spiritum creat, sicut & corpus, & iterum, quod unà cum Deo homo videtur operari ad nativitatem corporis procreandi, spiritum autem solus procreat Deus, quippe cùm hominum quidem sit subministrare materias, Dei autem creare hominem. Quod autem Deus est qui format ea quæ in uterum semina iaciuntur, sicut etiam cætera diversa vivificat, quæ ab agricolis seruntur in terram, testis est beatus Iob cùm dicit ad Deum: *Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me.* Eadem etiam David Propheta dicit. Rursus etiam Deus Hieremiæ Prophetæ sic dicit: *Priusquam te formarem in utero cognovi te.* Similiter autem Isaias Propheta de populo qui Iacob nomine vocabatur, inter cætera etiam sic dicit: *Dominus qui redemit te, & qui formavit te ex utero.* Apertius autem etiam beatus Paulus ad Hebræos scribens docet, quod non sicuti corpora ex successione descendunt, sic etiam spiritus, hoc est nostræ animæ, cùm

E dicit: *Patres quidem carnis nostræ habuimus eruditores, & reverebamur, non multo magis obtemperabimus patri spirituum, & vivemus?* Quoniam Deus cùm benediceret primis hominibus, hoc est Adam & Evæ, dixit, Crescite & multiplicamini, & implete terram, hac de causa parentes patres carnis Apostolus nominavit, & quoniam non ex supposita materia creatas à Deo animas habemus, ideo Deum patrem spirituum appellavit. Cuncta igitur sicut primitus create sunt, sic etiam per dies singulos procreantur, alia quidem ex supposita materia, sicut animalium irrationalium animæ, aliæ autem non ex supposita, sicut hominum animæ. Sed & de anima nobis sufficienter dictum.

29 Illos igitur primos homines, Adam dico & Euam, licet immortales secundum animam creatos esse dixerim, mortales vero secundum corpus: nunquam tamen mortem gustassent, si quidem mandatum Dei servare voluissent, sicut beatus Enoch meruit. Hic namque licet
F mortalis esset, tamen translatus est ut mortem penitus non videret. Quod autem mortales secundum corpus creati sunt Adam & Eva, ut dixi, testis est Moyses cùm dicit, [Et plantavit Deus paradisum in Edem ad Orientem, & posuit ibi hominem quem plasmavit, & produxit adhuc de terra omne lignum pulchrum ad visum, & bonum ad edendum, & lignum vitæ in medio paradisi, & lignum ad cognoscendum bonum & malum.] Nunquam verò Deus lignum vitæ in paradiso plantasset, si quidem Adam immortalis secundum carnem creatus fuisset. Rursus autem si Adam & Eva immortales essent secundum carnem creati, nunquam audissent à Deo, *Crescite & multiplicamini, & implete terram.* Nam qui manducare, & bibere, & coire, & crescere, & terram implere iussi sunt, hi penitus immortales esse non poterant, sicut etiam Dominus noster Iesus Christus docens Sadducæos dicebat: [Filij sæculi huius nubunt & traduntur ad nup-
G tias. Illi verò qui digni habebuntur sæculo illo & resurrectione ex mortuis, neque nubunt, neque ducunt uxores. Neque enim ultra mori poterunt, æquales enim Angelis sunt.] 30. Probatum est sufficienter, ut reor, hominem secundum carnem creatum esse mortalem, apertè Domino docente mortales esse eos qui connubiali nuptiisque lætantur. Unde Enoch qui placuit Deo, postquam diversis ex uxoribus liberos procreavit, translatus est, ut mortem penitus non videret, sicut etiam beatus Paulus Hebræis scribens dicit: *Fide Enoch translatus est ne videret mortem.* Nam ante translationem Deo placuisse perhibetur. Sic igitur possumus dicere etiam de Adam & Eve, quòd si præceptum Dei mandatumque servassent, etiam post liberorum procreationem, gustato ligno vitæ, immortales iugiter permansissent, non egentes in posterum victus, & incrementi vel nuptiarum. Sic verò quidam imperiti, capti in eadem perseverant, dicentes quod Adam & Eva, semel accepta licentia comedendi de omni ligno quod erat in paradiso, præter unum tantum quod à Deo fuerat interdictum, cùm inter omnia etiam
H de ligno vitæ comedissent, immortalitatem consequerentur, discant quòd qui immortalis factus est cibo penitus non eget. Adam igitur & Eva, si quidem immortales naturaliter essent, nunquam de ligno gustassent, quod à Deo prohibitum fuerat. Quippe cùm immortales desiderium escæ non habeant, sicut etiam B. Paulus testatur hoc modo, *Non est regnum Dei cibus & potus.* Regnum autem Dei mortalium non est, sed immortalium, sicut etiam Dominus noster Iesus Christus docuit dicens: [Qui autem digni habebuntur sæculo illo & resurrectione ex mortuis, neque nubunt, neque ducunt uxores, neque enim ultra mori poterunt, æquales enim Angelis sunt.] Adam igitur & Eva, si quidem mandatum Dei servassent, nunquam profectò gustassent mortem. Mandato autem minimè servato, non ex immortalibus mortales facti sunt, sed cùm mortales essent promissa sibi à Deo immortalitate semetipsos alienarunt. Unde Adam audivit à Deo, *Terra es, & in terram ibis*, id est, corruptibilis es, & in corruptelam ibis, cùm iam indignus esset de ligno vitæ manducare & perpetuo vivere. Ut autem

cursus

A rursus dicam quod Adam & Eva, si in servando mandato
Dei perseverassent, non habuissent discretionem mandu-
candi de ligno vitæ, vsque ad illud videlicet tempus, quo
Deus ipsis revelaturus erat; qua ex causa etiam à cæte-
ris lignis fuerat separatum, cùm in medio esset paradisi
positum, vbi etiam lignum illud, quod scientiam habe-
bat boni & mali, fuerat constitutum, vt interdictum
lignum tangere metuentes, etiam à licito caverent man-
ducare. Nam hoc etiam Deus apertè docuit, dicens: [Ec-
ce Adam factus est quasi vnus ex nobis ad cognoscendum
bonum & malum. Et nunc ne forte tendat manum, &
tollat de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternum.
In quo dixit Deus, Ecce factus est cognoscens bonum &
malum, *&*, nunc ne forte tendat manum,] ostendit
quod antequam experiretur mali scientiam, non poterat
ex semetipso intelligens acceptam de ligno vitæ sumere.
Et non mirum, cùm etiam Adam dixerit, cùm de vxore
prophetaret hoc modo, [Hæc vocabitur mulier, quia
B ex viro suo sumpta est, & propter hoc derelinquet homo
patrem & matrem, & adhærebit vxori, & erunt ambo in
carne vna. 31. Non solum hoc, sed etiam cùm audissent
Deum sibi dicentem Adam & Eva, Crescite & multipli-
camini & implete terram, ante inobedientiam quid esset
liberorum creandorum cupiditas, penitus ignorabant.
Dicit enim Moyses, *Erant autem ambo nudi*, tam
Adam, quàm vxor eius, *& non erubescebant.* Non
Moyses hoc dixit, quasi illi incontinentiæ cæcitate de-
cepti, pudorem spernerent nuditatis; sed ostendit eos
tanquam infantes necdum cupiditatem coëundi habe-
re. Vnde post prævaricationem nuditate perspecta, non
totius dico corporis, sed illius partis, quam etiam
Cham Noë dormientis viderat, tunc demum crean-
dorum liberorum cupiditatem adepti, & intelligentes
nuditatem suam, ficorum folia verenda texerunt. 32.
r Deus igitur consulens hominibus, cùm sciret eos
ad malitiam pronos, & voluptatum ac desideriorum
C carnis amatores, & vellent ad honestam potius revoca-
re virtutem, finit vsque ad tempus aliquod dominatio-
ni mortis addici. Quippe cùm nihil aliud nosset tam fa-
cile homines coërcere posse quàm mortem, mortis enim
metu plerumque multi à malitia penitus abstinere nos-
cuntur. Vnde mundanæ leges non aliter possunt plera-
que hominum vitia resecare, nisi interminatione mortis
& pœnæ. Omnes enim huiusce vitæ communis amore
detenti, cavent peccatorum præstare causas, ne carere ea
delinquentes propria voluntate credantur. Non igitur
hominibus mortem datam pro malorum vice dicimus,
sicut ratiocinantur indocti, sed ad delendam aneius pra-
vitatem. Nam si victuri perpetuò homines essent, nun-
quam profectò eorum malitia finiretur. Rursus etiam
cur pro malorum vicissitudine mortem datam esse cre-
dam, cùm si quis centum homines fere vel amplius
occiderit, tot & tantis homicidiis exæquare nullam
valeat vltionem? 33. Non igitur malignis tantum homi-
nibus, & ad delendam eorum pravitatem, bona mors
D esse dicitur, sed etiam iustis vtilis. Sicut enim malus
peccare desinit hac luce privatus, sic etiam iustus dor-
miens assiduis impugnationibus, afflictionibus, & mi-
seriis animi liberatur. Soluto enim proprio corpore iusti
anima vltra nullis postea premetur angustiis, non mi-
seriis animi subiacebit, non necessitates videbit, non per-
secutiones sustinebit, non vltra insurgentia sibi car-
nis vitia patietur, non vltra vrgebit in dies singulos
agmen suggestionum malarum, non ad luctam nuda-
bitur. Nihil secum trahens sæcularium sollicitudinum,
non carnis maceratur abstinentia causa certaminum,
non vltra certat, non cursu contendit aut cæstu, non
iam luctatur cum principatibus ac potestatibus, spiri-
tibusque nequitiæ, sed stadium ei solutum est, certa-
men destitit, & adepta victoria ad percipiendam coro-
nam iustitiæ protinus properat, beatam in cœlis &
æternam metam consequi, cùm receperit immorta-
lem carnem suam. Idem autem & beatus Paulus, talia
bella perspiciens, quæ ab invisibilibus inimicis iustis
hominibus indicuntur, metuens ne quorundam forte

prudentiam aut malitia commutaret, aut dolus sanam E
falleret mentem, provocandæ virtutis gratia, suadebat
vt omnes hanc vitam spernerent temporalem, vtique
sic dicens: *Audentes igitur semper, & scientes quoniam
dum sumus in corpore peregrinamur a Domino.* Vnde pere-
grinari volens à corpore, & finem imponere properans
certamini suo, & in præsentiarum esse cupiens apud Deũ,
vociferatur dicens: [Ego enim iam delibor, & tempus
resolutionis meæ instat, certamen bonum certavi, cursum
consummavi fidem servavi, in reliquo reposita est mihi
iustitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illa die
iustus iudex. Non solum autem mihi, sed & omnibus qui
diligunt adventum eius.] Solet etiam beatus Iob malo-
rum omnium solutionem mortem sæpius appellare, cùm
dicit, *Mors viro requies, conclusit enim Deus contra ip-
sum.* 34. Sin autem nonnulli dicere voluerint, quomodo
fieri potest vt mors homini requies sit, cùm beatus Da- F
vid dicerit: *mors peccatorum pessima*? discant non ideo sic
dictum esse, mors peccatorum pessima, quasi peccatis etiã
terminus imponatur ac finis, sed quod post mortem de-
lictorum suorum causa gravissimas ipsi subeunt vltiones.
Similiter autem beatus Iob sicut requiem sic etiam som-
num mortem nominare cõsuevit, cum dicit: [Quare vbe-
ra suxi? nunc vtique dormiens quiescerem, & somni se-
curitate fruerer cum regibus consiliariis terræ, qui glo-
riabantur in gladiis, aut cum principibus, quibus multum
fuit aurum.] Porro Isaias Propheta, cùm iussus à Domi-
no regem Babylonis mortuum lamentaretur, commu-
nem hanc & temporalem mortem somnum nominavit,
dicens: [Omnis terra clamat cum lætitia, & ligna Libani
supra te gratulata sunt, & cedri Libani dicent, Ex quo tu
dormisti, non ascendit qui succidat nos. Infernus ab imis
amaritudine captus est occurrens tibi. *Pariter etiam Da-
niel Propheta dicit*, Et multi dormientium in terra è pul-
vere surgent, isti in vitam æternam, & isti ad opprobrium
& ad confusionem æternam.] Idem autem etiam beatus G
Paulus docet, cùm dicit, [Nolumus autem ignorare vos
fratres de dormientibus, vt non contristemini sicut &
cæteri qui spem non habent. Si enim credimus quod Ie-
sus mortuus est, & resurrexit, ita & Deus eos qui dor-
mierunt per Iesum, adducet cum eo. Multis igitur testi-
bus edocti, quòd mors ista communis mala non sit, iam
longe valere dicamus qui mortem malam appellant. 35.
Dicimus autem quod in bonum Deus præstitit primo
homini Adam sudores pariter ac labores, quos de terra
pateretur, quippe cùm non aliter invisibiles inimicos,
contra quos habemus continuam luctationem, vene-
randa fide superare possimus, nisi corporis laboribus
fatigati. His enim docemur per divinam scripturam
nosmetipsos hostium fallacia liberare, & aut salvam cu-
stodire virtutem, aut amissam perinde renovare. Sic enim
beatus David virtutem quam perdiderat recuperare fe-
stinans docet dicens: [Sacrificium Deo spiritus contri-
bulatus, cor contritum & humiliatum Deus non sper-
net. *Et iterum*, Laboravi in gemitu meo, lavabo per H
singulas noctes lectum meum, in lachrymis meis stratum
meum rigabo. *Et iterum*, Genua mea infirmata sunt præ
ieiunio, & caro mea mutata est propter oleum.] Docens
etiam quemadmodum virtutem servare debeamus dicit,
[Ego autem cùm mihi molesti essent, induebam me cili-
cio, & humiliabam in ieiunio animam meam.] Similiter
autem Dominus noster Iesus Christus discipulos suos
docebat non aliter aut salvam, vt dixi servari, aut perditã
revocari posse virtutem, nisi per labores corporis & do-
lores. Sic enim ait: *Ingredimini per angustam portam, quia
lata porta & spatiosa via quæ ducit ad interitum, multi sunt
qui ingrediuntur per eã, quia angusta porta & arcta via quæ
ducit ad vitam, & pauci sunt qui inveniunt eã.* Ideò & bea-
tus Paulus, cùm rogaret Dominũ, vt ab ipso penitus ille
discederet, qui stimulum carnis infigere conabatur, non
impetravit, sed magis audivit à Domino, *Sufficit tibi gratia
mea, virtus enim in infirmitate perficitur.* Vnde lætus po-
stea dicebat, *Libenter ergo gloriabor in infirmitatibus meis,
vt inhabitet in me virtus Christi. Propter quod placeo mihi in
infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in*

persecutionibus, & angustiis, pro Christo. Cùm enim infirmor tunc potens sum. Ideo autem docens dicit, *Propter quod non deficimus, Sed licet is qui foris est noster homo corrumpitur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem. Nam quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna sunt.* Sic igitur dicimus primos homines, Adam & Euam, à peccato suo fuisse saluatos per labores corporis & dolores, quos eis Dominus præstiterat, pro beneficio scilicet animarum. Vnde postea nusquam facit eorum diuina scriptura quasi peccauerint mentionem. 36. Quòd autem Deus dimiserit eis peccatum, sicut etiam Cain qui primum peccauerat indulsit, cùm dixisset ad eum, *Peccasti quiesce, ad te reuersio eius*, hoc est peccati, *& tu dominaberis eius*, apertè Moyses ostendit per humanitatem seu misericordiam, quam Deus ipsis postea libenter indulsit. Quid enim dicit Moyses? *Et fecit Dominus Deus Adam & vxori eius tunicas pelliceas & vestiuit eos.* Nam si Dominus ipsis peccatum non dimisisset, nunquam profectò per semetipsum vestiret eos tunicis, s. quibus illis ipse perfecerat. Ne quis igitur easdem pelliceas tunicas quas habuerunt humanum corpus existimet, sicut imprimis Origenes exposuit. Nam ante istas quas dixi pelliceas tunicas ipse Adam carnem habere se docuit dicens, *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.* Pelliceas igitur tunicas datas à Deo fuisse dicimus propter asperitatem vitæ, vel quòd tanquam se exercentibus ad victum eas dabat quæ congruæ videbantur, vt discerent non aliter posse vincere inuisibiles inimicos, nisi laboribus corporis. Et quòd post præuaricationem, quam in paradiso admiserat, perseuerauit iam in posterum vsque ad finem vitæ suæ obtemperans Deo, testis est Salomon, cùm de sapientia eius, quæ ipsum in timore Dei seruauit, diceret hoc modo, *Hæc primum filium patrem orbis terrarum, cum solus creatus esset, custodiuit, & liberauit a delicto: dedit autem & fortitudinem dominandi omnibus.* Similiter autem etiam de salute Euæ beatus Paulus docens ita dicit, *Adam enim primus formatus est, deinde Eua, & Adam non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserint in fide & dilectione & sanctificatione cum sobrietate.*

37. Quod dixit, *per filiorum generationem*, cum filiorum generatione significauit. Solet enim diuina Scriptura præpositiones plerumque mutare. Testis est Patriarcha Ioseph de somnio ad Eunuchum dicens, *Non per Deum explanatio eius*, id est, non à Deo. Similiter autem etiam beatus Paulus cùm ad Hebræos scriberet, dicit, *Per quem etiam fecit sæcula*, pro eo quod est, cum quo etiam fecit sæcula. Neque enim subministratorem dicimus patris esse filium, propter hoc quod dictum est, *per quem etiam fecit sæcula*, sed magis cooperatorem. Non ergo Eua propter liberos saluabitur suos, neque eius suboles matris causa damnabitur, aut patris Adam, sicut imprudentium æstimat opinatio. Nam vnusquisque hominum, quasi liberi arbitrij sit, ea suorum qualitate gestorum, aut laudandus nimis, aut vituperandus habebitur. Simili modo etiam in die iudicij, aut iustificandus erit, aut supplicio subiugandus, sicut & beatus Paulus docet ita dicens, *Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum siue malum.* 38. v. Quòd autem liberi non pro parentibus puniantur, neque parentes pro liberis, apertè rursus edocuit Deus, cùm ad Moysem prophetam diceret, *Non morientur patres pro filiis, neque filij pro parentibus, vnusquisque in peccato suo morietur.* Porrò autem arguens Deus imprudentiam filiorum Israël, eo tempore quo apud Chaldæos secundum scelera sua captiui erant, & causabantur non de se penitùs, sed de parentibus suis, quasi illi potius eorum nefandi sceleris fuissent causa, Deum de captiuitate sua criminabantur iniustè, cùm dicerent, Via Domini non est recta; quoniam patres nostri comederunt vuam acerbam, & filiorum dentes obstupuerunt, dicit ad eos per Hiezechiel prophetam, *Viuo ego, dicit Dominus, si vltra fuerit iam dicta parabola ista in Israel, quoniam omnes animæ meæ sunt: sicut anima patris, sic & anima filij meæ sunt, anima quæ peccat, ipsa morietur.* Et iterùm, *Filius*, inquit, *non accipiet iniquitatem patris; neque pater accipiet iniquitatem filij.* Et iterùm, *Vnumquemque vestrûm secundum viam suam iudicabo vos domus Israel, dicit Dominus.* Cùm dixisset Deus, *Viuo ego, si vltrà fuerit dicta parabola ista in Israel*, apertè docuit non eos in eadem imprudentia permanere. 39. Post hæc igitur Dei testimonia, insaniunt qui per vnum hominem Adam omnem orbem terrarum iniquitatis flagitiorumque condemnant. Nam qui hæc dicunt, aut iniustum Deum pronuntiant, aut certè Deo diabolum æstimant fortiorem, eo quòd naturam, quam Deus creauit bonam, eam diabolus per præuaricationem Adam & Euæ malam potuerit efficere, si quidem præuaricatione primi hominis Adam, & eius vxoris Euæ; omnes homines peccato obnoxij sunt, semetipsos profectò debent agnoscere esse cupidos delictorum, quippe cùm sint ipsi voluptatum amatores, & carnis, non debent eorum causas aliis adnectere, quorum ipsi videntur fuisse auctores. Aut certè dicant nobis qui sese esse prudentes existimant, neque ea quæ dicunt intelligere possunt, neque de quibus disputant sentire noscuntur, cur Adam & Eua, cùm primò ceciderint, secundò cadere minimè potuerunt, si eorum natura ex præuaricatione facta peccatrix à malis se penitus abstinere non poterat. Neque enim meminit vsquam diuina Scriptura quasi ipsi secundò peccauerint, sicut de Cain, quòd secundò peccauit narrare non distulit. Quippe cùm etiam de Abel, quòd à peccatis fuerit alienus apertè docuerit. Quid verò etiam de Enoch atque Elia dicent, quòd cùm bene placuissent Deo, translati sunt vt mortem penitùs non viderent, non ab Adam præuaricatione prohibiti permanere immortales, cùm per eosdem clarè docuerit vnigenitus Deus ante carnalem aduentum suum spem ipsam resurrectionis? Quid etiam de Noe dicent, quem Deus iustum esse testatur? necnon etiam cum suis omnibus hic eandem salutem meruit, quam nos quoque per baptisma promeremur, sicut beatus Petrus in sua epistola docet, cùm dicit, *In quo & his qui in carcere erant spiritibus veniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, expectabat Dei patientia in diebus Noe, cùm fabricaretur arca, in qua pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam, quod & vos nunc simili forma saluos facit baptisma.* 40. Sin verò, vt ipsi affe[illegible]tunt, propter peccatum Adam moriuntur infantes, dicant nobis cur statim baptizati mortem gustare permittuntur? Quippe cùm omnes qui baptizati sunt, & propter hoc filij Dei facti peccatum habere non possunt. Et si quidem propter peccatum Adam baptizantur infantes, qui ex parentibus Christianis nati sunt, baptizari minimè debebunt, & quasi sancti perinde haberentur, quia de parentibus sunt fidelibus procreati, sicut beatus Paulus docet hoc modo dicens, *Alioquin filij vestri immundi sunt, nunc verò sancti sunt.* Similiter autem etiam beatus Ioannes dicit de procreandis filiis, quia simul atque nascuntur illuminationem sanctificationis ab vnigenito Verbo percipiunt, cùm dicit, *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum.* Baptisma igitur infantes non propter peccata percipiunt, sed vt spiritalem procreationem habentes, quasi per baptisma in Christo creentur, & ipsius regni cœlestis participes fiant, sicut beatus Paulus docet hoc modo; *Si qua in Christo noua creatura.* Et iterum: *Sin autem filij & heredes, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi.* Vnde Cornelius, qui testimonio Dei iustitia nitebatur, quique baptisma spiritus sicut & Apostoli perceperat, & sancti Spiritus particeps erat, quo in se inhabitante peccatum penitus habere non poterat, necessariò tamen etiam illo baptismate, quod per aquam traditur, dignus habitus est, vt secundum beatum Paulum complantatus propter mortem similitudinis Christi, etiam

A ipsius resurrectionis coheres existeret. 41 Quia igitur quidam scripturarum inscientia diuinarum, in nefariam & iniustam de Christo vocem audent erumpere, asserentes eum pueros minimè baptizatos æterni ignis pœnæ deputare, qui assolet in scripturis gehenna nominari, discant ex diuinis scripturis, quòd ignis æterni pœna innocentibus, ac penitus peccatum ignorantibus, præparata non sit, sed eis qui legem Dei præuaricati noscuntur, sicut B Paulus docet hoc modo, *Scimus quoniam quæcumque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur*. Et iterùm, *Per legem enim cognitio peccati*. Et iterùm, *Vbi enim non est lex, nec præuaricatio*. Et iterùm, *Peccatum autem non imputatur cùm lex non est*. Et iterùm, *Sine lege enim peccatum mortuum est, ego autem viuebam sine lege aliquando*. Similiter & Deus Moysi de iuuenibus legem condens dicit, *Viuo ego, & viuit nomen meum, & impleuit gloria Domini omnem terram, quia omnes viri qui vident gloriam meam, & signa quæ feci in Ægypto, & in deserto isto, & tentauerunt me decies, & non* **B** *audierunt vocem meam, quoniam non videbunt terram quam iuraui patribus eorum, nisi filij eorum qui sunt mecum hîc hodie, quicumque nesciunt bona nec mala, omnis iuuenis expers, his dabo terram*. Pariter etiam Dominus noster Iesus Christus de paruulis docet, quòd ab omni peccato sint alieni, cùm dicit, *Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum*. Et iterum ad discipulos suos dicit, *Sinite paruulos venire ad me, & nolite prohibere eos, talium enim est regnum Dei. Amen dico vobis, quicumque non acceperit regnum Dei sicut paruulus, non intrabit in illud*. Similiter autem etiam beatus Paulus dicit, *Nolite pueri esse insensibus, sed malitia paruuli estote*. Et iterum de Esau & Iacob docet sic dicens, *Cùm necdum nati essent, nec aliquid fecissent boni vel mali*. Pueri igitur, sicut ipsa diuina scriptura perdocuit, quasi penitùs innoxij, neque malitiam prorsus experti, boni etiam vel mali discretionem ignorantes, ignis æterni pœnæ minimè mancipantur, **C** quippe cùm ignis æternum supplicium impiis & peccatoribus præparatum est. Sed & isti quidem cum sua imperitia dimittantur.

42. Rursus autem docemur, quòd in nouissimo dierum vnigenitus Deus Verbum, voluntate patris & Spiritus sancti, complacuit homo fieri. Et quòd voluntate patris factus est apertè docuit beatus Paulus ita dicens, *At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, & adoptionem filiorum reciperemus*. Et quòd etiam filius volens factus est homo, similiter beatus Paulus edocuit dicens, *Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens*. Et quòd voluntate pariter Spiritus sancti factus est homo, testis est Angelus, qui virgini Mariæ euangelizauit, sic dicens, *Spiritus sanctus veniet super te, & virtus altissimi obumbrabit te. Ideo quod nascetur sanctum, vocabitur filius Dei*. Et iterum in somnis idem Angelus ait ad Ioseph, *Nam quod* **D** *nascetur ex ea de Spiritu sancto est*. Similiter autem beatus Matthæus dicit, *Inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto*. 43 Factus igitur homo vnigenitus Deus Verbum, ex Maria quidem semper virgine corpus accipiens, animam rationabilem sibi creando, eius substantiæ cuius nostra est, ex ipsa semper virgine nascitur homo, sicut Isaias prophetando dixit. *Ecce Virgo in vtero accipiet & pariet filium*. Semper autem virginem dixit sanctam Mariam, quoniam sicut virgo concepit, sic etiam virgo permanens peperit. Nam quomodo signum quod datum est à Deo Achaz verum erit? Si igitur non permaneret virgo post partum, & quòd virgo concepit minime credendum est. Quid enim dicit Euangelista de Ioseph? *Et non cognouit eam donec peperit filium suum*, id est non nouerat certiùs quod ipsa erat virgo, quæ Christum parituta prædicta est, nisi post partus editionem documenta virginitatis eius manere agnouisset intacta. Necnon etiam ex consequentibus & adnuntiis Christi signis, Angelis, stella, Simeone, Anna, vel Magis, admonitione quoque Angeli, qui ad ipsum locutus est hoc modo, *Surge, accipe puerum & matrem eius*. Non dixit vxorem tuam, vt scire posset quòd Christi causa virgini Mariæ datus fuerat vt minister. Vnde Dominus signum virginitatis confirmare volens, post resurrectionem à mortuis, clausis ad Apostolos ingressus est ostiis, ostendens se ossa & carnem habentem. 44 Propterea autem Christus proficiebat ætate & sapientia, vt probaretur quòd verè factus homo fuerat, sicut Lucas Euangelista docet cùm dicit, *Puer autem crescebat & confortabatur, plenus sapientia, & gratia Dei erat super ipsum*. Et iterum, *Et Iesus proficiebat sapientia & ætate*. Si igitur Iesus Christus animam non habuisset, sicut nefarij æstimant Arriani, aut rursus animam quidem habuisset, & non tamen rationabilem, sicut Apollinaris definiuit insaniens, nunquam profectò sapientia proficere poterat. Quippe cùm caro sine anima sapientia proficere non possit. Sed neque Dei vnigenitus filius indiget augmento sapientiæ, cùm ipse sit totius nostræ sapientiæ distributor. 45. Quòd autem sicut corpus, sic & animam Dominus noster Iesus Christus habuit, apertè nos docent Euangelistæ, dicente Angelo ad Ioseph, cùm esset in Ægypto, *Surge & accipe puerum & matrem eius, & vade in terram Israël, mortui enim sunt qui quærebant animam pueri*. Et iterum, quando Dominus noster Iesus Christus aiebat, *Nunc anima mea conturbata est*, & iterum, *Tristis est anima mea vsque ad mortem*, & iterum, *Sicut nouit me pater, & ego noui patrem, & animam meam do pro ouibus*, & iterum, *Propterea me pater diligit, quia ego pono animam meam, vt rursum eam recipiam. Nemo tollit eam à me. Sed ego pono eam sponte, potestatem habeo ponere eam, & potestatem habeo iterum accipere eam*. Similiter & beatus Petrus, testimonium Dauid prophetæ ad Christum referens, ita dicit ex persona ipsius Christi, *Quoniam non derelinques animam meam in inferno, neque dabis sanctum tuum videre corruptionem*. 46. Per multa igitur testimonia docet diuina Scriptura quòd vnigenitus Dei filius factus est homo. Et primùm quidem, vt humilitatem doceret cœlestes virtutes, ac terrestrem hominem nunquam debere superbiæ vitio laborare, sicut diabolus & eius angeli, vt de cætero videntes filium hominis formam serui habentem, nunquam in sensum superbiæ venire cogitarent, sicut beatus Paulus docet cùm dicit, *Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Iesu, qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens*. Et qualem istam formam? Non cœlestium virtutum dicit, sed terreni hominis, quæ omnibus rationabilibus substantiis habetur humilior, quasi quæ ex anima rationabili & terrestri corpore sit creata. Vnde adiicit dicens, *In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem*. Et ipsius iterum mortis qualis? quæ apud homines omnibus deterior est. Namque adiecit dicens, *mortem autem crucis* 47 Ne quis autem, audiens beatum Paulum dicentem quòd humiliauit se vsque ad mortem, passionem crucis Deo adnectat, sicuti nefarij faciunt Arriani. Sine passione enim vnigenitus Deus est, ac penitus passioni subiacere non potest. Quæcumque igitur de Christo humilia verba dicuntur, hæc omnia aduectenda sunt serui formæ. 48 Postea autem, vt ostenderet quantam haberet circa sua opera dilectionem, cùm Dominus esset, maluit accepta serui forma fieri tanquam vnus ex nobis. Et iterum, quòd homo factus pro impiis & peccatoribus obire mortem dignatus est, sicut beatus Paulus docet cùm dicit, *Vt quid enim Christus, cùm adhuc infirmi essemus secundum tempus pro impiis mortuus est? Vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitan quis & audeat mori. Commendat autem suam charitatem Deus in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores essemus Christus pro nobis mortuus est*. Similiter autem, quòd etiam his qui credunt in ipsum spiritalem adoptionem filiorum largitur & donat, & efficit regni sui cœlesti heredes, sicut ipse Dominus noster Iesus Christus de

A cens dicit, *Amen, amen dico tibi, si quis non denuo natus fuerit, non potest videre regnum Dei.* Vnde ac infantes, quia in peccatis sunt, merentur etiam baptismatis gratiam, vt in Christo noua generatione creati, etiam regni eius coheredes efficiantur, secundùm beatum Paulum, *Si quis in Christo noua creatura.* 49. Nam propterea etiam virtutes cælestes per solam fidem creantur in Christo, quia & istas quoque omnes in semetipso renouauit, & propter hoc enim qui in Christo credunt noua creatura dicuntur, quia vnigenitum Deum verbum similiter cum serui forma quam habet venerantur & colunt. Quòd autem creatæ sunt cælestes virtutes in Christo, testis est B. Paulus dicens, *Instaurare omnia in Christo, quæ in cælis & in terra sunt in ipso.* Rursus etiam sicut caput Ecclesiæ dicitur, sic etiam cælestium virtutum omnium caput esse monstratur. Quid enim dicit Beatus Paulus? *Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti,* B *qui est caput omnis principatus & potestatis.* Et iterùm, propterea factus est homo, vt damnato in carne peccato, reliquerent nobis exemplum quemadmodum quisque debeat carnalibus superatis vitiis non vltra diaboli fallaciis decipi. Et iterùm, vt per serui formam mediator sibi & patri & Spiritui sancto & sese dignis, sic in perpetuum eos custodiat pacis vinculo, sicut beatus Paulus docet hoc modo, *Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare, omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt.* 50. Sicut igitur santorum bonorum ipse caussa omnibus credentibus fuit, sic etiam non credentibus fit iustus retributor. Ideò igitur per multa testimonia nos docent diuinæ scripturæ, quòd nolit Deus mortem impij & peccatoris, nisi vt conuertatur & viuat. Quamdiu igitur sumus in hac vita, possumus pœnitentiam agere, & futuram illam beatam vitam sempiternam mereri. Neque enim iam post corporis solutionem pœnitentiæ relinquitur locus, cùm Dauid propheta C sic doceat dicens ad Deum, *Quia non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?* Et iterùm, *Non mortui laudabunt te, neque omnes qui descendunt in infernum.* Quòd autem Christus iudicaturus sit viuos ac mortuos docet aperte beatus Paulus sic dicens, *Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat quisque propria corporis prout gessit, siue bonum siue malum.* Ideo enim dicitur Christus in dextera patris sui sedere quasi iudex tam viuorum quàm mortuorum, & quòd pater neminem iudicat, sed omne iudicium filio dedit, apertè Dominus noster Iesus Christus edocuit. Rursus etiam docemur quòd resurgant mortui in eadem carne, in qua etiam in vtero matris formati sunt, in corpore pariter ac figura, sicut beatus Paulus ad Corinthios scribens dicit, *Sed dicit aliquis, quomodo resurgent mortui? quali autem corpore venient? Insipiens, tu quod seminas non viuificatur, nisi priùs moriatur, & quod seminas non corpus quod futurum est seminas, sed nudum* D *granum, puta tritici, aut alicuius ceterorum. Deus autem dat illi corpus sicut voluit.* Hoc cùm Apostolus dixisset, quòd Deus dat illi corpus; *hh* non sicut vult, sed sicut voluit, ostendit quòd sicut à principio creatus est homo, sic etiam in resurrectione resurget, neque habitu, neque corpore permutato, sicut Dominus noster Iesus Christus, postquam resurrexit à mortuis, *cc* nec corpus nec figuram penitus immutauit. Nam sicut granum frumenti amisso corpore suo nudum seminatum & mortuum; sic iterùm cum eodem corpore quod amiserat resurgit: sic etiam homo in resurrectione mortuorum, etsi truncatus aliqua corporis parte mortuus est, tamen sicut primitùs in vtero matris suæ creatus est, sic in ipso corpore ac figura resurget, sicut beatus Paulus iterùm docet hoc modo, *Nam & qui sumus in tabernaculo, ingemiscimus ingrauati eo quòd nolumus exspoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est à vita.* Et iterùm, *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam, & mortale hoc induere immortalitatem.* In eo quod dicit Apostolus quòd nolumus exspoliari, sed superuestiri, ostendit quòd nunc vnusquisque nostrum E habet corpore & carne vel figura indutus vitam & gloriam & incorruptelam, vt sicut ferri materia candens, gloria ignis induta, naturam propriam minimè commutat, sic etiam sancti cælesti gloria induti, quod habent in hac vita corpus & figuram non deponunt: sicut etiam Dominus noster Iesus Christus in monte gloriam induens, quod erat homo minimè commutauit. Sed hæc de probanda fide diuinæ Scripturæ testimonius sufficienter nobis dicta.

51. Quoniam igitur qui Arrij vel Eunomij nefandas hæreses sectantur & dogmata, ad blasphemandum vnigenitum filium Dei per dies singulos suas acuunt linguas, edocti semper diuinæ Scripturæ simplicitatem adulterare, & verbis quibusdam peruersis, quos ex communibus descendere sensibus consueuerunt, contaminare similiter veritatem, vt ex parte syllogisticæ sophismatum nefandam hæresim suam confirmare videantur, F sophisticas nobis de Deo interrogationes prætendunt, à substantia patris vnigenitum filium alienare conantes, necessarium duco ex hisdem communibus sensibus eorum hæresim nefandam destruere: vt ex quibus probationem habere se putant, ex hisdem etiam ipsis redarguantur. Et priusquam incipiam enumerato eorum de filio aduersus nos interrogationes, quas ingentes & acutas arbitrantur, ad ipsos volo dicere, quia quodcumque fari volueritis de natiuitate filij Dei ex patre, temporalibus vsi verbis eius natiuitatem, vt ipsa se habet, probare minimè poteritis: quoniam vnigeniti Dei verbi natiuitas, cùm sit naturalis ac sine principio, vt ipsa se habet comprehendi non potest. Nam si omnia verba prolata tempus significant, aut præsens scilicet, aut præteritum aut futurum, Deus autem vnigenitus horum est creator, eius profectò natiuitas temporalibus verbis approbari non potest. Atque ideò necessariò, fidem diuinarum Scripturarum sequentes, ex ea debemus suG mere probationis exempla. 52. Cùm igitur nos interrogauerint, vtrùm Deus procreauerit filium, necne, & acceperint à nobis responsum, *procreauit*, statim adiciant interrogationem huiusmodi, quam Græci dilemma vocant, Inuitus, an sponte? Hoc autem faciunt, vt si dixerimus, *inuitus*, mox adiciant, Quòd si inuitus procreauit filium, quomodo non est impium de Deo hoc dicere, quòd generationis necessitati subiungatur? Sin autem *Sponte* diximus, illi rursus adiciunt quod sibi libitum est, Ergo si sponte procreauit, quasi voluntate filius procreatus, inter ipsum & omnia cætera, quæ Dei pariter voluntate creata sunt, nulla penitus haberi discretio potest. Sed non respondendum est, quod ipsi scilicet audire desiderant, sed magis hoc modo dicemus, Neque sponte procreauit, neque inuitus. Cùm igitur accepto hoc responso, à conclusione sua iniqua in posterum penitùs exclusi fuerint, & quæsierint a nobis quemadmodum H procreauit, tunc illis ita respondebitus, Naturaliter, quod est supra omnem voluntatem ac necessitatem. Et siquidem intellecto responso nostro quieuerint, bene & optimè. Sin verò dixerint, non esse planum responsum, & nos contrà interrogabimus eos simili modo interrogationis eorum, Vtrùm sponte Deus bonus sit, an inuitus, ipsi quoque nobis respondebunt, timentes ex vtraque parte illicitam responsionem, Neque sponte, neque inuitus, sed ea scilicet natura, quæ supra voluntatem est & necessitatem. His igitur responsis, quibus vtuntur ipsi de Deo quòd bonus est asserentes, hisdem nos quoque quòd Deus procreauit, adprobamus. Nam sicut bonus est Deus, neque voluntate, neque necessitate, sed ipsa natura, vt bonitate priortus nunquam reperiatur: sic etiam filium habet natura. Neque enim potest Deus vnquam priuari vnigenito Deo filio suo. Et hæc quidem dicta de vnigenito Deo comprobando abundè sufficerent, si cum prudentibus sermo esset, eo quòd naturaliter

habet

A habet ex parte natiuitatem. 54. Sed quoniam isti, tanquam canes arrepti rabie qui contra dominos quoque suos insaniunt, passione insaniæ per ignorantiam concitati, contra filium Dei blasphemare nituntur, si quando aliquid de ipso venerationis audierint, & exclusi fuerint à solita contra eum blasphemia, perseuerantiam tamen malitiæ suæ, quam contra filium semper exercent, minimè amittunt, sed rursus contradictiones alias excogitare conantur, natiuitatem vnigeniti verbi ex Deo, quæ sine principio est, ac naturalis habetur, destruere molientes, quasi contra eum semper pugnare cupientes, necessarium puto etiam cæteris illorum vanis interrogationibus respondere, ne quæstionum propositarum violentiam nos effugere videamur. Interrogant igitur item nos, Si omne quod desinit & cœpit? Si nos responderimus, quòd omne quod desinit & cœpit, mox adiiciunt ipsi, Desiit nasci filius, necessariò ergo cœpit, & si cœpit, erat aliquando quando non erat, & si erat quando non erat, B non habet locum in Dei substantia habere eam natiuitatem, quippe cùm Dei substantia, vt sine principio, ac semper ac similiter habens, augmentum vel diminutionem non capiat. Sed non est ita respondendum illis, quòd omne quod desinit & cœpit: quoniam non omne quod desinit iam & initium habet. Non solùm autem hoc, sed & non omne quod principium habet iam & desinit, quoniam & Deus volens cælestes facere virtutes initium non habet: factis verò istis, velle eas facere desinit, ac propter hoc igitur non omne quod desinit habet initium. Et iterùm factæ cælestes virtutes, etsi initium habent substantiæ, nunquam tamen esse desinunt, ac per hoc non omne quod cœpit iam & desiet. Ergo quoniam probatum est, quòd non omne quod desinit & cœpit; & ideò, & desinit nasci vnigenitus Deus filius, attamen non habet natiuitatis initium. Nam absque initio est ex parte natiuitas filij, quippe cùm naturalis scilicet habeatur. 55. Rur-C sus interrogant nos, si solus cùm esset Deus genuit filium, vt si responderimus quòd solus cùm esset genuit, statim hoc adiiciant, Ergo si solus cùm esset genuit, erat aliquando quando non erat filius. Similiter autem si responderimus quòd non solus, mox adiiciant. Et quomodo fieri potest vt id quod semper vnà cum ipso fuit natum propriè nominetur? quoniam, vt ipsi dicunt, ipsa natiuitas suspicionem præstat aliquando penitùs non fuisse, propter hoc ipsum quòd dicitur natus. Hæc autem dicunt, ignorantes quantùm inter sit corporalibus temporalibusque sensibus audere de Deo quodcunque pronuntiare. Quippe cùm is de quo agitur, quasi qui absque initio sit, necessitatibus temporum subiacere non possit. Ideò igitur nos quoque illos consulamus, quodammodo ipsorum interrogatione vtentes, vt sic figmentum suum, quod Græci sophisma vocant, illis apertum fiat ac planum. Dicite nobis vos, Solus cùm esset Deus misericordias genuit, an non? quoniam beatus Paulus pa-D trem misericordiarum Deum nominat, ita dicens, *Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum*. Et si ausi fuerint dicere, quòd solus cùm esset genuit, nos quoque ipsis ita respondebimus, cur non sit impium ac nefarium dicere quòd fuit aliquando Deus absque misericordiis, quippe cùm Deus misericordiarum fons habeatur, & nunquam prauitatis pater fuisse credatur, vt cùm primùm misericordiarum pater non esset, earum postea fieri pater inciperet. Sin verò, vitantes hanc apertam de Deo blasphemiam, dixerint, Non fuit aliquando solus absque misericordiis, respondebimus ipsis etiam hoc modo, Sicut igitur Deus nunquam solus sine misericordiis, factus est postea misericordiarum pater; sic etiam non solus antea, postea vnigeniti filij pater efficitur. Semper enim Deus pater est vnigeniti sui Dei Verbi.

56. Sin autem rursus, in sua vanitate durantes dixerint, quia id quod non natum est substantiam signi-E ficat deitatis. Deus autem pater non natus est, & filius natus, vna eademque patris & filij esse substantia non potest: discant quòd non natum substantiam minimè significat. Nam si non natum nato videtur esse contrarium, substantiæ autem contrarium nihil est, profectò non natum minimè potest esse substantia. Et aliter, si substantia in eo quod est asseritur, non natum autem in eo quod non est, quia non natum est, profectò non natum substantia non est. Et iterùm, si substantia per semetipsam constare dinoscitur, non natum autem non per se constat, sed de substantia dicitur quæ non nata est, profectò non natum non est substantia. 57. Rursus etiam si dixerint, Si pater non natus est secundùm substantiam, filius verò natus est, nati & non nati vna non potest esse substantia: discant adhuc, quòd non necessariò substantiarum modus diuersas facit substantias. Neque enim, quia dicitur Deus pater esse non natus, dicitur autem F & immortalis similiter, & incorruptibilis, ideò diuersas habebit substantias, quippe cùm non sit vnum idemque non natum & immortale vel incorruptibile, cæteraque hic similia. Sicut igitur hæc cùm de Deo dicuntur, diuersas substantias minimè significant, sic neque natum & non natum diuersas substantias vnquam faciunt. Neque enim quia Adam quidem non natus est, Seth autem natus, ideo diuersa est eorum substantia. 58. Sin autem perseuerauerint, dicentes quòd id quod est sine initio etiam non natum est & quoniam filius natus est, sine initio esse non potest: discant quia non si quid sine initio est, id omni modo etiam non natum est, eo quòd non si quid initium habet, id omni modo etiam natum est, quoniam Dei misericordiæ sine initio habitæ, non etiam innatæ sunt, quippe cùm patrem habeant Deum. Similiter autem cœlum & terra, cùm initium habeant non sunt nata sed creata. Neque enim si quid est creatum, hoc omni modo natum est. Nam si idem G creatum & natum, superfluè docuit Euangelista Ioannes, ita dicens, *Quotquot autem acceperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri*, siquidem qui semel creati sunt hoc habent vt etiam filij Dei fiant. Sicut igitur creatum & natum idem non est, sic etiam non creatum & non natum idem non esse potest, eo quòd Dei misericordiæ, cùm sint non creatæ, non tamen sunt innatæ. 59. Cum iterùm nos interrogauerint, quomodo Deus vnus, simplex cùm sit & incompositus, pater simul & filius & Spiritus sanctus esse potest: discent quòd non propterea Deus amittit esse simplex & incompositus, quoniam habet vnum vnigenitum Verbum substantiuum æquale sibi per omnia, similiter & sapientiam substantiuam æqualem sibi per omnia. Sed si quidem, vt ipsi putant, ideo compositus est, quòd voluntatem habeat, & istam non æqualem substantiæ, quippe cùm non idem sit substantia & voluntas: nos tamen non imitamur eorum sententiam. Sed piè dicimus & religiosè, quòd etsi voluntatem Deus habeat, H & istam non æqualem substantiæ, tamen ab omni est compositione alienus. 60. Quis igitur apud se videntur adhuc esse sapientes, cùm per omnia nimis inepti probati sint, hoc etiam nos interrogant, quomodo fieri potest, vt vnus Deus, vna substantia, pater & filius nominetur, quoniam hi qui hoc dicunt, vnum ac solum Deum filium simul & patrem per vnam partem orationis pronuntiare assolent, quasi ac Græcè dicatur υἱοπάτωρ, discant non in eadem diu debere perseuerare stultitia. Neque enim, quia vnus est Deus pater, eiusque filius, ac pariter vna substantia patris & filii, idcirco debet Deus υἱοπάτωρ vocari, quippe cùm non vnum personarum numero dicamus, sed substantiæ communi vocabulo. Namque Adam simul & eius filius Abel, vnus homo, cùm esset alter, vnaque pariter eademque substantia, propter naturæ communionem, nunquam υἱοπάτωρ vocati sunt, sed ne vocari quidem hoc nomine poterant. Quòd autem duo numero simul homines vnus homo dicuntur communione; vt dixi,

&

A & societate naturæ, testis est famulus Dei Moyses ita dicens, *Et fecit Deus hominem, secundum imaginem Dei fecit eum, masculum & feminam fecit eos.* Itidem Dominus etiam noster Iesus Christus se vnum & patrem simul appellat propter æqualitatem vnitatemque substantiæ, sic dicens, *Ego & pater vnum sumus.* Vnus igitur Deus, pater & filius & Spiritus sanctus, propter vnitatem, æqualitatemque substantiæ. Nam sicut sensus noster sermo fieri non potest, quippe cùm sermonis nostri pater habeatur ipse, neque è diuerso sermo sensus vnquam fiet, sed neque nostra sapientia sensus ac sermo. Sed est iterùm sensus generans sermonem, & non ipse generatur: similiter autem & sermo generatur tantùm, non generat: pari ratione & sapientia neque generat neque generatur. Sensus autem noster cùm sit sapiens, & sapientiam habeat, quasi rationabilis sermonem tantùm generat. Sapientia iterùm non generat sermonem, sed est cum sensu verè pariter ac sermone. Sic Deus pater nunquam filius fieri potest, neque è diuerso filius pater, sed neque Spiritus sanctus filius aut pater. Rursus etiam B Deus pater genuit quidem vnigenitum Deum Verbum, ipse autem non est natus, filius verò natus est quidem, non etiam genuit. Spiritus autem sanctus neque natus est, neque genuit. Sed vt apertius dicam, sicuti Dei patris misericordiæ, cùm natæ sint à patre non nato, conglutinatam penitus habent innatiuitati patris generationem: sic etiam substantiuus vnigenitus filius Dei conglutinatam penitùs habet patris ingenerationi natiuitatem, quippe cùm splendor gloriæ sit, & forma Dei substantiæ. Sic enim etiam beatus Paulus ad Hebræos scribens dicit, *Qui est splendor gloriæ, & figura substantiæ eius.* Splendorem igitur patris filium cùm Paulus dixisset Apostolus, probauit apertè quòd ex substantia patris filius est, & quòd inseparabilis vel indiuisus patris filius habetur, & quòd semper vnà cum patre est. Figuram rursus Dei substantiæ memorans, docet quòd æqualem habet filius patris substantiam. Et iterum, sicuti Dei patris immortalitas, vnà cum Deo C patre non nata, non dicitur nata, neque ipsa pariter generare: sic etiam Dei substantiuus Spiritus neque natus est, neque genuit. Ac per hoc igitur tres personas patris & filij & Spiritus sancti fatentes, vnam credimus propter vnitatem substantiæ Trinitatis esse virtutem. Similiter autem propter indiuisionem naturæ, patrem & filium & Spiritum sanctum, vnum Dominum, vnum Deum omnipotentem, creatorem, prouisorem, semper se ac similiter habentem: cui honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

CAPITVLA EXCERPTA EX gestis habitis contra Pelagium hæreticum, & alia de libellis eius, quæ in Palæstina Synodo sibi obiecta ipse damnare compulsus est.

D QVod ad Hierusalem nolentem colligi filios suos Dominus clamabat, hoc nos clamamus aduersùs eos, qui filios Ecclesiæ colligi nolunt, nec saltem post iudicium quod de ipso Pelagio in Palæstina factum est corriguntur: de quo damnatus exisset, nisi obiecta sibi contra gratiam Dei dicta, quæ obscurare non potuit, ipse damnasset. Præter illa enim, quæ quomodo potuit ausus est qualicumque ratione defendere, obiecta sunt quædam, quæ nisi remota omni tergiuersatione anathematizasset, ipse anathema factus esset.

I. Obiectum est enim quod diceret Adam mortalem factum, qui siue peccasset, siue non peccasset, moriturus esset.

II. Et quòd peccatum ipsius ipsum solum læserat, non genus humanum.

III. Et quòd infantes nuper nati in illo statu sint, in quo Adam fuit antè præuaricationem.

IV. Et quòd neque per mortem vel præuaricatio- E nem Adæ omne genus humanum moriatur, neque per resurrectionem Christi omne genus humanum resurgat.

V. Infantes, etiamsi non baptizantur, habere vitam æternam.

VI. Et diuites baptizatos, nisi omnibus abrenuntient, si quid boni visi fuerint facere non reputari illis, nec eos habere posse regnum Dei.

VII. Et gratiam Dei atque adiutorium non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege atque doctrina.

VIII. Et Dei gratiam secundùm merita nostra dari.

IX. Et filios Dei non posse vocari, nisi omnimodo absque peccato fuerint effecti.

X. Et non esse liberum arbitrium, si Dei indigeret auxilio, quoniam in propria voluntate habet vnusquis- F que facere aliquid aut non facere.

XI. Et victoriam nostram non esse ex Dei adiutorio, sed ex libero arbitrio.

XII. Et quòd pœnitentibus venia non detur secundùm gratiam & misericordiam Dei, sed secundùm meritum & laborem eorum, qui per pœnitentiam digni fuerint misericordia.

Hæc omnia Pelagius sic anathematizauit, quod satis gesta ipsa testantur, vt nihil ad ea quoquomodo defendenda disputationis attulerit. Vnde fit consequens, vt quisquis sequitur illius Episcopalia auctoritatem iudicij, & ipsius Pelagij confessionem, hæc tenere debeat, quæ semper tenuit catholica Ecclesia.

1. Quòd Adam, nisi peccasset, non fuisset moriturus.

2. Quòd peccatum eius non ipsum solum læserit, sed & genus humanum.

3. Quòd infantes nuper nati non sint in illo statu, in quo Adam fuit ante præuaricationem, vt ad G ipsos etiam pertineat quod beatus ait Apostolus, *Per vnum hominem mors, & per vnum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificantur.* Vnde fit vt infantes non baptizati, non solùm regnum cœlorum, verùm etiam vitam æternam habere non possint.

7. Vt confiteatur diuites baptizatos, etiamsi diuitiis suis non careant, & sint tales, quales ad Timotheum describit Apostolus dicens, *Præcipe diuitibus huius mundi, non superbè sapere, neque sperare in incerto diuitiarum suarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum, diuites sint in operibus bonis, facilè tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, & apprehendant veram vitam*, non eos regno Dei posse priuari.

8. 9. Vt confiteatur gratiam Dei, & adiutorium, etiam ad singulos actus dari, eamque non dari secundùm merita nostra, vt vera sit gratia, id est gratia data, per eius misericordiam, qui dicit, *Miserebor cui H misertus ero, & misericordiam præstabo cui misericors fuero.*

10. Vt fateatur filios Dei vocari posse illos, qui quotidie dicunt, *Dimitte nobis debita nostra.* Quod vtique non veraciter dicerent, si essent omnino absque peccato.

11. Vt fateatur esse liberum arbitrium, etiamsi diuino indiget adiutorio.

12. Vt fateatur, quando contra tentationes concupiscentiásque illicitas dimicamus, quamuis illic habeamus & propriam voluntatem, non tamen ex illa, sed ex adiutorio Dei, victoriam nostram. Non enim aliter verum erit quod Apostolus ait, *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.*

13. Vt fateatur secundùm gratiam & misericordiam Dei veniam pœnitentibus dari, non secundùm meritum eorum. Quandoquidem etiam ipsam pœnitentiam donum Dei dixit Apostolus, vbi ait de quibusdam, *Ne fortè det illis Deus pœnitentiam.*

Hæc

A Hæc omnia simpliciter sine ullis fateantur ambagibus, si quis in auctoritatem Catholicam, & ipsius Pelagij expressa ex Ecclesiasticis gestis verba conferunt. Neque enim illa, quæ his sunt contraria, veraciter anathemata esse credendum est, nisi hæc quibus sunt contraria fide & corde teneantur, & aperta confessione promantur.

NOTÆ.

a *Liber de fide.* Iam supra obseruatū est, bis libri huius testimonio vsum esse Ioannē Diaconū in expositione Heptateuchi, semel in Genesi, & iterum in Exodo, vtrobiq; hoc titulo, *Ex libro de fide Rufini*, quod Græce nimirum erat [illegible]. Sic enim inscripti veterum patrū libri leguntur aut memorātur nō patet. Quin & Theoph. Antioch. libri tres ad Autolycum, quoru vulgò nulla est inscriptio, in Codice 808. regiæ Bibliothecæ hanc habēt,
B Περὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως, *De fide Christianorum.* Idemq; iudicium de tribus alijs, qui a Theophilo Alexandrino de fide scripti ferebantur apud Gennadium cap. 33.

b *Sapientiā substantiuam.* Sapientiæ nomen in diuinis personis, quod Filio tribui mos est, fuerunt olim qui Spiritui S. adscriberent, vt hic noster, & ante illum Theoph. Antiochen. & Irenæus Lugdunensis. Theophili enim ex lib. II. ad Autolycum verba sunt, Αἱ τρεῖς ἡμέραι αἱ πρὸ τῶν φωστήρων γεγονυῖαι τύποι εἰσὶν τῆς τριάδος, τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ λόγου αὐτοῦ, καὶ τῆς σοφίας αὐτοῦ. *Tres dies qui luminarium ortum antecesserunt, typus sunt Trinitatis, Dei & verbi ipsius, & sapientiæ ipsius.* Irenæus verò lib. 4 c. 17. Deum docet ad res producendas Angelorum ministerio non egere. *Ministrat*, inquit, *ei ad omnia sua progenies & figuratio sua, id est Filius & Spiritus sanctus, verbum & Sapientia.*

c *Est enim imago Dei homo.* Etiam ij qui Sapientiam in diuinis tribuebant Spiritui S. cur imago Dei homo diceretur, causas adferebant, quòd sensum, & verbū, & sapientiam habeat. atque vt verbi æterni filij sui pater est Deus,
C sic mens hominis siue sensus producat verbum suum: & sicut idem Patris & Filij est Spiritus S. sic sapientia in homine a sensu minimè separatur & verbo. Qua de re plura iterum sub libri finem.

d *Nonnulli minus intelligentes.* Arriani nempe & Eunomiani, quos male Apostoli verba in hunc sensum interpretatos docet etiam Theodoret. in Epist. I. ad Corinth [illegible]. *Sciendū est autem sapientiam & potentiam appellasse diuinum Apostolū, non vnigeniti diuinitatem sed prædicationem de cruce, & refellere Arrianos, & Eunomianos, qui malè ex hoc loco conātur ostendere sapientiam Deum verbum nominari.* Ceterùm vt sapientiam hoc loco in Filij personā non cadere perspicuum est, ita si rectè illi alias attribui quis neget, reclamantem habet Theologicam scholam vniuersam.

e *Impius Origenes ac nefarie.* Scitè pariter & grauiter
D hanc Origenis blasphemiam exaggerat Theoph. Alexandrinus in Epist. II. Paschali. Non ei sufficit, inquit, ista „ blasphemia, sed trans flumina Æthiopiæ cursum stulti„ tiæ suæ dirigens iterum furibundus exultat, tut dicens „ volūtate sua Deū cōdidisse rationabiles creaturas, quot „ poterat gubernare. Et post alia. At ille verbositatis semi„ narū contexit & replicat, & ait, *Tanta fecit Deus, quan„ ta poterat cōprehēdere, & sibi habere subiecta, suaq; proui„ dentia gubernare.* Et post exactā singulorū confutationem concludit, non tanta fecisse Deum, quanta poterat, sed quanta rerum necessitas & ordo expetebat.

f *Et primas quidem creatas.* Theodoretus quæst. 5. in Genesin verisimile ait esse Angelos vnà cum cœlo & terra creatos fuisse. Si quis verò ante cœlum ac terram conditos dixerit, [illegible], *non offendit*, inquit, *verbum pietatis.*

g *De sole simul & luna.* In hoc errore mentis fuisse Origenem testis etiam Hieronymus ad Auitum epist. 59. „ Solem quoque, inquit, & Lunā, & astra cetera, esse ani-
E mantia. Immo quomodo nos homines ob quædā pec- „ cata his sumus circūdati corporibus, quæ crassa sunt & „ pigra: sic & cœli luminaria talia accepisse corpora, vt „ vel plus vel minùs luceant. & dæmones ob maiora de- „ licta aërio corpore esse vestitos. „

h *Insigna.* Præclarè idem Theodoret. quæst. 15 vanitatem hanc stellarum nec gentilium omnium fuisse ostendit, sed stultorum tantùm & amentium. [illegible] *Quod dicitur in signa non intelligimus secundum opinionem quorundam stultorum. Siquidem vanam illam de cuiusque natiuitate disceptationem nec Pythagoras, nec Socrates nec Plato, nec Stoici receperunt. Quod si qui in fabulis educati sunt huius fabulæ impietatem execrantur, quis diuinis sermonibus credens hæc non modo impia, sed valde etiam fatua recipiat?*

F i *Dedit habere liberam voluntatem.* Fato exploso liberi arbitrij dogma confirmat, sunt enim opposita. Vnde & illa apud Chrysost. orat. II. de Fato, Deum inter & dæmonem seu fatum antitheta. [illegible] *Deus dixit si volueritis, & si nolueritis, dominos faciet vos virtutis ac vitij. atque in voluntatis nostræ potestate constituerit. Ille vero quid ait? quod fatum vitiari nequeat, & si velimus, & si nolimus. Deus dixit, si volueritis bona terræ comedetis. Fatum dicit, & si volumus, si datum nobis non fuerit, hoc velle nihil prodest. Deus dicit, si verba mea attendere nolueritis, gladius consumet vos. Fatum dicit, & si nolimus, si datum nobis fuerit, omnino salui sumus.*

k *Cum primis hominibus inuiderent.* Diaboli lapsum
G alij quoq; ad inuidiā olim retulerūt. Sed cum verbis Cypriani, qui in eadē fuit sententia, totus hic locus mirificè consentit. Sic enim ille in libro de zelo & liuore. Hinc „ diabolus, ait, inter initia statim mūdi & periit primus & „ perdidit. Ille dudum Angelica maiestate subnixus, ille „ Deo acceptus & carus, postquā hominem ad imaginem „ Dei factū conspexit, in zelū maleuolo liuore prorupit, „ non prius alterū deijciēs instinctu zeli, quam ipse zelo „ ante deiectus, captiuus ante quā capiēs, perditus antequā „ perdens dū stimulāte liuore gratiā datæ immortalitatis „ eripit, ipse quoq; id quod prius fuerat amisit. Sic enim „ haud dubiè legēdum, neglectā Pamelij qui ipse legentis „ emendatione, quæ Cypriani sententiam euertit.

l *Et quod imago ipsius est homo.* Expositionis huius auctor in ptuvls Diodor. Tarsensis cuius verba sunt, [illegible] *Quomodo, inquit, imago Dei est homo? Secundum imperiū & potestatem.* Alij alia collegerunt, in quibus homo Deū æmu-
H latur. Trinitatem quoq; ipsam alij aliter in hominis anima expressā voluerūt. Alio enim modo Theodoret. q. 20 in Genes. [illegible], hoc est *Et mens quidem producit sermonem, procedit autem cum sermone spiritus, non generatus quidem quemadmodum sermo, sed perpetuo consequens sermonem, & cum eo dum editur procedens.* Alio Ambrosius in libello, *De dignitate humanæ naturæ*, c. 11. Nam sicut ex patre, inquit, generatur filius, & ex Patre „ Filioque procedit Spiritus sanctus, ita ex intellectu „ generatur voluntas, & ex his item ambobus procedit „ memoria. Alio denique alij complures. „

m *Nec dicendum animam partem esse Dei.* Neque enim vt Hieronymus libro II. aduersus Iouinianum scribit, eiusdem substantiæ est, quod Manichæi solent docere, anima humana ac Deus. Manichæi ergo error hic fuit & post eum Priscilliani. Origenis etiam fuisse auctor

A idem Hieronym. qui in epist. 61. ad Pammachium, Ioannem Hierosolymitanum taxat, quòd Manichæum hoc nomine insimulans de Origene dissimulet. Producis, inquit nobis Manichæum, & abscondis Origenem.

n *Animas ante corpora factas.* Duo hic perperam docebat Origenes: & animas seorsim olim conditas, & in corpora deinceps cū aliquid peccassent tū demitti. Quod vtrumq; contra eum scribens redarguit inter ceteros Antipater Bostrensis c. 7. ὁ ποιήσας τὸν ἄνθρωπον ἀπ' ἀρχῆς ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς· ὁ πρῶτον τοὺς νόας εἶναι, καὶ ἐξ ἁμαρτιῶν ἀνθρώπους. *Qui hominem fecit ab initio masculum & feminā fecit eos. nec primò mentes secundū ipsum, & ex peccatis homines.* Et paulo post. οὐκ ἐξ ἁμαρτιῶν καὶ [illegible] ἐπληθύνθη, ὡς ἡ τούτων διδάσκει χαρά, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ εὐλογίας, ὡς ὁ προφήτης [illegible]· εἰ γὰρ ἐκ παραβάσεως, καὶ ἐκ τῆς τοῦ [illegible] ἀποφυξίας τὸ τῶν ἀνθρώπων πληθύνεται γένος, οὐκ εὐλογία, ἀλλὰ κατάρα μᾶλλον ἂν δικαίως λεχθείη. *Non ex peccatis, neq; ex transgressione multiplicatum, sicut horum scripta docent,*
B *sed ex Dei benedictione, sicut Propheta testatus est. Nam si ex transgressione, reliquae desertione multiplicatur hominū genus, non benedictio, sed maledictio potius meritò diceretur.* Quod ipsum Theophili quoque Alexandrini fuit argumentum, Catena in Genesin, Codice regio 810. Ὅτι οὐ δι' ἁμαρτίας, ὡς Ὠριγένει ἔδοξε, κατακλεισθεῖσαι αἱ ψυχαὶ σώματι [illegible], ἐχρησάμεθα τῷ Μωσέως ῥήματι λέγοντος τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, κύριος ὁ θεὸς τῶν πατέρων ὑμῶν προσθείη ὑμῖν ὡσπερ [illegible] χιλιαπλασίως, καὶ εὐλογήσαι ὑμᾶς καθότι ἐλάλησεν ὑμῖν. ἡ γὰρ εὐλογία κατ' Ὠριγένην [illegible] τῶν σωμάτων [illegible], ἀλλ' ἡ κατάρα [illegible] ψυχαῖς. *Quod non ob peccatū, vt Origeni visū est, detectæ animæ corporibus impli. ita sint, ex Mosis verbis didicimus. filiis Israel dicentis, Dom. Deus patrū vestrorum addas ad hunc numerū millia multa, & benedicat vobis si ent vobis locutus est. Neq; enim benedictio secundū Origenē est corporum productio, sed maledictio errātibus animabus*

o *Ex vna anima primi hominis.* Tertio loco eos pariter refellit, qui animas ex traduce propagari autumabant „ hoc est interprete S. Hieron. epist. xcii. vt quomodo
C „ corpus ex corpore, sic anima nascatur ex anima, & simi„ li cū brutis animantibus cōditione subsistat. Qua de re cū ancipites aliquādo fuerint in Ecclesia sententiæ, in eā nūc omnes consensuūt, quā noster hoc loco adstruit, animas à Deo singulas creari, & formatis corporib. infundi.

p *Immortales mortales.* Hinc Theophilus Alexandrinus in Codice quem diximus 810. μέσος οὖν ὁ ἄνθρωπος τῶν δύο ἐγένετο. οὔτε θνητὸς ὁλόκληρος, οὔτε ἀθάνατος παντελῶς, δεκτικὸς δὲ ἑκατέρου. *Medius, inquit, inter duos homo factus, fuerat nec mortalis omni ex parte, nec totus immortalis, sed capax vtriusq;.* Copiosè autem & eleganter eadem edisseruerat Theophil. alter lib. 2. ad Autolycum his verbis. οὔτε φύσει θνητὸς ἐγένετο, οὔτε ἀθάνατος· εἰ γὰρ ἀθάνατον αὐτὸν ἀπ' ἀρχῆς πεποιήκει, θεὸν αὐτὸν ἐπεποιήκει. πάλιν εἰ θνητὸν αὐτὸν πεποιήκει, ἐδόκει ἂν ὁ θεὸς αἴτιος εἶναι τοῦ θανάτου αὐτοῦ. οὔτε οὖν ἀθάνατον αὐτὸν ἐποίησεν, οὔτε θνητὸν, ἀλλὰ δεκτικὸν ἀμφοτέρων· ἵνα εἰ ῥέψῃ ἐπὶ τὰ τῆς ἀθανασίας, τηρήσας τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ, μισθὸν κομίσηται παρ' αὐτοῦ τὴν ἀθανασίαν, [illegible] τὰ τοῦ θανάτου, αὐτὸς ἑαυτῷ αἴτιος ᾖ τοῦ θανάτου. ἐλεύθερον γὰρ καὶ αὐτεξούσιον
D ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον. *Nec natura mortalis factus nec immortalis. Immortalem quippe si fecisset, Deum illum fecisset: si mortalem rursus illum fecisset, mortis eius auctor & causa videretur. Nec immortalem igitur illum fecit, nec mortalem, sed amborum capacem: vt ad immortalitatem vergeret, Deique mandatum seruando, mercedem ab eo acciperet immortalitatem. Quod si ad mortem conuerteretur, sibimet mortis auctor foret. Liberum siquidem & sui iuris hominem Deus creauit.*

q *Si mandatum Dei seruare voluisset.* At Pelagius Adam dicebat, siue peccasset, siue non peccasset, moriturum fuisse. Non potuit igitur, quod præfati sumus, libri huius auctor haberi, quod suspicati sunt in censura sua Corbeienses.

r *Deus cōsulens hominibus.* De bono mortis extat liber S. Ambrosij qui & in aliis passim plurimus est in hoc argumento Remedium hanc videri, non pœnam, ostendit l. 1. de Abel & Cain, c. 10. Nam si nocentes, inquit, mo- “ riūtur qui gradum à peccatis reuocare noluerūt, vel in- “ niti tamen finem nō naturæ sed culpæ adipiscuntur, ne “ E
plura delinquant, quibus vita fœnus est delictorum. Si “ autem bonæ spei compotes sunt, migrare magis quàm “ deficere credendi sunt. Et *De bono mortis c. 7.* Grauius est “ ad peccatū viuere, quàm in peccato mori, quia impius “ quamdiu viuit peccatum auget: moriatur, peccatū de- “ serit. Plerique criminum suorum absolutione lætantur. “ Si emendaturi sunt, rectè; si perseueraturi in eis, stultè, “ quia longè illis plus damnatio profuisset, ne incre- “ menta facerent peccatorum. “

s *Quibus illis ipse perfecerat.* Latini sermonis ratio postulabat vt quas diceret. Itaq; manifestus est Hellenismus, vnicus fortasse in hoc genere, sed aliorum generum alia sunt plurima, quæ translatum ex Græcis librū ostendant.

t *Sicut impius Origenes exposuit.* De hac Origenis expositione scribit Epiphanius ad Ioannem Hierosolymitanum epist. 60. apud Hieron. Prætereo friuolā eius expo- “ sitionem super tunicis pelliceis, quāto conatu, quantis- “ que egerit argumentis, vt tunicas pelliceas humana esse “ corpora crederemus: qui inter multa ait, *Numquid co- “* F
riarius aut scordiscarius erat Deus, vt cōficeret pelles ani- “ malium, & consueret ex eis tunicas pelliceas Adā & Euæ? “ Manifestum est ergo, inquit, quòd de corporibus nostris “ loquatur. Et si hoc ita est, quomodo legimus ante pelli- “ ceas, & ante inobedientiā & de paradiso, ruinam, Adam “ loquentem, non secundum allegoriam, sed verè, *Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea?* & paulo post. “ Aut quæ corpora contegebat Adam & Eua foliis ficus “ postquam comederunt de arbore vetita? “

u *Quod liberi non pro parentibus puniantur.* Apertè deinceps originale peccatum & paruulorum baptismā impugnat: quæ duo postmodum hæresis Pelagianæ capita fuerunt. Quare non immeritò hîc admonet censura Corbeiensis, *Sollicitè lege, vide quid lateat.* Quòd verò hinc confici putant, Rufino adscribi hunc librū non potuisse, friuolum erit, si verum est quod Cælestius in Actis Carthaginensibus respondisse dicitur se à Rufino didicisse
G quòd peccati tradux non sit, quemadmodū ex Actis ipsis recitat Aug. *De peccato originali c. 3.* Cælestius dixit, De “ traduce peccati me dubiū esse: ita tamen, vt cui donauit “ Deus gratiam peritiæ consentiā, quia diuersa ab iis au- “ diui, qui vtiq; in Ecclesia Catholica cōstituti sunt Pres- “ byteri. Paulin. Diaconus dixit, Dic nobis nomina ipso- “ rum. Cælestius dixit, S. Rufinus Romæ qui mansit cum “ S. Pamachio. Ego audiui illū dicentē quòd tradux pec- “ cati nō sit. Sed hoc omisso alia non desunt, vt præfati sumus, cur opus hoc Rufino vel Pelagio minimè cōueniat.

x *Æterni ignis pœna deputare.* Quosnā præcipuè designet incertum est: hoc exploratum, hæsisse aliquando in hac salebra S. Augustinum. Cui etsi durum id videbatur, non dubitarit tamen paruulos quoque, qui sine baptismo exirent, in hac damnatione, sed omnium mitissima & leuissima futuros. Verùm in Augustinum: qui posterior nostra sententia fuit. hæc cadere non possunt.

y *Sicut nefarij æstimant Arriani.* Hoc de illis testatur
H Epiphanius Hæresi 69. οὐ βούλονται παραδέξασθαι ψυχὴν αὐτόν. *Nolunt Christum animam suscepisse.* Nec præter Epiphanium, qui hoc de Arrianis proderet alium nouerat Aug. Sic enim profitetur ipse in Hæres. 49. In eo inquit, “ quòd Christū sine anima solā carnē suscepisse arbitran- “ tur, minus noti sunt, nec aduersos eos ab aliquo inueni de “ hac re fuisse certatum. Sed hoc verū esse & Epiphanius “ non tacuit. Postea autē non defuerūt qui confirmarent, “ vt Theodoret. l. 5. Hæreticarum fabularū c. 10. Ἄρειος δὲ καὶ Εὐνόμιος σῶμα μὲν αὐτὸν ἀναλαβεῖν ἔφασαν τὴν θεότητα δὲ τῆς ψυχῆς ἐνεργῆσαι τὴν χρείαν. *Arrius verè & Eunomius corpus quidem assumpsisse illum dicunt, sed diuinitatem animæ vsum exercuisse.*

z *Sicut Apollinaris diffiniuit.* Theodoretus idem post superiora. ὁ δὲ Ἀπολινάριος ἔμψυχον μὲν ἔφησεν εἶναι τοῦ σωτῆρος τὸ σῶμα, οὐ μὴν τὴν λογικὴν ἐσχηκέναι ψυχὴν· περιττὸν γὰρ εἶναι ἔφη, [illegible] τοῦ θεοῦ λόγου παρόντος. *Apolinarius porro Seruatoris corpus animatum quidē esse aiebat, sed animā ratione præditā non habuisse. Mens enim superuacanea, inquit, vbi Deus verbum adest.* Qua illius hæresi pluribus confutata, Theoph.

Alexandrinus

A Alexandrinus in hæc verba concludit epistola 1. Paschali, Atque ita ipse disputationis ordo conuincat, nihil à Domino imperfectum esse susceptum, sed assumptum ab eo hominem plenè perfectéque saluatum.

Infantes quia in peccatis sunt. Sic habet vterque manuscriptus. Sed res exigit, ne auctor secum ipse pugnet, vt legatur *non sunt*. Supra enim docuit infantes in peccatis nō esse, nec propter peccata baptizari, sed vt regni cœlestis participes fiant. Quod ipsū cùm dicerent Pelagiani, rectè aduersus illos lib. 3. extremò argumētatur Hieron. Hoc vnum dicam, inquit, vt tandem finiatur oratio, aut nouū vos debere symbolum tradere, vt post Patrem & Filiū & Spiritum S. baptizetis infantes in regnum cœlorum, aut si vnū & in paruulis & in magnis habetis baptisma, etiam infantes in remissionem peccatorum baptizandos in similitudinem præuaricationis Adam.

bb *Non sicut vult, sed sicut voluit.* Apud Græcos locus fortasse fuerit huic argumentationi, qui ἠθέλησε legunt, aut θέλει, non perinde apud Latinos, qui *sicut vult* B constanter legunt, non *sicut voluit*. Augustinus epist. 146 ad Consentium, *Deus autem illi dat corpus quomodo voluerit*, quod idem est.

cc *Nec corpus, nec figuram immutauit.*]Idem enim corpus ex sepulcro extulit, quod conditum fuerat. Sed quanto maiore cum gloria, declarat Theophilus Alexandrin. verba vsurpans Psalmi 92. in Codice regio 211. [illegible] *Dominus regnauit decorem induit.* Quia enim corruptibile C corpus adsumpsit, decorem induit, suscitans illud non corruptibile, sed incorruptibile. *Dominus regnauit, decorem induit.* Adsumpsit enim resurgens iterum propriū corpus, prout ipse prædixerat, *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Quod excitatat ergo induit corpus. Dicebat enim, *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionē.* Resurgēs non mansit in monimento. Sed & in monimento manens non vidit corruptionem, corruptio illi non est dominata. Verbum incorruptibile corruptibile corpus suscitauit ad incorruptibilitatem.

dd *Desiit nasci Filius.* Desiisse nasci filium auctor iste non tenuit. Sed aliter Augustin. contra eosdem Arrianos disputans in epist. 174. ad Pascentiū. Quid ergo dicemus, inquit? Si natus est Filius Dei de patre, iam pater desiit gignere: & si desiit, cœpit. Si autem cœpit gignere, fuit aliquando sine filio. Sed nunquam fuit sine filio, qui filius eius sapientia eius est, quæ candor est lucis æternæ. Ergo semper gignit pater, & sēper nascitur filius. Extat Theo- D dori monachi libellus hoc titulo, [illegible], *Demonstratio quod pater semper gignit, filius verò semper gignitur.* In quo quidē inter cetera sic ratiocinatur. [illegible] *Ad hæc quia gigni filiū aliud non significat, quàm essentiam habere a patre, a patre autem semper habet essentiam, semper vtique gignitur.*

ee *Græca dicatur* υἱοπάτωρ. Sabelliani, quia patrem cum Filio confundebant, Deum idcirco voce composita υἱοπάτορα *Filiopatrem* appellabant, quod auersati sunt orthodoxi. Athanasius in Expositione fidei. [illegible] *Neque enim Filiopatrem sentimus, sicut Sabelliani, soli subſtantialem, & non consubstantialem.* In Ecclesia autem Catholica Deus υἱοπάτωρ propter ea non dicitur, quia in vno Deo tres numero eiusdem substantiæ personas agnoscit, & contra quàm de Sabellianis dictum est, [illegible] amplectitur.

E ff *Rufini Presbiteri Prouinciæ Palæstinæ.* Hæc libri huius in fronte fuerat inscriptio: quam etsi spuriam videri iam ostensum est, retinendam tamen, ne libro nomen deesset, tantisper censuimus, donec sinceram ac legitimam dies aperiat. Nec omittendum, libros de fide sub Rufini nomine duos saltem fuisse, quod intelligimus ex Ioāne Diacono, qui in Exodi Expositio libum 2. citat his verbis Rufin. in l. 2. de Fide. Populus Israël in columna nubis per diem, & per noctē in colūna ignis: quia dux itineris præcedebat, vt baptismi gratiam per nubem, & dona S. Spiritus per ignem ostenderet, quia Apostolus Paulus in nube patres baptizatos scripsit, & Spiritum S. ignem esse Apostolorum Acta declarant.

Capitula excerpta ex gestis. Remedij loco apposita sunt, vt monuimus, vt aduersus ea quæ cōtra peccati traducem auctor noster disputarat. Ex gestis autē contra Pelagium desumpta esse, vt titulus non indicaret, ex S. Aug. libro de gestis Pelagij deprehenderemus, in quo hæc sin- F gula continentur. Ceterùm ex duobus Corbeiensib. exēplaribus in altero tantum extant, qui etsi perantiquus, altero tamen vetustissimo longè est recentior: quod argumento est serius tandem vsos esse hoc remedio.

PRÆDESTINATVS

SIVE

PRÆDESTINATORVM HÆRESIS,

& libri S. Augustino temerè adscripti Refutatio, in tres libros distributa ab Auctore ante annos 1200. conscripta, nunc autem in lucem primùm edita.

G *Cura & studio Iacobi Sirmondi Societatis* IESV *Presbyteri.*

LECTORI.

INNVALVIT paucis abhinc annis, Lector, peregrina & eruditorum auribus insolens quorundā opinio, Prædestinatianam hæresim in Ecclesia nullam vnquam fuisse. Quæ enim Prædestinatorum hæresis dicta est, eam non hæresim, sed ipsissimam fuisse doctrinam S. Augustini, quam eius æmuli vt odiosam redderent, funesti nominis titulo infamarint. Proinde antiquos Scriptores qui contradicant non audiunt, & Gennadium Massiliensem, quem erroris ducem suspicantur, præcipuè insimulant. Ad hanc ex illorum animis euellendam hæsitationem Auctorem damus, cuius ipsi iudicium, si verum amant, aspernari nolint, & aduersus quem præscribere vel H excipere nō liceat. Eccui enim vel notiores Prędestinati, vel perspecta magis eorum dogmata potuerunt esse, quàm homini, qui cum illis assiduè versabatur, cum iisdem manus sæpe conserebat, quem vnum illi præ omnibus refugiebant & reformidabant aduersarium? Hic igitur cum in Hæresum catalogo, quē describit, sedem suā Prædestinatis adsignet, Prædestinatorúmque placita, quæ ipsi videlicet, tanquam ab Augustino profecta, ex conficto sub eius nomine libro clam furtimque insinuabant, aliena esse ab Augustino, atque aduersa, & sua ipsius sententia, & Cælestini Papæ præiudicio confirmet, atque hæc omnia nondum exorto Eutyche, hoc est ante Gennadium scribat, quid certius vel apertius, quàm falli eos, qui Prædestinatorum propriam hæresim nullam fuisse contendunt, & inuidiam hoc nomine concitant Gennadio? His verò constitutis, quid restabat, Lector, quàm vt Auctoris quoque nomen exploratum haberemus? At inuidit hoc nobis silentio suo Codex antiquus, optimæ ceteroqui notæ, ac illustri olim possessore

A nare se simulant. Hos damnauit Diodorus Episcopus Cretensis.

HÆRESIS XIII.

Tertiadecima hæresis Ptolemaitæ, à Ptolemæo Valentini discipulo, qui hanc eandem hæresim actiua disputando dispersit, qui eodem tempore à sancto Zacchæo supramemorato Episcopo Cæsariensi damnatua est. Hæresim tamen pessimam per multa spatia Orientis dispersit.

HÆRESIS. XIV.

Quartadecima hæresis à Marco quodam est adinuenta, qui negana resurrectionem carnis, Christum non vere passum, sed putatiuè conabatur adstruere. Hunc sanctus Clemena, Episcopus Romanus, & Christi dignissimus Martyr, fixis & integris adsertionibus confutans,
B & coram omni plebe io Ecclesia detegens, æterna damnatione puniuit. docens vere natum & passum Dominum nostrum IESVM CHRISTVM. nihil abeo in phantasia factum commemorans, & euidenter ostendens, quòd veritas inimica falsitatis falsum in se nihil penitus habere potuerit: sicut nec lux in se tenebras habere potest, nec benedictio maledictionem, nec dulcedo amaritudinem: & si ista commisceri possent, Deum tamen docuit mendacio impossibile esse misceri.

HÆRESIS XV.

Quintadecima hæresis Colorbasiana à Colorbasio adinuenta. Vitam omnem hominum in septem stellis esse positam adfirmabat: & has esse septem Ecclesias, & septem candelabra aurea conabatur adstruere. Hunc sanctus Theodotus de Pergamo Episcopus, habita synodo septem Episcoporum, anathematizauit docens septem Ecclesias in septiformi spiritu consecratas. Vna forma
C est, inquit, cùm in forma quam primus homo amiserat reuocatur. Secunda, cum immaculatus qui erat peccator efficitur. Tertia, cum ex terra corpus mortuum suscitabitur. Quarta, cum anima de inferni claustris eruitur. Quinta, quòd anima paradisi habitatione lætatur, quousque corpus suum incorruptibile recipiat. Sexta, quòd filios Deo facit qui erant filij Adæ. Septima, quòd facit hominem regni cælorum esse participem. Has esse sancti Spiritus formas in septem Ecclesiis, in septem oculis, & in septem candelabris aureis conlucatas.

HÆRESIS XVI.

Sextadecima hæresis Heracleonitarum, ab Heracleone adinuenta est, quæ baptizatum hominem, siue iustum, siue peccatorem, loco sancti computari docebat: nihilque obesse baptizatis peccata memorabat dicēs sicut non in se recipit natura ignis gelo, ita baptizatus non in se recipit peccatum. Sicut enim ignis resoluit aspectu suo niues quantæcumque iuxta sint: sic semel baptizatus
D non recipit peccatorum reatum, etiam quantauis fuerint operibus eius peccata permixta. Hic in partibus Siciliæ inchoauit docere. Contra hunc susceperunt Episcopi Siculorum, Eustachius Lilybæorum, & Panormeorum Theodotus. Quique omnium qui per Siciliam erant Episcoporum Synodum exorantes, gestis eum audire decreuerunt: & vniuersas adsertiones eius diligentes ad sanctum Alexandrum vrbis Episcopum, rogauerunt vt ad eum confutandum aliquid ordinaret. Tunc sanctus Alexander, ad singula quæque capita hydri singulos gladios Dei verbi de vagina diuinæ legis eiciens, librum contra Heracleonem ordinans, feruentissimum in ingenio Sabinianum presbyterum destinauit: qui & scriptis Episcopi, & adsertione sua, ita eum confutaret, vt nocta media nauis præsidio fugeret, & vltra vbinam deuenisset penitùs nullus sciret.

HÆRESIS XVII.

Septimadecima hæresis Ophitarum. Hi à colubro nominati sunt. Coluber enim Græcè *ophis* dicitur. Habe
ergo colubrum adsuetum eorum panes lingua lambe
atque ita ex se velut Eucharistiam sanctificare. Qoe
colubrum suum Christum appellant. Contra hos susc
perunt Bithyniæ prouinciæ sacerdotes, id est ciuita
Cachledoniæ & Nicomediæ Episcopi Theocritus
Enander & confutantes eos Publicè superarunt: atq
superuenientium facientes eis per collegia eorum, in Bith
niæ, vt dixi, partibus per possessiones clanculò vbi h
ipsa perpetrabant, & sacerdotes eorum eliminarunt,
serpentes eorum occiderunt, ac rationem reddentes o
ni populo, maximam partem plebis ab hoc periculo l
berarunt.

HÆRESIS XVIII.

Octauadecima hæresis Cainiani. Propterea sic appr
lati sunt, quoniam Cain honorant, dicentes eum fort
simæ esse virtutis. Simul & Iudam traditorem diuinu
aliquid putant esse, & scelus eius beneficium deputan
adserentes eum præscisse quantum esset generi huma
Christi passio profutura, & occideodum Iudæis pro
terea tradidisse. Hos ortos esse Mesopotamiani Ecclesi
rum Syriæ sacerdotes ad ceteros suos coepiscopos co
scripserunt. Quos triginta & duo Episcopi apud Anti
chiam residentes, cum eiusdem vrbis Episcopo The
doro, in præsenti confutatos damnarunt. dicentes e
illud quod sanctus Spiritus locutus est per propheta
*Væ his qui dicunt de bono malum, & de malo bonum: q
ponunt tenebras lucem, & pro luce tenebras.* Constat erg
vos à vobis ipsis esse damnatos, qui eos vultis magn
& iustos adscribi, quos pro facti sui qualitate Deus pe
petuæ gehennæ incendio destinauit.

HÆRESIS XIX.

Nonadecima hæresis Sethianorum. Hi nomen accep
runt à filio Adæ, qui vocatus est Seth, de superna m
tre eum natum esse iactantes, quam conuenisse dicu
cum superno patre, vnde diuinum semen aliud nascer
tur, ex quo semine sibi Deus iustos eligeret, & suos
lios appellaret. Hi orti sunt in partibus Achaïæ. Co
tra quos suscepit sanctus Perigenes Argùs ciuitatis An
stes ostendens eis, de vno sancto vero & iusto Isaac du
natos geminos, vno pariter vtero editos: vnum ad s
periora diuinæ gratiæ penetrasse, alium ad inferiora
feri deuenisse. Vnum itaque è duobus, inquit: aut n
turæ malæ sunt filij, & ambo pro id quod sunt na
damnandi sunt: aut naturæ bonæ sunt, & pro facti
qualitate, iuste alium benedictio coronauit, alium m
ledictio condemnauit. Hæc & his similia adserente s
cto Perigene, aliquanti credentes conuersi sunt ab er
re hoc pessimo: non credentes autem, nec conuerte
tes, gladio suo anathematis amputati.

HÆRESIS XX.

Hæresis vicesima apud Cretam Archonticorum à pri
cipibus nomen accepit. Principes enim se colere iacta
quos dicunt condidisse hunc mundum. Hos sanc
Dioscorus Cretensis Episcopus condemnauit. Doce
vnum & verum Deum in partes substantiales penit
diuidi omnino non posse. hunc esse Deum, qui se
prophetis ostendit, & in se credentes ab omnibus pe
culis liberauit, sicut Noë, sicut Abraam, Isaa
Iacob, filiósque Israël, Ionam, Susannam, tres p
ros: & innumerabilia erga credentes in se quæ osten
Deus signa virtutum, quibus se solum Deum ost
deret. Adquiescentes veritati recepit, dissentientes
rò æterna abominatione puniuit.

HÆRESIS XXI.

Prima & vicesima hæresis à Marcione orta est. D
principia fuisse confirmat boni & mali. Quem E
phanius tria dicebat principia docuisse, boni, iusti,
praui: sed Eusebius Syrinum quendam, non Marc
nem, trium principiorum atque naturarum scribit
ctorem. Marcionitæ, cum vniuersalem Orientis I

A elesiam macularent, ab Origene superati, confutati, & per singulas sunt ciuitates damnati. Item post aliquantos annos, iam deuicti atque detecti, in Africanis partibus pullulabant: quos Tertullianus modis omnibus ita obtinuit, vt ipsos faceret contra sectam suam publice prædicare.

HÆRESIS XXII.

Vicesimasecunda hæresis Appellitarum est, quorum est princeps Apelles, qui duos quidem introducit Deos, sed vnum fatetur principium, hoc est bonum, & ab ipso factum alterum: id est ab ipso vno principio alterum factum est. Quod cùm malignum esset inuentum, à bono abiectum est: abiectum verò à bono principio hoc principium, quod malignabatur contra boni principij voluntatem, in sua malignitate mundum fecit. Inde est quòd ad malum nos promptiores quam
B ad bonum natura consequitur, & plus in vitiis, inquit, quàm in virtutibus delectatur. Dominum nostrum IESVM CHRISTVM adserunt carnem ex elementis suscepisse, quam aëri reddidit dum ascenderet, & sine ea intrauit in cælum. Hos Origenes ita perfectè superauit, vt eorum causa periodentes fieret, & per singulas quasque vrbes per Orientem eundo prædicaret. Et quia innumerabilia sunt tractatorum eius volumina, hæretici superati libros eius ad suos libitus callidissima argumentatione mutarunt, vt quos vellent deciperent, dicerent ita Origenem suis expositionibus definisse. Vnde quicunque vsque hodie Origenem legit, si prudenti eum nouit ratione distinguere, deprehendit loca ab hæreticis maculata: quod ita esse sanctus Pamphilus Martyr in suo apologetico declarauit.

HÆRESIS XXIII.

Vicesima tertia hæresis Cerdonianorum à Cerdone cepit exordium: qui duo principia sibi aduersantia dogmatizauit, Deúmque legis ac prophetarum non esse
C patrem Christi, nec bonum esse Deum, sed iustum, patrem verò Christi bonum. Christúmque ipsum nec natum ex femina, neque habuisse carnem, nec vere mortuum vel quicquam passum, sed simulasse passionem. Contra hunc suscepit sanctus Apollonius Episcopus Corinthiorum, cúmque omni cum Synodo Orientali damnauit, reddens rationem, hunc esse Deum patrem Domini nostri IESV CHRISTI, de quo Moy-
Gen. 1. a. ses in capite libri sui dicit: *In principio fecit Deus cælum ac terram.* Omnes veteris Testamenti irreprehensibiles secundum Apostolum adprobauit dicens,
Rom. 8. 33. *Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat, quis est qui condemnet?* Hæc autem & his similia. hac de causa condemnatis hæreticis, rationabili sermone videbantur satis facere sacerdotes, siue vt à præcipitio reuocarent, siue vt se ostenderent sectas damnare non homines: homines autem seipsos damnare, qui damnatas sectas amplectentes à veritate discedunt.

HÆRESIS XXIV.

D Vicesima & quarta est hæresis Seuerianorum, qui sunt à Seuero exorti. Vinum non bibunt, eo quod fabulosa vanitate de semine Satanæ terram germinasse adserunt vitem. Carnis quoque resurrectionem cum veteri respuunt Testamento. Hos damnauit S. Euphranon Episcopus Rhodius: apud Rhodum enim horum superstitio orta est. Quos conuicit scripturarum ratione sanctarum, in quibus legitur Deus educere de terra panem ad confirmandum cor hominis, & vinum ad lætificandum. Vini autem non vsus necessarius, sed nimietas inimica saluti culpanda est. Carnis verò resurrectionem ab illo promissam esse, qui in præsenti, mortuos suscitabat: qui si mentitus fuisset, mortuos vtique suscitare non potuisset. Sanctos esse apices Testamenti veteris, sicut fundamenta domus prælate docuit, dicens, Fudamenta domus circa squalida loca sunt posita, vt ea quæ sunt superiùs nullam contumeliam stercorum patiantur. Superiora ergo domus laquearibus auratis, parietibus pictis, & vario marmorum metallo sunt edita. Inferiora verò, humori E
terreno vicina, digesta etiam superiorum vniuersa suscipiunt. Quid ergo nunc faciemus? si auferimus inferiora, superiora corruunt. Tamen si destruenda erant inferiora, non hoc alius poterat nisi Dei filius facere. Videamus ergo vtrúmnam ipse destruxerit hoc quod nos dicimus permanere. *Putatis*, inquit, *quia veni le-* Matth.
gem destruere, aut prophetas? Non veni legem soluere, sed 5. 17.
adimplere. Hæc & his similia dicens sanctus Euphranon Episcopus: multos conuertit: in errore verò perseuerantes perpetua sanctione à communione priuauit.

HÆRESIS XXV.

Vicesima & quinta hæresis est Tatianorum, à Tatiano quodam instituta qui & Encratitæ appellati sunt. Hi nuptias damnant, atque omnino pares eas fornicationibus, aliisque corruptionibus faciunt: nec recipiunt in suo numero coniugio vtentem, marem vel feminam. F
Non vescuntur carnibus, eásque omnino abominantur. Contra hos suscepit sanctus Epiphanius Ancyræ Galatiæ Episcopus, obiiciens eis Pauli Apostoli episto- 1. Tim.
lam ad Timotheum primam, eo quòd habeant cau- 2.
teriatam conscientiam, prohibentes nubere, & abstinere docentes à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione, fidelibus & his qui cognouerunt veritatem: quia omnis creatura Dei bona est, & nihil abiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Abstinentes autem nostros catholicus idcirco laudamus, quia quando non accipiunt cibos, non quasi qui dicant malum esse accipere, sed bonum dicunt & optimum, quòd se asserunt esse ad percipiendum indignos. Sic fit vt & illud statutum Apostoli conser-
uetur, quod ait, *Non manducans manducantem non iu-* Rom. 14.
dicet, & manducans non manducantem non spernat. 3.
Non enim creaturam accusat, sed se esse talem pronuntiat, quo se dicat huius epulis refici non mereri. G

HÆRESIS XXVI.

Vicesima & sexta hæresis Cataphrygæ orti sunt: qui hoc nomen à prouincia non à dogmate adsumpserunt: quorum auctores fuerunt Montanus, Prisca, & Maximilla. Hi itaque aduentum Spiritus sancti à Domino promissum in se potiùs, quàm in Apostolis, fuisse adserunt redditum. Secundas nuptias pro fornicationibus habent: & ideo dicunt eas permisisse Apostolum Paulum, quia ex parte sciebat, & ex parte prophetabat. Nondum enim venerat quod perfectum est. Hoc autem perfectum in Montanum, & in eius prophetissas, quas supra diximus, venisse delirant. Hactenus dixerim de Cataphrygis. Cetera quæ dicuntur quasi incerta prætereo. De infantis sanguine eos accipere: quod ideo dicimus, ne videamur ignorare omnia quæ de eis dicuntur: hi enim qui contra eos scripserunt, nihil hinc penitùs memorarunt. Scripsit contra eos librum sanctus Soter Papa vrbis, & Apollonius Ephesiorum Antistes. Contra quos scripsit Tertullianus Pres- H
byter Carthaginensis. Qui cum omnia bene, & prime, & incomparabiliter scripserit, in hoc solum se reprehensibilem fecit, quod Montanum defendit, agens contra Soterem supradictum vrbis Papam, asserens falsa esse de sanguine infantis, Trinitatem in vnitate deitatis, pœnitentiam lapsis, mysteriis eisdem vnum Pascha nobiscum. Hoc solùm discrepamus, inquit, quod secundas nuptias non recipimus, & prophetiam Montani de futuro iudicio non recusamus. Obiiciunt quidam Tertulliano, quod animam ex traduce, id est animam dixerit ita gigni ex anima, sicut ex corporibus corpus: quod catholica fides vehementer execratur.

HÆRESIS XXVII.

Vicesimaseptima hæresis Pepuzianorum, qui à loco quodam nominati sunt. Quam desertam ciuiatem

dicit

tur, & taciturnitas videtur esse consensus. Quam enim tu patientiam taciturnitatis putas, hanc alius conscientiam peruersitatis existimat. Præsertim si & ipse taceas, & eum qui loqui voluerit pro defensione matris communis, forsitan silere compellas. Cùm tempus tacendi & tempus loquendi in id sapientia diuina instituerit, vt & modestia in silentio, & ratio esset in verbo, ne vltra honestatis terminum vnusquisque linguam vel promeret, vel teneret: essétque loquacitas importuna, aut taciturnitas obstinata: cùm vtrumque veniret in vitium, loqui velle cùm non debeas, & nolle cùm debeas. Istud igitur in alterutrum custodisse habita ratione perdoceo, cùm contra libtum matri Ecclesiæ tendentem insidias diuini oris arma corripio, & vt Goliæ ex suo sibimet gladio confidens in Domino eius ceruicem abscido. Qui tristis fuerit, suo quasi mus prodetur indicio, cùm sui murmure Philisthæum se esse detexerit: meum autem gratulabitur omnis qui allophylus non est. Igitur cùm sollicitè celatur, & occultè legitur, & cautè conscribitur, tandem aliquando, non tam editus quàm deprehensus, ad manus nostras peruenit liber, qui Augustinum mentitur in titulo, cùm se hæreticum ostendat in textu. Quis enim nesciat Augustinum orthodoxum semper fuisse doctorem, & tam scribendo, quàm disputando, omnibus hæreticis obuiasse? Volentes ergo inimicum fidei nostræ inter fratres dogma inducere, Catholicum supraliminare libri sui titulum posuerunt. Qui liber, velut sepulchrum fœtens, à foris quidem Augustini nomine dealbatur, intus verò scatutit vermibus mortuorum. Hunc librum aliquando sibi oblatum beatissimæ memoriæ Summus Pontifex Cælestinus ita execrationi habuit, vt eum perpetuo iuberet damnari silentio. Eo magis hæreticorum animus inflammatus, clanculos eum per diuersa domos tradidit lectitandum: quique quanto legi publicè vetabatur, tanto ab eis adserebatur insuperabili æquitate conscriptus. Sicque perfidum iniere consilium, vt in modum symboli, non discutiendus traderetur aliquibus, sed credendus. Ita contra hunc suscepimus, vt aduersum singula blasphemiorum eius dicta, tam rationabili veritate, quàm legali auctoritate pugnemus. Quem librum non discerpentes, sed integrum eum ab initio vsque ad finem perscribentes, nonagesimæ hæreseos proiecimus siluæ, arborem eum nequissimam detegentes, ad cuius radicem securis est posita, ad hoc vt excidatur, & in ignem mittatur. Vbicumque autem eiusdem libri sunt dicta lineis à tergo versuum iacentibus deteguntur. Quæ licet pro ipsa sui peruersitate vltro se legentibus prodant: tamen egimus vt veritas à mendacio non solùm verbis rationabilibus, sed etiam alogiis increpantibus discernatur. Sanè Græcorum nos legis Catholicorum scripta contra hæreticorum sectas dimicantia idcirco memoramus, & omnes hæreses singillatim per ordinem licet strictim perscribimus, vt sciant nouæ huius hæresis inuentores, omnium nos hæreticorum definitionibus aduersari, & nullius eorum contra se vti consensu. Cesset omnis tergiuersatio, & calliditas oblatrantium, in modum canis vomitus suos ipsa iterum sorbeat. Omnes à Simone cœptas hæreses detegimus, arguimus, condemnamus, & tam ratione quàm auctoritate superatas ostendimus. In detectione igitur falsitatis, & in defensione veritatis, Catholicorum sumus secuti vestigia, & id gessimus, vt in primo libro veterata hæreseos superstitio perpatescat: in secundo verò nouæ adinuentionis venena non lateant: tertius verò liber hæreseos deuictæ tumulum, fideique trophæum cunctis Ecclesiis tradat. Clemens itaque Romanus Episcopus, Petri discipulus, Christi dignissimus Martyr, Simonis hæresim à Petro Apostolo cum ipso Simone superatam edocuit. Hunc secuti sunt sancti quique orthodoxi viri: & suo quisque tempore vniuscuiusque hæresis ortum, & certamen, & exitum per plurimos libros, & multa millia versuum conscripserunt: quæ nos epitomantes iuuante Domino, hoc vno libello conclusimus. Orabunt pro nobis sancta studia quæ ad requiem curarum suarum per hunc nostrum laborem attingunt.

ELENCHVS HÆRESVM
quæ in primo libro commemorantur.

1. Simon.
2. Menandriani.
3. Basiliani.
4. Nicolaitæ.
5. Saturniniani.
6. Gnostici.
7. Carpocratiani.
8. Cerinthiani.
9. Nazareni.
10. Ebionæi.
11. Valentiniani.
12. Secundiani.
13. Ptolemeitæ.
14. Marcosij.
15. Colorbasiani.
16. Heracleonitæ.
17. Ophitæ.
18. Cainiani.
19. Sethiani.
20. Archontici.
21. Marcionitæ.
22. Appellitæ.
23. Cerdoniani.
24. Seueriani.
25. Tatiani.
26. Cataphryges.
27. Pepuziani.
28. Artotyritæ.
29. Tessarescædecatitæ.
30. Alogij.
31. Adamiani.
32. Elcesei.
33. Theodotiani.
34. Melchisedechiani.
35. Bardesanitæ.
36. Noetiani.
37. Valesij.
38. Cathari
39. Angelici.
40. Apostolici.
41. Sabelliani.
42. Origeniani.
43. Origeniani alij.
44. Pauliani.
45. Photiniani.
46. Manichæi.
47. Hieracitæ.
48. Meletiani.
49. Aeriani.
50. Audiani.
51. Eunomiani.
52. Macedoniani.
53. Aeriani.
54. Actiani.
55. Apollinaristæ.
56. Antidicomaritæ.
57. Messaliani.
58. Metangismonitæ.
59. Seleuciani.
60. Proclinianistæ.
61. Paterniani.
62. Afcitæ.
63. Passalorynchitæ.
64. Aquarij.
65. Coluthiani.
66. Floriani.
67. Satanniani.
68. Gymnopodæ.
69. Donatistæ.
70. Priscilliani.
71. Adilophagi.
72. Rhetoriani.
73. Theoponitæ.
74. Triscilidæ.
75. Hydrotheitæ.
76. Homuncionitæ.
77. Ameritæ.
78. Psychopneumones.
79. Adecerditæ.
80. Metagenetæ.
81. Luciferiani.
82. Iouiniani.
83. Arabici.
84. Heluidiani.
85. Paterniani.
86. Tertullianistæ.
87. Abeloitæ.
88. Pelagiani.
89. Nestoriani.
90. Prædestinati.

LIBER PRIMVS.
De hæresibus.

Epitome Ecdiceseos *Hygini contra hæresiarchas, e categoricorum Epiphanij contra sectas, & expo[si]tionum Philastri, qui hos transferens in Latinu[m] sermonem de Græco, cùm Arriani damnarent[ur] edidit. Prior Hyginus, post hunc Polycrates, Afric[a]nus, Hesiodus, Epiphanius, Philaster, hi diuersis tem[po]ribus diuersas hæreses pertexuerunt.*

HÆRESIS PRIMA.

PRIMA hæresis à Simone sumpsit exordium, q[ui] dicebat castitatem ad Deum non pertinere, Deu[m]

A dicit Epiphanius: hanc autem isti diuinum aliquid esse arbitrantes, Hierusalem vocant. Tantum dantes mulieribus principatum, vt sacerdotio quoque apud eos honorentur. Dicunt enim duas Ecclesias, Quintillæ & Priscillæ, in eadem ciuitate Pepuza. Vnum sunt cum Cataphrygis. Contemptui autem eos habent, quòd se isti Pepuziani ceteris æstiment meliores. Dicunt enim hanc Pepuzam villam fuisse Montani, Priscæ, & Maximillæ: & quia ibi cœperunt prædicare, & ibi vixerunt, ideo locum appellari Hierusalem. Et quia habitatores loci sunt, ideo ceteris se esse meliores adscribunt. Hos Apollonius superauit Ephesiorum Episcopus.

HÆRESIS XXVIII.

Vicesimaoctaua hæresis Artotyritas suos vocat, quibus hoc nomen oblatio dedit. Offerunt enim panem & caseum, dicentes à primis hominibus oblationes Deo de fructibus terræ & ouium fuisse celebratas.
B Hos Pepuzianis iungit Epiphanius: contra quos nullus dignatus est nec loqui.

HÆRESIS XXIX.

Vicesima nona hæresis Tessarescædecatitæ dicuntur: eo quòd quartadecima luna Pascha celebrant, quilibet septimanæ occurrerit dies: & si dies Dominicus incurrerit, ipso die ieiunant & vigilant. Hoc tantum à nobis discrepant, nihil aliud. Hos sanctus Ioannes Constantinopolites Episcopus tali ratione in multis ciuitatibus obtinuit. Abiit cum clero suo, & cum eis Pascha celebrauit, dicens, Sicut nos vobiscum celebrauimus Pascha, venite & vos nobiscum suscipite: à quibus cum hoc impetrauit, cœperunt vnum sapere & nobiscum celebrare diem. Probauerunt enim totam fidei regulam sic eos sicut se tenere, sic illos sicut nos credere.

HÆRESIS XXX.

C Tricesima hæresis Alogiorum: Propterea sic vocantur, quia Verbum Dei esse filium accipere nolunt: in tantum vt Euangelium sancti Ioannis dicant ipsius non esse: nec Apocalypsim accipiunt eiusdem Ioannis. Quid multa? Omnia nobiscum sapiunt, Verbum Dei filium Dei penitùs quasi blasphemiam exsecrantur. Hos Philo Episcopus sæpe superauit.

HÆRESIS XXXI.

Tricesima prima hæresis Adamianorum, qui ex Adam nomen acceperunt, cuius imitantur in paradiso nuditatem, qualis fuit ante peccatum. Vnde & nuptias auersantur; quia nec prius quàm dimissus esset de paradiso, cognouit vxorem. Credunt ergo quòd nuptiæ futuræ non fuissent, si nemo peccasset. Nudi itaque mares feminæque conueniunt, nudi lectiones audiunt, nudi orant, nudi celebrant sacramenta. Et ex hoc paradisum suam arbitrantur Ecclesiam. Hos
D sanctus presbyter Polycarpus detexit, obtinuit, eliminauit.

HÆRESIS XXXII.

Tricesima & secunda hæresis Helcesæorum. Hos quidam Helchi nomine pseudopropheta decepit: ex cuius genere duas mulieres tanquam Deas ab eis perhibetur adoratas. Cetera Hebioneis similis tenere ab Epiphanio adseruntur. Hos Papias Presbyter Achaiæ obtinuit.

HÆRESIS XXXIII.

Tricesimum & tertium locum hæresis tenent Theodotiani, à quodam Theodoto instituti, hominem tantummodo Christum Dei filium adserentes: quod dicitur idem Theodotus propterea docuisse, quia in persecutione lapsus isto modo se casus sui deuitare putabat approbrium, si non Deum negasse, sed hominem videretur. Hos obtinuit Craton Episcopus E Syrorum.

HÆRESIS XXXIV.

Tricesimam quartam hæresim Melchisedechiani inuenerunt. Melchisedech, sacerdotem Dei excelsi, non hominem fuisse, sed virtutem Dei esse arbitrantur, illum locum sequentes Apostoli ad Hebræos, quo ait, *sine patre, sine matre, sine genealogia*. His occurrit Dionysius Hierosolymorum Episcopus, dicens Hebr. 7. hunc & patrem habuisse, & matrem, & hoc ideo dixisse Apostolum, quia & genealogia ipsius, & materna, paternáue prosapia, non habetur in eo ordine, in quo lex Hebræorum adscripta est, cum Deo vtique placuerit generatio Hebræorum.

HÆRESIS XXXV.

Tricesima quinta hæresis sunt Bardesanitæ, à quodam Bardesane peruersi. Qui Bardesan dicitur perfectus fuisse catholicus, sed postea in id per Valentini F discipulum incurrisse, vt malam diceret carnis humanæ creaturam, animæ bonam. Hunc in Cappadocia damnauit Theocritus Episcopus, docens Deum bonum vtraque fecisse, vtraque copulasse, & carnis humanæ non naturam, sed præuaricationem esse culpandam.

HÆRESIS XXXVI.

Hæresis tricesima & sexta Noëtianorum est, qui dicunt Christum eundem ipsum esse patrem & Spiritum sanctum: non per substantiam, sicut nos, sed per personam, vt putatiuè dicatur Spiritus sanctus, non veraciter. Hic damnatus est à Tranquillo Episcopo Chalcedoniorum Syriæ. Ostendit enim Patrem verum, Filium verum, Spiritum sanctum verum: vnum quidem Deum per vnam substantiam, sed tres per distinctionem personas credi debere confirmans.

HÆRESIS XXXVII.

G In tricesimam & septimam hæresim Valesij incurrunt: qui infelices & seipsos castrant, & hospites suos. Hoc modo dicunt illud impleri, *qui se castrauerunt* Matth. 19.12. *propter regnum cælorum*. Alia quoque hæretica doceri dicuntur, & turpia: sed quæ illa sint, nec ipse Epiphanius commemorat, nec vspiam potui reperire. Hi à Synodo sunt damnati Achaiæ.

HÆRESIS XXXVIII.

Tricesima octaua hæresis est Catharorum, qui seipsos isto nomine quasi propter munditiam superbissimè appellant. Secundas nuptias non admittunt. Pœnitentiam denegant, Nouatum sectantes hæreticum: vnde etiam Nouatiani appellantur. Contra hunc beatus Xystus Martyr & Episcopus, & venerabilis Cyprianus Martyr Christi, tunc Carthaginiensis Pontifex, scripsit contra Nouatum librum de lapsis, quòd possint per pœnitentiam recuperare gratiam, quam H labendo perdiderant: quod Nouatus asserebat fieri omnino non posse.

HÆRESIS XXXIX.

Tricesima & nona hæresis Angelicorum est. Hi Angelicos se vocari voluerunt. Dicunt enim Angelos debere adorari & excoli animo, & ipsis preces effundi, vt ipsi quem sciunt posse plus à se, ipsi faciant, votis hominum & petitionibus subuenire. Hos Epiphanius iam omnino defecisse testatur victos à Theophilo Apameo Episcopo.

HÆRESIS XL.

Quadragesimo loco apparuerunt Apostolici, qui se hoc nomine adrogantes appellari voluerunt, eo quòd in suam communionem non recipiunt vtentes coniugibus, & res proprias possidentes, quales habet catholica, & monachos, & clericos plurimos. Ideo ergo

A isti hæretici sunt, quia se ab Ecclesia separantes, nullam spem eos putant habere qui vtuntur his rebus, quibus ipsi carent. Hic in eo testimonio occurrit Ecclesia, in quo dicit Apostolus, Etiamsi corpus meum
1.Cor. 13.3. non solùm abstinentiis macerem, sed etiam tradam eum igni vt ardeat, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest.

HÆRESIS XLI.

In quadragesimam & primam hæresim Sabelliani à Sabellio incurrerunt: ipsum sibi Patrem, ipsum sibi Filium, ipsum sibi sanctum Spiritum confitentes. Hi sunt qui & Praxeani dicuntur, qui habuerunt inter initia Praxeam quendam doctorem. Dicuntur & Hermogeniani, quia Hermogenem habuerunt in Sabellij contubernio. His occurrit Dositheus Episcopus Seleuciæ, docens eum totam Trinitatem negare, dum se æstimat vnitatem defendere. Pater enim ingenitus, Filius genitus, Spiritus sanctus procedens
B ex Patre, coæqualis per omnia Patri & Filio. Deitas enim sic recipit vnitatem substantiæ, vt distinctionem personæ non perdat.

HÆRESIS XLII.

Quadragesimam & secundum hæresim Origeniani inchoauerunt, à quodam Origene, non illo qui fere omnibus notus est, sed alio Syro quodam sceleratissimo: de quo dicit Epiphanius, quòd tam turpia docuerit, vt nec debeant per scripturam ad nostros posteros destinari.

HÆRESIS XLIII.

Quadragesimam & tertiam hæresim alij Origeniani continuo subsecuti sunt, vt dicit Epiphanius: qui & mortuorum resurrectionem negant: Christi autem creaturam esse sanctum Spiritum dicunt: paradisum autem, & cælos, allegorice dicta firmantes. Hi duo
C Origenes praua quæque scripserunt. Hæretici & peruersi doctores nostro Origeni catholico tractatori miscuerunt vt adimpleretur quod dicitur à Domino in
Matt. 13. 17. Euangelio, *Nonne bonum semen seminasti in agro tuo? vnde ergo hæc zizania? Qui respondens ait, inimicus homo hæc fecit.* Ideo enim Origenem legentes inuenimus catholicum, & contra hæreses dimicantem & vincentem: identidem legentes Origenem inuenimus hæreticum & aduersa fidei adstruentem. Litteræ verba tradunt & sensus. si possent & facies loquentium demonstrare, errorem nullus poterat de persona doctoris incurrere. Nam & illud cauendum est, quod Ampullianus quidam hæresiarches Bithynius, qui docebat post Origenem Ecclesiam Dei. Hic incurrit talem hæresim, vt diceret omnes criminosos cum diabolo & dæmoniis vsque in gehenna decoqui, vsquequo puri redditi possint inde mundi & immaculati egredi, ad hoc quod antea fuerant alieni à culpa suo iterum creatori restitui. Hic dum argueretur ab vniuersali
D Ecclesia, cœpit proferre libros Origenis, quos ipse vitiauerat, & dicere, Ecce quia Origenes ita sensit: & præcipuè in quatuor periarchon libris. Sed qui sani sensus est, & habet splendidos oculos, sic videt addita in Origenis opusculis mala ista atque cognoscit, sicut si in stragulo coccineo pannos albos, aut cuiusque alterius coloris cernat adsutos. Quod ita esse sanctus Martyr Pamphilus docet, qui antequam ad martyrij coronam adtingeret, inreprehensibiliter cathedram episcopatus obtinuit, & sanam doctrinam Dei populis ministrauit. Hic edidit apologeticum, & omnia quæ de Origene catholici ignorantes mentiuntur, exclusit, ostendens ea, quæ reprehensibilia inueniuntur in eius opusculis, Origenis non esse, sed eorum quos ipse superauerat: alia verò, quæ tota peruersa sunt, aliorum duorum hæreticorum esse, qui Origenis nomen, non fidem, nec conscientiam habuerunt.

HÆRESIS XLIV.

E Quadragesima & quarta hæresis, à Paulo Samosateo inuenta, Paulianum sibi populum fecit. Christum non semper fuisse, sed à Maria cœpisse, nec amplius eum aliud quàm hominem dicunt. Hæc hæresis antea fuit Artemonis, quæ cùm defecisset, ab isto Paulo Samosateo restaurata est. Item contra hunc suscipiens Ecclesia, licet post multos annos, dum defecisset cum adsertoribus praua defensio, à Photino nostro Episcopo renouata iterum, Photinianum populum pullulauit. Siue ergo Artemonianos audias, siue Paulianos, siue Photinianos, vnum scias: sicut Donatistas, & Monteses, & Parmenianos vocamus, Donatistas à Donato, Monteses à montis latebra, Parmenianos à Parmeniano, qui per totam Africam libros contra nos conficiens, & nouos psalmos faciens circumibat, contra quem noster scripsit Optatus. Sed redeamus ad Paulianos. Omnibus notum est, nos hæreticos venientes non rebaptizare, sed manum reconci- F
liationis accedere, & ita diuino populo tradere sociandos. De Paulianis autem sancta Synodus Nicæna hoc constituit, vt prorsus baptizentur, & ita demum catholico populo socientur. Vnde ego credo regulam eos baptismatis integram non tenere: & ideo hoc decretum à Christi Pontificibus constitutum.

HÆRESIS XLV.

Quadragesima & quinta hæresis Photinianorum est à Photino, quem sic dicit nostrum Episcopum fuisse, sicut fuit noster Iudas Scariotes Apostolus. Hic suum populum fecit. Hominem quidem purum fuisse Christum docebat, & à Maria cœpisse cum Paulo Samosateo sentiebat: sed Spiritum sanctum semper fuisse memorabat: hoc solùm quadragesimæ quartæ hæresi dissimilis, quòd populum à se peruersum suo nomine noncupauit.

HÆRESIS XLVI.

G Quadragesima & sexta hæresis à Mane inchoata Manichæorum contubernium fecit. Hic Manes, cùm esset ciuis Persa, & in Perside docens se Apostolum Dei diceret, etiam ad Græciam deuolutus est. Quem Græci discipuli eius, deuitantes nomen insaniæ, Manichæum vocari decreuerunt, id est quasi manna fundentem. Iste duo principia inter se diuersa & aduersa, eadémque æterna & coæterna, hoc est semper fuisse composuit: duásque naturas atque substantias, boni scilicet & mali, sequens alios antiquos hæreticos, opinatus est. Quorum inter se pugnam & commixtionem, & boni à malo purgationem, & boni quod purgari non potuit cum malo in æternum damnationem, secundum sua dogmata adscurrantes, multa fabulantur, quæ cuncta intexere nimis longum est. Dicunt animas bonas, & eiusdem cuius est Deus esse naturæ. Proinde mundum à natura boni, hoc est à natura Dei factum confitentur quidem, sed de commixtione boni & mali, quæ facta est quando inter se vtraque H
natura pugnauit. Ipsam verò boni à malo purgationem ac liberationem, non solùm per totum mundum, & de omnibus eius elementis, virtutem Dei facere dicunt: verum etiam Electos suos per alimenta quæ sumunt. Et eis quippe alimentis, sicut vniuerso mundo, Dei substantiam perhibent esse commixtam: quam purgari putant in Electis suis eo genere vitæ quo viuunt Electi Manichæorum, velut sanctius & excellentius Auditoribus suis. Nam his duabus professionibus, hoc est Electorum & Auditorum, Ecclesiam suam constare voluerunt. In ceteris autem hominibus, etiam in ipsis Auditoribus suis, hanc partem bonæ diuinæque substantiæ, quæ mixta & colligata in escis & potibus detinetur, maximéque in eis qui generant filios, arctius & inquinatius colligari putant. Quicquid verò vndique purgatur luminis, per quasdam naues, quas esse Lunam & Solem volunt, regno Dei tan-

quam

A quam propriis sedibus reddi. Quas naues de substantia Dei pura perhibent fabricatas: lucémque istam corpoream, animantium mortalium oculis adiacentem, Dei dicunt esse naturam. Quinque enim elementa, quæ genuerunt principes proprios, genti tribuunt tenebrarum: eáque elementa his nominibus nuncupant, fumum, tenebras, ignem, aquam, ventum. In fumo nata animalia bipedia, vnde homines ducere originem censent in tenebris repentia, in igni quadrupedia, in aquis natatilia, in vento volatilia. His quinque elementis malis debellandis alia quinque elementa, de regno & substantia Dei missa esse dicunt, & in illa pugna fuisse permixta, fumo aërem, tenebris lucem, igni malo ignem bonum, aquæ malæ aquam bonam, vento malo ventum bonum. Naues autem illas, id est duo cæli luminaria, ita distinguunt, vt lunam dicant factam ex bona aqua, solem verò ex bono igni. Esse au-

B tem in eis nauibus sanctas virtutes, quæ se in masculos transfigurant, vt inliciant feminas gentis aduersæ: & per hanc inlecebram commota eorum concupiscentia, fugiat de illis lumen quod membris suis permixtum tenebant, & purgandum suscipiatur ab angelis lucis, purgatúmque in illis nauibus imponatur ad regna propria reportandum. Qua occasione coguntur Electi eorum velut Eucharistiam conspersam cum semine humano sumere, vt etiam inde, sicut de aliis cibis quos accipiunt, substantia illa diuina purgetur. Sed hoc se dum facere negant, detecti sunt. Nam & apud Ecclesiam Carthaginiensem ita sunt manifestati. Denique in conuentu Episcoporum, coram omni populo, confessa est puella, nondum annorum duodecim, istam nefariam turpitudinem, & multas prodidit, seipsam adserens ob hoc scelestum sacramentum eorum vim esse perpessam. Cui cùm primò non crederetur, vni puellæ & soli, plurimas nominauit huius facinoris conscias: quas solatio Vsii Tribuni, qui tunc domui regiæ præfuit, de diuersis domibus,

C vbi latebra fouebantur, eiectas à clericis ad Ecclesiam Restitutam adductas, id ipsum propter hoc ipsum passas. via & compulsas constat esse confessas. Tunc totum illud turpissimum scelus, vbi ad excipiendum & commiscendum concumbentium semen farina substernitur, profertur in medium, & quod cum infinito rubore dicitur & auditur, recenti tempore nonnulli eorum ad Ecclesiam adducti sunt, sicut gesta Episcopalia ibidem confecta testantur. Tria ergo genera eorum sunt, Catharistæ, Macarij, & Manichæi. Omnes tamen has tres formas ab vno magistro, ipso scelerato Mane, constat esse conscriptas. Omnes denique Manichæum legunt, & omnes libri eius sunt eis sine dubitatione communes. In quibus libris agitur, vt per concupiscentiam dissoluatur vtriusque sexus princeps tenebrarum, & fugiat ab eis liberata diuina substantia, quam in hominis semine teneri existimant inquinatam: vnde etiam Catharistæ appellantur, quasi purgatores. Qui cùm carnes non comedant, tam polluti sunt, vt

D cum omnibus suis etiam humanum semen adsumant, cùm nec oua ipsa accipiant: aiunt enim, & ipsa dum franguntur expirant. Sed nec alimonia lactis vtuntur: non quia putent diuinæ substantiæ nihil ibi esse permixtum: sed quia sibi error ipse non constat. Nam & vinum non bibunt, dicentes fel esse principis tenebrarum: & tamen vuas comedunt, cùm de musto nec digitum intinctum adsumant. Animas Auditorum suorum in Electos reuolui arbitrantur: ceteras autem animas, quæ eorum non sunt Auditorum, in pecora redire adseruot, & in omnia quæ radicibus fixa sunt, atque aluntur in terra. Herbas enim, & arbores, ita in eis vitam esse putant, vt sentire ea cùm læduntur æstiment, & dolere. Vnde & agriculturam, quæ omnium artium est innocentior, tanquam plurimorum homicidiorum ream, dementes accusant, & præcipuè cùm agrum ab spinis viderint repurgari: suísque Auditoribus ideo arbitrantur ignosci, quia præbent inde alimenta Electis suis: vt diuina illa substantia, in eorum

E ventre purgata, impetret eis veniam, quorum traditur oblatione purganda. Itaque ipsi Electi, nihil in agris operantes, nec poma carpentes, nec folia vlla vallentes, expectant hæc afferri vsibus suis ab Auditoribus suis, viuentes tot & tantis secundum suam vanitatem homicidiis alienis. Monent etiam eosdem Auditores suos, vt si vescuntur carnibus, animalia non occidant, ne offendant principes tenebrarum in cælestibus conligatos, à quibus omnem carnem dicunt originem ducere. Et sic vtuntur coniugibus, vt conceptum generationémque deuitent: ne diuina substantia, quæ in eos per alimenta ingreditur, vinculis carneis ligetur in prole. Sic quippe in omnem carnem, id est escas & potus, venire animas credunt. Vnde & nuptias sine dubitatione condemnant, & quantum in ipsis est prohibent, quando generare prohibent, propter quod sunt copulanda coniugia. Adam & Euam ex principibus fumi adserunt natos: quorum pater

F nomine Saclas, quem sociorum suorum fœtus omnium adserunt deuorasse, & quicquid inde commixtum diuinæ substantiæ ceperat, cum vxore concumbens in carne prolis, tanquam tenacissimo vinculo, conligasse. Christum autem fuisse adfirmant quem dicit nostra scriptura serpentem: à quo inluminatos adserunt eorum adspectus, vt bonum à malo agnoscerent: cúmque Christum nouissimis temporibus aduenisse, ad animas non ad corpora liberanda. Nec fuisse in carne vera, sed simulatam speciem carnis ludificandis humanis sensibus præbuisse: vbi non solùm mortem, verùm etiam resurrectionem similiter mentiretur. Deum, qui legem per Moysen dedit, & in Hebræis prophetis locutus est, non esse Deum verum, sed vnum ex principibus tenebrarum adfirmant. Ipsiúsque testamenti noui scripturas tamquam falsatas ita legunt, vt quod volunt inde accipiant, quod nolunt reiciant: eísque tamquam totum verum habentes nonnullas apocryphas antepo-

G nunt. Promissionem Domini nostri IESV CHRISTI de Paraclito, in suo hæresiarche Manichæo dicunt esse completam. Vnde se ipse in suis litteris IESV CHRISTI Apostolum dicit, eo quòd IESVS CHRISTVS se eum missurum esse promiserit: & ideo eius Apostolus, quia in eo missus sit Spiritus sanctus. Propter quod etiam ipse Manichæus duodecim discipulos habuit, instar Apostolici numeri: quem numerum Manichæi hodiéque custodiunt. Nam & ex Electis suis habent duodecim quos appellant Magistros, & tertium decimum principem ipsorum. Episcopos autem 72. qui ordinantur à Magistris, & presbyteros, qui ordinantur ab Episcopis, numeri indefiniti. Habent etiam Episcopi diaconos. Iam ceteri tantummodò Electi vocantur. Sed mittuntur etiam ipsi, qui videntur idonei, ad hunc errorem, vel vbi est augmentandum, vel vbi non est seminandum. Baptismum in aqua nihil cuiquam perhibent salutis adferre: nec quemquam eorum quos

H decipiunt baptizandos putant. Orationes faciunt ad Solem per diem, quaqua versum circuit: ad Lunam per noctem si apparet: si autem non apparet, ad Aquilonium partem, qua sol cùm occiderit ad Orientem reuertitur. Stant orantes. Peccatorum autem originem non libero arbitrio voluntatis, sed substantiæ tribuunt gentis aduersæ, quam dogmatizant esse hominibus mixtam. Omnem verò carnem non diuinitatis, sed malæ mentis adserunt esse opificium, quæ contrario Deo coæterna est. Carnalem concupiscentiam, qua caro concupiscit aduersus spiritum, substantiam volunt esse contrariam, sic nobis adhærentem, vt quando liberamur atque purgamur, iterum separetur, & in sua natura etiam ipsa immortaliter viuat. In vno homine duas dicunt animas esse, & duas mentes, easque per naturam contrarias, bonas & malas: easque dicunt inter se habere conflictum. Finito autem isto seculo, post conflagrationem mundi, istam substantiam mali in globo quodam dicunt tamquam in carcere esse victuram. Cui globo adfirmant accessurum, & sem-

per

A per ahæsorum, & quasi coopertorium atque tectorium, ex animabus natura quidem bonis, sed tamen quæ non potuerint à naturæ malæ contagione mundari.

HÆRESIS XLVII.

Quadragesimus septimus hæreticus Hieraca Hieracitas instituit. Hi resurrectionem carnis negant. Monachos tantùm & monachas, & eos qui coniugia non habent, in communionem recipiunt. Ad regnum cælorum non pertinere paruulos dicunt, quia non sunt eis merita vlla certaminis quo vitia superantur. Contra hunc suscepit sanctus Aphrodisius Hellesponti Episcopus, adserens resurrectionem carnis & nouo & veteri Testamento esse firmatam. Insanites autem iam homines esse: & sicut si quis eos occidat homicidæ suscipit crimen, sic qui eos baptismate consecrauerit, mercedem sibi de hominis salute adquirit. Communionem nulli negandam, nisi his qui prætermissis
B coniugibus propriis alienas requirunt.

HÆRESIS XLVIII.

Quadragesima octaua hæresis est Meletianorum, à Meletio quodam. Nolentes orare cum his qui in persecutione ceciderant, schisma fecerunt. Quibus restitit sanctus Basilius Episcopus Cappadociæ, dicens maiorem spei & fidei caritatem, quæ omnia tolerat, & manum lapsis magis porrigendam. Hortatur etiam desperantes recuperatione prouocandos vt redeant: siquidem etiam Angelis in cælo gaudium fiat ar vnius pœnitentia, quam nonaginta nouem qui non peccauerunt.

HÆRESIS XLIX.

Quadragesimus & nonus hæresiarches Arrius ortus est. Hic populos Arrianos instituit: qui Patrem & Filium & Spiritum sanctum nolunt esse vnius eiusdémque substantiæ, sed esse Filium creaturam, Spiritum
C verò sanctum creaturam creaturæ, hoc est ab ipso Filio creatum volunt. In eo autem quòd Christum sine anima carnem suscepisse arbitratur, Epiphanius prodidit. Et ideo Patrem maiorem Filio sic dicit, quasi creatorem: & Filium maiorem Spiritu sancto, quasi creatorem eius. Nostros, id est catholicos, ad se venientes rebaptizant: vtrum hoc etiam alijs, id est non catholicis, faciant, nusquam legitur. Primus contra hos suscepit sanctus Hesiodus Episcopus Corinthiorum, vir qui etiam mortuos suscitasse adseritur. Vnde factum est, vt plus sanctitatem quàm disputationem attendentes homines Arrium execrarentur. Siquidem eius orationibus adseritur ipso Arrius in secessum sedens vniuersa simul interanea cum stercoribus profudisse. Iam contra sectam eius tam Orientales quàm etiam Occidentales Episcopi scripserunt. Quibus eum per singula capita dogmatum suorum adserunt blasphemantem.

HÆRESIS L.

D Quinquagesimos Audianos memorat Epiphanius, non quidem hæreticos, sed schismaticos: quos alij Anthropomorphitas vocant, quoniam Deum sibi fingunt, cogitatione carnali, in similitudine imaginis corruptibilis hominis, dicentes, *Oculi Domini super iustos: cælos opera digitorum Dei*, &, *Deus sedet super sedem sanctam suam*, &, *Deus stetit in Synagoga Deorum*, & cetera: quæ possunt de visibili cogitari. Quia ergo in nullo alio errant, mitius eos agens Epiphanius, noluit hæreticos nominare, dans veniam rusticitati. Quòd autem nobis non communicant, diuitias habere nostros Episcopos clamant, quas Christus etiam laicos contemnere iubet. Pascha cum Iudæis celebrant. Egit contra hos Zenon Syrorum Episcopus.

Ps. 33. 16.
Ps. 8. 4.
Ps. 46. 9.
Ps. 81. 1.

HÆRESIS LI.

Quinquagesima prima hæresis Eunomianorum, ab Eunomio. Hi serpentis antiqui spiritu pleni, non solum minorem Filium, sed nec similia essentiæ esse Filium adsueuerant. Egit contra hos Ammonius presbyter. E

HÆRESIS LII.

Quinquagesima secunda hæresis Macedonianorum, à Macedonio. Hos Pneumatomachos appellant per Orientem nostri, eo quòd de Spiritu sancto litigent. Nam de Patre & Filio rectè sentiunt: Spiritum verò sanctum nolunt credere Deum, creaturam eum dicentes. Philaster scribit Macedonium Spiritum sanctum deitatem Patris & Filij dicere: quo dicto videtur proprietatem suam sancto Spiritui denegare.

HÆRESIS LIII.

Quinquagesima tertia hæresis Aërianorum, ab Aërio quodam: qui cùm esset presbyter, doluisse fertur quòd non esset Episcopus ordinatus. Cœpit docere, non debere pro dormientibus offerri: nec statuta celebranda esse ieiunia: sed cùm quisque voluerit ieiunandum, ne videatur esse sub lege. Presbyterum ab Episcopo nulla differentia debere discerni: & non admitti ad communionem suam, nisi à coniugio abstinentes. F

HÆRESIS LIV.

Quinquagesima & quarta hæresis Aëtiana, ab Aëtio vocata. Hi cum Eunomio dissimilem per omnia Patri Filium confitentur: & dicunt, quicunque nostræ fidei consentiunt, sciant sibi nulla obesse peccata, quæcumque ab eis fuerint perpetrata. Contra hos Synodus 20. Episcoporum egit in Achaia.

HÆRESIS LV.

Quinquagesima & quinta hæresis Apollinaristarum est, ab Apollinare inchoata. Negant hominem perfectum in Christo, sed adsumptionem carnis ita factam, vt intus in homine pro anima diuinitas esset. Carnem autem & Verbum vnius eiusdémque voluit docere substantiæ. Contentiosissimè adserentes *Verbum caro factum est*, volunt docere aliquid de Verbo in carnem conuersum. Insuper etiam de Mariæ carne nihil esse susceptum in incarnatione Domini nostri IESV CHRISTI confirmant. Egit contra hunc Synodus in Antiochia. G

HÆRESIS LVI.

In quinquagesima sexta hæresi Antidicomaritæ appellati sunt hæretici, qui Mariæ virginitati vsque adeo contradicunt, vt adfirment eam post Christum natum viro fuisse commixtam. Egit contra hos Theodotus Cyprius Episcopus.

HÆRESIS LVII.

Quinquagesimam & septimam hæresem Messalianorum inuenimus: quod nomen ex lingua Syra est, Græcè autem dicuntur Euchitæ, ab orando sic appellati. Non psallunt, iugiter orant. Sed quia hoc solùm faciunt, non habentes caritatem, nec alloquij, nec humanitatis, inter hæreticos sunt à sancta Synodo computati. Condemnant etiam eos Monachos, qui aliud, præter legendi orandique opera, aliquid fuerint operati, vel artis, vel agriculturæ. Vsque ad istos Epiphanius peruenit, & siluit. Credo eum vsque ad id tempora vixisse. Præterita enim & præsentia indicare humana curiositas potest: Deus autem solus potest futura prædicere. Verùm quia Philaster in suis & ipse libris, quibus diuersorum texuit historias, etiam hæreses quæ ortæ fuerint ceteris quibusque temporibus, ex eius nunc libris discerpendo solas hæreses in medium exhibemus. Egit contra hos Ephrem presbyter Syrorum. H

HÆRESIS LVII.

Quinquagesimam & octauam hæresem Metangismo-

A nitæ inchoauerunt. Ἀγγεῖον Græco sermone vas dicitur, μεταγγισμὸς autem vas intra vas aduertitur. Ex isto ergo articulo hoc sibi nomen adsumunt, dicentes, sic est Filius in Patre, quomodo vas minus intra vas maius. Quos ideo repudiat Ecclesia: quia de incorporeo carnaliter sentiunt, & de incomprehensibili* liniatis agunt, & de æqualitate diuinitatis gradus statuunt. Egit contra hos Diodorus Episcopus Nicomediæ.

HÆRESIS LIX.

In quinquagesima & nona hæresi Seleuciani sunt, orti à Seleuco, qui elementorum materiam, de qua factus est mundus, non à Deo factam dicunt, sed Deo coæternam, nec animam Deo tribuunt creatori, sed creatores esse animarum Angelos volunt de igni & de spiritu. Malum autem adserunt esse aliquando à Deo, aliquando à materia. Negant Saluatorem in carne sedere B ad dexteram Patris: sed ea se exuisse perhibent, eamque in Sole posuisse, accipientes occasionem de psalmo, vbi legitur, *In sole posuit tabernaculum suum.* Negant visibilem paradisum, baptismum in aqua non accipiunt, resurrectionem non credunt futuram, sed quotidie adserunt in generatione filiorum. Hos non admittit disciplina fidei nostræ nobiscum disceptationem adsumere: sed pro definitionibus suis eos præcepit anathemati mancipari.

HÆRESIS LX.

Sexagesimam hæresim Proclinianistæ à Proclino fecerunt. Dicunt isti, Dei Filium sic paruisse in terris, sicut Raphaëlem angelum, aut Gabrielem, non carne adsumpta, sed visa. Sic se miscent populo Dei, vt non intelligantur. Denique quia nullum alium errorem patiuntur, communicant nobiscum: & hoc est quod peius est, quia quoscumque simplices inuenerint, ita eos faciunt sentire & credere. Hoc scelus valde ini- C micum salutis nostræ ita adstruunt, Ergo Deus illas sordes habuit sustinere, quas naturalis conceptio partus & patientis infligit? habuitque Dei filius habere aluum degesta sua abluentem, humorem de naribus, saliuam ex ore, sordem in aure, in ventre stercora, putorem in exhalatione? & his similia, quæ insania mentis excogitat. His Tertullianus vehementer occurrit, ostendens Dei Filium impassibilem esse, & ista diuinitati non iniuriam sed laudem adferre. Sicut rex, qui volens anulum aureum cùm gemma de cloaca leuare, induit se seruilem tunicam, & sic descendit ad cloacam, vt stercoreas iniurias tunica illa suscipiat, & mittens manum, & anulum aureum cum gemma eripiens, aqua abluit, & digito suo regali induit, postea quam inde ascenderit. Ita proculdubio Dei Filius, formam serui suscipiens, venit non solùm ad inferos cœlorum, vbi nos sumus qui videmur viuere in mondo, sed etiam ad inferos inferiores, qui tanto à nobis sunt profundiùs, quanto nos sumus cœlo, & vt inde humanum D genus eriperet, cunctarum sordium, non suarum, sed nostrarum, est squalorem perpessus. Pro viuentibus sic visit, sicut nos qui viuimus, nihil aliud distans, nisi hoc, quòd immaculatam vitam exercuit, habens intra se Deum: pro mortuis sic mortuus, nihil distans nisi hoc, quòd tertia die resurrexit à mortuis, & quòd propterea sic descendit, vt sanctos inde eroeret, & mortis principem religaret. Quòd autem anulum aureum cum gemma posuit, hoc in sequenti lectione edocuit, quòd anulum corpus posuerit, gemmam verò inclusam esse animam declarauit. Hunc ergo anulum de stercoribus antiquis, & de cloaca hujus mundi, Christus eleuans, ac baptismatis vnda perfundens, ab omni squalore abluens, in suis fecit sanctis manibus radiare. Siquidem ita legitur, *Iustorum autem animæ in manu Dei sunt,* & iterum, *Pone me sicut anulum in manu tua,* &, *In manus tuas commendo spiritum meum,* & infinita sunt his similia in sanctis apicibus, quæ nos causa breuitatis omittentes, ad sexagesimam & primam hæresim accedamus.

HÆRESIS LXI.

E Sexagesimam & primam hæresim Patriciani fecerunt, à Patricio sumentes exordium. Hi substantiam carnis humanæ non à Deo, sed à diabolo conditam dicunt: eámque sic detestantur, vt hunc dicant esse perfectum, qui se potuerit constanter occidere. Ex his sunt aliquanti, qui etiam rogant eos quos inuenerint ignotos, vt ab eis occidantur. Hæc insania in partibus Numidiæ superioris & Mauritaniæ cœpit olim. Hos miseri Donatistæ postea secuti, cœperunt se montis præcipitio quasi futuri martyres tradere: vt qui vitam æternam catholicæ fidei derelinquunt, vitio banati æternam mortem inueniant. Contra hos Optatus legitur egisse.

HÆRESIS LXII.

F Sexagesima secunda hæresis Ascitarum est. Ascitæ ergo ab vtre appellantur. Ἀσκὸς enim Græcè vter dicitur. Isti cùm in Trinitate nihil mali habeant, vtrem tamen ingentem iuxta altare ponunt, eumque vacuum inflant, & linteaminibus velant & adorant, quia confectum cruoris Domini ibi adiciunt, illud dicentes euangelicum, *Vinum nouum in vtres nouos adiciunt, & vtraque conseruantur.*

HÆRESIS LXIII.

Sexagesima tertia hæresis est Passalorynchitæ Omnes, quando ad Ecclesiam suam conueniunt, tanto silentio student, vt & naribus & labiis suis digitum adponant, ne vel ipsam taciturnitatem flatibus lædant. Cur autem per palum digitum significare maluerint, à quibus hoc nomen compositum est, nescio, cùm Græcè πάσσαλος palos dicatur, & digitus δάκτυλος, & ῥύγχος nasus. Melius autem mihi videtur, si Dactylorynchitæ vocitentur. Inuenit sibi diabolus in lege Dei quos faceret Pythagoras, illud obseruantes Apostoli, *Orabo spiritu, orabo &* G *mente: psalmum dicam spiritu, psalmum dicam & mente.* Docent ergo homines foras Ecclesiam, quid dicant in cordibus suis intra Ecclesiam positi. Quasi non idem Apostolus dixerit, *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Vanum dico ego eum laborem arripere, qui dignatur talibus respondendo tempus consumere, iustumque iudico, vt tacentes tacendo vincamus.

HÆRESIS LXIV.

Sexagesima quarta hæresis Aquariorum, qui ex hoc appellati sunt Aquarij, quod aquam offerunt in poculo sacramenti. Dicunt enim vinum ebrietatis esse rem, per quam homicidia, & fornicationes, & cetera scelera perpetrantur, cùm constet omnia excedentia modum crimen facere, & vitium procreare. Non ergo vini haustu, sed nimietate, crimina committuntur. Quid est enim, quod nimis sumptum non culpam incorrat? H Bibatur nimis aqua, videamus si non lædat, comedatur nimis panis, videamus si non crapulam faciat. Optimum ergo in rebus omnibus modum tenentes, etiam hos anathematizamus, qui cruorem Christi à fonte separantes, præiudicio fornicatorum & homicidarum, regulam à Christo fundatam audacter infringant.

HÆRESIS LXV.

Sexagesima quinta hæresis Coluthianorum à quodam Colutho emersit. Hi dicunt Deum creasse mala & bona: secundum litteram sentientes quod dicitur, *Ego Deus creans mala & faciens bona.* Cùm Deus hoc per prophetam promiserit, quòd faceret eos sine gladio hostium viuere, & faceret terram dare germen suum, abundantiámque omnium frugum, si eius mandata seruassent: si verò præuaricatores essent, gladium & famem paterentur, & his dictis adiunxerit, *Ego Deus creans mala, & faciens bona,* illi hoc ad substantiam ab specie transferentes, malorum Deum ad-

ferunt creatorem. Cùm creatura nulla sit male, possunt, vt video, Deum blasphemare peruersum, quia dicit ad populum, *Si ambulaueritis recti, & ego vobiscum ambulabo rectus: si autem ambulaueritis peruersi, & ego incedam vobiscum peruersus.*

HÆRESIS LXVI.

Sexagesima sexta hæresis Florianorum, à Floriano, qui dicit malas animas & bonas à Deo creari. Ideo, inquit, qui malitiosi sunt, mali sunt & non mutantur, & boni simpliciter viuentes non in audaciam iniquorum hominum prosiliabunt. Quod dictum à Theodoro breuiter vincitur ita. Iudas bonus fuit, & factus est traditor. Ipso tempore quo meretrix pessima lacrymis rigabat pedes eius, misericordiam quærens, si animam malam habuit mulier, quare in meretricio crimine non eo tempore perdurauit? Constat ergo animas bonas à Deo conditas, quibus per naturam hoc inesse creator indulsit, vt cùm sint bonæ, non solùm actu suo meliorentur, sed etiam in ipsa possint malignitate conuerti, dum illud diligentiæ inuenit, hoc incurrit negligentiæ.

HÆRESIS LXVII.

Sexagesima & septima hæresis est Setannianorum, à Setannio. Hi dicunt, post resurrectionem mortuorum, in eodem statu, in quo nunc sumus, nos esse mansuros: neque ita esse mutandos, vt sit cælum nouum & terra noua, sicut sancta scriptura promittit. Contra hos vtriusque Testamenti scripta luctantur.

HÆRESIS LXVIII.

Sexagesima & octaua hæresis est Gymnopodarum. Hi nudis pedibus semper ambulant, eo quòd dixerit Dominus ad Moysem, *Solve calceamentum de pedibus tuis*, & quod sanctus Esaias legitur nudis pedibus ambulasse. Ideo, hi schisma faciunt, quoniam calceatos condemnant.

HÆRESIS LXIX.

In sexagesimam & nonam hæresim Donatistæ à Donato exorti sunt, qui propter ordinatum contra suam voluntatem Cæcilianum, Ecclesiæ Carthaginiensis Episcopum, schisma fecerunt, obiicientes ei crimina non probata, & maximè quòd à traditoribus diuinarum scripturarum fuerit ordinatus. At vbi bine mentiti conuicti sunt, schisma in hæresim conuerterunt. Quasi etiamsi vere fuissent crimina in Cæciliano, statum suum de toto orbe terrarum Ecclesia amittere potuisset propter vnius hominis culpam, seu veram, seu quod magis apparuit iudicibus, falsam: & in parte Africana solus Donatus potuerit statum Ecclesiæ conseruare, de toto autem orbe terrarum sit deletus sanctorum Apostolorum labor, & passio Martyrum. Immo ipse Saluatoris nostri cruor ad conseruandum cœtum catholicæ fidei defecit, quem solus Donatus cum aliquantis asellionibus Byzacenis obtinuit. Et ideo ausi sunt rebaptizare catholicos. In quo opere & præsumptores se & damnabiles comprobarunt, cùm Ecclesiæ vniuersali sciant placuisse, nec in ipsis hæreticis baptismatis violare virtutem. Huius hæresis principem legimus Donatum, qui de Numidia veniens Carthaginem, & contra Cæcilianum Christi diuidens plebem, adiungens sibi eiusdem factionis Episcopos, Maiorinum nomine in sua parte apud Carthaginem ordinauit Episcopum. Cui Maiorino Donatus alius in eadem diuisione successit, qui eloquentia sua sic confirmauit hanc hæresim, vt multi existiment de ipso potiùs Donatistas initium hæreseos adsumpsisse. Extant hodie scripta eius, vbi probatur in Trinitate contra fidem catholicam suscepisse. Et quamuis vnius substantiæ dicat in Trinitate Deum Patrem, tamen maiorem Filio, Filium maiorem Spiritu sancto confirmare tentauit. Sed in hunc errorem ideo nullus de populo eius attendit, quia alia erat intentio inter partes. Hi hæretici in partibus Italiæ Montenses appellantur, in interiore Africa Parmeniani, in Carthaginiensi Donatistæ. In vtriusque Numidiæ partibus habent veluti Monachos, quos Circumcelliones vocamus, agrestes & audacissimos dæmonum famulos: qui non solùm in alios acriter sæuiunt, verùm etiam sibi ipsis miseri omnino non parcunt. Nam per mortes varias, maximeque præcipitiorum, & aquarum, & ignium, sese interficere consuerunt, & ad hunc exitum ex vtroque sexu quantos potuerint seducunt. Aliquando etiam quos inuenerint rogant, vt ab eis occidantur, mortem nisi fecerint comminantes. Quod verum est, multis Donatistarum displicent tales: sed hoc verbo, non opere. Nam si verò displicerent, vtique talibus non communicarent, qui per totum orbem Ecclesiis vnius Cæciliani crimen impingunt. Nam & inter se frequentes habuere dissidia. Denique apud Carthaginem, temporibus Heracliani Comitis, cùm Maximianus contra Primianum, ab eiusdem erroris centum ferme Episcopis ordinatus, à reliquis trecentis decem Episcopis, qui ordinationi eius crimina impingebant, fuisset damnatus, docuit populum qui eum sequebatur, etiam extra Ecclesiam dari posse baptismum Christi. Denique, quicumque aut à Primiano ad Maximianum abiit, aut à Maximiano ad Primianum, non est iterum baptizatus ab eo qui contra voluntatem eorum ordinatus est, comprobantur ab eo quem vtique damnauerunt, non abiciunt, non renuunt, non mutant baptismatis sacramentum: & seu à Primiano, siue à Maximiano quis aut baptizetur, aut clericus ordinetur, quasi ab vno factum sit, non à duobus contrariis, in ea dignitate, qua ab vno venerit quis ad alterum, perseuerat, non mutatur baptisma, nec dignitas tollitur, quia non de baptismatis altercatione, sed de ordinationis contentione facta diuisio comprobatur. De Cæciliani enim ordinatione dissentire cœperunt, non de baptismatis aut fidei transgressione sese ab Ecclesia absciderunt.

HÆRESIS LXX.

Septuagesimam hæresim Priscillianorum apud Hispanos Priscillianus legitur inchoasse. Hi animas diuinæ naturæ esse æstimant. Quas ad agonem quendam spontaneum in terris exercendum, per septem cælos, & per quosdam gradatim dicunt descendere principatus, & in malignum principem incurrere, à quo istum mundum factum volunt, atque ab hoc principe per diuersa carnis corpora seminari. Adserunt etiam fatalibus stellis homines conligatos, ipsumque corpus nostrum secundum duodecim signa cœli esse compositum. Prorsus sicut ij qui Mathematici vulgò appellantur, constituunt in capite arietem, taurum in ceruice, geminos in humeris, cancrum in pectore, & cetera nominatim signa percurrentes ad plantas, à signo Christi ad signa astrologi migrauerunt. Hæc & alia fabulose & vana multa confingunt. Vxores à viris quas potuerint separant. Carnes sicut Manichæi fugiunt. Apocryphas simul cum canonicis scripturis accipiunt, & in sensus suos allegorizando conuertunt. Trinitatem autem, sicut Sabelliani, ipsum sibi Patrem, ipsum sibi Filium, ipsum sibi sanctum Spiritum confitentur.

HÆRESIS LXXI.

Septuagesimam & primam hæresim Adelofagi inchoarunt, dicentes non debere ita cibum sumere Christianum, vt ab alio videatur dum comedit. Et hæc sola causa eos ab Ecclesia separare dinoscitur. Trinitatem enim eiusdem substantiæ confitentur. Egerunt cum eis Episcopi de Epheso.

HÆRESIS LXXII.

Septuagesimam & secundam hæresim Rhetorianorum, à Rhetorio inchoatam Philastrio scribente inuenimus. Hi ad tantam vanitatem deuoluti sunt, vt dicant

A omnes hæreticos rectè apud Deum incedere, quia hoc in eorum mentibus datum est, sic colunt Deum sicut possunt. Error eorum nobis videtur reprehensibilis: apud Deum autem, nec error est, nec vituperatio. Hi hoc docentur à suis doctoribus, vt præter templa & synagogas, vbicomque innocatur Christus natus ex Virgine, introeant, & participes se faciant hæreticorum.

HÆRESIS LXXIII.

Septoagesima & tertia hæresis est Theoponitarum. Hi dicunt in Christo, dum pateretur, diuinitatem sic doluisse, sicut potest dolere anima dum corpus suppliciis agitur. De quibus ait Gregorius Episcopus: Infelices & miseri non vident, in arboribus, quando ferro cæduntur, Solem quidem esse in arboribus, numquid non dolet Solis splendor, quem vtique, antequam ad lignum perueniat, priorem ictus ferri contingit? Deus
B ergo lux est, & quomodo cædi potest lux? Nam quòd anima sit quæ doleat in corpore, hinc aduertimus, quòd recedente anima de corpore, nulla potest corpus sentire, nec aduersa; nec prospera. In corpore ergo Domini nostri Iesu Christi, anima humanitatis sensit, quam eum corpore adsumpsit, non ipse qui adsumpsit, sicut nec Sol, qui in arbore quam memoratnus inluait, etiamsi Solis lux in arbore possit à verberante concidi, in Christo diuinitas non possit à cruciante contingi: quia Solis lux creatura est, hic autem creator agnoscitur & probatur. Nam quòd anima humanitatis senserit passionem, ipse Dominus ait ad discipulos suos, dicens, *Tristis est anima mea vsque ad mortem*, Et hinc dixisse sufficiat, accedamus ad reliquos.

HÆRESIS LXXIV.

Septnagesimam & quartam hæresim Triscilidæ incurrerunt, qui triformem Deum ita adserunt, vt quædam pars eius sit Pater, quædam Filius, quædam Spiritus
C sanctus, & hinc sit Trinitas in vnitate. De quibus ait Gregorius: infelices & miseri non vident quia totam ipsam Trinitatem blasphemant. Non est enim Deus, nisi qui in seipso perfectus est. Perfectus ergo Pater perfectum ex se genuit Filium, perfectus ex Patre procedit Spiritus sanctus. Ecce tria perfecta non faciunt tres Deos sed vnum, quia vna est deitas. Non enim sicut sunt tres personæ, sic tres deitates, sed sunt tres, Pater & Filius & Spiritus sanctus, sed vna deitas, vna maiestas, vna virtus, vna voluntas, & vna substantia confitenda.

HÆRESIS LXXV.

Septuagesimam & quintam hæresim Hydrotheitæ fecernnt, aquam Deum dicentes, non habentem nec initium nec finem, sordes luentem, peccata dimittentem, & habentem Spiritum sanctum. Quos iustè damnat fides catholica quasi cæcos, & non videntes aquam quibus spurcitiis seruit, & potest Deus seruire? quibus etiam squaloribus, aut cuius momenti est aqua sine consecra-
D tione. Illam sermo viuus viuificat, sermo sanctus sanctificat, vt sanctus Spiritus in ea dignetur habitare, aut vt possit credentibus peccata mundare. Et sic, quomodo accipit vim huius rei per benedictionem vt possit omnia mundare peccata, non potest mundare peccata eius, qui fidem suam non ex integro priùs Deo crediderit offerendam. Non ergo per solum abluentem, sed magis per credentem, Spiritus sanctus infunditur in homines, & peccatorum venia condonatur.

HÆRESIS LXXVI.

Septuagesimam & sextam hæresim fecerunt Homoneionitæ, qui dicunt in corpore hominis esse imaginem Dei, non in anima. Vnde Gregorius, cùm imago Dei in rebus magnis & primis quæ sunt in homine debeat quæri, in memoria, in intellectu, in scientia, & in illis locis, vnde homo ad pietatem mouetur, hæc statuts in anima sunt, non in corporis liniamentis instructa, & tanto plus similis Deo est, quanto plus hæc quæ memorauimus puriùs potuerit obtinere. E

HÆRESIS LXXVII.

Septuagesimam & septimam hæresim Ametritæ instituerunt, dicentes innumerabiles esse mundos. Hoc eos dicere nouum putat qui non legit Philosophos, hoc enim olim aliquanti Philosophorum dixere Gentiles. Nos autem Moysem à Deo missum suscipimus, & de mundo quid sentiamus, & quid credamus ab ipso didicimus.

HÆRESIS LXXVIII.

Septuagesimam & octauam hæresim Psychopneumones occuparunt, dicentes animas hominum bonas in spiritus Angelorum conuerti: animas verò hominum malas in spiritus dæmonum mutari.

HÆRESIS LXXIX.

Septuagesimam & nonam hæresim Adecerditæ tenent, dicentes, Christo descendenti ad inferos omnis F
animarum multitudo occurrit, & credidit ei, & liberata est.

HÆRESIS LXXX.

Octogesima hæresis dicit, Filium Dei posteà genitum, posteaquam voluit Pater: si noluisset Pater, non genuisset, esto, confiteamur æqualem Filium Patri: vt æqualis sit, non est res naturæ, sed gratiæ. Pater hoc voluit, ac per hoc totum Patris est, non Filij. Nos è contrario dicimus, sicut fons ex eo genuit flumen ex quo est, ita pater ex eo genuit Filium ex quo est, & sicut fons non volendo & nolendo genuit fluuium, sed gignendo: ita Pater non disputando, aut volendo, aut nolendo, sed sicut natura fontis hoc extat, vt de plenitudine sua emanet, ita Pater de plenitudine sua effundens Filium genuit. Et sicut fluuius circuit totum mun-
dum, & mare ingreditur, & tamen de sinu fontis non G
recedit: ita & Filius de sinu Patris nunquam discessit, nec tunc quando se humiliauit factus obediens vsque ad mortem. Sic ergo inter nos per adsumptionem apparuit, sed per maiestatem suam de sinu Patris nunquam discessit. Vt enim hoc ita fieret, nec possibilitas Deo defuit, nec voluntas. Vnum bonum si Deo defuit, Deus non potest nuncupari. Qui enim bonum non vult, malus est: qui non potest quod vult facere, omnipotens non est. Hanc blasphemiam damnantes in hæretico quem diximus, ad ceteros accedamus.

HÆRESIS LXXXI.

Octogesimam & primam non hæresim accusamus Luciferum, sed schisma arguimus. Catholicos quidem per omnia, sed Luciferianos faciendo populos, & diuidendo se ab Ecclesia, à fide sua charitas exclusit, dicente Apostolo, *Si fidem habeam ita vt montes transferam,*
charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Glo- H
riantur quidem à fide non deuiasse: sed non paruum crimen arguimus eos incurrere, qui cum Dei Ecclesia noluerint habere charitatem.

HÆRESIS LXXXII.

Iouinianistæ à Iouiniano quodam octogesimam & secundam hæresim arripuisse detecti sunt. Qui sicut Stoici philosophi putant, paria dicunt esse vniuersa peccata: nec posse peccare hominem lauacro regenerationis accepto, nec aliqoid prodesse ieiunia, vel à cibis aliquibus abstinentiam. Virginitatem sanctæ Mariæ destruunt, dicentes eam pariendo fuisse violatam. Virginitati etiam sanctimonialium, continentium castitati, & viris eligentibus cælibem vitam coniugium castorum atque fidelium meritis adæquant, ita vt quædam virgines sacræ prouectæ iam ætatis, in vrbe Romana vbi hæc docebat, eo audito nupsisse

dicantus. Non sanè ipse Iouinianus vel habebat vel habere volebat, vxorem quod factum non futuræ vitæ profuturum dicebat, sed præsenti commodo adplicabat. Contra hunc suscepit sanctus Ambrosius Mediolanensis Episcopus, quique edidit librum ad destruenda omnia commenta adinuentionum eius. Quo lecto in media Romana, id est Ecclesia Lateranensi, vna voce & populus Romanus, & sacerdotes, in eisdem Iouinianistis, & ipso Iouiniano, anathema clamauerunt, in ipso initio Quadragesimæ, sancto Anastasio Episcopo Antistite. Denique in ipsa authentica hebdomada Paschæ, inuenti sunt epulantes, & porcorum carnibus trahentes conuiuia, ita vt assum porcum, quem in mensa coram inuenerant populi collo eius suspenderent, & ita eum per totam ciuitatem facerent circuire. Scripsit etiam contra hos Hieronymus presbyter certos libros, quos qui plenius legerit, & quanta bona virginitas, & continentia, & abstinentia habeat discit, & quanta mala edacitas & luxuria habeat perhorrescit.

HÆRESIS LXXXIII.

Octogesimam & tertiam hæresim in sexto libro historiographus noster ponit Eusebius, quam nec Epiphanius alicubi memorauit, nec Polycrates, nec Africanus, nec Hesiodus, qui Græco sermone vniuersas hæreses describentes volumina multorum condidere librorum. In sexto itaque, vt dixi, libro narrat Eusebius, esse in Arabia hæreticos, quorum quia auctorem non memorat, nos possumus eos nuncupare Arabicos. Hi, inquit, dicunt animas cum corporibus mori atque dissolui, & in fine sæculi vtrumque reparari. Sed hos disputatione Origenis magna memorat ex parte reuocatos.

HÆRESIS LXXXIV.

Octogesimam & quartam hæresim Heluidianos occupasse ab Heluidio memoramus. Qui ita virginitati sanctæ Mariæ contradicunt, vt eam dicant de Ioseph post natiuitatem Christi alios filios peperisse. Isti quidem nuper, id est sub Siricio Romanorum antistite orti sunt, & per Italiam atque Gallias direxerunt suos discipulos. Contra hos scripsit Hieronymus Doctor egregius duos libros, quos lectos in tempore digna eos excratione anathematizabant. Epiphanius autem noster, scrutator hæreticorum, scribens contra hos libellum, qui in illo tempore hanc blasphemiis plenam adsertionem proferebant, Antidicomaritas eos censuit appellari.

HÆRESIS LXXXV.

Octogesimam & quintam hæresim Paterniani inchoasse leguntur. Hi inferiores humani corporis partes non à Deo, sed à diabolo factas opinantur: & omnium ex illis partibus flagitiorum licentiam triboentes impurissimè viuunt. Hos dum Damasus damnaret Episcopus detectos in scelere, huiusmodi de his in relatione sua ad Valentinianum maiorem scripsit, dicens: Scire volumus pietatem vestram, Venustianos in scelere turpissimo detectos ab Apostolica sede esse damnatos. Quorum etiam confessiones simul direxit. Contra hos postea lex specialis egressa est, vt vbicumque essent reperti, vindice gladio agerentur.

HÆRESIS LXXXVI.

Tertullianistas olim à Sotere Papa Romano damnatos legimus. Cur autem octogesimam & sextam eos hæresim dicamus arripuisse hæc causa est, quòd quædam Octauiana veniens ex Africa, cuius vir, Hesperius nomine, videbatur Duci Arbogasti valde coniunctus, qui etiam apud Maximum tyrannum multum potuit, hæc Octauiana adduxit secum quendam tergiuersatorem, versutumque dæmonem, cui vix centum occurrerent verbosanti atque in hominem confidenti. Hic cùm se presbyterum diceret Tertullianistam, meruit per sacrum scriptum, vt sibi collegium extra muros Vrbis fabricaret. Quod dum impetrasset à Tyranno Maximo, Sanctorum nostrorum exclusit locum, id est duorum fratrum Processi & Martiniani, dicens eos Phryges fuisse, & ideo hanc legem tenuisse, quam Tertullianus, atque hoc ordine per occasionem martyrum Dei populum seducebat. Deo autem Theodosio religioso Augusto dante victoriam, punitoque satellite Maximi, de cuius se Tertullianista potestate iactabat, statim fugit cum matrona quæ venerat, nec viuentis nec mortui rumore renouato. Martyrum suorum Deus excubias catholicæ festiuitati restituit. Tertullianus autem fuit ciuis & presbyter Carthaginiensis, opuscula eloquentissima & feruentia in defensione edidit veritatis. Hic apud Carthaginem basilicam habuit, vbi populi ad eum conueniebant. Quæ basilica vsque ad Aurelium Episcopum fuit. Agente enim Augustino Hipponiensi Episcopo, & rationabiliter cum eis disputante conuersi sunt, Ecclesiamque suam sanctæ Ecclesiæ contulerunt. Tertullianum autem Catholica hinc reprehendit auctoritas, quòd animam ex anima nasci dicit, & defendit Montanum, & Priscam, & Maximillam, contra fidem catholicam, & contra Apollonium Episcopum Orientis, & contra Soterem Papam vrbis Romæ, vt suprà diximus, dum Cataphryges hæreticos detegeremus, à quibus postea diuisus, ne plebs Montani nomen Tertulliani videretur excludere, fudit à se omnem Phrygiæ vanitatem, & Tertullianistarum conuenticula propagauit, nihil tamen in fide mutauit. Nam & secundas nuptias condemnat, vt diximus, animam ex traduce venire adserit, & nos catholicos Psychicos titulat. Vbicumque autem legeris Tertulliani aduersum Psychicos, scias eum contra Catholicos agere.

HÆRESIS LXXXVII.

In octogesima & septima hæresi Abeloitas nominamus, qui cùm sint priores pene omnibus hæreticis, nunc nostris temporibus finiti. Isti ex filio Adæ sibi nominis deriuationem adsumpserant, id est ab Abel Abeloitas se nominari voluerant. Hi non miscebantur vxoribus, & tamen non licebat sectæ ipsi vt sine vxoribus viuerent. Mas ergo & femina, sub continentiæ professione simul habitantes, puerum & puellam sibi adoptabant, in eiusdem coniunctionis pacto successores futuros. Morte præuentis quibusque singuli alij subrogabantur, dum tamen duo duobus disparis sexus in illius domus societate succederent. Vtrolibet quippe parente defuncto, vni remanenti vsque ad eius quoque obitum filij seruiebant, post cuius mortem etiam ipsi, puerum & puellam similiter adoptabant. Nec vnquam eis defuit vnde adoptarent, generantibus alteumquaque vicinis, & filios suos inopes ad spem hereditatis alienæ libenter dantibus. Hæc sola erat inter nos atque illos distantia, in quo nostros arguebant, ita non in lege nostra exerceri coniugia, vt & qui nubunt tanquam non nubentes fiant.

HÆRESIS LXXXVIII.

Octogesimam & octauam hæresim in Pelagio se inuenisse sedes Apostolica sub Papa sancto Innocentio docuit, dùm Cælestius Pelagij discipulus apud Carthaginem doceret, posse homines sine peccato esse, natura sibi sufficiente sola humana. Restitit ei quidam Paulinus Diaconus, defensor & procurator Ecclesiæ Mediolanensis, cuique in conuentu sacerdotum multa capitula obiecit contra fidem catholicam, quæ Cælestius damnare neglexit, dicens. Non ad me pertinet de his quæ obiecit, vbi meum nomen est, & crimen alienum. Tunc illi obtulerunt ei libros suos, vbi dicebat, ipsam sibi hominis naturam ad perfectionem posse sufficere, hoc est, tantam potest homo exercere iustitiam, vt etiam sine peccato possit esse si velit. Adam mortalem factum, qui siue peccaret, siue non peccaret,

A effet moriturus. Sic lex misit ad regnum, sicut euangelia. Infantes in remissionem peccatorum baptizandos esse ideo confitemur, propter regulam vniuersalis Ecclesiæ. Nihil obfuisse generi humano peccatum Adæ. Omnia hæc oppositionum genera ad damnandum obiciebantur Cælestio. Sed ille dicebat, multa esse in his quæ teneret fides eius, & propter ipsa cætera damnare non posse. Tunc ad relationem penè omnium Afrorum Episcoporum, Papa Innocentius damnationem & Pelagio & Cælestio conscripsit. Illi autem, siue antequam damnarentur ab vniuersali Ecclesia, siue postea quàm damnati sunt, non cessauerunt scribere posse hominem sine peccato esse, & nihil obfuisse Adam generi humano, & legem sic misisse ad regnum sicut Euangelia, & infantes non ideo baptizandos, quia habere possint originale peccatum, & naturam tam bene factam à Deo, vt sibi sola sufficiat ad hoc vt possit carere peccato. Contra hos suscepit sine scriptura quidam Constantius tractator. B Post hunc autem, scripsit contra hos & Augustinus Hipponensis Episcopus, & Hieronymus presbyter Bethleites. Pelagiani tamen, seu Cælestiani, catholicæ plebi permixti sunt, quia Ecclesiam aliam non habent: & ideo vbi eis euenerit, communionem non teneunt. Dicunt enim vnius confessionis esse in hac parte, in qua Eucharistia conficitur, de quæstione enim aiunt, non de communione discernimur. Pro hoc ausu, & à nostris, si deprehendantur, periculis subiacent, & à suis execrationi habentur. Habent enim & presbyteros, & Episcopos suos. Ipse autem Pelagius ita in commentario suo ad Romanos scribit, dum ageret illum locum quo ait Apostolus, *Quoniam per vnum hominem in hunc mundum peccatum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt*, tangens Cœlestium, qui contra traducem peccati primus scripsit, his verbis ait. Hi, inquit, qui contra traducem veniunt, ita illam impugnare nituntur: C Si Adæ peccatum etiam non peccantibus obfuit, ergo & Christi gratia etiam non credentibus prodest. Addunt etiam hoc: Si baptismus tollit originale illud peccatum, de duobus baptizatis nati debent hoc carere peccato, quomodo enim mittunt ad posteros quod ipsi in se minimè habuerunt? Hæc sicut ab ipso Pelagio sunt scripta posuimus. De hoc itaque quod dictum est, posse hominem sine peccato esse, obiectum est illis ita. Aut potest, & adiutorium non quærit: aut non potest, & adiutorium quærit. A quocumque enim auxilium quæritur, dicit se id quod vult facere implere non posse: alioquin irrisoriè poscit qui potest hoc solus, pro quo adiutorium postulat, adimplere. Verbi gratia, decem pondo cuiuscumque rei si leuare voluerim, & adiutorium quæram, ridiculum videor exhibere dum pusco. At verò si ducentas aut amplius velim leuare libras, quia id implere non possum, auxilium flagito, & immensis precibus adiutorium quæro, præcipue si status vitæ meæ in hoc videtur pondere positus, vt si pondus quod memoraui non leuauero, D ad vitam peruenire non possim. De duobus autem baptizatis natum nihil habere de fide parentum, hæc nos ratio docet. Quoniam hi qui baptizati sunt duas habent natiuitates, vnam qua eos generauit caro, aliam qua eos generauit Spiritus sanctus, & ex his duabus generationibus nati, duas generationes ad posteros mittunt: vnam de carne, coniugij ministerio, aliam de spiritu, baptismate consecrando. Hic ergo qui de baptizatis natus est, interrogo de qua re natus est: de carne, id est de prima generatione, an de spiritu, id est de secunda generatione. Si de spiritu natus est, baptizari non debet, quare? quia Spiritus sanctus eum fecit nasci, non libido coniugij. Sin autem de coniugio carnali, id est de masculo & femina, restat vt vnde sunt regenerari de Christo & Ecclesia, suam iterum regenerent prolem. De primo enim est Adam quòd nascimur: de secundo autem quòd iterum recreamur, dicente sancto Apostolo, *Factus est primus homo Adam in animam viuentem: nouissimus Adam in spiritum viuificantem. Sed non priùs quod spiritale est, sed quod animale, deinde quod spiritale. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis. Ergo sicut portauimus imaginem terreni*, E id est sicut creauimus filios carnaliter, *portemus & imaginem cælestis*, id est quos creauimus carnaliter, spiritaliter recreemus: aut ipsi qui carnaliter creati sumus nutu creatoris, iterum eius gratia spiritaliter recreemur. *Hoc autem dico*, dixit Apostolus, *quia caro & sanguis*, id est prima tantùm generatione homines nati, nisi gratiam diuinam meruerint adipisci, *regnum Dei inuenire non possunt. Neque corruptio incorruptionem possidebit.*

HÆRESIS LXXXIX.

Octogesimam & nonam hæresim Nestorius Constantinopolites Episcopus legitur incurrisse. Consuetudo est namque, vt vnum tractatum suum Episcopus Alexandrinus mittat ad Constantinopolitem, qui recitetur F in Pascha, & tractatum suum Constantinopolites, qui Alexandriæ recitetur. In tractatu suo Constantinopolites Nestorius scripsit Mariam non esse Theotocon, sed Christotocon, id est non Deum peperisse, sed hominem, Cyrillus Alexandrinus hoc dictum ita reprehendit, quo diceret per epistolam, vt si eum fortè fefellisset, emendaret dictum. Ex hoc ipso quo reprehensus est Nestorius à Cyrillo, cœpit Cyrillum hæreticum inclamare. Data est Synodus apud Ephesum, & nec sic emendare voluit Nestorius, vt diceret Mariam Deum & hominem genuisse, sed solum inquit hominem. Si enim dixerimus quia Deum genuit, fecimus matrem Deum, sicut Gentiles. Maria ergo, inquit, templum Deo genuit, non ipsum qui in templo habitat. Accepit inducias, vt aut damnaret dictum, & rediret ad sedem suam Episcopus: aut si damnare noluisset, postea redire non posset. Noluit, & in eadem confessione permansit. Hunc Synodus apud Ephesum damnauit, G in qua damnatione Romanus Papa Cælestinus scripsit, & omnes cum eo pariter Orientales atque Occidentales Episcopi subscripserunt.

HÆRESIS XC.

Nonagesima hæresis, quam in præfatione nostra diximus de nomine Augustini Episcopi esse mentitam, Prædestinatorum nomen accepit. Hi electionem bonorum, & recusationem malorum, Deo decernente definiunt, non homine vel studente, vel negligente. Nolunt Dei iura, vel ab studentibus custodiri, vel à neglegentibus violari. Dicunt, etiamsi voluerit bonum facere qui ad malum prædestinatus est, ad bonum peruenire non poterit, nam qui ad bonum prædestinatus est, etiamsi neglegat, ad bonum perducetur inuitus. Dicunt baptismatis vndam non vniuersa peccata mundare. Dicunt, ita antecedit gratia liberum arbitrium, vt antè accipiat homo quàm petat, antè inueniat quàm quærat, antè ei aperiatur quàm pulset. H Dicunt nullum ad Christi fidem accedere, nisi fuerit à Patre tractus inuitus: illud attendentes, *Nemo venit ad me, nisi quem pater attraxerit*. Dicunt omnia non in re, sed ita in spe fieri, vt quod dicit Apostolus, *Spes quæ videtur non est spes*, etiam hoc mysteriis adplicent dictum, & dicant, Ea quæ percipiuntur, videntur quidem esse, sed non sunt. Dicunt, plus obfuit ad nocendum Adam generi humano, quàm Christus in subueniendo. Nam Adam aiunt quod nocuit ita manet, vt hoc nec passio Christi, nec baptismatis sanctificatio possit auferre.

Verum quid moras tibi, ô lector sancte & studiose, incutimus? Librum eorum tibi integrum, sicut est editus, in isto corpore præsentamus, cuius lectione cognosces, definitiones eius à metatoribus Antichristi adinuentas. Quotiescumque autem contra eos suscepimus, dixerunt nos ex hæreticorum argutiis contra se agere. Videntes enim se ita superati, vt suspirare non possent, hanc calumniam semper catholicis

A nisibus irrogarint, vt dum timent se hæreticos infamari, in silencio veritatis loquelam artarent. Eorum ergo ob causam omnes hæreses à Simone memorantes hucusque deteximus, vt probemus nos soli fidei catholicæ esse concordes. Rogamus te, domine Pater cœli & terræ, qui cum Filio tuo, & Spiritu sancto, vnius veritatis obtines maiestatem, vnius maiestatis obtinês deitatem, vnius deitatis obtines Trinitatem, vt nos adiuues contra hostes tuos tela tractantes. Habeant illi castra Goliæ in Allophylorum acie constituta. Nos Hebræi, pueri tui Dauid pastoforium adsumentes, de lapide tuo angulari pugnemus, vt fidenter cum Apostolo tuo dicere valeamus, *Deo nostro gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.* Sit pax omnibus Catholicis, & cum Angelis vna nobiscum voce exclament, decantantes, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

B

LIBER SECVNDVS

SVB NOMINE AVGVSTINI CONFICTVS

HÆRESIS NONAGESIMA quæ adserit Dei præd.stinatione peccata committi.

PARTICIPEM me intentionis vestræ, qui defenditis veritatem, sicti fratrum spiritalium suggestio inuitauit. Vnde breuiter nisibus vestris me interserens, sermonis latitudinem fugi, sensúsque qui latum quærunt certaminis campum in angustum constitui,
C vt fastidium vobis lectionis auferrem, & occasionem defendendæ veritatis adferrem, atque dimicantes seruos contra voluntatem sui domini confutarem, eorum scilicet, qui dicunt, Deo inuito & nolente hominum moueri arbitria, & de potestate mortalium Dei immortalis potestatem infringi. Huc adiciunt, homines per voluntatem suam sanctos fieri, & suo arbitratu ad Dei amicitias peruenire. Leui hos impulsione videbitis corruentes, à quibus sollicitudo humana & meliores & primas accepit partes, quibus excluso Deo dicitur homo, non ordinatione Dei, sed sua se posse voluntate saluare. Vos autem, ô filij caritatis, zelum fidei signatum in vestris sensibus retinentes, 1. estote securi de ordinatione Dei, quam de prædestinando constituit, certaque sit nostris sensibus Apostolico ore dicta sententia, *Quoniam cui vult Deus miseretur, & quem vult indurat. Non est enim volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei*, quia *habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere vnum vas ad ho-*
D *norem, aliud ad contumeliam*, & inde est quòd caro aduersatur spiritui, spiritus carni. *Hæc*, inquit Apostolus, *inuicem aduersantur, vt non quæ vultis illa faciatis.* In opere enim suo Deus omnes homines antè præuidit, & quid vnicuique competeret præuidendo constituit. Hoc maiestatis eius singulare iudicium, in quo parem non habet. Deus solus est enim, qui cogitanda, loquenda, operanda præsciit, & quia præsciit cunctorum generaliter gesta antequam fierent, merita disponendo quasi facta conspexit. Et idcirco res, quasi oculatas & sibi in manifesto positas, tunc quando præsciit prædestinauit, & constituit qui conformes fierent imaginis filij eius, vt esset & Filius Dei primogenitus in multis fratribus, quos autem prædestinauit hos vocauit, quos vocauit hos iustificauit, & quos iustificauit ipsos & magnificauit. Vnde & propheta dicit, *Non est in homine via eius.* Quid putatis vos, ô fragiles, ô caduci, miseri & mortales homines, si quid bene agitis esse laudandos, aut fortè delinquentes prorsus esse damnandos?

E cùm ideo lex loquatur, vt timorem incutiat, ceterùm nihil fit nisi quod voluerit Deus. Quem voluerit Deus sanctum esse, sanctus est, aliud non erit: quem præscierit esse iniquum, iniquus erit, aliud non erit. Prædestinatio enim Dei iam & numerum iustorum, & numerum constituit peccatorum, & necesse erit constitutum terminum præteriri non posse. Hoc autem non quasi personarum acceptor constituit, sed quasi præscius omnium futurorum. Non enim per acceptionem personæ, sed per præscientiam Deus prædestinationem suam fixit atque constituit. Iam quos præsciit nullomodo conuerti, hos prædestinauit ad mortem: quos præsciit omnimodo conuerti, hos prædestinauit ad vitam. Miror autem quòd testimonia veteris testamenti contrà auctoritatem noui proferantur. Solent enim sancti Ezechielis prophetæ testimonia vsurpare, dicentis, *Hæc dicit Dominus, cùm dixero impio morte morieris, & conuersus fuerit ab impietate sua, viuo ego dicit Dominus vita viuet.* Hoc, vt dixi, in
F veteri lege scriptum est pro tempore captiuitatis, pro causa qua ipsa captiuitas facta est, pro persona populi cui irrogata est, vt disceret in captiuitate positus pro peccatis suis se iugo Assyrij regis esse subiectum. Certè pro peccato captiuitas facta est: & vt quid simul captiuitatem iusti cum peccatoribus incurrerent, nisi quia mysteria Dei à nostra fragilitate penitùs sciri non possunt? Hoc ergo mysterium in veteri lege scriptum est. In nouo autem Apostolus clamat, *Vasa iræ apta in interitum*, & ideo scriptum memorat, Deum dixisse per præscientiam suam, 2. *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Cùm enim nondum nati fuissent, nec aliquid egissent boni vel mali, ex præscientia dictum est, quòd vnus haberetur odio, alius amaretur. Hæc à nobis adinuenta non sunt, nec dicimus aliquid præterquam euangelizauit Apostolus. Per præscientiam Dei prædestinationem ipse factam commemorat. De Deo ipse dicit, *quos vocauit, hos prædestinauit.* Si præscientem, & prædestinantem, & vocantem, in Apostolo legitis, nobis vt quid impingi-
G tis crimen ob hoc quòd dicimus 4. prædestinasse Deum homines, siue ad iustitiam, siue ad peccatum, ne videretur ipse sibi quasi non prouidè facere homines, qui facerent quod nolebat? Inuictus enim in sua voluntate permanet Deus, cùm homo assiduè superetur. Si ergo inuictum confitemini Deum, confitemini & hoc, quia quod eos voluit ille qui condidit, aliud esse non possunt. Vnde colligimus apud animum, 5. quos Deus semel prædestinauit ad vitam, etiamsi negligant, etiamsi peccent, etiamsi nolint, ad vitam perducentur inuiti: quos autem prædestinauit ad mortem, etiamsi currant, etiamsi festinent, sine causa laborant. Nec hoc sine magisterio admittas euidentis exempli. 6. Iudas quotidie verbum vitæ audiuit, quotidie adhæsit Domino, quotidie virtutibus occupatus, quotidie ipsum Dei Filium monitorem audiuit: & quia prædestinatus est ad mortem vno ictu subitò interiit. Saulus quotidie persecutor, quotidie lapidator Chri-
H stianorum, quotidie vastator Ecclesiarum: & quia prædestinatus est ad vitam, vno ictu subitò vas electionis est factus. Quid ergò tu, qui in peccatis permanes, expauescis? si te Deus dignatus est, sanctus eris. aut quid tu, qui in sanctitate viuis, sollicitus cederis quasi tua te sollicitudo conseruet? si Deus noluerit, numquam corrues. Vterque de Deo securi estote. Numquid tu qui sanctus es, & sollicitus es ne corruas, & die noctúque orationibus adès, occupatis ieiuniis, & diuinis lectionibus diligenter insistis, exhortationibus vacas, atque omnibus sanctis studiis quotidie immines, numquidnam tuo hoc studio saluus eris? Numquid sanctior eris Iuda, qui accepit potestatem infirmos curandi, dæmonia fugandi, mortuos suscitandi, calcandi super serpentes & scorpiones, collega Apostolorum, Christi discipulus, & tamen quia prædestinatus est ad mortem, mortem æternam incurrit? Cessa de te, ô homo, cessa, inquam, de virtute tua esse sollicitus, & de Dei tantùm confide voluntate securus. Nihil enim boni tu Deo obtinebis inuito, sed si te dignabitur

A Deus ut in bono permaneas, salvus eris. Tu quoque, qui in peccato desperatione vana concuteris, disce à Paulo Apostolo, quia unquam par eius potuit sceleribus inveniri. Numquid tu aliquando peiora potuisti, quàm ille commisit perpetrare peccata? Et tamen, quia prædestinatus ad Apostolatum, evasit subito universa crimina, & ab inferioribus inferis ad superiora superiorum ascendit. 7 Omnes itaque, quos scit dignos salute redemptionis suæ Deus, hos ad salutem prædestinavit: & hos tantùm salvat, quos se ad salutem prædestinasse cognoscit. Salus enim Dei non voluntati hominis servit. ipse enim scit cui quid faciat. Nec enim antecedit humani arbitrij libertas gratiam Dei, sed antecedit gratia Dei humani voluntatem arbitrij. 8 Vana est enim & infructuosa voluntas hominis, & vanum est humanæ voluntatis arbitrium. 9 Errat qui se putat per id quod vult bonum pervenire ad Christum, cùm ipse Christus dicat: *Nemo venit ad me, nisi quem Pater adtraxerit.* Qui B melius sapitis à Christo, dicite si mentitus est Christus & ita demum adserite nos contra Christi regulam istam fixisse sententiam. Si enim verum dixit Christus, non mentimur quòd dicimus prædestinatos trahi ad vitam, quia vita ipse est. 10 Quòd si adgravat vos vis testimonij Evangelici, qui contra nostram venitis sententiam, & non potestis adgravati pondere sententiæ nobis dare responsum, saltem Apostoli nobis definitionem exponite, qui dicit: *Non est volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* 11. Quantumcunque igitur studij sui vires ad ædificandum moveat humana voluntas, casso certamine nititur. Aut quid vigilantiam suam putat hominis fragilitas æternis desiderijs profuturam, cum Propheta evidentibus exclamet documentis dicens, [Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit civitatem, in vanum vigilaverunt qui custodiunt eam?] C Quid est quòd contra divinos apices, & contra conscientiam suam, sperat se quispiam ædificationi studere, cùm his sacris apicibus doceatur ædificatio hominis non esse certa, sed vana? 12 Sed si contra nos venitis, non contra nos venitis, sed contra eum qui dixit, [Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit civitatem, in vanum vigilaverunt qui custodiunt eam.] Ergo nescit quia non erat utile populo Dei qui hæc fecit scribi, & per posteros usque ad finem sæculorum dirigi? Vos itaque, qui ista reprehenditis, auferte hæc de libro psalmorum, quia legentes & psallentes hos versiculos, ut dicitis, ædificari non possunt. 13. Sed quid putant isti se voluntate sua ad fructum posse ædificationis adtingere, cùm nec ipse vas electionis suam se adserat potuisse voluntatem implere? Dicit enim de seipso Apostolus: *Non quod volo bonum hoc ago, sed quod nolo malum illud facio.* Si ergo Apostolus quod vult bonum D implere non prævalet, quomodo isti dicunt per voluntatem suam ad fructum se gratiæ pervenire? 14 Apostoli verba sunt, nostrum nihil adiungimus, ipse de se dicit: *Non quod volo bonum hoc ago, sed quod nolo malum illud facio.* Et nos culpatis, quia dicimus, 15 non vocantur nisi prædestinati. 17 Antecedit enim gratia Dei voluntatem hominis. Prior est enim Deus in bono hominis: homo autem, etiamsi optimus sit, in omni bono vix novissimus invenitur. Date primas partes Deo, ut superbiam evacuetis humanam. Quòd si volueritis superbiam nutrire hominibus, apparet vos ruinam generis humani perquirere, quia docetis, in bono opere non Deum antecedere, sed hominum voluntatem, ut ipsi videantur magis Deum, ut bonum faciat, suis suggestionibus admonere quasi qui non faceret bonum nisi ipsi dixissent: cùm constet Deum nullo suggerente nullo rogante, bona omnibus hominibus condonare. Non enim dicit Apostolus, cùm rogaremus, sed *cùm inimici*, inquit, *essemus, reconciliati sumus Deo, non per voluntatem nostram, sed per mortem filij eius.* Ubi est ergo voluntas hominis? exclusa est, quare? quia non omnia qui vult ipse salvatur; quia si omnia qui vellet salvarentur, nullùs à salute poterat effici alienus. Omnis enim homo salvari vult, sed non omnis salvatur homo, salvatur autem in quem voluerit Deus, utique inquam in quem voluerit Deus, ut exclusa hominis voluntate, suam plenam ex integro gratiam manifestet. Quòd si aliquem vult Deus bonum esse, & bonus non est, 16 ergo homo vincit Deum. Vincit enim Deum, si Deus eum vult esse bonum, & bonus non est. Dei ergo voluntas & effectus est in bono hominis. 18. Non enim cùm rogaremus, neque cùm peteremus, sed cùm inimici inquit essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius. Cùm autem pro omnibus mortem filij eius legitis, miror quomodo omnes intelligatis, cùm paucos vix ad salutem cernatis adtingere. 19 Ubicumque autem omnes legitis, generaliter omnes vultis intelligi, cùm omnes sæpe pro parte doceantur. Nam cùm dicitur: *Omnes declinaverunt*, non tamen omnes declinaverunt, & *Omnis homo mendax*, non tamen omnis homo mendax, quia de quodam legimus, *Erat homo verax*, & illud, *Viri mendaces, non erunt illius memores: viri autem veraces invenientur in ea.* Pars ergo maxima omnes videtur significare, cùm utique constet, non debere omnes intelligi. Et hoc miror, quod 20 clausis oculis transitis hostis insidias, vos qui dicitis voluntatem hominis aliquid adquirere posse virtutis, non adtendentes quantæ ruinæ castitatis per diabolum fiant, quantaque crimina concupiscentiæ, avaritiæ, livoris, ac perfidiæ, quotidie perpetrentur. Quæ utique si videretis, non laboraremus vobis ostendere damna virtutum, & victorias vitiorum. Si integra enim esset libertas arbitrij, ista non fierent. 21. Per prævaricationem itaque prioris hominis perijt ab hominibus libertas arbitrij. Sed vos 22. hæresem Pelagianam iterum renovatis, cùm dicitis per libertatem arbitrij homines finem ponere posse peccatis. 23 Excluditis enim gratiam per libertatem arbitrij. Aut enim libero arbitrio liberamur, aut gratia Dei eripimur. Eligite quid dicatis. Si gratiæ totum dederitis, unum sapimus: si libero arbitrio, sciatis nos vobis consentire non posse? 24. unde autem illi maior libertas arbitrij in bono, unde isti minor est, nisi quia Dei dispensatione censentur? In alio enim tenuem se exhibet gratia, in alio abundantem & largam, prout ipsa vult gratia, non prout nos volumus, qui à facturæ nostræ ordine recessimus. 25. In tantum denique vitiatam per prævaricationis Adæ hominis naturam agnovimus, ut instaurationem suam per Christum non in re, sed in spe fuerit consecuta, dicente Apostolo, *Spe salvi facti sumus, spes autem quæ videtur non est spes.* Si ergo spe salvati sumus, adhuc rem in præsenti sæculo non accepimus. 26 Ideo denique baptizati iterum carnaliter concupiscunt, & illos motus corporis patiuntur, quia spe non re consecuti sunt instaurationis auxilium 27 Si enim re consecuti fuissent, post baptismatis gratiam non esset peccati possibilitas, nec voluntas. Verùm quia virtus baptismatis tanta est, ut universa peccata deleat, pullulatio tamen peccatorum baptismatis unda non abluitur, inesse enim per Adam naturaliter perdocetur Nam illa membra, quæ in baptismatis hora confusione carent, postea confusionem recipiunt, quia evitant ubique conspectum, & quærunt pudendo secretum, 31 Quæ enim Deus membra fecerat, prævaricatio in pudenda convertit, & non dicuntur membra, sed pudenda. Quæ pudenda in puncto illo baptismatis membra fiunt, sed mox iterum pudenda efficiuntur ex membris, non enim re, sed spe instaurati sunt. 30. Concupiscentia enim carnis, quæ per prævaricationem Adæ regnat in corpore tanquam lex peccati, iterum sibi vindicat baptizatum, totumque animum eius conatur evertere. Hæc enim radix illius plagæ est, quam Christus salvavit. Salvavit autem sic, sicut Apostolus dicit, *Spe salvi facti sumus.* Et iubet nos animum ad invisibilia contemplandi transferre, nec de his quæ videntur præsumendo confluere, & ideo dicit. *Spes autem quæ videtur, spes non est* 28 ne fortè æstimaretur per baptismum ita tolli peccata, ut etiam radices ipsæ peccatorum pariter evellantur

A Motus enim ille pollutionis, qui per prævaricationem naturam invasit, ita remanet in baptizato, sicut radix capilli, cùm fuerit novaculâ in superficie emundatus & rasus. Rasus enim est, vt emundaretur locus, non est eradicatus, ne vlterius nasceretur. 29 Si enim ex integro per baptismum omnis prævaricationis Adæ fragilitas tolleretur, baptizati omnes nullo caloris motu traherentur ad crimina, nullus sordibus inquinaretur humanis, nullus concupiscentiæ stimulo pungeretur. Sed quia spe salvi facti sumus, quod adhuc non videmus, per patientiam exspectamus. Veniet tempus, in quo neque nubant, neque vxores ducant, sed sint sicut Angeli in cœlis. Cùm enim corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est, *Absorpta est mors in victoriam, vbi est mors contentio tua? vbi est mors stimulus tuus? stimulus autem mortis peccatum, virtus vero peccati lex.* Tunc dicemus, Deo gratias qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.

PROLOGVS LIBRI Sequentis.

FInitus est liber inimicus hominum, contra fidem catholicam confictus, liber dolosus, circumdatis fallaciis, adulter integræ diffinitionis, quique, vt sanctus Cyprianus, ait, falsa ostentat, vt vera subripiat. Qui sub specie pietatis editus, agit contra omnium instituta Sanctorum. Huius libri causa, vt memoravimus in præfatiuncula, omnium hæreticorum in vnum librum collegimus sectas, vt sciant defensores eius cunctis nos hæresibus adversari, & nullius contra eos vti consensu. Itaque ô sancta mater Ecclesia, puræ fidei genitrix, contra occultos hostes tuos, contra novos barbaros pacificum habitum mentientes, contra eos qui per te contra te arma corripiunt, nostras vires exalta, & volentes inire certamen adiuva, contra hos præcipue, contra quos adhuc nullus scribendo pugnavit, cùm illi scriptis suis, sub Sacerdotis Augustini nomine, totum penè iam vulneraverint mundum, vitiatos libros proferendo, & varias epistolas dando, quas memorati Hipponensis Episcopi esse confingunt. Et vos omnes catholicæ fidei defensores precibus exoramus, vt exclusa omni occupatione, intentius nostrum prælium attendatis, & futurum iudicem iudicij vestri ante oculos habentes, ex integro defendenda defendite, ex integro damnanda damnate. Cur autem, intermissis aliis pravitatibus, hunc librum in medium adduximus solum, hæc ratio est, quia in modum Symboli eis quos deceperint tradunt. Hunc ergo totum per ordinem credidimus scribendum, ne videantur ea quæ facilè vinci poterant ex eorum libro fuisse discerpta, & illa callide prætermissa, quæ ipsum librum poterant ab accusationis nostræ iniuria vindicare. Nihil ergo prætermisimus, sed omne corpus eius his detegentes scriptis, gladium contra eum verbi Dei proferimus, atque in partes eum concidentes, singula quæque membra eius catholicorum oculis denudamus, ostendentes quæ venena in capite habeat, quæ in ore contorqueat, quas ex pectore sagittas emittat, ac per singula membrorum officia adversarietatis eius arguentes astutias, & captivum eum Ecclesiæ catholicæ pedibus prosternentes, omnibus eum facimus manifestum, vt ex hoc ipse sui damnator existat, qui Catholicam doctrinam deserens consensum suum huius libri voluerit contagione violare.

***

E

LIBER TERTIVS

REFVTATIO LIBRI SVperioris sub Sancti Augustini nomine conficti.

HActenus hæreticorum omnium incensæ sunt silvæ, in quibus latrocinante perfidia divitiæ fidei pervasæ sunt, prædam passa Ecclesia, animarum sanguis effusus. Verum quia solitum est spinis, post incendium iterum pullulare, falcem divini iudicij teneamus, vt rediviva & contra cœlum erecta spinarum capita amputemus. Non deerunt, procurante Deo, huic agro cultores, vt possint beati immaculati in via, immaculati in fide, qui ambulant in lege Domini, absque impedimento sentium pervenire quo pergunt. Nonagesimam hæresim Prædestinati fecerunt, ostendentes libros falsos, quos Augustini confingunt, cuius dicta in multis locis leguntur istis libris valde contraria. Datur ergo Catholicis vera suspicio, quod tam scelerata dicta viri orthodoxi esse non possint, quæ dantes manus Mathematicis, dicunt humanum genus ita divinis prædestinationibus subiacere, vt mala omnia quæ geruntur in sæculo, Dei dicantur voluntate committi. Ne ergo participes nos eorum timor humanus aut verecundia faceret, omnium hæreticorum egimus curas, & invenimus neminem peius potuisse errare, quàm hos qui dicunt mala omnia & crimina Dei prædestinatione committi. Habeant ergo omnes hæretici vnum librum, in quo eos non de potestate, sed de ratione vera damnavimus, vt sciant Prædestinati nulli nos consentire hæretico. Habeant & Prædestinati vnum librum, in quo eos Deus ipse convincit, qui scit se nullum prædestinasse ad malû, omnes autem prædestinasse ad bonum, vt quod bonum est, ipsius comprobemus. Omnia enim bona, quæ faciunt nunc homines, aut quæ ab initio fecerunt, vel facturi sunt, Dei gratiâ, Dei clementiâ, Dei dicimus auxilio, Dei etiam prædestinatione completa. Prædestinatione autem, non qua vim faciat Deus bonum nolentibus, sed qua ipse nunquam mutet sententiam bonitatis, & incessanter sit bonum volentibus promptus, malum autem volentibus imparatus. Si quidem venientibus ad bonum, fidei eorum statim remunerationem exhibeat, conferendo indulgentiam peccatorum, & Dei filios faciendo: euntibus autem ad malum, non statim pœnam inferat quam merentur, sed expectationis suæ pias largiatur inducias. Hoc propositum Dei prædestinatum confitemur & fixum. Ergo dum mala fiunt, non Deus propositum subduxit, sed homo suum contemptum induxit: nec Deo volente factum est aliquando peccatum, sed homine est negligente commissum. In tantum Deo nolente humanum deliquit genus, vt semper peccata exercentibus irasceretur, & iustitiam agentibus subveniret. Denique dum totus mundus à iustitia declinasset, & dignus esset diluvij perire naufragio, docetur Deus voluisse eum per suam correptionem salvari. Nam quid est quod Apostolus Petrus dicit? *Expectavit Dei patientia eos qui increduli fuerunt in diebus Noë, cùm fabricaretur arca.* Dicite nobis, quid expectabat Dei patientia? Numquid prædestinatam perditionem, an provocatam conversionem? Fabricatio itaque arcæ diluvij extitit prædicatrix. Clamabat ascia, sonabat malleus, contestabatur serra, & ipsa infidelibus prædicabant ferramenta diluvium. Datis itaque centum annorum induciis, præcessit lex, quæ perituros diceret posse pœnitendo evadere: quam non prædestinatio impedit, quæ negaret posse corrigendo salvari. Si enim prædestinatio finibus suis terminum fixit, iniusta est lex, quæ fines cupit invadere alienos. Ergo vt prædestinationem constituas, præcepta convince, da legi repudium, vt regnum prædestinationi inducas, lex enim imperare omnibus semper voluit, &

nunquam

A nonquam vlli servire. Si ergo prædestinatio imperium legis evacuat, & lex prædestinationis iura conturbat, vna è duabus tyrannidem gestat. Eligite nunc, catholici, cui colla subdamus. Si legi, negemus prædestinationem ab imperio suo legem excludere, quia lex dicit, Custodi præcepta mea, & vives: prædestinatio autem dicit; vasa iræ iam aptata ad interitum, & vasa misericordiæ quæ vocantur ad vitam. Vtrumque scriptum est, quid nunc faciamus, eligite. Si iam sunt vasa iræ aptata à Deo vt peccent, & sunt vasa misericordiæ aptata ad vitam vt vivant, fundamus nos omnes prædestinationis imperio, & legem cum suis prædicatoribus expellamus. Et ne forte hoc ausu facinoris nouum putetis esse peccatum, fecit hoc ab initio omnis turba peccantium. Nam vtquid interfecta est Prophetarum, & Apostolorum, & omnium turba Sanctorum, nisi hac de causa, quia legem Dei humanis sensibus ingerentes, arguebant in peccatoribus vitia? Qui si voluissent adulationis voce regnum prædestinationis inducere exclusa legis iustitiæ, nullus fuisset occisus. Dicebant enim illis, sicut scriptum est, *Nolite prædicare nobis dura.* Quid est, nolite prædicare nobis dura? Hoc est sine dubio, nolite nobis per legem comminantem prædicare supplicia. Illi ad hæc, si vos nostri temporis monitores audissent, habuerant illis in his verbis adulando servire, & sicut vos facitis, per legis eos testimonia male interpretata decipere.

Verba prædestinatorum.

„ Estote securi de ordinatione Dei, quam prædesti-
„ nando constituit. Cui vult Deus miseretur, & quem
„ vult indurat. Non est enim volentis, neque currentis,
„ sed miserentis est Dei. Potestatem habet figulus luti
„ ex eadem massa facere vnum vas ad honorem, aliud ad
„ contumeliam, caro adversatur spiritui, spiritus carni.
„ Hæc inuicem sibi adversantur, vt non quæ vultis
„ ipsa faciatis. Iam prædestinavit Deus quos præscijt,
„ & quos prædestinavit, hos vocavit, quos vocavit,
C „ hos iustificavit, quos autem iustificavit, hos magnifi-
„ cavit. Non est in homine via eius. Quid putatis vos
„ in eo quod bene agitis esse laudandos, cùm ideo lex
„ loquatur, vt timorem incutiat? cæterùm nihil fit, nisi
„ quod voluerit Deus, quem voluerit esse sanctum san-
„ ctus est, aliud non erit: quem præscierit esse iniquum,
„ iniquus est, non erit aliud. Prædestinatio enim Dei
„ iam & numerum iustorum, & numerum constituit
„ peccatorum, & necesse erit constitutum terminum
„ præteriri non posse. Hæc quæ vos dicitis si dixissent, hominum quidem temporales evaserant iras, sed invenerant Dei æterna supplicia. Non ergo hoc dixerunt, sed dixerunt: *Hæc dicit Dominus, si volueritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ edetis, si autem nolueritis, neque audieritis me, gladius vos comedet. Os enim Domini locutum est hæc,* & iterum, *Hæc dicit Dominus: Quia vos recessistis à me, & ego recedam à vobis, & tradam vos Assiriis in deprædatione, filios vestros in conspectu vestro*
D *occidens gladio, & vxores vestras abducens, quoniam contempsistis legem meam, & quæ ego nolui elegistis,* & iterum, Hæc dicit Dominus: *Numquid opprobrium factus sum domui Israël, quoniam me dereliquerunt, & præcepta mea & legitima mea computaverunt pro nihilo?* & iterum *Quoniam vocavi & contempsistis, ego quoque in vestra perditione ridebo; & gratulabor dum venerit super vos repentina calamitas.* Hæc & his similia dicentes, diversis sunt interfecti suppliciis. Vnde & Dominus ad populum civitatis, in qua Prophetæ fuerant interfecti, clamat tam in Prophetis, quam in Evangeliis suis dicens: [Hierusalem, Hierusalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alis suis, & noluisti?] Noluisti inquit quod volui, voluisti quod nolui. Si ergo noluit Deus quod illi voluerunt, & voluit quod illi noluerunt, aut coactus à potentiore alio prædestinationem constituit, aut si ipse constituit, calumniam fecit. Vt quid enim dicit homini, hoc volui quod noluisti, si scit se eum prædestinasse ne vellet? Secundum vestram blasphemiam excluditur reatus hominis, & ap-

E paret calumnia Dei, & probatur innocens qui delinquit, & iniustus qui punit. Dolendum enim est peccanti potiùs quàm irascendum, quia vim passus est à prædestinatione divina, cùm rueret ad præcipitia criminum. Hoc enim voluit qui creavit, qui enim creavit ipse prædestinavit. Quod si ita est, constat non suum esse vitium omnino qui peccat. Si ergo non suum habet vitium omnino qui peccat, & constat à iusto Deo extranea esse vniuersa quæ damnat, cuius inveniuntur factum, huius inuenietur esse peccatum. Nulla enim ratio patitur, vt vbi alter prædestinator est, ibi alter prævaricator esse dicatur; nec recipit hoc boni & iusti æquitas, vt prædestinationem suam crimen faciat alienum. Ergo vt peccantem punias, ostende prædestinantem: da auctorem prædestinationis, vt possis iudicem monstrare peccati: quia vnum eumdemque ostendere non potes prædestinantem atque damnantem. Si enim Deus auctor est prædestinationis, & operum nostrorum ipse est constitutor, osten-
F dite alium qui puniat prædestinata peccata: aut si quasi iustus iniusta humani operis facta condemnat, bonitatis iustitiæ alium nobis prædestinatorem ostendite. Cui enim displicet factum, nunquam potuit ab eo vt fieret constitutum. Perquam enim stultum est, si ipsum prædestinatorem eundem damnatorem operum confiteris. Nullus enim tam impius quàm is qui rem à se præordinatam exhorreat, & id puniat factum, quod ipse præordinavit vt fieret. Nisi si forte, animo ad meliora converso, mutabilitate consilij, quòd prius fecit iudicat esse damnandum, quod qui agit doctrina melioris impellitur. Qui verò in omnipotentiæ virtute consistit, & nec parem novit, nec superiorem metuit, dicite nobis prædestinationem suam quo compellente damnavit? quia si prædestinati opera rea est, multò magis prædestinantis ordinatio criminosa. Si enim is qui prædestinatus est, per prædestinationem ipsam reus est, quanto magis ille, cuius prædestinatio facta est, vocatur in culpam? Cave-
G te, obsecro, ne hæc adulterini seminis zizania casto Ecclesiæ dogmati aspergantur, quia peccatum non à prædestinante dirigitur, sed à delinquente committitur. Recedant ergo vana argumenta verborum. Nihil habent omnino commune prævaricatio delinquentis & prædestinatio vindicantis, quia peccatum in voluntate transgressoris est, prædestinatio autem in redemptoris est ordinata virtute. Non enim aliud prædestinavit iste qui condidit, nisi vt secundum eius homo possit vivere voluntatem. Nefas est enim, & nimis est criminosum, vt præsumptio hominis ex Dei credatur prædestinatione descendere, & delinquentis vitium præiudiciarium futuri iudicis æstimetur. Occurrunt hoc loco, & dicunt per præscientiam Deus prædestinationem suam constituit. Nam quos præscijt nullo modo converti, hos prædestinavit ad mortẽ. & quos præscijt omnimodo cõverti, hos prædestinavit ad vitã. Videamus nunc, si non iniquis am-
H bagib. iudiciũ Dei ad præiudicium iustitiæ trahitis. Ergo adhuc non sunt creati homines, & iam à iusto Deo præiudicium patiuntur? Videtur mihi quòd alterum vobis invenissetis Deum, qui tam impius sit, vt à præiudicio circumveniat humani generis massam, & nondum nati hominis merita dispungendo constituat, ac prædestinationis suæ vinculo ad peccandum adstringat, & cui adhuc conceptio non est, iam illi præparet æterna supplicia, & cui adhuc non dedit lucis huius labentis transitoria munera, iam illi perpetuas tenebrarum præparet pœnas. Quærite vobis, vt dixi, alterum Deum de quo ista dicatis. Nam hunc pium & clementem nostrum nunquam ad hoc provocabitis, vt falsim blasphemiis vestris commotus, etiam vobis hoc faciat. Nam qui vos patienter tolerat, nescio iam cui peccanti non parcat. Quotidie nobis iniustè agentibus subvenit, & recentioribus delictis subinde recentiora indulgentiæ suæ dona largitur, & vos dicitis, iam ante mundi constitutionem indignatum nobis pro futuris peccatis prædestinasse sententiam. In præsenti se blasphemantibus veniam tribuit, & vos dicitis, iam tunc indignatus est contra peccaturos, & prædestinavit eos ad mortem, quando prima liniamenta ge-

nerationis

A nerationis humanæ formaoit. Iam ergo tunc egit iudi-
cium mundi, antequam ipsum mundum statueret, vt
iam post finem sæculi oon inveniat quem puniret. Labo-
rem sibi forte voluit tollere, & ne non occurreret post
facta sua homines iudicare, aote eos prædestinavit ad
mortem, quàm crearentur ad vitam. Et tameo, si ipse
creavit qoos prædestinavit ad pœnas, prævenit meritum
occidendi, & qui adhuc non cœpit vivere, sententiam
iam æternæ mortis accepit. Hoc Deus noster nunquam
fecit, si vester est aliquis alius, ipsi istas iniungare blas-
phemias. De Deo autem nostro dicit Propheta, *Vivo ego
dicit Dominus, quia cùm dixero peccatori, morte morie-
ris, & peccator si abstulerit à via sua mala, & ab stu-
diis suis pessimis, vivo ego dicit Dominus, vita vivet, &
non morietur in delicto suo quod fecit. Et si dixero iusto
vita vives, & recesserit posthac à iustitia sua, vivo ego,
dicit Dominus, quia morte morietur, iustitia eius non li-
berabunt eum, in die qua recesserit à iustitia, & fecerit ini-*
B *quitatem, in iniquitate sua morietur.* Vides nostrum Deum
ex vtroque latere, & iustum monere, ne persecuritatem
corruat, & peccatorem adloqoi, ne pro desperatione
non surgat. Si alicubi vos legistis de Deo, Vivo ego di-
cit Domious, quia quem prædestinavi ad vitam, aliud
non erit, & quem prædestinavi ad mortem, sine dubio
morietur, quis vos ferret ista docentes? Ecce contra sen-
tentiam vestram Deus loquitur, & ipsi Deo de se testi-
moniom danti non creditis. Nec iustus securus sit, in-
quit, si dixero ei vita vives, qoia si recesserit à iustitia, in
iniquitate morietur, & cùm dixerim peccatori morte
morieris, & conversus fuerit, vivo ego dicit Dominus,
iniquitatum eius non recordabor, vita vivet. Nolo enim
mortem morientis, tantùm vt coovertatur & vivat. Oc-
currunt oobis iterum clamaores, Hoc in veteri lege scri-
ptum est, in novo autem Apostolus clamat, *Vasa iræ ap-
tata in interitum.* Ergo si ante adventum pietatis pietas
iam exuberabat, quanto magis nunc, vbi pietas ipsa
C pro impiis sententiam impietatis accepit, vt impios à
reatu suo absolveret, & eos ad indulgentiæ gratiam re-
vocaret? Videamus ergo vasa iræ quo ordine aptentur
in interitum. Audi Apostolum, non Dei præordinatio-
ni hoc, sed hominis negligentiæ vel diligeotiæ adplican-
tem [In magna, *inquit*, domo non suot tantum vasa au-
rea & argentea, sed & lignea & fictilia, & quædam qui-
dem sunt in honorem, quædam autem in contumeliam.
Si quis ergo moodaverit semetipsum ab his, erit vas in
hooore sanctificatum, vtile Deo ad omne opus bonum
paratum] Ergo vasa aptata iræ in interitum, si se emun-
daverint ab his pro quibus aptata sunt in interitum,
erunt vasa in honore sanctificata, & Deo vtilia ad omne
opus bonum parata, secundum quod supra dixit ad Pro-
phetam, *Cùm dixerim peccatori, morte morieris*, hoc est,
cùm dixerim, eris vas aptatum ad interitum, & hic pec-
cator converterit se ab iniquitate sua, hoc est, cùm sit
vas aptatum ad interitum, mundaverit semetipsum ab
D his, erit vas in honore sanctificatum. Posteaquam hinc
eos superaveris, ad obscuriora loca scripturarum confu-
„ giunt, vt sagittent in obscuro rectos corde. a. Nesci-
„ tis, inquiunt, quia scriptum est, Iacob dilexi, Esau au-
„ tem odio habui? Cùm enim nondum nati fuissent, nec
„ aliquid egissent boni vel mali, ex præscientia dictum
„ est, vt vnus haberetur odio, alius amaretur. Necesse
nobis erit in hoc loco, de lumine sacræ legis interpreta-
tiunculæ huius lumen incendere, vt detegamini, non
aliud in obscuris locis vos fingere, nisi vt simpliciter am-
bulantes easpolieris catholicos vestitu deaurato, & in-
duatis eos pannis hæreticorum sordibus plenis. In Gene-
seos libro de Rebecca dictum est, *Duæ gentes & duo po-
puli de tuo vtero prodient, & populus populum superabit,
& maior serviet minori.* Prophetia ergo non de his est
qui secundum carnem nascebantur, sed de duobus popu-
lis Iudæorum & Gentium, in quo maior populus Iudæo-
rum serviet minori, id est Gentium. Sic enim & sequitur
Apostolus, *à præsciente*, inquit, *dictum est, quia maior ser-
viet minori.* Vt quid hoc dixisti, ô beate Paule Apostole?
peto vt respondeas. Numquidnam propterea hoc dixisti,
vt prædestinatis in præiudicium nascituris adferret? Res- E
pondet ita Apostolus: Ego propter hoc dixi, maior ser-
viet minori, vt electio ex Gentibus fieret. Ergo si pro-
phetiæ huius mysterium nobis interpretatus Apostulus,
tu quis es qui aliter, quàm explanavit nobis magister
verus, istum sensum exponas: cùm scias dictum ab eo,
quòd *si Angelus de Cælo evangelizaverit vobis præterquã
evangelizavimus vobis, anathema sit*? Occurrunt hoc lo-
co renovato certamine dicentes: Nos non dicimus „
præterquam evangelizavit Apostolus. Per præscien- „
tiam Dei prædestinatiooem factam ipse commemorat. „
de Deo ipse dicit, *Quos vocavit, hos prædestinavit.* Si „
præscientem & prædestinantem, & vocantem in Apo- „
stolo legitis, nobis vt quid impingitis crimen? Nos vo-
bis crimen non impingimus, sed probamus. Sive enim
vos peritos dicatis, arguimus non sic sensus Apostoli-
cos vos debere concidere: sive vos probetis imperi-
tos, increpamus non scientes præsumere non debere, &
F eius rei magisterium polliceri, cuius nunquam voluistis
esse discipuli. Vos enim, si voluissetis discere priùs, & sic
docere, ab istis interpretationibus fugientes, à Dei æqoi-
tate nunquam recesseratis, nec diceretis, quia non om-
nes homines vult salvos fieri. Apostolus autem legis pe-
ritus noster, omnibus se omnia factum dicit, vt omnes
lucrifaceret peccatores. Iam enim didicerat, quia con-
clusit Deus omnia in incredulitate, & vult vt omnibus
misereatur. Didicerat quòd omne os deberet obstrui, &
subditus deberet fieri omnis mundus Deo, & ideò dice-
bat, [Dico autem per gratiam quæ data est mihi omoi-
bus qui in vobis sunt, *& iterum*, Corripientes omoem
hominem, & docentes, *& iterum*, Idem Deus dives in
omoibus vobis, *& iterum*, Apparuit gratia Dei omni-
bus hominibus, erudiens nos, & docens, vt sit omois
homo perfectus in Christo.] Et quia sciebat Filium Dei
pro omoibus natum, pro omnibus passum, ideo cla-
mat, dicens: [Hoc placitum est coram Salvatore nostro
G Deo, qui vult omnes homines salvos fieri, & in agnitio-
nem veritatis venire.] Vnde etiam quotidie nobis in
Euangeliis suis ipse Dominus clamat, dicens, *Venite ad
me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos requies-
cere faciam.* Vnde vt doceret se nullum hominem à
sua largitate repellere, promptus, liberalis, abundans,
numquam minus faciens, loqoitur in Euangeliis suis di-
cens, *Omnis qui petit accipit, & qui quærit invenit, &
pulsanti aperietur.* Nam & scriptura veteris Testamen-
ti omnes ad audiendum gentes inuitans, dicebat, *Audi-
te hæc omnes qui habitatis orbem, quique terrigenæ & filij
hominum, simul in vnum dives & pauper.* Et ideo idem
Apostolus, videns quia omnes homines vult Deus,
non tamen omnes homines Deum volunt, futurum
iudicium memorans clamat, dicens, *Omnes nos opor-
tet manifestari ante tribunal Christi, vt recipiat vnus-
quisque propria corporis prout gessit, sive bona, sive mala.*
Vnde & Apostolos Petrus, *Gratia*, inquit, *Dei super om-
nes, & in omnibus vobis.* Prophetæ omnes vocant, Apo-
H stoli omnes vocant, Christus omnes vocat, in toto
orbe terrarum sacerdotes Dei innumerabiles omnes vo-
cant ad gratiam & ad misericordiam Dei, & ad in-
dulgentiam. Soli duo, aut tres homunciones, cæcum
habentes cor, egrediuntur cum his libris apostaticis
quos viri catholici esse confingentes, totum vulnerant
mundum, quibus novum genus blasphemiæ inducentes
dicunt, quòd Deus non omnes homines vult saluos fieri,
& in agnitionem veritatis venire, atque huius loci ob-
scuritatem passi, tanto lumini, támque immenso splen-
dori, tenebrarum suarum voluot inferre caligioem. Sed
quia lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non valent
comprehendere, iuvante Domino, ex eius thesauris acci-
pientes, locum quem putant hæresi suæ manum porri-
gere explanavimus. Dicamus nunc & de præscieotia &
de prædestinatione. Præscit Deus & prædixit quòd in
semine Abrahæ, hoc est in Christo, benedicerentur omnes
gentes. Quod dum fieret, Iudæi satis moleste ferebant.
Nam ideo comprehendebant Apostolos, & in custodiis
retinebant, dicentes eis, [Prædiximus vobis ne prædi-

A careris boc nomen: vos autem sepleftis omnes ductrina vestra.] Apostolus autem Paulus, videns Iudæos in eo deficere quòd gentes introirent ad fidem, & excluderent Iudæos à privilegio Synagogæ per privilegium Ecclesiæ, adloquitur eos vt non contristentur, dicens, Quid nunc prohiberis nos Gentibus loqui ne salvæ fiant, cùm sciatis Deum dixisse ad Abraham, quòd in semine tuo hæreditabo omnes gentes? Præscijt enim Deus, quòd Filium eius essent negaturi Iudæi, & essent ei Gentium populi crediturι. Et ideo ait: [Quos præscijt, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus.] Iudæi enim per circumcisionem filij Abrahæ docentur, Gentes autem per baptismum filij Dei fiunt, & est illis frater primogenitus Filius Dei. Vnigenitus inquam, specialiter Filius Dei, frater fit eorum qui generaliter filij Dei adoptantur, vnde & dicit Patri, *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Hos
B ergo gentium populos præscijt, vt diximus, quòd Filium suum, quem Iudæi crucifixuri erant, sincero corde susciperent, & vt decebat Dei filium adorarent. Quos ergo præscijt, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filij sui, vt Filius eius esset primogenitus in multis fratribus, hos prædestinavit, quos autem prædestinavit, hos vocavit. Si interroges Apostolum, quando prædestinavit? dicit tibi, tunc quando dixit Abrahæ, *In semine tuo hæreditabo omnes gentes.* Et ideo per Prophetam dicit, *Audite hæc omnes gentes.* Dicit ergo Iudæis, Nihil novum vobis videatur fecisse Deus, qui voluit promissum patri nostro Abrahæ complere quod promiserat, vt in semine eius hæreditentur omnes gentes. Ergo quia omnes gentes prædestinavit, omnes gentes conclusit in incredulitatem vt omnibus misereatur. Ergo quos prædestinavit hos vocavit, quos vocavit hos iustificavit auferendo vniversa peccata: quos autem iustificavit, ipsos & magnificavit, id est filios Dei fecit: Quid ergo murmurantes estis ô Iudæi, prohibentes nos gentes adloqui? Si
C Deus pro nobis, quis contra nos? id est quid in nos mittitis manus, & in Apostolos Dei scandalum patimini? Si enim Deus filio suo non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit eum. Nota tibi, Prædestinare, quid dicat, sed pro omnibus tradidit eum, Dicendo pro omnibus tradidit eum, & Iudæis amputavit scandalum, & vestram intentionem exclusit. Miror autem prudentiam vestram sic legisse locum istum, *quos prædestinavit hos vocavit*, vt ad vnum versiculum qui in ante est timuissetis accedere. Quando enim venistis ad hunc locum, quasi satisfactum putantes intentioni vestræ, noluistis in antè ad versiculum qui vos convincebat adspicere, id est, *pro omnibus tradidit eum*, sed clausistis codicem, & cœpistis clamare, Non omnes vocat Deus ad gratiam suam, non omnes invitat & dicentibus nostris, Ergo non omnes vocat? vos respondistis, Non omnes vocat. Stupentes itaque nostri atque anxiantes, eo quòd audirent quod nullus vnquam hæreticorum dixerat, interrogaverunt peritiam
D vestram dicentes, Vnde probatis quia non omnes vocat Deus ad gratiam suam? ipse Deus non vult eos vocare? an vult & non potest? an non merentur? Si vult & non potest, blasphematur impotens: si potest & non vult, videtur iniquus: si ipsi non merentur, ergo iam gratia non est gratiæ, & res meriti humani est vocatio, non gratiæ Dei, si autem gratiæ Dei est, & non meriti hominis, omnes vocat, *Omnes enim peccaverunt & egent gloria Dei*, vt dicit Apostolus, & adiecit, [Iustificati itaque gratis in gratia ipsius in redemptionem quæ est in Christo] Ecce gratis, ecce & redemptio. Audenter dico, vbi est præsumptio de merito humanitatis, non est gratia divinitatis, omnia enim quæ gratiæ Dei esse credimus, meritis nostris adplicare non possumus. Ergo si gratiæ est & non meriti, quomodo vos dicitis aliquos non vocari, quia sunt eius vocatione indigni? Si enim nullus ea suo merito vocatur; sed ex dono gratiæ Dei, & alius vocatur alius recusatur, personarum Deus blasphematur acceptor. Arguuntur etiam Apostoli eius falsi testes indicij. Nam beatus Apostolus Petrus clamat, [In veritate, *inquit*, comperi, quia non est personarum ac-

E ceptio apud Deum: *Et beatus Paulus*, Non est enim personarum acceptio apud Deum: *Et iterum Dominus dixit de servis*, Eadem, *inquit*, facite illis remittentes minas, scientes quia & vester & illorum Deus in cœlis est, & non est apud illum personarum acceptio.] Si ergo ita est, immo quia ita est, vnde probatis quia non omnes vocat ad gratiam suam? aut quem non vult salvare qui pro crucifigentibus orat? In hac hæresi diabolus tyrannidis suæ furore grassatur, vt lethali plaga pene vniversum vulneret mundum. Infert bellum creatura creatori, & dicit ipsum prædestinasse quod punit, ipsum vt fieret constituisse quod prohibuit. Quod quàm sit impium, quamque sacrilegum, quamlibet imperitus agnoscet. Omne enim peccatum tunc peccatum rectè dicitur, cùm & reatus delinquentis & æquitas iudicantis ostenditur, quia peccati supplicium præcedit semper meritum facti: reum autem nemo facit, nisi eum qui potuit declinare peccatum. Peccatum ergo inter prædestinantem & operantem discerne, vt illius factum malum hic, quasi alienum à se, aut damnet, aut corrigat. A iusto
F autem Deo aliena sunt vniversa quæ damnat. Vnde si prædestinatio in peccantem ostenditur, nihil iusto iudici probatur debere peccator: quia cuius adseritur prædestinatio, huius etiam operatio comprobatur. Videtisne obsecro, quàm graviter blasphemetur his adsertionibus Deus? Si enim prædestinationis eius vis eousque adducitur, vt eius dicatur præordinatione peccatum; fructus malus non nisi ex impia radice procreatur. Erit ergo secundum Manichæum alius Deus malorum, alius bonorum, vt quæ bona sunt bono adscribantur, & quæ male sunt malo, ne videamur peius Manichæis inclamare blasphemium, cùm vnum eundemque Deum, quem bonum confitemur & iustum, hunc prædestinasse omnia scelera æstimemus. Recedant igitur vana argumenta verborum. Nihil habet commune prævaricatio delinquentis & prædestinatio vlciscentis: quia peccatum in contemptu
G transgressoris est, vltio verò in iudicis æquitate consistit. Tollite itaque è duobus vnum, aut iudici prædestinationem vt probetis iustum, aut alterutra iudicem futurum ostendite. Nulla enim ratione constitutum suum poterit punire qui iudicat: quia si malum prædestinationi dederis Dei, voluntati hominis dare non poteris. Aut enim accusa reatum in homine, & tolle te à blasphemio Dei, aut si prædestinationem à Deo esseris constitutam esse peccanti, reatum quidem peccatori tulisti, sed Deo crimen impingis. Certè peccatum certum est nihil aliud esse, quàm prævaricationem hominis, & prædestinationem nihil aliud, nisi ordinationem Dei. Quomodo ergo tam diversa sibimet tamque contraria ad vnam compaginem venire poterunt, vt quod bonum Dei est malum hominis fiat, & delinquentis vitium dicatur præordinatio prohibentis? Illud autem cur non consideretis, qui prædestinatione Dei putatis homines
H consentire peccatis? Omne certe peccatum vult & desiderat diabolus fieri, & creditis quod prædestinationem suam Deus ad diaboli desiderium, & ad hominis interitum posuit, & voluit prædestinationem suam servire voluntati diabolicæ, vt ad libitus dæmonum homines, ante propriæ voluntatis meritum, reos iam addiceret inimico? Hactenus blasphemias huius loci detexisse sufficiat. Pavido enim corde intolerabili tremore deficio. Octoginta & novem hæreses in primo libello conscripsimus, nullam ita hominibus ad crimina fræna laxasse conspeximus: nullam sic blasphemias in Deum adstruentem invenimus. Fateor, catholici confessores, crescunt eis in hac defensione blasphemiæ. Peto itaque vestræ fidei puritatem, vt dimicantem me vestris precibus adiuvetis, contra hos agentem, quorum tota verba blasphemiæ sunt. Feteor inquam carissimi, vniversa mei corporis membra torpescunt, animus deficit, auditus intremuit, facies pallore distabuit, capillorum seges in vertice riget, mens intus cum suis consilus metu quassante adflicta est, lingua ipsa in suo atrio moveri non prævalet: quoniam contra eos loquimur, qui dicunt Deum diaboli ,, voluntati servire. Iam enim, inquiunt, prædestinavit

A Deus homines, sive ad iustitiam, sive ad peccatum, & ideirco quod eos voluit esse qui condidit aliud esse non possunt. Cum interrogaveritis eos, vtquid tantum blasphemiæ proferant, dicunt quia dixit Apostolus; *Quos prædestinavit, hos vocavit.* Ideoque aiunt, quos semel Deus prædestinavit ad vitam, etiamsi negligant, etiamsi peccent, etiamsi nolint, ad vitam perducentur inviti, quos autem prædestinavit ad mortem, etiamsi currant, etiamsi festinent, sine causa laborant. Quis non videat, quòd hoc dicto tollatur sollicitudo iustis timendi ne corruant, & peccatoribus amputetur effectus sperandi ne surgant? Evasimus blasphemias Dei, ad ruinas hominum venimus. Si enim ita est, vt vnusquisque hoc sit quod prædestinatus est, cessat lex, cessat sacerdos, cessat devotio populi, clauditur aula confugij, evacuatur sinus Ecclesiæ, nullus genu curvat Deo, nullus benedictionibus inclinat caput, clauduntur apices Dei atque vniversa simul virtutum studia evanescunt.

B 6 Quantumvis enim, aiunt, quicumque studeat, & à Dei Ecclesia, & à Dei sacerdotibus, & à divinis studiis non recedat, si semel eum Deus prædestinavit ad mortem salvus esse non poterit. Iudas quotidie verbum vitæ audivit, quotidie adhæsit Domino, quotidie virtutibus occupatus, quotidie ipsum filium Dei monitorem audivit, & quia prædestinatus est ad mortem, vno ictu subito interiit. Saulus quotidie persecutor, quotidie lapidator Christianorum, quotidie vastator Ecclesiarum, & quia prædestinatus est ad vitam, vno ictu subito vas electionis est factus. Quid ergo, inquiunt, tu qui in peccatis permanes, expavescis? si te Deus dignabitur, sanctus eris; aut quid tu qui in sanctitate vivis, sollicitus redderis? si Deus noluerit, nunquam corrues. Vterque de Deo securi estote. Numquid tu qui sanctus es, & sollicitus es ne corruas, & die noctuque orationibus ades, occuparis ieiuniis, & divinis lectionibus diligenter insistis, exhortationibus vacas, atque

C omnibus sanctis studiis quotidie immines, numquid tua voluntate salvus eris? Numquid sanctior eris Iuda, qui accepit potestatem infirmos curandi, dæmonia fugandi, mortuos suscitandi, calcandi super serpentes & scorpiones, collega Apostolorum, Christi discipulus, & tamen quia prædestinatus est ad mortem, mortem æternam invenit? Cessa esse sollicitus, & de Dei esto voluntate securus: quoniam si te dignatur Deus vt permaneas, sanctus eris. At tu qui peccator es, disce à Paulo Apostolo. Numquid tu aliquando peiora poteris committere quàm ille commisit? & tamen quia prædestinatus est ad Apostolatum, evasit subitò vniversa peccata, & ab inferioribus inferiorum ad superna superiorum ascendit. Hoc est omnis summa consilij vestri, hinc decipitis mundum, hinc penetratis domos, & captivatis mulierculas oneratas peccatis, quæ circumducuntur variis desideriis; semper discentes, & nunquam ad scientiam Dei pervenientes. Iuvante itaque Domino, spiritus ille, qui falsorum senum adversum Susannam agentium scidit consilia, hic spiritus

D nunc vos dividet adversum immaculatam Dei Ecclesiam falsa tractantes. Et sicut illi de sua sibi accusatione inventi sunt pleni fallaciis, ita vos ex vestris vobis oppositionibus abscederis superati. Ipsa itaque verba dicimus inter initia quæ ipsi dixistis: sed aliter eorumdem verborum finem colligimus. Dicimus enim iusto, Certe Iudas Apostolus fuit, & à Christi vestigiis non recessit, ex ore eius die noctuque consilia salutis accepit, signa virtutum exercuit, & vniversa obtinuit Apostolatus insignia, & tamen quia negligens fuit, cecidit. Vigila ne corruas, esto sollicitus, quia adversarius tuus sicut Leo rugiens circuit quærens vt transvoret. Hoc autem quòd cecidit Iudas, non putes fuisse impietatis Dei: neque enim Deus illum voluit esse malignum, sed quia fur erat, & loculos habebat, & erat in corde eius radix omnium malorum avaritia, ideo corruit miser, & crepuit medius, qui tanta dona divina neglexit, qui medico præsente, vulnera sua non solum non curare, sed etiam augmentare studuit. In peccato enim Iudæ vos ipsos Iudices perimus. Ita enim vos iuvante Christo concludimus, vt vos ipsos ex vestro iudicio superetis. In peccato

E Iudæ grande est sacrilegium, incomparabile facinus, crimen immensum. Dicite nobis, cui vultis hoc crimen adscribi? Ipsi Iudæ traditori, an Deo prædestinatori? Si, quod dici peius peccatum est, quàm hoc quod Iudas exercuit, Hoc peccatum Dei prædestinatoris esse probaveritis, fateor vicistis, si autem ipsius Iudæ est traditoris, defensio nostra accepit palmam, non enim Deus ipsum talem vel prædestinavit, vel talem esse voluit. Defendamus ergo sanctum & immaculatum à crimine Dominum, ne quem ille tradidit per avaritiam, nos per iniustitiam accusemus: & tollentes crimen Iudæ, Dominum vocemus in culpam. Si enim ideo talis extitit, quia talem illum Deus prædestinavit, non quia ipse neglexit, ipsum quidem liberamus ab omni pondere criminis, & tollentes nos ab increpatione traditoris hominis, prædestinatoris Dei astutiam accusamus,

F qui quasi voluerit Apostolum fieri, vt eum ex Apostolo faceret traditorem, quem quasi voluerit elevare ad cœlos, vt eum ex alto iactaret; quem quasi voluerit dæmonia eiicere, vt eum dæmonum traderet potestati. Quid moras inocctimus? ante oculos vestros virosque habetis, ô nostri temporis tractatores, servum & dominum, magistrum & discipulum, Deum bonum & hominem malum, vnum accusate quem vultis, & vnum laudate quem vultis. Si Deum prædestinantem, Iudas immunis est, si Iudam tradentem, crimen eius Deum prædestinasse docere minime poteritis, quia Dei prædestinatio bona est, Iudæ autem traditio mala. Bonus ergo rem bonam fecit, quia malum nunquam fecisse credendus est. Et si prædestinatio Dei bona est, & Iudæ traditio pessima, rei malæ Iudæ, & rei bonæ Dei, convenire non potuit. Impossibile est enim, tenebris & lumini, bono & malo, vitæ & morti, veritati & mendacio, simul habere consortium. Reddentes ergo Iudæ soli peccatum suum ex integro, & Deo honorem æquitatis suæ

G integerrimum exhibentes, nobis quoque reddite osculum charitatis. Laboratis enim vano certamine, qui per Iudam omnes peccatores excusatis atque defenditis, Dei autem iustitiam accusatis. Nunc veniamus ad magistrum bonum & verè beatissimum Paulum, & amota tergiversationis insania, quod verum & integrum negari non potest explicemus. Aliud est, zelo malitiæ persequi aliquem innocentem, sicut fecit Cain aliud est zelo Dei persequi, sicut fecit Helias? nec solùm persecutus est, sed etiam in conspectu suo multum populum gladio iussit occidi. Cain vnum occidit & æterna damnatione punitur: Helias multos occidit, & ad gloriam rapitur sempiternam. Non ergo, sicut vos putatis, Cain imitatus est Paulus: sed zelo Dei ductus Heliam secutus est. Dicas forsitan, vnde hoc probas? Lege ad Galatas eundem sibi testimonium perhibentem, atque dicentem: *Persequebar*, inquit, *Ecclesiam Dei, & expugnabam illam super multos coætaneos*

H *meos in genere meo, abundantius*, inquit, *æmulator existens paternarum mearum traditionum.* Numquid non omnibus Catholicis notum est, Deum hebræorum hunc esse patrem Domini nostri Iesu Christi? Quem ergo defendebat? Patrem sine dubio, quia Sacerdotes sui ei dixerant hunc non esse filium Dei quem crucifixerant. Credens itaque legi suæ, credens Sacerdotibus Dei vivi, accepit ab eis Epistolas, vt pergens Damascum ad synagogas, vinctos adduceret Christianos. Prudentissimus vir atque sapientissimus, qui sciebat se zelo Dei agere, sine dubio videbatur ei, quòd inimicos Dei persequeretur. Pro fide enim Dei, & pro veritate certabat. Non enim filium Dei esse Dominum nostrum Iesum Christum didicerat, sed seductorem & deceptorem populi sui, à magistris suis & à Sacerdotibus suis vt audierat, æstimabat. Animum itaque Heliæ non Cain habens, erga novus cultores Dei fortiter insistebat, & ignorans crimina pro virtutibus exercebat, Deus autem, cordis inspector, & fidei contemplator, fecit eum misericordiam invenire, quia ignorantiam

A eius innocentia comprobabat. Vnde hoc probamus? Ipse dicit ad Timotheum. *Fui*, inquit, *persecutor & iniuriosus: sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci.* Vides ergo, quia vbi ignorantia est, invidia non est? A iustitia enim Dei ignoranti doctrina traditur, scienti verò & contemnenti dictatur sententia. Vnde per obscurum ignorantiæ ambulans Paulus, putabat se inimicum Domini sui persequi, ardebat in persecutione, quia placere Domino bonus famulus studebat. Non quiescebat, furebat, abundantius omnibus zelator existens paternarum traditionum. Quorum patrum gerens zelum? sine dubio Abrahæ, & Isaac, & Iacob: & qui horum Deus? sine dubio pater Domini nostri Iesu Christi. Ergo huic placere studens, putabat se eius insequi inimicum: passus obscuritatem sacerdotum suorum, quibus legis diuinæ imperio fidem suam testimonium dantibus exhibebat. Omnibus notum est quid habeat obscuritas. Numquid non ipse vsus nos poterit edocere, obscuritatis B ris hanc esse naturam, vt notum & ignotum, parentem & extraneum, ciuem & barbarum, vno modo ante oculos adferat, qui nisi locutus fuerit, quis ille sit penitus sciri non poterit? Hic ergo, velut bonus custos vineæ Domini sabaoth domus Israël, velut bonus circitor, adprehenso baculo, per noctem ignorantiæ circuibat, vt quoscumque inveniret legentes vindemiam Domini, Heliæ animo devastaret. Servo itaque bono, pro domini sui vinea vigilanti, servo zelo fidei persequenti, servo Heliam imitanti, servo in tenebris ignorantiæ pro veritate certanti, servo cui se sciebat dixisse vt pro veritate certaret vsque ad mortem, laboranti ergo, & in obscuro fidei persequenti, & nescienti quòd ipse esset dominus suus, quem putabat inimicum domini sui, succurrit dicens, Quiesce, ego sum dominus tuus. Modò tu ipse iudica de te ipso. Si introieris in vineam tuam nocte, numquid homo tuus, aut servus tuus, in obscuro noctis dum te senserit, & cœperit venire vt te comprehendat, dic mihi obsecro, veritatem profer ex ore tuo, dic mihi numquid ta C ces, & permittis te teneri ab eo, quē probas quia non zelo non inimicitiis faciētib. te persequitur, sed te defendens, dum te æstimat furem, te ipsum pro te ipso persequitur? Huic tali servo & laus debetur & præmium. Deniq; cùm dixeris ei persequenti te & volenti percutere, Cessa, ego sum dominus tuus, statim abiecto fuste de manu sua, prosternens se pedibus tuis veniam postulat ignorantiæ, atq; ex illa hora hoc faciet quod ei præceperis. Ita ergo tunc B. Paulus, missus à sacerdotibus Dei, iam meritis Apostolicis plenus, vas electionis erat, habens intra se spiritum Heliæ persequebatur, vt ei videbatur, inimicos legis Dei, & quem putabat esse furem vineæ domini sui, ipse erat Deus suus. Patiebatur enim noctem, cuius ei obscuram fecerat incrudelitas sacerdotum. Iustus vero Dominus in hac ipsa sibi persecutione, quam ipse patiebatur pro sua iustitia, complacebat, quia ipse dederat legem, quam ille servabat. Non ergo quasi personarum acceptor adpre D hendit nolentem & fecit volentem, adprehendit infidelem & fecit fidelem, adprehendit inimicum & fecit amicum, adprehendit malum & fecit bonum: sed suum fidelem & pro se laborantem adloquitur, & dicit, *Quid me persequeris?* At ille ipsa verba quæ solent in obscuro dici ait, *Quis es Domine?* & Dominus, *Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris.* Statim cedit, statimq; transfert se à synagoga ad Ecclesiam, non mutando dominum sed ipsum esse quem semper coluit agnoscendo. Non ab alio Deo ad alterum Deum veniendo, sed eumdem esse Deum, quem semper coluerat, comprobando. Non ab infidelitate ad fidem veniendo, sed ipsam fidem quam iure habuerat, possidendo. Iustus ergo Dominus servum suum cognovit, secundum quod ipse Apostolus ad Timotheū dicit: *Cognoscit Dominus qui sunt eius.* His autem quos videt non veritatis defensione, sed vanæ gloriæ & cupiditate aliqua, eius se servos esse iactantes, clamat eis dicens: *Discedite à me quia non novi vos.* Verùm quid stamus in hoc loco, cùm non solùm has iniurias Apostolo ingeretis, vt dicatis eum invitum tractum,

E cùm ad vnam vocem legatis eum de se dicentem: *Si nolens hoc ago, dispensatio mihi credita est: si autem volens hoc ago, mercedem accipio.* Excludite eum à mercede sua, & dicite, Quia nolens hoc agis invitus tentus, invitus tractus, non tu curris, neque enim de cursu tuo proficis, esto iam securus, scias te etiam si volueris peccare non posse. Ad hæc vobis ipse respondet, *Ego sic curro, non quasi in incertum: ego quotidie festino, & ad bravium supernæ vocationis extendor. Et licet nihil mihi conscius sim, sed tamen non in hoc iustificatus sum. Nolite errare, Deus non irridetur.* Ego enim, nisi in ieiuniis multis institero, & maceravero carnem meam, & servituti tradidero, ipse reprobus efficiat. O magistrum bonum! ô sapientem architectum, & bonorum omnium instructorem.

Sic fabricat Ecclesiam qui vult exemplum salutis offerre. Non resupinat animos in bono cursu satagentes, vt putent se ita ad Deum pervenire, vt ab ani F mis suis tollant studium placendi Deo, & dicant, Non ei placebimus de nostro studio, quid studemus? non ei placebimus de nostro cursu, quid currimus? non ei placebimus de nostra voluntate, quid volumus? non ei placebimus de nostra vigilantia, quid vigilamus? non ei placebimus de nostra oratione, quid oramus? si prædestinati sumus ad vitam, reprobi non erimus. Hoc excludens Petrus Apostolus clamat: *Vigilate quia adversarius vester sicut leo rugiens circuit aliquem vestrûm transvorare festinans.* Et Apostolus Paulus, *Nolite consentire operibus infructuosis tenebrarum, magis autem & redarguite.* Noluit nos consentire. Vides consensum nostrum quàm cautè informat? Scit enim per consensum nostrum vnumquemque decipi, vnumquemque salvari. Consensum autem dico, in quo consentimus medico, qui nos gratis curare volens clamat ad nos quotidie: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos requiescere faciam.* Ideo audis vo G cantem, vt te exhibeas respondentem. Hic qui clamat vt omnes ad eum veniant, ignoravit doctrinam vestram. Nam non diceret, venite ad me omnes: sed diceret, veniant ad me qui sunt prædestinati ad salutem, vt salventur: recedant à me qui sunt prædestinati ad mortem, vt puniantur. Sed non ita est vt ipsi docetis. Homo enim, si consensum suum à vocatione Dei subtraxerit, perit. Medicus hic noster gratis quidem curat, sed imperat observantiam. Qui non fuerit salvatus, aut vocantem contempsit, aut invitantem renuit, aut ab his quæ ei abstinere sunt mandata neglexit. Hoc nos dicimus de medico perfecto. Vos quid dicitis? Dicite quod voltis, si laudatis medicum, & culpatis ægrotum, ostenditis medici diligentiam, & neglegentiam ægrotantis. Non hoc dicitis, sed hoc dicitis quod habetis in fallaciæ vestræ libello conscriptum. Omnes quos scit dignos salute redemptionis suæ Deus, hos ad sa- " lutem prædestinauit: hos tantùm salvat, quos se ad sa- "
H lutem prædestinasse cognoscit. Salus enim Dei non voluntati hominis servit. Ipse enim scit cui quid facit. " Nec enim antecedit arbitrij libertas gratiam Dei, sed " antecedit gratia Dei libertatem arbitrij. Hæc vestra scripta sunt, vestra sunt dicta, veris falsa permixta. Respondeamus ad singula. Si omnes quos scit dignos vocat, ergo omnes ad salutem prædestinavit, quia omnes quotidie vocare non cessat. Si hos tantùm salvat, quos se prædestinasse cognoscit, ergo omnes prædestinavit ad salutem, quia omnium dominus & salvator est. Si salus Dei non voluntati hominis obtemperat, sed anticipat gratia Dei voluntatem hominis, ostendite nobis quis nolens consecutus sit baptismatis sacrosancta mysteria, & postea cœpit per gratiam velle quod noluit: aut quis vnquam nolens egerit pœnitentiam, & postea quam reconciliatus est, sic cœpit post indulgentiam pœnitere. Duæ istæ res sunt salutis humanæ, sacrificium & confessio. Sed & voluntariè sacrificamus Deo, & voluntariè confitemur. Sacrificium, quo sanguine Christi redimimur, & lateris eius vnda perfundimur: confessio verò, qua confitentes errorem

A ferunt creatorem. Cùm creatura nulla sit mala, possunt, vt video, Deum blasphemare peruersum, quia dicit ad populum, *Si ambulaueritis rectè, & ego vobiscum ambulabo rectus: si autem ambulaueritis peruersè, & ego incedam vobiscum peruersus.*

HÆRESIS LXVI.

Sexagesima sexta hæresis Florianorum, à Floriano, qui dicit malas animas & bonas à Deo creari. Ideo, inquit, qui malitiosi sunt, mali sunt & non mutantur, & boni simpliciter viuentes non in audaciam iniquorum hominum protrahuntur. Quod dictum à Theodoto breuiter vincitur ita. Iudas bonus fuit, & factus est traditor. Ipso tempore quo meretrix pessima lacrymis rigabat pedes eius, misericordiam quærens, si animam malam habuit mulier, quare in meretricio crimine non eo tempore perdurauit? Constat ergo animas B bonas à Deo conditas, quibus per naturam hoc inesse creator indulsit, vt cùm sint bonæ, non solùm actu suo meliorentur, sed etiam in ipsa possint malignitate conuerti, dum illud diligentia inuenit, hoc incurrit negligentia.

HÆRESIS LXVII.

Sexagesima & septima hæresis est Satannianorum, à Satannio. Hi dicunt, post resurrectionem mortuorum, in eodem statu, in quo nunc sumus, nos esse mansuros: neque ita esse mutandos, vt sit cælum nouum & terra noua, sicut sancta scriptura promittit. Contra hos vtriusque Testamenti scripta luctantur.

HÆRESIS LXVIII.

Sexagesima & octaua hæresis est Gymnopodarum. Hi nudis pedibus semper ambulant, eo quòd dixerit Dominus ad Moysem, *Solue calceamentum de pedibus tuis*, & quod sanctus Esaias legitur nudis pedibus ambu- C lasse. Ideo, hi schisma faciunt, quoniam calceatos condemnant.

HÆRESIS LXIX.

In sexagesimam & nonam hæresim Donatistæ à Donato exorti sunt, qui propter ordinatum contra suam voluntatem Cæcilianum, Ecclesiæ Carthaginiensis Episcopum, schisma fecerunt, obiicientes ei crimina non probata, & maximè quòd à traditoribus diuinarum scripturarum fuerit ordinatus. At vbi hinc mentiri conuicti sunt, schisma in hæresim conuerterunt. Quasi etiamsi vera fuissent crimina in Cæciliano, statum suum de toto orbe terrarum Ecclesia amittere potuisset propter vnius hominis culpam, seu veram, seu quod magis apparuit iudicibus, falsam: & in parte Africana solus Donatus potuerit statum Ecclesiæ conseruare, de toto autem orbe terrarum sit deletus sanctorum Apostolorum labor, & passio Martyrum. Immo ipse Saluatoris nostri cruor ad conseruandum cœtum catho- D licæ fidei defecit, quem solus Donatus cum aliquantis asellionibus Byzacenis obtinuit. Et ideo ausi sunt rebaptizare catholicos. In quo opere & præsumptores se & damnabiles comprobarunt, cùm Ecclesiæ vniuersali sciant placuisse, nec in ipsis hæreticis baptismatis violare virtutem. Huius hæresis principem legimus Donatum, qui de Numidia veniens Carthaginem, & contra Cæcilianum Christi diuidens plebem, adiungens sibi eiusdem factionis Episcopos, Maiorinum nomine in sua parte apud Carthaginem ordinauit Episcopum. Cui Maiorino Donatus alius in eadem diuisione successit, qui eloquentia sua sic confirmauit hanc hæresim, vt multi existiment de ipso potiùs Donatistas initium hæreseos adsumpsisse. Extant hodie scripta eius, vbi probatur in Trinitate contra fidem catholicam suscepisse. Et quamuis vnius substantiæ dicat in Trinitate Deum Patrem, tamen maiorem Filio, Filium maiorem Spiritu sancto confirmare tentauit. Sed in hunc errorem ideo nullus de populo eius atten- E dit, quia alia erat intentio inter partes. Hi hæretici in partibus Italiæ Montenses appellantur, in interiore Africa Parmeniani, in Carthaginiensi Donatistæ. In vtriusque Numidiæ partibus habent veluti Monachos, quos Circumcelliones vocamus, agrestes & audacissimos dæmonum famulos: qui non solùm in alios acriter sæuiunt, verùm etiam sibi ipsis miseri omnino non parcunt. Nam per mortes varias, maximeque præcipitiorum, & aquarum, & ignium, sese interficere consuerunt, & ad hunc exitum ex vtroque sexu quantos potuerint seducunt. Aliquando etiam quos inuenerint rogant, vt ab eis occidantur, mortem nisi fecerint comminantes. Quod verum est, multis Donatistarum displicent tales: sed hoc verbo, non opere. Nam si verò displicerent, vtique talibus non communicarent, qui per totum orbem Ecclesiis vnius Cæciliani crimen impingunt. Nam & inter se frequenter habuere dissidia. Denique apud Carthaginem, temporibus Heracliani F Comitis, cùm Maximianus contra Primianum, ab eiusdem erroris centum ferme Episcopis ordinatus, à reliquis trecentis decem Episcopis, qui ordinationi eius crimina impingebant, fuisset damnatus, docuit populum qui eum sequebatur, etiam extra Ecclesiam dari posse baptismum Christi. Denique, quicumque aut à Primiano ad Maximianum abiit, aut à Maximiano ad Primianum, non est iterum baptizatus ab eo qui contra voluntatem eorum ordinatus est, comprobantur ab eo quem vtique damnauerunt, non abiciunt, non renuunt, non mutant baptismatis sacramentum: & seu à Primiano, siue à Maximiano quis aut baptizetur, aut clericus ordinetur, quasi ab vno factum sit, non à duobus contrariis, in ea dignitate, qua ab vno venerit quis ad alterum, perseuerat, non mutatur baptisma, nec dignitas tollitur, quia non de baptismatis altercatione, sed de ordinationis contentione facta diuisio comprobatur. De Cæciliani enim ordinatione dissentire G cœperunt, non de baptismatis aut fidei transgressione sese ab Ecclesia absciderunt.

HÆRESIS LXX.

Septuagesimam hæresim Priscillianorum apud Hispanos Priscillianus legitur inchoasse. Hi animas diuinæ naturæ adfirmant. Quas ad agonem quemdam spontaneum in terris exercendum, per septem cælos, & per quosdam gradatim dicunt descendere principatus, & in malignum principem incurrere, à quo istum mundum factum volunt, atque ab hoc principe per diuersa carnis corpora seminari. Adserunt etiam fatalibus stellis homines conligatos, ipsumque corpus nostrum secundum duodecim signa cœli esse compositum. Prorsus sicut ij qui Mathematici vulgò appellantur, constituunt in capite arietem, taurum in ceruice, geminos in humeris, cancrum in pectore, & cetera nominatim signa percurrentes ad plantas, à signo Christi ad signa astrologi migrauerunt. Hæc & alia fabulosa & vana multa confingunt. H Vxores à viris quas potuerint separant. Carnes sicut Manichæi fugiunt. Apocryphas simul cum canonicis scripturis accipiunt, & in sensus suos allegorizando conuertunt. Trinitatem autem, sicut Sabelliani, ipsum sibi Patrem, ipsum sibi Filium, ipsum sibi sanctum Spiritum confitentur.

HÆRESIS LXXI.

Septuagesimam & primam hæresim Adelosagi inchoarunt, dicentes non debere ita cibum sumere Christianum, vt ab alio videatur dum comedit. Et hæc sola causa eos ab Ecclesia separare dinoscitur. Trinitatem enim eiusdem substantiæ confitentur. Egerunt cum eis Episcopi de Epheso.

HÆRESIS LXXII.

Septuagesimam & secundam hæresim Rhetorianorum, à Rhetorio inchoatam Philastrio scribente inuenimus. Hi ad tantam vanitatem deuoluti sunt, vt dicant

omnes

A omnes hæreticos rectè apud Deum incedere, quia hoc in eorum mentibus datum est, sic colunt Deum sicut possunt. Error eorum nobis videtur reprehensibilis: apud Deum autem, nec error est, nec vituperatio. Hi hoc docentur à suis doctoribus, vt præter templa & synagogas, vbicumque inuocatur Christus natus ex Virgine, introeant, & participes se faciant hæreticorum.

HÆRESIS LXXIII.

Septuagesima & tertia hæresis est Theoponitarum. Hi dicunt in Christo, dum pateretur, diuinitatem sic doluisse, sicut potest dolere anima dum corpus suppliciis agitur. De quibus ait Gregorius Episcopus: Infelices & miseri non vident, in arboribus, quando ferro cæduntur, Solem quidem esse in arboribus, numquid non dolet Solis splendor, quem vtique, antequam ad lignum perueniat, priorem ictus ferri contingit? Deus B ergo lux est, & quomodo cædi potest lux? Nam quòd anima sit quæ doleat in corpore, hinc aduertimus, quòd recedente anima de corpore, nulla potest corpus sentire, nec aduersa, nec prospera. In corpore ergo Domini nostri Iesu Christi, anima humanitatis sensit, quam cum corpore adsumpsit, non ipse qui adsumpsit, sicut nec Sol, qui in arbore quam memoramus inluxit, etiamsi Solis lux in arbore possit à verberante concidi, in Christo diuinitas non possit à cruciante contingi: quia Solis lux creatura est, hic autem creator agnoscitur & probatur. Nam quòd anima humanitatis senserit passionem, ipse Dominus ait ad discipulos suos, dicens, *Tristis est anima mea vsque ad mortem*. Et hinc dixisse sufficiat, accedamus ad reliquos.

HÆRESIS LXXIV.

Septuagesimam & quartam hæresim Triscilidæ inuenerunt, qui triformem Deum ita adserunt, vt quædam pars eius sit Pater, quædam Filius, quædam Spiritus C sanctus, & hinc sit Trinitas in vnitate. De quibus ait Gregorius: infelices & miseri non vident quia totam ipsam Trinitatem blasphemant. Non est enim Deus, nisi qui in seipso perfectus est. Perfectus ergo Pater perfectum ex se genuit Filium, perfectus ex Patre procedit Spiritus sanctus. Ecce tria perfecta non faciunt tres Deos sed vnum, quia vna est deitas. Non enim sicut sunt tres personæ, sic tres deitates, sed sunt tres, Pater & Filius & Spiritus sanctus, sed vna deitas, vna maiestas, vna virtus, vna voluntas, & vna substantia confitenda.

HÆRESIS LXXV.

Septuagesimam & quintam hæresim Hydrotheitæ fecerunt, aquam Deum dicentes, non habentem nec initium nec finem, sordes luentem, peccata dimittentem, & habentem Spiritum sanctum. Quos iustè damnat fides catholica quasi cæcos, & non videntes aquam quibus sputcitiis seruit, & potest Deus seruire? quibus etiam squaloribus, aut cuius momenti est aqua sine consecra- D tione. Illam sermo viuus viuificat, sermo sanctus sanctificat, vt sanctus Spiritus in ea dignetur habitare, aut vt possit credentibus peccata mundare. Et sic, quomodo accipit vim huius rei per benedictionem vt possit omnia mundare peccata, non potest mundare peccata eius, qui fidem suam non ex integro prius Deo crediderit offerendam. Non ergo per solum abluentem, sed magis per credentem, Spiritus sanctus infunditur in homines, & peccatorum venia condonatur.

HÆRESIS LXXVI.

Septuagesimam & sextam hæresim fecerunt Homuncionitæ, qui dicunt in corpore hominis esse imaginem Dei, non in anima. Vnde Gregorius, cùm imago Dei in rebus magnis & primis quæ sunt in homine debeat quæri, in memoria, in intellectu, in scientia, & in illis locis, vnde homo ad pietatem mouetur, hæc statuta in anima sunt, non in corporis liniamentis instructa, & E tantò plus similis Deo est, quanto plus hæc quæ memorauimus potiùs potuerit obtinere.

HÆRESIS LXXVII.

Septuagesimam & septimam hæresim Ametritæ instituerunt, dicentes innumerabiles esse mundos. Hoc eos dicere nouum putat qui non legit Philosophos, hoc enim olim aliquanti Philosophorum dixere Gentiles. Nos autem Moysem à Deo missum suscipimus, & de mundo quid sentiamus, & quid credamus ab ipso didicimus.

HÆRESIS LXXVIII.

Septuagesimam & octauam hæresim Psychopneumones occuparunt, dicentes animas hominum bonas in spiritus Angelorum conuerti: animas verò hominum malas in spiritus dæmonum mutari.

HÆRESIS LXXIX. F

Septuagesimam & nouam hæresim Adecerditæ tenent, dicentes, Christo descendenti ad inferos omnis animarum multitudo occurrit, & credidit ei, & liberata est.

HÆRESIS LXXX.

Octogesima hæresis dicit, Filium Dei posteà genitum, posteaquam voluit Pater: si noluisset Pater, non genuisset, esto, confiteamur æqualem Filium Patri: vt æqualis sit, non est res naturæ, sed gratiæ. Pater hoc voluit, ac per hoc totum Patris est, non Filij. Nos è contrario dicimus, sicut fons ex eo genuit flumen ex quo est, ita pater ex eo genuit Filium ex quo est, & sicut fons non volendo & nolendo genuit fluuium, sed gignendo: ita Pater non disputando, aut volendo, aut nolendo, sed sicut natura fontis hoc extat, vt de plenitudine sua emanet, ita Pater de plenitudine sua effundens Filium genuit. Et sicut fluuius circuit totum mundum, & mare ingreditur, & tamen de sinu fontis non recedit: ita & Filius de sinu Patris nunquam discessit, G nec tunc quando se humiliauit factus obediens vsque ad mortem. Sic ergo inter nos per adsumptionem apparuit, sed per maiestatem suam de sinu Patris nunquam discessit. Vt enim hoc ita fieret, nec possibilitas Deo defuit, nec voluntas. Vnum horum si Deo defuit, Deus non potest nuncupari. Qui enim bonum non vult, malus est: qui non potest quod vult facere, omnipotens non est. Hanc blasphemiam damnantes in hæretico quem diximus, ad ceteros accedamus.

HÆRESIS LXXXI.

Octogesimam & primam non hæresim accusamus Luciferum, sed schisma arguimus. Catholicos quidem per omnia, sed Luciferianos faciendo populos, & diuidendo se ab Ecclesia, à fide sua charitas exclusit, dicente Apostolo, *Si fidem habeam ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest*. Glo- H riantur quidem à fide non deuiasse: sed non paruum crimen arguimus eos incurrere, qui cum Dei Ecclesia noluerint habere charitatem.

HÆRESIS LXXXII.

Iouinianistæ à Iouiniano quodam octogesimam & secundam hæresim arripuisse detecti sunt. Qui sicut Stoïci philosophi putant, paria dicunt esse vniuersa peccata: nec posse peccare hominem lauacro regenerationis accepto, nec aliquid prodesse ieiunia, vel à cibis aliquibus abstinentiam. Virginitatem sanctæ Mariæ destruunt, dicentes eam pariendo fuisse violatam. Virginitati etiam sanctimonialium, continentium castitati, & viris eligentibus cælibem vitam, coniugium castorum atque fidelium meritis adæquant, ita vt quædam virgines sacræ prouectæ iam ætatis, in vrbe Romana vbi hæc docebat, eo audito nupsisse

dicantur. Non sanè ipse Iouinianus vel habebat vel habere valebat, vxorem quod factum non futuræ vitæ profuturum dicebat, sed præsenti commodo adplicabat. Contra hunc suscepit sanctus Ambrosius Mediolanensis Episcopus, quique edidit librum ad destruenda omnia commenta adinuentionum eius. Quo lecto in media Romana, id est Ecclesia Lateranensi, vna voce & populus Romanus, & sacerdotes, in eisdem Iouinianistis, & ipso Iouiniano, anathema clamauerunt, in ipso initio Quadragesimæ, sancto Anastasio Episcopo Antistite. Denique in ipsa authentica hebdomada Paschæ, inuenti sunt epulantes, & porcorum carnibus trahentes conuiuia, ita vt assum porcum, quem in mensis eorum inuenerant populi collo eius suspenderent, & ita eum per totam ciuitatem facerent circuire. Scripsit etiam contra hos Hieronymus presbyter certos libros, quos qui pleniùs legerit, & quanta bona virginitas, & continentia, & abstinentia habeat discit, & quanta mala edacitas & luxuria habeat perhorrescit.

HÆRESIS LXXXIII.

Octogesimam & tertiam hæresim in sexto libro historiographus noster ponit Eusebius, quam nec Epiphanius alicubi memorauit, nec Polycrates, nec Africanus, nec Hesiodus, qui Græco sermone vniuersas hæreses describentes volumina multorum condidere librorum. In sexto itaque, vt dixi, libro narrat Eusebius, esse in Arabia hæreticos, quorum quia auctorem non memorat, nos possumus eos nuncupare Arabicos. Hi, inquit, dicunt animas cum corporibus mori atque dissolui, & in fine sæculi vtrumque reparari. Sed hos disputatione Origenis magna memorat ex parte reuocatos.

HÆRESIS LXXXIV.

Octogesimam & quartam hæresim Helvidianos occupasse ab Helvidio memoramus. Qui ita virginitati sanctæ Mariæ contradicunt, vt eam dicant de Ioseph post natiuitatem Christi alios filios peperisse. Isti quidem nuper, id est sub Siricio Romanorum antistite orti sunt, & per Italiam atque Gallias direxerunt suos discipulos. Contra hos scripsit Hieronymus Doctor egregius duos libros, quos lectos in tempore digna eos execratione anathematizabant. Epiphanius autem noster, scrutator hæreticorum, scribens contra hos libellum, qui in illo tempore hanc blasphemiis plenam adsertionem proferebant, Antidicomaritas eos censuit appellari.

HÆRESIS LXXXV.

Octogesimam & quintam hæresim Paterniani inchoasse leguntur. Hi inferiores humani corporis partes non à Deo, sed à diabolo factas opinantur: & omnium ex illis partibus flagitiorum licentiam tribuentes impurissimè viuunt. Hos dum Damasus damnaret Episcopus detectos in scelere, huiusmodi de his in relatione sua ad Valentinianum maiorem scripsit, dicens: Scire vo-" lumus pietatem vestram, Venustianos in scelere tur-" pissimo detectos ab Apostolica sede esse damnatos. Quorum etiam confessiones simul direxit. Contra hos postea lex specialis egressa est, vt vbicumque essent reperti, vindice gladio agerentur.

HÆRESIS LXXXVI.

Tertullianistas olim à Sotere Papa Romano damnatos legimus. Cur autem octogesimam & sextam eos hæresim dicamus accipuisse hæc causa est, quòd quædam Octauiana veniens ex Africa, cuius vir, Hesperius nomine, videbatur Duci Arbogasti valde coniunctus, qui etiam apud Maximum tyrannum multum potuit, hæc Octauiana adduxit secum quendam tergiuersatorem, versutumque dæmonem, cui vix centum occurrerent verbosanti atque in hominem confidenti. Hic cùm se presbyterum diceret Tertullianistam, meruit per sacrum scriptum, vt sibi collegium extra muros Vrbis fabricaret. Quod dum impetrasset à Tyranno Maximo, Sanctorum nostrorum exclusit locum, id est duorum fratrum Processi & Martiniani, dicens eos Phryges fuisse, & ideo hanc legem tenuisse, quam Tertullianus, atque hoc ordine per occasionem martyrum Dei populum seducebat. Deo autem Theodosio religioso Augusto dante victoriam, punitoque satellite Maximi, de cuius se Tertullianista potestate iactabat, statim fugit cum matrona quæ venerat, nec viuentis nec mortui rumore renouato. Martyrum suorum Deus excubiis catholicæ festiuitati restituit. Tertullianus autem fuit ciuis & presbyter Carthaginiensis, opuscula eloquentissima & feruentia in defensione edidit veritatis. Hic apud Carthaginem basilicam habuit, vbi populi ad eum conueniebant. Quæ basilica vsque ad Aurelium Episcopum fuit. Agente enim Augustino Hipponiensi Episcopo, & rationabiliter cum eis disputante conuersi sunt, Ecclesiamque suam sanctæ Ecclesiæ contulerunt. Tertullianum autem Catholica hinc reprehendit auctoritas, quòd animam ex anima nasci dicit, & defendit Montanum, & Priscam, & Maximillam, contra fidem catholicam, & contra Apollonium Episcopum Orientis, & contra Soterem Papam vrbis Romæ, vt suprà diximus, dum Cataphryges hæreticos detegeremus, à quibus postea diuisus, ne plebs Montani nomen Tertulliani videretur excludere, fudit à se omnem Phrygiæ vanitatem, & Tertullianistarum conuenticula propagauit, nihil tamen in fide mutauit. Nam & secundas nuptias condemnat, vt diximus, animam ex traduce venire adserit, & nos catholicos Psychicos titulat. Vbicumque autem legeris Tertulliani aduersum Psychicos, scias eum contra Catholicos agere.

HÆRESIS LXXXVII.

In octogesima & septima hæresi Abeloitas nominamus, qui cùm sint priores pene omnibus hæreticis, tunc nostris temporibus finiti. Isti ex filio Adæ sibi nominis deriuationem adsumpserant, id est ab Abel Abeloitas se nominari voluerunt. Hi non miscebantur vxoribus, & tamen non licebat sectæ ipsi vt sine vxoribus viuerent. Mas ergo & femina, sub continentiæ professione simul habitantes, puerum & puellam sibi adoptabant, in eiusdem coniunctionis pacto successores futuros. Morte præuentis quibusque singulis alij subrogabantur, dum tamen duo duobus disparis sexus in illius domus societate succederent. Vtrolibet quippe parente defuncto, vni remanenti vsque ad eius quoque obitum filij seruiebant, post cuius mortem etiam ipsi, puerum & puellam similiter adoptabant. Nec vnquam eis defuit vnde adoptarent, generantibus circumquaque vicinia, & filios suos inopes ad spem hereditatis alienæ libenter dantibus Hæc sola erat inter nos atque illos distantia, in quo nostros arguebant, ita non in lege nostra exercere coniugia, vt & qui nubunt tanquam non nubentes sint.

HÆRESIS LXXXVIII.

Octogesimam & octauam hæresim in Pelagio se inuenisse sedes Apostolica sub Papa sancto Innocentio docuit, dum Cælestius Pelagij discipulus apud Carthaginem doceret, posse homines sine peccato esse, natura sibi sufficiente sola humana. Restitit ei quidam Paulinus Diaconus, defensor & procurator Ecclesiæ Mediolanensis, cuique in conuentu sacerdotum multa capitula obiecit contra fidem catholicam, quæ Cælestius damnare neglexit, dicens. Non ad me pertinet de his quæ obiicit, vbi meum nomen est, & etiam eo alienum. Tunc illi obtulerunt ei libros suos, vbi dicebat, ipsam sibi hominis naturam ad perfectionem posse sufficere, hoc est, tantam potest homo exercere iustitiam, vt etiam sine peccato possit esse si velit. Adam mortalem factum, qui siue peccaret, siue non peccaret,

esset

A esset moriturus. Sic lex misit ad regnum, sicut euangelia. Infantes in remissionem peccatorum baptizandos esse ideo confitemur, propter regulam vniuersalis Ecclesiæ. Nihil obfuisse generi humano peccatum Adæ. Omnia hæc oppositionum genera ad damnandum obiciebantur Cælestio. Sed ille dicebat, multa esse in his quæ teneret fides eius, & propter ipsa cætera damnare non posse. Tunc ad relationem penè omnium Afrorum Episcoporum, Papa Innocentius damnationem & Pelagio & Cælestio conscripsit. Illi autem, siue antequam damnarentur ab vniuersali Ecclesia, siue postea quàm damnati sunt, non cessauerunt scribere posse hominem sine peccato esse, & nihil obfuisse Adam generi humano, & legem sic misisse ad regnum sicut Euangelia, & infantes non ideo baptizandos, quia habere possint originale peccatum, & naturam tam bene factam à Deo, vt sibi sola sufficiat ad hoc vt possit carere peccato. Contra hos suscepit sine scriptura quidam

B Constantius tractator. Post hunc autem, scripsit contra hos & Augustinus Hipponiensis Episcopus, & Hieronymus presbyter Bethleites. Pelagiani tamen, seu Cælestiani, catholicæ plebi permixti sunt, quia Ecclesiam aliam non habent: & ideo vbi eis euenerit, communionem non renuunt. Dicunt enim vnius confessionis esse in hac parte, in qua Eucharistia conficitur, de quæstione enim aiunt, non de communione discernimur. Pro hoc ausu, & à nostris, si deprehendantur, periculis subiacent, & à suis execrationi habentur. Habent enim & presbyteros, & Episcopos suos. Ipse autem Pelagius ita in commentariis suo ad Romanos scribit, dum ageret illum locum quo ait Apostolus, *Quoniam per vnum hominem in hunc mundum peccatum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt*, tangens Cœlestium, qui contra traducem peccati primus scripsit, his verbis ait. Hi, inquit, qui contra traducem veniunt, ita illam impugnare nituntur: Si Adæ

C peccatum etiam non peccantibus obfuit, ergo & Christi gratia etiam non credentibus prodest. Addunt etiam hoc: Si baptismus tollit originale illud peccatum, de duobus baptizatis nati debent hoc carere peccato, quomodo enim mittunt ad posteros quod ipsi in se minimè habuerunt? Hæc sicut ab ipso Pelagio sunt scripta posuimus. De hoc itaque quod dictum est, posse hominem sine peccato esse, obiectum est illis ita. Aut potest, & adiutorium non quærit: aut non potest, & adiutorium quærit. A quocumque enim auxilium quæritur, dicit se id quod vult facere implere non posse: alioquin irrisoriè poscit qui potest hoc solus, pro quo adiutorium postulat, adimplere. Verbi gratia, decem pondo cuiuscumque rei si leuare voluerim, & adiutorium quæram, ridiculum videor exhibere dum posco. At verò si ducentas aut amplius velim leuare libras, quis id implere non possum, auxilium flagito, & immensis precibus adiutorium quæro, præcipuè si status vitæ meæ in hoc videtur pondere positus, vt si pondus quod memo-

D raui non leuauero, ad vitam peruenire non possim. De duobus autem baptizatis natum nihil habere de fide parentum, hæc nos ratio docet. Quoniam hi qui baptizati sunt duas habent natiuitates, vnam qua eos generauit caro, aliam qua eos generauit Spiritus sanctus, & ex his duabus generationibus nati, duas generationes ad posteros mittunt: vnam de carne, coniugij ministerio; aliam de spiritu, baptismate consecrando. Hic ergo qui de baptizatis natus est, interrogo de qua re natus est: de carne, id est de prima generatione, an de spiritu, id est de secunda generatione. Si de spiritu natus est, baptizari non debet, quare? quia Spiritus sanctus eum fecit nasci, non libido coniugij. Sin autem de coniugio carnali, id est de masculo & femina, restat vt vnde sunt regenerati de Christo & Ecclesia, suam iterum regenerent prolem. De primo enim est Adam quòd nascimur: de secundo autem quòd iterum recreamur, dicente sancto Apostolo, *Factus est primus homo Adam in animam viuentem: nouissimus Adam in spiritum viui-*

ficantem. Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale, deinde quod spiritale. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis. Ergo sicut portauimus imaginem terreni, id est sicut creauimus filios carnaliter, *portemus & imaginem cælestis*, id est quos creauimus carnaliter, spiritaliter recreemus: aut ipsi qui carnaliter creati sumus nutu creatoris, iterum eius gratia spiritaliter recreemur. *Hoc autem dico*, dixit Apostolus, *quia caro & sanguis*, id est prima tantùm generatione homines nati, nisi gratiam diuinam meruerint adipisci, *regnum Dei inuenire non possunt. Neque corruptio incorruptionem possidebit.* E

HÆRESIS LXXXIX.

Octogesimam & nonam hæresim Nestorius Constantinopolites Episcopus legitur incurrisse. Consuetudo est namque, vt vnum tractatum suum Episcopus Alexandrinus mittat ad Constantinopolitem, qui recitetur F in Pascha, & tractatum suum Constantinopolites, qui Alexandriæ recitetur. In tractatu suo Constantinopolites Nestorius scripsit Mariam non esse Theotocon, sed Christotocon, id est non Deum peperisse, sed hominem, Cyrillus Alexandrinus hoc dictum ita reprehendit, quo diceret per epistolam, vt si eum fortè fefellisset, emendaret dictum. Ex hoc ipso quo reprehensus est Nestorius à Cyrillo, cœpit Cyrillum hæreticum inclamare. Data est Synodus apud Ephesum, & nec sic emendare voluit Nestorius, vt diceret Mariam Deum & hominem genuisse, sed solum inquit hominem. Si enim dixerimus quia Deum genuit, fecimus matrem Deum, sicut Gentiles. Maria ergo, inquit, templum Deo genuit, non ipsum qui in templo habitat. Accepit inducias, vt aut damnaret dictum, & rediret ad sedem suam Episcopus: aut si damnare noluisset, postea redire non posset. Noluit, & in eadem confessione permansit. Hunc Synodus apud Ephesum damnauit, in qua damnatione Romanus Papa Cælestinus G scripsit, & omnes cum eo pariter Orientales atque Occidentales Episcopi subscripserunt.

HÆRESIS XC.

Nonagesima hæresis, quam in præfatione nostra diximus de nomine Augustini Episcopi esse mentitam, Prædestinatorum nomen accepit. Hi electionem bonorum, & recusationem malorum, Deo decernente definiunt, non homine vel studente, vel negligente. Nolunt Dei iura, vel ab studentibus custodiri, vel à negligentibus violari. Dicunt, etiamsi voluerit bonum facere qui ad malum prædestinatus est, ad bonum peruenire non poterit, nam qui ad bonum prædestinatus est, etiamsi neglegat, ad bonum perducetur inuitus. Dicunt baptismata vndam non vniuersa peccata mundare. Dicunt, ita antecedit gratia liberum arbitrium, vt antè accipiat homo quàm petat, antè inueniat quàm quærat, antè ei aperiatur quàm pulset. Dicunt nullum ad Christi fidem accedere, nisi fuerit à H Patre tractus inuitus: illud attendentes, *Nemo venit ad me, nisi quem pater attraxerit.* Dicunt omnia non in re, sed ita in spe fieri, vt quod dicit Apostolus, *Spes quæ videtur non est spes*, etiam hoc mysteriis adplicent dictum, & dicant, Ea quæ percipiuntur, videntur quidem esse, sed non sunt. Dicunt, plus obfuit ad nocendum Adam generi humano, quàm Christus in subueniendo. Nam Adam aiunt quod nocuit ita manet, vt hoc nec passio Christi, nec baptismatis sanctificatio possit auferre.

Verum quid moras tibi, ô lector sancte & studiose, incutimus? Librum eorum tibi integrum, sicut est editus, in isto corpore præsentamus, cuius lectione cognosces, definitiones eius à metatoribus Antichristi adinuentas. Quotienscumque autem contra eos suscepimus, dixerunt nos ex hæreticorum argutiis contra se agere. Videntes enim se ita superari, vt suspirare non possent, hanc calumniam semper catholicis

nisibus inrogatunt, vt dum timent se hæreticos infamari, in silentio veritatis loquelam arrestent. Eorum ergò ob causam omnes hæreses à Simone memorantes hucusque deteximus, vt probemus nos soli fidei catholicæ esse concordes. Rogamus te, domine Pater cæli & terræ, qui cum Filio tuo, & Spiritu sancto, vnius veritatis obtines maiestatem, vnius maiestatis obtines deitatem, vnius deitatis obtines Trinitatem, vt nos adiuues contra hostes tuos tela tractantes. Habeant illi castra Goliæ in Allophylorum acie constituta. Nos Hebræi, pueri tui Dauid pastoforium adsumentes, de lapide tuo angulari pugnemus, vt fidentes cum Apostolo tuo dicere valeamus, *Deo nostro gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.* Sit pax omnibus Catholicis, & cum Angelis vna nobiscum voce exclament, decantantes, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

LIBER SECVNDVS

SVB NOMINE AVGVSTINI CONFICTVS

HÆRESIS NONAGESIMA

quæ adserit Dei prædestinatione peccata committi.

PARTICIPEM me intentionis vestræ, qui defenditis veritatem, fieri fratrum spiritalium suggestio inuitauit. Vnde breuiter nisibus vestris me interserens, sermonis latitudinem fugi, sensúsque qui latum quærunt certaminis campum in angustum constitui, vt fastidium vobis lectionis auferrem, & occasionem defendendæ veritatis adferrem, atque dimicantes seruos contra voluntatem sui domini confutarem, eorum scilicet, qui dicunt, Deo inuito & nolente hominum moueri arbitria, & de potestate mortalium Dei immortalis potestatem infringi. Huc adiciunt, homines per voluntatem suam sanctos fieri, & suo arbitratu ad Dei amicitias peruenire. Leui hos impulsione videbitis corruentes, à quibus sollicitudo humana & meliores & primas accepit partes, quibus excluso Deo dicitur homo, non ordinatione Dei, sed suo se posse voluntate saluare. Vos autem, ô filij caritatis, zelum fidei signatum in vestris sensibus retinentes, 1. estote securi de ordinatione Dei, quam de prædestinando constituit, certaque sit nostris sensibus Apostolico ore dicta sententia, *Quoniam cui vult Deus miseretur, & quem vult indurat. Non est enim volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei*, quia *habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere vnum vas ad honorem, aliud ad contumeliam*, & inde est quòd caro aduersator spiritui, spiritus carni. *Hæc*, inquit Apostolus, *inuicem aduersantur, vt non quæ vultis illa faciatis.* In opere enim suo Deus omnes homines antè præuidit, & quid vnicuique competeret præuidendo constituit. Hoc maiestatis eius singulare iudicium, in quo parem non habet. Deus solus est enim, qui cogitanda, loquenda, operanda præsciit, & quia præsens cunctorum generaliter gesta antequam fierent, merita disponendo quasi facta conspexit. Et ideirco res, quasi oculatas & sibi in manifesto positas, tunc quando præsciit prædestinauit, & constituit qui conformes fierent imaginis filij eius, vt esset & Filius Dei primogenitus in multis fratribus, quos autem prædestinauit hos vocauit, quos vocauit hos iustificauit, & quos iustificauit ipsos & magnificauit. Vnde & propheta dicit, *Non est in homine vita eius.* Quid putatis vos, ô fragiles, ô caduci, miseri & mortales homines, si quid bene agitis esse laudandos, aut fortè delinquentes prorsus esse damnandos? cùm ideo lex loquatur, vt timorem incutiat, ceterùm nihil fit nisi quod voluerit Deus. Quem voluerit Deus sanctum esse, sanctus est, aliud non erit: quem præscierit esse iniquum, iniquus erit, aliud non erit. Prædestinatio enim Dei iam & numerum iustorum, & numerum constituit peccatorum, & necesse erit constitutum terminum præteriri non posse. Hoc autem non quasi personarum acceptor constituit, sed quasi præscius omnium futurorum. Non enim per acceptionem personæ, sed per præscientiam Deus prædestinationem suam fixit atque constituit. Iam quos præsciit nullomodo conuerti, hos prædestinauit ad mortem; quos præsciit omnimodo conuerti, hos prædestinauit ad vitam. Miror autem quòd testimonia veteris testamenti contra auctoritatem noui proferantur. Solent enim sancti Ezechielis prophetæ testimonia vsurpare, dicentis, *Hæc dicit Dominus, cùm dixero impio morte morieris, & conuersus fuerit ab impietate sua, viuo ego dicit Dominus vita viuet.* Hoc, vt dixi, in veteri lege scriptum est pro tempore captiuitatis, pro causa qua ipsa captiuitas facta est, pro persona populi cui inrogata est, vt disceret in captiuitate positus pro peccatis suis se iugo Assyrij regis esse subiectum. Certè pro peccato captiuitas facta est: & vt quid simul captiuitatem iusti cum peccatoribus incurrerunt, nisi quia mysteria Dei à nostra fragilitate penitùs sciri non possunt? Hoc ergo mysterium in veteri lege scriptum est. In nouo autem Apostolus clamat, *Vasa iræ apta in interitum*, & ideo scriptum memorat, Deum dixisse per præscientiam suam, 2. *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Cùm enim nondum nati fuissent, nec aliquid egissent boni vel mali, ex præscientia dictum est, quòd vnus haberetur odio, alius amaretur. Hæc à nobis adinuenta non sunt: 3. nec dicimus aliquid præterquam euangelizauit Apostolus. Per præscientiam Dei prædestinationem ipse factam commemorat. De Deo ipse dicit, *quos vocauit, hos prædestinauit.* Si præscientem, & prædestinantem, & vocantem, in Apostolo legitis, nobis vt quid impingitis crimen ob hoc quòd dicimus 4. prædestinasse Deum homines, siue ad iustitiam, siue ad peccatum, ne videretur ipse sibi quasi non prouidè facere homines, qui facerent quod nolebat? Inuictus enim in sua voluntate permanet Deus, cùm homo adsiduè superetur. Si ergo inuictum confitemini Deum, confitemini & hoc, quia quod eos voluit ille qui condidit, aliud esse non possunt. Vnde colligimus apud animum, 5. quos Deus semel prædestinauit ad vitam, etiamsi negligant, etiamsi peccent, etiamsi nolint, ad vitam perducentur inuiti: quos autem prædestinauit ad mortem; etiamsi currant, etiamsi festinent, sine causa laborant. Nec hoc sine magisterio admittas euidentia exempli. 6. Iudas quotidie verbum vitæ audiuit, quotidie adhæsit Domino, quotidie virtutibus occupatus, quotidie ipsum Dei Filium monitorem audiuit: & quia prædestinatus est ad mortem vno ictu subitò interiit. Saulus quotidie persecutor, quotidie lapidator Christianorum, quotidie vastator Ecclesiarum: & quia prædestinatus est ad vitam, vno ictu subitò vas electionis est factus. Quid ergo tu, qui in peccatis permanes, expauescis? si te Deus dignatus est, sanctus eris. aut quid tu; qui in sanctitate viuis, sollicitus redderis quasi tua te sollicitudo conseruet? si Deus noluerit, numquam corrues. Vtrùmque de Deo securi estote. Numquid tu qui sanctus es, & sollicitus es ne corruas, & die noctúque orationibus ades, occupatis ieiuniis, & diuinis lectionibus diligenter insistis, exhortationibus vacas, atque omnibus sanctis studiis quotidie imprimes, numquidnam tuo hoc studio saluus eris? Numquid sanctior eris Iuda, qui accepit potestatem infirmos curandi, dæmonia fugandi, mortuos suscitandi, calcandi super serpentes & scorpiones, collega Apostolorum, Christi discipulus, & tamen quia prædestinatus est ad mortem, mortem æternam inuenit? Cessa de te, ô homo, cessa, inquam, de virtute tua esse sollicitus, & de Dei tantùm confide voluntate securus. Nihil enim boni tu Deo obtinebis inuito, sed si te dignabitur

Deus

A Deus vt in bono permaneas, salvus eris. Tu quoque, qui in peccato desperatione vana conqueteris, disce à Paulo Apostolo, quis vnquam par eius potuit sceleribus inveniri. Numquid tu aliquando peiora potuisti, quàm ille commisit perpetrare peccata? Et tamen, quia prædestinatus ad Apostolatum, evasit subito vniversa crimina, & ab inferioribus inferis ad superiora superiorum ascendit. 7 Omnes itaque, quos scit dignos salute redemptionis suæ Deus, hos ad salutem prædestinavit: & hos tantùm salvat, quos se ad salutem prædestinasse cognoscit. Salus enim Dei non voluntati hominis servit. ipse enim scit cui quid faciat. Nec enim antecedit humani arbitrij libertas gratiam Dei, sed antecedit gratia Dei humani voluntatem arbitrij. 8 Vana est enim & infructuosa voluntas hominis, & vanum est humanæ voluntatis arbitrium. 9 Errat qui se putat per id quod vult bonum pervenire ad Christum, cùm ipse Christus dicat: *Nemo venit ad me, nisi quem Pater adtraxerit.* Qui B melius sapitis à Christo, dicite si mentitus est Christus & ità demum adserite nos contra Christi regulam istam fixisse sententiam. Si enim verum dixit Christus, non mentimur quòd dicimus prædestinatos trahi ad vitam, quia vita ipse est. 10 Quòd si adgravat vos vis testimonij Evangelici, qui contra nostram venitis sententiam, & non potestis adgravati pondere sententiæ nobis dare responsum, saltem Apostoli nobis definitionem exponite, qui dicit: *Non est volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* 11. Quantumcumque igitur studij sui vires ad ædificandum moveat humana voluntas, casso certamine nititur. Aut quid vigilantiam suam putat hominis fragilitas æternis desideriis profuturam, cum Propheta evidentibus exclamet documentis dicens, [Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit civitatem, in vanum vigilaverunt qui custodiunt eam?] C Quid est quòd contra divinos apices, & contra conscientiam suam, sperat se quispiam ædificationi studere, cùm his sacris apicibus doceatur ædificatio hominis non esse certa; sed vana? 12 Sed si contra nos venitis, non contra nos venitis, sed contra eum qui dixit, [Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit civitatem, in vanum vigilaverunt qui custodiunt eam.] Ergo nesciit quia non erat vtile populo Dei qui hæc fecit scribi, & per posteros vsque ad finem sæculorum dirigi? Vos itaque, qui ista reprehenditis, auferte hæc de libro psalmorum, quia legentes & psallentes hos versiculos, vt dicitis, ædificari non possunt. 13. Sed quid putant isti se voluntate sua ad fructum posse ædificationis adtingere, cùm nec ipse vas electionis suam se adserat potuisse voluntatem implere? Dicit enim de seipso Apostolus: *Non quod volo bonum hoc ago, sed quod nolo malum illud facio.* Si ergo Apostolus quod vult bonum D implere non prævalet, quomodo isti dicunt per voluntatem suam ad fructum se gratiæ pervenire? 14 Apostoli verba sunt, nostrum nihil adiungimus, ipse de se dicit: *Non quod volo bonum hoc ago, sed quod nolo malum illud facio.* Et nos culpatis, quia dicimus, 15 non vocantur nisi prædestinati. 17 Antecedit enim gratia Dei voluntatem hominis. Prior est enim Deus in bono hominis: homo autem, etiamsi optimus sit, in omni bono vix novissimus invenitur. Date primas partes Deo, vt superbiam evacuetis humanam. Quòd si volueritis superbiam nutrire hominibus, apparet vos ruinam generis humani perquirere, quia docetis, in bono opere non Deum antecedere, sed hominum voluntatem, vt ipsi videantur magis Deum, vt bonum faciat, suis suggestionibus admonere quasi qui non faceret bonum nisi ipsi dixissent: cùm constet Deum nullo suggerente, nullo rogante, bona omnibus hominibus condonare. Non enim dicit Apostolus, cùm rogaremus, sed *cùm inimici*, inquit, *essemus, reconciliati sumus Deo, non per voluntatem nostram, sed per mortem filij eius.* Vbi est ergo voluntas hominis? exclusa est. quare? quia non omnis qui vult ipse salvatur, quia si omnis qui vellet salvaretur, nullus à salute poterat effici alienus. E Omnis etenim homo salvari vult, sed non omnis salvatur homo, salvatur autem is quem voluerit Deus, vtique inquam is quem voluerit Deus, vt exclusa hominis voluntate, suam plenam ex integro gratiam manifestet. Quòd si aliquem vult Deus bonum esse, & bonus non est, 16 ergo homo vincit Deum. Vincit enim Deum, si Deus cum vult esse bonum, & bonus non est. Dei ergo voluntas & effectus est in bono hominis. 18, Non enim cùm rogaremus, neque cùm peteremus, sed cùm inimici inqui essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius. Cùm autem pro omnibus mortem filij eius legitis, miror quomodo omnes intelligatis, cùm paucos vix ad salutem cernatis adtingere. 19 Vbicumque autem omnes legitis, generaliter omnes vultis intelligi; cùm omnes sæpe pro parte doceantur. Nam cùm dicitur: *Omnes declinaverunt*, non tamen omnes declinaverunt, & *Omnis homo mendax*, non tamen omnis homo mendax, quia de quodam legimus, *Erat homo verax*, & F illud, *Viri mendaces, non erunt illius memores: viri autem veraces invenientur in ea.* Pars ergo maxima omnes videtur significare, cùm vtique constet, non debere omnes intelligi. Et hoc miror, quod 20 clausis oculis transitis hostis insidias, vos qui dicitis voluntatem hominis aliquid adquirere posse virtutis, non adtendentes quantæ ruinæ castitatis per diabolum fiant, quantaque crimina concupiscentiæ, avaritiæ, livoris, ac perfidiæ, quotidie perpetrentur. Quæ vtique si videretis, non laboraremus vobis ostendere damna virtutum, & victorias vitiorum. Si integra enim esset libertas arbitrij, ista non fierent. 21. Per prævaricationem itaque primi hominis periit ab hominibus libertas arbitrij. Sed vos 22. hæresem Pelagianam iterum renovatis, cùm dicitis per libertatem arbitrij homines finem ponere posse peccatis. 23 Excluditis enim gratiam per libertatem arbitrij. Aut enim libero arbitrio liberamur, aut gratia Dei eri- G pimur. Eligite quid dicatis. Si gratiæ totum dederitis, vnum sapimus; si libero arbitrio, sciatis nos vobis consentire non posse: 24. vnde autem illi maior libertas arbitrij in bono, vnde isti minor est, nisi quia Dei dispensatione censentur? In alio enim tenuem se exhibet gratia, in alio abundantem & largam, prout ipsa vult gratia, non prout nos volumus, qui à facturæ nostræ ordine recessimus. 25. In tantum denique vitiatam per prævaricationis Adæ hominis naturam agnovimus, vt instaurationem suam per Christum non in re, sed in spe fuerit consecuta, dicente Apostolo, *Spe salvi facti sumus, spes autem quæ videtur non est spes.* Si ergo spe salvati sumus, adhuc rem in præsenti sæculo non accepimus. 26 Ideo denique baptizati iterum carnaliter concupiscunt, & illos motus corporis patiuntur, quia spe non re consecuti sunt instaurationis auxilium. 27 Si enim re consecuti fuissent, post baptismatis gratiam non esset peccati possibilitas, nec voluntas. Verùm quia H virtus baptismatis tanta est, vt vniversa peccata deleat, pullulatio tamen peccatorum baptismatis vnda non abluitur, inesse enim per Adam naturaliter perdocetur. Nam illa membra, quæ in baptismatis hora confusione carent, postea confusionem recipiunt, quia evitant vbique conspectum, & quærunt pudendo secretum. 31 Quæ enim Deus membra fecerat, prævaricatio in pudenda convertit, & non dicuntur membra, sed pudenda. Quæ pudenda in puncto illo baptismatis membra fiunt, sed mox iterum pudenda efficiuntur ex membris, non enim re, sed spe instaurati sunt. 30. Concupiscentia enim carnis, quæ per prævaricationem Adæ regnat in corpore tanquam lex peccati, iterum sibi vindicat baptizatum, totumque animum eius conatur evertere. Hæc enim radix illius plagæ est, quam Christus salvavit. Salvavit autem sic, sicut Apostolus dicit, *Spe salvi facti sumus.* Et iubet nos animum ad invisibilia contemplandâ transferre, nec de his quæ videntur præsumendo confluere, & ideo dicit, *Spes autem quæ videtur, spes non est.* 28 ne fortè æstimaremur per baptismum ita tolli peccata, vt etiam radices ipsæ peccatorum pariter evellantur.

A Mors enim ille pollutionis, qui per prævaricationem naturam invasit, ita remanet in baptizato, sicut radix capilli, cùm fuerit novaculâ in superficie emundatus & rasus. Rasus enim est, vt emundaretur locus, non est eradicatus, ne vlterius nasceretur. 29 Si enim ex integro per baptismum omnis prævaricationis Adæ fragilitas tolleretur, baptizati omnes nullo caloris motu ciebentur ad crimina, nullus sordibus inquinaretur humanis, nullus concupiscentiæ stimulo pungeretur. Sed quia spe salvi facti sumus, quod adhuc non videmus, per patientiam exspectamus. Venit tempus, in quo neque nubant, neque vxores ducans, sed sint sicut Angeli in cœlis. Cùm enim corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est, *Absorpta est mors in victoriam, vbi est mors contentio tua? vbi est mors stimulus tuus? stimulus autem mortis peccatum, virtus vero peccati lex.* B Tunc dicemus, Deo gratias qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.

PROLOGVS LIBRI Sequentis.

Finitus est liber inimicus hominum, contra fidem catholicam confictus, liber dolosus, excogitatis fallaciis, adulter integræ diffinitionis, quique, vt sanctus Cyprianus, ait, falsa ostentat, vt vera subripiat. Qui sub specie pietatis editus, agit contra omnium instituta Sanctorum. Huius libri causa, vt memoravimus in præfatiuncula, omnium hæreticorum in vnum librum collegimus sectas, vt sciant defensores eius cunctis nos hæresibus adversari, & nullius contra eos vti consensu. Itaque ô sancta mater Ecclesia, puræ fidei genitrix, contra C occultos hostes tuos, contra novos barbaros pacificum habitum mentientes, contra eos qui per te contra te arma corripiunt, nostras vires exalta, & volentes inire certamen adiuva, contra hos præcipue, contra quos adhuc nullus scribendo pugnavit, cùm illi scriptis suis, sub Sacerdotis Augustini nomine, totum penè iam vulneraverint mundum, vitiatos libros proferendo, & varias epistolas dando, quas memorati Hipponensis Episcopi esse confingunt. Et vos omnes catholicæ fidei defensores precibus exoramus, vt exclusa omni occupatione, intentius nostrum prælium attendatis, & futurum iudicem iudicij vestri ante oculos habentes, ex integro defendenda defendite, ex integro damnanda damnate. Cur autem, intermissis aliis pravitatibus, hunc librum in medium adtulimus solum, hæc ratio est, quia in modum Symboli eis quos deceperint tradunt. Hunc ergo totum per ordinem credidimus scribendum, ne videantur ea quæ facilè vinci poterant ex eorum libro fuisse discerpta, & illa callide prætermissa, quæ ipsum librum poterant ab accusationis nostræ iniuria vindicare. Nihil ergo D prætermisimus, sed omne corpus eius his detegentes scriptis, gladium contra eum verbi Dei proferimus, atque in partes eum concidentes, singula quæque membra eius catholicorum oculis denudamus, ostendentes quæ venena in capite habeat, quæ in ore contorqueat, quas ex pectore sagittas emittat, ac per singula membrorum officia adversarietatis eius arguentes astutias, & captivum eum Ecclesiæ catholicæ pedibus prosternentes, omnibus eum facimus manifestum, vt ex hoc ipse sui damnatos existat, qui Catholicam doctrinam deserens consensum suum huius libri voluerit contagione violare.

* * *

E

LIBER TERTIVS

REFVTATIO LIBRI SVperioris sub Sancti Augustini nomine confictì.

Hactenus hæreticorum omnium incensæ sunt silvæ, in quibus latrocinante perfidia divitiæ fidei pervasæ sunt, prædam passa Ecclesia, animarum sanguis effusus. Verum quia solitum est spinis, post incendium iterum pullulare, falcem divini iudicij teneamus, vt rediviva & contra cœlum euntia spinarum capita amputemus. Non deerunt, procurante Deo, huic agro cultores, vt possint beati immaculati in via, immaculati F in fide, qui ambulant in lege Domini, absque impedimento sentium pervenire quo pergunt. Nonagesimam hæresim Prædestinati fecerunt, ostendentes libros falsos, quos Augustini confingunt, cuius dicta in multis locis leguntur istis libris valde contraria. Datur ergo Catholicis vera suspicio; quod tam scelerata dicta viri orthodoxi esse non possint, quæ dantes manus Mathematicis, dicunt humanum genus ita divinis prædestinationibus subiacere, vt mala omnia quæ geruntur in sæculo, Dei dicantur voluntate committi. Ne ergo participes nos eorum timor humanus aut verecundia faceret, omnium hæreticorum egimus curas, & invenimus neminem peius potuisse errare, quàm hos qui dicunt mala omnia & crimina Dei prædestinatione committi. Habeant ergo omnes hæretici vnum librum, in quo eos non de potestate, sed de ratione vera damnavimus, vt sciant Prædestinati nulli nos consentire hæretico. Habeant & Prædestinati vnum librum, in quo G eos Deus ipse convincit, qui scit se nullum prædestinasse ad malũ, omnes autem prædestinasse ad bonum, vt quod bonum est, ipsius comprobemus. Omnia enim bona, quæ faciunt nunc homines, aut quæ ab initio fecerunt, vel facturi sunt, Dei gratiâ, Dei clementiâ, Dei dicimus auxilio, Dei etiam prædestinatione completa. Prædestinatione autem, non qua vim faciat Deus bonum nolentibus, sed qua ipse nunquam mutet sententiam bonitatis, & incessanter sit bonum volentibus promptus, malum autem volentibus imparatus. Si quidem venientibus ad bonum, fides eorum statim remunerationem exhibeat, conferendo indulgentiam peccatorum, & Dei filios faciendo: euntibus autem ad malum, non statim pœnam inferat quam merentur, sed expectationis suæ pias largiatur inducias. Hoc propositum Dei prædestinatum confitemur & fixum. Ergo dum mala fiunt, non Deus propositum subduxit, sed homo suum contemptum induxit: nec Deo volente factum est aliquando peccatum, sed homine est negligente commissum. In tantum Deo H nolente humanum deliquit genus, vt semper peccata exercentibus irasceretur, & iustitiam agentibus subveniret. Denique dum totus mundus à iustitia declinasset, & dignus esset diluvij perita naufragio, docetur Deus voluisse eum per suam correptionem salvari. Nam quid est quod Apostolus Petrus dicit? *Expectavit Dei patientia eos qui increduli fuerunt in diebus Noë, cùm fabricaretur arca.* Dicite nobis, quid expectabat Dei patientia? Numquid prædestinatam perditionem, an provocatam conversionem? Fabricatio itaque arcæ diluvij extitit prædicatrix. Clamabat ascia, sonabat malleus, contestabatur serra, & ipsa infidelibus prædicabant ferramenta diluvium. Datis itaque centum annorum inducis, præcessit lex, quæ perituros diceret posse pœnitendo evadere: quam non prædestinatio impediit, quæ negaret posse corrigendo salvari. Si enim prædestinatio finibus suis terminum fixit, iniusta est lex, quæ fines cupit invadere alienos. Ergo vt prædestinationem constituas, præcepta convince, da legi repudium, vt regnum prædestinationi inducas, lex enim imperare omnibus semper voluit, &

nunquam vlli servire. Si ergo prædestinatio imperium legis evacuat, & lex prædestinationis iura conturbat, vna è duabus tyrannidem gestat. Eligite nunc, catholici, cui colla subdamus. Si legi, negemus prædestinationem ab imperio suo legem excludere, quia lex dicit, Custodi præcepta mea, & vives: prædestinatio autem dicit; vasa iræ iam aptata ad interitum, & vasa misericordiæ quæ vocantur ad vitam. Vtrumque scriptum est, quid nunc faciamus, eligite. Si iam sunt vasa iræ aptata à Deo vt peccent, & sunt vasa misericordiæ aptata ad vitam vt vivant, fundamus nos omnes prædestinationis imperio, & legem cum suis prædicatoribus expellamus. Et ne forte hoc auso facinoris novum putetis esse peccatum, fecit hoc ab initio omnis turba peccantium. Nam vtquid interfecta est Prophetarum, & Apostolorum, & omnium turba Sanctorum, nisi hac de causa, quia legem Dei humanis sensibus ingerentes, arguebant in peccatoribus vitia? Qui si voluissent adulationis voce regnum prædestinationis inducere exclusa lege iustitiæ, nullus fuisset occisus. Dicebant enim illis, sicut scriptum est, *Nolite prædicare nobis dura.* Quid est, nolite prædicare nobis dura? Hoc est sine dubio, nolite nobis per legem comminantem prædicare supplicia. Illi ad hæc, si vos nostri temporis monitores audissent, habuerant illis in his verbis adulando servire, & sicut vos facitis, per legis nos testimonia male interpretata decipere.

Verba prædestinatorũ.

„Estote securi de ordinatione Dei, quam prædestinando constituit. Cui vult Deus miseretur, & quem vult indurat. Non est enim volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Potestatem habet figulus luti ex eadem massa facere vnum vas ad honorem, alium ad contumeliam, caro adversatur spiritui, spiritus carni. Hæc invicem sibi adversantur, vt non quæ vultis ipsa faciatis. Iam prædestinavit Deus quos præscit, & quos prædestinavit, hos vocavit, quos vocavit, hos iustificavit, quos autem iustificavit, hos magnificavit. Non est in homine via eius. Quid putatis vos in eo quod bene agitis esse laudandos, cùm ideo lex loquatur, vt timorem incutiat? cæterùm nihil fit, nisi quod voluerit Deus, quem voluerit esse sanctum sanctus est, aliud non erit: quem præscierit esse iniquum, iniquus est, non erit aliud. Prædestinatio enim Dei iam & numerum iustorum, & numerum constituit peccatorum, & necesse erit constitutum terminum præteriri non posse. Hæc quæ vos dicitis si dixissent, hominum quidem temporales evaserant iras, sed invenerant Dei æterna supplicia. Non ergo hoc dixeruut, sed dixerunt: *Hæc dicit Dominus, si volueritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ edetis, si autem nolueritis, neque audieritis me, gladius vos comedet. Os enim Domini locutum est hæc*; & iterum, *Hæc dicit Dominus: Quia vos recessistis à me, & ego recedam à vobis, & tradam vos Assyriis in depradatione, filios vestros in conspectu vestro occident gladio, & vxores vestras abducent, quoniam contempsistis legem meam, & quæ ego nolui elegistis*, & iterum, Hæc dicit Dominus: *Numquid opprobrium factus sum domui Israel, quoniam me dereliquerunt, & præcepta mea & legitima mea computaverunt pro nihilo?* & iterum *Quoniam vocavi & contempsistis, ego quoque in vestra perditione ridebo; & gratulabor dum venerit super vos repentina calamitas.* Hæc & his similia dicentes diversis sunt interfecti suppliciis. Vnde & Dominus ad populum civitatis, in qua Prophetæ fuerant interfecti, clamat tã in Prophetis, quàm in Evangeliis sula dicens: [Hierusalem, Hierusalẽ quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alis suis, & noluisti?] Noluisti inquit quod volui, voluisti quod nolui. Si ergo noluit Deus quod illi voluerunt, & voluit quod illi noluerunt, aut coactus à potentiore alio prædestinationem constituit, aut si ipse constituit, calumniam fecit. Vt quid enim dicit homini, hoc volui quod noluisti, si fecit se eum prædestinasse ne vellet? Secundùm vestram blasphemiam excluditur reatus hominis, & apparet calumnia Dei, & probatur innocens qui delinquit, & iniustus qui punit. Dolendum enim est peccanti potius quàm irascendum, quia vim passus est a prædestinatione divina, cùm ruerer ad præcipitia criminum. Hoc enim voluit qui creavit, qui enim creavit ipse prædestinavit. Quod si ita est, constat non suum esse vitium omnino qui peccat. Si ergo non suum habet vitium omnino qui peccat, & constat à iusto Deo extranea esse vniversa quæ damnat, cuius invenitur factum, huius invenietur esse peccatum. Nulla enim ratio patitur, vt vbi alter prædestinator est, ibi alter prævaricator esse dicatur: nec recipit hoc boni & iusti æquitas, vt prædestinationem suam crimen faciat alienum. Ergo vt peccantem ponias, ostende prædestinantem: da auctorem prædestinationis, vt possis iudicem monstrare peccati: quia vnum eundemque ostendere non potes prædestinantem atque damnantem. Si enim Deus auctor est prædestinationis, & operum nostrorum ipse est constitutor, ostendite alium qui puniat prædestinata peccata; aut si quasi iustus iniusta humanis operis facta condemnat, huius iniustitiæ alium nobis prædestinatorem ostendite. Cui enim displicet factum, nunquam potuit ab eo vt fieret constitutum. Perquam enim stultum est, si ipsum prædestinatorem eundem damnatorem operum confitetis. Nullus enim tam impius quàm is qui rem à se præordinatam exhorreat, & id puniat factum, quod ipse præordinavit vt fieret. Nisi si forte, animo ad meliora converso, mutabilitate consilij, quòd prius fecit iudicat esse damnandum, quod qui agit doctrina melioris impellitur. Qui verò in omnipotentiæ virtute consistit, & nec parem novit, nec superiorem metuit, dicite nobis prædestinationem suam quo compellente damnavit? quia si prædestinati opera rea est, multò magis prædestinantis ordinatio criminosa. Si enim is qui prædestinatus est, per prædestinationem ipsam reus est, quanto magis ille, cuius prædestinatio facta est, vocatur in culpam? Cavete, obsecro, ne hæc adulterini seminis zizania casto Ecclesiæ dogmati aspergantur, quia peccatum non à prædestinante dirigitur, sed à delinquente committitur. Recedant ergo vana argumenta verborum. Nihil habent omnino commune prævaricatio delinquentis & prædestinatio vindicantis, quia peccatum in voluntate transgressoris est, prædestinatio autem in redemptoris est ordinata virtute. Non enim aliud prædestinavit iste qui condidit, nisi vt secundum eius homo possit vivere voluntatem. Nefas est enim, & nimis est criminosum, vt præsumptio hominis ex Dei credatur prædestinatione descendere, & delinquentis vitium præordinatio futuri iudicis æstimetur. Occurrunt hoc loco, & dicunt per præscientiam Deus prædestinationem suam constituit. Nam quos præscit nullo modo converti, hos prædestinavit ad mortẽ, & quos præscit omnimodo cõverti, hos prædestinavit ad vitã. Videamus nunc, si non iniquis ambagib. iudiciũ Dei ad præiudicium iustitiæ trahitis. Ergo adhuc non sunt creati homines, & iam à iusto Deo præiudicium patiuntur? Videtur mihi quòd alterum vobis invenissetis Deum, qui tam impius sit, vt à præiudicio circumveniat humani generis massam, & nondum nati hominis merita dispungendo constituat, ac prædestinationis suæ vinculo ad peccandum adstringat, & cui adhuc conceptio non est, iam illi præparet æterna supplicia, & cui adhuc non dedit lucis huius labentis transitoria munera, iam illi perpetuas tenebrarum præparet pœnas. Quærite vobis, vt dixi, alterum Deum de quo ista dicatis. Nam hunc pium & clementem nostrum nunquam ad hoc provocabitis, vt falsum blasphemiis vestris commotus, etiam vobis hoc faciat. Nam qui vos patienter tolerat, nescio iam cui peccanti non parcat. Quotidie nobis iniuste agentibus subveniens, & recentioribus delictis subinde recentiora indulgentiæ suæ dona largitur, & vos dicitis, iam ante mundi constitutionem indignatus nobis pro futuris peccatis prædestinavit sententiam. In præsenti se blasphemantibus veniam tribuit, & vos dicitis, iam tunc indignatus est contra peccatores, & prædestinavit eos ad mortem, quando prima liniamenta ge-

A netationis humanæ formant. Iam ergo tunc egit iudicium mundi, antequam ipsum mundum statueret, vt iam post finem sæculi non inveniat quem puniret. Laborem sibi forte voluit tollere, & ne non occurreret post facta sua homines iudicare, ante eos prædestinavit ad mortem, quàm crearentur ad vitam. Et tamen, si ipse creavit quos prædestinavit ad pœnas, prævenit meritum occidendi, & qui adhuc non cœpit vivere, sententiam iam æternæ mortis accepit. Hoc Deus noster nunquam fecit, si vester est aliquis alius, ipsi istas inrogare blasphemias. De Deo autem nostro dicit Propheta, *Vivo ego dicit Dominus, quia cum dixero peccatori, morte morieris, & peccator se abstulerit à via sua mala, & ab studiis suis pessimis, vivo ego dicit Dominus, vita vivet, & non morietur in delicto suo quod fecit. Et si dixero iusto vita vives, & recesserit posthac à iustitia sua, vivo ego, dicit Dominus, quia morte morietur, iustitia eius non liberabunt eum, in die qua recesserit à iustitia, & fecerit ini-* B *quitatem, in iniquitate sua morietur.* Vides nostrum Deum ex vtroque latere, & iustum monere, ne per securitatem corruat, & peccatorem adloqui, ne pro desperatione non surgat. Si alicubi vos legistis de Deo, Vivo ego dicit Dominus, quia quem prædestinavi ad vitam, aliud non erit, & quem prædestinavi ad mortem, sine dubio morietur, quis vos ferret ista docentes? Ecce contra sententiam vestram Deus loquitur, & ipsi Deo de se testimonium danti non creditis. Nec iustus securus sit, inquit, si dixero ei vita vives, quia si recesserit à iustitia, In iniquitate morietur, & cùm dixerim peccatori morte morieris, & conversus fuerit, vivo ego dicit Dominus, iniquitatum eius non recordabor, vita vivet. Nolo enim mortem morientis, tantùm vt convertatur & vivat. Occurrunt nobis iterum clamantes, Hoc in veteri lege scriptum est, in novo autem Apostolus clamat, *Vasa iræ aptata in interitum.* Ergo si ante adventum pietatis pietas iam exuberabat, quanto magis nunc, vbi pietas ipsa C pro impiis sententiam impietatis accepit, vt impios à reatu suo absolveret, & eos ad indulgentiæ gratiam revocaret? Videamus ergo vasa iræ quo ordine aptentur in interitum. Audi Apostolum, non Dei præordinationi hoc, sed hominis negligentiæ vel diligentiæ adplicantem [In magna, *inquit*, domo non sunt tantum vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia, & quædam quidem sunt in honorem, quædam autem in contumeliam. Si quis ergo mundaverit semetipsum ab his, erit vas in honore sanctificatum, vtile Deo ad omne opus bonum paratum] Ergo vasa aptata iræ in interitum, si se emundaverint ab his pro quibus aptata sunt in interitum, erunt vasa in honore sanctificata, & Deo vtilia ad omne opus bonum parata, secundum quod supra dixit ad Prophetam, *Cùm dixerim peccatori, morte morieris*, hoc est, cùm dixerim, erit vas aptatum ad interitum, & hic peccator converterit se ab iniquitate sua, hoc est, cùm sit vas aptatum ad interitum, mundaverit semetipsum ab D his, erit vas in honore sanctificatum. Posteaquam hinc eos superaveris, ad obscuriora loca scripturarum confugiunt, vt sagittent in obscuro rectos corde. „ Nescitis, inquiunt, quia scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui? Cùm enim nondum nati fuissent, nec aliquid egissent boni vel mali, ex præscientia dictum est, vt vnus haberetur odio, alius amaretur. Necesse nobis erit in hoc loco, de lumine sacræ legis interpretatiunculæ huius lumen incendere, vt detegamini, non aliud in obscuris locis vos fingere, nisi vt simpliciter ambulantes exspolietis catholicos vestitu deaurato, & induatis eos pannis hæreticorum sordibus plenis. In Genesios libro de Rebecca dictum est, *Duæ gentes & duo populi de tuo vtero prodient, & populus populum superabit, & maior serviet minori.* Prophetia ergo non de his est qui secundum carnem nascebantur, sed de duobus populis Iudæorum & Gentium, in quo maior populus Iudæorum serviet minori, id est Gentium. Sic enim & sequitur Apostolus, *à præsciente*, inquit, *dictum est, quia maior serviet minori*, Vt quid hoc dixisti, ô beate Paole Apostole? peto vt respondeas. Numquidnam propterea hoc dixisti,

E vt prædestinatio præiudicium nascituris adferret? Respondet ita Apostolus: Ego propter hoc dixi, maior serviet minori, vt electio ex Gentibus fieret. Ergo si prophetiæ huius mysterium nobis interpretatur Apostolus, tu quis es qui aliter, quàm explanavit nobis magister verus, istum sensum exponas: cùm scias dictum ab eo, quòd *si Angelus de Cælo evangelizaverit vobis præterquã evangelizavimus vobis, anathema sit*? Occurrunt hoc loco renovato certamine dicentes: „ Nos non dicimus „ præterquam evangelizavit Apostolus. Per præscien- „ tiam Dei prædestinationem factam ipse commemorat. „ de Deo ipse dicit, *Quos vocavit, hos prædestinavit.* Si „ præscientem & prædestinantem, & vocantem in Apo- „ stolo legitis, nobis vt quid impingitis crimen? Nos vobis crimen non impingimus, sed probamus. Sive enim vos peritos dicatis, arguimus non sic sensus Apostolicos vos debere concidere: sive vos probetis imperitos, increpamus non scientes præsumere non debere, & F eius rei magisterium polliceri, cuius nunquam voluistis esse discipuli. Vos enim, si voluissetis discere prius, & sic docere, ab istis interpretationibus fugientes, à Dei æquitate nunquam recessseratis, nec diceretis, quis non omnes homines volt salvos fieri. Apostolus autem legis peritus noster, omnibus se omnia factum dicit, vt omnes lucrifaceret peccatores. Iam enim didicerat, quia conclusit Deus omnia in incredulitate, & vult vt omnibus misereatur. Didicerat quòd omne os deberet obstrui, & subditus deberet fieri omnis mundus Deo, & ideò dicebat, [Deo autem per gratiam quæ data est mihi omnibus qui in vobis sunt, *& iterum*, Corripientes omnem hominem, & docentes, *& iterum*, Idem Deus dives in omnibus vobis, *& iterum*, Apparuit gratia Dei omnibus hominibus, erudiens nos, & docens, vt sit omnis homo perfectus in Christo.] Et quia sciebat Filium Dei pro omnibus natum, pro omnibus passum, ideo clamat, dicens: [Hoc placitum est coram Salvatore nostro G Deo, qui vult omnes homines salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire.] Vnde etiam quotidie nobis in Euangeliis suis ipse Dominus clamat, dicens, *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos requiescere faciam.* Vnde vt doceret se nullum hominem à sua largitate repellere, promptus, liberalis, abundans, nunquam minus faciens, loquitur in Euangeliis suis dicens, *Omnis qui petit accipit, & qui quærit invenit, & pulsanti aperietur.* Nam & scriptura veteris Testamenti omnes ad audiendum gentes invitans, dicebat, *Audite hæc omnes qui habitatis orbem, quique terrigenæ & filii hominum, simul in vnum dives & pauper.* Et ideo idem Apostolus, videns quia omnes homines vult Deus, non tamen omnes homines Deum volunt, futurum iudicium memorans clamat, dicens, *Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque propria corporis prout gessit, sive bona, sive mala.* Vnde & Apostolus Petrus, *Gratia*, inquit, *Dei super om-* H *nes, & in omnibus vobis.* Prophetæ omnes vocant, Apostoli omnes vocant, Christus omnes vocat, in toto orbe terrarum sacerdotes Dei innumerabiles omnes vocant ad gratiam & ad misericordiam Dei, & ad indulgentiam. Soli duo, aut tres homunciones, cæcum habentes cor, egrediuntur cum his libris apostaticis quos viri catholici esse confingentes, totum vulnerant mundum. quibus novum genus blasphemiæ inducentes dicunt, quòd Deus non omnes homines vult salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire, atque huius loci obscuritatem passi, tanto lumini, tamque immenso splendori, tenebrarum suarum volunt inferre caliginem. Sed quia lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non valent comprehendere, iuvante Domino, ex eius thesauris accipientes, locum quem putant hæresi suæ manum porrigere explanavimus. Dicamus nunc & de præscientia & de prædestinatione. Præscit Deus & prædixit quòd in semine Abrahæ, hoc est in Christo, benedicerentur omnes gentes. Quod dum fieret, Iudæi satis moleste ferebant. Nam ideo comprehendebant Apostolos, & in custodiis retinebant, dicentes eis, [Prædiximus vobis ne prædi-

cæteris

A caretis hoc nomen: vos autem replestis omnia doctrina vestra.] Apostolus autem Paulus, videns Iudæos in eo deficere quòd gentes introirent ad fidem, & excluderent Iudæos à privilegio Synagogæ per privilegium Ecclesiæ, adloquitur eos vt non contristentur, dicens, Quid nunc prohiberis nos Gentibus loqui ne salvæ fiant, cùm sciatis Deum dixisse ad Abraham, quòd in semine tuo hæreditabo omnes gentes? Præscit enim Deus, quòd Filium eius essent negaturi Iudæi, & essent ei Gentium populi credituri. Et ideo ait: [Quos præscit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus.] Iudæi enim per circumcisionem filij Abrahæ docentur, Gentes autem per baptismum filij Dei fiunt, & est illis frater primogenitus Filius Dei. Vnigenitus inquam, specialiter Filius Dei, frater fit eorum qui generaliter filij Dei adoptantur, vnde & dicit Patri, *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Hos

B ergo gentium populos præscit, vt diximus, quòd Filium suum, quem Iudæi crucifixuri erant, sincero corde susciperent, & vt decebat Dei filium adorarent. Quos ergo præscit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filij sui, vt Filius eius esset primogenitus in multis fratribus, hos prædestinavit, quos autem prædestinavit, hos vocavit. Si interrogas Apostolum, quando prædestinavit? dicit tibi, tunc quando dixit Abrahæ, *In semine tuo hæreditabo omnes gentes.* Et ideo per Prophetam dicit, *Audite hæc omnes gentes.* Dicit ergo Iudæis, Nihil novum vobis videatur fecisse Deus, qui voluit promissum patri nostro Abrahæ complere quod promiserat, vt in semine eius hæreditentur omnes gentes. Ergo quia omnes gentes prædestinavit, omnes gentes conclusit in incredulitatem vt omnibus misereatur. Ergo quos prædestinavit hos vocavit, quos vocavit hos iustificavit auferendo vniversa peccata: quos autem iustificavit, ipsos & magnificavit, id est filios Dei fecit: Quid ergo murmurantes estis ô Iudæi, prohibentes nos gentes adloqui? Si

C Deus pro nobis, quis contra nos? id est quid in nos mittitis manus, & in Apostolos Dei scandalum patimini? Si enim Deus filio suo non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit eum. Nota tibi, Prædestinata, quid dicat, sed pro omnibus tradidit eum. Dicendo pro omnibus tradidit eum, & Iudæis amputavit scandalum, & vestram intentionem exclusit. Miror autem prudentiam vestram sic legisse locum istum, *quos prædestinavit hos vocavit*, vt ad vnum versiculum qui in antè est timuissetis accedere. Quando enim venistis ad hunc locum, quasi satisfactum putantes intentioni vestræ, noluistis in antè ad versiculum qui vos convincebat adspicere, id est, *pro omnibus tradidit eum*, sed clausistis codicem, & cœpistis clamare, Non omnes vocat Deus ad gratiam suam, non omnes invitat & dicentibus nostris, Ergo non omnes vocat? vos respondistis, Non omnes vocat. Stupentes itaque nostri atque anxiantes, eo quòd audirent quod nullus vnquam hæreticorum dixerat, interrogaverunt peritiam

D vestram dicentes, Vnde probatis quia non omnes vocat Deus ad gratiam suam? Ipse Deus non vult eos vocare? an vult & non potest? an non merentur? Si vult & non potest, blasphematur impotens: si potest & non vult, videtur iniquus: si ipsi non merentur, ergo iam gratia non est gratia, & res meriti humani est vocatio, non gratiæ Dei, si autem gratiæ Dei est, & non meriti hominis, omnes vocat, *Omnes enim peccaverunt & egent gloria Dei*, vt dicit Apostolus, & adiecit, [Iustificati itaque gratis in gratia ipsius in redemptionem quæ est in Christo] Ecce gratis, ecce & redemptio. Audenter dico, vbi est præsumptio de merito humanitatis, non est gratia divinitatis, omnia enim quæ gratiæ Dei esse credimus, meritis nostris adplicare non possumus. Ergo si gratiæ est & non meriti, quomodo vos dicitis aliquos non vocari, quia sunt eius vocatione indigni? Si enim nullus ex suo merito vocatur: sed ex dono gratiæ Dei, & alius vocatur alius recusatur, personarum Deus blasphematur acceptor. Arguuntur etiam Apostoli eos falsi testes indicij. Nam beatus Apostolus Petrus clamat, [In veritate, *inquit*, comperi, quia non est personarum acceptio apud Deum: *Et beatus Paulus*, Non est enim

E personarum acceptio apud Deum: *Et iterum Dominus dixit de servis*, Eadem, *inquit*, facite illis remittentes minas, scientes quia & vester & illorum Deus in cœlis est, & non est apud illum personarum acceptio.] Si ergo ita est, immo quia ita est, vnde probatis quia non omnes vocat ad gratiam suam? aut quem non vult salvare qui pro crucifigentibus orat? In hac hæresi diabolus tyrannidis suæ furore grassatur, vt lethali plaga pene vniversum vulneret mundum. Infert bellum creatura creatori, & dicit ipsum prædestinasse quod punit, ipsum vt fierat constituisse quod prohibuit. Quod quàm sit impium, quamque sacrilegum, quamlibet imperitus agnoscet. Omne enim peccatum tunc peccatum rectè dicitur, cùm & reatus delinquentis & æquitas iudicantis ostenditur, quia peccati supplicium præcedit semper meritum facti: reum autem nemo facit, nisi eum qui potuit declinare peccatum. Peccatum ergo inter prædestinantem & operantem discerne, vt illius factum malum hic, qua-

F si alienum à se, aut damnet, aut corrigat. A iusto autem Deo aliena sunt vniversa quæ damnat. Vnde si prædestinatio in peccantem ostenditur, nihil iusto iudici probatur debere peccator: quia cuius adseritur prædestinatio, huius etiam operatio comprobatur. Videtisne obsecro, quàm graviter blasphemetur his adsertionibus Deus? Si enim prædestinationis eius vis eousque adducitur, vt eius dicatur præordinatione peccatum; fructus malus non nisi ex impia radice procreatur. Erit ergo secundum Manichæum alius Deus malorum, alius bonorum, vt quæ bona sunt bono adscribantur, & quæ mala sunt malo, ne videamur peius Manichæis inclamare blasphemium, cùm vnum eundemque Deum, quem bonum confitemur & iustum, hunc prædestinasse omnia scelera æstimemus. Recedant igitur vana argumenta verborum. Nihil habet commune prævaricatio delinquentis & prædestinatio vlciscentis: quia peccatum in contemptu transgressoris est, vltio verò in iudicis æquitate consi-

G stit. Tollite itaque è duobus vnum, aut iudici prædestinationem vt probetis iustum, aut alterutra iudicem futurum ostendite. Nulla enim ratione constitutum suum poterit punire qui iudicat: quia si malum prædestinationi dederis Dei, voluntati hominis dare non poteris. Aut enim accusa reatum in homine, & tolle te à blasphemio Dei, aut si prædestinationem à Deo asseris constitutam esse peccanti, reatum quidem peccatori tulisti, sed Deo crimen impingis. Certè peccatum certum est nihil aliud esse, quàm prævaricationem hominis, & prædestinationem nihil aliud, nisi ordinationem Dei. Quomodo ergo tam diversa sibimet tamque contraria ad vnam compaginem venire potuerunt, vt quod bonum Dei est malum hominis fiat, & delinquentis vitium dicatur præordinatio prohibentis? Illud autem cur non consideratis, qui prædestinatione Dei putatis homines consentire peccatis? Omne certe peccatum vult & desi-

H derat diabolus fieri, & creditis quod prædestinationem suam Deus ad diaboli desiderium, & ad hominis interitum posuit, & voluit prædestinationem suam servire voluntati diabolicæ, vt ad libitus dæmonum homines, ante propriæ voluntatis meritum, reos iam addiceret inimico? Hactenus blasphemias huius loci detexisse sufficiat. Pavido enim corde intolerabili tremore deficio. Octoginta & novem hæreses in primo libello conscripsimus, nullam ita hominibus ad crimina fræna laxasse conspeximus: nullam sic blasphemias in Deum adstruentem invenimus. Fateor, catholici confessores, crescunt eis in hac defensione blasphemiæ. Peto itaque vestræ fidei puritatem, vt dimicantem me vestris precibus adiuvetis, contra hos agentem, quorum tota verba blasphemiæ sunt. Fateor inquam carissimi, vniversa mei corporis membra torpescunt, animus deficit, auditus intremuit, facies pallore distabuit, capillorum seges in vertice riget, mens intus cum suis consiliis metu quassante adflicta est, lingua ipsa in suo atrio moveri non prævalet: quoniam contra eos loquimur, qui dicunt Deum diaboli „ voluntati servire. Iam enim, inquiunt, prædestinavit

A ,, Deus homines, siue ad iustitiam, siue ad peccatum, &
,, ideirco quod eos voluit esse qui condidit aliud esse
,, non possunt. Cùm interrogaveritis eos, vtquid tan-
tum blasphemiæ proferant, dicunt quia dixit Apostolus?
,, *Quos prædestinavit, hos vocavit* Ideoque aiunt quos
,, semel Deus prædestinavit ad vitam, etiamsi negligant,
,, etiamsi peccent, etiamsi nolint, ad vitam perducentur
,, inviti, quos autem prædestinavit ad mortem, etiamsi
,, currant, etiamsi festinent, sine causa laborant. Quis
non videat, quòd hoc dicto tollatur sollicitudo iustis
timendi ne corruant, & peccatoribus amputetur effectus
sperandi ne surgant? Evasimus blasphemias Dei, ad rui
nas hominum venimus. Si enim ita est, vt vnusquisque
hoc sit quod prædestinatus est, cessat lex, cessat sacer-
dos, cessat devotio populi, clauditur aula confugij,
evacuatur sinus Ecclesiæ, nullus genu curvat Deo, nul-
lus benedictionibus inclinat caput, clauduntur apices
Dei atque vniversa simul virtutum studia evanescunt.
B ,, 6 Quantumvis enim, aiunt, quicumque studeat, & à
,, Dei Ecclesia, & à Dei sacerdotibus, & à divinis studiis
,, non recedat, si semel eum Deus prædestinavit ad mor-
,, tem salvus esse non poterit Iudas quotidie verbum vi-
,, tæ audivit, quotidie adhæsit Domino, quotidie virtu-
,, tibus occupatus, quotidie ipsum filium Dei monito-
,, rem audivit, & quia prædestinatus est ad mortem, vno
,, ictu subito interiit. Saulus quotidie persecutor, quo-
,, tidie lapidator Christianorum, quotidie vastator Ec-
,, clesiarum, & quia prædestinatus est ad vitam, vno
,, ictu subito vas electionis est factus. Quid ergo, in-
,, quiunt, tu qui in peccatis permanes, expavescis? si te Deus
,, dignabitur, sanctus eris; aut quid tu qui in sanctitate vi-
,, vis, sollicitus redderis? si Deus noluerit, nunquam cor-
,, rues. Vterque de Deo securi estote. Numquid tu qui
,, sanctus es, & sollicitus es ne corruas, & die noctuque
,, orationibus ades, occuparis ieiuniis, & divinis lectio-
,, nibus diligenter insistis, exhortationibus vacas, atque
C ,, omnibus sanctis studiis quotidie immines, numquid
,, tua voluntate salvus eris? Numquid sanctior eris Iuda,
,, qui accepit potestatem infirmos curandi, dæmonia
,, fugandi, mortuos suscitandi, calcandi super serpen-
,, tes & scorpiones, collega Apostolorum, Christi dis-
,, cipulus, & tamen quia prædestinatus est ad mortem,
,, mortem æternam inuenit? Cessa esse sollicitus, & de
,, Dei esto voluntate securus: quoniam si te dignatur
,, Deus vt permaneas, sanctus eris. At tu qui peccator
,, es, disce à Paulo Apostolo. Numquid tu aliquando
,, peiora poteris committere quàm ille commisit? & tamē
,, quia prædestinatus est ad Apostolatum, evasit subitò
,, vniuersa peccata, & ab inferioribus inferiorum ad su
,, perna superiorum ascendit. Hæc est omnis summa con-
,, silij vestri, hinc decipitis mundum, hinc penetratis do-
,, mos, & captivatis mulierculas oneratas peccatis, quæ
,, circumducuntur variis desideriis; semper discentes, &
nunquam ad scientiam Dei pervenientes. Iuvante ita-
que Domino, spiritus ille, qui falsorum senum educe-
D sum Susannam egentium scidit consilia, hic spiritus
nunc vos diuidet aduersum immaculatam Dei Eccle-
siam falsa tractantes. Et sicut illi de sua sibi accusatio-
ne inventi sunt pleni fallaciis, ita vos ex vestris vobis
oppositionibus abscedetis superati. Ipsa itaque verba
dicimus inter initia quæ ipsi dixistis: sed aliter eorum-
dem verborum finem colligimus. Dicimus enim iusto,
Certe Iudas Apostolus fuit, & à Christi vestigiis non
recessit, ex ore eius die noctuque consilia salutis accepit,
signa virtutum exercuit, & vniversa obtinuit Apostola-
tus insignia, & tamen quia negligens fuit, cecidit. Vigi-
la ne corruas, esto sollicitus, quia aduersarius tuus si-
cut Leo rugiens circuit quærens vt transvoret. Hoc au-
tem quòd cecidit Iudas, non putes fuisse impietatis Dei:
neque enim Deus illum voluit esse malignum, sed quia
fur erat, & loculos habebat, & erat in corde eius radix
omnium malorum avaritia, ideo corruit miser, & cre-
puit medius, qui tanta dona diuina neglexit, qui medi-
co præsente, vulnera sua non solum non curare, sed etiam
augmentare studuit. In peccato enim Iudæ vos ipsos Iu-

E dices perimus. Ita enim vos iuvante Christo conclusi-
mus, vt vos ipsos ex vestro iudicio superetis. In peccato
Iudæ grande est sacrilegium, incomparabile facinus,
crimen immensum. Dicite nobis, cui vultis hoc crimen
adscribi? Ipsi Iudæ traditori, an Deo prædestinatori?
Si, quod dici peius peccatum est, quàm hoc quod Iu-
das exercuit, Hoc peccatum Dei prædestinatoris esse
probaveritis, fateor vicistis, si autem ipsius Iudæ est
traditoris, defensio nostra accepit palmam, non enim
Deus ipsum talem vel prædestinavit, vel talem esse vo-
luit. Defendamus ergo sanctum & immaculatum à cri
mine Dominum, ne quem ille tradidit per avaritiam, nos
per insolentiam accusemus: & tollentes crimen Iudæ,
Dominum vocemus in culpam. Si enim ideo talis exti-
tit, quia talem illum Deus prædestinavit, non quia
ipse neglexit, ipsum quidem liberamus ab omni pon-
dere criminis, & tollentes nos ab increpatione tradito
ris hominis, prædestinatoris Dei astutiam accusamus,
F qui quasi voluerit Apostolum fieri, vt eum ex Apostolo
faceret traditorem, quem quasi voluerit elevare ad cœ-
los, vt eum ex alto iactaret: quem quasi voluerit dæmo-
nia eiicere, vt eum dæmonum traderet potestati. Quid
moras innectimus? ante oculos vestros vtrosque habe-
tis, ô nostri temporis tractatores, servum & dominum,
magistrum & discipulum, Deum bonum & hominem ma-
lum, vnum accusate quem vultis, & vnum laudate
quem vultis. Si Deum prædestinantem, Iudas immu-
nis est, si Iudam tradentem, crimen eius Deum præde
stinasse docere minime poteritis, quia Dei prædestinatio
bona est, Iudæ autem traditio mala. Bonus ergo rem
bonam fecit, quia malum nunquam fecisse credendus
est. Et si prædestinatio Dei bona est, & Iudæ traditio
pessima, rei malæ Iudæ, & rei bonæ Dei, convenire
non potuit. Impossibile est enim, tenebris & lumini,
bono & malo, vitæ & morti, veritati & mendacio, si-
mul habere consortium. Reddentes ergo Iudæ soli pec-
G catum suum ex integro, & Deo honorem æquitatis suæ
integerrimum exhibentes, nobis quoque reddite oscu-
lum charitatis. Laboratis enim vano certamine, qui
per Iudam omnes peccatores excusatis atque defendi
tis, Dei autem iustitiam accusatis. Nunc veniamus ad
magistrum bonum & verè beatissimum Paulum, &
amota tergiversationis insania, quod verum & inte
grum negari non potest explicemus. Aliud est, zelo
malitiæ persequi aliquem innocentem, sicut fecit Cain
aliud est zelo Dei persequi, sicut fecit Helias: nec
solùm persecutus est, sed etiam in conspectu suo mul
tum populum gladio iussit occidi. Cain vnum occidit
& æterna damnatione punitur: Helias multos occidit,
& ad gloriam rapitur sempiternam. Non ergo, sicut
vos putatis, Cain imitatus est Paulus: sed zelo Dei du-
ctus Heliam secutus est. Dicas forsitan, vnde hoc pro-
bas? Lege ad Galatas eundem sibi testimonium per-
hibentem, atque dicentem: *Persequebar*, inquit, *Eccle-
siam Dei, & expugnabam illam super multos coætaneos
meos in genere meo, abundantius*, inquit, *æmulator exi-
H stens paternarum mearum traditionum*. Numquid non om
nibus Catholicis notum est, Deum hebræorum hunc
esse patrem Domini nostri Iesu Christi? Quem ergo
defendebat? Patrem sine dubio, quia Sacerdotes sui
ei dixerant hunc non esse filium Dei quem crucifixe-
rant. Credens itaque legi suæ, credens Sacerdotibus
Dei vivi, accepit ab eis Epistolas, vt pergens Damas-
cum ad synagogas, vinctos adduceret Christianos.
Prudentissimus vir atque sapientissimus, qui sciebat se
zelo Dei agere, sine dubio videbatur ei, quòd inimicos
Dei persequeretur. Pro fide enim Dei, & pro veritate
currebat. Non enim filium Dei esse Dominum nostrum
Iesum Christum didicerat, sed seductorem & decepto-
rem populi sui, à magistris suis & à Sacerdotibus
suis vt audierat, æstimabat. Animum itaque Heliæ non
Caïn habens, erga novos cultores Dei fortiter insiste-
bat, & ignorans crimina pro virtutibus exercebat,
Deus autem, cordis inspector, & fidei contemplator,
fecit eum misericordiam invenire, quia ignorantiam

eius

A eius innocentia comprobabat. Vnde hoc probamus? Ipse dicit ad Timotheum. *Fui*, inquit, *persecutor & iniuriosus: sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci.* Vides ergo, quia vbi ignorantia est, inuidia non est? A iustitia enim Dei ignoranti doctrina traditur, scienti verò & contemnenti dictatur sententia. Vnde per obscurum ignorantiæ ambulans Paulus, putabat se inimicum Domini sui persequi, ardebat in persecutione, quia placere Domino bonus famulus studebat. Non quiescebat, furebat, abundantius omnibus zelator existens paternarum traditionum. Quorum patrum gerens zelum? sine dubio Abrahæ, & Isaac, & Iacob: & qui horum Deus? sine dubio pater Domini nostri Iesu Christi. Ergo huic placere studens, putabat se eius insequi inimicum: passus obscuritatem sacerdotum suorum, quibus legis diuinæ imperio fidem suam testimonium dantibus exhibebat. Omnibus notum est quid habeat obscuritas. Numquid non ipse vsus nos poterit edocere, obscuritatis hanc esse naturam, vt notum & ignotum, parentem &
B extraneum, ciuem & barbarum, vno modo ante oculos adficeat, qui nisi locutus fuerit, quis ille sit penitus sciri non poterit? Hic ergo, velut bonus custos vineæ Domini sabaoth domus Israël, velut bonus circitor, adprehenso baculo, per noctem ignorantiæ circumibat, vt quoscumque inveniret legentes vindemiam Domini, Heliæ animo devastaret. Servo itaque bono, pro domini sui vinea vigilanti, servo zelo fidei persequenti, servo Heliam imitanti, servo in tenebris ignorantiæ pro veritate certanti, servo cui se sciebat dixisse vt pro veritate certaret vsque ad mortem, laboranti ergo, & in obscuro fidei persequenti, & nescienti quòd ipse esset dominus suus, quem putabat inimicum domini sui, succurrit dicens, Quiesce, ego sum dominus tuus. Modò tu ipse iudica de te ipso, Si introieris in vineam tuam nocte, numquid homo tuus, aut servus tuus, in obscuro noctis dum te senserit, & cœperit venire vt te comprehendat, dic mihi obsecro, veritatem profer ex ore tuo, dic mihi numquid ta-
C ces, & permittis te teneri ab eo, quem probas quia non zelo non inimicitiis faciētib. te persequitur, sed te defendens, dum te æstimat furem, te ipsum pro te ipso persequitur? Huic tali servo & laus debetur & præmium. Deniq; cùm dixeris ei persequenti te & volenti percutere, Cessa, ego sum dominus tuus, statim abiecto fuste de manu sua, prosternens se pedibus tuis veniam postulat ignorantiæ, atq; ex illa hora hoc faciet quod ei præceperis. Ita ergo tunc B. Paulus, missus à sacerdotibus Dei, iam meritis Apostolicis plenus, vas electionis erat, habens intra se spiritum Heliæ persequebatur, vt ei videbatur, inimicos legis Dei, & quem putabat esse furem vineæ domini sui, ipse erat Deus suus. Patiebatur enim noctem, cuius ei obscurum fecerat incredulitas sacerdotum. Iustus vero Dominus in hac ipsa sibi persecutione, quam ipse patiebatur pro sua iustitia, complacebat, quia ipse dederat legem, quam ille
D servabat. Non ergo quasi personarum acceptor adprehendit nolentem & fecit volentem, adprehendit infidelem & fecit fidelem, adprehendit inimicum & fecit amicum, adprehendit malum & fecit bonum: sed suum fidelem & pro se laborantem adloquitur, & dicit, *Quid me persequeris?* At ille ipsa verba quæ solent in obscuro dici ait, *Quis es Domine?* & Dominus, *Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris.* Statim cedit, statimq; transfert se à synagoga ad Ecclesiam, non mutando dominum sed ipsum esse quem semper coluit agnoscendo. Non ab alio Deo ad alterum Deum veniendo, sed eumdem esse Deum, quem semper coluerat, comprobando. Non ab infidelitate ad fidem veniendo, sed ipsam fidem quam iure habuerat, possidendo. Iustus ergo Dominus servum suum cognovit, secundum quod ipse Apostolus ad Timotheū dicit: *Cognoscit Dominus qui sunt eius.* His autem quos videt non veritatis defensione, sed vanæ gloriæ & cupiditate aliqua, eius se servos esse iactantes, clamat eis dicens: *Discedite à me quia non novi vos.* Verùm quid stamus in hoc loco, cùm non solùm has iniurias Apostolo inrogetis, vt dicatis eum invitum tractum,

cùm ad vnam vocem legatis eum de se dicentem: *Si nolens hoc ago, dispensatio mihi credita est: si autem volens hoc ago, mercedem accipio.* Excludite eum à mercede sua, & dicite, Quia nolens hoc agis invitus tentus, furtivus tractus, non tu curris, neque enim de cursu tuo proficis, esto iam securus, scias te etiam si volueris peccare non posse. Ad hæc vobis ipse respondet, *Ego sic curro, non quasi in incertum: ego quotidie festino, & ad bravium supernæ vocationis extendor. Et licet nihil mihi conscius sim, sed tamen non in hoc iustificatus sum. Nolite errare, Deus non irridetur.* Ego enim, nisi in ieiuniis multis institero, & maceravero carnem meam, & servituti tradidero, ipse reprobus efficiat. O magistrum bonum! ô sapientem architectum, & bonorum omnium instructorem. E

Sic fabricat Ecclesiam qui vult exemplum salutis offerre. Non resupiant animos in bono cursu satagentes, vt putent se ita ad Deum pervenire, vt ab animis suis tollant studium placendi Deo, & dicant, Non ei placebimus de nostro studio, quid studemus? non ei placebimus de nostro cursu, quid currimus? non ei placebimus de nostra voluntate, quid volumus? non ei placebimus de nostra vigilantia, quid vigilamus? non ei placebimus de nostra oratione, quid oramus? si prædestinati sumus ad vitam, reprobi non erimus. Hoc excludens Petrus Apostolus clamat: *Vigilate quia adversarius vester sicut leo rugiens circuit aliquem vestrûm transvorare festinans.* Et Apostolus Paulus, *Nolite consentire operibus infructuosis tenebrarum, magis autem & redarguite.* Nolite inquit consentire. Vides consensum nostrum quàm cautè informat? Scit enim per consensum nostrum vnumquemque decipi, vnumquemque salvari. Consensum autem dico, in quo consentimus medico, qui nos gratis curare volens clamat ad nos quotidie: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos requiescere faciam.* Ideo audis vocantem, vt te exhibeas respondentem. Hic qui clamat vt omnes ad eum veniant, ignoravit doctrinam vestram. Nam non diceret, venite ad me omnes: sed diceret, veniant ad me qui sunt prædestinati ad salutem, vt salventur: recedant à me qui sunt prædestinati ad mortem, vt puniantur. Sed non ita est vt ipsi docetis. Homo enim, si consensum suum à vocatione Dei subtraxerit, perit. Medicus hic noster gratis quidem curat, sed imperat observantiam. Qui non fuerit salvatus, aut vocantem contempsit, aut invitantem renuit, aut ab his quæ ei abstinere sunt mandata neglexit. Hoc nos dicimus de medico perfecto. Vos quid dicitis? Dicite quod voltis, si laudatis medicum, & culpatis ægrotum, ostenditis medici diligentiam, & neglegentiam ægrotantis. Non hoc dicitis, sed hoc dicitis quod habetis in fallaciæ vestræ libello conscriptum. Omnes quos scit dignos salute redemptionis suæ Deus, hos ad sa- "
H lutem prædestinauit: hos tantùm salvat, quos se ad sa- "
lutem prædestinasse cognoscit. Salus enim Dei non voluntati hominis servit. Ipse enim scit cui quid faciat. "
Nec enim antecedit arbitrij libertas gratiam Dei, sed "
antecedit gratia Dei libertatem arbitrij. Hæc vestra scripta sunt, vestra sunt dicta, veris falsa permixta. Respondeamus ad singula. Si omnes quos scit dignos vocat, ergo omnes ad salutem prædestinavit, quia omnes quotidie vocare non cessat. Si hos tantùm salvat, quos se prædestinasse cognoscit, ergo omnes prædestinavit ad salutem, quia omnium dominus & salvator est. Si salus Dei non voluntati hominis obtemperat, sed anticipat gratia Dei voluntatem hominis, ostendite nobis quis nolens consecutus sit baptismatis sacrosancta mysteria, & postea cœpit per gratiam velle quod noluit: aut quis vnquam nolens egerit pœnitentiam, & posteaquam reconciliatus est, sic cœpit post indulgentiam pœnitere. Duæ istæ res sunt salutis humanæ, sacrificium & confessio. Sed & voluntariè sacrificamus Deo, & voluntariè confitemur. Sacrificium, quo sanguine Christi redimimur, & lateris eius vnda perfundimur: confessio verò, qua confitentes errorem

A iterum mereamur veniam peccatorum. Ergo duas istas species, quas solas scimus humano generi posse succurrere, quas dicit sanctus spiritus voluntariè fieri, videamus vtrùm, vt vos dicitis, ab homine exigantur invito, aut à voluntario flagitentur obsequio. Si ab inviso & à nolente, damus vobis manus, vicistis, si à consentiente, & à desiderante atque volente, consensus veritatis dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum. Voluntariè enim sacrificamus Deo, & confitemur nomini eius, quoniam bonus est. Non ita est, „ inquiunt, Vana est & infructuosa voluntas hominis, „ vanum est humanæ voluntatis arbitrium. Si ad comparationem divinæ gratiæ hoc diceretis, vnum diceremus. Non enim humanam voluntatem divinæ gratiæ præponimus. Omnia enim quæ bona sunt, non homini superbienti, sed Deo adscribimus miserenti. Non tamen hæc dicentes, hoc possumus dicere quod vos &

B dicitis & scribitis, Vana voluntas est hominis. Nos autem dicimus, Voluntas hominis non est vana: quia si vana est, nec præmium consequetur digna, nec supplicium meretur indigna. Sed ne tam hebetes sitis, vt negligendo, nec audiendo ista quæ adscribimus cognoscatis, Ite cum catechumenis, & cùm pœnitentibus vestris ad omnium Ecclesiarum pontifices: & si videritis eos nolentibus gratiam baptismatis tradere, aut nolentibus pœnitentiæ imponere manum scitis vos esse Catholicos. Sin verò, nec baptismatis gratiam ausi sunt tradere, nisi veram & integram exploraverint voluntatem, nec manum imponere pœnitenti, nisi confessionem voluntariam ostendenti, quid insaniæ vestræ vanitate adtracti dicitis hoc loco, antecedit gratia voluntatem?

Maior quidem est gratia Dei quàm voluntas hominis: sed prior est voluntas hoc loco quam gratia. Illa merito præcedit, hæc ordine. Scio hoc loco

C quas nebulas soleatis ignorantibus excitare, & calumnioso calliditatis ingenio in hac voce garrire. Ecce dicunt, Prior est voluntas quàm gratia. Nos in his duobus locis dicimus priorem voluntatem quàm gratiam, in baptismatis consecutione, & in pœnitentiæ conversione, vt non vestro consilio ducti homines, incipiant declinare cor suum ad excusandas excusationes in peccatis, dum vnus dicit, Si vult Deus, veniet ad me indulgentia peccatorum: & si voluerit me in numero gregis sui addere Christus, fiet. Huic dicimus, nisi volueris ex toto corde tuo credere, non ad te veniet indulgentia, neque gratia hæc vt gregis divini particeps fias. Item in peccatis permanentibus si dicatur, pœnitentiam agite, adpropinquat regnum Dei: hi cùm dixerint, Si Deus dignatur dare veniam peccatis, in potestate eius est, his dicimus, Nisi volueritis ex toto corde vestro pœnitentiam agere, ad vos Dei indulgentia nunquam adtinget. In his ergo duabus causis dicimus,

D antecedit voluntas hominis gratiam Dei. Hanc ipsam rursus voluntatem hominis dicimus quo modo antecedit gratia Dei: quia non haberet hoc ipsum velle, nisi Vnigenitus nobis de Cœlo veniens, omnibus officinam suæ gratiæ reserasset. Veniens enim pro omnibus hominibus passus est. Ergo hoc ordine præcedit gratia Dei voluntatem hominis. Quod ideò dicimus, vt duobus capitibus vos excludamus. Qui enim dicitis, antecedit gratia voluntatem, bene sonatis, sed malè percutitis. Ideò enim dicitis, antecedit gratia voluntatem, vt homo nec incipiat velle bonum, sed expectet vt trahatur, expectet vt nolens fiat bonus, & cùm sit malus, dicat, Deus hoc vult, quia gratia eius ad me non accedit. Nos in isto loco, & vobis, & illi qui hoc dicit, occurrimus dicentes, antecedit voluntas hominis gratiam Dei. Non enim dixit Dominus, accipietis priùs, & sic petite, invenietis prius, & sic quærite, aperietur vobis priùs, & sic pulsate: sed dixit, *Petite, & dabitur vobis, quærite & invenietis, pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit.* Dicendo *omnis* generalem causam instituit, & prædestinationis suæ specialitatem exclusit: & dicendo *qui petit accipit*, priorem voluntatem homi-

E nis, quàm donum gratiæ demonstravit. Et tamen sic prior voluntas hominis quàm gratia, sit & prior Dei gratia quàm voluntas. Non enim nos ivimus ad sanctum peccatores, sed ad peccatores sanctus advenit: nec nos rogavimus vt veniret, sed non rogatus advenit, & vt ascenderet ad Deum homo, Deus descendit ad hominem, exinanivit se vt nos repleret, humiliavit se vt nos exaltaret, pauper factus est, vt nos divites faceret: esuriit panis vivus, vt nos reficeret: sitiit fons perennis, vt nos aridos melliflui & æterni fontis vnda perfunderet. Tentus est vt nos dimitteremur, ligatus est vt nos solveremus, venditus est vt nos redimeret, spineam coronam accepit in capite, vt spinas & tribulos primæ maledictionis eriperet: exspoliatus est, vt nos vestiret, in cruce suspensus est, vt nos à cruciatibus æternæ mortis auferret. Damnans de ligno crucis lignum concupiscentiæ, pandit immaculatas manus pro manibus incontinenter extensis, pro concupiscentiæ

F gustu esca fellis accipitur, & mors vitæ pro vita mortis infertur. Nobis enim vicit, non sibi. Semper enim ipse victor omnium fuit, est, & futurus est. Sed quia nos omnes in Adam perdidimus vitam & paradisum, per Christum & paradisum, & vitam æternam, & adoptionem filiorum Dei, & regnum consequimur sempiternum. Hoc loco eum, qui dicit, antecedit voluntas hominis gratiam Dei, execramur vehementer. Sic tamen execramur, vt dicamus iam ex tempore passionis, & resurrectionis, & in cœlos ascensionis, quo iam gratia in mundo diffusa est, & in gremio Ecclesiæ hæc dona omnia divinæ gratiæ conlocata, qui non cucurrerit ad ista tanta dona Dei, & ipse, non vadens ad Ecclesiam Dei, expectet vt ad ipsum veniat Ecclesia Dei, dicimus hunc insanum. In hoc loco dicimus his & talibus, gratia Dei, absque personarum acceptione in gremio est conlocata Ecclesiæ, si quis eam voluerit quærere, invenit, si quis ad eam pulsaverit, aperietur ei, nolenti-

G bus autem, aut tepidè volentibus, gratia divina non datur secundum id quod Philippus Apostolus dicit spadoni, *Si credis ex toto corde tuo, licet vt baptizeris.* Velle enim nostrum non exclusit gratia, sed incitavit, & dormientem quotidie excitat voluntatem. Iam ergo gratia posita, scriptum est, in medio terræ clamat, Venite. hic sermo Dei anticipat venientem: petite, hic sermo anticipat petiturum: quærite, hic sermo anticipat quæsiturum, pulsate, hic sermo anticipat pulsaturum: Si quæsierit homo, & invenerit, gratiæ Dei est: quia Deus invitavit vt quæreres, Deus fecit vt invenires, si non quæsieris, nec invenies, hoc liberi arbitrij tui est. Tantam enim habes liberi arbitrij potestatem, vt & vocantem Dominum tuum contemnere prævaleres. Quicumque ergo salvatur, gratiæ Dei est, qui vt velles instituit: qui & per Prophetas, & per se, & per Apostolos suos quotidie te invitat vt velis, si volueris & audieris, quæ bona sunt terræ illius æterna suscipies. Ergo & quod vis Dei est, &

H quod petis Dei est, & quod consequeris Dei est, quia in hac parte anticipat gratia voluntatem. Nescires enim quid velis, nisi te ipse & per se, & per suos vocaret, & vt peteres, & qualiter peteres, edoceret. Si ita est, quid nunc faciemus de te qui non petis? Deus te noluit, aut tu noluisti Deum? Deus te noluit bonum operari, aut tu noluisti bonum operari? Deus te noluit esse iustum, aut tu noluisti esse iustus? Ideo te interrogo, ô sanctissime prædestinator: vt vnum è duobus facias. Aut enim fateberis te vinci, aut Deum blasphemare convinceris. Si enim permittis te vinci, dic nobiscum, Homo noluit bonum, & ideo malus est, quia si voluerit petere, dabitur ei gratia Dei. Cùm hoc dixeris, das manus fraternitati, & per reverentiam te deitati concilias. Si autem dixeris, ideo malus est, quia Deus hoc voluit, non quia homo noluit, probaris blasphemasse Deum, quem malum velle confirmas, & necesse erit vt blasphemantem Deum anathematizet Ecclesia. Dicamus nunc quæ sequuntur libri vestri falsa commenta. Estat * qui se putat volendo bonum pervenire ad Christum

ipse

A „ ipse Christus dicat, *Nemo venit ad me, nisi quem pater*
„ *adtraxerit*. Qui melius à Christo sapitis, dicite si men-
„ titus est Christus, & ita deinum adferite nos contra
„ Christi regulam istam fixisse sententiam. Si enim ve-
„ rum dixit Christus, non mentimus quod dicimus præ-
„ destinatos trahi ad vitam, quia vita ipse est. Non est
novum vocis sono decipi posse stultos. Sic vanos Arrius
secutus vocis sonum, dicit filio patrem eius esse maio-
rem. Et hoc dicit nobis, quod dicitis vos, Si ipsi fi-
lio creditis, ipsum audite. Dicit enim, *quia pater maior*
me est. Vocis sonum qui adtendit, sicut Arrianorum
hæresi, sic prædestinatorum vanitati coniungitur. Quis
enim nesciat, non posse venire ad filium, nisi quem pa-
ter adtraxerit? Tamen antequam loci istius occultum
mysterium per nos Dominus manifestet, sensum ve-
strum detegimus. Ideo enim dicitis hoc testimonium,
vt nullus monita sacerdotum studiosa aure suscipiat,
nullus festinet ad matris Ecclesiæ gremium, & duo-
B rum testamentorum vberibus coalescat, omnes fugiant
domum Dei, & quis ad quod voluerit vitium occu-
petur, expectant quando mittat manum pater de Cœ-
lis, vt eum trahat invitum, & nolentem, atque con-
tradicentem, & non consentientem faciat electum &
sanctum. Hæc vestra adsertio, vestrumque deprehendi-
tur dogma. Nos autem dicimus, quod quamvis qui-
cumque sanctus sit, ille sit Apostolus, ille sit martyr,
ille Propheta sit, ille sit iustus, vires non habet proprias
vt ad Christum ascendat. Solus enim Dominus sua vir-
tute pro sua deitate ascendit in cœlos, & sedet ad dex-
teram patris. Quamvis ergo quisque sit sanctus, quam-
vis amicus Dei, non habet vires ascendendi in cœlos.
Et quia filius dicit patri, *Pater volo vt vbi sum, & isti*
sint mecum, explanans concordiam deitatis ait: *Nemo*
venit ad me, id est virtute sua nemo potest venire ad me:
Non est enim sanctitati hominis possibile ascendendi ad
me, vbi sedeo ad dexteram patris, nisi quem pater
adtraxerit. Vnde in vnius persona omnis cœtus sancto-
C rum dicit Deo, *Tenuisti manum dexteram meam, in vo-*
luntate tua deduxisti me, & cum gloria adsumpsisti me,
vnde & adiecit, *Quoniam qui se longe faciunt à te, peri-*
bunt. Non dixit, quos tu longè facis à te, sed qui se lon-
gè faciunt à te, peribunt ostendens non de Dei executio-
tione, sed de elongatione hominis, homini interitum
evenire. Quid autem nunc dicat liber prædestinatus au-
„ dite. Quod si adgravat vos vis testimonij Evangelici,
„ & non potestis adgravati pondere sententiæ nobis da-
„ te responsum, saltem Apostoli nobis explanate sen-
„ tentiam, qui dicit, *Non est volentis, neque curren-*
tis, sed miserentis est Dei. Nos & evangelicum testi-
monium veris adsertionibus declaravimus, & istam bea-
ti Pauli sententiam evidenti manifestamus instinctu.
Prius tamen vestrum sensum detegimus, vt cur à vobis
vsurpentur sancta testimonia detegamur. Vultis enim vt
nemo velit bonum, nemo currat ad bonum, sed dicat in
corde suo, Quantumcunque velim, quantumcunque cur-
D ram, nihil poterit prodesse volenti, nihil poterit pro-
desse currenti. Non est enim volentis, neque currentis,
sed miserentis est Dei. Nos autem adserimus, neminem
gratiam Dei consequi, nisi qui ex fide cucurrerit. Quam
dum fuerit consecutus, Apostoli monitis prohibetur ex-
tolli. Non enim secundum cursum suum, & secun-
dum voluntatem suam, accepit gratiam Dei. Cursus enim
& voluntas eius, quamvis in magno sint, quamvis in
amplo sint, tamen mensuram habent, Dei autem gratia
mensuram non habet. Et ideo, dum etiam ad coronam
pervenerit iustus, non permittitur in sua corona extol-
li. Dicit enim Spiritus sanctus, qui coronat te, non
in merito tuo, sed in misericordia sua & miseratione sua.
Vnde & Apostolus, *Quid habes*, inquit, *quod non acce-*
pisti? Quod si accepisti, quid gloriaris quasi non accepe-
ris? Ergo cursum suum & voluntatem suam ad hoc ex-
tendit, vt acciperet à donante, donum autem pro
gratia donantis supergreditur meritum laborantis. Sic
est enim velle nostrum inter nos & Deum, sicut est inter
mendicantem atque donantem. Ille itaque qui donat

eleemosynam vult omnibus dare, si quidem hic nostr
largitur gratiæ clamat quotidie, *Venite ad me omnes*, &
iterum, *Petite, & accipietis*. Verbi gratia, cucurrit quil
piam egenus, & à donante accepit, acceptisque divitii
cœpit esse locuples qui fuerat egenus & pauper, qui
nunc dicturus est? Ego de labore meo dives sum, qui
volui, quia cucurri? Non hoc dicit, sed dicit, Eg
nihil pro merito voluntatis meæ, aut cursus mei, aliqu
haberem me certus sum: sed eius est totum gratiæ qu
donavit. Et hoc dicto potest dicere cum Apostolo ve
rè, quia *non est volentis neque currentis, sed miserenti*
est Dei. Ecce diximus de isto qui voluit, & cucurrit
quia tanta sunt dona Dei, vt & cursum hominis & vo
luntatem superent. Cursus enim & studium hominis
nisi invisibilibus Dei adminiculis iuvati fuerint, eva
nescunt. Nam & Apostolus certamen bonum certans, &
cursum consummans, & fidem servans, & iam tan
tummodo coronam expectans, dicit, *Gratia Dei sum*
id quod sum, & iterum nobis dicit, *Gratia salvi facti*
estis. Magnus infelix est, qui putat donum Dei se merito
suæ consequi voluntatis. Omne donum optimum de-
sursum est à patre gloriæ, nihil vindicamus humanæ po
tentiæ, totum quicquid bonum est, Dei misericordiæ ap
plicamus. Sic tamen omnia bona dicimus Dei esse dona
vt omnia mala quæ agimus nostræ neglegentiæ impute
mus. Aliter enim veniam non meremur, nisi nos veri
ostendamus nostra culpa peccasse, non præiudicio crea
toris. Et sicut diximus de bono, quia totum bonum
quod fecerit, Dei est gratiæ, ita quicquid malum fecerit
suæ æstimet neglegentiæ. Vnde clamat Spiritus sanctus
Si volueritis & audieritis me, bona terræ edetis: si au
tem nolueritis, gladius vos comedet. Os enim Domini lo
cutum est hæc. Per occasionem itaque boni testimonij
sed mali interpretis, vos dicitis, Nolite velle, quia non
est volentis: sanctus Spiritus dicit, si volueritis. Vos di
citis, nolite currere, quia non est currentis: sanctus Spi
ritus dicit, currite vt omnes comprehendatis. Domi
nus Iesus Christus clamat: *Currite cùm lucem habetis*
ne vos tenebræ comprehendant. Dantes ergo vobis repu
dium, sancto Spiritui adhæremus. *Melius est enim*, vt di
cit Apostolus Petrus; *obaudire magis Deo, quàm homi*
nibus. Verùm quid agimus? rursus ad peiora vestrorum
crescit dogma librorum, in quibus legitur. Quantum-
cumq; studij sui vires ad ædificandum moveat huma-
na voluntas, casso certamine nititur, aut quid vigi-
lantiam suam putat hominis fragilitas æternis deside-
riis profuturam, cùm Propheta evidentibus exclamet
documentis, dicens: *Nisi Dominus ædificaverit domum*
in vanum laboraverunt qui ædificant eam. Nisi Dominus
custodierit civitatem, in vanum vigilaverunt qui custo-
diunt eam? Quid est quod contra divinos apices, &
contra conscientiam suam sperat se quispiam ædifica-
tioni studere, cùm his sacris vocibus doceatur ædifica-
tio hominis non esse certa, sed vana? Primò omnium
quæro, quam ædificationem dicatis. Si de cementis &
luto agitis, cum Ægyptiis ista tractate. Nos autem hc
loco ædificationem verbi Dei intellegimus. Verbum
autem Dei in toto orbe terrarum à Dei sacerdotibus s
ædificationem Dei Ecclesiis exhibetur. Vanus est erg
sermo Pontificis? inanis doctrina? inane studium? I
si vana est ædificatio huius operis, vt quid ab Apo
stolo imperatur? Dicit enim Paulus Apostolus, [Ædi
cate alterutrum, omnia vestra ad ædificationem fiant, ı
iterum, vt sapiens architectus fundamentum posui, si qu
superædificat supra fundamentum hoc aurum, arge
tum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, vniu
cuiusque opus quale sit, ignis probabit.] Et Domin
in Evangelio laudat virum sapientem, quia ædificat d
mum suam super petram, quæ nec ventorum, nec flum
num deiiciatur impulsu. Ergone in vanum ædifica
sacerdotes Ecclesiam? in vanum vigilant, vt ovium simp
citatem luporum morsibus tollant? Et quomodo omn
hæreticos æterno anathemate ferientes gregem Chri
custodiunt? Vbiq; catholicorũ pascuntur oves, & vetna
tib. puræ fidei pascuis, montes exultant, vt arietes, & co

A les velut agni ovium. Vbique a solis ortu vsque ad occasum, vnus grex & vnus est pastor, à quo lupi interficiuntur, ne noceant gregi Dei, & adhuc non videtis ædificationem bonæ voluntatis vanam non esse sed certam? Quotidie ædificatur domus Dei per verbum bonum, per exemplum sanctum, per studium optimum. Quotidie clamat per Prophetam Dominus, *Ædificate vobis domos*, non luteas quæ à vento moveantur, sed quæ maneant in soliditatem petræ. Sed vobis ista omnia quæ diximus inania videntur & vana. Dicunt enim libri vestri, Ædificatio hominis non est certa, sed vana. Ab initio omnes sancti ædificationem mentibus contulerunt. Verbi causa, Primus Abel ædificauit iustitiam, Noë innocentiam, Abraham fidem, Isaac sacrificium, Iacob ambitionem rerum sanctarum, Ioseph castimoniam, Moyses Sacerdotium, Iesus filius Naue constantiam animi, Dauid defensionem populi Dei, Salomon sapientiam, Ioannes pœnitentiam. Hos carp-
B tim de multis memorauimus, vt per hos cæteros, quos siluimus, ad memoriam suam reuocans lector, inquirat vtrumnam homines fuerint. Si homines fuerunt, quomodo dicunt libri eorum, Ædificatio hominis non est certa, sed vana? Vnde agimus nunc conclusionibus catholicis dictum hæreticorum. Aut non fuerunt homines, quia manet ædificatio eorum: aut illi homines fuerunt, & istorum adsertio euanuit. Sed si con-„tra nos venitis, inquiunt, non contra nos venitis, „sed contra eum qui dixit, *Nisi Dominus ædificauerit „domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam*, „&, *Nisi Dominus custodierit ciuitatem, in vanum „laborauerunt qui custodiunt eam*. Ergo nesciit, quis „non erat vtile populo Dei qui hæc fecit scribi, & ad „posteros vsque ad finem sæculi dirigi? Vos ita-„que, qui ista reprehenditis, auferte hæc de libro „psalmorum, quia legentes & psallentes hos versicu-„los, vt dicitis, ædificari non possunt. Nos dictum
C prophetæ laudamus, probamus, confitemur, confirmamus, & psallimus, atque hoc ordine secundum regulam catholicam explanamus. Ab initio, vt diximus, à sancto Abele iusto vsque ad Zachariam & Ioannem, omnes ædificaverunt domum, non cementis, vt diximus, sed sanctis exemplis. Verùm tamen nisi Dominus Iesus Christus venisset, & ipse ædificasset domum hanc, in qua illi laboraverunt, in vanum laboraverant qui ædificaverant eam. Nam & vigilanter institerunt gregi, sed nisi Dominus IESVS CHRISTVS suam custodiam exhibuisset, in vanum laboraverant custodientes eum. Vnde etiam sequitur, *In vanum est vobis ante lucem surgere.*

Lux enim Christus esse & à Prophetis, & ab Evangelistis, & ab Apostolis declaratur. Prophetæ ergo omnes ante lucem surrexerunt, id est ante nativitatem CHRISTI. His in vanum fuit ante lucem surgere, non enim potuerunt noctem patientibus veritatem ostende-
D re. Sed venit lux, & manifestavit occulta tenebrarum: & tunc demum laus cœpit esse vnicuique à Deo. Nisi ergo ipse venisset & ædificasset domum, in vanum laboraverant ædificantes eam. Nunc ergo quia venit & ædificauit domum, iam non in vanum laborant qui ædificant eam. Et quia venit vt custodiat ciuitatem, iam non in vanum vigilant qui custodiunt eam. Et quia lux venit, & lucet in tenebris, iam non in vanũ ante lucem surgimus. Et quia panis lætitiæ de Cœlo descendit, iam non manducamus panem doloris. Hic enim sequitur in psalmo versiculus, vos, inquit, in vanum ante lucẽ surgitis, qui manducatis panem doloris. Nos autem, qui non manducamus panem doloris, sed panem salutis, ædificemus domum nostram super petram, & vigilemus expectantes Dominum, quia nescimus diem neq; horam. Beatus ille seruus, quem dum venerit Dominus, invenerit vi-„gilantem. Si videtur, accedamus ad reliqua. Sed quid „putant isti se voluntate sua ad fructum ædificationis „adtingere, cùm nec ipse vas electionis suam adserat vo-„luntatem implere potuisse? Dicit enim de se ipse Apo-„stolus, *Non quod volo bonum hoc ago, sed quod nolo malum illud facio.*

E Si ergo Apostolus quod vult bonum" implere non prævalet, quomodo isti dicunt per volun-" tatem suam ad fructum se posse gratiæ peruenire? Nun-" quam festinat ad veniam qui longum vult esse quod peccat. Da veniam magister gentium quæsumus, ne nos participes iniuriarum tuarum esse permittas. Videamus ergo quid volebat Apostolus, & facere non valebat, & quid est quod cogebatur facere quod nolebat. Volebat verum loqui, mentiri autem penitus non volebat, ergo mentiebatur. Volebat pudicitiam, impudicitiam perhorrebat, ergo polluebatur. Volebat contemptum mundi, execrabatur omnem gloriam sæculi, ergo cenodoxus, id est inanis gloriæ cupidus existebat. Postremo volebat omne bonum, omne autem quod est malum omnimodis exhorrebat, nihil ergo bonum quod volebat Apostolus operabatur, sed omne quod est nequissimum perpetrabat. Dicitis enim; Dicit de seipso Apostolus, *Non quod volo bonum hoc ago, sed malum quod nolo illud facio.* Videtisne obse-
F cro, in qua blasphemiorum fovea cæcus sensus vester vos præcipites dederit? Apostolum criminibus occupatum fuisse vultis ostendere, vt nemo se peccatorem esse suspiret, nemo imi cordis genitum pro suis sceleribus reddat, nec studeat quispiam flentibus lauare oculis quod concupiscentibus inquinauit, cùm audiat illum vas electionis, illum magistrum omnium Ecclesiarum, non bonum quod voluisse se memorat, sed malum, quod noluisse se adserit, perpetrasse. Aperuistis portas, non iustitiæ, sed iniquitatis omnibus hominibus, & ea verbis Apostoli contra Apostolum bella sumpsistis, volentes esse magistri, cùm nunquam fuisse vos discipulos ostendatis, & sonum litteræ adtendentes ipsi vobis subitò cœpistis esse Doctores. Quid nunc facimus, qui vestras blasphemias non duramus? Si tacuerimus vos, videmini rectè dixisse, nec solum dixisse, sed etiam scripsisse. Loquimur iuuante Domino, fugientes gloriam hominum, nescios docentes, studiosus instruentes, scientes lætifi-
G cantes, vos detegentes. Scriptura libri vestri est, quæ quod peius est vobis morientibus illa non moritur, & ad evertendos incautos tanquam cancer serpit. Videamus quid sequatur liber à vestra vanitate conscriptus. Apostoli verba sunt, nostrũ nihil adiungimus. Ipse de se " dicit, *Non quod volo bonum hoc ago, sed quod nolo malum " illud facio.* Arrius in tertio libro suo epigramma huiusmodi posuit, dicens, Nos verba filij Dei accepimus, & vera credimus, vera etiam confitemur. Ipse dicit, Pater maior me est, &; Ego & pater vnum sumus, quia ego in patre, & pater in me. Noluit legere, iungere enim potuit duo ista, id est, *Pater maior me est*, & *Ego & pater vnum sumus.* Et dum ista duo iunxisset, inuenerat filium hominis & filium Dei. Omnia enim passibilitatis genera, à deitate sublata, soli filio hominis poterant convenire. Deus enim nec minor, nec maior est: sed hoc est quod est idem semper, carens incremento, carens detri-
H mento. Nunquam augmentando proficit, nunquam deficit minuendo: sed ante omnia idem, qui post omnia, & in omnibus præteritis, præsentibus, & futuris immutabilis perseuerat. Hæc quasi in alio opere dicta sint. Memorauimus enim anathemabilem Arrium in tertij libri sui capite hoc dixisse, ordine quo Prædestinati dixerunt, Apostoli verba sunt, nostrum nihil addidimus, ipse dicit de se, *Non quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum hoc facio.* Vestram nunc interrogamus prudentiam. Apostolum legimus dixisse, *Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Christus: quod autem nunc in carne viuo, in fide viuo. Dei.* Quid nunc dicitis? Carnalis erat vir iste, an spiritualis? Si dixeritis carnalis, convincemini, clamat enim, Viuo iam non ego, viuit verò in me Christus. Si consenseritis quod spiritalis fuerit, nobiscum istum locum explanabitis. Caput enim loci huius in hoc sermone reperies quod infit, *Scimus quod lex spiritalis est, ego autem carnalis sum.* Si carnalis es, beate Apostole, quomodo arguis carnales, dicens, *Et ego fratres, non potui vobis loqui quasi spiritalib. sed quasi carnalibus*, & iterum, *Cùm dicatur*, inquis, *in vobis zelus & contentio, nonne carnales estis?* & ite-

rum,

A ruis. *Quotquot*, inquit, *spiritales sumus, hoc sapiamus.*
Docemur autem scriptis tuis, vir Dei, quòd non solùm
ipse spiritalis fueris, & in terra positus iure diceres con-
versationem tuam esse in Cœlis, verùm etiam hoc doce-
mur, quòd & discipuli tui spiritales fuerint. Ais enim ad
eos, *Si præventus quis fuerit in aliquo delicto, vos qui spi-*
ritales estis corripite huiusmodi in spiritu mansuetudinis.
Quid ergo nunc nobis dicis, *Scimus quia lex spiritalis est,*
ego autem carnalis sum? Ad hæc ipse nobis dignabitur
dare responsum, *Factus sum carnalibus quasi carnalis, vt*
eos qui carnales erant lucrifacerē. Aperuit se nobis veritas,
& fallacia est à veritate exclusa. Personam itaque carna-
lis hominis in se magister spiritalis excepit. Et ne quasi
iniuriosus doctor à se repelleret auditorem, se increpat
vt alium corrigat. Vnde hoc ipsum alibi commemorat
dicens, *Aut numquid peccatum feci me humilians, vt vos*
B *exaltemini*? Quid ergo? *Ego*, inquit, *carnalis sum.* qui
tu? *ego*, inquit, *qui venundatus sum sub peccato.* Nunquid
tu, Apostole, venundatus es sub peccato, qui olim Chri-
sti sanguine redemptus, innumerabilem per Christum
Deo populum redemisti? Constat ergo, quòd non suam
Apostolus, sed alterius, id est carnalis viri, voluit hoc
loco declarare personam. Ille est venundatus sub pecca-
to, qui adhuc Christi sanguine redemptus non est, qui
adhuc carnalis: & ideo dicitur, quod operor non intel-
ligo. Non enim intelligit operationem suam gentilis
contra salutem suam esse, qui licet sit gentilis, bonum si-
bi vult provenire, bonum adipisci, bonum possidere, bo-
num adquirere, bonum salutis suæ, bonum vitæ suæ, sed
non quod vult bonum hoc exercet, sed quod odit ma-
lum hoc facit. Odit mortem, sed opera mortis exercet,
odit periculum, sed operatio eius plena est periculo, odit
omnia mala, sed quæ odit hæc operatur. Quare? quia
non habitat in carne mea, inquit, *bonum*, id est non ha-
bitat in me Deus verus. Nam velle adiacet mihi, Deum
C verum me velle certum est, sed hoc quod volo non
invenio. Occurrunt enim mihi homini carnali, homi-
ni venundato sub peccato, homini qui quod operor
non intelligo, homini qui non quod volo bonum hoc
ago, sed quod nolo malum illud facio, homini in cuius
carne non habitat bonum. Occurrunt mihi ista omnia,
vt perficere bonum non inveniam. Condelector tamen
legi Dei secundum interiorem hominem, id est inte-
rior homo meus, in quo est intellectus, mens, con-
delectatur legi Dei, quæ dicit vnum & invisibilem Deum
debere adorari. Quamvis enim carnalis sim, scio lignum
& lapidem Deum esse non posse: sed video aliam legem
contra sensum meum repugnantem legi mentis meæ,
quæ dicit & probat hos Deos esse non posse, repug-
nat tamen lex hæc carnalis legi mentis meæ, & cap-
tivum me ducit in lege peccati, quæ lex non est in
mente mea, sed in membris meis. Corpore enim du-
cor, vbi animo non consentio. *Infelix ego homo*! Non
D hoc de se dicit Paulus. Non enim erat infelix, sed bea-
tus & sanctus est. *Infelix*, inquit, *ego homo, quis me libe-*
rabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Dominum
nostrum Iesum Christum. Veniet ergo gratia baptisma-
tis sacri, & carnalem hunc faciet spiritalem, & venun-
datum sub peccato redimet à peccato, & iam non di-
cit, quod operor non intelligo. Non enim quod odit
malum hoc agit, sed quod vult bonum hoc faciet.
Scit enim quoniam iam habitat in carne eius bo-
num, id est Spiritus sanctus, per quem & velle ei ad-
iacet, & perficere inveniet pro sua bona voluntate. Iam-
que securus est, & condelectatur legi Dei secundum
interiorem hominem: quia non videt aliam legem in
membris suis. Solam enim legem Christi in se habet,
quæ non repugnat legi mentis eius, & non eum du-
cit captivum in lege peccati, sed liberum eum ducit ad
vitam æternam. Et iam non infelix homo, sed felix
ego homo, quia hæc omnia mala evasi, & hæc om-
nia bona inveni. Quis autem hoc mihi præstitit, si
requiris, Gratia Dei per Dominum nostrum IESVM
CHRISTVM. Et ne remaneret expositionis huius ambi-
guitas, qua putaretur Apostolus de se ista dixisse, ponit
verba inceptivo modo legenda, quibus ait: *Igitur ipse* E
ego mente servio legi Dei, carne autem legi peccati. Ni-
hil ergo damnationis est in Christo Iesu his qui secundum
carnem ambulant. Hoc est, si ego, qui sum Apostolus,
carnalis existimor, nihil habebunt damnationis hi qui
carnaliter vivunt? & adiecit: *Lex autem spiritus & vi-*
tæ liberabit te à lege peccati & mortis. Vnde & in
alio loco dicit: *Cum servi essetis peccati, liberi fui-*
stis iustitiæ. Nunc autem liberati à peccato servi facti
estis Dei. Deus autem in eo de servitiis omnium gloria-
tur, quia servitia quæ habet nullis poterunt servitiis
comparari. Vniversa enim servitia coactiva noscuntur:
Dei autem servitia, nisi voluntaria fuerint, stare non pos-
sunt, secundum hoc quod scriptum est, *Pater neminem*
trahit invitum. Vnde Propheta plenus Spiritu sancto
clamat: *Ex voluntate mea confitebor Domino.* Et iterum,
Voluntariè sacrificabo tibi. Sed his omnibus contrarij
librum nobis proferunt cæcis ambagibus circumdatum,
& quasi nescium sui, iterum eadem repetentem atque F
dicentem, Non vocantur nisi prædestinati, antecedit "
enim gratia Dei voluntatem hominis, prior est enim "
Deus in bono hominis, homo autem in omni bono vix "
novissimus invenitur. Date primas partes Deo, vt super- "
biam evacuetis humanam. Quòd si volueritis super- "
biam nutrire hominibus, appetet vos ruinam generis "
humani perquirere, qui docetis in bono opere non "
Deum antecedere, sed hominis voluntatem, vt ipsi vi- "
deantur magis Deum vt bonum faciat suis suggestio- "
nibus admonere, quasi qui non faceret bonum nisi ipsi "
dixissent, cùm constet Deum nullo suggerente, nullo "
rogante, bona omnia hominibus condonare. Non enim "
dixit Apostolus, cùm rogaremus, & peteremus, & "
curreremus, & vigilaremus, sed *cùm inimici essemus re* "
conciliati sumus Deo, non per voluntatem nostram, sed "
per mortem filij eius. Vbi est voluntas hominis? ex- "
clusa est. Non ergo omnis qui vult salvatur, quia si "
omnis qui vellet salvaretur, nullus poterat à salute " G
effici alienus. Omnis itaque homo salvari vult, sed "
non omnis salvatur homo. Salvatur enim is quem vo- "
luerit Deus. Vtique, inquam, is quem voluerit Deus, "
vt exclusa hominis voluntate suam plenam ex integro "
gratiam manifestet. Beatos dico priores nostros, qui "
tantum facinoris vsum minimè cognoverunt. Quia vn-
quam suspicaretur de rebus bonis contra bonitatem
agendum, & contra iustitiam armis iustitiæ dimican-
dum? Non vocantur, inquit, nisi Prædestinati. Et nos
vobiscum dicimus, non vocantur nisi Prædestinati.
Nam qui omnes gentes iussit discipulis suis vt vocarent
dicens: *Euntes baptizate omnes gentes*, omnes ipse an-
te adventum suum prædestinavit. Omnes ergo gentes
prædestinavit ad vitam, qui omnes gentes vocavit ad
vitam. Qui venerit, imputabit divinæ clementiæ præ-
destinanti pariter, & vocanti, qui autem non venerit,
imputet suæ negligentiæ contemnenti pariter & no-
lenti. Non est enim divinæ prædestinationis vt ho-
minis perditio fieret, nec voluntas Dei est quando dia- H
boli voluntas impletur, inimicæ enim sibi sunt istæ &
contrariæ voluntates, & non potest vna fieri absque
contemptu alterius. Quòd si non vocantur aliqui ad vi-
tam, in illis qui non vocantur diaboli voluntas imple-
tur. Et miror qua fronte eius interris Ecclesiam, quem
dicere non timetis diaboli voluntati subiectum. Diabo-
li enim voluntatem implere probatur, qui non vult
omnes homines pervenire ad salutem. Sicut enim in his
quos vult salvare, suam creditur voluntatem implere,
sic in istis quos non vult, diaboli voluntas impletur.
Sed bonus Deus bonos esse vult omnes, & hinc errorem
patimini, quia omnes quos bonos esse vult boni non
sunt. Soletis enim dicere, Qui non sunt boni, Deo eos
à se repellente mali sunt, vt hi qui peccant videantur
non suo vitio esse peccantes. Si ergo hinc errorem pa-
timini, quod Dei voluntas non impleatur, cur non
magis hinc iudicium detis peccantibus, quo lauda-
tur Deus de suæ patientia pietatis, & culpetur homo de
impatientia propriæ voluntatis? Dicitis enim, Ergo bo-

A „ mo vincit Deum. Vincit enim Deum, si Deus eum „ vult esse bonum, & bonus non est. Quid ergo hoc loco attenditis vos? Numquid luctantem videtis Deum & hominem, vt ista dicatis? Si luctantem videretis, rectè vni parti victoriam traderetis. Nunc autem, quia Medici normam tenens Salvator hominum, dat monita, non suæ vtilitati necessaria, sed nostræ saluti vtilia, quædam fieri iubet vt vitam obtineas, quædam prohibes fieri vt mortem evadas: si audieris, imputabis salvatori quod vivas, si contempseris, tuæ reputabis ignaviæ, dum cœperis mortis sentire tormenta. Quòd si tu dicas mortem ægroti Medici imperitia evenisse, nos docemus medicum ex omni parte perfectum. Si autem dixeris, eius voluntate mortis interitum devolutum, ipse tibi exclamat, dicens: *Nolo mortem peccatoris.* Quem si interrogare merearis, & dicas, Si hoc non vis, ostende quid velis, respondebit, Volo vt convertatur & vivat. Vnde facimus & nos clausulam catholicam vestris
B astutiis obviantem. Si potest homo Deo nolente delinquere, quanto magis potest Deo volente delictis finem imponere? Si potest homo velle quod Deus non vult, quanto magis potest homo velle quod Deus vult? si potest homo Deo nolente perire, quanto magis potest Deo volente salvari? Si potuit homo Deo nolente implere voluntatē diaboli, quanto magis potest Deo volente implere voluntatē Dei? Si potuit homo prædestinationem Dei sua aversione contemnere, quanto magis potest prædestinationem Dei sua conversione complere? Dixit itaque Deus, Hoc nolo, illud volo, id est dixit, nolo mortem morientis, volo vt convertatur & vivat. Quod dixit volo, hoc prædestinauit, nihil enim prædestinavit invitus: quod dixit nolo, destituit. Si potest homo velle & facere quod Deus non vult, quanto magis potest & velle & facere quod Deus vult? De perditione hic agitur hominis, & salute. Deus vult vt salvemur, diabolus vult vt pereamus. Si potest fieri perditio hominis, quam
C vult diabolus per nostram negligentiam: quanto magis potest fieri liberatio hominis, quam vult Deus, per diligentiam bonæ & fidelissimæ voluntatis? Sed dicit liber „ vester, Antecedit gratia Dei voluntatem hominis. Nos „ dicimus, Non solum antecedit, sed etiam sequitur Dei gratia hominis voluntatem. Priùs tamen quàm ostendamus quomodo antecedat & quomodo sequatur, vos exponimus quid velitis ostendere. Dicitis itaque, antecedit gratia Dei hominis voluntatem, vt dum audierit homo tam dignam, tamque veram sententiam, illud quod sequitur non attendat, sed vobis exponentibus discatur vt cesset voluntas hominis: ne dum cœperit, velle Deum excitare videatur in zelum, expectet vt priùs gratia veniat quæ nolentem trahat, quæ cogat fastidientem, quæ teneat fugientem. Volutetur homo in cœno, efficiatur fex cloacarum, & criminum gurgitibus dimergatur, & fit securus ex vitio. Si enim venerit gratia antece-
D dens, erit homo recedens à crimine. Non enim prior erit homo Dei gratiæ, sed gratia Dei prior erit hominis voluntate. Detreximus hoc vestrum studium. Nunc contra hoc quid catholici teneamus, necesse est vt iustis adsertionibus demonstremus. Memores estote quia vobiscum dicimus, Antecedit gratia Dei hominis voluntatem. Diximus itaque, & antecedit & sequitur, antecedit, quia non petentibus, non rogantibus, non etiam volentibus nobis, venit filius Dei vniversum mundum à morte eripere, & vt ascenderet ad Deum homo, sicut iam diximus, Deus descendit ad hominem. Venit invitare esurientes ad epulas, sitientes ad fontem, miseros ad fortitudinem, mendicos ad diuitias, tristes ad lætitiam, venditos ad redemptionem, servos ad libertatem, captivos ad requiem. Ecce hoc loco docemus quòd antecedit gratia Dei voluntatem hominis. Nunc videamus quomodo iterum ipsa sequatur quæ antecesserat subsequendo. Gratia enim quæ antecessit, ostendit quid petas, quem petas, & qualiter petas: ostendit quid quæras, qualiter quæras, vbi quæras: ostendit quid pulses, vbi pulses, qualiter pulses, & ab hac indagine nullum exclusit. Non solum nullum exclusit, sed etiam cunctos vniversaliter

E invitauit, dicens, *Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit invenit: & pulsanti aperietur*, & iterum dixit, *Numquid filius si petit panem patrem suum, lapidem porrigit ei? aut si piscem petierit, numquid serpentem porriget ei? Si ergo vos, cùm sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester qui in cælis est, dabit bona petentibus se?* Petentibus vtique. Sicut ergo tecum dixi in superiori loco, quia antecedit gratia Dei voluntatem hominis: ita nunc mecum dic in isto loco, antecedit voluntas hominis gratiam Dei, non superbiendo, sed petendo, non extollendo sed quærendo, non luctando sed pulsando. Nisi enim ex fide voluerit, nullus ei baptismatis donum gratiæ divinæ impertit, nisi, inquam, ex fide voluerit credere, non erit particeps indulgentiæ: nisi ex fide desideraverit, ad donum Dei pervenire non poterit. Si enim ad Christum veniens dixerit gentilis, nolo baptizari, baptizari non poterit. Si ad
F pœnitentiæ fructum delinquens veniens dixerit, nolo reconciliari, reconciliari non poterit. Vtrosque sacerdotalis censura examinat, quibus nihil gratiæ conferre prævalet, nisi integerrimam ex ore eorum didicerit voluntatem: aut si ausus est, vos ipsi cognoscite. Maius aliquid dicamus. Si etiam infirmitatis vis sermonis auferat facultatem, nullatenus poterit tacenti gratiæ Dei copia ministrari. Mentis enim secretum, nisi linguæ internuntio fuerit declaratum, consequi non valebit gratiam. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem fiet confessio ad salutem. Dicente ergo Domino, *Omnis qui petit accipit*, antecedere videtur voluntas petentis, vt possit concedi petentibus gratia retribuentis. Et ne fortè fluctuantem te in isto loco videar reliquisse, qui omne bonum gratiæ tribuis, non mecum laboras: non solum tunc dicam antecessisse gratiam, cùm Deus adiungi homini non dedignatus, non petentibus nobis venire dignatus est: sed & vsque hodie antecedit voluntas Dei voluntatem hominis. Vult enim vt salvemur, & nos no-
G lumus. Væ autem mihi, & mei similibus, quia quotidie antecedit voluntates nostras & gratia, & invitatio, & voluntas Dei, & cōpunctio, & promissio gaudij sempiterni, & terror æterni supplicij. Quotidie ergo præcedit voluntates nostras gratia Dei, innumerabilibus plena suffragiis, sed nostra voluntas vniversa ista Dei dona non sequitur. Quid ergo dicit liber vester? præcedit voluntatem hominis voluntas Dei. Et nos quid diximus? & præcedit, & sequitur. Quid ergo laboravimus loquentes: quia vos tantummodo *præcedit* dicitis, *sequitur* denegatis. Ipsum autem quod dicitis quia præcedit, idcirco dicitis, vt homo in criminibus positus velle suum faciat quiescere, & expectet vt veniat ad eum prior gratia, ne incipiat velle suum anteponere gratiæ Dei. Nos autem catholici hæc execramur, & dicimus, Antecedit gratia voluntatem hominum ostendendo vitam æternam in qua delectentur, ostendendo incendium sempiternum in quo
H terreantur, vt à peccatorum delectationibus revocentur. Antecedit, inquam, quotidie gratia voluntates nostras: sed nostra, quod est peius, voluntas non sequitur. Inde est quod flemus orantes, gemimus pœnitentes, quia antecedentem non sequimur, invitantem contemnimus, & neque blandientem patrem vt filij honoramus, neque terrentem dominum timemus vt servi. Vnde etiam ipse ad nos loquitur per Prophetam: *Filius honorat patrem, & servus timet dominum. Si dominus ego sum, vbi est timor meus? Si pater vbi est honor meus?* Interrogamus nunc. Aliquid exigit à nobis antecedens gratia, an non exigit? Procul dubio exigit: quid exigit? hoc vtique quod ipsi dicitis voluntatem ipsam. Ergo antecedit gratia. Quid est gratia? vt quod petieris gratis accipias. Et ideo non dixit, emite & dabitur vobis, sed petite & dabitur vobis: Et vnde apertius fratrum simplicitas hunc sensum agnoscat, aliquam similitudinem offeramus. Ostensa est Salomoni sapientia, ecce gratia, quid nunc dicat cui ostensa est, ipsum Salomonem loquentem ausculta. *Amator*, inquit, *factus sum formæ eius, & hanc quæsivi adsumere mihi, & currebam post eam: eo magis illa elongabat à me.* Non tibi videtur puellam pulcherrimam inlicien-

tem

A cientem & prouocantem amatorem in cursu? Vt quid nunc voluerimus huius exempli facere mentionem? Audite gratiam Dei. Ponamus filiam patris. Hanc tibi, ô homo, scias euidentibus indiciis à suo patre manifestatam, vt videas & amator efficiaris pulchritudinis eius. Ostendit etiam quantæ sint eius diuitiæ, quanta dilectio, quanta adfabilitas, quanta fides. Est ergo pulcra, est diues, est fidelis, est sapiens, est etiam summi regis filia. Hanc tibi, ô homo, ad hoc ante oculos tuos pater exhibuit, vt amator eius factus petas eam tibi in matrimonio, & ex ea Deo filios facias, sicut fecit ille qui dicebat, *Si decem millia pedagogorum habeatis in Christo, non tamen habebitis multos patres, nam in Christo Iesu per euangelium ego vos genui.* De qua coniuge nos genuit Paulus Deo? vtique de gratia Christi, cuius amator factus, vniuersa pro amore eius suauie habere se adserebat supplicia. Cape ergo à carnis exemplo comparationem puellæ, vt ad sensum melius spiritalem attinges. B Ergo est tibi ostensa puella à patre, ecce gratia patris antecessit voluntatem. Iam tu incipe velle. Ostensa vtique gratia eius qui ostendit, vt quantum te amara credi debeat ex hoc considetes, quia vt tu suum faceret, filiam suam tibi ostendit, pulcram, diuitem, sapientem, ad hoc vt amator eius effectus possis eam adsumere tibi in matrimonio. Ecce gratia antecedens voluntatem, ecce gratia stimulans pectus, ecce gratia inliciens mentem, ecce gratia excitans dormientem. Quid nunc iubetis vt faciat pater non petenti, non roganti, non concupiscenti, & calorem amoris tui non ostendenti? Tollit filiam suam, & iungit eam tibi fastidilis occupato, aut aliis amoribus circumdato? Non hoc facit. Sed nisi quæsieris eam vt argentum, & nisi vt thesaurum vestigaueris eam, & nisi ex fide volueris, & nisi ex fide cucurreris, & nisi tuam veram dilectionem ostenderis, non eam omnino percipies. Sufficiat tibi, quia cùm tu mendicus sis, & ille sit diues, suis te diuitiis locupletat, degener tu, illa summi imperij filia, & sua te generositate nobilitat, C quid autem dicat pater eius amatoribus filiæ suæ sollicitus diligenter ausculte. *Qui diligit*, inquit, *patrem, & matrem plusquam me, non est me dignus.* Non dixit qui pauper est, aut qui degener, aut qui miser est: sed qui diligit aliquid aliud plus quàm me, non est me dignus. O gratia antecedens voluntatem, amorem solum flagitans! ô homo, ama & accipe, sed si amas factis ostende. Omnis qui emat, vult, cupit, rogat, vigilat, currit, festinat, satagit per amicos, per natos, per familiares, per seruos, per seipsum, opportunè, importunè, obsecrationibus, promissionibus, fixo pacto, integroque amoris indicio. Et vt aperiam tibi oculos, tu qui te putes inuitum & nolentem gratiæ diuinæ posse sociari, quid est quòd quando eam dat pater per familiares suos gratia antecedens exprimitur? Inquiritur ab eo qui eam accipit, quomodo veniat, si abrenuntiet omnibus amoribus mundi, omnibus pompis inimici, qui nisi velle suum expressetit verbis, numquid datur ei gratia quam poposcit? Quid ergo vult, quid D concurrit, quid desiderauit homo? gratiam consequi, & quid promittit? abrenuntio omnibus pompis diaboli & voluptatibus eius. Ostendit se nolle quod voluit, & incipit velle quod noluit: & tunc iam gratiæ participio incipit delectari, per quem & diues & regis filius nuncupetur. Ecce gratiam Dei vobis & antecedentem & sequentem ostendimus. Antecedit, quia vocat, quia prouocat, quia inuitat vt venias, sequitur, quia dum veneris, & volueris, & petieris, donat. Videamus nunc quò vestra pergat intentio. Dicit enim anathemabilis li-
„ ber à vestra vanitate conscriptus. 18. Non enim cùm ro-
„ garemus, neque cùm peteremus, sed cùm inimici
„ essemus, reconciliati sumus Deo, non per nostram
„ voluntatem, sed per mortem filij eius. Iuberis ergo, vt non cogent homines Deus vt reconcilientur ei, sed efficiantur inimici eius, vt possit stare Apostoli Pauli sententia, neque voluntatem suam bonis nisibus tradent: quia hoc quòd reconcilientur homines Deo, dicitis, Dixit nos Apostolus reconciliari Deo, non per voluntatem nostram, sed per mortem filij eius. Ergo qui ini- E micus fuerit Deo, ipse reconciliandus est Deo, ipse saluandus secundum vos? hi qui Christum crucifixerunt hi saluandi sunt, & qui dixerunt nolumus hunc ipsi sunt liberandi? hi autem qui inimici non fuerunt sed amici, & voluerunt animam suam in amore eius ponere, hi erunt in execratione altissimo? Probatis vos omnibus hæreticis actiùs blasphemare, qui nolentes rectum tramitem ingredi, anfractibus vos plenis erroribus tradidistis. Non enim inimicitias nostras ad Deum Apostolus, sed charitatem inuitat. Dicit namque, *Commendat itaque charitatem suam Deus in nobis, quoniam si cùm inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus ab ira per ipsum.* Commendat ergo hoc opere charitatem suam in nobis, vt vel sic amorem nostrum ei ex integro conferendo, videamur saltem amoris voto rependere quod viribus non valemus. Nam quòd nos diligit Deus nobis prodest: nos F si diligimus Deum, illi prodesse non possumus. Deus enim nullius eget, nullo honorante sublimatur, nullo contemnente deijcitur. Ergo vt quid commendat charitatem suam in nobis? Vt dicamus vtique, si cùm inimici essemus ita nos dilexit, vt etiam vnicum suum pro nostra omnium pateretur salute interfici, quantò magis nunc iam reconciliatos sibi saluos faciet in vitam ipsius? Vnde excludens vestram specialem defensionem, generalem gratiam introduxit, dicens, *Considerantes hoc quòd vnus pro omnibus mortuus est*, & adiecit *Ergo omnes mortui sunt, quia pro omnibus mortuus est, vt & qui viuunt iam non sibi viuant, sed ei qui pro omnibus mortuus est.* Occurrit nobis hoc loco insanus liber vester, & dicit:
19. Vos, inquit, vbicumque omnes legitis, generaliter "
vultis intellegi, cùm omnes sæpe pro parte doceantur. "
Nam cùm dicitur, *Omnes declinauerunt*, non tamen "
omnes declinauerunt, &, *omnis homo mendax*, non ta- "
men omnis homo mendax: quia legimus de quodam, "
Erat homo verax. Pars ergo maxime omnes videtur si- "
G gnificare, cùm vtique constet non omnes intellegi. "
Nullum in libro vestro locum sine blasphemijs inuenimus. Hæc assertio vbi attendit? Vt consentientes vobis dicant Christum non pro omnibus passum. Si hoc non vultis intellegi, ergo non pro parte hoc loco Apostolus nominauit omnes, sed omnes generaliter memorauit. Corrigite ergo librum vestrum, quia Christus pro omnibus passus est, omnibus hominibus subuenire festinat. Omnes vocat, omnes inuitat, qui saluatus fuerit, imputabit gratiæ Dei vocanti, inuitanti, succurrenti: qui non saluatus fuerit, imputabit sibi negligenti, contemnenti pariter & deserenti. Omnia enim bona nobis à Domino gratia conferuntur petentibus, omnia autem mala à diabolo nobis Deum contemnentibus ingeruntur. Non enim poterit potestatem suam exercere diabolus in his qui diuinis defensionibus viuunt. Numquid potest sibi subicere victoris sui vasa captiuus? *Nemo*, inquit Dominus, *intrat in domum fortis, & vasa eius diripiet, nisi priùs fortem ligauerit, & tunc vasa eius diri-* H *piet.* Fortem vos ponitis inimicum: sed nos religatum, & crucis trophæo credimus esse subiectum, insidiosum, sed insidias eius detectas ostendimus. Numquid signo victoriæ munitum contingere præualet victus? numquid scuto Domini circumdatum, & lorica fidei indutum, & galea spei & salutis munitum, ictus possunt inuadere sagittarum? Non vincitur à diabolo homo, nisi quando à suo recesserit defensore, dicente Apostolo, *Subditi estote Deo, resistite autem diabolo, & fugiet à vobis.* Inuisibilis hostis est, ab inuisibili defensore prosternitur. Sed contradicit hîc etiam liber vester insanus, & ausus est dicere, tantùm diabolum posse, vt homines trahat inuitos, etiam hos quos Christus suo cruore redimens Deo filios fecit. 20. Dicitis, Clausis oculis transistis, "
hostis insidias vos qui dicitis voluntatem hominis ali- "
quid posse virtutis adquirere, non attendentes quan- "
ta damna Deus quotidie patiatur, quantæ ruinæ ca- "
stitatis per diabolum fiant, quantæque criminum con- "
cupiscentiæ. Quæ vtique si videretis, non laboraremus "

A „ vobis ostendere damna virtutum, & victorias vitiorum. Dicite obsecro, damna quæ Deus quotidie patitur, diabolo vincente hæc patitur, an homine contemnente? Si diabolo vincente dicatis, blasphemia vestra in caput vestrum refundimus, si homine contemnente, adsertio nostra victoriam cepit. Diabolus enim nec dominus, nec creator, nec pater est. Deus autem nobis & dominus, & creator, & pater esse dignatur. Corpus suum victorinsissimum nostro corpori sociauit, vt corporis nostri fragilitatem excluderet. Sanguinem suum nostro sanguini miscuit, vt ferunt genuini caloris quiesceret diuino sanguine temperatus. Chrismatis sui virtute nos vnxit, vt luctantem contra nos diabolum vincere mus. Scuto bonæ voluntatis suæ nos sese protegere repromittit, *Qui sperat*, inquit, *in me, ego liberabo eum, protegam eum, quia cognouit nomen meum*. Vnde & superius ait propheta de eo, *qui habitat in adiutorio altissimi*, quòd non eum possit inuadere, nec sagitta quæ volat per B diem, nec negotium quod perambulat in tenebris, nec ruina aut dæmonium meridianum, & cetera. Vnde his indiciis declaratur diabolus tunc habere virtutem, cùm nos inuenerit neglegentes, cùm nos inuenerit dormientes in fide. Omnis enim qui ex fide innocauerit nomen Domini, hic saluus erit. Verum quid prodest, quòd humanum genus ostendimus per Dei victoriam à diabolo liberari, & suo vitio homines capi? Additur nobis alter oppositionis articulus. Dicit enim liber eorum, Per „ præuaricationem primi hominis periit ab hominibus „ libertas arbitrij. Nos autem dicimus, Per præuaricationem primi hominis manifestata est libertas arbitrij, quæ potuit hominem facere velle quod Deus non vult. Si ergo periit libertas arbitrij, vnde sumus homines peccatores? Aliunde non sumus peccatores, nisi quia volumus quod Deus non vult, & nolumus quod Deus vult: committimus quod fieri prohibet, & facere nolumus quod præcepit adimpleri. Per quid hoc tantum mali facimus, si nolentes hæc facimus? Alius est qui per nos C operatur, ipsi ergo debuit lex dari, non mihi. Non lex gladio datur, ne occidat hominem: sed illi datur lex, qui per gladium iugulat. Gladius enim, siue occidat, siue non occidat, idem est, nec laudem enim quiescendo adquirit, nec occidendo culpam incurrit. Si ergo & nos agimur non agimus, exclusi sumus à peccatis dum delinquimus, exclusi sumus à fide dum credimus. Hinc itaque superati ad calumniam conuertun„ tur. Ait enim liber eorum, Hæresem Pelagianam ite„ rum renouatis, cùm dicitis per libertatem arbitrij ho„ mines finem ponere posse peccatis. Pelagium non hinc condemnauit Ecclesia. Obicit enim ei, quòd in tantum exaggerasset libertatem arbitrij, vt Dei adiutorium recusaret. Nos autem dicimus, per libertatem arbitrij peccatum omne committimus: ab omni autem peccato per Dei gratiam liberamur consensu arbitrij. Deum autem gratiam suam non petentibus non dare ex isto loco docuimus quod ipse ait, *Petite & accipietis*. Ostensum est nobis non petentibus quid petaD mus, ostensum est nobis non quærentibus quid quæramus, ostensum est nobis non pulsantibus quid pulsemus. Si noluerimus petere, non accipiemus, si noluerimus quærere non inueniemus, si noluerimus pulsare non aperietur nobis. *Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur*. Libertas itaque arbitrij ita in nobis viget, vt Deo posset obedire: ita infirmata est in nobis, vt etiam ipsum Deum possit contemnere, à quo ipsa libertas est data. Quæ vtique ad hoc data est, vt de ea solus diabolus contemneretur. Si enim cessasset libertas arbitrij per præuaricationem primi hominis, cessasset vtique lex, quæ non potest loqui nisi illi qui eam potest & contemnere & audire. Sed non cessauit lex, siue naturalis per quam placuit Abel, Enoch, Noe, Sem, & Iaphet, Melchisedech, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, & ceteri. Hi placuerunt, legis vtique naturalis instinctu. E contra displicuerunt, siue ij quos diluuij charybdis bibit; siue ij quos sulfurea flamma consumpsit. Nec illi enim placuerant, nec isti displicuerant, si lex naturalis non exstitisset, & libertas in eis E arbitrij non fuisset. Quid ergo agimus? calumniam non euadimus, nisi Dei solam gratiam dixerimus. Latrat enim liber eorum dicens, Excluditis gratiam per libertatem arbitrij. Aut enim libero arbitrio liberamur, aut „ gratia Dei eripimur. Eligite quid dicatis. Si gratiæ to„ tum datis, vnum sumas; si libero arbitrio, sciatis nos „ vobis consentire non posse. Audite calumniosi, & hoc „ quod timetis audite. Nos liberum arbitrium ibi dicimus esse vbi diuina gratia consistit. Sine gratia enim Dei non est liberum sed captiuum arbitrium. Vbi enim spiritus Domini, ibi libertas. Nos libertatem istam non hominis superbiæ tradimus, sed gratiæ Dei & eius gloriæ definimus, quæ tantum concedit, vt plus faciant alij quàm præcepit bonum, ex quo etiam plus faciant alij quàm prohibet malum. Manus enim, quæ exspoliare potest vestitum, quod prohibet Deus, hæc vestire potest nudum, quod præcepit Deus. Quid tu dicis? vna manus F est quæ nudum vestiuit, & quæ vestitum exuit, culpatus cùm exspoliauit, quia vestire potuit: laudatus cùm vestiuit, quia potuit denudare. Tolle vtriusque rei arbitrium liberum, & neque ex vitio culpam incurris, neque ex virtute laudem adquiris. Vt autem dispungam tibi libertatem arbitrij, arbitrium in anima est, libertas in corpore. Libertas sine arbitrio non peccat, cùm arbitrium sine libertate delinquat. Denique si aliquem furem tenueris clausum, libertatem ei furandi tulisti, arbitrium non tulisti, manus enim eius ligasti, non mentem. Si cæcus fiat aliquis, cùm esset concupiscentiis deditus oculorum, libertas quidem oculorum eius est vincta, arbitrium in suo iure permansit, animi enim arbitratu concupiscentiis exercetur. Vnde & non mœchantem mœchum Christus appellat eum, qui ad concupiscendum viderit mulierem, arbitrium enim habet, licèt non habeat libertatem. Fit per arbitrium suum sine facto reus: voluntas enim perfecta pro facti opere à iusto iudice reputatur, & impleuisse dicitur omnia qui quod potuit fecit. Corpus enim prohibetur ab impossibilitate eius rei G quis arbitrium animi non tenetur. Nunc ergo quid facit gratia? non tollit liberum arbitrium, sed curat, sed amplificat, sed ornat, sed instruit, & exaltat. Non tamen nolentem sed volentem exaltat. Nisi enim ex fide volueris, & ex fide cucurreris, aliter à gratia liberari non poteris. Certi ergo efficiamur, quòd nos gratis non recusat dum delinquimus, sed nos recusamus gratiam quando peccamus. Vnum enim hic è duobus censura iudicantis attendit, aut gratiam recusantem, aut hominem contemnentem. Si enim gratia accusauit, hominem à peccato liberum fecit. Numquid culpandus est, qui non prandit apud eum, qui eum à suo conuiuio recusauerit, & non potius miseratione dignus ostenditur, cùm alios vocauerit & hunc recusauerit? Immo quis crudelitas est, si prohibitus est prandere cum prandentibus, & cur non pranderit ab eo, qui eum simul prandere noluerit, iubeatur occidi. Tandem aliquando liber vester, vanus effectus, concedere videtur libertatem arbiH trij, ea tamen conditione, vt de mensuris agat, non de „ specie. Vnde, inquis, illi maior libertas arbitrij in bo„ no, vnde isti minor est, nisi quia Dei dispensatione cen„ setur? In alio enim tenuem se exhibet gratia, in alio „ abundantem & largam, prout ipsa vult, non prout nos volumus. Non tecum hic ego concertor, hic te enim & Christus vincit & Paulus. Nam Christus dicit, *Qui plus diligit, plus illi dimittitur, qui minus diligit, minus*. Et Paulus adserens, dicens: *Qui parcè seminat, parcè metet*. Non ergo est gratia per personarum acceptionem in Deo sed per hominis dilectionem in mente, siue sit magna dilectio, siue sit parua. Quis enim plus diligens Deum, minus diligitur à Deo? Immo, vt verius dicam non diligens Deum à Deo diligitur, & parum diligens Deum multum diligitur. Qualiter autem diligi Deus possit, ipse Dominus edoces, dicens: *Qui audit verba mea & facit ea, hic est qui diligit me*. Vnde & Discipulis suis ait, *Si diligitis me, præcepta mea seruate*. Videamus itaque, homo per ipsam libertatem arbitrij quid faciat, vt Dei

gratiam

A gratiam perfectè conquirat. Exinanit libertatem suam,
& seruum se efficit Dei. Quòd autem nostro hæc arbi-
trio faciamus, ipse Apostolus edocet dicens, *Nescitis
quia cui vos seruos exhibetis ad obediendum, serui estis
eius cui obeditis, siue iniquitatis ad peccatum, siue iusti-
tiæ ad sanctificationem?* Qui ergo se sub iugum miserit
Dei, exinaniuit sui libertatem arbitrij, vt per libertatem
diuini arbitrij liberetur. Non tibi videtur exinanire li-
bertatem arbitrij sui, qui sibi esurienti denegat panem,
sitienti denegat potum, dormitanti denegat somnum?
Sed in his dignus esse non poterit, nisi se voluntarium
comprobauerit. *Non enim ex tristitia*, inquit Apostolus,
nec ex necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus.
Vnde & propheta dicit Deo, *Voluntariè sacrificabo tibi*,
& iterum, *Refloruit caro mea*, inquit, *& ex voluntate
mea confitebor illi.* De iniusto autem legimus, *Noluit in-
telligere vt bene ageret.* Vnde & beatus Iacob, *Simeon*,
B inquit, *& Leui fratres consummauerunt iniquitatem ex
voluntate sua.* Si ergo antequam vera & integra libertas
nostra veniret, Dominus Iesus Christus, iustus volun-
tariè sacrificauit Deo, & ex voluntate sua confessus est,
peccator ex voluntate deliquit: quanto magis nunc, in-
staurata nobis libertate per Christum, vniuersa nostro
iure sunt reddita, non natura dominante, vt Pelagius &
Cælestius definiuit, non natura hominis dominante,
sed Christi gratia condonante? Non suis viribus impu-
tando, sed de Dei adminiculis præsumendo, non sibi
aliquid vsurpando, sed totum Dei gratiæ imputando?
Totum, inquam, totum dixi, totum repeto, totum, sed
bonum: malum autem ex nostro vitio, ex nostra negle-
gentia, & ex nostra incurrimus voluntate. Quid conuer-
titis caput ad calumnias & Pelagij nobis dogma obicitis?
Anathemamus omnes qui dicunt, adiutorio Dei subla-
to, posse hominem sine peccato esse si velit: anathema-
mus qui dicunt, nec per Adam mors, nec per Christum
vita: anathemamus qui dicunt, de duobus baptizatis qui
nascitur baptismum indigere non posse: anathemamus
C qui dicunt, infantes non debere in remissionem pecca-
torum baptismatis sanctificatione censeri: anathemamus
omnia quæ in omnibus hæreticis damnat Ecclesia: ana-
„ themamus & librum vestrum vobiscum qui dicit. 25. Io
„ tantum vitiatam per præuaricationem Adæ hominis
„ naturam agnouimus, vt instaurationem suam per Chri-
„ stum non in re sed in spe fuerit consecuta, dicente
„ Apostolo, *Spe salui facti sumus, spes autem quæ videtur
„ non est spes.* Si ergo spe salui facti sumus, adhuc rem
„ in præsenti sæculo non tenemus. Ideo denique bapti-
„ zati iterum carnaliter concupiscunt, & illos motus
„ corporis patiuntur, quia spe non re consecuti sunt
„ instaurationis auxilium. Si enim re consecuti fuissent,
„ post baptismatis gratiam non esset peccati nec possibi-
„ litas, nec voluntas. Verùm quia virtus baptismatis
„ cauta est, vt vniuersa peccata deleat, pullulatio tamen
„ peccatorum baptismatis vnda non abluitur, inesse enim
„ per Adam naturaliter perdocetur. Nam illa membra,
D „ quæ in baptismatis hora confusione carent, postea
„ confusionem recipiunt, quæ vitant vbique conspe-
„ ctum, & quærunt pudendo secretum. Quæ enim Deus
„ membra fecerat, præuaricatio in pudenda conuertit,
„ & non dicuntur membra, sed pudenda. Quæ puden-
„ da in puncto illo baptismatis membra fiunt: sed mox
„ iterum pudenda efficiuntur ex membris. Non enim re
„ sed spe instaurati sunt. Concupiscentia enim carnis,
„ quæ per præuaricationem Adæ repugnat in corpore
„ tanquam lex peccati, iterum sibi vindicat baptizatum,
„ totúmque animum eius conatur euertere. Hæc est
„ enim radix illius plagæ, quam Christus saluauit, sal-
„ uauit autem sic, sicut Apostolus dicit, *Spe salui facti
„ sumus.* Et iubet nos animum ad inuisibilia contem-
„ planda transferre, nec de his quæ videntur præsumen-
„ do confidere. Et ideo dicit, *spes autem quæ videtur non
„ est spes.* Ne fortè æstimaremur per baptismum ita tolli
„ peccata, vt etiam radices ipsæ peccatorum simul pu-
„ tarentur auferri. Motus enim ille pollutionis, qui per
„ præuaricationem naturam inuasit, ita remanet in ba-

ptizato, sicut radix capilli cùm fuerit nouacula in su- „ E
perficie emundatus & rasus. Rasus enim est, vt emun- „
daretur locus: non est eradicatus, vt vlteriùs non na- „
sceretur. Si enim ex integro per baptismum omnis „
præuaricationis Adæ fragilitas tolleretur, baptizati „
omnes nullo caloris motu traherentur ad crimina, „
nullus sordibus inquinaretur humanis, nullus con- „
cupiscentiæ stimulo pungeretur, sed quia spe salui fa- „
cti sumus, quod adhuc non videmus, per patientiam „
expectamus. Veniet tempus, in quo neque nubant „
feminæ, neque viri vxores ducant, sed sint sicut An- „
geli in cælis. Cùm enim corruptibile hoc induerit in- „
corruptionem, & mortale hoc induerit immortalita- „
tem, tunc fiet sermo qui scriptus est, *Absorpta est mors „
in victoriam, vbi est mors victoria tua? vbi est stimulus „
tuus? stimulus autem mortis peccatum est: virtus verò „
peccati lex.* Tunc dicemus, Deo gratias qui dedit no- „
bis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum. „ F
Hic est libellus vester, quem nulli datis legendum nisi
sub sacramento. Vide ne prodas, ne des legendum impe-
ritis, regnum Dei paucorum est. In hoc apparet quia te
Deus prædestinauit ad vitam, si hunc libellum tu sicut
tuam animam serues. Maxima pars mulierculatum à vo-
bis hunc meretur libellum accipere. Denique quæ eum
prodidit, femina corpore, sed vir animo, dum istum à
vobis libellum sub sacramento suscepisset, scriptum le-
gens exhorruit, & his quos catholicos nouerat exami-
nandum dedit. Legimus eum & nos, quod semper ti-
muistis, & iuuante Domino blasphemias eius euidenter
detegentes, omnes catholicos admonemus, vt hunc li-
bellum fugiant, execrentur, & æterno anathemate fe-
riant. Damnabilitas enim eius eousque peruenit, vt vni-
uersa mysteria Saluatoris euacuet. Dicit baptismum Chri-
sti fructum vllum penitùs, dum traditur, non habere.
Spes, inquit, quæ videtur non est spes, id est remissio
peccatorum: & quicquid in præsenti promittitur, non
est, quia in futuro seruatur, hîc tamen, id est in hoc G
mundo, non accipitur. Dicit enim Apostolus, *Spes quæ
videtur non est spes.* Ergóne hoc Apostolus ad istum ve-
strum sensum dixit? Priùs itaque beati Pauli cum debi-
ta reuerentia sensum exponemus: & ita demum per pæ-
tea concidemus pedes libri vestri, in his quæ conclusio
eius circa nos finem se autumat inuenisse perfectum.
Apostolus consolationem filiis Dei adferens dicit, vt in
isto mundo nihil quærant, ne fortè considerantes im-
pios & incredulos prosperis successibus gratulari, se ve-
rò affligi, dicerent, Ecce hi peccatores & abundantes
in sæculo obtinuerunt diuitias, nos autem vsque in hac
hora, & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & cola-
phis cædimur. Tollens ergo præsentis sæculi conside-
rationem, gaudia futura promittit. Et quamuis magnis,
inquit, passionibus fatigemini, non sunt tamen condi-
gnæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ
reuelabitur in nobis. Et ideo *spe* inquit *salui facti sumus.*
Nota tibi *salui facti*, non dixit saluandi, sed *salui facti*.
Præteritum fecit salutis, dum credidimus salui facti su- H
mus. Quare spe? Speramus enim nos resurgere, non
enim iam resurreximus. Quia ergo speramus nos pro
bonis præmia accepturos, & pro malis gehennæ posse
incurrere supplicia, sperantes bona, & timentes mala,
salui facti sumus, & qui eramus filij iræ, facti sumus fi-
lij Dei. Vnde & alius Apostolus clamat, *Carissimi filij
Dei sumus.* Non ergo adoptio filiorum promittitur in
baptismo, sed confertur. Vos autem de hoc quod iam
accepimus dicitis, spes quæ videtur non est spes. Nobis
spes tota videtur in baptismatis sanctificatione constare,
ergo quod nobis videtur spes, non est spes. In chris-
matis Christi vnctione spei nostræ cernimus firmamen-
tum, ergo spes quæ videtur non est spes. Corpus Chri-
sti spem nostram videmus, ergo spes quæ videtur non
est spes. Sanguinem Christi redemptionem nostram at-
tendimus, ergo spes quæ videtur non est spes. Euacua-
stis omnia sacramenta, exinanistis mysteria, & quasi fi-
di & idonei metatores Antichristi, locum ei vbi possit
succedere erectis nobis ab aliquibus præparatis. Nam

hæc

A hæc quæ Apostolus de mundi istius gaudiis dicit, *Spes quæ videtur non est spes*, vos ea ad diuina mysteria transmigrastis. Quod ille de caducis rebus & labentibus memorat, hæc vos etiam ipsi sacro baptismati adscripsistis.
Non habeamus partem vobiscum in æternum, nec sen-
„ sus noster vltra his blasphemus inquinetur. 26. Ideo,
„ inquiunt, baptizati iterum polluuntur, & carnaliter
„ concupiscunt, quia spe non re consecuti sunt instau-
„ rationis auxilium. Nos autem sic spe tendimus ad futura præmia, vt in præsenti quod accepimus non negemus. Non enim meretur consequi beneficia, qui non confitetur accepta. Si quod accepisti iam denegas, confitearis ingratus. Ergo si adhuc non estis gratiam consecuti, sed consecuturi estis, quid nobiscum clanculò communicatis? Expectate alterum Christi corpus, alterum Christi sanguinem, istum enim non in re, sed in
„ spe esse iactatis. Si enim re, inquiunt, consecuti esse-
„ mus, post baptismatis gratiam non esset peccati nec
B „ possibilitas, nec voluntas. Ideo ergo vultis ostendere baptismatis gratiam non rem contulisse, quia iterum post baptisma possumus & velle malum, & operari malum. Et cui habebat dari lex Dei, si possibilitas mali fuisset ablata? aut quis de custodia mandatorum Dei præmium peteret, si præuaricari non posset? sicut nec mutus de taciturnitate, nec spado de virginitate laudatur. Caret enim laude in bono, quibus ad malum transitus denegatur. Nos ergo dicimus, possibilitatem mali bonam esse his qui eam contemnunt: & possibilitatem boni malam esse his qui eam contemnunt. Dabo his singulis titulis breue responsum. Potuit quis exspoliare vestitos, ecce malum potuit: sed quia noluit, facta est possibilitas mali bona, qui eam consilio prudentiore contempsit. Potuit quis creditam sibi pecuniam rapere, potuit adulteria perpetrare, ecce possibilitas mali, & qui eam contempsit, ipsa possibilitas eum fecit, tam de pecunia non furata laudari, quàm coronari de castitate seruata. Diximus vnum titulum, id est de possibilitate
C mali, quòd bona sit his qui eam contempserint. Nunc videamus quomodo è contrario possibilitas boni mala in his qui eam contempserint. Habet quispiam pecunias positas: ecce possibilitas boni, potest enim cunctis necessitatem patientibus subuenire. Hanc autem possibilitatem boni dum contempserit, efficitur possibilitas mala, & tam mala, vt radix malorum omnium comprobetur. Verùm quid agimus? Baptismatis nobis status in periculo positus, & nos de auaritiæ veneno tractamus. Omnibus notum est auaritiæ crimen satis esse grauissimum: baptismatis autem gratiam exinaniri ab hominibus perfidis, nuper cœpit innotescere, nuper cœpit ca-
„ tholicis propalari. 28. Aiunt namque per baptismum
„ ita tolli peccatum, vt capillum nouacula rasum. Ra-
„ sus enim est, inquiunt, vt emundaretur locus, non
„ eradicatus est ne vlteriùs nasceretur. Si enim ex inte-
„ gro omnis præuaricationis Adæ fragilitas tolleretur,
„ baptizati omnes nullo carnis motu traherentur ad
„ crimina, nullo concupiscentiæ stimulo pungerentur.
D Hinc ergo exinanitis baptismatis sacrosancta mysteria, quia concupiscentia, vt ipsi dicitis, lex peccati est, & ipsa sibi iterum vindicat baptizatum. De hac ergo concupiscentia si fueritis exclusi, integra erit in baptismo & peccatorum remissio, & vera consolatio gratiarum. Gratiarum autem ideo pluraliter posui, quia cùm vna sit gratia, vt vitis vna palmitibus pluralis efficitur, & tot vites dicuntur, quot fuerint propagines de vna vite compressæ. Datur ergo ex vno baptismatis fonte in præsenti peccatorum remissio, & regnum promittitur in futuro, efficitur filius hominis filius Dei, fit adoptione filius, fit consors regni, fit ciuis ex aduena, fit ingenuus qui seruus extiterat inimici, fit locuples qui fuerat antè mendicus, & qui fuerat dudum ignobilis, incipit esse & inlustris, & magnus. Sed ista omnia euacuat liber ve-
„ ster, & dicitis. 29. Si darentur quæ promittuntur in
„ baptismo, nullus post baptismatis vndam concupi-
„ scentiæ stimulo pungeretur. Videamus ergo vtrùm-nam hæc concupiscentia, sicut dicitis, lex peccati sit.

Nos concupiscentiam dicimus esse rem naturalis certa- E minis: & hanc dicimus ad propagationem hominum à Deo creatore visceraliter esse firmatam. Adhuc enim primi homines nondum de præuaricationis ligno gustauerant, quando eos benedixit Deus dicens, *Crescite, & multiplicamini; & replete terram.* Qui ergo ante peccatum benedicendo genus hominum multiplicari iussit, ipse sine dubio huic naturæ per quod propagari posset inseruit. Dispar etenim sexus multiplicari minimè potuisset, si incrementa naturalis concupiscentiæ non haberet. *Non est bonum*, ait Dominus, *esse hominem solum, faciamus ei adiutorium.* Hoc adiutorium disparis sexus ad consolandum vultis esse factum à Domino, an ad generandum? Si enim concupiscentia mala est quæ materia generationis ostenditur, constat secundum vos à Deo mulierem non ad adiutorium boni, sed ad occasionem factam esse peccati. Quòd si adiutorium mulieris, non ad reparationem, sed ad consolationem nescio F quam dicatis fuisse concessum, dispar sexus sine causa est conditus ab eo, de quo legimus quòd omnia in sapientia fecerit. Verùm quia testamenti veteris fortè vos auctoritas non tenet, de primis hominibus quid ipse Dominus noster Iesus Christus dixerit auscultate. *Qui fecit*, inquit, *masculum & feminam, benedixit eos & dixit, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna*, & his dictis adiunxit, *Quod ergo Deus iunxit homo non separet.* A Deo igitur factos, à Deo benedictos, à Deo legimus esse coniunctos. 30. Et miror qua fronte concupiscentiam „
istam, per quam coniugia celebrantur, dicatis à dia- „
bolo esse humano generi inflictam. Quis enim dubi- „
tet rem malam, si tamen mala est, à Deo bono homini non potuisse conferri? Si enim à Deo est data, bona esse dinoscitur: si autem mala est, constat à diabolo esse infusam. Sic enim dicit liber vester. 31. Quæ Deus mem- „
bra fecit, illi præuaricando pudenda fecerunt. Si hoc non est in membris quod Deus condidit, & super fabri- G cam Dei inimicus apparuit, & Deo inuito fecit creaturam eius alterum ordinem continere, non quem ipse instituit, maledictæ sunt nuptiæ, & ex maledictione vniuersa humani generis massa veniens diabolo auctore subsistit. Vnum vobis eligite è duobus. Aut bona est generatio hominis, & bona est concupiscentia: aut malæ sunt nuptiæ, & iniqua concupiscentia. Emendate ergo Ecclesiæ regulam, damnate qui in toto orbe sunt sacerdotes, nuptiarum initia benedicentes, consecrantes, & in Dei mysteriis sociantes. Miror qua fronte intratis Ecclesiam, vbi quicquid agitur contra vestras sectas venire cognoscitis. Negatis itaque Deum hanc, vnde nascimur, dedisse concupiscentiam. Ergo non sumus creatura eius, si non est eius creatura concupiscentia coniugalis. Tollite enim hanc, quam vos dicitis legem esse peccati, & videamus quis adhærere possit vxori. Sed qui dederat virtutem seminis in benedictionem, ipse ob multiplicandam subolem concupiscentiæ inseruit charitatem, & amari voluit quod multiplicari constituit. In- H crementum enim est generis concupiscentia naturalis. Quòd si per hanc, vt dicitis, omnis constat esse causa peccati, ipse crimen creauit in genere, qui posteritatem multiplicari voluit per amorem, & super paternæ pietatis iura diligi præcepit vxorem. Denique ipse Dominus noster Iesus cùm dicit, *quod Deus coniunxit homo non separet*, tale est quasi qui diceret, Odisse tibi vxorem non licet, quam me auctore amare cœpisti. Zelabatur enim coniunctionem à se factam odiis iugalibus maculari. Rerum noua peruersitas! cùm à Deo puniatur vxoris odium, damnatur ab hominibus concupiscentia maritorum. Sed iustus iudex non damnat desiderium naturale, qui vt multiplicaret prolem ideo inseruit charitatem. Nam cùm de coniugio & repudio tractaretur, tunc Dominus istam dictauit sententiam, dicens, *Quod Deus iunxit homo non separat.* Hoc autem ideo dixit, vt specialiter nuptiarum coniunctionem ex Deo esse monstraret. Nec enim esse potuit, aut sine coniunctione commixtio, aut absque commixtione coniunctio. Si non ex

creatura

A creatura factoris, sed ea pecca o inquitant concupiscentia maritalis, ergo secundum vos Deus hoc in benedictione coninnxit, quod diabolus per præuaricationem inseruit. Quod si ita est, non fuit aduersarius sed adiutor Dei, si quos Deus in carne vna esse voluit, hic per concupiscentiam inseparabiles fecit, & quod ille iussit augeri & crescere, hic per quod hoc ipsum quod iusserat et impleretur inuenit. O quàm infelix impietas est à Prædestinatis inuenta, vt ex præuaricatione dicatur euenisse hominis, quod est ex benedictione creatoris insertum! Hanc vos dicitis legem peccati, sed hanc nos legem generis comprobamus, quam vos criminis accusatis: & hanc nos dicimus causam esse virtutum, quam vos vultis ostendere materiam vitiorum.

Nam cùm eius adiutorium faciat parentes fœcundos in subole, huius certamen & continentes præstat & virgines gloriosos. Et ne alicubi huius esse B æstimes detrimentum, maiora repugnando quàm adiuuando largitur: quia dum adiuuat fructum exhibet generis, dum repugnat confert præmium castitatis. Illic sine culpa operatur, hic exercet pugnam cum munere. Tolle concupiscentiam, & cessant coniugia: tolle concupiscentiam, & cessant præmia castitatis. Quale hoc rogo malum est, quod duplicis boni causa esse monstratur? quod alios in generationis gaudio exhibet, alios in triumpho virtutis? Alij enim per eam operantur licitè, alij per eam dimicant gloriosè. Quòd si etiam in omnibus hæc dicitur esse peccatum, constat & coniuges, & continentes, & virgines per hanc esse damnandos, omnibus enim inesse cognoscitur per naturam. Nos non ita esse sentimus, sed laudamus eam ordinem suum custodientem, & Deo reuerentiam exhibentem. Et ideo in baptizatis etiam ipsa benedicitur, non fugatur, & ornatur magis, quàm tollitur. Qui enim fontem aquæ perennis nunc benedicit vt renasceremur spiritaliter, ipse tunc benedixit coniuges vt carnaliter nascere-
C mur. Hunc ergo concupiscentiæ motum, sicut cetera alia membra, à creatore suscepimus. Si ideo est concupiscentia malum, quia per hanc aliquotiens adulterium geritur, ergo & manus mala est, quia per hanc homicidium perpetratur. Accusate & linguam, quia per ipsam blasphematur Deus, damnate & pedes, quòd hominem duxerint ad lupanar. Sic fit vt non sola concupiscentia, sed vniuersa à vobis membra damnentur. Respondeam vobis ore catholico, quoniam sicut manus facta est, non ad occidendum, sed ad operandum, & lingua non ad blasphemandum, sed ad gloriam creatoris & laudem, & membra omnia, non vt vitiis seruiant, sed diuinis præceptis insistant, ita & concupiscentia naturæ est insita, non ad adulterandum, sed ad generandum, quam vtique comprobamus non modò coniugibus fœcunditatis adiutorium, sed etiam continentibus palmam posse adferre virtutis. Vultis nosse bonam hanc esse concupiscentiam? Mysteriis eam comparabo diuinis. Non enim solùm aperta mala, sed etiam bona præsumpta condemnant. Pone aliquem ante baptismatis illumina-
D tionem corpus Domini præsumpsisse, numquid non iste de boni præsumptione damnabitur? Quod enim aliis collatum secundum ordinem confert salutem, hoc aliis damnationem facit extra ordinem extra tempus acceptum. Similiter si vsurpet laicus sacerdotium, vel si sacrificium offerre præsumat, numquid non iste de non concessa sibi potestate damnandus est? Quòd si de tam sanctis rebus præsumptio reum facit, non actio, quanto magis in concupiscentia, non actio suum ordinem tenens, sed extra ordinem vadens, vocatur in crimine, & facit maledictum extra ordinem euntem, quem benedictum creator in suo ordine collocauit? Quòd si ita est, immo quia ita est, quid patimini infelices, qui volentes exinanire baptismatis restaurationem, dicitis hanc concupiscentiam ideo remansisse, ne tota ex amussim homini peccata viderentur indulta? Cur non magis hinc vobis debuit esse suspicio, hanc non esse peccatum, quòd in baptizatis hominibus non deletur? Si enim esset peccatum, vtique sicut cetera tolleretur. Igitur qui per concupiscentiam baptismatis dona exinanire en[…] tenditis, conditorem concupiscentiæ diabolum es[…] monstratis: per quem doceris, & creatorem in sua op[…] ratione dum conderet defecisse, & baptismum tribue[…] rem ex integro non potuisse succurrere. Habebunt v[…] biscum partem qui vos ad se libenter admittunt. Scr[…] ptum est enim, reos fore, non solùm qui iniquitate[…] faciunt, sed etiam eos, quos eis constiterit consensi[…]

BENEDICTIO DEI, HOC EST Commentariolus, Quomodo Deu[s] Præcipue per Psalmos, benedicendu[s] atque laudandus sit.

EX CASSIODORO ET ISIDOR[O] magna ex parte contextus ab anonymo quodam sed, vt videtur, Monacho Ratisbonensi: ad Ba[…] thuricum Episcopum Ratisbonensem, qui sede[m] illam obtinuit anno Redemptoris DCCC. XIV.

NVNC PRIMVM IN LVCEM editus, Studio Petri Steuartij Leodij, SS. Theologiæ Doctoris & Professoris, &c.

PETRVS STEVARTIV[S] Leodius, &c. Lectori S.

HVNC Commentariolum ante aliquot centeno[s] annos ex verbis veterum Patrum contextum, v[i]sum est cæteris adiungere, quòd ego post duos & tr[i]ginta annos, quibus publicè SS. Scripturam in Ac[a]demia Ingolstadiensi prælegi; hoc ipso anno Psalmo[…]rum Dauidicorum explanationem sim auspicatus. Con[…]tinet vero hic libellus non pauca, quæ ad dictoru[m] psalmorum commendationem & intelligentiam plur[i]mum facere possunt.

Secutus est autem huius Opusculi Collector, (qui quis fuit) inueteratum quorundam morem, qui cu[m] aliquid scriberent, semper antiquorum potius, qua[m] suis verbis loqui optabant: quod etiam in nonnull[is] venerabilis Bedæ Commentariis videre licet. Tu, ami[…]ce Lector, hoc libello iam primùm publicato frue[re] & quod docet, age. At nil aliud docet, quam quod A[n]gelus ille, cuius hoc ad Tobiam & familiam monitum *Benedicite Deum cæli & coram omnibus viuentibus conf[i]temini illi: quia fecit vobiscum misericordiam suam.*

PRÆFATIO AVCTORIS AD BATHE ricum Episcopum Ratisbonensem.

Domino semper in Christo venerando, Batherico Episcopo.

EGo desiderij vestri flagrans a[…] nore, memor benignitat[is] & charitatis vestræ: ac r[…] mecinationis inuicem sapi[…] habita, de diuina seruit[…] tis officiis: qua scilicet reueren[…]tia & honore debeant celebrari: Sanctorum & venerabi[…]lium Doctorum r[…] o exiguitate sensus mei perscrutans elo[…]quia: ex quib[…], qua valui breuitate, quosdam colligen[s] flosculos, vobis obtuli relegendos: quatenus vestro studi[o] magna ex illis suauitas accepta, diuinus offeratur conspe[…]ctibus. Sunt enim maximè ex Psalmorum expositione, q[…] quodam priuilegio Deitatis sacrati habentur laudibus ipsa, per parua excerpta capitula: quot sancti Patres n[o]stri & Doctores Ecclesiæ exposuerunt, Hieronymus vide[…]

licet

A *licet, Augustinum, Cassiodorus magnus & eloquens vir: sed & Isidori de Antiphonis, Responsoriisque, & aliis rebus: Bedæ quoque eximij Magistri inserui monita: vt quod reuerenter interim agitis, perspectâ Patrum auctoritate, ferventior, diuina instigante gratia, in vestra Ecclesia, ad hæc peragenda studiosius accendatur affectus.*

Contigit enim me multa peragrando loca, audisse diuina officia inordinatè, & sine auditus delectatione celebrari. Sunt namque nonnulli, qui tantum ob verecundiam hominum, ne forte ignaui ab ipsis iudicentur, intrantes Ecclesiam, sine Antiphonis, cursim & omni cum velocitate, vt citius ad curam carnis exeant peragendam, diuinis negligenter adsistunt laudibus, cum in mundanis studiosi habeantur operibus. Qui nesciunt, quia sancti Doctores & eruditores Ecclesiæ, sancto Spiritu & gratia Dei repleti, instituerunt modulationem, in Antiphonarum vel Responsoriorum repetitione honestissimam: quatenus, hac dulcedine animus audientium delectatus, ad Dei laudes, & amorem cælestis patriæ ardentius accenderetur.
B *Huiusmodi vero tales, non solum alias ad Deum laudandum non excitant, sed nec seipsos. Quin si sine verecundia potuissent, penitus dimisissent.*

Alij vero, qui, quod pudet dicere, etiam Episcopi, totâ die conuiuiis & poculis vacantes, & penè vsque in noctis medium: vel, vsque ad gallorum cantum, aut, eo amplius: diuersis student potionibus suæ satisfacere voluntati, quibus conuenit illud, quod dixit Spiritus sanctus per Salomonem: Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? nonne his, qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? *Et illud Prophetæ:* Cythara & lyra & tympanum, & tibia & vinum in conuiuiis vestris: & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. *Isti tales, magis studentes hominibus placere, quam Deo, priusquam dormitum eant, nocturnas vigilias desidiose persoluentes, strata mox decubant: donec iterum tempus manducandi & bibendi cedeat. Surgentes verò dum se vestibus induunt, diurna peragunt officia: putantes, sibi sufficere posse, si saltem quoquo modo illa decantent: ignari,*
C *quia Horæ sunt in sancta Ecclesia constitutæ, quibus per diem & noctem diuinæ seruitutis officia persoluantur, id est, matutinum, prima, tertia, sexta, nona, vespera, completorium. De his enim dixit Propheta.* Septies in die laudem dixi tibi. *De nocturnis verò vigiliis ait:* Media nocte surgebam ad confitendum tibi. *Sed & de matutinis alibi dicit:* In matutinis meditabor in te; quia tu fuisti adiutor meus. *In istis enim debemus laudes cum summa studio creatori nostro referre. Nam reliqua horæ nostris vsibus sunt concessa. Quæ si negligimus, sanctorum Patrum institutis contraimus: quibus contraire periculosum est. Neque enim possunt communionem S. Ecclesiæ habere, qui eius instituta, etsi non verbis, operibus vero oppugnare nituntur: dum, quod permaximum est, in S. Ecclesia: (si cum charitate & studio pietatis peragatur) id est laudis diuinæ psalmodia modulata, & missarum solemnia, nec temporibus congruis, nec religiosis celebrant affectibus. Non enim talia referendo, vos denotare volo: sed, ne his participemini*
D *admonere summâ humilitatis subiectione præsumo: ideoque SS. Patrum, quæ sequuntur, dicta pauca obtuli: vt, horum deuitantes errorem: & istorum sequentes exemplum: irreprehensibiliter coram Deo & hominibus diuinitatis opera, diuinis digna conspectibus strenuè in vestra Ecclesia persoluantur: quatenus, sicut aliis mirandis & magnificandis præclari estis operibus, in hoc etiam sitis perlucidi: vt exemplo vestro corrigatur supradictorum ignauia.*

Hæc, Domine Pater, quæ sedulo charitatis & amoris instinctu pauca collegi ex pluribus: licet vestra sagacitas potiora, sicut sunt in dictis Patrum sanctorum, valeat inuenire, gratissimo suscipite affectu: vt meus labor vestro perficiatur studio. Bene vos valere semper opto in Domino vestri benigne memor.

E

DE LAVDE PSALMORVM & Psalterij, ex Præfatione Cassiodori in Psalmos.

REpulsis aliquando in Rauennati vrbe solicitudinibus dignitatum, & curis sæcularibus noxio sapore conditis, cum Psalterij cœlestis animarum mella gustassem; id quod solent desiderantes efficere, auidus me perscrutator ingessi, vt dicta salutaria suauiter imbiberem post amarissimas actiones. Sed familiaris inchoantibus occurrit obscuritas; quæ variis est intecta personis, & velata parabolis. Hæc in dictis vitalibus noxiâ dissimulatione præteritur; dum sæpe illud repositi solet ambiguum, quod magni sacramenti gestat arcanum. Tunc ad Augustini facundissimi patris confugi
F opinatissimam lectionem: in qua, tanta erat copia congesta dictorum, vt retineri vix possit relectum; quod abunde videtur expositum. Credo, cum nimis auidos populos, Ecclesiasticis dapibus explere cupit, necessariò fluenta tam magnæ prædicationis emanauit. Quocirca, memor infirmitatis meæ, mare ipsius quorundam Psalmorum fontibus profusum, diuinâ misericordiâ largiente, in riuulos vadosos, compendiosâ breuitate deduxi, vno codice tam diffusa complectens, quæ ille in decadas quindecim mirabiliter explicauit.

Sed, vt quidam de Homero ait: Tale est de eius sensu aliquid surripere, quale Herculi clauam de manu tollere. Est enim literarum omnium Magister egregius: &, quod in vbertate rarum est, cautissimus disputator. Decurrit quippe tanquam fons purissimus, nulla fece pollutus: sed in integritate fidei perseuerans. Nescit hæreticis dare, vnde se possint aliquâ colluctatione defendere. Totus Catholicus; totus orthodoxus inuenitur: &
G in Ecclesia Domini, suauissimo nitore resplendens, superni luminis claritate radiat.

Quædam vero nouiter inuenta, post tam mirabilem Magistrum, sola Domini præsumptione subieci, qui paruulis confidentiam, cæcis visum, mutis sermonem, surdis præstat auditum.

Quem enim Codicem etiam per 50. Psalmos cum Præfationibus suis trina sum diuisione partitus: vt & clarius literæ sanioribus oculis se pulchrius aperirent: & desiderio legentium fratrum numerosi Codicis corpora præstarent: ita & ad Bibliothecæ cautelam vnus relictus est: & propter congregationis studium commodissimè forsitan esse noscitur diuisus. Quapropter mandato Domini confidentes, cælestia mysteria clausta pulsemus, vt aperiat sensibus nostris floriferas sedes: quatenus in illo cælesti paradiso salutariter introducti, spiritalia poma, sine aliqua primi hominis transgressione carpamus. Verè coruscus liber, sermo * lampabilis, cura sauciati cordis, fauus interioris hominis: pinax spiritualium personarum: occultarum lingua virtutum: qui inclinat superbos humilitati, reges pauperibus subdit; affabilitate paruulos nutrit. Quanta enim illic est pulchritudo sensuum, & stillantium medicina verborum: vt merito hic, illud Salomonis aptetur, quod dixit in Cantico Canticorum. Hortus conclusus, & fons signatus, paradisus plenus omnium pomorum. Modo enim quidam Psalmorum salutari institutione formari, turbidos & tempestuosos animos declinant ad limpidam & tranquillissimam vitam. Modo promittentes Deum propter salutem credentium visualiter humanandum; & ad iudicandum orbem esse venturum. Modò commonent lacrymis peccata diluere: eleemosynis delicta curare. Modò sacris orationibus reuerenter attoniti. Modo Hebræi Alphabeti virtute profundi. Modò de passione & resurrectione Domini salutaria prædicantes. Modò lamentantium deploratione pissimi. Modò versuum repetitione, quædam nobis sacramenta pandentes. Modò Canticorum graduum ascensiona mirabiles. Postremò, supernis laudibus feliciter inhærentes, beata copia, inexplicabile

* Ita M. S. C. & impress.
H
sen quoque Cassiodorus nie à Lampade, quasi sermo lucidus illuminans. Cant. 4.

desiderium

A desiderium stupenda profunditas. Non potest animus fidelis expleri, qui cœperit inde satiari.

Psalmi sunt denique, qui nobis gratas faciunt esse vigilias: quando silenti nocte, psallentibus choris, humana vox erumpit in musicam: Verbisque arte modulatis, ad illum redire facit, à quo pro salute humani generis diuinum venit eloquium. Cantus, qui aures oblectat, & animas instruit, fit vox vna psallentium; & cum Angelis Dei, quos audire non possumus, laudum verba miscemus: per illum scilicet qui venit ex semine Dauid, Dominum Christum: sicut ipse in Apoc. dicit: Ego sum radix, & origo Dauid: A quo & religionem salutarem accepimus: & S. Trinitatis mysteria reuelata cognoscimus. Vnde merito eis Patris & Filij & Spiritus sancti vna gloria sociatur: vt perfecta eorum præconia comprobentur. Ipsi enim diem venturum, matutinâ exultatione conciliant. Ipsi nobis primam horam diei dedicant, Ipsi nobis horam tertiam consecrant. Ipsi sextam

B in panis confractione lætificant. Ipsi nobis nonâ, ieiunia resoluunt. Ipsi diei postrema concludunt. Ipsi noctis aduentu, ne mens nostra tenebretur, efficiunt sicut ipsi dicant: Nox illuminatio in delicijs meis: quoniam tenebræ non tenebrabuntur abs te Domine: vt merito se à vera vita credat alienum, quisquis huius muneris iucunditate non fruitur. Quorum virtutes, vt breuiter diuinus sermo concluderet, in 70. Ps. dicturus est: Ego autem confitebor tibi in vasis Psalmorum veritatem tuam. Re vera, vasa veritatis, quæ tot virtutes capiunt, tot diuinis odoribus farciuntur, tot thesauris cœlestibus cumulantur, Hydriæ, quæ vinum cœleste recipientes, puritatem eius semper in nouitate custodiunt. Dulcedo mirabilis, quæ seculi corruptionibus non acescit, sed, in sua permanens dignitate, gratia semper purissimæ suauitatis augetur. Apotheca valde copiosa, de qua cum bibant tam magni terrarum populi, vbertas eius nescit expendi. Quam mirabilis autem ex ipsis profluxit suauitas. Dulcisonum organum humanis vocibus

C æmulantur. Turbatum funitus grandiloqui clamoribus reddunt. Vocalem citharam viuentium chordarum permistione componunt. Et quidquid ante instrumentis musicis videbatur agi, nunc probatur per rationales substantias explicari. Veruntamen, nequaquam nobis, vt psittacis, merulisque vernandum est; qui, dum verba nostra conantur imitari: quid tamen canant, noscuntur modis omnibus ignorare. *Melos siquidem blandum animos oblectat: sed non compellit ad lacrymas fructuosas. Permulcet aures: sed non ad superna erigit audientes.* Corde autem compungimur, si quod ore dicimus, animaduertere valeamus: sicut in Psalterio legitur: Beatus populus, qui intelligit iubilationem. *Et iterum:* Quoniam Rex omnis terræ Deus, psallite sapienter. Philippus quoque Apostolus, cum Reginæ Candaces eunuchum Esaiam legere cognouisset, scripturas ei sanctas competenter exposuit. Qui postquam, quod legebat, aduertit, statim gratiam baptismatis exquisiuit: & mox perfecte munera salutis accepit. In Euangelio etiam Do-

D minus ait: Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit: venit malus, & rapit quod seminatum est in corde eius. Vnde congrue datur intelligi: hæc illis prouenire non posse, qui Scripturas sanctas puro corde merentur aduertere. De qua pulchre Pater Hieronymus ait: Margaritum quoddam est scriptura diuina, & ex multis partibus forari potest. Quocirca, Pater Apostolice, qui cœlestes literas sanctis moribus reddidisti: præstante Deo, tua imitatione prouocatus, abyssus diuinos ingrediar, qui clemens errata corrigis: nec seuerus imputas, quod emendas. Sed antequam apothecas spirituales attingam, quædam diuisis capitibus, qui sunt numero decem & septem, æstimo prægustanda: vt, cum earum rerum locus se intulerit, magni nectaris potus, suauissimis delectationibus hauriatur.

E

F Nunc ad præmissum ordinem, Domino præstante veniamus.

I. *De Prophetia.*

PRophetia, est aspiratio diuina, quæ euentus rerum, aut per facta, aut per dicta quorundam, immobili veritate pronunciat, de qua, bene quidam dixit: Prophetia est suauis dictio cœlestis doctrinæ fauos & dulcia diuini eloquij mella cõponens. Vnde & ipse Dauid in 118. Ps. dicturus est: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel, & fauum ori meo. Multis autẽ modis gratiæ istius munera præstabantur: sed, vt de plurimis pauca complectar: acta est per operationes hominum, vt fuit arca Noë. & sacrificium Abrahæ, & transitus maris rubri. Per natiuitates quoque geminorũ Esau & Iacob, qui futurarum rerum Sacramenta gestabãt. Per angelos: sicut locuti sunt Abrahæ: vel Loth: Zachariæ, & Mariæ. Per visiones: sicut Esaiæ & Ezechieli, & cæteris sanctis. Per somnia: sicut Salomoni & Danieli. Per nubẽ & vocẽ de cœlo: sicut Moysi. Vnde constat, secundũ Dauid: non per operationes hominũ:

G non per natiuitates geminorum: nõ per angelos: non per visiones: non per somnium: non per nubem, & vocem de cœlo: nec, per alios quoscunque modus: sed, cœlesti aspiratione fuisse completum, sicut de ipso legitur in 1. Reg. volumine. Et directus est spiritus Domini in Dauid à die illa, & deinceps. Ipse quoque Dominus in Euangelio dicit: Si Dauid in spiritu vocat eum Dominum: quomodo dicitis, quod filius eius est? Quo dicto recognoscimus euidẽter: per Spiritũ S. fuisse psalmos prophetatos. Sciẽdũ est sanè: quod omnis prophetia: aut de præterito, aut de præsẽti, aut de futuro tempore loquatur, aut agat aliquid.

Animaduertendum est quoque, Spiritum S. sic fuisse Prophetis sanctissimis attributum: vt tamen ad tempus, pro infirmitate carnis, & cõtrarietate peccati, ab ipsis offẽsis, abscederet: Et iterũ placatus, sub opportunitate temporis adueniret. Vnde & S. Hieron. exponens Euangelistam Matthæum, in loco, vbi ait de Ioanne: Vidit apertos cœlos: Et spiritum tanquam columbam descendentem, &

H manentem in ipso: ita euidenti ratione tractauit: vt nemo contra sententiam ipsius venire præsumat. In Psal. quoque 50. Propheta post Prophetam rogat Spiritum S. tuum ne auferas à me. Nam si semper, vt ait B. Hieron. in Prophetis esset sermo diuinus, & iuge in pectore eorum haberet hospitium, nunquã crebro Ezechiel poneret: Et factus est sermo Domini ad me dicens. In libro quin etiam Regum. Helisæus Propheta dicit de muliere, cuius filius extremum clauserat diem: Dimitte eam, quia in amaritudine est: & Dominus celauit me, & non indicauit mihi. Apostolus quoque dicit: De Virginibus præceptum Domini non habeo: consilium autem do. Item ipse commemorat: Hoc ego præcipio, non Dominus. Et alio loco sic meminit: quæ loquor secundum Deum. Vnde similiter etiam cæteris Prophetis, aliqua quidem Dominus locutus est, & non Prophetæ: Et aliqua Prophetæ, & non Dominus. Nec illud specialiter de Domino Iesu Christo diceret Ioan. Baptista: Qui misit me baptizare, ipse dixit mihi: super quem videris Spiritum S. in specie columbæ

A descendentem, & manentem in eo, hic est, qui baptizat in Spiritu S. Nunquam enim proprium esset in Domino Christo, quod additur; & manentem in eo: nisi ab alijs nonnunquam recedere probaretur. In Christo enim permansit: quia peccatum non habuit. Ab aliis iure discessit: quia pollutionis maculam perceperunt. Spiritui enim sancto non potest esse communio cum delictis. Nam sic scriptum est in libro Sapientiæ Salomonis: Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum: & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu.

Est autem prophetia magnificum nimis & veriloquum dicendi genus, non humanâ voluntate compositum, sed diuinâ inspiratione profusum, sicut ait Petrus Apostolus: Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu S. inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Nam & Paulus Apostolus dicit; Qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem & exhortationem & consolationem. Et paulo post: Qui
B prophetat Ecclesiam ædificat. Ædificat planè; quando res incognitas, nimisque necessarias, prælocutionis beneficio facit esse notissimas. Nam & quibus data est facultas bene intelligendi, vel interpretandi scripturas diuinas, à munere prophetiæ non videntur excepti: sicut Apostolus ait in epistola ad Corinth. 1. spiritus prophetarum prophetis subiectus est.

Sed quoniam de prophetiæ muneribus competenter forsitan, quæ leguntur, agnouimus; nunc, quæ restant, sollicitè perscrutemur.

II. *Cur in psalmorum titulis, quasi auctorum nomina diuersa reperiuntur.*

IN 1. lib. Paralip. legitur; Cum Propheta Dauid deuota Domino ætate senuisset; quatuor millia iuuenum ex Israëlitico populo delegisse; qui Psalmos, quos ipse Domini aspiratione protulerat, organis, citharis, nablis, tympanis, cymbalis, tubis, propriaque voce, in magna
C iocunditate supernæ gratiæ personarent. Quæ sonus adonario, tribus partibus diuisa constabat. Rationalis pertinebat ad humanam vocem. Irrationalis, ad instrumenta musica. Communis autem; de vtrisque partibus aptabatur: vt & vox hominis certis modulationibus ederetur; & instrumentorum melos consonâ se vicinitate coniungeret. Sic suauis illa, & iucunda musica Ecclesiam Catholicam tali actu prædicebat: quæ ex diuersis linguis, varioque concentu in vnam fidei concordiam erat, Domino præstante, creditura.

Ex quo numero, indita nomina frequenter in titulis inuenimus; vt, Idithun, Asaph, filij Chore, & his similia: Non quia ipsi, vt quidam volunt, auctores fuere Psalmorum; sed quemadmodum Præpositi Artificibus, administratores earum rerum probabiles extiterunt, vt huncce de tali commemoratione sumerent, qui officio sancto deuotis mentibus seruiebant; maxime, quia & nomina eorum intellectos rerum congruos indicare noscuntur. Non enim supradicti viri ad Psalmos faciendos
D electi sunt; sed eos congregatos tantum legimus ad canendum: Psalmographos autem fuisse historia nulla restatur. Et præsumptuosum est, dicere, quod nulla possit auctoritate firmari. Psalmos enim ad solum Prophetam Dauid pertinere, certis declaratur indiciis. Denique in Apocalypsi, volens istud opus intelligi, solius meminit dicens: Hæc dicit sanctus & verus, qui habet clauem Dauid; qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit. In Euangelio quoque Pharisæis ipse Dominus dicit: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo, &c. Vnde probatur Vniuersos Psalmos non multorum existere: sed tantum ipsius, quem à Domino constat esse nominatum. Vsus quoque Ecclesiæ Catholicæ, Spiritus sancti inspiratione generaliter & immobiliter tenet: vt quicunque eorum cantandus fuerit, qui diuerso nomine prænotantur, lector aliud prædicare non audeat, nisi Psalmos Dauid. Quod si essent proprij, aut Idithun, aut filiorum Chore aut Asaph, aut Moysi, eorum nomina vtique prædicarentur, sicut & in Euangelijs fit, quando aut Marci, aut Lucæ, aut Ioannis vocabulo pronunciantur. Quod etiam secutus Pater Augustinus, congruenter omnes Psalmos dicit esse Dauidicos.

III. *Quid significet*, in finem, *quod frequenter inuenitur in Titulis.*

FInem duobus dicimus modis. Primus est iste communis, atque mortalis, quando res aliqua ad extremum deducta peruenerit: nec vlterius potest prodire: qui motus sui terminum probatur accipere. Sic enim dicimus finitum cibum: qui sedulâ comestione consumptus est. Finitam pecuniam, quæ decerit expensa, &c. quæ hoc modo probantur edici. Secundus dicitur, finis perfectus, atque perpetuus, quem modo quærimus: qui tum nobis protendi magis, ac dilatari incipit, quando ad eum mens deuota peruenerit. Finis ergo legis ac plenitudo Domi- F
nus noster est, Christus, sicut Apostolus dicit; Finis enim legis est Christus ad iustitiam omni credenti. Ad quem dum peruenerimus, nihil vltra perquiremus: sed in ipso beatitudinis fine contenti, plenissimâ iucunditate perfruemur. Cuius tantùm amor proficit, quantùm intellectus noster, Domino præstante, clarescit. Et ideo, quoties in titulis Psalmorum, Finem, reperis, ad Dominum Saluatorem aciem intende, qui est finis sine fine, & bonorum omnium completiua perfectio.

IV. *Quid sit Psalterium, vel Psalmi quare dicantur.*

PSalterium est, vt Hieronymus ait, in modum literæ Δ formati ligni sonora concauitas; obesum ventrem in superioribus habens, vbi chordarum fila religata, disciplinabiliter plectro percussa, suauissimam dicuntur reddere cantilenam. Huic citharæ positio videtur esse contraria: dum, quod ista in imo continet; illud conuersa vice, gestat in capite. Hoc autem genus organi canorum, atque singulare, aptatur corpori Domini Salua- G
toris: quoniam sicut istud de altioribus sonat: sic, & illud gloriosæ institutionis superna concelebrat, sicut ipse in Euangelio dicit: Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur: Qui autem de cœlo venit, quæ vidit, & audiuit, testatur.

Vnde quidam hoc opus Dauidicum Psalmos dictos esse, præfiniunt, quia, de superno culmine resonare noscuntur. Cognosce vero quod isti tantum pro excellentia sui dicantur Psalmi, qui hoc volumine continentur. Nam & Psalterium, genus esse Musicorum * Daniel Propheta testatur, inquiens: Vocem tubæ, fistulæ, sambucæ, citharæ, psalterij & symphoniæ, omnisque generis musicorum. Nam & Paralipomenon exponit, cum dicit, de lignis thyinis, quæ vulgo * euchina vocantur, gradus factos in domo Domini, & in domo regia citharas quoque, & psalteria cantoribus. Hoc apud Hebræos dicitur nablum, quod tamen in suprascripto libro frequenti repetitione vulgatum est.

* Instrumentorum. Dan. 3. LXX. est 2. Par. 9. πεύκινα

Ipsum vero Psalmum Græcum esse constat vocabu- H
lum; quem dictum quidam volunt, ἀπὸ τοῦ ψάλλειν, hoc est, à tangendo. Nam & psaltrias, citharœdas vocamus, docto pollice modulationes musicas exprimentes.

V. *Quid sit Psalmus.*

PSalmus est, cum ex ipso solo instrumento musico, id est, Psalterio, modulatio quædam dulcis & canora profunditur.

VI. *Quid sit Canticum.*

CAnticum est, quod ad honorem Dei canitur, quando qui libertate propriæ vocis vtitur: nec loquaci instrumento cuiquam musico consonâ modulatione sociatur. Hoc est, quod etiam nunc in diuinitatis laudibus agitur.

A

VII. *Quid sit Psalmocanticum.*

PSalmocanticum erat, cum instrumento musico præcinente, canena chorua sociatis vocibus adclamabat; diuinia duntaxat vocibus obsecutua.

VIII. *Quid sit * Canticumpsalmum.*

* Canticopsalmum.

CAnticumpsalmum erat, cùm, choro antecedente, ars instrumenti musici in vnam conuenientiam cominer aptabatur: verbaque hymni diuini suauis copula personabat.

IX. *De quinquefaria diuisione.*

HAnc autem, quam diximus, quinquefariam diuisionem, provt vnaquæque earum, Psalmorum titulis potuerit conuenire, locis aptissimia edmonebo: vbi B significantiam quandam subsequentibua rebus mystica interpretatione contradunt. Sed quia sunt & aliæ multifariæ superscriptiones, quas prætereundas esse non arbitror, breuiter in vnam conclusionem æstimo colligendas; vt, nec fastidium lector incurrat: nec in damnu intelligentiæ necessaria fortè prætereat.

X. *De vnica inscriptione Titulorum.*

QVasdam superscriptiones Psalmorum per allusionem consimilem constat spiritualiter intuendas. Quia, si literam non consideres, extraneum est: cum non ea inuenias in Psalmis, quæ continentur in Titulis. Si vero trahantur ad Tropicum intellectum, nimia videntur accommodæ: Vt est illud, vbi res gestæ significantur; id est, cum fugit à facie Absalon. Vbi locus, vt est: cum esset in deserto Idumææ. Vbi dies: sicut est: in prima Sabbati. Vbi Hebræa nomina: sicut est, Idithum. C Vbi facta est comparatio gestorum, id est, cum mutauit vultum suum coram Abimelech. Vel specierum consimilium, id est, pro torcularibua. Quapropter, in superscriptionibus titulorum: siue Psalmum, siue Canticum, siue Psalmocanticum, siue Canticumpsalmum, siue in finem: siue aliquid de sexta, quam diximus, complexione, reperire potueris: aut sigillatim, aut vnum, duo vel tria, siue quatuor ex eia inserta cognoueria, ad illas virtutes trahe; quia, rerum istarum commemoratio, ad similitudinem occultæ intelligentiæ posita subtiliter inuenitur. Ista enim ante fores Psalmorum tanquam sacrata vela pendent: per quæ, si aciem mentis miendaa, tarescentibua quibusdam filis, facile eorum penetralia conspicies. Quis enim causas, tot diuersitates nominum putat otiosaa? cum nefas sit, credere, scripturas diuinas aliquid superuacuom continere. Legitur enim: Amen, amen dico vobia, quod iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia compleantur.

D

XI. *Quid sit diapsalma.*

INter expositores Psalmorum de hoc nomine quædam noscitur prouenisse diuersitas. Hieronymus, Hebraicæ linguæ doctissimua inquisitor, continuationem Spiritus sancti esse confirmat; ob hoc, quie diapsalma significet, semper. Beatus autem Augustinus rerum obscurarum subtilissimus indagator, inter ardua sine offensione discurrens, hanc potius partem elegisse cognoscitur: vt magis diuisio esse videatur, nominis ipsius discutiens qualitatem, συμψαλμα (sympsalma) quippe dicitur Græco vocabulo, vocum adunata copulatio, διαψαλμα (diapsalma) vero sermonum rupta continuatio: docens, vbicunque repertum fuerit, aut personarum, aut rerum fieri permutationem. Merito ergo tale nomen illic interponitur, vbi vel sensua, vel persona diuidi comprobantur. Vnde & nos diuisiones congruè faciemus, vbicunque in Psalmis diapsalma potuerit inueniri.

Reliquas, enrem provt datum fuerit, indagabimus, vbi tamen autoritas huius nominis non potuerit inueniri.

XII. *Verum in quinque voluminibus, Psalmorum sit f canda contextio, an certe vnus liber debeat nuncupari.*

BEatus Hieronymus prophetiam Psalmorum quinq libris putauit esse diuidendam; quia in textu oper huius quarto legitur, fiat, fiat: dum hoc verbo inte cedente, nonnulla se videatur aperire diuisio. Huic fau assensa posteritas. Credo, dum sibi consultum iudicaui quod in multas partes curtabatur tædiosa longinquita Hilarius autem Pictauiensis Episcopus, diuinarum r rum acutissimus & profundissimus exquisitor; co gruentiua librum æstimat dici debere Psalmorum; qu in Hebræo vnum volumen est: & maxime, cum i Actibus Apostolorum legatur dictum; in libr. Psa morum. Quapropter merito vnus liber dicitur r q tantâ auctoritate firmatur.

XIII. *Quemadmodum in Psalmis sit de Christo Di mino sentiendum.*

TRibus modis Psalmi loquuntur de persona Domi Iesu Christi, pro instructione fidelium. Primùm p id, quod ad humanitatem eiua noscitur pertinere, vt e illud secundi Psalmi: Adstiterunt Reges terræ & Princ pea conuenerunt in vnum aduersua Dominum, & adue sus Christum eius. Et in 20. Psal. Desiderium eius tribu sti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Si cundo, quod æqualis & coæternus ostenditur patri; i est illud eiusdem 2. Psalmi: Dominua dixit ad me: filiu meua es tu: ego hodie genui te. Et in Ps. 109. Tecum prin cipium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum, e vtero ante luciferum genui te. Tertio: à membris Eccl siæ, cuius ipse dux & caput est Christua; vt est illu 21. Ps. Longe à salute mea verba delictorum meorum. I in Ps. 68. Deua tu scia insipientiam meam, & delicta m à te non sunt abscondita: quod dictum pro vnoquoq fidelium debemus accipere. Cæterum delicta à Christ probantur funditua aliena Vnde Tichoniua in libris R gularum latius, diligenterque disseruit. Hoc, si animo co dimua, nulla confusione turbamur, quia error maxim inde nascitur; quando inconuenienter redditur alibi, qu dictum constat ad aliud. Nam si vno modo fuisset loc tus, quis eius potuisset geminam substantiam agnoscer cum etiam nunc in tam euidentissima distinctione nat tam diuinitatis & humanitatia Domini Christi, aliq nitantur sacrilega voluntate confundere.

Multa quoque secundum literam commonet: mul spiritaliter iubet, personas subito decenter immutat; nunc Christus Deus Verbum incarnatua, & homo fact caput Ecclesiæ, nunc ipsa Ecclesia, nunc homo iustu nunc pænitens loqui videatur; vt omnia necessaria tâga atque concludat. Vbique plenissimum cœlestium rerum sanctum vibrat eloquium, & multiplici diuersitate Virt tum, propter humani generis largiendam salutem, reg sui adoranda mysteria pius redemptor insinuat. Hæc id præfati sumus: vt, cum ventum fuerit ad loca talia, i trepidus lector audire possit, quod se iam salubriter dic cisse cognouerit. Illud tamen auctoritate Patrum, & ve ratia ipsiaa attestatione firmissima credulitate tenendu est. Vnum de Trinitate: siue, vnè ex Trinitate persona Deum Verbum, miseratione mortalium ex Maria Vi gine hominem factum spontaneà virtute, non ministe toriâ necessitate; quia, nec naturæ suæ vllam mutabi tatem sustinuit: nec assumptione carnia, augmentu Trinitatis effecit: sed, sicut quidam ait: Maculas nost lauit in sanguine rugas etiam tetendit in Cruce. Hoc cu sit spei nostræ singulare præsidium, beatitudo crede tium, felicitaa magna iustorum: non desinunt hæret impia voluntate corrodere; quod humano generi salu causam cognoscitur præstitisse.

A
X I V. *Quemadmodum sit expositio digesta Psalmorum.*

PRimo nobis de titulorum inscriptione, Domino iuuante, dicendum est. Vnde, velut vberibus expressis lacteus sensus diuinæ prædicationis emanat. Tum, vnusquisque Psalmus, pro sua qualitate videndus est: ne, nobis intellectum permisceat, aut occulta mutatio rerum, aut varietas introducta loquentium. Tertio: arcanum Psalmi, partim secundum spiritalem intelligentiam, partim secundum historicam lectionem: partim secundum mysticum sensum, subtilitates rerum discutiens, proprietatesque verborum, prout concessum fuerit, conabor aperire. Quarto, prout locus exegerit, Virtutem eius breuiter demonstrare contendam: quatenus intentio digesti carminis, diuino munere, oculis interioribus elucescat. Virtutem Psalmi dico inspirationem diuinam: qua nobis intentio superna reseratur: & sermone Dauidico, à vitiis nos remouet, & recte nobis viuere, persuadet. Quinto,
B
de Ordine numeri Psalmorum, cum res exegerit, memorabimus: qui reuerendissimarum rerum honore sacratus est. Hoc enim per singulos quosque Psalmos facere nobis difficile fuisse prohibemur, quod indeterminatum, atque suspensum, Patrum etiam reliquit auctoritas. Reliquos autem sibi calculos diligens perscrutator exquirat. Quoniam multa accessu temporis in scripturis diuinis fient clara, quæ nunc videntur abscondita. In conclusionibus vero, aut summam totius Psalmi sub breuitate complectemur, aut cootra hæreses aliquid dicemus destruendas. Ipsa est enim Domini vera dilectio: aduersarios eius odio habere perfecto.

X V. *De eloquentia totius Legis diuinæ.*

ELoquentia legis diuinæ, humanis non est formata sermonibus: neque confusis incerta fertur ambagibus: vt aut à rebus præteritis obliuione discedat, aut præsentium confusione inpediatur: aut futurorum dubiis ca-
C
sibus eludatur: sed cordi, non corporalibus auribus loquens: magnâ veritate; magnâ præscientiæ firmitate cuncta diiudicans: auctoris sui veritate consistit. Sic enim in Euangelio, de Domini Christi prædicatione dictum est: Loquebatur autem sicut potestatem habens, non sicut Scribæ eorum & Pharisæi. Ille, indubitata loquitur, cui omnia præsentia sunt: & rerum certus probatur esse subiectus. Eloquentia siquidem est ad vnamquamque rem competens, & decora locutio. Hæc igitur casta, fixa, verax, & æterna prædicatio, omnis purissimo nitet eloquio; cuius vtilitas lucet: magnificentia Virtutis apparet: operatio salutis arridet: sicut & in 118. Psal. dictatus est: quia eloquium tuum viuificabit me. Et iterum: Lucerna pedibus meis Verbum tuum Domine, & lumen semitis meis. Re vera lumen; quia semper vitalia iubet: noxia prohibet: terrena remouet: cælestia persuadet.

Hinc & Doctor gentium in epist. ad Cor. scribit: Non enim in sermone est regnum Dei, sed in Virtute. Idem ad Tim. in 2. memorat dicens: Omnis scriptura diuinitus in-
D
spirata, vtilis est ad docendũ, ad arguendũ, ad erudiendũ, ad corrigendum in disciplina, quæ est Iustitiæ; vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Hæc, sicut Patris Hieronymi testatur auctoritas, apud Hebr. aut rythmo, aut metrica constat lege composita, quæ, vt ipsi dicunt, fastutiis continetur. Fastutium enim est per cõmata procedens ad depromendũ sensum nauiter explicata conceptio. Cuius si Virtutem lector diligens perscrutatis, audi Apostolum ad Hebr. dicentem: Viuus est enim Dei sermo & efficax, & acrior omni gladio ancipiti: & pertingens vsq; ad diuisionem animæ ac spiritus, cõpagũ quoque ac medullarum; & discretor cogitationũ & intentionũ cordis. Scripturæ autem diuinæ sancta profunditas, adeo communes sermones habet, vt eam vniuersi incunctanter admittant. Sensus autem recondit veritatis arcanos, vt in ipsis studiosissimè vitalis sententia debeat indagari. Nam eam re vera esse diuinam, hinc maximè datur intelligi; quod indocti subtilissima, temporales æterna, nõ nisi diuino repleti spiritu, potuisse tradere, sentiantur.

E
Postremo: quot miracula iugiter facta sunt, donec scriptura ipsa mundi ambitum diuulgata compleret, sicut scriptum est: In omnem terram exiuit sonus eorum; & in fines orbis terræ verba eorum. Vnde, ad probationem pertinet maximã: quia, lex diuina per cunctas mundi partes cognoscitur fuisse suscepta. Hæc multis modis genera suæ locutionis exercet; definitionibus succincta, schematibus decora, verborumq; proprietate signata, syllogismorũ cõplexionibus expedita, disciplinis irrutilans, non tamẽ ab eis accipiens extraneũ decorẽ, sed potius illis propriam conferens dignitatẽ. Hæc enim quando in diuinis scripturis splendẽt, certa atq; purissima sunt. Cum vero ad opiniones hominum, & quæstiones inanissimas veniunt, ambiguis altercationũ fluctibus agitantur; vt, quod hic est firmissimè semper verum, frequenter alibi reddatur incertum. Sic & in lingua nostra, dum Psalmodiam canit, nobilitate veritatis ornatur. Cum ad fabulas ineptas, & blasphema se verba conuerterit, ab honore probitatis ex-
F
cluditur, sicut Apostolus Iacobus dicit: Ex ipso ore benedicimus Deum & Patrem; & ex ipso ore maledicimus hominem, qui ad imaginem & similitudinem Dei factus est. Hæc mundanarum artium periti, (quos tamen multo posterius ab exordio diuinorum librorum extitisse, manifestum est) ad collectiones argumentorum, quæ Græci Topica dicunt, & ad artem Dialecticam, & Rhetoricam transtulerunt, vt cunctis euidẽter appareat, prius ad exprimendam veritatem iustis mentibus datum; quod postea gentiles humanæ sapientiæ aptandum esse putauerunt.

Hæc in lectionibus sacris, tanquam clarissima sidera, relucent; & significantias rerum vtilissimis compendiis decenter illuminant: quæ nos breuiter locis aptissimis admonebimus. Quoniam res ipsæ commodissimè deducentur ad medium; per quas concepti sensus clarius elucebunt. Nam & Pater August. in li. 3. de doctrina Christiana, ita professus est: Sciant autem literati modis omnium locutionum, quos Grammatici Græco nomine tropos vocant, auctores nostros vsos fuisse Et paulo post se-
G
quitur quos tamen tropos, id est modos locutionum qui nouerunt, agnoscunt in literis sanctis, eorumque scientiâ, ad eas intelligendas aliquantulum adiuuantur. Cuius rei & in aliis Codicibus suis fecit euidentissimam mentionem. In libris quippe, quos appellauit de modis locutionum, diuersa schemata sæcularium literarum inueniri probauit in literis sacris. Alios autem proprios modos in diuinis eloquiis esse declarauit, quos Grammatici, siue Rhetores nullatenus attigerunt. Dixerunt hoc apud nos & alij doctissimi Patres: id est, Hieronymus, Ambrosius, Hilarius: vt nequaquam nos præsumptores huius rei: sed pedissequi esse videamur.

Sed dicit aliquis: Nec partes ipsæ syllogismorum, nec nomina schematum, nec vocabula disciplinarum, nec alia huiuscemodi vllatenus inueniuntur in Psalmis. Inueniuntur plane in virtute sensuum, non in effatione verborum. Sic enim vina in vitibus, messem in semine, frondes in radicibus, fructus in ramis, arbores ipsas sensu contemplamur in nucleis Nam & de profundissima abys-
H
so deliciosus piscis attingitur; qui tamen ante captionem suam humanis oculis non videtur. Merito ergo esse dicimus, quæ inesse nihilominus virtute sentimus. Nam & Apostolus vetat, nos seduci per vanam sapientiam mundi; ista vero non abnegat in literis esse diuinis.

Certè accedamus ad Psalmos, & interrogemus, quæ omni disputatione maior est, rerum fidem. Istud ergo principale, Virgineum, & salutare locutionis genus; plerumque res aliquas refert: & sæpe longe alia, quæ audiuntur exponit. Simplicitas duplex: & sine dolo bilinguitas: sicut fecit Ioseph; qui, dum fratres suos aspectu ipso & sermone patrio cognouisset; ita eis videbatur loqui, vt nullatenus posset agnosci: quod non est ad deceptionis studium sumptum: sed ad commodum magnæ vtilitatis effectum. Hebræos sermones adhibet, causas profundissimas innuentes. Vnam rem in malo & in bono plerumque ponit: vt, quod nomine videtur esse commune, probetur qualitatibus discrepare. Cælestia terrenis comparat; vt, quod incomprehensibilis magnitudo vetat in-

telligi,

A telligi, per notissimas similitudines possit aduerti. In verbis autem serendis, mira potentia est: vt subito, aperta nobis, atque incomprehensibilia, duobus tribusque sermonibus explicentur. Quid breuius dicam? frequenter etiam, vna syllaba; ineffabilem Domini naturam demonstrat; vt est illud: Qui est, misit me. Cuius omne Verbum subtiliter inquisitum, copiosis sensibus scaturit. Nam, sicut fœcundissimus ager, odoriferas herbas saluti nostræ producit accommodas, sic lectio diuina, cum per singula verba requiritur, semper illic cura mentis sauciæ reperitur. De cuius eloquentiæ modis: multi Patres latius, prolixiusque dixerunt: quorum nomina in libris introductoriis commemoranda perspeximus. Sed fons ille cælestis, quantum assiduè constat hauriri, tantum nescit expendi. Ac ne diutius in generalibus commoremur; specialia Psalterij, Domino iuuante, tangamus. Quoniam ipsa res euidenter agnoscitur, quæ communibus rebus præmissis, postea sub aliqua proprietate describitur.

B

XVI. *De propria eloquentia Psalterij.*

PRimum est: quod ipsi tantum Psalmi singulari nomine vocitantur: quos nos adhibitis huius linguæ peritissimis, cum eorum volumine conferentes, seruato vsu psallentium, suis versibus æstimauimus esse reddendos: ne se in præsumptum ordinem auctoritas permista confunderet. Deinde, quod nullum aliud opus auctoritatis diuinæ 150. sectionibus continetur. Vbi enim tot Tituli diuersa leguntur varietate conscripti? hîc: illud votiuum nomen, alleluia, in superscriptionibus inchoauit: hîc, commemoratio historiæ de Regum tracta volumine, in ipso limine posita virtutes noscitur indicare Psalmorum: hîc etiam, diapsalmata tantum interiecta monstrantur: hîc, Psalmi secundum virtutes suas, numerorum ordines tenent. Liber inchoans à beatitudine Christi: Noui & veteris Testamenti sacramenta percutiens, laudibus sanctis & sancta iubilatione concluditur: vt merito, se tali munere consoletur Ecclesia; quæ hîc multarum calamitatum cognoscitur afflictionibus sauciari. Nouit enim

C beneficio Domini triumphare de suis cladibus ingrauata: Persecutionibus siquidem proficit, afflictionibus semper augescit, sanguine Martyrum rigatur, tristitiâ magis erigitur, angustiâ dilatatur, fletibus pascitur, ieiuniis reficitur, & inde potius crescit, vnde mundus deficit. Quid enim in illo libro non inuenies, vnde se humanum genus debeat suauiter consolari? Thesaurus in pectore mundo semper excrescens; consolatio magna lugentium, spes beata iustorum, periclitantium vtile suffugium; vnde semper, quod expedit, tollitur: eiusque fons, indefecta perennitate seruatur.

B. quoque Athanasius Alexandrinæ ciuitatis Episcopus in libro, quem Marcellino suo charissimo destinauit, de proprietate Psalterij, vt verbis ipsius vtar, ita dicit: Quicumque [a] Psalmi verba recitat, quasi propria verba decantat: & tanquam à semetipso conscripta vnus psallit; & non, tanquam alio dicente, aut de alio significata sumit & legit; sed tanquam ipse de semetipso loquens,

D sic huiusmodi verba profert. Et qualia sunt, quæ dicuntur, talia velut ipse agens ea semetipso loquens, Deo videtur offerre sermones.

[a] Cassio. Psalter.

Psalterij quoque proprium est, quod per eum legis diuinæ sanctitas introitur. Non enim tyrones inchoant à Genesi, non ab Apostolo; non inter initia auctoritas Euangelica sancta pulsatur. Sed licet Psalterium quartus Codex sit diuinæ autoritatis: primum tamen tyrones inchoantes scripturas sanctas, inde legendi faciunt decenter initium.

XVII. *Laus Ecclesiæ.*

O Vere sancta, ô immaculata, ô perfecta mater Ecclesia: quæ, diuina gratia largiente, sola viuificas, sola sanctificas, & perditum propriis culpis, institutione sua, humanum genus instauras. Cuius piæ confessioni nihil addi, nihil minui potest. Per omnes quippe Psalmos, per omnia Cantica, præconia S. Trinitatis interseris: vt, cuius sunt sacrata verba, quæ loquimur: ei laus semper, & dulcissima gloria redderetur. Quæ solum seculi huius, & hæreticorum sæuissimas procellas in arca illius Noë similitudine, quæ tuam euidenter portauit imaginem; sola inoffenso fidei cursu, sine periculo diluuij, constanter enauigas; nec, vllis erroribus acquiescis; quamuis adhuc inter prauitates huius seculi, grauissimâ necessitate verseris. Quidquid enim reperitur præter vitale gremium tuum mortiferum constat esse naufragium. Nam cum Sabellius detestabilis erret in patre, demens Arius delinquat in filio, Manes sacrilegus neget Spiritum S. Alij scelerati veteri Testamento derogent, Nonnulli, noui gratiam non sequantur: Tu tantùm deuotione fideli, præstante Domino, inoffensè cuncta complecteris. Patrem quippe doces ingenitum; Filium genitum, Spiritum S. de Patre & Filio procedentem: Vnum Deum, sanctam prædicans Trinitatem coæternam sibi & æqualiter omnipotentem: Dominumque Christum, manentem in diuinitate sua, & carne humanitatis assumptæ; saluâ vniuscuiusque proprietate naturæ, vnam confiteris esse personam. Veteri Testamento, de nouo fidem faciens: nouum à veteri exortum esse cognoscens. F

Et, vt breuiter cuncta complectar, nescis loqui, nisi quæ expedit credi. Nam quamuis diuersis hîc afficiaris angustiis & dolosi hostis contrarietate quatiaris; tamen de totius mundi circulo congregata resplendens, in modum pulcherrimæ pyramidis, ad æterna regna perduceris. Quæ huic schemati non immerito compararis; quoniam de vniuersis gentibus extollens verticem preciosum, iustorum animas quasi lumen eximium ad superna regna transmittis. Meta frumentis plena cælestibus, de diuersis gentibus sanctorum beata collectio, serenarum mentium lampabilis cœtus, insolubilis constructio de viuis lapidibus fabricata, beatorum omnium æterna felicitas, sole lucidior, niue candidior, sine macula, sine ruga. De qua scriptum est in Cantico Canticorum: quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulcra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata. Et paulo post: Oculi tui columbarum, absque eo, quod intrinsecus latet. Cuius dentes, sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non G est inter eas. Sicut vitta coccinea labia tua, mater & Virgo, fœta & integra, genitrix & incorrupta, cuius os virtutum omnium fragrat odoribus. De qua sponsus dicit: Odor oris tui sicut malorum. Et post paululum: Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Fauus distillans labia tua sponsa: mel & lac sub lingua tua. Quæ mereris denique osculari Christum, & decus illud perenniter custodire virgineum. Tibi enim dicitur: Osculetur me osculo oris sui: quia, meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis: Et cætera, quæ liber ille diuinus mystica prædicatione complectitur.

Quapropter, factis auditoribus per quandam isagogen (quæ est sequentis operis introductio, index cœlestium mysteriorum, & sacræ prænuncia dictionis) vt opinor, sufficienter attentis: & desiderio superno diuinâ largitate flammantis: nunc ad soluenda, quæ promissa sunt, Christo iuuante, veniamus. Præsta Domine, cuius est omne, quod expedit: vt intelligenter, vt libenter, vt proficuè mereamur audiri. Tuis enim adiutoriis omnimodis H indigemus: vt valeamus concesso sermone, aliquatenus verba tuæ maiestatis exponere. Amen.

Prolegomena, id est, prædicenda. Antequam cœlestis Psalterij mella degustem, & campos illos gloriosissimæ Passionis, Domino præstante, contingam: quædam mihi videntur diuisis capitibus, de textu ipsius carminis intimare: vt & legentes distinctius debeamus edocere, & nos ordinet ipsos sine aliqua offensione curramus.

In prima itaque parte, Domini carnalis vita describitur.

In secunda, natura Deitatis ipsius subtiliter indicatur.

Tertia, multiplicatos dicit populos, qui eum nitebantur castinguere.

Quarta, Propheta in eisdem monitis perseuerat: vt desinant Iudæi mala cogitare, vel facere; quoniam se nouerint diuinis virtutibus destruendos.

In quinta, Dominus Christus clamat ad Patrem: vt

eios audiatur oratio : & in resurrectione ipsius modo profutura concedat.

Sesta, per totum Psalmum verba sunt pœnitentis, cui iunguntur eiusdem modi alij sex : qui tamen in conclusione 50. Psalmi descripti sunt.

In septima parte Christus humiliter quidem petit, vt ei subueniatur à Patre, sed habet fiduciam tectæ conuersationis; quod magis ad eius pertinet Deitatem. Sed more humanitatis assumptæ sibi postulat subueniri : ne diabolus animam eius, iniqua præsumptione diripiat : & gloria ipsius in puluerem deducta dispereat.

In octaua, Parabolis & tropicis allusionibus congregatis, subsequens drama decurritur, & per allegoricas similitudines omnia referuntur ad Dominum Christum. Quæ schemata nos locis aptissimis euidentissimè cōmonemus, vt lectori studioso ambiguitas cuncta tollatur.

Nona, Post multiplicia præconia, quæ modo à Deitate, modo ab humanitate ipsius, mutatis personis, & titulis ponitur Alleluia, quod significat, Laudate Dominum.

Decima, Sequuntur Gradales, qui animum nostrum ad Dominum Saluatorem, puta & humili satisfactione perducunt.

Vndecima, Variatis verbis, iterum laudes Domini, hymnidicâ exultatione concelebrat : modo Patris, modo Filij, modo Spiritus S. precans maiestatem : vt nulli sit dubium, S. Trinitatem singulariter omnipotentem, quæ vult, facere in cœlo & in terra.

Duodecima, Septem Psalmi relinquuntur in fine, qui exultationibus hymnidicis totam gloriam S. Trinitatis generaliter deuotâ mente concelebrant. Sic textus totius Psalterij 12. partibus diuisus, in Apostolorum numero, mirâ laude concluditur quatenus & iste illud agat, quod Christi discipulos fecisse cognouimus Est etiam eiusdem rei aliud euidentius sacramentum; quod 150. diebus diluuio superducto criminibus suis terra diluta est. Sic & hi Psalmi, tali numero producti, genus humanum peccatis suis pollutum, conuenienter reddunt absolutum.

Seruite Domino in timore. Breuis & plana est ista commonitio : qua hortatur Domino Deo non seruili sed amabili timore seruire. Et ne seruitium Dei durissimum fortè putaretur, subiunxit.

Et exultate ei : Quis timor Domini non ad miseriam, sed ad gaudium ducit. Et iterum : ne hæc exultatio negligens redderetur, addidit : *cum tremore.*

Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum. Dicendo enim : *Verba mea auribus percipe* : oris significat Psalmodiam. Sequitur : *intellige clamorem meum*, vt affectum cordis aperiret. Vox enim ista, non erat labiorum strepitus, sed cordis affectus.

Exultare Domine in virtute tua : cantabimus & psallemus virtutes tuas. Cantare est verba Domini ore proferre. Psallere autem, mandata diuina bonis operationibus constanter implere. Hæc enim duo, omnimodis à nobis expetuntur : vt laudes Domini fideliter ore cantemus : & opere nostro ipsius mandata faciamus.

Qui timetis Dominum laudate eum. Qui timetis Dominum, dicit : quia timor humanus non laudem parturit, sed vituperationē. Dei autem timor, quia iustus & rectus est, laudem generat, amorem tribuit, ardorem charitatis inflammat, quia Deum non meretur prædicare, nisi qui cognoscitur & timere. Ideo dixit : *qui timetis, laudate.*

Apud te laus mea in Ecclesia magna : Vota mea reddā in conspectu timentium eum. Apud Deū debet esse nostra laus, id est, de Deo: & hoc in Ecclesia Catholica, vt vota nostra acceptabilia sint Deo, quæ exhibemus corā timētibus is.

Vt audiam vocem laudis tuæ & enarrem vniuersa mirabilia tua. Vocem laudationis illam desiderabat forte audire; qua, angeli Domini laudant Deum, dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus. Dominus Deus Sabaoth; quam hodie S. Ecclesia in celebratione Missæ decantat, quando enim istam laudationem deuotè canimus, angelorum proculdubio vocibus admiscemur.

Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ. Decorem domus dicit nō pulchritudinē parietum, aut ministeriorum preciosissimos apparatus : sed qualitatem bonorum actuum; quæ constat in Psalmorum iubilationem, & in precum sanctitatem, & in Christiani populi humillimam deuotionem.

Psallite Domino sancti eius, & confitemini memoriæ sanctitatis eius. Qui sancti sunt; præcipitur vt psallant Domino; quia non est speciosa laus in ore peccatoris. Confitēda & laudanda est memoria sanctitatis eius; quæ humani generis misericorditer recordans effecit, quod nos saluare potuisset.

Exultate iusti in Domino. Iniusti exultent in sæculo, Finito sæculo finitur iniustorum exultatio. Exultent autem iusti in Domino; quia permanente Domino, permanebit iustorum exultatio. Exultare autem in Domino, ita conuenit, vt laudemus illum, qui solus non habet, quod nobis displiceat. Rectos decet collaudatio: illi sunt recti, qui secundum voluntatem Dei dirigunt cor : & in prosperitate, & in tribulatione laudant Deum.

Confitemini Domino, in cithara, in psalterio decem chordarum psallite illi. Cithara inferius habet lignum, cui superiacent chordæ, quæ tactæ resonant Psalteriū vero in superiore habet ipsum lignum. Per citharam intelligitur terrena prosperitas, siue aduersitas *Confitemini ergo in cithara*: id est, siue tibi abundet aliquid terrenū, gratias age illi qui dedit: siue tibi desit, vel forte damno auferatur, similiter gratias age. Non est enim tibi ablatus, qui dedit, licet sit ablatum, quod dedit. Potens est tibi, si vult plura largiri. Per psalteriū vero significantur præcepta cælitus hominib. data, quod psalterium decem chordarū dicitur; quia decem sunt verba legis, quæ, si implemus, perfecte Deo in psalterio canimus. *Confitemini Domino in cithara, &c.* Isti sunt iusti, quos superius dixit, qui sanctis actibus laudem Domini deuota modulatione decantant. Cithara est, sicut in præfatione iam dictum est, lignei ventris immodica concauitas; quæ sursum chordarū fila transmittens, sonis dulcissimus percussa perloquitur: quæ ideo tale nomen accepit, quoniam cita iteratione percutitur. Huic meritò comparantur opera, quæ terrenis reb. ad supernā gratiam porriguntur, id est, dum esurientem pascimus: dū nudum vestimus, dum ægrum visitamus, &c. quæ licet videantur carnalia, diuinitatis tamen amore peraguntur.

Citharizamus quoq; cum passionib. nostris, vel damnis, sicute ac læti dicimus; Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est : sit nomen Domini benedictū. Psalteriū vero decachordū esse diximus, quod ordine conuerso aluum citharæ in superiorib. habet, vnde ad inferiorem partem canora fila descendunt; cui præcepta Decalogi conuenienter aptantur. Quis secundū formā instrumenti hoius, de superna venientia Domini iussa suscipimus. Et considera; quia solum est instrumentū musicum: quod pro excellentia sui decachordū dicatur. Non enim hoc de cithara, vel aliis huiuscemodi instrumentis lectum esse meminimus. Decachordū verò psalterium, sicut veteres dixerunt, & illud nobis indicat sacramentum, vt referamus tria ad Deum, qui Trinitas est: id est, Primū, quod ait: Non habebis Deos alienos coram me: Secundū, Non facias tibi sculptile. Tertium, Non assumes tibi nomen Dei tui in vacuū. In quo iungit & de Sabbato. Septem vero, quæ sequuntur, ad dilectionem dixerunt proximi pertinere: id est, honora patrem tuum & matrē; Non occides; Non mœchaberis. Non furtum facies. Non loqueris contra proximum tuū falsum testimoniū. Non cōcupisces domum proximi tui. Nec desiderabis vxorē eius, &c. Sic totius decachorda psalterij virtus perfecta nobis & honorabilis indicatur. Psallimus quoq; & in decem chordis; quando in quinq; sensib carnalib. & in quinque spiritalib probabili nos conuersatione tractamus. Verum ista, quæ dicimus, non sunt extra nos posita: sicut in Musica disciplina. In nobis est cithara; in nobis est psalterium : imo ipsa organa nos sumus, quando ad similitudinem eorum, per gratiam Domini, actuum nostrorum qualitate certamus. Hæc autem & illo exemplo datur intelligi, vbi ait : In me sunt Deus vota, quæ reddam laudes tibi Hæc autem & similia, sicut sæpe diximus, Tropicis allusionibus edicuntur.

A *Cantate ei canticum novum, bene psallite ei in iubilatione.* Cantare canticum novum: exuite vetustatem. Non pertinet canticum nouum ad veteres homines. Bene psallite ei in corde, & voce, ne forte illi displiceat. Non enim vult Deus offendi aures suas. In iubilatione canit, qui tantam laudem Dei cum seruatore in corde amplectitur, vt eam voce explere non possit. In qua iubilatione non potest bene psallere, nisi qui bonæ studium conversationis adiunxerit.

Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Non solùm quando ad laudem Dei faciendam accedimus, sed omni tempore debes laudare & benedicere Deum, id est, talem te exhibere, vt, si lingua taceat, vita tua laudet Deum. Siue in prosperitate, siue in aduersitate sis, semper lauda Deum. Cum tibi est terrena prosperitas lauda Deum, qui dedit. Cum verò aduersitas, similiter lauda Domino, cuius iusto iudicio agitur, vt tibi aduersitas contingat. Ille laudat Deum in omni tempore, qui humilis B est. Quid est, esse humilem? nolle, in se laudari. Qui in se vult laudari, superbus est: qui verò superbus est, non potest laudare Dominum in omni tempore.

Bene nunciavi iustitiam tuam in Ecclesia magna; ecce labia mea non prohibebo. Ille bene nunciat iustitiam Dei in Ecclesia Catholica, qui bene viuit, & in laudando & prædicando Deum, segnis non efficitur, sed alios ad laudem Dei suo exemplo provocat.

Psallite Deo nostro, psallite, psallite Regi nostro, psallite. Vt hoc opus salutare ostenderet, ideo quatuor vicib. repetiit, *psallite.* Psallere enim est bonis actionib. laudes Deo canere, quod, si bene exhibeatur, etiam cum Angelis nobis probatur esse commune. *Psallite Regi nostro*: Christo dicit, non alieno, quem decet ista laudatio.

Quoniam Rex omnis terræ Deus: psallite sapienter. Ipse est enim veraciter Rex omnis terræ, cui sapienter psallere debemus: vt, non solum cantantes, sed intelligentes psallere debeamus. Nemo enim sapienter quidquam C facit, quod non intelligit.

Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Quis immolat Deo sacrificium laudis: nisi qui à terrenis vitiis fuerit segregatus. * Non enim placet Domino, si laudes eius turpis persona decantet. Turpem personam hic dico, quæ per vitia & peccata turpis redditur, quia cantandum est Domino corde, voce & opere; qui enim ita canit: Deum perfectè laudat.

* Ib Edit. Basil. Qui moritur mundo: vt hostia fiat christo.

Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei. Hoc contra illos ponitur, qui indigni, laudes Domini canere præsumebant. *Sacrificium laudis honorificabit me*; non quale scelerati canunt, sed quale pura mens consueuit offerre. Ipsum enim sacrificium laudis honorat Dominum: quod puritate fidei, & actionis probitate fuerit immolatum. Sequitur quoque: *Et illic iter est*; iter appellat, beatissimam psalmodiam. Sed hæc via vbi ducat, exponit: *quo ostendam illi salutare Dei.* Gloriosa semita, quæ ducit ad cœli terræque creatorem. Verum istud iter, quod dictum est; non pedibus, D sed sanctis mentibus ambulatur, quia, dum dulcedine & suauitate cantus delectatur: compunctionis gratia per visitationem diuinam in corde generatur. Vnde alius psalmus dicit Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies. De hoc sacrificio, in quo spiritus humiliatur, lachrymarum solent fluenta decurrere; quia, cum secundum Deum tribulatur, nobis absolutionem tribuit peccatorum. Et hoc sacrificium non spernit Deus, sed approbat, & eligit, & in conspectu suo admittit.

Paratum cor meum Deus, paratum cor meum, cantabo, & Psalmum dicam Domino. Paratum dicit se habere cor, ad gratias Domino referendum magis, quam ad seculares honores, & ambitiones appetendum. Cantare se dicit, vocibus gratiam referre. Psalmum dicere autem, prædicabili Dominum actione laudare.

Sic Psalmum dicam nomini tuo in sæculum sæculi, vt reddam vota mea de die in diem. Reddamus & nos vota nostra in isto transitorio die: vt in illa perennitate laudes Domini, eodem præstante, decantare mereamur.

E *Iubilate Deo omnis terra, Psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius.* Hortatur ad Psalmodiam omnem hominem, vt nomini Domini tali confessione gratias referat. Dat autem gloriam laudi eius, qui præconia Domini frequentatâ exultatione concelebrat.

Omnis terra adoret te, & psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo, Altissime. Hoc enim veraciter debemus Domino exhibere, vt adoretur: Id est, corde Deum credere, cui psallere iubemur, id est, psalmodiæ dulcedine eius magnalia resonare. Psalmum vero dicere, id est, bonis operibus Dominum confiteri.

Cantate Deo, Psalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi. Exultate in conspectu eius. Cantat enim Deo, qui contemplationem eius puro ac fideli semper animo contuetur. Psalmū dicit nomini eius: qui operas efficit, quas ille præcepit. Sequitur: *iter facite ei*, id est, corda vestra purificata præparate, quæ dignetur sanctus Dominus intrare. Addidit etiam: F

Exultate in conspectu eius. Non in præsentia hominum, vbi est caduca lætitia: sed in conspectu eius: vbi iugiter se puritas mentis oblectat.

Prævenerunt Principes coniuncti psallentibus. Coniunctam multitudinem significat psallentium: qui laudes Domini, & voce & bonis operibus personabant.

Narrantes laudes Domini & Virtutes eius, & mirabilia eius, quæ fecit. Facta quippe Domini narrare, laudasse est: cuius dum opera referuntur, gloria semper augetur.

Beatus populus, qui scit iubilationem. Ille beatus populus est, qui laudes Dei non solum ore cantat, sed etiam lumine mentis intelligit. Intelligere autem est, si operam dat, vt scripturas sanctas Catholicis regulis perscrutetur.

In decachorde psalterio, cum cantico in cithara. Decachordum psalterium decem præcepta legis significat: quod, tunc vere cantamus, si ea opere complemus. Ipse enim cantat cum cithara: qui bona opera perficit sine asperitate tristitiæ. G

Venite exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro. Velut quidam præco Iudicis, excitator populi gallus Ecclesiæ, orantes invitat, vt de somno huius sæculi evigilantes, laudes Domino debeant iocundâ exultatione concinere. Et quia est istius sæculi exultatio, quæ maximè animos hominum occupat, inde monuit, vt venientes, non sæculo, sed Domino exultemus & iubilemus.

Præoccupemus faciem eius in confessione, & in Psalmis iubilemus ei. Præoccupare, est ante aliquid facere; quam ille videri possit, qui creditur advenire. Ergo antequam dominus veniat, ei confiteamur, id est, Domino laudes religiosa devotione persolvamus. In psalmis etiam iubilemus ei, id est, psalmorum modulatione, cordis offeramus lætitiam. In opere enim laudis & psalmodiæ, vtrumque debet esse sociatum, quatenus officium linguæ nostræ coniuncto gaudio compleatur.

Cantate Domino canticum novum, cantate Domino omnis terra. Cantat enim Domino canticum nouum, qui vetere homine deposito per gratiam baptismatis, feliciter innouatus Dominum laudat. Iste cantus est, qui mentem purissimam consolatur. Ista modulatio, quæ medullitus delectat; quando verè cantat anima; quæ se à peccatis per Dei gratiam æstimat liberandam. H

Cantate Domino, & benedicite nomini eius, bene nunciate de die in diem salutare eius. Cantare enim Domino, & benedicere nomen eius non vnius diei iubemur excursu, sed, de die in diem, id est, semper, secundum morem S. Ecclesiæ, hoc agere debemus.

Cantate Domino canticum novum; quia mirabilia fecit. Propheta fideles admonet Christianos, vt cantici novi exultatione lætentur, quando mirabilis est Christi Domini confessus adventus. Novus enim homo cantare debet canticum novum, non ille vetustus, qui nec dum peccata * deponens, in prævaricatione veteris hominis perseverat.

* Ad. Edit. Basil.

Iubilate Deo omnis terra, cantate, & exultate, & psallite. Iubilare dictum est: cum magna delectatione in vocis gaudium prosilire. Cantare, est grauissimi Christiani oris

A a Domino personare Exultate: cum magna animi vota declarare. Psallere verò, bonis operi mandata complere.

Psallite Domino in cithara, in cithara, & voce psalmi. Psallit enim Domino in cithara, qui per actum carnalem mandata divinitatis operatur. Addidit *in voce psalmi*: vt non solum opere, verum etiam voce Deo cantetur.

Iubilate Domino omnis terra servite Domino in lætitia. Ipsa est enim iusti perfecta deuotio, Domino sub mentis iucunditate famulari; sicut & Apostolus monet: semper gaudete, sine intermissione orate: in omnibus gratias agite. Hæc est voluntas Dei in Christo Iesu: Licet seruitia Domini diuersis videantur officiis expedire, vt sunt ordines Ecclesiastici, monasteria, fidelium [cœtus] eremitæ, solitarij, laici, deuoti: omnia tamen ad hoc propriè referuntur, vt Domino sub lætitia seruiatur, non in murmuratione, aut amaritudine mentis.

B *Laudate nomen eius, quoniam suauis est Dominus.* Ne quis se putaret laudando fatigari, aut continuo labore lassescere, causam reddidit, quare laudandum sit nomen eius, id est, quoniam suavis est Dominus: & æterna sit misericordia eius, & vsq; in sæculum sæculi permaneat veritas eius.

Psallam & intelligam in via immaculata Quando venies ad me. Domino psallit, qui bonis factis suis eum placare contendit. Ipsa est enim suauissima virtus harmoniæ, quando vox cognoscitur operib. consonare. Nam, si hæ duæ res discrepabili sibi varietate dissentiant: nequaquam possunt psalmodiæ temperatam efficere cantilenam. Nec ad aures Domini venit, quod se mutua contrarietate confundit. Nam, si disciplinabilis illa psalmodia competenter dirigatur ad Dominum; vide, quid præstat? vt intelligat in via immaculata, quando ad se Dominus venire dignetur; quem magnopere sustinebat.

Benedicite Domino omnia opera eius, in omni loco dominationis eius benedic anima mea Dominum. Nam cum totum eius opus sint, omnia debent suum benedicere creatorem. Et sicut nulla creatura à laudibus Domini iubetur excipi: ita nec locus quisquam relinquitur, qui a tali munere segregetur. Cum * dicit, *in omni loco*, Ecclesiam significat † Ipsa enim vbique Dominum benedicit, vbiq; collaudat, & gratias maximas * hymnica exultatione concelebrat. Benedicamus ergo omnes in commune Dominum, opera eius hymnica exultatione celebremus. Quale enim sacrilegium est, vt, cum omnis creatura iubeatur benedicere Dominum, si homo desinat laudare Deum, qui ad imaginem & similitudinem eius noscitur esse procreatus.

C

* Dicitur Edi. Basil.

† Catholicam, Edit. Basil.

* Hymnidica. Bas. Ed.

Confitemini Domino & invocate nomen eius, annunciate inter gentes opera eius. Confitemini, id est, laudate eum, & bonis factis gratiam vobis diuinitatis adquirite; quia, id ipsum est laudare Dominum, & ore illi honorem deferre: & operib. eius iussiones efficere. Quod autem dicit: *annunciate inter gentes opera eius*: pastores Ecclesiæ commonet, vt indesinenter Dei magnalia annuncient.

D *Laudatio eius manet in sæculum sæculi.* Laudatio eius † nullo clauditur termino. Et ideo, quicunq; eum desiderat in æterna patria laudare, debet in præsenti sæculo in Dei laudibus assiduus esse.

† Non *dat Basil.*

Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Vox Apostolorum imperat, vt omnes gentes in S. Ecclesia laudent Dominum. Collaudatio est enim, cunctorum fidelium in vnum redacta laudatio: quando tota Ecclesia indesinenter Dominum laudat. Semper enim hoc agendum est. Sed maxime temporibus constitutis hoc ab omni fideli faciendũ, vt cum sanctis misceatur in laudib.

Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ. Cum dicit cantabiles, significat Psalmodiam cum magna delectatione peragendam; sicut dicit Apostolus: Cantantes & psallentes in cordib. vestris Deo. Cantus enim semper releuat labores, & non facit animo subrepere tædium, qui contemplationis magna suavitate mulcetur.

Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Id est, ad laudandum te. Merito tali tempore surgit ad laudes; quia media nocte, sicut Evangelium dicit: sponsus venit, & ianua clausa, inter fatuas Virgines inveniatur.

E *Septies in die laudem dixi tibi.* Septem illas significat vices, quibus se *omnis Ecclesia* consolatur, id est, matutinas, tertiam, sextam, nonam, lucernariam, id est, vesperam, completorios nocturnos. His enim temporibus, si tota Ecclesia laudat Deum, maxime illi debent hoc agere, qui ad hoc ordinati sunt.

Laudate nomen Domini: laudate servi Dominum. Id est, qui servi estis Domini, prona cum voluntate, laudate; quia, si bene laudas gratiam acquiris: si autem negligis, pro debita servitute [neglecta] damnaberis.

Confitebor tibi Domine, in toto corde meo; quoniam audisti verba oris mei: in conspectu angelorum psallam tibi. Quam valida, atque plenissima sit ista confessio, totius cordis adunatione monstratur. Nam cum dicitur in toto corde meo, nulla pars occupata in sæculi huius ambitione relinquitur: sed vniversum & solidum creatoris tantum, vt dignum est, laudibus applicatur.

F *In conspectu angelorum psallam tibi.* Hic psalmodiæ virtus ostenditur, vt, qui puro corde inter homines psallit, etiam sursum cum angelis canere videatur.

Effundo in conspectu eius orationem meam, Dictum est autem in conspectu eius; quia, bonas orationes diuinitas inspicit. Et cum voluntas nostra ab hominibus non possit conspici, ab illa tamen constat intendi.

Lauda anima mea Dominum: Ne terrenis desideriis voluntas ociosa † vacaret, & in futuris, vt assolet, curis, mentis occuparetur intentio: dat sibi Propheta salubre consilium, vt anima laudaret Dominum. Vnde promittit.

† M. S. Vagaretur.

Laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo, quamdiu fuero. In laudibus Domini se dicit delectari, ne noxiis sæculi occuparetur illecebris.

Laudate Dominum, quoniam bonus est Psalmus. Deo nostro iocunda sit laudatio. Laudemus ergo deuotione, qua possumus: & hic illa beata dona meditemur. Quid enim felicius, quam modo exercere, quod te speras in futura beatitudine posse peragere?

G *Deo nostro iocunda sit laudatio.* Tunc est Deo nostro iocunda laudatio: quando in vnam societatem vox & vita conuenerit. Nam quale est, vt Psalmus castitatem dicat, & cantator se ab obscœnitate non subtrahat? Si humilitatem prædicet: & narrator eius superbiæ flatibus intumescat?

Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Quid de isto Psalmo, & de reliquis duob. qui sequuntur, dicendum est, in quib. omnis creatura prouocatur ad laudem Dei; in fine dicitur: Omnis spiritus laudet Dominum. Si omnis creatura hortatur ad laudem Dei; quanto magis homo, qui intellectum habet, & omnes præcellit creaturas; quia ad imaginem Dei factus est, debet Deum laudare, qui nos fecit, & cum essemus perditi, de diaboli servitute nos redemit, & cœlestia regna, sua misericordia nobis tribuit. Ideo omnimodis Dei seruitium summo studio agendum est, vt ad promissa gaudia peruenire possimus.

H *Cassiodorus dicit in conclusione Psalmi 24.*

Viginti quatuor seniores indefessis vocibus laudes Domino suaui modulatione concelebrant, commonentes, vt ad similitudinem eorum, & nos psalmos frequentata devotione cantemus.

Item ipse in conclusione Psal. 32.

Habent enim beati musicam suam; quæ, animæ fidelis intrat auditum; cuius non deficit sonus, cuius non lassatur intentio. Relinquite ergo spectaculorum amatores, mortiferas voluptates, ad hæc magis gaudia, ad hæc mysteria convenite: vbi cithara & organum virtutes excitant; non desideria pravæ † voluptatis instigant.

† M. S. Voluntatis: minus opportunè.

Item ipse in conclusione Psal. 33.

Peracta sunt Psalmi huius sacrosancta mysteria: vbi sic missarum Ordo completus est: vt eum conscriptum putes temporibus Christianis. Hic enim & hymnorum ordo decursus est: hic ad communionem, devotus populos iubemur accedere; hinc invitantur venire, qui prima fidei rudimenta suscipiunt, vt omnes consonanter laudent Deum.

Item

A

Item ipse in Psal. 117.

Legimus in Apocal. Ioannis, Alleluia in cœlo cantare sanctorum multitudinem copiosam; quod etiam quatuor animalia, & viginti-quatuor seniores adorantes Dominum dicunt: quod totus ille exercitus cœlestis in vocem tubæ grandissimæ, hymnicâ exultatione concelebrant.

Item ipse in Psal. 134.

Post gradalium pulcherrimam constructionem; quæ vsque ad illam pervenit summitatem, quæ in æternum securos efficit & felices, congrue nimis ponitur Alleluia; vt laudibus Domini sancta perfruatur Ecclesia: cui tali munere noscitur præparatum. Quapropter syncetis mentibus Alleluia dicere festinemus: vt † illis per divinam gratiam misceamur.

† Illi sancto populo, Edit. Basil.

B

Item ipse in conclusione Psalmi 134.

Mirabilis Psalmus ad devotissimos populos instruendos Nihil enim post tanta beneficia reddere possumus, nisi, vt sicut in principiis dictum est, Dominum nostrum trina confessione prædicemus. Laudemus Patrem, laudemus Filium, laudemus Spiritum sanctum, vnum atque omnipotentem Deum; vt, sicut non est in illo diuersa substantia, ita non sit & in ipsa laude diversitas Hæc est revera laus, quæ nos reficit: hoc pabulum, quo anima devota saginatur. Ipsa est enim remuneratio nostra, quæ & operatio. In qua tantum reficimur, vt nulla delectatio similis esse videatur. Prædicemus itaque modo, vt cum in æternum cum Angelis laudare mereamur.

Item ipse in Psalm. 145.

C

Ecce iterum auribus nostris intonat cœlestis autoritas pulsatque Alleluia ianuas cordis, ne vacuis, atque inanibus cogitationibus occupemur; quoniam otiosum tempus non decet habere militem Christi. Habet enim & lingua fructus suos. Vbertima siquidem messis inde colligitur, si, in laudes Domini pura mente moveatur. Spiritale membrum est, cum famulatur auctori: ipsam quoque animam commendat, dum veritatem loquitur, quapropter compleamus aërem dulcissimis sonis. Nam musica ista salutaris, non solum mortalium permulcet auditum, sed etiam intellectum delectat angelicum.

Item ipse in Psal. 148.

Pars ista orationis paucis quidem syllabis artatur, sed cogitatu semper extenditur. Novitates enim suavissimas de se ejicit; cùm eam acies mentis inspexerit. Nam, dum

D

à lectore dicitur; prædicatio laudis est: cum à populo respondetur, hymnus est. Sic vna voce peragitur tam diversum mysterium: cum in ipsa nihil appareat immutatum. Subtiliter autem Psalmus iste tractandus est; quoniam Propheta per paucarum commemorationem, omnes creaturas hortatur laudes Domini debere cantare: Rationabiles & intellectuales per se: eas verò, quæ sunt intellectu, vel sensu carentes, per illas scilicet quæ opera Domini sapientissimâ consideratione collaudant.

Item ipse in conclusione novissima Psalmorum.

Quid enim in isto cœlesti armario scripturarum divinarum invenire non possis? Genesis * quæras hic, quemadmodum fuerit mundus fabricatus, exponitur. † Prophetias? Quis de incarnatione Domini tanta locutus est? Evangelium cupias? Passionem & Resurrectionem Christi Domini innumeris locis evidenter ostendit. Apostolum velis? Audi doctorem, audi miserentem, qui & futura iudicia propter correctiones prædicat, & pro peccatoribus frequenter exorat. Et ne longius differam. Quidquid in cœlo & in terra, in mari, vel apud inferos agitur, si cautissime legas, omnia suis locis posita competenter agnoscis Testis est Athanasij Episcopi sermo magnificus, qui virtutes Psalmorum indagabili veritate discutiens, omnia illic esse probat, quæcunque sacræ Scripturæ ambitu continentur. Naturam quoque Dei, si fas est, duobus verbis facit subintelligi: Ego, hodie; quæ nullis libris, nullis codicibus prævalet comprehendi: sicut explicatum est, quod breviter dicitur: & ex aliqua parte sensibile, quod tacetur In secundo quippe Psalmo Pater dicit ad Filium: Ego hodie genui te. In istis siquidem duobus verbis subtiliter significat, quod humanum intellectum transcendere posse videatur.

† Prophetas dicas? Edit. Basil.

E

Novum & vetus Testamentum tanta proprietate complectitur, vt re vera spiritalem Bibliothecam, in hoc libro intelligas esse constructam. Nam, si paradisus desiderabilis habetur, quod eum quatuor fluminum lapsus amœnare noscuntur; quanto beatior est anima, quæ 150. Psalmorum fontibus irrigatur? Nec solùm intra hunc numerum divina virtus operata est, multa latius patent; sive quæ, pro parte, intellecta sunt: sive quæ adhuc funditus ignorantur diversa miracula.

F

Incipiunt dicta Sancti Isidori De Templis.

Ex Isidori. lib. 1. de off. cap. 2.

TAbernaculum Moyses legislator primum Domino condidit, Salomon deinde templum, prudentiam peritorum instituit. Nostrorum post hæc temporum fides, in toto mundo Christi atria consecravit.

Ea, quæ in officiis Ecclesiasticis celebrantur, partim sanctarum Scripturarum autoritate, partim Apostolica traditione, vel consuetudine vniversalis Ecclesiæ statuta reperiuntur, quorum quidem primordia repetentes, quibus orta fuerint, vt prædiximus, autoribus referamus.

G

* *Cap. de Ecclesia, & vocab. Christianorum, non comparet in M. S.*

De choris.

Choros idem Moyses post transitum rubri maris primum instituit, & vtrorumque sexuum distinctis classibus, se ac sorore præeunte, canere Deo in choris carmen triumphale perdocuit. Chorus autem ab imagine ductus est coronæ; & ex eo ita vocatus. Vnde Ecclesiasticus liber scribit; stantem sacerdotem ante aram, & in circuitu eius coronam fratrum. Chorus enim proprie multitudo canentium est. Quique apud Iudæos non minus à decem constat canentibus: Apud nos autem, incerto numero à paucioribus, pluribusve, sine vllo discrimine, constat.

H

De Canticis.

Canticum idem tunc Moyses primus invexit, quando percussâ Ægypto decem plagis, & Pharaone submerso, Israëliticus populus per insueta maris itinera ad desertum gratulabundus egressus est, dicens: Cantemus Domino, gloriosè & reliqua. Deinde Debora non ignobilis fœmina in libro Iudicum, hoc ministerio functa reperitur. Postea multos non solum viros, sed etiam fœminas spiritu diuino completas, Dei cecinisse mysteria. Canticum autem vox humana est: Psalmus vero, qui canitur ad Psalterium.

De Psalmis.

Psalmis vsum esse primum post Moysen, David Prophetam, in magno mysterio prodit Ecclesia. Hic enim à pueritia in hoc munus à Deo specialiter electus, & cantorum princeps, psalmorumque thesaurus esse promeruit. Cuius psalterium idcirco cum melodia cantilenarum suavium ab Ecclesia frequentatur: quo facilius animi ad compunctionem flectantur. Primitiva autem

A Ecclesia ita psallebat, vt modico flexu vocis, faceret psallentem resonare: ita vt pronuncianti vicinior esset, quam canenti. Propter carnales autem in Ecclesia, non propter spiritales, consuetudo est instituta canendi, vt qui a verbis non compunguntur, suavitate modulaminis moveantur. Sic namque & beatiss. Augustin. in lib. Confess. suarum consuetudinem canendi approbat in Ecclesia: vt per oblectamentum, *inquit*, aurium, infirmior animus ad affectum pietatis exsurgat. Nam in ipsis (*ait*) sanctis dictis, religiosius & ardentius moventur animi nostri ad affectum pietatis, cum cantatur, quam si non cantetur. Omnes enim affectus nostri, pro sonorum diversitate, vel novitate, nescio qua occulta familiaritate excitantur magis, cum suavi & artificiosa voce cantatur.

De Hymnis.

Hymnos primum eundem David Prophetam condidisse ac cecinisse, manifestum est: deinde, & alios Prophetas. Postea quidem & tres pueri in fornace positi, B convocata omni creatura, creatori omnium hymnum canentes dixerunt. Itaque in hymnis & Psalmis canendis, non solum Prophetarum, sed etiam ipsius Domini, & Apostolorum habemus exemplum, & præcepta de hac re vtilia, ad movendum pie animum, & inflammandum divinæ dilectionis affectum. Sunt autem & divini hymni: sunt & ingenio humano compositi. Hilarius autem Gallus Episcopus Pictavensis, eloquentia conspicuus, hymnorum carmine floruit primus. Post quem Ambrosius, Mediolanensis Episcopus, vir magnæ gloriæ in Christo, & in Ecclesia clarissimus Doctor, copiosius in huiusmodi carmine claruisse cognoscitur: atque inde hymni ex eius nomine, Ambrosiani vocantur, quia, eius tempore primum in Ecclesia Mediolanensi celebrari cœperunt. Cuius celebritatis devotio, dehinc per totius Occidentis Ecclesias observatur. Carmina autem quæcunque in laudem Dei dicuntur, hymni vocantur.

C

De Antiphonis.

Antiphonas Græci primum composuerunt, duobus choris alternatim concinentibus, quasi duo Seraphim duoque Testamenta invicem sibi conclamantia. Apud Latinos autem primus idem beatissimus Ambrosius Antiphonas constituit, Græcorum exemplum imitatus. Ex hinc in cunctis Occiduis regionibus earum vsus increbruit.

De responsoriis.

Responsoria ab Italis longo ante tempore sunt reperta. Et vocata hoc nomine; quod, vno canente, chorus consonando respondeat. Ante autem id solus quisque agebat: nunc autem interdum vnus, interdum D duo, vel tres communiter canunt, Choro in plurimis respondente.

*De * laudibus.*

* *Edit. Paris.* de Alleluia.

Laudes, hoc est, alleluia canere, antiquum est, Hebræorum more. Cuius expositio, duorum verborum interpretatione consistit, hoc est, laus Dei. De cuius mysterio, Ioannes in Apocalypsi refert, spiritu revelante vidisse, & audisse vocem cœlestis exercitus angelorum, tanquam vocem validorum tonitruum; & tanquam vocem aquarum multarum, dicentium Alleluia. Ex quo, nullus debet ambigere; hoc laudis mysterium, si digna fide & devotione celebretur, Angelis esse coniunctum.

Alleluia autem, sicut & Amen, de Hebræa in aliam linguam nequaquam transferuntur: non, quia interpretari minime queant, sed, sicut aiunt Doctores, servatur in eis antiquitas, propter sanctiorem auctoritatem.

In Africanis autem regionibus non omni tempore, sed tantum Dominicis diebus, & quinquaginta post Dominicam Resurrectionem, Alleluia cantatur, pro significatione futuræ resurrectionis & lætitiæ. Verum, apud E nos, secundum antiquam Hispaniarum traditionem, præter dies ieiuniorum, vel quadragesimæ, omni tempore canitur Alleluia. Scriptum est enim: Semper laus eius in ore meo. Quod vero post consummatam Psalmorum, sive Lectionum prædicationem Alleluia, in fine cantatur, hoc in spe futura facit Ecclesia: significans post annunciationem regni cœlorum; quæ in hac vita, per vtrunque Testamentum mundo prædicatur: actionem nostram non esse futuram, nisi in laude Dei. Sic enim scriptum est: Beati, qui habitant in domo tua, Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Hinc est, quod & liber Psalmorum in laude concluditur, vt eadem post finem sæculi laus æterna monstretur.

* *Omissa capitula de Offertoriis, de Missa & Orationibus, De Symbolo Nicæno, De Benedictionibus in populo, De Sacrificio, &c.*

De tertiæ, sextæ, & nonæ horæ officiis. F

Horam tertiam, sextam, & nonam Daniel, & tres pueri supplicationibus devoverunt, scilicet vt ab ortu diei in tempus precationis tres horæ porrectæ, Trinitatis nobis reverentiam declararent: Pariter à tertia vsque ad sextam, atque inde vsque ad nonam, per paria lucis intervalla ratis dimensionibus terminata; Trinitas, ter die rogata coleretur. Illud etiam occurrit ad probationem venerabilis Trinitatis; quod Spiritus sanctus hora tertia, hoc est, suo loco, numero & tempore, descendit ad terras, impleturus gratiam, quam Christus promisit. Nam & sexta hora Christus passus; in nonâ patibuli cruciamenta porrexit. Tali enim Sacramento legitimis ad precem temporibus, per ternas horas, Trinitatis perfectio aut laudatur celebritatibus, aut precibus impetratur. Et si computetur diurna celebritas, per quaternarium vsque in vespertinum officium, hoc est, * quater significatur; quia mundus quadrifarie divisus in Trinitate salvatur. Siquidem & in nocte stationes & vigiliæ militares in quatuor partes divisæ, ternis horarum spatiis secernuntur: vt & in ipsis nocturnis, mundialibusque officiis, Trinitatis mysterium veneretur.

* *Edit. Paris.* G quaternitas *habet.*

De Vespertinis.

Vespertinum diurni finis officium, diurnæ & alternæ lucis occasus est: cuius ex veteri Testamento solennis est celebratio. Denique hoc tempore veterum sacrificia offerri, adolerique altario aromata & thus, mos erat. Cuius rei testis est ille † hymnicus regio ac sacerdotali functus officio dicens: dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo: Elevatio manuum mearum, sacrificium vespertinum. In novo quoque Testamento; eo tempore Dominus & Salvator noster, cœnantibus Apostolis, mysterium sui corporis & sanguinis initio tradidit: vt tempus ipsum sacrificij vesperum ostenderet sæculi. Proinde in honorem ac memoriam tantorum sacramentorum, his temporibus nos adesse decet Dei conspectibus, & personare in eius cultibus; orationum nostrarum illi sacrificium offerentes, atque in eius laudibus pariter exultantes. Vesperum autem nominatur à sydere, quod Vesper vocatur & decedente sole exoritur. De quo Propheta dicit: Et vesperum super filios hominum prodire facis.

† *Edit. Paris.* Hymnidicus, *forte rectius.* H

De Completis.

De Completis autem celebrandis, id etiam in Patrum invenimus exemplis, David Propheta dicente: Si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis & palpebris meis dormitationem: aut requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Quis non stupeat, tantam in Dei amore animi devotionem? vt, somnum sibi, sine quo vtique corpora humana deficiunt, penitus interdixerit, donec locum ac templum Domino fabricandum in pe-

ctore

A ctore suo, Rex & Propheta reperiret ? Quæ res nos debet fortiter admonere, vt, si ipsi locus Domini volumus esse, & tabernaculum eius, aut templum cupimus haberi Spiritus Sancti in quantum possumus, exempla sanctorum imitemur ; ne de nobis dicatur ; quod intelligitur : Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.

De Vigiliis.

Vigiliarum auctoritas antiqua est : Vigiliarum devotio familiare bonum omnibus sanctis fuit. Esaias denique Propheta exclamat ad Deum dicens : De nocte vigilat spiritus meus ad te Deus ; quia lux præcepta tua sunt super terram. Item David : Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super iudicia iustitiæ tuæ. Hoc namque tempore vastator Angelus transiens, primogenita Ægyptiorum percussit. Vnde & nos vigilare

B oportet : ne periculo Ægyptiorum admisceamur. Iisdem etiam horis venturum se esse, in Evangelio Salvator adstrinxit. Vnde & ad vigilandum auditores suos docuit, & suscitans dicit : Beati servi illi, quos, cum venerit Dominus, invenerit vigilantes. Etsi vespertina hora, inquit, invenerit ; etsi media nocte ; Etsi galli cantu, invenerit eos vigilantes : Beati sunt. Ideò & vos estote parati ; quia, qua nescitis hora, filius hominis venturus est. Siquidem nec verbis solum docuit vigilias : sed etiam confirmavit exemplo. Nam testatur Evangelium, quia erat Iesus pernoctans in oratione Dei. Paulus quoque & Silas in custodia publica, circa medium noctis orantes, hymnum, audientibus cunctis, vincti dixisse memorantur. Vbi repente terræmotu facto, & concussis carceris fundamentis, & ianuæ sponte apertæ, & omnium vincula sunt soluta. Vnde oportet his horis, psallendi, orandique frequentiam nos in sanctis habere officiis, finemque nostrum, vel, si advenerit, sub tali actu

C expectare securius.

Est autem quoddam genus hæreticorum, superfluas existimantium sacras vigilias, & spirituali opere infructuosas, dicentes iura temerari divina, qui noctem fecit ad requiem, sicut diem ad laborem. Qui hæretici græco sermone † νυστάζοντες, hoc est, somniculosi vocantur.

† Nyctages, Nystacæ. Isid. lib. Ety. 8. c. 5.

De Matutinis.

De matutinorum antiquitate, & auctoritate, testis est idem David Propheta dicens : In matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus. Et alibi : Prævenerunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua. Cassianus autem dicit : matutinæ solennitatis officium novo adhuc tempore institutum, primitus in Bethlehem monasterio, vbi Dominus noster Iesus Christus pro redemptione humanæ salutis, ex Virgine nasci dignatus est :

D sicque ex illo, per vniversum mundum eiusdem celebrationis invaluit consuetudo. Diluculo autem proinde oratur, vt resurrectio Christi celebretur. Matutinâ enim luce radiante, Dominus & Salvator ab inferis resurrexit ; quando cœpit oriri fidelibus lux, quæ moriente Christo, occiderat peccatoribus. Siquidem & eodem tempore cunctis spes futuræ resurrectionis creditur : cum iusti, & omnes ab hac temporali morte, quasi à sopora somni resurgentes evigilabunt.

** Item alia constitutio S. Benedicti, qualiter divina opera per diem agantur.*

* Ex Reg. S. Bened. c. 16.

Vt ait Propheta : Septies in die laudem dixi tibi. Qui septenarius sacratus numerus à nobis sic implebitur : si Matutinu, Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Vesperæ, Completorijque tempore, nostræ servitutis officia persolvamus ; quia his diuinis horis dixit Propheta : Septies in die laudem dixi tibi. Nam de nocturnis Vigiliis idem ipse Propheta ait : Media nocte surgebam ad confitendu[m] tibi. Ergo his temporibus referamus laudes creatori n[ostro], super iudicia iustitiæ suæ ; id est, Matutinis, Prim[a,] Tertia, Sexta, Nona, Vespera, Completorio : & nocte s[ur]gamus ad confitendum ei.

De † disciplina psallendi.

Vbique credimus divinam esse præsentiam, & ocul[os] Domini in omni loco speculari bonos & malos, ma[xi]me tamen hoc sine aliqua dubitatione credamus, c[um] ad opus divinum adsistimus. Ideo semper memores [si]mus, quod ait Propheta : Servite Domino in timore. [Et] iterum : Psallite sapienter. Et : In conspectu angelor[um] psallam tibi. Ergo consideremus, qualiter oporteat n[os] in conspectu divinitatis, & angelorum eius esse : Et [sic] stemus ad psallendum, vt mens nostra concordet v[oci] nostræ.

De reverentia orationis.

Si cum hominibus potentibus volumus aliqua su[g]gerere, non præsumimus, nisi cum humilitate, & rev[e]rentia. Quanto magis Domino Deo vniversorum, cu[m] omni humilitate, & puritatis devotione supplicandu[m] est. Et non in multiloquio, sed in puritate cordis, & con[m]punctione lachrymarum, nos exaudiri sciamus. Et ide[o] brevis debet esse, & pura oratio ; nisi forte ex affec[tu] inspirationis divinæ gratiæ protendatur. In conventu t[a]men, omnino brevietur oratio ; & facto signo, à Prior[e] omnes pariter surgant.

Item alia constitutio : pro qualibus virtutibus cant[e]tur omnis cursus in Ecclesia Dei.

PRimum nocturna propter hoc canitur, pro illa vi[c]toria, quam fecit Deus, quando omnia primogeni[ta] Ægypti occidit, & omnia idola destruxit : Vel Paulu[m] & Silam de carcere liberavit. Et quod dicit Evangelista : *Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, ex[ite] obviam ei.* Gallorum cantus, pro quid cantatur, respo[n]dit, quando negavit S. Petrus ter in passione, & pos[t] probatus fuit ad fidem.

Matutina propter hoc dicitur : quia, mane surrex[it] Christus, sicut dixit vnus Evangelista. *Vna autem Sa[b]batorum venerunt ad monumentum orto iam Sole.* Et ali[us] dicit : *Vna autem Sabbati, Maria Magdalena venit c[um] adhuc tenebræ essent.* Tertius dicit : *Vespere autem Sabb[a]ti, quæ lucescit in prima Sabbati*, quis ...... qui iussi super terram tota illa hora collaudent. Et tunc omn[es] animas iustorum, qui in inferno erant, in sua resurrecti[o]ne liberavit, quia mane resurrexit Christus.

Prima autem propter hoc cantatur, quia tunc fu[it] consilium datum contra filium Dei, quomodo illum pe[r]deren[t].

Tertia verò, quia tunc iudicaverunt Iudæi Dominu[m] quando dixerunt, Christus crucifigatur. Et hora tert[ia] descendit Spiritus sanctus super Apostolos, quando fu[e]runt in vnam domum congregati. Et, dixit Dominu[s] *Accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata, remi[t]tuntur eis.*

Sexta vero, sic ascendit Dominus in crucem. Et [...] tenebræ factæ sunt vsque in horam nonam. Et tunc v[o]cavit Dominus Paulum, quando persecutor erat Christi[a]norum, & dixit Dominus : *Saule, Saule, quid me per[se]queris ? durum est tibi contra stimulum calcitrare.* Et tu[nc] venit vox ad Cornelium, quando dixit Dominus : *Corn[e]li, exaudita est deprecatio tua.*

Non verò, sic emisit Spiritum Dominus de cruce [...] hora nona descendit vas ad S. Petrum, vbi fuerunt o[m]nia munda, & immunda.

Vespere autem, sic cœnavit Christus cum discipu[lis] suis, quando ieiunavit quadraginta diebus, & quadr[a]ginta noctibus. Et sic cessavit lex vetus, & incepit no[va].

Duodecima, sic ascendit Dominus in montem O[li]veti, solus oravit, & guttæ sanguinis in sudore de fro[nte]

A eius eeciderunt. Et malunt meritum, quod ad Adam dicit: *In sudore vultus tui, vesceris pane tuo:* & nos propter hoc liberavit.

Dicta Beda, ex homilia Evangelij de Paschà.

Diluculo igitur aromata ad monumentum Domini ferimus; cum memores passionis ac mortis, quam pro nobis suscepit, & actionum bonarum, proximus foras lucem monstramus: & suauitate puræ compunctionis, intus in corde fervemus; quod & omnibus horis, & tunc maxime fieri oportet, cum Ecclesiam oratum ingredimur: cum appropiamus altari, Dominici corporis & sanguinis mysteria sumpturi. Si enim mulieres, tantâ cura corpus Domini mortuum quærebant: quanto magis convenit, nos, qui eum resurrexisse à morte, qui ad cœlos ascendisse; qui potentia divinæ maiestatis, vbique præsentem esse cognovimus, cum omni B reverentia, eius adstare conspectibus, eius mysteria celebrare [debemus.] Bene autem dicitur, portanter, quæ paraverunt aromata. Aromata namque, quæ ad obsequium Domini portemus, prius parasse est Domino, cor ante tempus orationis à supervacuis expurgare cogitationibus: vt in ipso tempore orandi, nil sordidum mente recipere; nil rerum labentium cogitare; nulla prætetea, [quam] quæ precamur, & ipsum meminisse notimus: iuxta exemplum eius, qui ait: Paratum cor meum, cantabo & Psalmum dicam Domino. Nam, qui ad orandum Ecclesiam ingressus, inter verba obsecrationis, consuetudinem superfluæ cogitationis ab animo repellere negligit; quasi Dominum quærens, minus parata secum aromata detulit. Maxime tamen Angelici nobis spiritus adesse credendi sunt; cum divinis specialiter mandati obseqoiis, id est, eum Ecclesiam ingressi vel lectionibus sacris autem accommodamus, vel psalmodiæ operam damus, vel orationi incumbimus, vel C etiam Missarum solennia celebramus. Vnde monet Apostolus, mulieres in Ecclesia velamen super caput habere, propter Angelos. Et Propheta ait: In conspectu Angelorum psallam tibi. Nec dubitare licet, vbi corporis & sanguinis Domini mysteria geruntur, supernorum civium adesse conventus, qui monumentum, quo corpus ipsum venerabile positum fuerat, & vnde resurgendo abscesserat, tam sedulis servant excubiis. Vnde studendum solerter est, fratres mei, vt, cum Ecclesiam, vel ad divinæ laudis debita solvenda, vel ad agenda Missarum solennia intramus, semper Angelicæ præsentiæ memores, cum timore & veneratione competenti, cœleste compleamus officium, in exemplum fœminarum Deo devotarum, quæ apparentibus ad monumentum angelis, timuisse, ac vultum declinasse narrantur in terram.

Dicta Beda ex homilia de muliere Chananæa.

D Notandum interea, quod hæc orandi pertinacia, ita solum meretur esse fructifera [vt] si quid ore precamur, hoc etiam mente meditemur; neque alio clamor labiorum, quam cogitationum scindatur intuitus. Sunt enim, qui intrantes Ecclesiam, multis psalmodiam, vel orationem sermonibus prolongant: sed alibi corde intendendo, nec ipsi, quid dicant, recolunt: Ore quidem orantes, sed mentem foris vagantem omni orationis fructu privantes: putantes à Deo precem exaudiri, quam nec ipsi, qui fundunt, audiunt: quod antiqui hostis instinctu fieri, nemo est, qui animadvertere nequeat. Sciens enim vtilitatem orandi, & invidens hominibus gratiam impetrandi, immittit orantibus multimoda cogitationum levium, & aliquando etiam turpium, nocentiumque phantasmata, quibus orationem impediat, adeo, vt nonnunquam tales tantosque discurrentium cogitationum fluctus, prostrati in oratione toleremus. Vnde necesse est, fratres charissimi, vt agnitam diaboli cuteamus superare malitiam: Et ipsi videlicet animum ab huiusmodi nebulis, quas hostis aspergere gaudet, in quantum E possumus, serenando, & pii defensoris perpetuum flagitando præsidium; qui potens est, quamlibet indignis precatoribus, & puram orandi, & perfacte impetrandi concedere gratiam. Multum autem iuvat orationis puritatem, si omni loco, vel tempore nos ab actibus temperemus illicitis: si semper ab otiosis sermocinationibus auditum pariter castigemus & linguam, si in lege Domini ambulare, & testimonia eius adsuescamus toto corde scrutari. Quæcunque enim sæpius agere, loqui, vel audire solemus, eadem necesse est sæpius ad animum, quasi solitam, propriamque, recurrant ad sedem. Et sicut volutabra sues palustria, columbæ limpida solent frequentare fluenta; Ita cogitationes impuram mentem immundæ perturbant; castam spiritales sanctificant. Sane, si ad exemplum Chananææ mulieris in orando perstamus, fixique manemus, aderit gratia conditoris nostri, quæ cuncta in nobis errata recorrigat; immunda sanctificet, turbulenta serenet. Fidelis namque & iustus est, F vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate: si ad illum sedulâ mentis voce clamamus; qui vivit & regnat cum Patre in vnitate Spiritus Sancti per omnia secula sæculorum, Amen.

Augustinus de laude Psalmorum dicit.

Omnes virtutes in Psalmis invenies, si à Deo merueris, vt tibi revelet secreta Psalmorum. Si vis pro peccatis tuis pœnitentiam agere, & confessionem peccatorum tuorum, & veniam rogare delictis; quantum valeas, non celeritate verborum, sed mente cogitando, ac scrutando, decanta septem Davidicos penitentiæ Psalmos, quorum initium est, duo, Domine ne in ira, & duo; Domine exaudi: Et, Beati quorum: Nec non, Miserere mei Deus secundum, atque, De profundis: & celerrimam invenies clementiam Dei, totam mentem spiritali gaudio ac lætitia illuminare, & magnam spem de indulgentia tibi promittere.

G Si vis orare, permitte mentem tuam in virtute Psalmorum, quorum initium est Ad te, Domine levavi. Et, Deus in te speravi Domine. Nec non: Inclina Domine; Et Deus in adiutorium meum, Deus in nomine tuo; Deus misereatur nostri: Et, Exaudi Domine iustitiam meam, Et nullatenos poteris propriâ linguâ, nec humano sensu tam perfectè miseriam tuam, ac tribulationem, angustiamque diversarum tentationum explicare, & illius misericordiam implorare, quàm his psalmis, & cæteris similibus.

Si vis omnipotentem Deum laudare, & ipsius maiestati, omnium beneficiorum suorum, quibus humano generi ab initio mundi in veteri Testamento per Patriarchas & Prophetas, in novo quoque per incarnationem sempiterni Filij sui misertus est, gratias agere, decanta illos Psalmos, quorum titulus Alleluia est.

Hæc, quorum initium est, Vel, Confitemini, aut, Laudate H Dominum, Vel Laudate Deum, aut etiam, Benedic anima mea: & super omne mel & favum omnipotenti Deo dulce munus offeres, si his psalmis continuè illum laudes ac magnifices.

Si diversis tribulationibus afflictus sis; &, vel humanis, vel spiritalibus tentationibus vndique adstrictus, & tibi videris à Deo esse derelictus, qui plerumque sanctos ad tempus derelinquit probandos, & per id tibi videtur, tentationem maiorem esse, quam tolerari possit, intimâ mente decanta illos Psalmos, quorum caput, Deus Deus meus, respice in me; Exaudi Deus orationem meam cum tribulor, Salvum me fac Deus; & clemens Dominus statim te adiuvabit, & tentationem, quam pateris, tolerare poteris Si tibi præsens vita fastidiosa fit, & animum tuum [nil inferiorum] delectat, supernam patriam contemplare, & omnipotenti Deo ardenti desiderio intenta mente, hos psalmos decanta; Quemadmodum desiderat cervus; Et, Quam dilecta tabernacula tua; Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo, & clemens Deus citius mentem tuam consolabitur.

A Si te in tribulationibus à Deo derelictum, intelligas, compuncto corde canta hos Psalmos: Vsque quo Domine: Deus auribus nostris audiuimus: Miserere mihi Domine: Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam. In te Domine speraui: Et Deus te lætificabit statim.

Post acceptã autem quietẽ, ac prosperitatis tẽpus, hos Psalmos decanta: Benedicam Dominũ in omni tempore. Benedic anima mea Domino: Exaltabo te Deus meus Rex: Et omni tẽpore, siue prosperitatis, siue aduersitatis, semper hymnum trium puerorum decanta; quia nullus mortalis virtutem huius hymni explicare potest; in quo omnis creatura ad laudandum creatorem inuocatur.

Si volueris in toto corde te exercere in diuinis laudibus: Psalmum, Beati immaculati, decanta: in quo nullus penè versus est, vbi non sit, vel via Dei, vel lex, vel mandatum, siue præcepta Dei, vel verba, aut iustificationes, vel iudicia, aut sermones Dei, descripti.

B Mementote, quomodo S. Samuel Propheta, etiam in veteri Testamento docuit dicens: Præparate corda vestra Domino, & seruite ei soli, & liberabit vos de manibus inimicorum vestrorum.

Videte, qualiter mandat hymnum trium puerorum decantare, & omnes creaturas per interualla ad Deum laudandum prouocare: Non sicut vos cantus, confusè, nullam differentiam facientes, sed currendo, & non separando verba, quod necesse est, vt emendetis.

OPPOSITIO EX PERSONA
Seuerianorum contra Fidem orthodoxam, cum responso incerti Auctoris.

C SCIO plane, id quod negari non potest, quod vos Chalcedonenses Cyrillum Archiepiscopum Alexandrinum habetis magistrum, & columnam fidei orthodoxæ, sicut & nos. Hic autẽ sanctus vsus est exemplo hominis è nostro numero, loquens sic de vnione in Christo in epistola secunda ad Successum: Sit, inquit, nobis exemplum homo similis nobis. Duas enim naturas in eo intelligimus, vnam quidem animæ alteram vero corporis, & quæ sequuntur. Ego vero hoc exemplo dogma nostrum confirmare possum. Sicut enim Petrus vnus & idem est, & duas naturas habet, naturam dico animæ, & naturam corporis, & nec anima eius cõuersa est in corpus, neque corpus in animam, sed remanserunt in eo duæ naturæ, natura animæ, & natura corporis, immutabiles, non confusæ, neque diuisæ, tamen ex vtrisque naturis animæ & corporis constitutus est Petrus, constitutaque est ex duabus naturis vna hypostasis, & vna natura composita, sic Christus vnus & idem est, & habet naturas duas naturam dico diuinitatis, & naturam humanitatis, &
D neque diuinitas eius conuersa est in humanitatem: neque humanitas mutata in diuinitatem, sed manserunt in eo duæ naturæ immutabiles, non confusæ, neque diuisæ. Veruntamen ex vtrisque naturis constitutus est Christus, factaque est vna hypostasis, & vna natura composita.

Ego vero tibi respondeo, quod Petrus non est anima sua, neque suum corpus. Et à me interrogatus responde, quæ est animæ definitio? Necesse est dicas, animal rationale, immortale. Quæ rursus definitio corporis? Animal dices irrationale, mortale. Quæ vero definitio Petri? Animal rationale mortale; vides, quemadmodum Petrus definitionem corporis recipit? Accepit ex definitione animæ rationale, & abiecit immortale, ex definitione corporis accepit mortale, & reiecit irrationale.

Tredecim capita, in quibus demonstratur, quid dissimilitudinis habeat exemplum hominis cum vnione in Christo.

Anima Petri non est ante corpus eius, diuinitas vero Christi est ante humanitatem eius. Anima Petri non est hypostasis sui corporis: Deus verbum factum, est hypostasis suæ carnis. Hypostasis Petri non erat ante compositionem animæ cum corpore. Hypostasis Christi erat ante vnionem diuinitatis cum humanitate. Petrus non est anima sua, neque suum corpus, quia non recipit definitionem animæ, neque definitionem corporis, sicut ante demonstratum est: CHRISTVS vero est Deus perfectus, & homo perfectus, quia recipit perfectè definitionem diuinitatis, quæcunque illa sit, quamuis nobis ignota, & perfectè definitionem humanitatis, quæ est animal ratione. Petrus non recipit duo contraria secundum naturam, verbi gratia, non potes dicere, est rationalis, & irrationalis, mortalis, & immortalis, passibilis, & impassibilis, corpus, & incorporeus, & alia similiter: Christus autem recipit duo contraria. Secundum enim naturam est idem creatus & increatus, æternus, & sub tempore, circumscriptus, & incircumscriptus, impassibilis, & passibilis, immortalis, & mortalis, visibilis & inuisibilis, & similia. * Petrus non est in anima sua eiusdem substantiæ cum animis aliorum hominum, nec est homousios in corpore suo cum corporibus reliquorum hominum; Christus autem est homousios in diuinitate sua cum Patre & Spiritu S. & in sua humanitate homousios cum matre, & nobiscum. Petrus non dicitur anima corporea, id est, facta corpus: neque corpus animatum, id est, factum anima; Christus autem dicitus, & est Deus factus homo. Anima Petri compatitur corpori suo, & recipit passiones, & dolores eius; Deus autem verbum non est compassus cum carne, neque passiones eius, & dolores communes habuit, sed potius patiente carne propriã Deus verbum mansit impassibile tanquam Deus. Mors Petri separatio est animæ à corpore: mors vero Christi non est separatio diuinitatis ab humanitate, sed potius separatio animæ à proprio corpore, remanẽte diuinitate inseparabili ab anima sua, & à corpore suo. Et in anima sua prædicauit in inferno animis quæ ibi erant ab Adam vsque ad descensum suum illuc, & in sepulchro seruauit corpus suum incorruptum, & post triduum sepulturæ suscitauit incorruptum, & copulauit illud cum propria anima, & perseuerat in posterum inseparabile ab ea in sæcula. Petrus autem melior est sua anima, & suo corpore, partes enim eius sunt: Christus autem non est melior diuinitate sua, aut humanitate sua: Quia non sunt propriè partes eius, vnaquæque enim earũ est species specialissima, quatenus de pluribus differẽtibus numero prædicatur. Ambę partes Petri sunt, creatæ anima sc. & corpus. Partes autẽ Christi altera est increata, scilicet diuinitas altera creata, scil. humanitas.

ANONIMI TRACTATVS
CONTRA GRÆCORVM Errores,

EX MANVSCRIPTO CODICE Bibliotheca Bavaricæ, nunc primum in lucem prolatus, studio Petri Stevartij Leodij, SS. Theologiæ Doctoris, & Professoris, &c.

LECTORI.

REPERIMVS *Tractatum istum in Bibliotheca Bauarica absque speciali Auctoris nomine. Itaque neque nos de Auctore diuinamus. Codex Bauaricus per quam vitiosus erat. Quocirca ne mireris, si & liber iste inemendatus in manus tuas veniat. Satius est aliquid, quam nihil. Forsan alius in exemplar correctius incidet: præsta*

bisque, quæ à nobis præstari nequierunt: interea his qualibuscunque fruere, & studium nostrum illustranda orthodoxæ antiquitatis fauore tuo iuua: Cum enim Nouatores huius temporis studiose in lucem extrahant, quidquid olim Chartarum seu à Græcis, seu à Latinis aduersus Cathedram Petri, à malesanis ingeniis conscriptum est; nihil laborantes de sermonis elegantia vel inelegantia: par non est, vt ea, quæ pro S. Petri successore Romano Pontifice, etiam rudi stylo exarata sunt, à blattis & tineis absumi sinamus, quisquilysque hæreticis & schismaticis solidas refutationes, licet cultu styli carentes, non opponamus. Vale.

TRACTATUS
Contra errores Græcorum.

De Processione Spiritus sancti.
De animabus defunctorum.
De azymis, & fermentato.
De obedientia Romanæ Ecclesiæ.

Editus Constantinopoli, in ædibus fratrum Prædicatorum, anno Domini 1252

Licet Græcorum Ecclesiam virtutum floribus, & Philosophiæ studiis, olim decoratam nouerimus: nec non & Sanctorum Patrum, Prophetarum, & Apostolorum veloci cursu calcans vestigia, quamplures ex se viuos, & ignitos lapides in ædificium supernæ Hierusalem, dudum transmiserit † construendi: nunc tamen in fine temporum, quod sine graui mœrore proferre non possumus, innumeris, & diuersis errorum obfuscata turbinibus, in eadem caligine suorum opinionum, diuersa à S. Romana Ecclesia perseuerat. Et quamuis infinita hæresum germina à trecentis octoginta annis, & circa, id est, à tempore Photij, vel Photini, primi huius schismatis inuentoris, in diuersis suis partibus, propter defectum scientiæ, & inuidiæ amaritudinem, manifestè pullulauerint: præcipuè tamen in quatuor articulis generaliter, seu communiter dignoscitur deuiare à nobis. Quorum primus, qui ex ab ipsa diuina maiestate inchoans, ore polluto affirmat contra opinionem, imo fidem Catholicam, tertiam personam in Trinitate: id est Spiritum sanctum à Filio minime procedere, vel spirari, aut existentiam habere.

† con struendū fortè leg.

Secundus autem, secundum Theologos, virtutem numero secundam, id est, Spem Fidelium, virulento conamine interimere studens, asserit, Defunctorum animas, nec Paradisi gaudiis perfrui, nec infernorum suppliciis, vel igni Purgatorii citra diem iudicij, aut ante latam sententiam extremam iudicis posse subiacere.

Tertius vero ipsam omnipotentis Dei potentiam creaturæ fermenti termino volens coarctare, voce blasphema, prædicat non nisi in fermentati panis materia perfici posse mysterium Sacramenti. His itaque Fidei, & Charitatis, Speique virtutibus, à cordibus fidelium dicto studio, & ordine deletis: vltimo in totius consummationem nequitiæ: quartum eam (ad quam horum, & similium errorum spectat correctio) id est, S. Romanam Ecclesiam, aggreditur: nec ei obediendum communiter asserendum prædicat, moribus affirmat, & factis dicit.

Contra quos errores pestiferos quamuis multorum iam fidelium desudauit labor; & plurima scripta ad defensionem veræ fidei Catholicæ dimiserint perlegenda: quia tamen moderni Græci, noui pariter, & antiqui Schismatici nec argumentis, vel rationibus, nec sacræ Scripturæ testimoniis, nisi suorum scriptis Sanctorum, quibus plurimum innituntur tam apocryphis, quam veris, nolunt superari. Fraternis quoque precibus inclinatus, qualiter ex suis libris eorum conuincatur pertinacia, virtute, qua potero, ostendere laborabo.

Si quid ergo vobis, frater charissime, in his gratum fuerit ad fontem bonorum omnium Deum referentes, ei, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, orationum frequentia me sedulo commendate. Si qua vero præter intentionem meam, minus veritati consona forsan apparebunt, vestræ correctionis lima depuretis, ad lumen veritatis charitatisue reducentes, meæ imperitiæ, & breuitatis inopiæ veniam concedatis.

Sequuntur Opiniones Græcorum.

Rationes Græcorum ad primum articulum: quod Spiritus S. non procedat à Filio.

I. Igitur Græci primum articulum suis rationibus, & auctoritatum testimoniis defendere volentes, ita procedunt.

Primo: Si Spiritus S. inquiunt, procedit à Patre secundum Euangelium: aut procedit perfectè: siue, illa processio perfecta est, aut non: si perfecta, vt concedetis: quare necesse est, vt à Filio procedat Spiritus S. Ergo superfluit secunda processio, quod est superfluum, aut inconueniens in Diuinitate. Ergo, &c.

Item, cum vna sit causa, & fons in Diuinitate, scilicet Pater: tam Filius, quam Spiritus sanctus existunt à Patre, ille per generationem, iste per processionem. Sed si à Filio existit, aut procedit Spiritus sanctus etiam Filius erit causa Spiritus sancti & ita duæ causæ: & per consequens, duo principia in Diuinitate. Sed hoc est inconueniens. Igitur, &c.

Tertio: Item in Ioanne dicit veritas discipulis suis: *Omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Vbi dicit Glossa: Omnia necessaria ad salutem scripta sunt in Euangelio. Sed illud non est scriptum in Euangelio: Ergo non est de necessariis ad salutem. Ergo non tenemur credere. Sed quæ vera sunt tenemur credere, & venerari, maxime, quæ diuinam essentiam videntur prædicare. Sed istud non tenemur credere. Ergo non est verum.

Quarto: cum veritas faceret mentionem de Processione Spiritus sancti ait, *qui à Patre procedit*, non dixit: & à Filio. Quod si veritas aliud intellexisset, aliud dixisset: Ego autem verbis eius addere non audeo, nec præsumo.

Item non solùm Christus hoc tacuit, sed nec aliquis Apostolorum tale aliquid dixit; nullus Sanctorum hoc prædicauit. Imo, quod plus est, in editione veræ fidei, sancta Concilia nihil super hoc definierunt: sed ponentes in Symbolo, quæ necessaria sunt ad salutem, omnem additionem, expositionem, declarationem sub anathematis vinculo concluserunt, & reiecerunt.

Item multi nostrorum Doctorum, quorum antiquissima scripta apud nos vsque hodie perseuerant: vt Theodoritus, & quidam alij, contrarium huius opinionis vestræ scripserunt, & mandauerunt. Damascenus quoque, cuius scriptis certe contradicere non potestis, volens ostendere, quod tam Filius, quam Spiritus sanctus existunt à Patre: & quod Spiritus sanctus non procedit à Filio, metaphoram vocis, & intellectus adducens in medium, ait: Primo est intellectus, deinde verbum exterius, scilicet vox. Spiritus autē vehiculum est verbi: Intellectus igitur format vocem, & in ipsa voce spiratā ostenditur intellectus. Et intellectus Patri, & verbum Filio, Spiritus Spiritui S. attribuitur. Sicut ergo videmus, quod ab intellectu procedit Spiritus, & vox, & non Spiritus à voce: sic à Patre procedit Filius, & Spiritus S & non Spiritus S. à Filio.

Epiphanius S. Episcopus Cypri, in libro de vna Deitate, de Spiritu S. sic testatur: *Spiritus sanctus Deus est, & Spiritus Christi est, non secundum aliquam compositionem, quemadmodum in nobis corpus, & anima: scilicet in medio Patris, & Filij.* Non ergo mediante Filio, vt vos deliratis, procedit Spiritus sanctus à Patre: cum secundum Patris huius vocem, medius inter Patrem, & Filium ordinetur Spiritus S.

Item,

A Item, quis vobis hoc reuelauit? Vnde habuistis? Quare etiam nobis hoc non fuit reuelatum? Quare in Symbolo tale quiddam inseruistis, quod nusquam positum fuit à Sanctis Patribus? Si vero quorundam verborum occasione diuinæ Scripturæ, dicentium Spiritum Filij, vel quod Spiritus mittatur à Filio, hoc habuistis: sciatis vos, vel non intelligere scripturas, vel intellectas studiose peruertere: aut certe per ignorantiam multum à veritate, & Sanctorum expositionibus deuiate. Quare ad nos qui fontes sumus, redeuntes, audire poteritis veritatem. Dicitur igitur Spiritus Filij non quia procedit ab eo, sed quoniam ratione diuinæ essentiæ, est ei consubstantialis.

Item, dicitur *missi*, vel *dari* à Filio Spiritus S. quia ab ipso mittitur, ad sanctificandum creaturas. Sicut in Ioanne ipse testatur dicens: *Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos. Si autem abiero, mittam eum ad vos.* Quod verò alibi dicit ipse Filius: *Ille me clarificabit, quia de* B *meo accipiet*: intelligendum est de meo, hoc est, de meo Patre. Omnia enim, quæ Patris sunt, exceptis proprietatibus personalibus, commonia sunt vtrique; proprium dicimus esse Patri, vt ab ipso tantum, & non ab alio procedat Spiritus S.

Responsio contra prima duo obiecta.

HIs, aliisque quam plurimis conaminibus, quæ causa breuitatis, non sunt posita (illa autem quæ magis vsitata sunt, posita sunt) sanctam Romanam Ecclesiam errasse, & in canonem latæ sententiæ incidisse, mendaciter fatentes Græci, debitam obedientiam, & reuerentiam deuotam eidem Ecclesiæ iustè se subtraxisse, hominibus simplicibus persuadere laborant. Nos vero Latini, his, & aliis contumeliis loco suo dimissis.

Ad primum, & secundum obiectum, vnam dantes responsionem sic soluimus. Concedimus quod plena, C & perfecta processione procedit à Filio: nec tamen sequitur, quod sint duæ processiones, & vna earum superflua, quia in illa simplicissima diuinitatis natura, nec numerus vicissitudinum, nec temporis varietas, nec localis positio, nec fluxus, nec incisio, nec † intercidium, aut spacium temporis cadere potest. Inde est, quod ille processio, qua Spiritus S. procedit à Patre, & Filio, nec interuallo tēporis, nec spacio loci, cum non sit prius, vel posterius, alias perficitur: sed simul & semel est à Patre, & Filio: à Patre tamen procedens, mediante Filio secundum testimonia inferius posita, procedit: id est, hoc habet Filius à Patre, vt ab ipso procedat, & spiretur Spiritus S. mittatur, & detur. Vnde & ad ipsum Patrem, de quo etiam habet Filius omne, quod suum est, referens, & ei totum attribuens, dicit apud Ioannem: *Mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me.* Et iterum: *Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit*: ac si diceret Filius: Patrem tantam in processione Spiritus nomino; quia omne D quod habeo, ratione esse, & principij, ab ipso Patre, qui est causa, & principium in diuinitate, me habere cognosco. Nam vt à Filio procedat Spiritus S. hoc habet Filius à Patre: Pater vero non ab alio, sed à se tantum.

Istam itaque differentiam sacri Doctores, fidei oculo interioris hominis & sane discernentes in multis locis inueniuntur dixisse, quod Spiritus S. procedit à Patre Principaliter. Alij dixerunt, quod propriè à Patre: alij quod à Patre per Filium, vel Filio mediante, * Et licet verum sit, quod Sancti asserunt; & contradici non possit: non tamen sequitur, quod Græcus intelligit: scil. quod idem Spiritus prius à Patre, postmodum à Filio, vel quod magis à Patre, quam à Filio procedat: aut quod sint duæ processiones, & vna earum superflua; sed quia Pater gignendo ab æterno Filium, dedit ei totum esse suum. Est enim verus Deus de Deo, & quod idem Filius æternaliter existens à Patre, nascendo accepit omne, quod habet: Et vt Spiritus sit, & procedat ab eo. Quam essentiam Spiritus à Filio: sancti Doctores maxime Græci considerantes, Filium *causam*, & *fon-* E *tem* Spiritus S. nominant: Nec non & ipsum Spiritum imaginem Filij. Quemadmodum vtique Filius imago est Patris, & talem numerum & ordinem Spiritus ad Filium assignant, qualem habet Filius ad Patrem: secundum quod in sequentibus plenius apparebit.

† Interstitium fortè leg.

* procedat.

Dicimus ergo, quod procedit Spiritus S. pariter, & æqualiter à Patre, & Filio, tanquam donum amborum, & amor vtriusque: sed procedit à Patre per Filium, vel mediante Filio, vt diximus: adt certè principaliter & proprie à Patre: Quia, vt ab eo procedat: Pater à nullo habuit: Filius vero non à se, sed à Patre accepit. A quo enim habet, vt sit, ab eodem etiam habet, vt Spiritus S. sit ab eo, & procedat, detur, & mittatur, vt ab eo esse accipiat. Quæ cuncta vocabula sane intelligentibus vnum & idem, id est essentiam Spiritus à Filio prædicant & manifestant. Quod tamen, sicut diximus, Græcus non confitetur. F

Assertio Catholicæ veritatis. Et Primum ex Græcorum Patrum auctoritatibus.

QVod Spiritus sanctus procedat à Patre per Filium, vel mediante Filio, vt dictum est: vel quod idem Filius dicatur fons, & *causa* Spiritus sancti: & etiam quod idem Spiritus sanctus vocetur Imago Filij, & Esse accipiat ab eo; omissis argumentationibus multis; quas nec recipiunt, nec plane intelligunt, Sanctorum suorum testimoniis insistentes, sic probamus.

Gregorius Nazianzenus in sermone, qui incipit *Odibiles*, &c. ita dicit: *Spiritus ex essentia Patris per Filium æternaliter missus sanctificat omnem creaturam*, &c.

In Epistola Dionysij: *Credo in Spiritum sanctum, Deum & viuificum ex Patre per Filium procedentem.*

Basilius in sermone de Trinit. qui sic incipit: *Cognitio Patris*, &c. *Antiquitus Diuinitatis non ignorabatur mysterium. Verbo enim Domini*, inquit Psalmista, *cœli firmati sunt, & spiritu oris eius, omnis virtus eorum, sed nec alio* G *Verbo, quàm Filio, nec alio spiritu, quàm Spiritu sancto. Vnus est enim Spiritus. Et si ut ex ore Dei prouenieus Filius sic Trinitatem verbo vnit, & antiquitus, & nunc.*

Item in eodem, ante finem: [Via Dei cognitionis est ab vno spiritu per Filium vnum, ad vnū Patrem. Naturalis bonitas, quoque & secundū naturā sanctificatio, & regalis dignitas, ex Patre per Vnigenitum ad Spiritū peruenit.]

Item Athanasius in editione Fidei, cuius est initium *Credimus in vnum vnigenitum Deum*, &c. parum ante finem. *Spiritus autem sanctus processiuum ens Patris, & ferentis Filij, per quem impleuit omnia.*

Item in Epistola Athanasius de Spiritu sancto, ad Serapionem, cuius est initium. [Literæ tuæ deuotionis, &c. Vno existente Filio viuenti vnam oportet esse plenam, perfectam & sanctificatiuam vitam: quæ est operatio eius, & donum, quod ex Patre dicitur procedere: quia ex verbo, quod ex Patre est, manifeste resplendet, & mittitur & donatur]

Gregorius Nyssenus in Epistola ad Eolalium, quæ H sic incipit. [Vos quod iustum, &c. *parum ante finem.* Immutabilem vere confitentes eum, qui secundum causatiuum, & causatum est, differentiam non negamus: in quo solum discerni alterum ab altero comprehendimus, hoc quoddam causatiuum credentes: hoc autem ex causatiuo & eius, quod ex causatiuo est: alteram iterum differentiam intelligimus. Hoc enim proxime de primo: hoc autem per proximum de primo.]

Item: idem in libro contra Eunomium quasi in fine, ibi loquitur. [Sicut enim copulatur Patri Filius, & ex ipso esse habens non est posterior secundum existentiam: sic iterum & ab vnigenito habetur Spiritus sanctus, intellectu solo secundum causæ rationem præspeculata Spiritus hypostasi.]

Item Athanasius in sermone contra Aërios, cuius initium est: *Qui malitiose*, in fine loquens: De aqua saliente in vitam æternam, sic ait: Propter hoc Dauid psallens Deo sic ait: Quoniam apud te est fons vitæ,

A & in lumine tuo videbimus lumen. Sciebat enim apud Patrem esse Filium fontem Spiritus S. sicut per Prophetam Filius dicit: Me dereliquerunt fontē aquæ viuæ, &c.]

Item Cyrillus in sermone septimo, cuius initium est: [De humanatione vnigeniti; quasi post duas partes sermonis: Soluens enim a peccato eum, qui sibi consentit, proprio iungit de cætero spiritu, quem immittit ipse: Vt sicut ex Deo Patre est verbum: ita ex propria nobis natura refundit spiritum.]

Quod autem hic *refundi* dicimus, in Græco dicitur *ἀναπηγάζων*, & à fontis nomine secundum *ἀνὰ* præpositionem deriuatum. Ex quo liquide apparet, sanctum Patrem intellexisse Filium esse Fontem Spiritus sancti.

Beatus Gregorius, cognomento Thaumathurgus, in sua editione Fidei, quæ in vita eius legitur, sic ait: *Vnus Spiritus sanctus ex Deo essentiam habens, & per Filium lucens liquide hominibus imago Filij perfecta.*

Item Magnus Athanasius in ea, quæ ad Serapionem B est de Spiritu sancto, epistola; cuius est initium: [Literæ tuæ sacræ affectionis, &c. *sic dicit*: Sicut in propria imagine est Filius in Spiritu: sic & Pater in Filio. *Et post modicum*: Imago Filij dicitur, & est Spiritus sanctus, dicente Paulo: Quos præsciuit, *inquam*, & prædestinauit conformes fieri imaginis Filij Dei. *Item in eadem*: Manifestum enim erit, quod neque creatura Spiritus, neque Angelorum essentia: in eo, quod illi conuertibiles sunt: Sed imago verbi, & Patris propria est.] Item in eiusdem Epistolæ abbreuiato sermone [Si autē bonus odor, & forma Filij est, manifestū est, quod nō erit spiritus creaturę.]

Item Basilius in quarto sermone contra Eunomium, qui sic incipit: [Si natura Deus Filius, &c. Imago quædam Dei Christus est: qui est, inquam, imago Dei inuisibilis: imago autem Filij Spiritus.]

Item in eodem libro cap. cuius titulus: Quod sicut Filius ad Patrem se habet, sic Spiritus ad Filium; in ipso initio capituli, sic ait: *Propter hoc & Dei quoddam verbum Filius, Verbum autem Filij Spiritus, portans,* inquam, C *omnia verbo virtutis suæ.*

Est liber septimus dialogorum cū Hermia.

Item B. Cyrillus in libro dialogorum cum Hermia, de Spiritu sancto loquens, cuius est initium: [Labor beatorum fructus gloriosus, &c. Character verus, & naturalis ad summum certitudinis, quæ secundum similitudinem intelligitur, ipse est Filius; similitudo pura, & naturalis Filij Spiritus est: scribente audies B. Paulo: Quia quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis Filij Dei, quos autem prædestinauit, hos & vocauit.

Athanasius ad Serapionem in Epistola de Spiritu sancto, vt supra annotatum est: [Et Filius, inquit, quæ audiui à Patre, hæc loquor in mundo. Spiritus autem à Filio accipit; Ex meo, *inquit*, accipiet, & annunciabit vobis.

Item Basilius ad Amphilochium cap. 5. [Scribens ad Ephesios Paulus ait: Veritatem autem facientes &c. Ex plenitudine eius nos omnes accepimus. *Et ipse inquit Dominus*: Quoniā de meo accipiet, & annūciabit vobis.]

Item Gregorius Nyssenus in sermone contra Arium, D & Sabellium, qui sic incipit: Quid dico? [Dic mihi Spiritus sanctus immortalis est, &c. Sanctus, principalis, iustus, verus, profunda scrutans Dei ex Patre procedens, ex Filio esse accipiens, &c.

Item Epiphanius in libro qui *Ancyratus* seu *Ancoratus* dicitur, sic dicit: [Spiritus autem sanctus, Spiritus Dei ens cum Patre, & Filio, non est alius Deus Deo, à autem ens à Patre procedit, à Filio accipit, & in eodem Filius reuelat Patrem. Nullus enim nouit Patrem nisi Filius, à quo procedit, à quo accipit.

Ecce patet ex præmissis, qualiter Spiritus sanctus sit ex Filio, siue, quodammodo procedit æqualiter ab vtroque: quia nil aliud est Spiritum sanctum à Patre esse, vel à Filio; quam procedere ab eis. Quia cum non sit alius modus, quo persona sit ab alia nisi generationis; aut processionis, necesse est, vt si est à Filio Spiritus S. quòd negare Græcus non potest, quod sit etiam ab eo per modum processionis: nisi forte nouam velint fingere hæresim, vt dicant, quod idem Spiritus S. generetur à Filio; & sint in diuinitate duo Filij & vnus E eorum nepos.

Ostensum est insuper, quod Spiritus sanctus, vt sit à Filio, hoc habet Filius à Patre: propter quod à Patre per Filium, vel mediante Filio, vel certe principaliter, & propriè dicitur Spiritus procedere, vel spirari à Patre. Terminatum est enim, quomodo idem Spiritus à Filio, qui est eius causa, & fons, propter modum essendi à Filio, catholice dicitur esse ratio, & forma Filij. Vnde & verbum & imago Filij propter eandem rationem Spiritus nuncupatur. Quæ prudens Lector si consideret diligenter, multa quæ à Græcis obiiciebantur, soluta inueniet; & licet breuiter, tamen & catholice, & vere terminata.

Solutio ad tertium obiectum.

AD tertium autem obiectum, quod dicit: *Omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota † faciam.* Concedimus sicut & ipsi glossant, omnia necessaria ad salutem. Hoc tamen necessario addimus in glossa, quod, aut F implicite aut explicite nota facit eis omnia. Nam cum verba sint veritatis, veritas mentiri non potest. Dicit enim: *Multa alia habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*: quasi dicat: Horum, & aliorum verborum meorum intelligentiam relinquo magisterio Spiritus sancti, qui docebit vos, *& suggeret omnia, quæcunque dixero vobis.*

† fecē vobis.

Item, quamuis non inueniatur secundum vocem in Euangelio, quod Spiritus procedit à Filio, Inuenitur tamen secundum veritatem intellectus, in pluribus locis. Dicitur enim Spiritus veritatis, id est Filij: quia de se veritas increata loquebatur tunc, Christus. Si ergo est Spiritus veritatis, aut quia Spiritus est à veritate, aut quia veritas est à Spiritu. Sed quod veritas sit à Spiritu, error est; quia Filius à Patre solo est, & non à Spiritu: confiteri necesse est, quod sit Spiritus veritatis, id est Filij, hoc est, à Filio. Si autem à Filio; aut generatione, aut pro- G cessione, vt supra. Quia vero † est bonæ expositionis, patebit in sequentibus.

† id fortè.

Spiritum sanctum esse Spiritum veritatis, hoc est Filij, ex Græcorum Patrum expositionibus comprobatur.

BEatus Cyrillus, in recapitulatione de Spiritu sancto, dinumerationibus sexaginta sex, * demonstratione sic ait: [In Euangeliis quidem Saluator sic ait de se: Ego sum veritas. B. autem Ioānes ex Patris essentia & Filij Spiritum ostendens, in Euangeliis quidem ait, Spiritus veritatis, qui à Patre procedit.]

Idem sanctus, in quarta epistola ad Nestorium, cuius est initium: [Saluatore nostro dicente, &c. *parum ante finem*: Etsi est in hypostasi Spiritus sanctus propria, & intelligitur secundum se, vel quod Spiritus est & non Filius: tamen non est alienus ab ipso Filio. Spiritus enim veritatis nominatus est. Est autem Christus veritas, & profun- H ditur ab ipso, quemadmodum vtique & ex Patre.] Quid autem sit *profundere*, exponit idem Cyrillus in expositione Symboli Nicæni, tractans verbum illud, qui ex Patre procedit, dicens: *Transacto de Christo ipsa sermone, cum beati Patres sancti Spiritus memoriam facerēt: credo*, dixerunt, *in eum quemadmodum in Patrem & Filium: consubstantialis* enim eis, effunditur Spiritus, procedit tanquam à fonte Deo, à Patre.

Beatus quoque Basilius in libro de Spiritu sancto ad Amphilochium cap. 18. [Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est eius. Vnde solus glorificat Deum: ille me glorificabit, inquam; quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis, non sicut creatura sed sicut Spiritus veritatis; apertè demonstrans in se ipso veritatem: vt, sicut Spiritus sapientiæ Christum Dei virtutē, & Dei sapientiā in sua magnitudine reuelans: & sicut Paracletus characterizat † eius, quæ promisit per Spiritum, Paracleti bonitatem, & in sui dignitate majestatem

A demonstrat eius. Vide & prouenit ;] quod idem est, quod procedit.

Idem sanctus Epiphanius in libro Ancorato : [Pater veri Filij est Pater, lumen totus Filius Patris Verbum lumen ex lumine non vtique facta vel creata applicatione sola ; & Spiritus sanctus, Spiritus veritatis lumen tertium ex Patre & Filio.

Item alia auctoritas Euangelij Spiritum ex Filio procedere compete clamat. Dicit enim filius: *qui credit in me sicut dicit Scriptura : Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit* (ait Euangelista) *de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* Audisti Græce, quod Spiritus procedit ab eo, qui credit in eum ? Nonne etiam fluit à filio Spiritus? Imo. Quomodo à credentium mentibus fluere dicit Spiritum, nisi quia fluit ab eo, quem habet in se credens in eum, hoc est, a Filio ? Quid est vero, Spiritum à Filio fluere, nisi procedere ab ipso? Quod autem flumina Spiritus sancti procedunt monstratur manifeste in libro Iesu filij Syrach : *Ego*, inquit, *Sa-* B *pientia effudi flumina.* Quid enim in hoc loco per Sapientiam nisi Filium, & quid per flumina, nisi Spiritum sanctum intelligimus ? Effudit ergo Sapientia flumina, quia Filius ex se emittit Spiritum, qui procedit ab ipso.

Item dicit de eodem Filius in Euangelio : *Sicut pater habet vitam in semetipso : sic dedit & Filio habere vitam in semetipso.* Quid aliud in hoc loco per vitam, nisi Spiritum sanctum intelligimus, quem Pater habet in se, & dedit Filio : vt ipse ita Spiritum habeat in se ipso, sicut habet pater. Ergo Filius non solum habet Spiritũ, quem habet pater : sed etiam ita habet Spiritum, sicut habet pater. Videamus itaque quomodo pater habet Spiritum in semetipso. Pater autem sic habet Spiritum, vt semper sit in patre ; & semper procedat à patre : & ita semper procedit à patre, vt semper in patre maneat, & ita semper in patre manet, vt tamen semper à patre procedat. Si Filius isto modo habet Spiritum in semetipso, verum est, quod ipse dicit: *Sicut pater habet vitam in se ipso ; sic dedit & Filio habere vitam in semetipso.* Si autem isto modo C non habet, quomodo erit verum quod dicit: *Sicut pater habet vitam in se ipso, sic dedit & Filio habere vitam in semetipso?* Sed falsum esse non potest, quod à veritate est dictum : Ergo verum est, quod veritas dixit.

Item, sicut pater suscitat mortuos, & viuificat, sic & Filius, quos vult, viuificat. Viuificare Spiritus sancti est &c sicut veritas dicit: *Spiritus est qui viuificat*, &c. Quando ergo pater mortuos viuificat, de Spiritu sancto, quem mittit in eos, viuificat : Spiritus sanctus enim est, qui mortuos viuificat, vitam dando mortuis operatione sua: & etiam vitam gratiæ mortuis in peccatis inspiratione sua. Si igitur Filius ita de Spiritu sancto viuificat, sicut pater : sequitur quod sicut ad patrem pertinet spiritus etiam illo modo pertinet ad Filium. Sed ad patrem pertinet, vt ab ipso procedendo, det vitam mundo, sicut alias scriptum est. ita ergo & ad Filium.

Sed dicet Græcus. *Non ita pertinet Spiritus ad Filium sicut ad patrem: quia pater dedit filio, vt possit mittere: sibi autem retinuit vt procedat ab eo.* Absit ab animis fideliũ D hoc deliramentum, vt Spiritus sanctus coæternus, & consubstantialis patri, & filio, aliter, & aliter detur, & sit: vel quod aliquid aliud temporaliter accepit, vel aliud æternaliter existat. Ista enim varietas non cadit in Deum, sed in creaturas. Nunquã etiam filius ad mensuram accepit spiritũ, sicut & nos, & vbi est scriptũ : Legimus enim *nos ad mensurã dat Deus spiritum*, supple filio suo. Si verũ est, quod pater ita dedit filio spiritum, vt aliquam gratiam donationis in se filius retinuisset: tunc revera dedisset filio spiritum ad mensuram: ita vt nos possemus illam donationem mensurare dicentes : Hoc quidem dedit pater filio, hoc autem non dedit: sic dedit, & sic non dedit. Nonne Græcus mensurat filio spiritum quando dicit, filius sic habet spiritum vt mittat, & donat illum : sed non sic habet, vt procedat ab ipso.

Item filius de Spiritu sancto agit : *Noui de me virtutem exisse.* Et Euangelium similiter : *Virtus de illo exibat, & sanabat omnes.* Quæ autem erat illa virtus, quæ sa- E nabat omnes, nisi Spiritus S. qui viuificat omnes ? De qua virtute iterum scriptum est: *Vos autem sedete in ciuitate Hierusalem, quousque induamini virtute ex alto.* Qui ergo negat spiritum à filio procedere, negat pariter verba sua ab ipso esse. Veruntamen Euangelista : *Mirabantur omnes in verbis gratiæ, quæ procedebant ex ore eius.*

Quid plura ? Ipsa omnique veritas, Saluator noster, volens omnem ambiguitatem istam de medio remouere, post gloriam Resurrectionis suæ iam immortalis factus, & impassibilis, Spiritum sanctum ex se procedentem ostendit, cum inspirans discipulis ait : *Accipite Spiritum sanctum*, &c. Quam auctoritatem B Athanasius exponens in sermone de ea, quæ in carne, dispensatione Verbi Dei : & de Trinitate contra Arrianos, cuius initium est, Qui maliciose, &c. sic dicit : [Propter hoc insufflat in faciem Apostolorum dicens : Accipite Spiritum sanctum ; vt discamus, quod de plenitudine Diuinitatis est, quæ datur Spiritus S. discipulis. In Christo enim, *inquit hoc est*, in carne eius, habitat omnis plenitudo Diui- F nitatis. Sicut Ioãnes Baptista dicit. Nos autem omnes de plenitudine eius accepimus, &c. Corporali etiã specie visus est Spiritus S. sicut columba descendens & manens super eum. In nobis autem pignus & primitiæ diuinitatis habitat, in illo autem plenitudo diuinitatis: ne quis putet, quod non habẽs spiritum, ipsum tunc accepit. Ipse enim ipsum desursũ mittebat vt Deus, & ipse ipsum deorsũ recipiebat vt homo. Ex ipso ergo in ipsum descendebat, ex diuinitate eius in humanitatẽ] Et hoc quidem Athanas.

B. Cyrillus de eodem spiritu, quod Spiritus sanctus sit ex filio, & quod ipse filius dederat tunc Spiritum sanctum Apostolis, cum insufflauit, & dixit : *Accipite Spiritum sanctum*, super Genesim sic testatur : [Sic B Moyses ostendit hominem a Deo accepisse spiraculum vitæ hoc Christus innouans in nobis post resurrectionem a mortuis insufflauit discipulis dicẽs: Accipite Spiritum S Vt iterum reformari ad pristinam imaginem, conformes appareamus creatori per participationem spiritus]

Quando ergo Spiritus sanctus in nobis factos, con- G formes nos Dei ostendit ; procedit autem à Patre & Filio, manifestum, quia de eadem essentia est essentialiter in ipsa & ex ipsa procedens, velut ex humano ore excurrit insufflatio: etsi paruum, & non dignum sit exemplum Omnia enim superabit Deus.

Item Anastasius Patriarcha Antiochenus, in sermone de recta veritate dogmatum, qui sic incipit: Dominus Deus meus fortitudo mea, &c. de Spiritu sancto sic testatur : *Etenim Dominus ipsum Spiritum ex se ostendens existere, insufflans aiebat : Accipite Spiritum sanctum.*

Ecce vt diximus, omnia quæ necessaria sunt ad salutem, aut explicite, aut implicite scripta sunt in Euangelio : quod ex dictis, & subsequutis sanctorum testimoniis probauimus. & in sequenti capitulo manifestius apparebit.

Ad quartum Solutio.

AD quartum obiectum, quo dicitur : *A Patre tan-* H *tum dixit Filius, procedere Spiritum, & non addidit à Filio*; dicimus : quod non est necesse, quod vbicunque subticetur vna persona, excludatur ipsa; & non intelligatur, quod isto modo in multos errores præcipitasset nos ipsa Veritas, Filius Dei. Verbi gratia. In Euangelio scriptũ legimus: *Non enim vos estis qui loquimini: Sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.* Item: *Ego & Pater vnum sumus*, dixit Filius, & nullam mentione fecit de Spiritu S Et iterum : *De die autem, & hora illa nemo scit nisi Pater.* Item Paulus: *Misit Deus Spiritũ Filij sui*, non dicit suũ. Et iterũ: *Si quis Spiritũ Christi non habet, hic non est eius.* Item Filius in Euangelio: *Spiritus est qui viuificat.* Si igitur illa sola persona intelligitur in his auctoritatibus, de qua fit mentio, & non alia : ergo Spiritus, Patris tantum est Spiritus, & non Filij, quia de Filio non fit mentio, nisi de Patre. Itẽ solus Spiritus loquitur, & non Pater, vel Filius. Item sic Pater nouit, quæ ventura nouissimis diebus, & non sapientia eius, id est, Filius, vel Spiritus sanctus?

Item: quis est iste Spiritus Filij, quem immittit Pater in corda credentium: nunquid alius erit ab ipso, de quo scriptum est: *Spiritus veritatis, qui à Patre procedit?* Item de persona Patris, Dominus in Euangelio loquens ait: *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, Pater vester dimittet vobis peccata vestra.* Et iterum: *Quicunque fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis est* Nunquid & in his persona Filij non intelligitur, quare excluditur, cùm dicitur, Spiritus veritatis, qui à Patre procedit? præsertim cum de se veritate loquatur Filius prout in præcedentibus demonstratum est. Nulla est ratio, nisi quia sic placuit Græcis aduersari volentibus. Veruntamen firmiter credimus, & catholice tenemus, quod aliquando solius Patris nomen ponitur in locutione, & ipsius Filij nomen intelligitur: & aliquando nomen Filij in his non intelligitur, vel Spiritus sancti, & ipsis tantum personis conuenit & non Patri. Sed tunc considerare oportet, si id quod de vna persona dicitur, possit conuenire aliis, seruatis proprietatibus vniuscuiusque personæ sine confusione. Vnde dicimus quod quædam conueniunt soli Patri, quædam soli Filio, quædam soli Spiritui sancto. Quædam Patri & Filio, & Spiritui sancto: & quædam simul tribus personis. Patri tantum conuenit hoc nomen *ingenitus, inprincipiatus & Genitor*: Filio, *Genitus & Principiatus*: Spiritui sancto *procedens*, & hoc nomen Spiritus sanctus appropriato vocabulo; Patri & Filio est commune tam secundum Græcos sanctos, quàm secundum Latinos, *dare, mittere & habere, & spirare*: sancto Spiritui vero, & Filio commune est, quod ambo existunt æternaliter a Patre: hic per processionem, ille autem per generationem. Omnia vero alia communiter conueniunt tribus personis. Ea ergo, quę non auferunt proprietatem, nec confundunt distinctionem, non est necesse, si dicantur de vna tantum, quod alia propter hoc excludatur. Quia in talibus licet non nominetur, tamen semper subintelligitur, etsi non specificetur: vt in præmissis est ostensum.

Quod Spiritus sanctus procedit à Filio: secundum Apostolos, & Græcos.

OStenso igitur quod Spiritus procedit à Filio secundum Euangelium, secundum quod sacri Doctores nobis exposuerunt: restat, & necesse est, vt qualiter secundum Apostolos, & sanctos Græcos procedat, iterum demonstretur; vt in pluribus mendaciis aduersarij veritatis deprehensi, eorum assertionibus nulla de cætero fides adhibeatur.

Cyrillus ita exponens istud verbum, quod in Actibus Apostolorum positum est: [Ministrantibus autem Domino, & ieiunantibus, dixit Spiritus sanctus: Segregate mihi Barnabam & Saulum; *ita dicit*: Si igitur vocante ipsus in apostolatu spiritu, à IESV vocatos eos dicunt: ostenditur manifeste, quod non alienus est ab essentia Filij Spiritus sanctus, sed in ipso, & ex ipso, quasi operatio quædam naturalis omnia potens explere quæcunque & vult.]

Et post pauca, verbis respondens hæreticorum, dicentium, Spiritum imperfectum esse, & nihil habentem ex se, sed ex participatione existentem, propter hoc, quod de ipso dicit Dominus: [Non enim loquetur à semetipso, &c. *sic ait*: Non enim imperfectum Spiritum ostendens hoc de ipso ait Saluator, sed vt magis certificet audientes, quod essentiæ existens eius, non aliud quid loquitur, quàm quod ipse vult, & sensus existens eius iuxta B. Paulum dicentem de Spiritu: Nos sensum Christi habemus: ille prorsus ratiocinatur & ordinabit, quæ & ipse, cuius est sensus. Propter hoc nihil ex se ipse Spiritum locuturum affirmauit, quasi dicat: Ego sum iterum qui loquor, velut si & qui in homine est sensus, dicat de procedente ex se ipso ratione: Non loquetur à se ipso aliquid, sed quæcunque audiet, loquetur.]

Et statim post aliqua verba interposita ait S. Cyrillus: [Talem quendam intellectum oportet accipere de Spiritu sancto. Cum enim existat Spiritus sanctus Christi, omnia qui ipse loquitur discipulis, non in separata quadam voluntate ab eo, in quo est, loquitur: sed tanquam ex essentia illius naturaliter procedens, & totam voluntatem eius habens sicut & operationem. Quod autem hic transtulimus *procedens*, in Græco dicitur προϊὸν, & ex dictis Sanctorũ & vi grammaticæ æquipollens dignoscitur, τῷ ἐκπορευόμενον participio. Cuius participij verbum legitur in Euangelio, vbi ex Patre dicit Spiritum procedere.]

Idem sanctus exponens aliam auctoritatem B. Pauli, idem reperit dicens: [Mittit Paulus quibusdam dicens taliter: Notifico autem vobis quod nemo loquens in spiritu Dei, dicit anathema IESV: & nemo potest dicere, Dominus IESVS, nisi in Spiritu sancto. Manifestum est ergo, quod qui participat Spiritum sanctum, nouit esse Dominum IESVM: qui autem non participat, ignorat. Qualiter qui participat Spiritum, nouit esse Dominum IESVM: sicut qui de melle gustauerit, scit quod dulce est mel, sic & Spiritus particeps, Ergo ex essentia Filij Spiritus sanctus qualitas quædam, vt ita dicamus Dominationis omnis Dei.]

Cyrilus in sermone secundo ad Hermiam, parum ante medium super id: [Ecce ego vobiscum sum, &c. *dicit sanctus*: Misit nobis Filius de cœlo paracletum, per quem & in quem nobiscum, & in nobis moratur: non alienum siue extraneum nobis effundens: sed essentiæ suæ, & Patris personæ Spiritum.]

Dial. 7. de Trinit. in quo probatur diuinitas Spiritus sancti, sicut in 6. prioribus dialogis diuinitas Filij.

Item Anastasius Antiochenus Patriarcha in præfato sermone de recta veritate dogmatum sic ait: [De sana nostra Fide, & rectis Ecclesiæ documentis diligenti, & subtili ratione corporis & proprietatis assumentis, tanquam exemplum distinctionum Diuinarum personarum, statuimus per membrorum proportionem, & proprietatem comparare. Etenim Spiritus oris eius, scilicet Dei, dicitur Spiritus sanctus, ore existente vnigenito. Et Spiritus iterum ex ipso procedens, & missus non solum à Patre, sed etiam à Filio.]

Epiphanius Cypri in memorato libro Ancorato De processione Spiritus à Filio talia testatur: [Spiritus enim Deus est, & spiritus Patris, & spiritus Christi, non secundum aliquam compositionem, quemadmodum in nobis corpus, & anima: sed in medio Patris, & Filij, ex Patre & Filio.]

Idẽ sanctus in libro de Vna Deitate, ait: [Ergo Petrus his, qui circa Ananiam erant. Vt quid tentat vos Satanas mentiri Spiritui sancto? Non estis mentiti hominibus, sed Deo. *Ergo*: Deus ex Patre, & Filio Spiritus, cui mentiti sunt, qui de precio fraudauerunt.]

Item in eodem opere: [Vita tota Deus, ergo vita ex vita Filius. Ego enim, *inquit*, sum via, veritas, & vita. Spiritus enim sanctus ab ambobus Spiritus & vita. Nam Spiritus Deus est.].

Et iterum: [Nunquid dicimus duos esse Filios? Et quomodo vnigenitus? Imo, tu quis es, qui respondeas Deo? Si Filium quidem vocat, id est, procedit ex se, Spiritum vero sanctum ex ambobus?]

Quid ergo dicemus? Adbuc egemus testibus? Audiuimus Græcorum blasphemias dicentium: Spiritus sanctus non procedit à Filio, quia perfecte procedit à Patre: quasi etiam non perfecte mittatur & detur à Filio?

Item, non procedit, inquiunt, à filio, quia duæ essent causæ, & duo principia. Ergo cum Scripturæ sacræ, & Euangelium Filium principium scilicet de principio nominent, vt illud: *Ego principium, qui & loquor vobis.* Et Psalmista: *Et tu in principio Domine terram fundasti.*

Item, non procedunt quæ dicunt, quod Christus hæc tacuit, Apostoli non dixerunt, sancti etiam de hoc nil prædicauerunt. Sed ex præmissis auctoritatibus, mendaciis eorum iam patefactis: restat nunc ostendere, qualiter & in his, quæ sequuntur, suis rationibus mentiantur. Dicunt enim: *Sancti Patres in Conciliis super hoc nil definierunt: Sed ponentes in Symbolo, ea quæ sunt necessaria ad salutem, eos qui aliud adderent, excommunicauerunt: Sed vos addidistis; ergo estis excommunicati.*

Responsio

Responsio Latinorum

AD quod respondentes breuiter sic dicimus. Sancti hoc in Symbolo non posuerunt, quia minime dubitauerunt. Non enim proponebant in Symbolo, vel definiebant in Synodis, nisi ea quæ in quæstionem ab hæreticis vertebantur: & mundum vel vniuersalem Ecclesiam in errorem ducebant. Vnde nec Symbolum tunc temporis exposuissent; nisi eos ad hæc hæreticorum prauitas compulisset. Vnde in prima, & sancta vniuersali Synodo, quæ sub sanctissimo Patre Syluestro, tempore Constantini Principis, à trecentis octodecim Patribus sanctis in prouincia Bythiniæ, ciuitate Nicæa contra impiissimũ dogma Arij dicentis Filium Dei factum, & creatũ est celebrata; nil aliud definierunt de Spiritu sancto, nisi quod in * ipso credi debeat, & quod sit Dominus, & viuificans.

** ipsum.*

In secunda vero Synodo, quæ sub beato Papa Damaso tempore Theodosij principis, à centum quinquaginta Patribus in vrbe Constantinopolitana contra Macedonium præfatæ vrbis Episcopum, dicentem Spiritum sanctum minorem Patre, & Filio vel certe ministrum Trinitatis, celebrata est: definierunt prædicti Patres Spiritum sanctum non factum, nec creatum: sed potius creatorem ab ipso fonte in Diuinitate patre, tanquam à primaria vena procedentem. Et hoc in secundo Symbolo, quod Constantinopolitanum dicitur, diligentius notauerunt. Quia vero non fuit quæstio siue dubium: Vtrum Spiritus à Filio procederet, vel non: sancti patres, sicut & multa alia, quæ postmodum in alijs Concilijs Catholice definita sunt, sub silentio transierunt. Processu vero temporis, increscente quorundam malitia, in occidentibus partibus, dicentium Spiritum sanctum non procedere à Filio, pro eo quod in Symbolo non ponatur, aggregati in vnum Episcopi illarum partium, de licentia, & auctoritate Summi pontificis, veritatem fidei, quam tenemus in Symbolo declarantes, cantari etiam hoc in Ecclesia ab omnibus mandauerunt. Græci vero, & cæteri Orientales, vocati non sunt: aut quia nimis distabant, aut quia non dubitabant etiam hoc adducere in quæstionem.

Quod autem eis tunc licuerit, & liceat hodie nobis aliquid scribere, prædicare, & cantare, quod in Symbolo non est expressum, docemur ex quarto quinto, sexto, septimo Concilijs: quorum quædam definiuit, quod non est expressum in Symbolo: vt de sacris imaginibus, super quibus septima fuit Synodus, nihil in Symbolo continetur. Sic nec de duabus voluntatibus, & operationibus in Christo, Symbolum manifeste determinat: de quibus sexta Synodus definiuit: sic nec Theodorus Mopsvestię, nec Theodoriti scripta, quæ contra B. Cyrillum composuit, condemnat Symbolum, quamuis secunda vniuersali Synodo condemnentur. Sic nec duas naturas inconfusas, & impermixtas in Christo in vnitate personæ, sine omni conuersione per Symbolum habemus expressum, cum sic esse definierit quarta vniuersalis Synodus Leonem papam primum sequuta. Epistolam quoque eius quem prædiximus, Fidei orthodoxæ columnam vsque hodie Græcus appellat: & quod forsan aliquis miretur, sancta & vniuersalis synodus prohibet, ne alicui liceat proferre, vel scribere, vel componere alteram fidem ab ea, quæ definita est à sanctis patribus Nicææ congregatis, quamuis secunda synodus symbolum ediderit, vt supra ostensum est, in quo aliqua continentur, quæ in Nicæno Concilio non habentur: quod ex collatione vtriusque synodi manifestum est lectori: Ipsam vero prohibitionem ad verbum sic continent: Tertiæ synodi cap. vlt. [His igitur lectis definit sancta Synodus, alteram fidem nemini licere proferre, vel scribere vel componere, præter eam, quæ definita est à sanctis Patribus Nicææ cum sancto Spiritu, præsumentes alteram fidem proferre, vel offerre, conuerti nolentibus ad agnitionem veritatis ex Iudaismo, vel hæresi qualicunque, hos, si quidem fuerint, anathematizari.] Sed dicet Græcus: Quid vltra quæritur? Ecce habemus propositum ex Definitione.

Fuit Synodus secunda Constantinopolitana.

Responsio Latinorum

AD quod respondentes sic dicimus: Prohibitio sancti Concilij sicut sancta, & vera esse ostenditur, ita nil contra veritatem dignoscitur continere. Dicit enim: Si quis aliam fidem à veritate prædicauerit, scripserit, anathema sit. Sed Latinus scribit, & prædicat illud, quod sanctorum auctoritatibus, & sacræ Scripturæ testimoniis probat esse verum. Ergo non aliam, sed eandem minus expressam olim in symbolo, tam fidelibus quam infidelibus prædicat fidem.

Quod autem vera sit expositio, probatur per auctoritatem Apostoli, & per ipsos tractatores sacræ Fidei, qui in dictis Concilijs personaliter interesse meruerunt. Dicit ergo Paulus quibusdam sic: *Quicunque vobis aliud prædicauerit, præter id quod accepistis*, hoc est, si quis vobis aliud, id est, contrarium Euangelizauerit, vel contrario modo docuerit, *anathema sit*. Non dicit, si quis vobis addiderit. Nam si illud dixisset, sibi ipsi præiudicasset: qui cupiebat venire, vt suppleret, quæ eorum Fidei deerant. Sed qui supplet, quod minus erat addit, non quod inerat tollit.

Qui prætergreditur Fidei regulam non addit ad omnia; sed recedit à via. *Aliud* ergo positum est pro opposito. Nam, quæ de Deo est, veritatem nullus hominum prohibere potest quin possit cantari, legi, & prædicari in Ecclesiis; vnde idem Apostolus ait: *Nihil possumus aduersus veritatem*. Cum igitur Romana Ecclesia aliud, aut contrarium sanctorum definitionibus non scribat, vel prædicet, sed quod verum est, & cuius oppositum facit hæresim: nec non & eius veritas periculoso silentio petentibus denegatur: patet quod si propter pietatis naufragium, quod imminebat, addit veritatem fidei, in symbolo non expressam, quod non est excommunicata.

Si vero propter declarationem Fidei talem, vt Græci asserunt, additionem factam in symbolo, excommunicationis sententiam Latini incurrerunt: confiteri necesse est, omnes qui in secundo, quarto quinto, sexto, septimo Concilijs fuerunt, pro eo, quod præter ea quæ in symbolo Nicææ continebantur, aliqua immo multa de fide definierunt, anathematis gladio fuisse percussos. Sed quæ maior dementia, & maior cæcitas, quam dicere, aut proferre, aut prorsus cogitare, quod tertium Concilium excommunicauerit præteritos, & futuros, qui aliquid plus, quamuis verum definierunt in Ecclesia quam illud, quod definitum est à sanctis patribus in sancta Nicæna synodo constitutis.

Item, nunquid Nicænum, aut Constantinopolitanum symbolum omnia continet, quæ necessaria sunt ad salutem, vbi nullum de septem Sacramentis Ecclesiæ, excepto baptismo, aliud expressum ibidem continetur? Cui ergo dubium videtur, quædam vera esse de Deo, quæ in libris non continentur? Et vt de his nunc taceamus, * qui non lecta explerix sequuntur: Patrem & Spiritum, Filio incarnato incarnatos non esse aut passos, vbi in scriptura poteris inuenire? quod tamen ita verum est, vt oppositum vel mente concipere, sit absurdum.

** Locus mendosus.*

Item, quomodo tertium Concilium excommunicat primum & quartum, quintum & sextum, & septimum: cum in fine cuiuslibet Concilij hanc eandem prohibitionem factam ab eis recipiat? scilicet: *Si quis alteram fidem, &c.* Si vero excommunicati, quomodo sancti? si autem sancti, non excommunicati. Quomodo tamen non excommunicati? nisi prohibitionis iuxta sententiam alteram fidem, id est, contrariam rectæ fidei præsumpserunt prædicare? Quod vero tam studiose, & sollicite in omni Concilio hoc ipsum prohibuerunt contra hæreticos, non in præiudicium veritatis factum esse aperte probant, quæ in sequentibus continentur.

Dicit enim B Cyrillus in Epistola ad Nestorium: *Non tibi sufficiet confiteri Symbolum Fidei solum editum pro tempore in spiritu, à magna Synodo pro tempore congregata Nicæa intellexisti enim non recte: sed interpreta-*

A *tus es non recte: sed perverse contra hæreticorum importunitates dictum est, plus vel minus aliam fidem affirmare, conscribere, componere, docere vel sapere: qui aliquid superinducere vel subtrahere moliuntur sanæ mentis intellectui eorum, qui in Nicæa Symbolum conscripserunt.*

Idem de eodem Athanasius: *nil amplius debere sibi de fide: sed contentos esse ea, quam in Nicæa sancti Patres conscripserunt fide, propter hæreticorum cautum est cavillationes*, non vt pietati præiudicium inferretur: alias omnes sanctos, qui postea aliquid de fide dixerunt, & sex venerabiles Synodos in contemptum egisse ponemus.

Item Cyrillus in Epistola, cuius est initium, Legi commonitorium: [Athanasius dixit, sanctam Synodum non fecisse memoriam dictionis Genitricis: Ego autem scripsi, quod & si non fecit Synodus memoriam, bene fecit. Neque enim erat motum aliquid huiusmodi tunc temporis, propter quod non erat necessitas quæ non quærebantur ferre in medium.]

B Item Basilius in Epistola quam scripsit Epiphanio, ita dixit: [Nihil possumus addere fidei nos, neque præter eam, quæ in Spiritum sanctum, glorificationem, quam in transcursu patres nostri huius memoriam fecerunt, nondum de ipso tunc mota quæstione.]

Patet igitur ex præmissis, quod contra hæreticorum importunitates, quæ veritatem pervertere nituntur, facta sunt hæc pro his, non vt pietati præiudicium inferretur. Et quod ea, quæ in transcursu dicta sunt, declarare licet etiam cum additionibus, necnon & veritatem tacitam pro tempore in manifestum prodire, scribere, & cantare licet. Quod, cum negare Græci non possunt, nisi forsan scripta sua, & Patres suos sanctos velint condemnare: necesse habent nobiscum, & ipsi fatendo dare, Romanum Pontificem propter additionem factam in Symbolo (quam veram esse nullus sanctorum dubitavit) non esse excommunicatum, vel hæreticum, sed pium doctorem, & Catholicum & *fidelem dispensatorem*, quem Do-

C minus super familiam suam, id est vniuersalem Ecclesiam constituit, *vt det illis cibum in tempore opportuno.*

Opinio Græcorum.

DIcunt igitur Græci iterum: *Multorum doctorum nostrorum hactenus, quorum scripta apud nos vsque hodie perseuerant, vt Theodoritus, & cæteri, vestræ opinioni, erroneæ, contraria scripserunt.*

Responsio Latinorum

QVibus responsum reddentes dicimus: Quod si omnes quos doctores nominant, tales sunt, quales

** Imo in tertio, hoc est, in Ephesino*

Theodoritus fuisse probatur: eos tanquam pestem fugimus, & tanquam hæreticos reprobamus. In * quinto namque Concilio, cum dictus Theodoritus nisu temerario ausus erat se opponere B. Cyrillo, pro eo, * quod

** Non D fuit hæc controuersia inter Cyrillũ & Theodoretũ, sed vtrũ Christus vna an dua persona esset.*

in pluribus scriptis suis Spiritum sanctum ex Filio esse fateatur: excommunicationis sententiam in pleno Concilio sustinuisse meruit, donec ea, quæ contra prædictum patrem dixerat, & scripserat, publice retractaret.

† Respuit Theodoretus, & à Concilio Chalcedonensi receptus est.

Auctoritatem ergo huius † Theodoriti tanquam blasphemam respuentes, ad illam Damasceni, quæ sic incipit: *primo est intellectus, deinde verbum exterius, Spiritus autem Verbi vehiculum*, accedamus.

Item solutio ad verbum Damasceni.

SCiendum est Græcis, quod est verbum exterius, & verbum interius: Verbum interius, sicut sancti Doctores dicunt, est intellectus, vel cogitatio. Verbum exterius, sermo est. Similiter est spiritus duplex: Interior Spiritus, & exterior. Interior Spiritus amor est. Exterior vero, &c. Iam ergo Doctores sicut S. Augustinus, & alij, exemplificantes de verbo incarnato, & Spiritu increato: comparant Spiritum interiorem ad Verbum interius. Græci comparant Spiritum exteriorem ad

E verbum exterius; de quibus dicit Augustinus: *Prius est mens, dictum est verbum, siue cogitatio, quia cogitatio in mente concepta, verbum dicitur.* Consequenter sequitur, quod ex vtroque spiretur affectus siue amor. Mens namque Patri attribuitur, Verbum Filio, Amor Spiritui sancto. Ex hoc ergo dicimus Spiritum ab vtroque procedere, sicut amorem ex mente, & verbo interiori, siue cogitatione.

Auctoritas Damasceni aliter ista accipit; & ideo in errorem multos induxit. Ad aliam vero auctoritatem Damasceni, quæ dicit: *Nos Spiritum sanctum ex Filio esse non dicimus*, Si enim tanquam authenticam per Concilia recipere vellemus (quamuis non sit sicut sanctorum, de quibus supra memoriam fecimus, sic exponemus *Non dicimus*, id est, *non cantamus.* Quod quidem verum est. Illud enim: *Filioque procedit*; omnino in Ecclesiis subtiretur ab eis. Si autem fiat vis in præpositione Ex, secundum quod importat aliquando vniuersalem auctoritatem principij, aut principalem causam, potest sustine-

F ri. Nam quod Spiritus procedat à Filio, hoc habet à Patre; Secundum quod in præcedentibus testificati sumus.

Ad aliam autem auctoritatem Epiphanij quæ fatetur Spiritum medium inter Patrem, & Filium; dicimus id intelligendum, quod *Spiritus est connexio & amor vtriusque.* Nam ipse Epiphanius, & omnes alii cũ eo, Spiritum sanctum ex ambobus, sicut supra notatum est, & ordine mediante confitentur. Vnde cum dixisset Epiphanius in auctoritate præallegata, *non secundum aliquam compositionem, quemadmodum in nobis anima, & corpus: sed in medio Patris, & Filij* statim subiunxit, quod Græcus occultauerat: *Spiritum ex Patre, & Filio.*

Sed & Basilius in sermone qui incipit: *Non erat, vt videtur, &c.* vigesimo septimo capitulo, cuius est initium [Sed forte dicet quis, &c. *sic testatur*: Pater quidem sine principio, & ingenitus, & semper intelligitur. Ex ipso autem secundum propinquum, sine intersitio, vnigenitus Patri communis est. Per ipsum autem

G vnigenitum etiam cum ipso antequam alia † manus, & subsistens per medium interstitii intellecto, statim & Spiritus sanctus copulatione comprehenditur.] Dicitur

† Locus valde corruptus.

ergo medius prout diximus, quia amor est, vtriusque. Ordinatur vero post Filium, quia ex ambobus procedit.

Vnde in Anchorato Epiphanij: [Pater semper ingenitus, increatus, incomprehensibilis: Filius genitus, & semper increatus, & incomprehensibilis: Spiritus sanctus, semper non genitus, non creatus, non confrater, non ex Patre frater: non proles Patris, non proles Filij: Sed ex eadem essentia Patris & Filij Spiritus sanctus, Spiritus omnium Deus est.]

Ad illud, quod quærebatur: *Quis vobis reuelauit hoc? Vnde habuistis? Quare & nobis non fuit reuelatum? Quare in Symbolo tale quid intersistis, &c.* quia in superioribus ostensum est, vel responsum est, & solutum: ideo hic sub silentio prætermissum.

Ad auctoritates etiam Euangelij quas praue exponunt, dicentes: *Dicitur Spiritus Filij, quia mittitur ab eo ad sanctificandas creaturas: vel quia est consubstantialis ei:*

H sic respondemus.

Quærimus à Græcis: Aut Spiritus erat ab æterno Filij, aut si dicunt, non, contra Gregorius Thaumaturgus in editione fidei suæ, quæ in sua vita legitur, Spiritus esse Filij ab æterno claro sermone denuntians ait: *neque defecerit vnquam Filius Patri, nec Spiritus Filio sed inconuertibilis, & inalterabilis eadem Trinitas semper.*

Item Gregorius Theologus in sermone de Pentecoste, qui sic incipit: *de hac solemnitate breuiter philosophemur*, circa medium sermonis, sic testatur de eodem Spiritu: *Erat semper Spiritus sanctus, & est, & erit, neque incepit, neque deficiet: sed semper Patri, & Filio coordinatur, & connumeratur. Neque decebat deficere Filium Patri vnquam, & Spiritum Filio, &c.*

Item Epiphanius Episcopus Cypri de perfecta humanatione Dei Verbi: *Et quoniam animam, & intellectum suscepit, & quanquam est homo.* Et de Trinitate post vnum folium: *Pater erat semper, & Filius ex Patre erat sem-*

A per, & *Spiritus sanctus ex Patre, & Filio erat semper. Et neque Filius creatus, neque Spiritus creatura &c. Sed ab æterno, vt sancti testantur, fuit Spiritus Filij, & à Filio.* Quomodo ergo dicit Græcus, quod dicitur Spiritus Filij, pro eo, quod mittitur ad sanctificandas creaturas, cum ab æterno non esset, qui sanctificaretur; eo quod creaturæ incipiunt sub tempore. Ergo non dicitur Filij, quia mittitur ad sanctificandas creaturas: sed quia æternaliter existat ab eo. Si autem existit ab eo æternaliter, aut generatione, aut processione, & inde, vt supra.

Sed dicit Græcus iterum: *Spiritus sanctus Filij esse dicitur, quia ratione diuinæ essentiæ, ei est consubstantialis.*

Latinus. Absit ab auribus fidelium hoc deliramentum. Quia si ista ratione dicitur esse Spiritus Filij, scilicet quia est ei consubstantialis: eadem ratione Filius ipse, & Pater etiam dicerentur Spiritus sancti, vel à Spiritu sancto, quia similiter sunt ei consubstantiales.

B Videtis Græci, quorsum tendunt hæ congruæ expositiones vestræ? Nam prima Macedonium, altera Sabellium blasphemos imitantur. Primus enim Spiritum sanctum inter creaturas ordinat: Secundus in Trinitate ordinem confundit. Vbi ergo nunc est vestra gloriatio? quæ impudenter vos de pulchritudine scientiæ iactatis? dicentes: *Si autem occasione quorundam verborum, & cætera.* Ast rursus ad nos redeuntes audire poteritis veritatem. Estne ista veritas primæ veritatis, vt relictis sanctorum Patrum sententiis, sequamur Macedonium, & Sabellium hæreticos iam condemnatos? Quid ergo est? Dicitur Filij Spiritus, secundum omnes sane intelligentes, quia procedit ab eo, quod vtique ita verum est, vt qui contrarium sentit, vel prædicat, secundum quod patebit inferius, est in via perditionis.

Quia igitur multo conamine nisi sunt Græci Romanum Pontificem, & totam occidentalem Ecclesiam ostendere in canonem latæ sententiæ incidisse, & quod iuste, & sine culpa aliqua sint separati à nobis, & minime potuerunt: restat nunc ostendere, qualiter ipsi in laqueum,
C quem ipsi parauerunt nobis, inciderunt: & vtrum dicendi sint hæretici, vel tantum excommunicati; vel quod magis dolendum, vtrum vtrumque simul.

Ostendit Græcos incidisse in Canonem ob errorem de Spiritu sancto.

QVod in Canonem latæ sententiæ inciderunt sic probatur. Constet iam omnibus, quod ipsi dicunt Spiritum sanctum non procedere à Filio, nec esse omnino ex ipso: & quod nec datur ab eo, nec mittitur, nisi temporaliter ad sanctificandas creaturas. Et constat similiter, in cunctis scripturis authenticis, & receptis Concilijs, hoc quod prædiximus, scilicet, quod Spiritus sanctus sit essentialiter à Filio, & procedit ab eo, manifestius contineri. Quæ scripta ita recepta, & approbata sunt per Concilia generalia, vt qui eorum aliud contrarium sentit, vel prædicat: ipso facto, iure sit excommunicatus.

D Definit enim secundum Concilium * sic: [Condemnamus, anathematizemus cum omnibus alijs hæreticis condemnatis, & anathematizatis à Catholica, & Apostolica Ecclesia etiam Theodorum, qui fuit Episcopus Mopsuestiæ, & impias eius conscriptiones: nec non & impia scripta à Theodorito aduersus rectam fidem, & contra capitula Patris nostris beati Cyrilli, & tertiæ sanctæ Synodi Ephesinæ; & quicquid ad suggestionem Theodori, & Nestorij. *]

* Constantinopolitanum.

* deest aliquid.

Ecce audiuimus beati Cyrilli duodecim capitula, vbi maxime existentia sancti Spiritus à Filio cognitur: ita vniuersaliter sunt recepta, vt qui eorum sentit contraria, vel prædicat: ipso iure sit excommunicatus cum alijs hæreticis, & olim condemnatis. Dicit itaque Cyrillus, in nono capitulo prædictorum duodecim: *Si quis dicit, vnum Dominum* IESVM CHRISTVM *glorificatum esse à Spiritu, tanquam aliena virtute ab ipso data vtentem, & ab ipso recipientem, vt operari possit contra Spiritus immūdos, & implere in homines diuina signa: anathema esto.* Hunc autem

E anathematismum ipse idem sanctus Pater interpretans sic ait: *Homo factus vnigenitus Dei Verbum permansit, & sicut Deus omnia existens quæcunque & Pater, præter solum esse Pater, & proprium habens, quod ex Patre est, & essentialiter inhærens illi Spiritus sanctus signa illa diuina potentia operatus est.* Istam igitur expositionem recepit tertia Synodus, quinta confirmauit, & contradicentes excommunicauit: Ecclesia vniuersalis tenet, & tenuit, & approbauit. Sed Græci nostri temporis contradicunt, nono capitulo expositionum eiusdem, & allegant per se scripta Theodoriti hæretici, & per Concilium excommunicati: ergo secundum vim propositæ definitionis hæretici sunt iudicandi. Vnde B. Augustinus in libro de Fide ad Petrum cum in octauo capitulo eiusdem, Spiritum sanctum ex Patre, & Filio procedere firmasset testimoniis, in fine omnium capitulorum subiunxit, & ait Petro: *Hæc interim quadraginta capitula ad regulam veræ fidei firmissime pertinentia fideliter crede, fortiter tene, firmiter tene. Et si quem contraria his dogmatizare cognoueris, tanquam pestem fuge, & tanquam hæreticum abijce.*
F Ita enim ista quæ posuimus, fidei Catholicæ congruunt vt si quis non solum omnibus, sed etiam singulis voluerit contraire, in eo quod singulis horum contumaciter repugnat, & his contraria docere non dubitat hæreticus, & Fidei Christianæ inimicus atque ab omnibus Catholicis anathematizandus appareat.

Propter eandem insuper causam, hoc est, quia obstinato animo negant processionem Spiritus sancti à Filio, & plurimos etiam alios errores, in quibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ aduersantur: Anno ab incarnatione Domini millesimo quinquagesimo quarto. Excommunicationis sententia contra eos in Vrbe Regia Constantinopolitana lata est. Et magnum eiusdem ciuitatis Ecclesiæ altare hanc ipsam continet sententiam, impositam; scriptam à sedis Apostolicæ Legatis, tempore Leonis Papæ IX. vt videndum exhibent quæ apud eam vrbem sunt, tam Græce, quam Latina huius rei monimenta.

G Sed Innocentius Papa III. in editione, quam fecit Catholicæ Fidei temporibus nostris, præsidens in generali Concilio Laterani celebrato, & dicens: *Patrem à nullo, Filium à Patre solo, Spiritum sanctum ab vtroque*: omnem excommunicauit, & anathematizauit hæresim, extollentem se aduersus eam, quam composuit, sanctam orthodoxam, & Catholicam fidem. Sed Græcus manifeste se erigit contra articulum de Spiritu sancto. Ergo, &c.

Item, falsarij scripturarum authenticarum sunt excommunicati per Concilia: Sed ipsi falsificant scripturas, & vtuntur falsis, & scienter. Ergo anathematis gladio percussi incedunt per viam damnationis.

Et B. Athanasius in Symbolo rectæ fidei, cum dixisset: [Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus: Filius à Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus: Spiritus à Patre, & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens, in *fine libri subiunxit, & ait*: Hæc est fides Catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit saluus esse non poterit.] Sed Græci non credunt,
H quæ in eo continentur; saluari ergo non possunt.

Nos autem sanctorum Græcorum, & Latinorum sententias sequuti, credimus, & confitemur, cantamus, & scribimus, & docemus Patrem à se, non ab alio: Filium à Patre solo genitum. Spiritum sanctum à Patre, & Filio æqualiter procedentem, & pariter tres quidem discretas, distinctas, & perfectas hypostases: sed vnam essentiam, vnam Deitatem, vnam potestatem, vnam causam: à quo omnia, & per quem, & in quo sunt omnia: & ipsi est gloria, & honos, & imperium in secula seculorum, Amen.

Illos vero qui dicunt: Spiritus sanctus procedit quidem à Patre, sed non à Filio, vel aliter, & plus à Patre, quàm à Filio: aut prius à Patre, quàm à Filio, & simili ratione fidei aduersantia: & hoc asserendo credunt, prædicant, & scribunt, sicut iamdudum definitum est à sanctis Patribus, tanquam hæreticos à Catholica Ecclesia abijcimus, & vitamus, maledicimus, & reprobamus.

A *Distinctio de Animabus.*

II. EXpedito in præcedentibus primo articulo, scilicet de processione Spiritus sancti à Filio: in quo, vt singulis versutiis Græcorum obiectionibus, respondimus, & ipsos tanquã veritatis falsatores ex libris suis, quibus se iactant, & contra Romanam erigunt Ecclesiam, non solum errasse, verumetiam in canonem latæ sententiæ incidisse probauimus: forsan plus necessario præter propositum prolixi fuimus: restat nunc videre per eadem testimonia, vbi animæ talium, id est, infidelium & male credentium, exeuntes à corpore recipiantur. Opinio enim eorum est, sicut diximus: quod neque in paradisum bonæ, neq; in infernum ante diem iudicij vadunt animæ reproborum. Sequentes quendam huius hæreseos inuentorem Archiepiscopum quondam Cæsareæ Cappadociæ, Andream nomine; qui dicit, propria corpora præstolari, vt cum eis, cũ
B quibus bona, vel mala commiserint, retributiones similiter factorum recipiant. Qui etiam ad confirmandã suam opinionem erroneam, auctoritatem Apostoli ad Hebræos pro se introducit, qua dicitur: *Et hi omnes testimonio fidei probati, non receperunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarentur.*

Cui Andreæ obuiat B. Ioannes Chrysostomus in expositione eiusdem Epistolæ, & talia testatur: [Perceperunt quidem iuxta labores, & merita sed non perceperunt iuxta coronas debitas. Si vnum corpus sumus omnes, maior efficitur isti corpori delectatio sine fruitio, quando communiter, & non particulariter coronantur. Etenim etiam iusti in hoc sunt admirabiles: qui gaudẽt in fraternis bonis tanquã in propriis. Itaq; & hoc ipsũ secundũ voluntatẽ eorũ est, vt simul cũ propriis mẽbris coronentur: nã simul glorificati magna est ei fruitio: *quasi dicat sanctus iuxta illud Apocalypsis*, Datæ sunt singulis stolæ albæ,] prætendentibus vindictam proprij sanguinis,
C id est, desiderantibus mutationem in melius corporum. Singulæ stolæ albæ, id est, prima stola, quæ est glorificatio animæ. *Et dictum est eis, vt quiescant adhuc modicum tempus, donec impleatur numerus fratrum vestrorum*: hoc erit in fine mundi, quando resumptis corporibus gloriosis in vtroque, & de vtroque gaudebunt. Tunc quidem habebunt perfectum gaudium sancti: qui quoniam habent modo adhuc oculum mentis ad corpus naturale, eorum gaudium imperfectum aliquo modo etiam à sanctis nostris doctoribus iudicatur.

Beatus quoque Athanasius libro quæstionum suarum, cum interrogatus fuisset; vbi essent nunc animæ defunctorum? respondit quærenti. [Extranea quidem & metuẽda quæstio, & hominibus occultata. Non enim permisit Dominus, quemlibet eorum solui, qui ibi sunt, & ad nos venire vbi vel quomodo sint præassumptæ animæ defunctorum.]

Veruntamen ex diuinis Scripturis docemur, quoniam peccatorum animæ in inferno sunt, subtus omnem ter-
D ram, & mare: sicut docet Psalmista: *In tenebrosis, & vmbra mortis, & lacu inferiori.* Et sicut scriptum in Iob: *Interram tenebrosam, & turbulentam, in terram tenebrarum æternarum, vbi non est claritas, nec videre vitam.* Iustorum autem animæ post aduentum Christi, sicut in Latrone didicimus, in paradiso sunt. Non enim propter animam solam latronis Christus Dominus paradisum aperuit: sed & propter reliquas Sanctorum animas.

De isto insuper Latrone, Ioannes Chrysostomus exponens illud verbum Lucæ: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso*, ita loquitur: *Quidam dicunt nondum assequutum esse Latronem paradisi mansionem; sed propter promissionis firmitatem, & immutabilitatem dicunt Dominum dixisse: Hodie mecum eris in paradiso.* Alij autem, & ad vocabulum cogunt. Dicunt enim. Oportet nos distincte, & punctatim legere sic: *Amen dico tibi hodie: mecum eris in paradiso*; quasi in futurum tempus æstimant respicere promissionem. Impossibile est, in-
E quiunt, ipsum nunc esse in paradiso, cum Apostolus dicat de sanctis in Epistola ad Hebræos: *Hi omnes non receperunt promissiones, vt non sine nobis consummarentur.* Et post pauca adiungit idem sanctus, reprobatis istorum opinionibus dicens: *Et Latro quidem paradisum possidet, sive assequutus est. Non enim mentiri potest, qui dicit: Hodie mecum eris in paradiso.*

Item in prædicto libro Quæstionum, cum iterum diceret quærens: [Nunquid non memores erunt animæ præassumptæ, sicut angeli memores sunt? *respondit*: Sanctorum quidem animæ prorsus memores sunt: Peccatorum vero animæ cum sint in inferno, neque Dei, neque nostri memores sunt. *Et addidit David dicentem ad Dominum*: Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi? *Et iterum*: Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum.]

Idem sanctus in prædicto libro, ad aliam quæstionem
F sibi factam: Quid scilicet ibi operentur nunc animæ præassumptæ; respondit: [Anima à corpore soluta, nec bonum, nec malum valet * operari. Nam visiones, quas vident quidam de his qui mortui sunt, dispensatione Dominus ostendit ad nostram vtilitatem. Sicut enim lyra non habens pulsantem, otiosa iacet, & absque opere: sic anima, & corpus ab inuicem separata nihil operari queunt. Sanctorum autem animæ à Spiritu sancto impulsæ sive tactæ, cum angelis in terra viuentium Dominum laudant, & exultant.] ** meritorie scilicet vel demeritorie.*

Ecce habemus ex his magnis duobus testibus Athanasio, & Chrysostomo: quod sanctorum animæ secundum fidem, & spem Romanæ Ecclesiæ regnant etiam nunc cum Christo. Animæ reproborum factorum suorum dignam mercedem recipientes cruciantur in inferno in secula seculorum.

Quod similiter ita fuit olim certum Ecclesiæ Græcorum: quod non solum in libris, verum etiam parietibus Ecclesiarum suarum, antiqui Patres manifestis indiciis
G imprimere curauerunt. In quibusdam enim picturis, angelos lucis deferentes sanctorum animas in cœlos conspicimus. In nonnullis vero Satanæ angelos ex corporibus morientium reproborum, cum quadam violentia extrahentes animas, & in tartara secum ferentes reperimus. Vnde quomodo nunc ad tantam dementiam deuenerunt, vt dicant, defunctos nec Paradisi perfrui gaudiis, nec cruciatus infernales pro varietate meritorum sustinere, nescimus: sed solum mirari possumus. Præsertim cum de hoc populi aures repleant in Ecclesiis, in officio suo frequentato. Dicunt enim de Martyribus sic: [Famosissimi martyres, vos terra non absorbuit, vel occultat, sed cœlum suscepit: & intus existentes ligno vitæ remunerati estis: apud Christum intercedite, vt detur nobis pax, & magna misericordia.]

Item: [Vos qui pro Verbo passi estis vsque ad mortem athletæ, animas quidem habetis in cœlis in manu Dei, & per vniuersum orbem honoramini. Vestras reliquias, sacerdotes, & reges adorant, & omnes populi exultantes assueti clamant. Somnus pretiosus est in con-
H spectu Domini mors sanctorum eius:]

Item in eodem officio talia cantantur: [Chorus sanctorum inuenit fontem vitæ, ianuam paradisi. Inueniam & ego veniam per pœnitentiam, ouis errabunda ego sum. Reuoca me Saluator & salua me.

Item: [per vos, qui prædicantes agnum Dei, occisi estis vt oues, & ad vitam quæ sine senio est, & sempiternam transpositi estis. Hunc enim agnum attentius martyres petite, debitorum solutionem nobis donantes.

Item in officio mortuorum talia pro defunctis orant: *Dona requiem Deus famulis tuis, & ordina eos in paradiso: vbi chori sanctorum sunt Domine, & iusti fulgent in gloria.* His ita se habentibus, quis eorum potest excusari de ignorantia?

A

De quatuor receptaculis defunctorum.

SEd, & si plus aliquid scire cupiunt Græci de animabus defunctorum, legant, & intelligant libros suos, & inuenient quatuor receptacula defunctorum, scilicet cœlum Empyreum, quod & paradisus beatorum dicitur; Infernum, Limbum, & Purgatorium.

De primo, & secundo dicta sufficiant.

De tertio respondebit Athanasius vice nostra. In prædicto siquidem libro Quæstionum suarum, mouetur iterum à quærente quæstio talis: *Vbi quæso sunt, vel perueniunt pueri defuncti, vel in tormentis vel in regno?* Et vbi infidelium pueri? Vbi etiam tamen non baptizati, & defuncti cum fidelibus vel infidelibus? Ad has itaque quæstiones breuiter satisfaciens quærenti, respondit: [Domino nostro dicente: Sinite paruulos venire ad me, talium est regnum cœlorum. Iterúmque Apostolo dicente: Nunc autem filij vestri sancti sunt: manifeste constat, quod tanquam mundati & fideles in regnum intrant Christianorum filij baptizati. Non baptizati autem, & etiam gentilium pueri, neque in regnum intrant, neque iterum ad tormenta vadunt. Sunt enim expertes * peccati.] Cum igitur Pater sanctus asserendo dicat, animas puerorum non baptizatorum, nec paradisi perfrui gaudiis: neque iterum cruciatus inferni, cum sint sine actualibus peccatis, sustinere, reliquit in nostra intelligentia locum tertium, vbi animæ talium, Deo iubente, post hanc vitam recipiuntur, in quo scilicet nec boni præsentiam, nec mali sensibilem pœnam aliquam experiantur. Et licet huic loco Pater sanctus nomen non imposuerit: Sancti tamen Latini, vt Augustinus, Gregorius & cæteri, quippe qui eodem spiritu repleti fuerunt, determinantes de nomine loci, hunc locum *sinum Abrahæ*, siue limbum nominauerunt, in quem ante aduentum Christi sancti Patres descendebant. Nunc vero pueri, qui absque baptismo decedunt, sine pœna sensibili, vt dictum est, detinentur.

B

* alna-du scili-cet.

C

Probatio, quod sit Purgatorium.

DE quarto loco, id est, Purgatorio, multa sanctorum Patrum testimonia reperimus. Et primo in Epistula ad Corinthios, vbi loquitur Apostolus: [Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus IESVS. Si quis autem superædificat supra fundamentum hoc, aurum, argentum, pretiosos lapides, lignum, fœnum, stipulam: vniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim Domini declarabit, qui in igne reuelabitur; & vniuscuiusque opus, quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit: quod superædificauit mercedem accipiet: si opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per ignem.] Cum quidam doctorum suorum inter eos attentius, vt dictum locum exponeret, adiecit: Ignem istum credimus, καθαρτήριον, id est mundificationem, in quo animæ defunctorum probantur tanquam aurum in fornace.

D

Sancta quoque Macrina, soror B Basilij, cum esset liberalibus studiis imbuta, & Spiritu sancto repleta, inter alia quæ de sacris eruditionibus diuinarum scripturarum exposuit, de igne Purgatorio talia testata est dicens: *Oportet animam ad similitudinem Dei factam, ad ipsum redire: non redit autem nisi purgata: purgatur vero per ignem, post hanc vitam paratum.*

Istud testimonium repetitur in tractatibus, qui *Macrina* nominantur. Sed forsan dicent nobis: Nos testimonium mulierum non credimus. Esto. Audiant igitur Fratrem eiusdem Virginis magnum Doctorem Ecclesiæ B. Gregorium Nyssenum, quæ & qualia in sermone, qui in primo sabbato post Pentecosten, in commemoratione defunctorum, legitur, de igne purgatorio referat testimonia. Dicit enim: [Si humanam naturam voluntarie iuxta liberi arbitrij motū quidē indecenter præcipitantem is, violenter ac coacte ad suum beneplacitum transponeret, id est, ad se traheret Deus, vel induceret: ablatio esset hæc vtique præhabitæ bonitatis, & æquipollentis Dei dignitatis priuatio. Æquale Dei est liberum arbitrium Vt ergo & potestas maneret naturæ, & malum aboleretur; hoc inuenit Dei sapientia consilium dimittere scilicet hominem in his, in quibus voluit esse, vt gustatis ma lis, quæ operatus est, rursus redeat per desiderium volun tatium ad pristinam beatitudinem, omnéque vitiosum & irrationabile quoddam pondus postponens, & remo uens à natura, siue præsenti vita per orationes, & obse uantiam mandatorum expleatur: vel post hanc vitam pe nitus per purgatorij ignis conflationem purgetur.]

Item B. Basilius: Introducens personam defuncti lo quentem in officio mortuorum talia dicit: *Imago sum in effabilis gloria tua. Et si stigmata, vel punctiones porto del ctorum, miserere tua plasmationis Domine, & purga p viscera misericordia tua: & desiderabilem pœnitentiam co cede mihi, paradisi ciuem rursus faciens me.*

Item Damascenus in sermone mortuorum, volens pro bare, quod eleemosynæ, & orationes, & alia benefic Ecclesiæ prosint defunctis, introducit verbi gratia exen plum, quod in vitis patrum de quodam discipulo cuiu dam Patris legitur, & dicit: [Cum autem defunctus esse discipulus eius, scire volens senex, quæ & qualia meru set in vita sua iuuenis ille, cœpit aures Domini oration instantia pulsare. Cumque ista per aliqua horarum sp ria fierent, vidit senex prædictum iuuenem in fluuio ig neo vsque ad gulam demersum. Cum vero orationi anxiu incumberet, prospexit eundem vsque ad cingulū Vltim autem orationis beneficio ex toto liberatum aspexit.]

Sed dicent forsan Græci: *Ignem istum credimus igne infernalem: a quo etiam quidam virtute orationis liberat tur: vt Traianus Imperator, qui per B. Gregor. qui Dialogu dicitur, fuit sustentatus.* Sed contra B Basil. in officio mor tuorum, de infructuosa pœnitentia existentium in infer no: talia fatetur: *Quid turbaris importune ô homo? vna ho ra, & omnia prætereunt: non est in inferno pœnitentia, ne est ibi requies. Ibi vermis, qui non dormit, ibi terra obsc ra & tota nebulosa.*

Item B. Athanasius, cum quæreretur à quodam, qu essent illa peccata, quæ per orationes, & alia beneficia & suffragia diluentur post mortem: respondit: de his, Mag nus Dionysius sic dicit: [Si quidem leuia, & subtilia ex stunt peccata defunctorum, percipiunt vtilitatem de be neficiis, quæ pro eis fiunt: si vero grauia, vel turpia fue rint peccata hominis, conclusit contra eum, vel aduer sus eum Deus. Verumtamen oportet nos curam gerere d propriis animabus & non sperare post mortem per ali oblationes consequi veniam delictorum.] Hæc & his s milia in vitis patrum, & in Dialogo B Gregorij, quem similiter recipiunt, de animabus defunctorum reperiu tur testimonia: quæ purgatorium locum post morte esse sufficienter indicant: etsi Paulus tacuisset. Græ nostri temporis terrenarum rerum sollicitudine, non ta pro se, quam pro vxoribus suis, & filiis occupati: te nent libros pulchros quidem, & veros, nisi quos corr perunt, clausos: quin & sibi penitus ignotos. Vnde ne bis veritatem, quam tenent, & ignorant, prædicantibu quasi falsariis scripturarum, & noua inaudita dogmati zantibus contradicere non verentur.

Alij vero obducto supercilio grandia verba trutinan tes, authoritatem Apostoli ad Corinthios repugnanten pro se exponere conantur. Dicunt enim: *Fundamentu aliud nemo ponere potest præter id, quod positum est, quod e* CHRISTVS IESVS. Fundamentum vnum, sicut iam dix mus, est ille lapis angularis Christus: super quem ædif cati sunt Apostoli, & Prophetæ, & qui pro tempo fuerunt patres Spiritu Dei pleni. Aurum vero, & arge tum, & lapides pretiosi sunt Euangelica præcepta, altitudo diuinorum dogmatum, contra quæ, portæ inf ri non possunt præualere. Conati sunt nihilominus s per illud fundamentum immobile, malitiosi sectatore hæresiarchæ, dico adulterantes, & corrumpentes serm nem veritatis: ædificare: id est nimiam materiam prau doctrinæ superinducere: putantes, vt ita dicamus, in bo se obsequium præstare Deo. Sed veniet secundus Don ni aduentus, siue apparitio: & inutilia quædam ædific

tion

A tionis opera cæterorum doctorum cum detrimento consumentur, siue comburentur. Ipsi autem sic salui erunt, quasi per ignem inextinguibilem scilicet. Saluabitur ergo talis, *sanabitur, seruabitur* per ignem sicut adamas, qui nunquam consumitur per ignem. Sic & ipsi hæretici, & malitiosi sectatores saluabuntur, id est conseruabuntur, non ad purgandum, sed ad cruciatus æternos sustinendos. Hæc est, inquiunt, expositio bona, vera, & hic sensus auctorum.

Ad quod licet superius satis determinatum sit, dupliciter respondemus. Primo, per virtutem verbi, quod dicitur *saluabitur*. Istud námque verbum σώζω quod Latine redditum, sonat *saluo*; ita proprie significat salutem, id est, liberationem ab omni molestia: quod nunquam, & maxime in pœna, conseruationem. Et cum abundantissima & copiosissima existat lingua Græca, ita appropriatæ sunt verborum significationes suis terminis: quòd nunquam, aut rarissime, præcipue in sacra pagina ponitur vnum pro reliquo. Vnde aliter definierunt *custodire*, aliter *conseruare*, aliter *sanare*. Primum namque dicunt φυλάσσω: secundum τηρῶ: tertium σώζω: quod salutem, id est, liberationem ab omni incommodo; quod est
B electorum: quo verbo vsus est Apostulus in præmissa auctoritate, definierunt. Sic σώζω. vnde σωτηρία salus, & σωτήρ, id est, *Saluator*. Vnde iste expositor præmissæ auctoritatis Apostoli aut virtutem verborum ignorauit: aut, quod magis præsumendum est sciens & prudens veritatem Fidei malitiose abscondit.

Secundo respondemus, quod præpositionis verbi huius, *per*, sumitur aut causatiue, aut instrumentaliter. Quocunque istorum modorum sumatur, nusquam adamas saluatur secundum eos per ignem: quia non habet hoc ab igne, vt conseruetur lapis ille illæsus: sed potius à natura taliter sibi à Deo insita, vt scilicet ab elemento ignis non possit corrumpi. Similiter & homo corruptibilis cum sit: non habebit hoc ab igne, siue gratia ignis vt in æternum siue viuens in igne crucietur: sed Deo iubente, supra naturam ad malum suum, tale quid post resurre-
C ctionem recipiet, vt sit in æternum viuens, sine fine per ignem, & in igne, non iam saluetur, id est, conseruetur secundum Græcos: sed potius crucietur. Saluari ergo hominem dicimus, cum à peccatorum venialium maculis, mediante illo igne temporali & purgatorio, liberabitur: Vt sic videlicet anima purgata seu purificata propriis maculis, digna conspectui iudicis quandoque præsentetur. Scriptum est enim: *Nihil coinquinatum intrabit in eam*: sed anima purtat inquinamenta venialium, vt supra ostensum est, per illam antiphonã: *Imago sum ineffabilis*, & cætera. Ergo, non nisi purgata. Et sicut habemus de diuite, & Lazaro, quod irrefragabiliter responsum accepit, quod non posset transire aliquis à loco tormentorum. Igitur purgabitur alib.: Illum locum dicimus locum Purgatorij, ad quem transeunt animæ quæ dum adhuc viuerent de suis excessibus plenarie non satisfecerunt. Habemus igitur ex præmissis quatuor receptacula defunctorum,
D id est paradisum bonorum, Infernum damnatorum Limbum puerorum non baptisatorum, & Purgatorium pœnitentium.

Incipit tertia Distinctio. De Sacramento Altaris.

III. DIcto superius de Processione Spiritus sancti, quam Græci negant: Et de Paradiso, & Inferno, nec non & de Purgatorio, de quibus similiter male sentiunt, nunc de Sacramento charitatis, id est Eucharistiæ consequenter videamus. Verum quia quasdam friuolas rationes videntur prætendere in suam defensionem sui erroris: Illa proponenda sunt, quæ sub prætextu pietatis errorem huiusmodi nutriunt, vt non solum visis rationibus, & auctoritatibus, reprobentur, verum vnde, & à quo habuerunt originem, declaremus. Vt cum absque robore firmitatis, velut domus sine fundamento, apparuerint: ad modicum impulsum fidelium, omnis eorum structura nequitiæ, ruinæ exponatur.

E Anno itaque ab Incarnatione Domini millesimo quinquagesimo tertio, tempore Leonis Papæ noni, fuit quidam Patriarcha in vrbe regia Constantinopoli, nomine Michael * Cirularios. Hic siquidem sequutus per omnia prædecessorem suum Photium Patriarcham, qui prius superbam ceruicem suam contra summum Pontificem erigere attentauit, nisus est, quantum potuit, etsi non quantum licuit, Latinos, qui eadem vrbe tunc temporis sub Imperatore Græco degebant, de Græcorum ritus, & præcipue ad sacrificandum in fermentato, tandem per censuram Ecclesiasticam inuitare. Sed quia tantum nefas diu Romanam curiam latere non potuit; missi sunt à Pontifice summo Legati ad prædictam ciuitatem, qui huiusmodi furentium impetum per auctoritatem sedis Apostolicæ refrenantes; eum, & sequaces eius anathematis gladio percusserunt, ex tunc itaque Græci maloris inuidiæ stimulis agitati, quam plures libros, seu tractatus in confusionem Romanæ Ecclesiæ ediderunt, & suis po-
F steris legendos, tanquam authenticos, & fidei catholicæ firmitatem habentes, districte mandauerunt, eos vero, qui in his contraria dogmatizare præsumerent, annuatim in Ecclesiis, voce præconis, quod vsque hodie in eorum Ecclesiis conuentualibus obseruatur, hæreticos denunciarent.

* Cerularius.

Hunc igitur Michaelem Græci vsque hodie sequentes, Latinos *Azymitas* voce publica asserere non verentur. Vnde in tantam excæcationem, & contemptum apud eos deuenit mysterium Sacramenti: vt non solum in mortis articulo ex eo sumere recusent, verum etiam incendij supplicium potius eligant sentire, quam simpliciter confiteri. Probat hoc Cyprius, qui nostris temporibus, duodecim monachos Græcos isto errore laborantes, nouos diaboli martyres, per flammas ignis produxit: Dicebant enim prædicti monachi: *Sacramentum Latinorum lutum esse, & non Sacramentum: & quod sacrificantes, vel sumentes ex eo, more gentilium, dæmoniis immolarent.* Rationes autem quas contra Latinos allegant, & quibus se tueri videntur, sunt istæ.

G

Rationes Græcorum contra Latinos in azymo consecrantes.

PRimo, dicunt quod Dominus noster, qui in sui memoriam hoc fieri mandauit: non in azymo, sed fermentato pane tradidit discipulis suis. Constat enim, quod secundum legem Moysi, quarta decima luna fiebat immolatio agni, & esus azymorum, sicut scriptum est Leuit. 23. quæ dies, Pascha proprie vocabatur. Sed Dominus iuxta Euangelium Ioannis: *ante diem festum Paschæ*, celebrauit cœnam cum discipulis suis, & mysterium corporis, & sanguinis sui tradidit. Si in tali die, qui erat tertia decima luna, celebrauit Pascha, tunc vtebantur fermentato: Ergo de fermentato tradidit corpus suum.

H Item: *non introierunt Prætorium, vt non contaminarentur, sed manducarent Pascha.* Sed tunc fuit luna quarta decima: ergò in præcedenti, fuit luna tertia decima, quando Dominus tradidit corpus suum: & inde vt prius.

Item cum Euangelista de materia illius panis faceret mentionem; non dixit; IESVS accepit azyma: sed accipiens IESVS ἄρτον. Et ἄρτος supponit pro fermentato, Ergo, &c.

Item cum scriptum sit, quod stando, & cum lactucis agrestibus, & festinanter deberet comedi Agnus Paschalis: nullum tale quid in Euangelio reperitur. Vnde constat, quod illa cœna non fuit Pascha Iudæorum, sed potius cœna, & Pascha Christianorum, non cum azymis, sed cum fermentato pane, quod significat Christi perfectionem; fuit celebratum. Nam Christus noster Dominus duas naturas in vnam personam sibi vniuit, & sicut diuina est simplicissima; ita humana, est composita ex anima & corpore, siue carne. Sicut ergo in Christo fuit, & est diuinitas, anima, & corpus: ita in mysterio Sacramenti nostri, quod ex perfecto pane, id est, fermentato perficitur, similiter tria reperiuntur,

A scilicet forma, fermentum & aqua. Vestrum autem Sacramentum non solum non est verum Sacramentum, sed nec Sacramentum quidem, quod tantum discrepat à veritate. Hæ sunt rationes, quas in eorum libris me invenisse recolo, & ab ore ipsorum audivisse in disputatione.

Responsio ad rationes Græcorum.

AD primum igitur obiectum respondemus sic, quod fecit Dominus Pascha tempore & modo debito, aut non. Si dicant, non: Contra, Ioannes Chrysostomus, Homilia octuagesima quarta super Matthæum, ita dicit: *Non enim Christus transgreditur paschæ tempus, sed Iudæi, qui omnia præsumunt, Christum conculcant & leges, quia diligenter fervebant furore, & sæpe conantes interficere, non valuerunt, tunc accipientes ipsum ex insperato, voluerunt etiam Pascha dimittere, pro homicida suæ voluntate implenda. Propter quod congregati sunt omnes, &c.*

Idem super Ioannem: *Non ergo aliter opinantib. visum* B *est, Dominus Salvator, (qui & ipse ait: Non veni solvere legem sed adimplere) pascha suum anticipavit, sed tempore, & modo debito cuncta consummavit.* Fecit ergo pascha Dominus cum Discipulis suis, sicut Evangelista testatur quando fecit cum azymis, & agno immaculato, vt in lege scriptum est.

Item Theophylactus Bulgariæ Episcopus, exponens illud quod legitur ad Corinthios: [Convenientib. vobis in vnum, &c. *ita dicit*: Non possum non concedere quãdo ipse Dominus corpus suum ex pane, quem habebat, scilicet azymo, cum dies essent azymorum, tradidit discipulis suis; Si secundum Evangelia, & sanctorum Patrum sententias celebravit Dominus tempore debito Pascha. Vnde tunc fermentatus apparuit contra legem? Sicut enim scriptum est in Exodo 12. Septem dieb. fermentatũ non apparebit in domib. vestris. Quod si credimus verbis veritatis dicentis: Non veni solvere legem, &c. Credendum est, & prædicandum, Dominum Iesum nec vnum Io- C ta, nec vnum apicem legis præteriisse; & vt totius transgressionis immunem, dixisse insidiatorib. suis: Quis ex vobis arguet me de peccato? alioqui nec peccata multorum tulisset, nec pro transgressorib. orasset, vt non perirent, nec pro nobis passus, sed pro sua prævaricatione *iuste punitus* fuisset: præsertim quod non solum transgressor legis inventus esset, fermentato tunc apud se reperto, sed insuper multos discipulos reos mortis effecisset, cibans eos fermentato, & in iniuriam divinæ legis, quod est impossibile.

Vnde quamvis Principes Sacerdotum falsum testimonium quæsissent adversus eum, vt eum morti traderent, nullum tamen tale quid obiecerunt, quale Græci nunc obiiciunt. Quod si fuisset obiectum, solum sufficisset ad perdendum eum. Nec Pilato dicente: Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum, dixissent: Non licet nobis interficere quenquam, quia ipsi præcepto legis interfecissent fermentati participem, & dixissent: Nos D legem habemus, & secundũ legẽ debet mori, quia fermẽtatum comedit in pascha, aut certe apud eum apparuit.

Sed forte dicit Græcus: Non in publico, sed in occulto hoc egit. Absit. Quia non solum de factis suis, sed etiam de dictis ait ipsi summo Pontifici: *Ego palam locutus sum mundo, & in abscondito locutus sum nihil. Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt.* Sed etiam numquid Dominum domus, in qua Pascha celebravit, latuit? aut certe si ipse consensit, numquid & Iudam complicem malignorum latere potuit? Qui iuxta Psalmistæ vocem, *Dux meus, & notus meus* vocatur, præsertim cum fuerit dispensator, quem Dominus dilecto suo Ioanni demonstrans ait: *Ipse est, cui intinctum panem porrexero; Et qui mecum intingit manum in paropside, hic me tradet.* Quod si ita est, quæ res prohibuit infelicem Iudam, de memorato fermentato ipsum prodere sanguinem iustum palam, quem omnib. modis quærebat prodere clam? aut quid necesse habuit dicere: *Peccavi tradens sanguinem iustum*, cum tradendo transgressorem legis, avertit se, & à populo favorem Domini, & gratiam promeruit. Sicut enim scriptum est in Deuteronomio: [Si Propheta quilibet, aut fi- E lius tuus, aut filia, seu vxor, & amicus, quem diligis vt animam tuam, voluerit clam persuadere tibi, vt avertaris à ceremoniis legis, non acquiescas eis, nec audias, nec parcat ei oculus tuus, nec miserearis, & occultes eum, & statim prodito populo interficies, vt avertatur Dominus ab ira furoris sui, & misereatur tui, multiplicetque te, &c.]

Sed iterum dicunt Græci. Si creditur omnipotens, potuit vtiq; subito fermentatum vndecunq; exhibere, aut certe ipsum azymum benedicendo fermentare. Quod quam sit frivolũ, nemo est, qui non intelligat, quia quocunq; modo apud eum in ipsa solennitate fermentatum apparuisset, legis transgressor fieret, & plane dignus puniri, qui in sanctæ legis contumeliam fermentatum tractasset. Sed etsi quolibet modo tantum miraculum factũ fuisset, aliquis Euangelistarum narrasset, cum etiam quædam minima, nec narratione adeo digna, vt de contentione discipulorum, diligenter fuerint narrata. Omnes ergo tam obstinato silentio reticuerunt necessarij Sacramenti F initium, quod totius Ecclesiæ existat fundamentum. Vnde quamvis sit omnipotens, istud facere non potuit, quia noluit. Quare noluit? quia transgredi legem noluit? Vnde? *Non veni solvere legem, sed adimplere.* Quod autem omnipotentia sua ligetur ratione necessaria, & vtili, probatur per Euangelistam Matthæum, dicentem de patria Christi: *Non potuit ibi virtutes multas facere propter incredulitatem eorum.*

Responsio ad auctoritatem Ioannis.

AD secundum obiectum de auctoritate Ioannis: *Ipsi non introierunt, &c.* dicimus, quod Pascha multipliciter accipiatur. Aliquando enim est dies immolationis; vnde Levitici: *decimo quarto die mensis ad vesperam Pascha Domini est*: & in Matthæo: *Scitis quia post biduum Pascha fiet.* Aliquando agnus immolatus: vt, *Vnde vis paremus tibi Pascha.* Quandoque vero dies azymorum, si- G cut habetur in actib. Apostolorum de Petro: *Volens post Pascha producere eum populo: Erant enim dies azymorum.* Aliquando autem panes azymi, sicut hic: *Non introierũt in Prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha*, id est, panes azymos. Vnde, licet Dominus dixerit discipulis suis: *Scitis quia post biduum Pascha fiet, &c.* Matthæus tamen ipsius diei, in cuius vespera, qua Pascha fiebat, mentionem faciens ait: *Primo die azymorum accesserunt discipuli, &c.* Cui concordans Marcus ait: *Erat autem Pascha & azyma post biduum.* Et post pauca: *Prima die azymorum, quando Pascha immolabant, &c.* Si igitur videretur non accipiendum Pascha, & Azyma, vt modo Pascha, pro festo azymorum, & modo festum azymorum intelligitur pro Pascha; quomodo stabit: *Erat Pascha, & azyma post biduum*? Sed B. Lucas omnem soluens hæresis controversiam ait: *Appropinquabat dies azymorum, qui dicitur Pascha.* Et quia cum eo, qui proprie Pascha dicebatur, subsequentes quoque dies azymorum abusive nun- H cupantur Pascha; quem diem vellet intelligi, in sequentib. ostendit dicens: *Venit autem dies azymorum, in quo necesse erat occidi Pascha.* Quod plane in decima quarta luna fiebat ad vesperam, quando agnus occidebatur; quem etiam Pascha dici, Evangelista sic perhibuit, vt in ipso Pascha occidendum diceret.

Porro, qualiter intelligi debeat, quod ait: *vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha.* Paulo post ait: *Erat autem Parasceve Paschæ hora quasi sexta.* Parasceve Paschæ, præparatio Paschæ interpretatur, quando iam præparabatur, & instabat celebritas diei magni Sabbati, qui celebrior cunctis diebus tunc habebatur paschalibus apud Iudæos, adeo vt observantia eius, gentilis hominis cohabitatione, velut introitu prætorij, pollueretur. Igitur: *Ne in cruce remanerent corpora in Sabbato, rogarunt Pilatum, vt tollerentur.* Pascha igitur, in præmissa auctoritate, accipitur pro azymis, quo necessario concesso, cessat adversariorum obiectio.

Solutio ad Tertiam.

AD tertiam, quod dicunt, quod ἄρτος supponit pro fermentato, dicimus, quod multum discrepant à veritate: quia ἄρτος in sacra scriptura non solum pro azymo, verum etiam pro quolibet pane sumitur, prout in sequentibus apparebit. Scriptum est in Luca, quod cum Dominus apparuisset in specie peregrini, coactus fuit à duobus discipulis, vt discumberet. Et post: *accepit ἄρτον, & benedixit, &c.* quæ sequuntur. Sed constat, quod hæc facta sunt in die resurrectionis, hoc est in die azymorum, qui per septem dies secundum legem durabant, in quibus non solum non comedi, verum nec in domibus, nec in finibus illis omnibus panis fermentatus poterat inveniri. Constat ergo quod ille panis, qui secundum Græcos ἄρτος dicitur, non fuit fermentatus, sed azymus; ἄρτος ergo supponit pro azymo.

Atque hoc ipsum habemus in Levitico, vbi Moyses de Panibus propositionis facit mentionem, qui azymi erant, secundum legem. Item, vbi ait: *Comedetis panes azymes cum lactucis agrestibus*; habetis in Græco, comedetis ἄρτον. Item in Sapientia, vbi scriptura de pane cœlesti, id est, manna, *paratum de Cœlo, &c.* dicit Græcus, ἄρτον. Item Psalmista, vbi nos dicimus, *panem Angelorum*, in Græco habetur ἄρτον ἀγγέλων. Item Salomon: *Suavis est panis mendacij.* Ecce manifeste constat quod hoc nomen panis indifferenter accipitur, tam pro azymo, quàm pro fermamento; & tam de eo, quod replet ventrem, quam pro eo, quod satiat mentem, hoc est, desiderium hominis, sive in bono, sive in malo.

Sed dicit iterum Græcus. Veritas debet corr領spondere vmbræ; sed quarta decima luna, ad vesperam immolabatur agnus typicus. Ergo in die parasceve fuit luna quarta decima: quia quarta decima luna immolatus fuit agnus verus. Ergo & in quinta feria præcedenti fuit luna tertia decima, & tunc fecit Christus pascha suum. Ergo Christus comedit azyma . . . . . Pascha. [† Locus mendosus.]

Decimus quod veritas respondet vmbræ, quia in Pascha typico erant duo; scilicet agni immolatio, & comestio. Agnus typicus immolabatur luna quarta decima; & immolatio veri agni inchoata est luna decima quarta, qua captus erat Dominus. Et immolatio respondet immolationi. Comestio autem comestioni totaliter respondet; quia agnus typicus comedebatur quarta decima luna, & Dominus dedit corpus suum discipulis suis.

Si autem obiiciatur de mulieribus, quod paraverant aromata, quod non fecissent in die festo, dicendum est, quod opera misericordiæ non prohibebantur, sed tantum opera servilia, sicut dixit Dominus de Magdalena: *Sinite illam, vt in diem sepulturæ meæ servet illud.* Item, circumcidere licebat in die Sabbato; quia hoc erat opus spirituale, non servile, sicut dicitur Matth. 12. Sabbatis sacerdotes in templo Sabbatum violant circumcidendo hominem, & sine crimine sunt.

Si vero opposuerint nobis de die Sabbati: *quia erat magna illa dies*: dicendum est; quia dies Sabbati magnus dicebatur, quia erat dies Sabbati & insuper festum azymorum, non quia esset primus azymorum, quia omnes dies illi septem erant magni, primus tamen, & vltimus, maiores erant. Hic autem dicebatur magnus esse, quia, sicut dictum est, duo concurrebant, scilicet subiectum & festum azymorum, id est, vna dies de septem diebus. De hoc vero, quod Iudæi clamauerunt: *Non in die festo*, ergo non erat festum, quando crucifixus erat Dominus: diximus, quod licet clamauerunt, tamen fecerunt contra se, tanquam prævaricatores legis. Primo igitur die azymorum, qui erat dies festus, fecerunt Christum occidi.

Responsio ad aliud.

AD id, quod sequitur, quoniam illa tria, quæ sunt in Christo, scilicet corpus, & anima, & divinitas; Si ista fabula, aliquo modo digna esset responsione, possumus dicere, quod præter illa tria, aliæ duæ proprietates possent in suo fermentato assignari. Est enim in farina fermentata sal, aqua, & ignis, sine quo nunquam panis ad essentiam suam potest pervenire. Et ita non ternarius, vt ipsi mentiuntur, sed quaternarius, & quinarius numerus in pane invenitur fermentato.

In nostro vero Sacramento, in quo nihil est superfluum etiam secundum significationes suas, tria tantum reperiuntur, scilicet farina, aqua: & ignis, mediante quo farina, & aqua coniunguntur. Farina supponit pro carne, aqua pro anima, ignis vero pro diuinitate, quæ vtraque assumpsit in vnitatem personæ. Sed quid nobis de istis fabulis vetularum? Audiant Græci super hoc B. Gregorium in Dialogis, quæ, & qualia, Sacramenta detrahentibus responderit Græco sermone, cum in Græcia translegatione fungeretur. Dicit enim: [Solet plane moueri quæstio, quod in Ecclesia alij fermentatum offerunt, alij panes azymos. Esse namq; Ecclesiam distinctam quatuor ordinib. nouimus scilicet Romanorum, Alexandrinorum, Hierosolymitanorum, & Antiochenorũ: Quæ Ecclesiæ generaliter nũcupantur, cum vnam teneant catholicam fidem diversis tamen vtuntur officiorum mysteriis. Vnde fit, vt Romana Ecclesia offerat panes azymos, propter quod Deus sine vlla commistione carnem suscepit. Scriptum est, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Sic ergo pane azymo efficitur corpus Christi Nam ceteræ supradictæ Ecclesiæ afferunt fermentatum, pro eo, quod verbum Patris indutum est carne, & est verus homo, ita quod fermentatum commisceatur farina, & efficiatur corpus Domini nostri Iesu Christi verum. Sed tam Romana Ecclesia quam prædictæ pro ineffabili mysterio, tam fermentatum quàm azymum, dum sumimus, vnum corpus nostri Salvatoris efficitur.] Hæc sunt verba Gregorij, quæ in vita ipsius græco sermone reperiuntur.

Sed Ioannes Chrysostomus, cum huiusmodi litem vellet de medio remouere, in quadam Epistola sua, quam Græcis, de Sacramento, & alijs consuetudinib. Latinorum dubitantibus de Constantinopoli transmisit, ita dicit: *Volentibus nobis aliquid dicere de sacra communione, vtrum ex azymo, vel fermentato in sacra Dominica cœna facta fuerit; longioris, temporis, & etiam perfectioris scriptoris indigemus spatio. Sed multis omissis, id quod vtile, & pacificum est, imo vt ita dicam, quod magis est secundum dispensationem & necessarium, & quod magis continet veritatem, dicendum est; Panis antequam consecretur, & conficiatur, sive azymus, sive fermentatus fuerit, indifferenter panis est, & dicitur sacris eloquiis, prout postmodum ostendemus. Postquam consecratus fuerit neq; azymus neq; fermentatus dicitur, vel est, sed corpus & caro Domini, eadem nec alia, quam quæ ab incorrupta Virgine à verbo Dei assumpta, & in dextera collocata, à nobis orthodoxis & Catholicis mysticè sumitur. Propter quod, & mysterium, hoc est absconditum nominatur. Et ideo nonnullis est incomprehensibile hoc Sacramentum; Transmutatur autem divina virtute à Spiritu sancto in corpus, & sanguinem Iesu Christi, secundũ quod ipsa sacra secreta indicat, & etiam manifestat. Dicimus enim, te rogamus sancte sanctorum vt beneplacito tuæ bonitatis veniat Spiritus sanctus tuus super nos, & super omnia hæc tua dona sive munera, & benedicat, & sanctificet & ostendat quidem hunc panem ipsum preciosum corpus Domini, & Dei Salvatoris nostri Iesu Christi.*

Si igitur diuina virtus, sive Deus transmutat proposita dona in corpus, & sanguinem Iesu Christi, superfluum est contendere, vtrum ex azymis, sive fermentis fuerit, sive album, sive rubeum forsitan vinum, & huiusmodi quasdam stultas curiositates, de metuendis, & tremendis mysteriis perscrutati.

Quia vero quidam eorum volunt ostendere ex sola Etymologia nominis azymorum non esse ἄρτον, id est, pa-

nem

A nem, eis, de hoc breviter disputabimus. *dicitur enim ἄρτος ab ἄρθω, id est perfectione: Azymum autem non est perfectum; quia caret fermento. Ergo non est ἄρτος. Dominus autem ἄρτον benedixit.* Talis est mirabilis eorum syllogismus. Nos verò ad syllogismi machinamentum, cum nullius valoris sit, infirmum, & debile, nullam faciamus responsionem; ne videamur, ad ostensionem eius, quæ in nobis est rationalis scientiæ, multa loqui, & inutiliter. A sanctis tamen Evangelistis ἄρτον vocatum esse azymum probabimus, sive ostendemus, & mendax istorum Etymologia apparebit. In Luca enim scriptum est: *Et factum est, discumbente eo cum eis.* Et post pauca: *Cognoverunt eum in fractione ἄρτου.* Ecce, ibi azymum ἄρτον nominavit. Quod autem azymus fuerit ille, qui tunc in Emaüs Cleophæ; & concomitanti sibi datus est, hinc est manifestum: Post immolationem agni septem diebus comedebant Iudæi azyma, quibus diebus fermentatus panis non inveniebatur apud eos. Infra autem septem dies, benedi-
B xit Dominus panem istum, de quo memoriam fecimus, in Emaüs, sicut indicant eloquia sacra. *Sed super his omnibus tertia dies est, quo hæc facta sunt*; infra autem septem dies, erat dies illa. *Ἄρτος* ergo vocatur vt ostensum est, azymus. Nam hoc nomen *ἄρτος* genus est fermentati & azymi, & de ambobus prædicatur, sicut de speciebus. Ex his ergo verbis, vt dictum est, Chrysostomi, & aliis pro ista materia allegatis, satis manifeste colligitur, quod sancti Patres antiqui, tam Græci, quam Latini, tam de Sacramento altaris, quàm de aliis fidei articulis, sicut Ecclesia Romana, Catholice, & sancte senserunt. Moderni verò Græci, quia iugum obedientiæ sacrosanctæ dictæ Romanæ Ecclesiæ à collo suo indebite excutere voluerunt, multis eam involutam esse erroribus prædicare non verentur: Quia tamen ipsi suam rebellionem pertinacem quibusdam suis rationibus palliare non verentur, quid eorum libri contrà clament; ex multis pauca in medium proferemus.

C *Quarta distinctio. In qua ostenditur quod Papa est caput Ecclesiæ.*

SCiendum vero, quod ad probandam obedientiam, & debitam reverentiam Ecclesiæ Romanæ: oportet nos quærere primo à quo habuit Ecclesia suam potestatem: Secundò, quando: tertiò, an super omnes vniversaliter an particulariter.

Quantum ad primum distingue. Quia aut habuit à Deo, mediante Petro, aut à Principibus secularibus, aut à Conciliis generalibus, aut simul ab istis tribus: aut à nullo istorum, sed vsurpato sibi honore vtitur Ecclesia violenter, & indigne. Et istam vltimam concedunt Græci. Et dicunt quod nullus Apostolorum fuit maior altero, sed omnes fuerunt æquales, & fratres iuxta istud: *Omnes autem vos fratres estis, & Patrem nolite vobis vocare super terram, quia vnus Pater vester cælestis est.*

Ad quod respondentes dicimus, quod Dominus hic non removet officium prælationis, cum Paulus Aposto-
D lus dicat: *Obedite Præpositis vestris, & subiacete eis*: sed libidinem dominandi. Vnde non dixit; nolite statuere, sed, nolite vocare, vnde, cum nos eligimus Pastorem Ecclesiæ, non eligimus nobis Patrem, vel matrem simpliciter, sed potius Vicarium Patris nostri veri, & Magistri, qui in cœlis est: sed, nec quem eligere volumus nos, sed quem Deus dare iuxta sanctiones, & Canones Apostolorum suorum, constituit, & ordinavit, iuxta illud: *Nemo sumit sibi honorem, nisi vocatus à Deo, tanquam Aaron.* Vnde Glossa super illum locum: *Patrem nolite vobis vocare super terram*, sic ait: *Quod Deo debitur, vobis non præsumatis; nec alios Rabbi vocetis, nec divinum honorem hominibus deferatis.* item alia Glossa: *Dicitur Pater, & Magister*; Nam indulgentia Pater, vt honor ætati deferatur, non auctor vitæ habeatur: Magister, ex consortio veri magistri tanquam eius nuncius, & pro reverentia eius, qui mittitur, honoratur.

Petrus autem habuit prærogativam dignitatis super Apostolos, & plenitudinem potestatis super omnes ho-
E mines. Quod probatur sic; In Evangelio Ioannis, cum Dominus ter requisisset à Petro singulariter, & specialiter; an ipsum diligeret, audivit: *Pasce oves meas.* Super quem locum dixit Ioannes Chrysostomus; [Quia igitur finis erat cœnæ, Petro præposito totam orbis omnium committit, non alteri dat, sed huic tantum. Quare? quia omnium præcipuus, & caput totius chori. Et ideo etiam, vt ostendat ei, quod potest confidere, tanquam negatione obliterata, quia ei neque illam improperat, nec profert in medium: Sed si diligis me, præesto fratribus; & ferventem amorem, quem in me habere dicebas, ita vt mori velles pro me, nunc ostende. Interrogat autem cum ter, simul quantam curam habeat de ovibus sibi commissis. *Et post aliqua, dicit ei*: Sequere me. Commisit quidem Petro Prælationem omnium fidelium. Quia etsi Iacobus Hierosolymitanam sedem suscepit, Petrus autem totius orbis; quasi dicat: Sanctus vocatus est Iacobus in partibus Hierosolymitanis; sed Petrus in plenitudine pote-
F statis. Vnde in mandato, Tibi dabo claves, tibi, discretive, quasi ab aliis, dabo claves. *Super quo Ioannes Chrysostomus ita*: Sicut Pater dedit tibi revelationem confessionis veræ fidei, sic ego dabo tibi claves cœlestes. Divinorum ergo dignitatem tradidit Petro, potestative in terris existens, & cœlestibus intrans.]

Item Chrysostomus: *Et quidem alios permittentes; Huic, id est, Petro de ovibus disponit, cum sit Princeps Apostolorum, & caput chori. Propter quod & Paulus ascendit Hierosolymam, tunc videre ipsum præ cæteris.* Hæc sunt verba Chrysostomi.

In quibusdam tamen codicibus reperiuntur, quæ videntur sapere, quod non solum Petro, sed etiam Apostolis communiter eandem tradidit Dominus potestatem. Super quo volumus admonitum esse lectorem, vt habeat, quod debeat Adversariis respondere, si quæ inveniuntur in glossa Chrysostomi posita, quæ dicunt plenitudinem potestatis non esse traditam tan-
G tum Petro; sed omnibus aliis, absque dubitatione aliqua dicat, quicunque legerit, quod illa non sunt verba Chrysostomi, sed potius Theophylacti Archiepiscopi Bulgarorum, qui missus est à Photio, tempore schismatis in Bulgariam, vt ipsos Bulgaros tunc temporis Ecclesiæ Romanæ devotos, & obedientes ad Græcorum ritus, & obedientiam revocaret. Quod & factum est. Iste itaque Theophylactus cum omnia fere scripta B. Ioannis Chrysostomi suo ingenio abbreviasset, quicquid pro Latinorum Ecclesia facere videbatur, aut omnino tacuit, aut de suo superaddendo verum intellectum corrupit. Inveniuntur tamen quædam originalia Chrysostomi adhuc illæsa in armariis monasteriorum Græcorum.

Item Græci in officio suo de Apostolis Petro & Paulo talia testantur, cuilibet laudem cantantes: [Petro qui divisi sunt corpore, vniti sunt spiritu. Divinorum prædicatorum præpositos: Petrum quidem tanquam Apostolorum principem; Paulum vero tanquam præ cæteris laborantem.]

H Item Dominus in Evangelio de Petro: *Tu vocaberis Cephas*, quod in latino redditum sonat *Caput*; vt ex ipsa impositione nominis *caput* Ecclesiæ eundem demonstraret. Quod sacri tractatores fidei considerantes, vbicunque de Petro mentionem aliquam fecerunt *κορυφαῖον τῶν ἀποστόλων*, id est, caput vel verticem Apostolorum, vel apicem nominaverunt. Quam prærogativam nominis nunquam alibi legi. Quanquam Germanus Nicænus Archiepiscopus, iste scilicet, qui nuper defunctus est, in quibusdam suis litteris, quas contra Latinorum fidem nuper transmisit; etiam Apostolum Paulum *κορυφαῖον τῶν ἀποστόλων* nominavit. Quia autem quidam Græcorum Episcopus nunquam talem abusionem se audivisse testatus est, vnde, & derisit hominem. Sed esto. Quid ad rem? Romanus namque Pontifex, non solum Petri, sed etiam Pauli, meruit esse successor. Petro successit in potestate clavium, Paulo in discussione causarum. Nam sicut Petrus autoritatem ligandi, atque solvendi accepit à Domino, ita Paulus scientiæ plenitudinem. Et licet omnes Apostoli ligandi, & solvendi claves à Domino

A susceperint: nullos tamen plenitudinis potestatem sibi aliquo tempore vindicauit. Sunt vero vocati in partem sollicitudinis, sicut Archiepiscopi à Papa, Episcopi ab Archiepiscopis, & ab Episcopis Sacerdotes. Vnde factum est vt successores aliorum Apostolorum, non summi Pontifices, sed Archipræsules, vel Archiepiscopi nuncupentur. Romanus vero Pontifex, quia Petro, iam Christi Vicario successit, non immerito summus Pontifex, & Papa, hoc est, Pater Patrum singulariter nuncupatur.

Aliorum etiam locorum Episcopi, in quibus ipse personaliter præfuit, vt Antiochiæ; vel ad quam Vicarium suum misit, vt Marcum Alexandriæ, & item Cæsareæ Palestinæ, vbi Concilium ordinauit, & ei vices suas cōmisit; propter Petri reuerentiam singulare priuilegium, & dignitates præ cæteris Ecclesiis meruerunt, vt dictarum Ecclesiarum Episcopi, non solum Episcopi vel Archiepiscopi, sed Patriarchæ, hoc est, Principes Patrum, vel principales, appropriato vocabulo à cunctis nominarentur.

B Si verò quæritur, vnde ergo Hierusalem, & Constantinopolis habent Patriarchatum, respondemus. In primo generali Concilio, Patres sancti, qui aderant, considerantes loci reuerentiam, de Hierusalem scilicet, quam Redemptor omnium sua præsentia, & suo cruore pissimè dignatus est consecrare, honorem huiusmodi, & patriarchatus eiusmodi loci Episcopo dispensatiue concesserunt. Dixerunt enim. *Statuimus, vt Heliæ Episcopus propter reuerentiam Domini, præeminentiam, vel prærogatiuam, honorem Patriarchatus habeat, saluo iure, & reuerentia Metropolis*, hoc est, Archiepiscopi Palæstinæ Cæsareæ. Quod ideo factum est, quia Cornelius, Centurio, sicut diximus, à Petro Apostolo Episcopus ibidem ordinatus, vices ipsius Apostoli Apostolorum Principis in vita sua gerebat. Distinctio sexagesima quinta ita habet; Quam mos antiquus, & vetusta traditio obtinuit; vt Heliæ, id est, Hierusalem Episcopo honor deferatur, habeat consequenter honorem, manente tamen Metropolitanæ ciuitatis propria dignitate.

C Constantinopolis propriè sedem non habet, sed Theodosius Imperator in secundo Concilio coegit 150. Patres, clam summo Pontifice, sine cuius consensu fieri non potuit, prout legentibus hunc libellum patebit, vt Constantinopolis sedem sublimarent, nomen ei patriarchatus attribuentes, quod ante non habebat. Processu vero temporis crescente Græcorum malitia, & potentia invalescente, Patres, qui conuenerant in quarto Concilio, suasu principis Martiani, quædam priuilegia Romanæ sedis similia, & hoc nomen *oecumenicus* patriarcha, quod sonat; *orbicularis*, siue *vniuersalis* patriarcha, eidem Constantinopolitano Episcopo contradicentibus Apostolicæ sedis legatis contulerunt. Et vt habeant primum locum post papam, cum Alexandrinus Archiepiscopus primitus eam dignitatem habuerit, in primo & secundo & tertio Concilio, propter reuerentiam S. Marci discipuli B. Petri. Veruntamen quia ea definiebantur in Conciliis, sine consensu Papæ, vel legatorum ipsius, robur firmitatis habere non poterant dicti patres IV. Concilij cuncta, quæ gerant ad ipsum transmittentes, petunt humiliter eorundē

D confirmationem. Sed quia tale ambitionis nomen, & potestas vsurpata indebite non sine magna iniuria aliorum patriarcharum & maximè Papæ, sibi arrogauerunt Græci: Ideo B. Leo papa petitioni Concilij nullo modo assēsum præbere voluit, sed scripsit eis sic: [De negotiis fidei Synodum congregari permisimus, & vt sanctorum Patrum Canones conseruentur, quæ in Nicæna Synodo inconcussis dogmatibus edita fuerunt. Quapropter, inquam, considerationi vestræ sanctitatis innotesco, quod Ecclesiarum, prout ab illis trecentis decem, & octo Patribus diuinitus inspiratis edita sunt, volumus vt permaneant, vt nil inuerecunda ambitio desideret.] Inde Anatolio prædictæ ciuitatis Episcopo petenti confirmationem suæ dignitatis, & quærenti de Legatis sedis Apostolicæ, eo quod non consenserunt prædicti ordinationi, ita dicit.

S. Leo ad Concilium IV. Constantinopolitanū.

Sed temetipsum accusas quod eis (Legatis) parere nolueris dum illicita moliris; superflue non concedenda appetens & insalubriter contraria concupiscens, quæ nullum vnquam potuerunt nostrum obtinere consensum. Absit enim a conscientia mea, vt tam praua cupiditas meis studiis adiuuetur, &c. Hæc autem scripta sunt in gestis quarti Concilij de quo præfati sumus.

Idem S. Leo Anatolio.

E Sed Gregorius Diaconus Episcopus eiusdem vrbis Eleemosynarium reprehendens, eo quod tale nomen habere præsumpserit, ita scribit in suo Registro. *Papa insuper Romanus cum oblatum esset ei à Concilis nomen illud, nunquam voluit suscipere.* Et post pauca: *Sufficiet*, Inquit, *tibi, quod dignitatem Patriarcharum dedimus tibi, cum non habeas sedem.* Sedem vocat auctoritatem Petri videlicet: locum quem per se, vel per alium præsidendo auctorisabilem, & reuerendum reddidit, vt merito sedes Apostolica nominetur. Hoc semper Constantinopolis curauit. Propter quod & inter sedes Apostolicas non numeratur, vel computatur.

F Vnde Leo Papa in IV. Concilio ad Martianum Imperatorem, de Anatolio præfatæ vrbis Episcopo temere vsurpante ius non sibi concessum, ita scribit: [Sufficiat prædicto; *scilicet, Anatolio*, quod tuæ pietatis auxilio, & studio, seu solicitudine, nostro assensu tantæ ciuitatis Episcopatum obtinuit, nec indignum se faciat habere regalem ciuitatem, quam quidem Apostolicum locum, siue sedem facere non poterit, Sed nec aliquo modo speret, quod offendendo alios, possit ipse crescere. Nam prærogatiua honorum sanctarum Ecclesiarum Patrum Canonibus, & venerabilis Synodi Nicææ celebratæ decretis, constituta, nulla possunt temeritatis audacia moueri, nec etiam aliqua nouitate mutari.] Vnde B. Gregorius Dialogus dicit, cum de sedibus generalibus faceret mentionem, sicut supra in tractatu de Sacramento Eucharistiæ ostensum est, Ecclesiam quatuor ordinibus distributam esse, id est, Romanorum, Hierosolymitorum, Alexandrinorum: & Antiochenorum, qui generaliter, inquam, Ecclesia nominantur.

G His se sic habentibus, multum videtur oppositio quorundam Latinorum infirmari, quod dicunt, quod Patriarchiæ dictæ sunt, quia in his locis Apostoli præsederunt. Sed si eo, quod Apostolus *πρωτόσ*, id est Petrus, vel per se, vel suum vicarium, valere quod dicitur; si simpliciter intelligi volunt, quomodo stare possit non videmus; quoniam essent plures, quā hæc. Nec omnia supra nominata loca patriarchali honore ornarentur. Nullus enim Apostolorū sedit Constantinopoli, vel Alexandriæ, nisi Petri discipulus S. Marcus. Sedit enim Mediolani Barnabas electus Apostolus gentiū cum B. Paulo, & aliqui de Apostolis quibusdam regionibus specialiter præfuerunt. Sed si quorundam Apostolorum, & discipulorū Domini sessio faceret sedē, necessario esset, sicut diximus, quod essent plures, quàm quinq; Patriarchæ in mundo. Sed quoniam hoc non videmus, sequitur, quod gratis Petri prædictarum ciuitatum sedes honorem huiusmodi præ cæteris Ecclesiis meruerunt. Suscepit Petrus in plenitudine

H potestatis, & eā posteris suis successiuo iure dimisit, vt quī in ea sede, quam, vt ita dicam, martyrio crucis consecrauit pro Domino, isq; secundum canonem fuerit electus, Christi Vicarius non immerito cognoscatur. Quod vt nescientib. antiquas historias innotescat, quoquo modo de multis pauca in medium adducimus.

Scribit enim Leo Papa congregatis sanctis Patrib. in IV. Concilio sic: *Misit nobis Imperator, vt venerabili Synodo nostram præsentiam præberemus. Quod quidem nec necessitas temporu, nec vlla consuetudo poterat permittere. Tamen in his fratrib. Paschasino, & Lucentio Episcopis, Bonifacio, & Basilio Presbyteris, qui ab Apostolica sede directi sunt, me Synodo vestra fraternitas existimet præsidere, nec seiunctam à vobis præsentiam meam confidat, qui nunc in vicariis meis adsum, & iamdum fidei Catholicæ prædicatione non desum, &c.* Qui legati auctoritate summi Pontificis functi, sic in Concilio locuti sunt.

Vide Epist. 47. ad Synodū Chalcedonensem.

A Beatissimo, & Apostolico Episcopo Romano, qui est caput omniū Ecclesiarum, mandata habemus, vt Dioscorus Patriarcha Alexandriæ in Concilio non sedeat. Quod si sedeat, expellatur.] Item: Legati dant contra Dioscorū

senten

ſententiam rogati à Concilio ſic: [Rogamus ſanctitatem veſtram, qui locum obtinetis ſanctiſſimi Archiepiſcopi Leonis, vt ſententias contra eum & pœnas, quæ in canonibus continentur definiatis in ipſum. Omnia enim, & tota vniverſalis Synodus veſtræ ſententiæ non diſcordabit. Qui definientes dixerunt. Manifeſta fiant omnibus ea quæ dixit Dioſcorus.] Et poſt pauca ſententiam dantes, depoſuerunt eum. Cui ſententiæ concordans Patriarcha Conſtantinopolitanus, & tota Synodus: *Ego, ait, ea, quæ Apoſtolicus thronus per omnia ſentit, ſentio, & conſentio deponi, &c.*

Itē Leo Papa dicto Patriarchæ ſic ſcribit: [De Eutyche nondum cognovimus, qua iuſtitia à communione eſt ſeparatus. Quapropter cognoſcere volentes de cauſa, voluminis tui facti rationem cognoſcere, vt omnia ſuſpendantur, vſque ad noſtram notitiam. Quoniam nos, qui volumus ſacerdotum Domini iuſta eſſe iudicia, non poſſumus non cognitis rebus, in præiudicium alicuius partis ferre ſententiam, antequam ea quæ geſta ſunt, cum veritate audiamus, &c.]

Idem Leo Papa his, qui in Concilio Epheſi celebrato erant, ita ſcribit: *Itaque ad perfectionem divinitus ſtatutorum Apoſtolica cathedra petiit Imperator apponi confirmationem tanquam à B. Petro fuerit facta.*

Item, Principes qui intererant Concilio loco Imperatoris, de Papa ita loquuntur: *Quia igitur lecta eſt Epiſtola Domini noſtri ſancti Patris Archiepiſcopi Leonis, qui cathedram Apoſtolicam ornat: Expedit etiam, vt B. Cyrilli epiſtola, quæ contra Neſtorium ſcripta, legatur.*

Item dicti Leonis Papæ Epiſtolam de duab. naturis in Chriſto, plenam fidem continentem tota perfecta Synodus devote ſuſcipiens, & approbans in Epiſcopis ſingulis, & per ſingulos dixit: *Fateor epiſtolam Archiepiſcopi noſtri Leonis Apoſtolicæ ſedis Patriarchæ, conſonam eſſe editioni trecentorum decem & octo Patrum, qui in Nicæna, & centum quinquaginta, qui in Conſtantinopolitana: nec non in eius, quæ in Epheſo ſub B. Cyrillo fuit celebrata. Et eidem Epiſtolæ conſentio, & ſubſcribo.*

Alij autem ex ipſis vocant eum *Epiſcopum omnium Eccleſiarum.* Nonnulli *Papam*, plures *patrem ſuum*: alij *Patriarcham Oecumenicum*, id eſt, *Vniverſalem.* Quidam verò *Dominum ſuum* addentes; plures, *Apoſtolorum ſedi præſidentem*, & ſimilia, quæ cauſa brevitatis hic non ponimus. Et tamen ſi de ſingulis velint verificari, legant Concilia generalia, & maxime IV. Concilium, Græcorum chronica inſpiciant, vbi dictorum omnium abſque dubio reperient veritatem.

Item Patriarcha Conſtantinopolitanus ad eundem Papam Leonem Pontificem, illa ſcribit: *Sanctiſſimo, & beatiſſimo Patri, &c.* Narratis his, quæ in Concilio geſta fuerunt, dicit: [Oportet hæc omnia ad notitiam ſanctitatis tuæ pervenire, neceſſario mittens ea illuc per talem, & talem Epiſcopum, &c. *Et infra*: Quæ per eos manifeſta facimus, optamus vt per proſperam reſponſionem, quam vos decet, læti ad nos redeant. laudantes in omnib. charitatem, & providentiam veſtræ beatitudinis, quam erga ſedem huius regiæ vrbis, paterna ſemper conſuevìſtis ſolicitudine habere. *Et infra*: Etenim ſedes Conſtantinopolitana patrem habet Apoſtolicum thronum veſtrum. Vnde ea quæ in ſancta Synodo conſecutive geſta ſunt, confirmare dignemini: nec non definitioni, de qua dictum eſt, huius Conſtantinopolitanæ ſedis.]

Et in fine totius dicti Concilij ex parte omnium ſcribūt, ſic ad eundem narrantes quæ in Concilio geſta ſunt, & confirmationem eorundem poſtulantes. Dicunt ergo: [Beatiſſimo & Sanctiſſimo, &c. *Et poſt*: repletum eſt gaudio os noſtrum, & lingua noſtra exultatione. *Et infra* Quam fidem tu veluti aureum flumen vſq; ad nos præcepto conditoris deductum cuſtodiſti; omnib. B. Petri interpres, vel expoſitor conſtitutus. Vnde nos te tanquam auctorem boni ad vtilitatem vtentes, ſortem veritatis filiis Eccleſiæ demonſtramus. *Infra*: Si enim vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine eius, *id eſt*, Dei, ibi dixit ſe eſſe in medio, quantam putas circa ducentos viginti ſacerdotes inhabitationem oſtendere & familiaritatem, * *quæ etiam patientiæ*, & labori, cognitioni, quæ in confeſſione ipſius præpoſuerunt, quibus tu vtique vt caput membrorum præſidebas.

* *Locus corruptus.*

Et infra: Dioſcori Alexandriæ præſulis cauſas depoſitionis exponentes, inter multa intulerunt de vinea Domini, & cuſtode eius: Inſuper inquiunt, contra ipſum vineæ cuſtodem, qui à ſalvatore deputatus eſt cuſtos, inſaniam ſuam oſtendit, dicimus ſcilicet ſanctitatem tuam, & incommunicabilem eum, qui corpus Eccleſiæ vnire ſolicitus eſt, meditatus fuit facere. *Et infra*: Ea igitur quæ definimus ad remotionem totius confuſionis, ad robur verò Eccleſiaſticæ ordinationis propria, & amicabilia ad decorem congrua ſtabilire digneris, ſanctiſſime, & beatiſſime Pater. Nam hi, qui locum tuum obtinent ſanctiſſimi Epiſcopi Paſchaſius, & Lucentius, & hi, qui cum eis directi Presbyteri, Bonifacius, & Baſilius, dictis definitionib. fortiter aſtiterunt, volentes prorſus, vt hoc bonum à veſtra providentia incipiatur, &c. *Et in fine eiuſdem ſic loquitur*: Vt autem ſciatis, quod non ad gratiam, aut ad odium fecerimus alicuius, ſed tanquam divino nutu gubernati, & directi ſumus; cuncta vobis geſtarum rerum, nota facimus, vt à vobis, quæ geſta ſunt, ſtatuantur, roborentur, & concedantur.] Pariter quædam conſimilia, &c.

Imperatores vero Petri auctoritatem, & ſucceſſorū eius non ignorantes, ad eundem Leonē ita ſcribunt: [Victores Valentinianus, & Marcianus, glorioſi triumphatores, ſēper Auguſti, ſanctiſſimo Patri & venerabili Archiepiſcopo Leoni: Beatitudinem tuam ſyllabis noſtræ ſerenitatis velociſſime valere optamus: *Inquirentes*, vt cura omnipotentis Dei, veſtrarum precum interventu nobis concedatur, ita vt pia & pacifica ſua magnificentia, omnia proſpera, & optata noſtro imperio concedere dignetur. Miramur maxime, quod poſt Synodum Chalcedonenſem, & literas venerabilium Epiſcoporum, qui ad tuam in Deo amicitiā miſſæ ſunt, per quas omnia in ipſa facta, vobis nunciatæ ſunt: nequaquam à tua ſanctitate tales literæ miſſæ ſunt quæ videlicet in ſanctiſſimis Eccleſiis lectæ ad omnium notitiam pervenirent, pro quorundam animab. quæ Eutychetis pravam adhuc opinionem ſectantur, ambigua rē animi ſit: vtrum videlicet tua beatitudo, ea quæ in Synodo ſancta edita ſunt, confirmaveris. Et propter hæc veſtra reverentia literas mittere dignetur; per quas omnib Eccleſiis, & populis notū ſit, vniverſa, quæ in Sancta ſynodo geſta ſunt, à tua beatitudine eſſe confirmata. Illud tamen, vt decebat Epiſcopū Apoſtolicæ ſedis, tua ſanctitas excellenter dixit quod Eccleſiaſticos Canones cōſervans, nihil ab antiqua conſuetudine in ordinatione olim edita, & immobili, vſq; hodie perſeverantis, aliquid patiebatur diminui. *Et infra*: Cum autē confirmaverit Catholicam fidē & veram orthodoxā, noveritis Chalcedonenſe Conciliū, omnib Epiſcopis conſentientib fuiſſe ſequutā. Propter hoc, quod & tua venerabilitas, proprias & ſpeciales velociſſime mittat, per quas confirmare vos ipſam, quæ in Chalcedonenſi celebrata eſt Synodum manifeſtiſſime oſtendatis; vt nec illi, qui deſiderant, ignominioſam; poſſint habere aliquam ſuſpicionem de iudicio tuæ ſanctitatis gloria, id eſt, quod tua ſanctitas de his, quæ acta ſunt, iudicat eſſe tenendum.] Hoc autem dicit, quia ſine confirmatione Papæ, vel legatorum eius infectum negocium habebatur. Iſta autem quæ diximus, colliguntur ex IV Concilio.

Sed ne aliquib. videatur, quod propter dictam definitionē, editam in memorato Concilio, quod videatur imminutum de poteſtate Papæ, de conſequentib. Conciliis, quæ multo poſt celebrata ſunt, aliqua proponamus. In ſexta enim Synodo, quæ ſub Papa Agathone, tempore Conſtantini Principis, & Heraclij, & Tiberij fratrum ſuorum, in vrbe Conſtantinopoli, contra Monothelitas celebrata eſt, Patres qui convenerant, auctoritatem Principis Apoſtolorum non ignorantes, de ſucceſſione ipſius in octava Seſſione eius libri talia fatentur, & ſcribunt. * Demetrius Epiſcopus * Pruſiadis civitatis ita dicit: [Relationibus miſſis ab Apoſtolica, & principali ſede antiquioris Romæ, id eſt, Agathone, ad à Deo coronatum, & mitiſſimum Dominum noſtrum magnum Victorem

* *Domi-tim*
* *Pru-ſiade.*

A Imperatorem, tanquam à spiritu sancto editis, per os sancti, & principis Apostolorum Petri, & per digitum B Benedicti, Papæ Agathonis scriptis, ego assentior, & sic credo, & sic sentio, istas duas nostras voluntates in Christo vnitas personæ, &c.]

Item, Theodorus Episcopus Berissensis Armeniæ: [Ego audiens relationes missas ad Dominum nostrum benignissimum, à patre nostro Romano Papa Agathone, & auctoritatum quæ in ipsis feruntur, intentionem capiens; credo, sicut credit ipse Pater noster Papa antiquioris Romæ.] In hunc modum omnes Episcopi consurgentes dixerunt: *Nos omnes illa credimus, & illam fidem tenemus, & istam sequimur, &c.* Et peractis rite omnibus, referentes Deogratias, & Papæ, qui eos direxit ad bonum in laudem ipsius, totum Concilium ista scripsit: [Sanctissimo, & beatissimo &c. *Et infra*: Vnde & nos omnes tibi, tanquam principali sedi Ecclesiæ totius orbis, quod gestum est attribuimus, vel committimus supra firmam petram fidei stanti, B literisque à vestra beatitudine ad pissimum Imperatorem missis, in quibus vera confessio continetur libenter consensimus, quæ tanquam à summo apice Apostolorum enunciata, agnoscimus.]

Item Ioannes Episcopus Constantinopolitanus Constantino Papæ ita scribit: *Sanctissimo, &c.* Et infra: *Licet sua divinitatis, & potentia iudicium ipsam magnitudinem creationis, qua in visibilibus est, posuit Deus: pracipue tamen in preciosissima sensibili creatura, hoc est, in nostro plasmate, illa qua sua gloria, & sapientia sunt, demonstravit. Ex quo etiam admirandam esse Dei sapientiam, Propheta exclamavit ipse. Itaque nostra natura conditor diligenti operatione toti corpori caput praposuit, in quo perfectionem, sive integritatem sensuum apponens, sive attribuens, omnem inde reliquorum membrorum motum, & perfectionem fieri, & conservari fecit, ita vt si horum aliquod offendi contigerit, aut alio modo affligi, non sine provisione C eorum cura sit posita, sed etiam in novissimis, sive viribus naturalem compassionem ostendit, per manuum subministrationem, & oculorum per visionem ducatum: sanatur, quod afflictum est, & dolet: non iniuriatur, despicit, aut roiicit horum cooperationem vel officium, tanquam inutile. Ex his itaque, qua circa vestram præsentiam sunt: habemus parabolice loqui, ô sanctissime. Nam cum caput sacerdotij, quod in Christo est, Canonice vos esse reputamus; congrue quarimus per vos auxilium dolori, qui contingit & tristitia. Ecclesiastico ergo corpori, quod in nobis est, propter pestilentem, & morbidam plagam animarum à tyrannica potestate inflictam, consolationem mittite. Prorsus enim ratione proprietatis capitis, nos inconsulte, vel non voluntario infirmatos non despiciatis: neque identitatem à natura obliti, repellatis nos: Sed magis plagis nostris condoleatis. Cum enim patitur vnum membrorum, secundum* D Pauli vocem, *compatiuntur merito omnia membra. Nunc igitur & recursum, quoad sanitatem sit, ad restitutionem perfectam nobis concedito iustissime. Et maxime quando infirmitas occasionem non sine causa corporis sui stabilimentum acceperit, sed ab extrinsecus coacto, & improviso impensa sive casum suum acceperit.*

Locus obscurum & mendosus.

Postea mutat personam, quia loquitur Concilio, quod congregaverat Papa, propter eandem causam, de qua hic agitur, scilicet propter Iconomachos, scilicet impugnatores imaginum Inde subditur: [Propter quam causam nobis necessario, fratres adeo honorabiles, præsentem literam manifestæ certitudinis mitimus vobis, & ostendimus, quàm sit importabile pondus plagæ, propter quod & vsque ad vestram sanctitatem, secundum quod exigit consuetudo synodalis attestationis, seu proclamationis, devenire prohibeamur, tyrannice detenti, &c.]

Quem in favorem Ecclesiæ ponendum decretum Constantini, quod post receptam gratiam in vrbe Romana B. Petro & Papæ successoribus condidit, & tam Latinis, quam Græcis literis cunctis fidelibus in æterna memoria reliquit. Scribit enim sic:

E *Privilegium Constantini.*

Necessarium indicamus cum omnibus Satrapis nostris, & toto consultu, & principibus & populo, qui est sub potestate Romanæ Ecclesiæ, vt sicut S. Petrus ea persona fidelis Dei est in terra: sic Episcopi, & successores Principis Apostolorum potestatem in terra habeant magis, quam imperium nostrum gloriæ nostræ. Et hoc concessum à nobis, & ab imperio nostro, & volumus nos ipsum Principem Apostolorum, & successores eius ex persona eius, primos ad Deum patres esse & defensores. Et sicut imperialis potestas nostra in terra veneratur, & honoratur: sic faciamus, vt veneretur, & honoretur Romana Ecclesia, & magis, quàm imperium nostrum. Et æternam sedem sanctam cathedram Beati Petri volumus glorificari & exaltari: dantes ei potestatem & gloriæ dignitatem & discernentes sancimus, vt F habeat potestatem principalem & sit ipsa caput quatuor sedium, scilicet sedis Alexandrinæ, Antiochiæ, Hierosolymorum, & Constantinopolis. Et similiter in omnibus Ecclesiis totius orbis Episcopus, qui est in sancta Romana Ecclesia sacerdos mundi. Et quidquid est ad sanctitatem, vel vtilitatem Dei, & correctionem & firmitatem fidei Christianorum, vt ab ipso iudicetur. Iustum est enim, vt ibi sancta lex habeat caput, & principium, vbi sanctus Legislator, id est, Salvator noster Iesus Christus B. Petro iussit tenere cathedram, & etiam vbi passionem sustinuit crucis & beatæ mortis calicem bibit, factus imitator magistri & Domini sui, & vt ibidem gentes inclinent capita sua propter confessionem nominis Christi: vbi Doctor eorum B. Petrus, Paulus Apostolus propter Christum extendens cervicem, coronam martyrij suscepit, & vsque in finem mundi ibi requirant Doctorem, vbi sanctorum reliquiæ requiescunt.

Et infra: Propter hoc vtile æstimamus, Imperium G nostrum, & potentiam Imperij ad partes orientales transferri, & in regionem Byzantij, in loco vtili civitatem condere, & imperium nostrum ibidem collocare. Quoniam vbi est principium sacerdotij, & caput Christianæ religionis à Rege Cœlorum traditum est, indignum est, vt ibi rex terrenus habeat potestatem.]

Hæc & his similia quamplurima continentur in dicto privilegio Constantini, quod ad honorem, & reverentiam sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, illo tempore Græcis & Latinis, vt dictum est, literis promulgavit. Hoc tamen à semetipso non habuit, sed cum esset tunc temporis Christianissimus, sanctorum trecentorum decem, & octo Patrum Concilio interesse meruit vel studuit, & eorum spiritu, quo & ipsi pleni, sedem Apostolorum principis, prout in Evangelio à Domino didicerat, in honore dignam esse decrevit. Ibi enim prædicti sancti Patres prærogativam dignitatem Ecclesiis per vniver- H sum orbem dispensantes, Romanam Ecclesiam esse caput omnium Ecclesiarum in suis definierunt sententiis; prout in præallegatis Conciliis necessario comprobatur.

Sed & reliqui Imperatores orthodoxi thronum Petri omnibus aliis præferentes, tales de ipsa leges condiderunt. [Volumus, vt omnis regio Ecclesiastica consuetudines Romanæ Ecclesiæ imitetur. *Et iterum*: Dictam sedem omni honore dignam decrevimus, quia quidquid ad correctionem fidei spectat, ab illa sede fuit semper receptum, correctum & emendatum.]

Quæ cuncta si diligens lector discutere volet, inveniet illa tria, quæ in principio istius partis fuerant quæsita, esse soluta. Videlicet quo tẽpore Romana Ecclesia habuit istam potestatem, vel a quo, & vtrum super omnes, vniversaliter, vel particulariter super aliquos. Quod iterum repetentes dicimus: Quod auctoritatem habuit Ecclesia à Christo, mediante Petro, cui cura omnium spiritualium specialiter, singulariterque fuit commissa: * executionem tamen potestatis, vel auctoritatis habet Ecclesia à primo Concilio Nicææ celebrato: in quo vnaquæque sedes secundum quod plus, & minus, honorem ab Apostolis

** Hoc sano sensu accipi debet.*

tece

A receperat, magis & minus fuit priuilegiata, & exaltata dignitatem vero, & potentiam temporalem recepit à fidelibus Imperatoribus, qui à tempore B. Syluestri, pro ea publicas leges promulgantes, ei pacem dederunt. Vnde, & donis largissime dotata, ius suum libero super omnes, & vbique extunc cœpit extendere. Vnde & duos Patriarchas Photium, & quendam alium in vrbe Constantinopolitana deposuisse dignoscitur, & quosdam alios excommunicasse. Imo in cuncta reuerentia habita est ante schisma sedes Apostolica, quod legati missi ab ea Constantinopolim summo cum honore, & laudibus recipiebantur. Inde est, vt ipse Imperator de equo proprio resiliens, equum legatorum pedester traheret vsque ad Palatium, quod Cardinalium vocabatur: imitando scilicet Constantinum I. Christianorum Principem, qui B. Syluestro talem reuerentiam dignoscitur fecisse, prout in præfato priuilegio continetur manifeste. Ait enim:
B *Et tenentes frenum eius, propter timorem & reuerentiam B. Petri, stratoris officia vsi sumus, per scripturam publicam cunctis innotescant.* Vnde tanta cæcitas modernis Græcis, & mentis hebetudo, vt dicant se non teneri ad obedientiam Ecclesiæ Romanæ?

Item quærimus, & ipsi respondeant; Aut reliquit Petrum vt Vicarium sedis suæ, aut non. Si sic, habemus propositum, & cessat omnis quæstio, & sumus in pace. Si non, sed eadem ratione, qua Petrus non relinquitur, nec Andreas, nec Iacobus, nec aliquis alius Apostolus. Vnde ergo in Ecclesia multitudo sedium, & dignitatum diuersitas, & ligandi, atque soluendi animas tanta potestas? Vnde etiam Constantinopolitano Præsuli tanta vel talis potestas, vnde dicat se primum post Papam, vel super alios Patriarchas? Sed dicunt, quod à Conciliis. Sed Concilia sedem Petri, prout ostensum est, aliis præferunt. Vnde B. Stephanus *νέος*, id est, nouus Martyr (supple, his, qui vocabant eum ad quoddam falsum Concilium) respondit: *Quomodo vestra Synodus vniuersalis vocabitur, in qua Romano non placuit Præsuli, sine quo impossibile est prorsus, res Ecclesiasticas canonizari.* Illud testimonium inuenitur passione sua confirmata. Et alioqui * confirmare ante Legatos non poterat Concilium, nec congregari similiter sine consensu Papæ. Ergo & Romanus Pontifex habet potestatem similiter principalem à Conciliis; & inde vt prius.

C * *Locus mend.*

Si vero dixerint: Nos reputamus eum excommunicatum, & hæreticum; quia addidit in Symbolo, *Filioque*: & ideo non obedimus ei.*

* *Deest respõsio.*

Item quæritur ab eis, In quo Concilio, aut in qua Synodo tantus pastor, & pater Ecclesiæ fuit conuictus de mendacio, & hæresi, communi sententia condemnatus. Quæ cum ostendere non potuerunt, quia nunquam factum est: dicimus, quod etiamsi verum esset, quod ei imponitur, tamen falsum est, sicut supra demonstrauimus, antequam conuincatur principaliter per Concilium, manet semper penes eum auctoritas; nec debet vitari, sed omnes tenentur ei obedire, quousque, sicut diximus, in præsentia cognoscatur causa. Hoc docent Concilia, ratio
D docet, & suggerit, & canones compellunt. Vnde in IV. Concilio Patriarcha Alexandrinus Dioscorus, & Eutyches Archimandrita, cum per suam facinorosam hæresim forent deponendi, ante tamen latam sententiam, & causam cognitam, manifesta loca sua tenuerunt in Concilio, & semper *venerabiles Patres & sanctissimi* vocabantur.

Cum igitur nec in hoc se possint excusare Græci, vnde est, quod à matre Ecclesia tanto tempore recedentes, redire ad obedientiam tam obstinato animo recusant? Puto quod longiturnitas temporis hanc cæcitatem interioris hominis induxit eis. Transacti sunt enim trecenti octoginta anni & amplius, vt creditur, quod istud schisma & scandalum cœpit oriri. Sed nunquid tempus præiudicat in talibus? imo tanto magis rei schismatis, apud examen æterni iudicis: quanto indultæ pœnitentiæ temporibus ingrati abutuntur, præsertim cum semel, bis, ter, sicut in Græcis reperiuntur historiis, per legatos Romanæ Curiæ, & nuper per fratres nostri Ordinis, & fratres

„N.B. de „anni „valet, „... que pro fana heresi.

Minores tempore Gregorij IX. Papæ, à suo errore fuerint dulciter reuocati: vt tandem, licet sero, ad sinum matris Ecclesiæ redeuntes, vno ore, quamuis diuersis sonorum vocibus, benediceremus pariter redemptorem nostrum Iesum Christum, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Constat ergo ex his, quæ dicta sunt, quod Romanus Pontifex caput est omnium Ecclesiarum, siue vniuersalis Ecclesiæ, cum vna sit, & non plures; successorque Petri, & Vicarius Dei in terris; Et ei tanquam ipsi Domino oportet fideles, in his quæ secundum Deum sunt, deuote & humiliter obedire. Eos vero, qui contumaciter impugnant, & ipsam sedem Ecclesiæ non asserunt esse caput: sicut iam à Pontificibus eiusdem sedis decretum est, anathematis gladio percussi, cum Dathan, & Abiron, schismatis incursuros dicimus dispendium damnationis æternæ.

De quatuor causis schismatis.

Causas vero siue excusationes Schismatis credimus esse quatuor. Prima fuit diuisio imperij. Licet enim Imperatores, qui regnabant Constantinopoli, post recessum Constantini ab vrbe Romana, pro eo, quod totum contulerant Ecclesiæ, sicut supra diximus, nullum ius haberent in Italia, interdum tamen vbique regnauerunt. Sed cum infra Italiam vsque ad Romam Barbara gens irruisset, & summus Pontifex auxilium Imperatoris Leonis, qui erat Constantinopoli, requisisset; & ille negligenter agendo, auxilium præstare Ecclesiæ recusasset; compulsus est prædictus Papa magnum Carolum de Gallicis partibus reuocare, & in Italia Imperatorem constituere, & Ecclesiæ defensorem. Etenim erat ille Leo, vt legitur, valde voluptuosus, & ideo in regimine Imperij sui valde remissus. Vnde suo tempore Saraceni Syriam, Turci vero Cappadociam obtinuerunt; & sic facta est diuisio Imperij Romani.

Secunda occasio diuisionis fuit, quia non fuerunt vocati ad Concilium Vltramontanum, quando illa dictio, *Filioque*, fuit apposita. Verum, quia superius causam assignauimus, hic subticemus.

Tertia occasio fuit, quam ipsi aliquando nobis in familiari colloquio assignauerunt, scilicet superba nimis exactio Legatorum Papæ. Dicebant namque referentes, quod quando Legati summi Pontificis ab ipsa sede Apostolica annuatim Constantinopolim chrisma deferebant, nisi octoginta libras auri à clero, & Vrbis populo, præter alia dona & munuscula eisdem impenderentur, non recedebant. Taceo age, aiebant, de pompa, & superbia, quam ipsi ostendebant.

Quarta vero & potissima, quantum ad Clerum, fuit depositio Photij Patriarchæ, & excommunicatio ipsius, & aliorum Prælatorum, & quorundam Abbatum. Sed nunquid hæc sufficiunt ad excusationem tanti schismatis, & perditionem tot animarum? Minime. Sed *occasionem* pro facto *quærit, qui vult recedere ab amico*. Sed quid sequitur in auctoritate? *Omni tempore*, inquit Salomon, *eris execrabilis*, id est, vitandus ab omnibus, despectus & vilis; quod præsens dies indicat in Ecclesiis Græcorum. Nam incarcerantur eorum Clerici, & Monachi, sicut cæteri rustici, & populares exactiones & pedagia fiunt super eos, quemadmodum super Laicos: Vt verum sit, quod per Prophetam scriptum est: *Sicut populus, sic sacerdos.* Translata est quippe gloria ab eis sacerdotalis, dignitas & Ecclesiastica libertas in contemptum redacta. Nam quæ vult ipse, qui imperat instituere, instituit; & quem vult deponere, similiter deponit. Et merito. Vt qui subesse Ecclesiæ Romanæ, & personis Ecclesiasticis contempserunt, subiaceant nunc Laicis principibus vel inuiti, recognoscant distantiam seruitutis, & dominorum orbis terrarum, & conuertantur, & clament ad Dominum, & summum Pontificem, & liberet eos.

Hæc autem scripta sunt anno Domini M. CC. LII in ciuitate Constantinopoli, à fratribus prædicatoribus

A ad ædificationem Ecclesiæ, & profectum animarum, ad laudem & gloriam Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Quædam admista prædictis.

SIcut in procemio huius opusculi testati sumus Græcorum Ecclesia, Doctorque olim sua venustate quam plurimos ad æmulationē fidei prouocabat, vt motum, ita & nunc erroris caligine ubfuscatus, quod horrorem sua fœditate aspicientibus incutiat, vt iam non Ecclesia fidelium, sed potius congregatio non immerito Hæresiarcharum possit appellari. Quod, licet iam quatuor dictis articulis demonstretur; tamen adhuc in his quæ subiecta sunt ostenditur. Quæ ex dictis Magistri Hugonis Ætheriani nuper extracta, huic operi duximus inferenda. Dicunt enim, & scribunt de Latinis sic:

B

Contra Romanum Pontificem.

Nota lū in hoc sequenti opusculo plurima dici, ex audi-is-ne, & rumore vulgi ignobilis, & ignari. Item ex odio, & conuicia contra S. Rom. sedem Nouatoribus ple- raque fictitius conue- niunt.

** Teutonicos notat.*

ROmanus Pontifex, & omnes partium occidentalium Christiani Sacerdotes, & Laici, præter Calabros, ante multa tempora extra Catholicam Ecclesiam peruagantur; Euangelistarum & Apostolicarum traditionum ignari, & à fide alieni. Nam * Theorontci à ritibus gentium parum discordant; in Deum impij: sed Calabri, & cæteri orthodoxi, sicut antiquitus, & Apostolicæ, & Ecclesiæ nostræ alumni eius moribus informati sunt. Cæteri omnes exciderunt, impios à corpore Ecclesiæ non solum mores alios, & ignotos amplectentes, verum ipsam Trinitatem sanctam blasphemantes. Etenim sua concinnantes, & alienis adhærentes, neque diuinis scripturis redarguentibus illorum errores: neque illis, qui eos miserunt, volunt morem gerere.

Magis sanctos Patres nostros, & Doctores sic sensisse, & inde se habere talem traditionem mentiuntur. Nam in sancto Symbolo, quod à Patribus nostris, qui apud Nicæam conuenerant, vniuersali prima Synodo consequenter manifeste sic definitum est: *Et in Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem, & ex Patre procedentem*: sed & in sancto Euangelio euidenter clamitante de Spiritu sancto, *qui a Patre procedit*: supra nominati viri addiderunt, *& ex Filio*, fallaciter, & ad suum periculum. Veruntamen, vt opinor, per angustiam suæ linguæ idem esse arbitrati sunt; Spiritus ex Patre processionem, & causam quæ per Filium fit, ad nos missionem; barbare, & inconuenienter intellexerunt.

Pro fermentato azyma offerunt, & calumniantur S. Petrum, & sanctos Patres Romanos Pontifices auctores extitisse talis traditionis.

Sacerdotes Principes cum Laicis ad bella proficiscuntur armati, & in acie bellant ante alios gradientes. Ieiunant in Sabbatis; & si festa dies natiuitatis sit, vel Epiphaniæ, non soluunt ieiunium. Septimanam edulio caseī dicatam non agnoscentes, carnes comedunt. Secunda die Iouis oua, caseum, & lac manducant, à quibus minime, per totam quadragesimam suos pueros prohibent. Historias sanctorum præter passionem Christi, in Ecclesiis suis non designant. Et ipsam non pictura, sed opere plumario in similitudine sculptilium, & in terra similium faciunt. In sancta templa ingredientes super pauimenta cadunt in faciem, & primo sufuttant. Deinde crucem vno digito insurgentes osculantur, & hanc orationem consummantes surgunt, & sacras imagines renuunt osculari. Sanctam Dei genitricem, matrem Domini nostri Iesu Christi tantum *sanctam Mariam* vocant. Secus altare Ecclesiarum quælibet accedit, cuiuscunque sit sexus, ætatis, vel ordinis. Et in solennitate missarum mulieres sedere possunt, si velint, in sede sacerdotum. Sic sciunt distinguere inter sacra, & prophana; comedunt suffocata, capta à bestiis, morticina, sanguinem, visos, fibros, quos vocant castores, erinios, quæque his spurciora cuncta Apostolicum decretum: Sicut Lucas in Apostolorum historia refert his verbis: *Visum est enim*

D

Spiritui sancto, & nobis, nil vltra imponere vobis quàm hæc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione.

E

Sacerdotes, & Episcopi sacerdotales stolas, id est, casulas non de lana, sed de sericis netura contexentes eis operiuntur, * diuturnas ipsas præparantes; cum huiusmodi stola, id est, casula vel planeta Christi habitum repræsentant, siue habitum, quem habuit, quando exutus fuit vestimentis, indutus est chlamyde coccinea, quæ de lanis contexta erat, qua nos vtimur quadragesimali tempore. In aliis vero diebus vtimur albis; eo quod Christus agnus immolatus dicatur. Et ideo ex vestimentis ouium nobis casulas præparamus. In signum sanctæ Ecclesiæ desponsationis annulos portant, & chirothecas, in dextra quidem scribunt, *Domini dextra*, in sinistra vero, *agnus Dei*. Sacerdotes eorum solum in aqua baptizant, & salem in os mittentes baptizandi; baptisandos postquam spuunt in sinistra manu & dextra miscentes salinam, inungunt. Postquam ad ætatem peruenerint, peccatis obnoxios oleo perungunt in remissionem peccatorum, & bis baptizati videntur. Iidem sacerdotes quasdam purgationes faciunt iugiter, & aspersionem, quibus alligantur culparum Iudaicis seruientes ritibus: quinque digitis quumodo aliqui benedicunt, & cum pollice faciem signant, tanquam Monothelitæ. Cum igitur debeant disponi digiti in consignationibus, quod per eos duæ naturæ significentur, & tres personæ, prout Christus monstrauit, quando in cœlum ascensurus discipulis manibus eleuatis benedixit. A septuagesima vsque ad Pascha non cantant *alleluia*. Affirmant non debere aliis linguis Dominum venerari, nisi istis tribus, scilicet, Hebræa, Græca, & Latina. Mortuos sepeliunt manibus eorum nequaquam constitutis in modum Crucis, sed deorsum missis circa inferiora instrumenta.

** videtur locus mendosus.*

F

Omnia cera oppilant. Sacerdotes ter quater in die celebrant super vno altari, vbicunque contigerit. Et vnus Sacerdos ter, vel quater celebrat in vno die, cum felix sit, qui vnam digne possit cantare. Tradunt filias suas nuptui accipientes consororis filiam filio suo; aut fratri, aut consanguineo. Si quis Monachus in Episcopum promoueatur, carnes manducet intrepide. Et Monachi parua vexati ægritudine, carnibus vescuntur. Communiter autem omnes pinguedine porcina vtuntur.

G

Venerabilem quidem Crucem in aliis diebus in Ecclesia vident, & adorant; in sancta quadragesima velant sindonibus, cum qua & occultant *alleluia*. Et in sancto magno Sabbato de penetralibus educentes, ipsam tanquam de sepulchro resurgentem demonstrant populo; & de subito cum magno clamore cantant *alleluia*, & multotiens, & per multas horas vociferantur, quemadmodum Christus surrexit. Cum missæ celebrantur, & mysteria conficiuntur pleríque assistentium Laicorum, si placet eis, loquuntur & sedent. Participationem sanctæ communionis, non similiter vt nos Græci, perficiunt, sed dicunt, quod qui missam celebrat Sacerdos, osculatur volentem communicare. Promotiones Episcoporum, & Laicorum non per omne tempus perficiunt antistites, sed tantum in anno quater, & per obseruabilem diem. Nam cum sint quatuor tempora sunt, scilicet ver, æstas, autumnus, hyems; horum temporum initia, primo * cum mensis Martij scilicet, & Iunij Septembris, atque Decembris obseruant. In primis hebdomadibus Clericos, & Diaconus, Presbyteros, Episcopos, promouent: male sentientes, & barbarice, aduentum Spiritus sancti non secundum virtutem promouentis, & promoti arbitrantes descendere: sed in diebus quibusdam putant hunc venire, vt insipientes. Non patiuntur sacerdotes habere vxorem, & Sacramentorum peragere mysteria. Duos fratres duabus sororibus carnaliter copulari permittunt. Radunt barbas presbyteri more suorum militum, præter Apostolicam institutionem. Sanctam Eucharistiam negligentissime spectant. Nam ad ægros proficiscentes sine lumine ipsam deferunt, & tribuunt. Et qui castra sequuntur, in marsupio ponunt, & portant in

H

** Locus mendosus.*

vestibus,

A vestibus, in pileis, Clerici eorum, & Laici non sunt distincti; altare velato capite accedunt. Sanctis ac terribilibus locis nullam, aut modicam exhibent reuerentiam. Ad tempus sonum repræsentando in nocte natiuitatis Domini matorinæ cantantur; vesicas explodi permittunt circa altare, vt habeant risus materiam. In diebus passionis, cum ambulant extinctis luminibus in Ecclesiis, terræmotus faciunt, sedes, tabulas, parietes percutiunt malleolis, & lagenas confringunt; & cum deberent vigilare in orationibus, alij in stuporem mentis, alij in risum conuertuntur, & alia quædam in ipsis tenebris fiunt: quæ nec fatu digna iudicaui. Verum hæc de * greeogice Laicorum lapsum excerpsi, vt si quando ad aures eorum deuenerint, ad se reuersi correctionibus vacent.

* *Monstrum verbi.*

Græcorum mala consuetudines.

B GRæcorum intolerabilis est redargutio, Vulcanum imitando, qui altero pede claudus dicitur. Matrem suam scilicet sedem Petri Apostorum principis, contrafaciens contemnit, & abhonorat. Porro stultam fecit Deus talium sapientiam. Nam vanitatis opinione pleni, poma, vt Tantalus, fugacia quæritant. At vero munda * vult esse manus, quæ alias debet tergere sordes. Quare collyrio primum inungant oculos suos, abstersuri saltem deinceps lippitudinem aliquando, & aliorum vitia nequibunt discernere subtiliter. In scatebris quidem temeritatum, in præsumptionis aculeo, in iactantia amaritiam proferendo, & sentiendo, quod prius auditum non est, Spiritum sanctum scilicet ex solo Patre procedere, talparum, formicarumque cuniculos male fortes extruxerunt. Diuidunt vtique cum Ario diuinam substantiam. Nam ex eorum disputatione, Patre minor necessario reperitur. Confundunt, nascentis, & procedentis differentiam, quæ in hoc tamen bene dignoscitur, quod filius ex vno solo, spiritus vero ex duobus prouenit. Nam cum spiritus imago filij sit naturaliter, sicut Magnus Basilius, Theologus Gregorius, atque Damascenus tradunt, necesse est habere de ipso existentiam, &

* *debet*

C procedere. Propterea liber sub imperio Minuelis editus, quem de immortali causa præsignat titulus, cui Græci contradicere non possunt, scilicet spiritum ex duobus pariter procedere, inexpugnabilibus argumentis demonstrat. Ergo Græci *locuti sunt falsa, & errauerunt ab vtero* matris suæ Ecclesiæ, quam Christus in Synodo, & Imperatores omnium Ecclesiarum principem constituerunt. Obliti sunt illud Salomonis: *Conserua fili mi l'atris tui præcepta, & ne dimittas legem matris tuæ. Liga eam in corde tuo iugiter, & circumpone gutturi tuo, atque a stultitiis, quæ ad rem non pertinent, auertere*, Arefacti conuersi sunt in arbores autumnales expositi, non solum scilicet in rebus, verum etiam in plerisque fructibus veritatis, quod ex tractato capitulo, & reliquis quæ subscribuntur, patet.

Contra instructionem Christi Saluatoris nostri, fermentata offerunt: cum supercilio enim ignorant, quis

D dus fuerit illius traditionis: Christo in cœna benedicente azyma, quod trium Euangelistarum firmatur testimonio. Dicunt, & quod nequaquam relatu dignum esset, nisi quod ei omnes, tanquam magno propugnatori innituntur: asserentes fermentati panis vitam & animationem conferre. Sed omne corpus artificij, sicut ex se simile non producit, ita vita caret & animatione. Nimirum causam extrinsecus habet mouentem, vt stannum, domus, arca, fermentatus panis, & similia. Quæ vero intrinsecus habent mouentẽ causam: naturalia sunt, vt quæque animata. Non autem est in pane vis sanctificationis, sed in verbo. Vnde non videtur fidei consentire huiusmodi eorum factum & assertio,.........quæ penuriam monstrare volentes, vt Armeni, qui nil aquei laticis suæ immolationi apponunt, superflui inueniuntur. Nam simul frigidam, calidamque denuo, quasi benedictio impotens conficiendi fuerit, Dominico sanguini ad consummationẽ admiserent.

Diebus paschalibus cum populus communicaturus * auide præparant, insuper abundantiam conficiunt in

* *auide*

E Dominicum corpus, & post distributionem, reliquiarum aceruos, quia durabile non est, sepeliunt. Communicandis panem intinctum præparant, & accedentibus offas porrigunt cum cochleario: quod Christus nequaquam fecisse legitur. Diaconi eorum, qui ad aliquam promotionem incedunt, accipiunt vxores, ne honores perdant, quod contrarium est decimo canoni Nicænæ Synodi Sacerdotes eorum in plerisque locis, viri sanguinum existunt, & inferunt † sacratis manibus; quod proprijs oculis Imperatorem sequendo per Cappadociam, Persarumque regiones, intuitus sum. Sacerdotibus debitum honorem, subtrahentes, inter conuiuia sibi assistere faciunt. Pro facili occasione, pœnis, & flagellis Sacerdotes, & Clericos instar paganorum affligunt. Et vt habeant ridendi materiam, in capitibus eorum pileos pugnis conquassant: Cùm scriptum sit: *Si quis manum in Clericum iecerit, aut sine causa, seu confingens occasionem, anathema esto.*

† *Videtur deesse vox vulnera, mortem, aut simile quapiā.*

F In forte Simonis Magi de iure ponendi sunt Græcorum Pontifices, qui nullis Ecclesias sine pecunia largiuntur. Quos vere tangit illud Apostolicum: *Pecunia tua tecũ sit in perditionem.* Sacros ordines, qui gratis debent dari, nisi manus eorum ære grauentur, non tribuunt, sepulturas in cœmeteriis non faciunt, nisi accepta pecunia, à quibuslibet, prorsus inficiant. Patriarchæ eorum, & Archiepiscopi, & Archimandritæ, secundum quod aliquando fuit in primitiua Ecclesia Hæreticorum, ad obtinendos honores, celsitudines. à Laicis promouentur. Quod prorsus hoc in tempore tricesimus Apostolorum canon inhibet fieri, qui est huiusmodi: *Si quis Episcopus per mundanes principes dignitatem obtinuerit, excommunicetur, & separetur, & omnes eius consortes.* Sed etenim & tertius canon Synodi, quam Græci septimam vocant pronunciat, omnem electionem à principibus sæculi factam, fore irritam. Vnum solum Sabbatum, quod nos sanctum vocamus, pro sepultura Domini Saluatoris ieiunio commendauerunt: reliqua verò anni Sabbata, epulæ, balnea & ludicra, & quælibet penes illos celeberri-

G ma esse prætendunt. Sed errore † satis iucunditate traducuntur, quomodo Apostolis sancitum esse sub anathemate mentiendo astruant, dicentibus: Maledictus, qui in Sabbato ieiunauerit, præter vnum. Nam si propter singularem Domini resurrectionem omnes dies Dominici cultu digno veneramur, & propter singularem mortem, sexta feria, nonne & propter singularem sepulturam; singulis Sabbatis, nisi solennitas inhibeat, à qua & ieiunium, & tristitia abducenda non sint, B. Syluestei asserunt?

† *f. errore satis iucũdo.*

Natura quidem hominis à principio in ruinam posita est, verum Græcorum gulam cum ea cernet, quæ è corruptione inest malitia. Nam non solum bis, sed quoties cunque opportunitas aliqua præbet alimenta ori immittunt. Hinc est quod in quibusdam diebus Veneris, postposita omni verecundia, carnibus vescuntur; septem solis diebus in anno ieiunant quinque pro tota quadra-

H gesima; in principio suæ illorum septimanæ, Sabbato sancto, in vigilia Epiphaniæ Domini. Etenim per omnem magnam quadragesimam, cœna minime abstinent, sed posito per singulos semel comedunt, nec secundum opinionem suam quadragesimam celebrant, cum quadragesima ieiunium quadraginta dierum significet. Ipsi vero maiorem septimanam à numero quadragesimæ secludentes, ses hebdomadis quadragesimam claudunt. Tot enim sunt à prima eorum septimana vsque ad Sabbatum, quod palmarum, arborumque ramos præcedit, in quo vniuersaliter ab illis cantatur; *quæ anima vtilis est: complens quadragesimam*: à quibus sex septimanis, si sex dies Dominici cum totidem Sabbatis subtrahantur, triginta solum dies inuenientur. De Dominicis verò diebus superuacuum est disserere, in quibus Christianis omnibus prohibetur ieiunium. At igitur si Græci ieiunant in diebus Dominicis (nam eisdem cibariis vescuntur in Sabbatis) anathematis rei sunt canonis, dicunturque anathema: sic qui in Sabbatis ieiunauerit, præter vnum. Cùm igitur die Sabbatorum ieiuniis valefaciant, & omnia illa † de

† *Locus corruptus.*

festiui

A festiuitate, etiam si maior septimana reliquis numeretur; euidentissime constat, eos non habere quadragesimam.

Monachi extra claustrum pernoctantes, vt pecudes, singulis horis in plateis ipsi comedunt, de sinu tanquam ex arca fructus, vel aliquid vescibile extrahentes, manducant. Declinant vt caupones, & calido lyæo commessa inferiura credunt.

Penes Monachos non est vnum marsupium, sed obliti dicentem: *nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, &c.* singuli habent singula. Græci nequaquam venerantes præceptum Apostolicum illud: *Vir si comam nutriat, ignominia est illi*: Omnes cum maximo studio incrementis operam præstant. Huius lapsus Clerici maxime rei sunt, & etiam, quos nullo modo decet, Monachi nutrire. Etenim in coronæ modum, sicut regula B præcipit, tonsuram capillorum non faciunt, sed pene vt mulieres in fronte diuidendo discriminant, seruatis vndique capillis, vt colli nuda, & aurium cartilagines protegant. Mulieres deserto naturali cultu capillorum, comis mortuorum densissimis subornantur, contra monitionem B. Petri Apostoli, dicentis: *Mulieribus non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus.* Mulieres † fusco & punieco facies suas pingunt, & varijs coloribus insigniuntur.

† *fuco,*

Viri & mulieris Sacramentum coniugij pro † fatali reputant. Nam quotiens alter displicet, vel altera alteri, coram Prætore Vrbano voluntatibus eorum expositis, instrumentis & cingulis præcisis, sine contradictione viri vxores, & mulieres viros pro libitu accipiunt, contra mandatum quod dicit: *Quod Deus coniunxit homo ne separet.* In domibus suis mansiunculas construunt, in quibus sanctorum imagines collocant, & eis omne obsequium exhibent lampadarum, cereorum, & incensi: & synodales, quas Patres eorum constituerunt, Ecclesias, in solitudinem sinunt, & in paupertatem redigi: & pene C in cubilibus suis faciunt missarum solemnia celebrari, B. Syluestro hoc inhibente. C. *nullus presbyter celebrare præsumat, nisi in sacratis locis, in villis in oppidis prouinciarum.* Vxores sacerdotum, chorum ingredientes, bolatos panes de altari tollunt, & obsequium Diaconi peragentes, cuncta quæ in cunctis suis necessitia sunt officiis missarum, præparant. Missam circa horam tertiam, pene nullos auditores habens sacerdos celebrat. Et quod nefas puto, vxori vel puero filio associatus; quos non habet socios, vel comites salutando dicit: *pax vobis*: Omnibus in quadragesimali tempore Sabbatis, & Dominicis diebus missas celebrant, & dominicum corpus conficiunt. Reliquis vero cum maior incumbit necessitas missarum solemnitates prorsus abdicantes, præsanctificatis vtuntur. In quadragesima silentio commendant *Deus Dominus, & illuxit nobis*; quod reliquis anni temporibus decantant. Sacerdotes eorum, more Iudaico, promittunt barbas, quæ sunt Dominico sanguine, cum ab illis bibitur, madentes. Suffocatorum nec abstinent D sanguine. Nam turdos comedunt laqueis strangulatos, & alias aues & intestina sanguine porcino implentes, pro delicijs vescuntur, contra Apostolorum decreta. Sanguine humano porcos alunt, qui artem † minuendi exercent. Cum ad mortuum sepeliendum conueniunt, noti amici, & cognati accedentes, ei osculum præstant singuli tanquam licentiam accepturi, more paganorum, qui ad mortuos intendebant verba hæc: *Vade, cum natura te vocauerit, sequemur te.* Mixturam sanguinis prohibitam à sanctis Patribus faciunt iugiter. Nam consobrini consobrinas vxores ducunt. In baptizando, præter Saluatoris præceptum Apostolorumque consuetudinem duo faciunt multum superstitiosa. Vnum quidem, quod oleo per totum baptisandum perungit Sacerdos, ne aquæ tinctura illum pertingat: alterum vero, quod aquam fieri mandant calidam infantulum perpurgaturam; quod neque Christus, neque aliquis discipulorum fecisse legitur: quare duo baptismata faciunt, cum scriptum sit: *Vnus Dominus, vnum baptisma, vna fides.*

† *f. futili*

† *scindendi venas.*

E Frustra quidem arguunt Latinos Græci, aquæ causa, quæ per dies Dominicos in Ecclesiis ad sanctificandum populum benedicitur: cum, si hæc culpa sit, ipsi multipliciter rei sint. Nam singuli papyris oleo lampadarum ardentium coram imaginibus sanctorum intinctis, frontes suas perungunt, & aqua se aspergunt, à reliquiis Sanctorum contacta, & in singulis Calendis diligentissime aquam sanctificant. Ad quam tollendam, de vicinia venientes atque asportantes in domos suas, non solum ipsi aspergunt, sed verius delibant. Apostoli, Apostolorumque successores prorsus etiam cum vxore coire, ne sacerdotium pollucrent, omiserunt: Græci vero Sacerdotes derelictis Sanctorum vestigiis, *vt animales*, contrahentes matrimonium, *non percipiunt ea quæ Dei sunt.* Et quod abominabilius est, à concubitu mulieris surgentes, sancta prophanant mysteria: quæ pollutos, & recentes cum mulieribus coinquinatos nullo modo admit-F tunt. Christum minus posse, quàm se, putant. Nam ex hoc probari potest, quod *Christe eleison* nunquam concinunt: *Kyrie eleison* frequentissime cantant in officiis suis. Prælatio Sacerdotij apud eos, tantum inter Monachos esse videtur. Soli enim Monachi potestatem soluendi atque ligandi exercent, quæ Petro, Petrique successoribus principaliter est tradita. Qua de causa studium singulare pecuniæ sacerdotes in monastico habitu constitutos complectitur, multaque inde facinora profluunt, vt euanescant in cogitationibus suis, & redargutionibus suis truces. Nam quod in magno Constantini palatio diligentissime obseruatur, hos Latinos facientes coarguunt. In Ecclesia vtique dicti palatij, vbi sanctæ consistunt reliquiæ, sanctæ Dei genitricis imago post altare sita, quam quodam excellentiæ priuilegio vocant *dominam domus*; statim à capite ieiunij in conclaui clauditur vsque ad magnum Sabbatum, panno illius portæ operiuntur, similiter autem sancti mantellis, sanctique † Koramidij locos, quadragesimæ tempore vsque ad illud Sabbatum velaminibus tectos custodiunt, sanctæ Dei genitricis imaginem, vt filius parturiat, compellant, eaque mediante, ipsam Domini ma-G trem, vt commater fiat, accersunt, hoc modo: imagini sindonem connectunt, vt baptizatum puerum de manu sacerdotis ipsa vi commater accipiat. Quam superstitionem à se fieri sermone profitentur. Sed quod imago loquitur, aut fidem spondeat pro puero, aut testimonium reddat baptismi, nisi Deum contemnat, quis audeat asserere? Nullam superstitionis speciem volentes omittere, & viuos fratres habentes odio, sanctos per suas imagines inuitos sibi fratres faciunt. Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non intuetur, neque cognoscit, quomodo diliget? Magis autem cum ficta & simulata est & inuita fraternitas huiusmodi; Ære conducunt Sacerdotem, cum in Ecclesia cantatur missa; funduntur pro execrabili fraternitate preces: non exaudiendæ. Animalis enim est huiusmodi fraternitas, non spiritualis. Cerei ad minus accenduntur duo, & perungitur oleo fictus frater, & sanctam amplectitur imagi-H nem, quam ausus est dicere fratrem; qui homicida esse conuincitur, cum fratres suos viuentes odio habeat.

† *Locus corruptus.*

Contradicunt Christo patenter, & super sanctissimo illius corpore, verbis, operibusque occursant. Nam cum ipse in azymorum panis specie carnem suam discipulis dederit; hi asserunt azymos panes in carnem non posse conuerti per benedictionem. Qua ex re, Sacramenti corporis Domini Latinos aiunt expertes. Sed ô Pelagiana incredulitas! si non credas Latinum Sacerdotem incruentam immolare hostiam, conficere corpus Christi, Hæreticus es. Nam multi per ipsam immolationem sanctificantur, per quorum reliquias iugiter fiunt miracula. Rursus si credis, Hæreticus. Nam detestaris quod Ecclesia Latinorum conficit corpus Dominicum; & potius vis in sorte Iudæ traditoris annumerari, quam illius sanctissimi corporis participare: sed attendere debet Christianus, quod sicut vina diuersa verbum Dei in sanguinem: ita panes azymos & fermentatos non adeo differentes permutat in carnem. Si forte Latinus Sacer-

dos

dos, quod vix permittitur in Ecclesiis eorum, dominica pergar, Græcus non nisi abluto altari ibidem celebrat. Vlterius, Latinus cum Græca muliere volens matrimonium contrahere, iuramento compellitur deserere communionem suam, confessionem suam, baptismum, ieiunium Sabbatorum, & Christi carnis edulium. Omnis enim, qui in regia vrbe de fratribus Græcorum vxorem ducit, scripto spondet iuramento, quod deinde non manducabit in azymis carnem Domini: nec filios secundum ritum faciet baptizari, neque sacerdoti Latino peccata confitebitur, neque in Sabbato ieiunabit præter vnum solum: neque non à dominica quadragesimæ vsque ad Pascha vescetur carnibus.

Græcorum sacerdotes omnibus modis laborant ostendere plus factis, quàm dictis, quod inuiolata fides sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ irrita sit. Nam quemcunque Latinum sibi associant per fidem, siue latenter, siue patenter baptizant. Vnde Latinorum filios, mediantibus matribus, dicti sacerdotes, patribus nescientibus rebaptizant, baptizatos iam secundum ritum Latinorum. Quod omnibus dictis supra abominationibus, detestabilius est. Ex indice hoc mellitum lac inter cæteras Græcorum consuetudines reperium expressi: vt cum eo ipsi pectora purgauerint, ter plurium animarum se reos recognoscant.

De Conciliis Generalibus.

CONsequenter post prædicta videndum est de Conciliis generalibus, & particularibus, videlicet vbi, quando, & à quibus, & pro quibus causis fuerunt celebrata: & etiam qui sint, qui in dictis Conciliis fuerunt condemnati.

Sciendum, quod licet septem, vel octo dicantur Concilia apud sapientes Græcorum in libro, qui *Nomocanon* dicitur; inuenimus tamen quinque tantum ex ipsis, quæ generalia habentur Concilia, & non plura, & ideo contigisse credunt, quod non intercessit in eis Pontificis Romani auctoritas, & Episcopi non fuerunt vniuersaliter citati, vel certe quia non ediderunt canones fidei doctrinam continentes, sed tantummodo illa, quæ ad honestatem, & mores Ecclesiæ pertinebant. Verum siue generalia, siue particularia, vel quocunque nomine censeantur, cuncta tamen, quæ in ipsis fideliter gesta sunt, communiter sunt recepta: & eorum auctoritas, tam in negociis fidei, quàm in aliis, parem obtinet firmitatem.

De prima sancta, & vniuersali Synodo Nicæna. Homousion Filium Patri definit, verum Deum & hominem creatorem omnium, non creaturam.

PRima igitur sancta, & vniuersalis Synodus in prouincia Bithyniæ, ciuitate Nicæa, tempore Constantini Magni Principis: quem Græci in Catologo Sanctorum numerant, sub beatissimo Papa Syluestro, vbi interfuit Osius Episcopus Cordubæ, & Victor de Italia, Vicarij Domini Papæ, Metrophanes Archiepiscopus Constantinopolitanus, & Alexander Patriarcha Alexandrinus, Eustathius Antiochenus, Macarius Hierosolymitanus. Fuerunt autem cum istis, & alij Patres sancti numero trecenti & octo & decem.

Conuenerunt autem contra Arium vana sapientem, qui fuit tunc temporis Presbyter Ecclesiæ Alexandrinæ. Hic quidem Arius blasphemauit Dominum nostrum Iesum, Deum verum, & verum hominem. Dicebat enim illum esse creaturam. Ideo impius, & consubstantialem Deo Patri, nec vnquam conferre, nec considerare cum aliis Catholicis viris voluit: Cum ista confessio communis esset omnibus, & cunctis prædicata; scilicet quod omnis filius eiusdem naturæ sit cum genitore, & substantiæ, &, qui filium inter creaturas computat, de necessitate etiam Patrem creaturam confitetur. Vnde, hunc tanquam inimicum veritatis, simul cum illis, qui idem sapiebant, anathematizantes, ab Ecclesia eiecerunt; hoc est, Eusebium Nicomediæ, Eunomium, & Macedonium. Hi enim quamuis in dictionibus suis differrent, tamen vt Arius à veritate exciderunt. Orthodoxam autem fidem confirmauerunt, consubstantialem Patri Filium confirmantes & prædicantes, creatoremque vniuersitatis, & non creaturam: sed verum Deum, & dominatorem. * Quod ipsi sancti Patres, in inspiratione sancti Spiritus tunc temporis ediderunt.

*In symbolo declarauerunt.

De secunda Synodo, Constantinopolitana prima, quæ Spiritum sanctum Patri, & Filio consubstantialem pronunciat.

SEcunda autem sancta, & vniuersalis Synodus fuit Constantinopolitana, tempore Magni Theodosij Imperatoris, sub Damaso Papa. Vbi fuit Nectarius eiusdem vrbis Archiepiscopus, & Timotheus Patriarcha Alexandriæ, Meletius Antiochiæ, qui & in ipsa Synodo vitæ finiit cursum, Cyrillus Hierosolymorum, Gelasius Cæsareæ Palæstinæ, Gregorius Nyssenus, Gregorius Theologus, siue Nazianzenus, qui tunc temporis thronum obtinebat Constantinopoli: qui quidem, discessione facta, voluntarie in ipsa Synodo renunciauit honori, secedens in locum, qui dicitur Nazianzum. Fuerunt autem cum istis & alij sancti Patres numero centum quinquaginta.

Conuenerunt autem contra impium Macedonium, qui Patriarchalem sedem ciuitatis furtiua & tyrannice rapuerat; & blasphemauit in Spiritum sanctum dicens, quod non esset Deus. Quo iuste deposito ordinatus fuit statim Nectarius, de quo supra fecimus mentionem. Ea propter Macedonium vt inimicum pietatis, ibi cum suis complicibus anathematizantes condemnauerunt. Deum autem verum, ac vniuersalem Dominum sanctissimum spiritum in symbolo ampliauerunt: & quod consubstantialis sit Patri, & Filio, & eiusdem diuinitatis, prout in symbolo fidei continetur, quod ipsi latius, & diffusius gratia eiusdem Spiritus sancti prædicauerunt.

Insuper contra Appollinarium Laodiceæ, & Sabellium Libyæ blasphemos, & qui cum his similia senserunt, excommunicationis sententiam protulerunt. Qui dicebant carnem Domini nostri Iesu Christi inanimatam, id est, sine anima rationali, & intellectu humano: & in morte corporis commortuam diuinitatem asserebant. Sancti vero prædicti Patres ipsam carnem animatam, & intellectualem confirmauerunt, habentem animam nostris animabus similem & rationalem.

In sancta tamen Synodo dictus Imperator Theodosius multum excessit; faciens quædam, contra primæ, & sanctæ Synodi, ac reuerendæ, instituta. Etenim coëgit supra nominatos centum quinquaginta Patres clam summo Pontifice, & Vicario eius, vt Constantinopolitanam sedem sublimarent nomine Patriarchæ, illi attribuentes, quod ante non habebat. Quæ res vehementis discordiæ & perturbationis sentina, & causa extitit, & vsque hodie perseuerat.

De tertia Synodo, Ephesina prima, Dei genetricem confitetur Mariam.

TErtia sancta, & vniuersalis Synodus celebrata fuit apud Ephesum temporibus Theodosij Iunioris sub Cælestino Papa Romano. Vbi interfuit Cyrillus magnus Doctor, & Patriarcha Alexandriæ, & propugnator Ecclesiæ, Ioannes Antiochiæ, Iuuenalis Hierosolymorum, & Memnon Ephesiorum. Præerat autem tunc temporis sedi Constantinopolitanæ impius Nestorius. Cum his itaque sanctis Patribus fuerunt, & alij sancti quamplures numero ducenti. Conuenerunt autem contra ipsum Nestorium Anthropolatriensem, id est hominis cultorem: Christum separantem & diuidentem. Dicebat ipsum hominem esse purum, & non Deum incarnatum. Duos filios in vno Christo Deo docens & duas personas. Vnde nec sanctam Mariam Virginem, quæ peperit ipsum Christum Iesum Θεοτόκον, id est, Dei genitricem,

sed

A sed χριστοτόκον nominabat. Huius rei gratia dicta Synodus perseuerantem in dicta blasphemia deposuit, tanquam Iudaice, ἀνθρωποτόκον, & proprie, & vere Dei genitricem, omnifariam sanctam Virginem Mariam demonstrarunt, & eum qui ea ipsa sine semine incarnatus est, Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, & Deum verum prædicauerunt.

Ioannes vero Antiochenus Patriarcha contristatus, quod sine ipso depositus fuisset Nestorius, accipiens qui secum venerant, Episcopos, in quibus & erat Theodoritus, deposuit Cyrillum, quod nefas est dicere, qui etiam in ipso Ephesino Concilio locum Summi Pontificis obtinebat, veluti præter canones Ecclesiæ dictam fecisset Synodum. Et ita fecit schisma inter eos. Postea vero cura, & sollicitudine eiusdem Imperatoris iterum vniti fuerunt consentientes in vnum. Nestorius itaque impius missus est in exilium.

B Secunda ergo Synodus, quæ sub eodem Theodosio Iuniore in Epheso facta est, tanquam furtiua, & reproba habetur. Et quoniam Dioscori praua sapientis, & Eutychetis fatuitates consensit tenere, & approbauit, à sancta Catholica & Apostolica Ecclesia merito est repulsa prædicta Synodus.

De quarta Synodo Chalcedonensi, verum hominem, & verum Christum confitetur in duabus naturis, sine confusione, & diuisione.

QVarta vero sancta, & vniuersalis Synodus celebrata fuit in Chalcedonensi vrbe, tempore Martiani Imperatoris, sub sanctissimo Leone Papa, magna colomna Ecclesiæ. In qua fuerunt Anatolius Archiepiscopus Constantinopolitanus. Maximus Antiochenos, Iuuenalis Hierosolymorum, Alexandriæ vero fuit Dioscorus superbus, cum quibus & alij sancti Patres numero * DCCL.

* DCXXX

C Conuenerunt autem contra ipsum Dioscorum & Eutychen Archimandritam, Monasterij cognomento Studij, quod in ipsa regia vrbe est. Hi enim Saluatoris, & Dei nostri Iesu Christi incarnationem recusabant. Facientes prorsus ipsum phantastice indutum carnem. Vnde & in vna natura ipsum existere dicebant, diuinitati attribuentes, quas sustinuit passiones. Propter hoc ergo, ipsis perseuerantibus in huiusmodi errore, excommunicauit, & anathematizauit, & omnes eis consentientes sancta synodus.

Promulgauit ergo super hæc Sacramenta definitionem, quod ipse sit perfectus Deus, & perfectus homo in duabus naturis sine confusione, & diuisione.

Epistolam quoque sanctissimi Leonis, quam misit Flauiano Episcopo Constantinopoleos, tanquam columnam orthodoxæ fidei, susceperunt, & vsque hodie sic appellatur.

D Scire etiam oportet, quod hi, qui dicuntur Theodositæ à quodam Theodosio, & Iacobitæ à quodam Iacobo, & Seueriani à quodam Seuero, similia scilicet prædictis Dioscori, & Eutychetis abominabilium hæreticorum, & execrandorum erroribus, tanquam ipsi execrati, seu execrandi sentiunt, & sapiunt, & resistunt, cum aliis Hæreticis seipsos alienantes à sancta Ecclesia Catholica.

Tempore ipsius Marciani * peruenit ad aures B. Leonis, de quo facta est mentio, quod Anatolius Constantinopolitanæ sedis Antistes inuaderet paulatim alienas sedes, suoque illas adderet Pontificio. Ideoque dictus Papa Anatolio, vt ab huiusmodi rapina cessaret, scripsit. Sed omnis eius monitio cum nihil proficeret, cessit in irritum. Ex quibus tunc non cessauerunt dictæ sedis Præsules fouere discordiam, & ob depositum cum Romana Ecclesia contendere. Vnde & in IV. Concilio sine consensu Papæ, & Legatorum eius, sicut aliàs, in tractatu de potestate Papæ dictum est, Canonem pro se ediderunt, de quo in fine huius operis aliqua differemus.

* Imp.

E *De quinta Synodo, Constantinopolitana secunda.*

QVinta sancta, & vniuersalis Synodus celebrata est Constantinopoli temporibus Iustiniani Imperatoris sub Papa Vigilio Romano. Vbi interfuerunt Eutyches Archiepiscopus Constantinopolitanus, Apollinarius Patriarcha Alexandrinus. Domnus Antiochenæ, & Eutyches Hierosolymorum cum aliis centum septuaginta.

Quæ sancta Synodus in primis approbauit & confirmauit Chalcedonensem Synodum sanctam, necnon & orthodoxa, & salutaria eius dogmata. Et quæ à diuersis exortæ sunt hæreses anathematizauit; & excommunicauit eadem sancta Synodus Origenem, & omnia eius impia scripta, Euagrium, & Didymum, & similes, & æqualis sapientes, & doctrinis gentilium * contemnentes. Etenim ipsi corpora, in quibus nunc sumus dixerunt, tanquam sine intellectu, & insipienter, non esse resurrectura, & quod paradisus sensibilis non est factus à Deo, nec est; & quod Adam non fuit formatus à Deo in carne; & quod pœna reproborum finem habeat; & quod dæmones reducentur in statum pristinum, quem habuerunt scilicet, antequam caderent. Non solum autem hoc, sed & alias infinitas blasphemias colligentes seipsos immerserunt in profundum. Quæ tamen vsque in publicum, vel in manifestationem non prædicauerunt, sed apud aliquos in occulto habebantur, nec potuerunt perfecte æstimari prædicta dogmata de sancta Synodo. Quia cum dicti veteres hæretici multo antiquiores fuissent prædicto V. Concilio, multos in diuersis partibus mundi attraxerunt sibi. Cumque multum populum cœpissent huiusmodi impia dogmata corrumpere; statim & V. Concilium voluntate Dei fuit celebratum, vbi ipsos, & eorum blasphemias reprobans, eos & omnes similia sequentes anathematis gladio percussit.

* Inhærentes F forte, vel insistentes.

Insuper & Theodorum Mopsuestiæ * impij Nestorij discipulum cum suis execratis dogmatibus excommunicauit, & eiecit ab Ecclesia. Cum quibus & Antiochum, & Petrum Zoam eliminauit: necnon & Theodoritum, qui contra propugnatorem pietatis, & veritatis B. Cyrillum multum impie & male scripserunt, & etiam contra primam sanctam Synodum Ephesinam, & contra fidei nostræ documenta mentitus est, donans se infideli Nestorio, & profano; ab Ecclesia tanquam Hæreticum eiecerunt, donec omnia reuocaret; quæ omnia tanquam pestifera cum illa Epistola, quæ Ibæ dicitur, quæ missa fuit in Persidem ad Marim, penitus extirpauerunt; non solum rectis doctrinis aduersantia erant huiusmodi, sed cum omni impietate participabant. His itaque rite peractis confirmauerunt, vt dictum, dogmata Ecclesiæ, & roborauerunt.

* Episcopum. G

De sexta Synodo, Constantinopolitana tertia, damnat vnam in Christo voluntatem & operationem.

H SExta sancta, & vniuersalis Synodus facta etiam fuit Constantinopoli Constantini Pogonati, Filij Iustiniani, temporibus, sub Agathone Papa Romano. In qua fuit Georgius Patriarcha Constantinopolitanus, Theophanes Antiochiæ, & Petrus Monachus Vicarius Alexandriæ, (vacabat enim sedes) cum aliis centum septuaginta.

Congregati autem fuerunt contra quosdam, qui nouam hæresim confinxerunt in sancta Catholica & Apostolica Ecclesia Dico autem contra Theodorum Episcopum de Pharan, Honorium Romanum, Cyrum Alexandriæ, Sergium & Pyrrhum, Paulum & Petrum Episcopos Constantinopolitanos. Nec non contra eos, qui denuo hæresim ipsorum innouarunt in ipsa sancta Synodo Hæreticos; dico contra Macarium Præsulem Antiochiæ, qui depositus fuit, eo quod obuiaret his, quæ ab ipso Synodo Catholice definiebantur, & Stephanum ipsius discipulum. Hi præscripti Hæretici ausi fuerunt

temerari e

A temeratie dicere, vnam voluntatem & vnam operationem esse in Christo post incarnationem, coniunctionemque, quæ orthodoxæ fidei est, soluere volebant. Huius gratia sancta vniuersalis Synodus sexta, prædictos Hæreticos tanquam impugnatores Dei, anathemate perculit, & omnia eorum dogmata, & omnes similia eis sapientes, & qui vnquam sapuerunt, vel futuri sunt sapere, & non pœnitentes, cum his & Polychtonium puerilia sapientem, senemque qui mortuos resurrecturos negabat, similiter excommunicarunt.

Roborauit igitur sancta Synodus fidem Catholicam de duabus voluntatibus naturalibus, & operationibus post vnionem verbi ad humanam naturam, non in diuisione autem personarum, quod absit, sed quia vnitæ, quæ in Christo sunt naturæ, suam quælibet habuit voluntatem propriam, & operationem. Alij enim, qui huiusmodi naturæ auferunt proprietates, aut destruunt operationes, & voluntates, & naturas confundunt, quarum
B existunt proprietates. Nullum tamen canonem hæc Synodus edidit, prout etiam ipsi Græci mutantes testantur.

Secunda sexta Synodus reproba & canones eius.

Vide Baron. tom. 3. Eccl. hist. anno Christi 680. † Pogonati

HVius Constantini † Filius Iustinianus Rhinotymetus nomine, post obitum patris sui, cum suscepisset sceptri moderamina, in fraudem & iniuriam Apostolicæ sedis, Synodum congregauit in Trullo Palatij sui, & appellauit eam similiter sextam Synodum, quæ non sancta, sed execrabilis est dicenda: cum clam Pontifice Romano ad condemnationem sanctæ Dei Latinorum Ecclesiæ, canones ediderunt centum numero cum duobus. Aduersantur autem sanctæ Dei Romanæ Ecclesiæ, præcipue tertius, decimus, trigesimus, quadragesimus quintus, & quinquagesimus secundus canones: qui infra in obiectionibus Græcorum subnotantur.

C *De septima Synodo, Nicæna secunda aduersus iconomachos.*

SEptima quoque fuit Synodus Nicææ, vbi & prima omnium fuit celebrata, tempore Adriani Papæ Romani. Constantinus namque cum † Herena matre sua († Irena.) eum pariter à piissimis prædecessorum sectis deuiaret, *Nasimutili* Iustiniani pertinaciam sequutus est. Veruntamen ad sacratum memoriam imaginum populum reuocare gestiens: Synodum congregari iussit, quam septimam, & vniuersalem visus est vocare, cum nullam fauorem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, † & Apostolicæ sedis haberet, secundum quod quidam volunt. Attamen in libris Græcorum legitur contrarium in hunc modum. († perperam isti sentiebant.)

Septima sancta, & vniuersalis Synodus conuenit Nicææ, vbi & prima omnium fuit celebrata, tempore Constantini Principis, qui filius Herenæ reginæ sub Adriano Papa Romano, in qua fuit Tharasius Patriarcha Constantinopolitanus, Alexandriæ; Theodoritus An-
D tiochiæ, & Heliæ Hierosolymorum, cum quibus &
† 350. alij sancti Patres, in numero † sexaginta sex. Vicarij vero dicti Papæ fuerunt Petrus Presbyter Cardinalis, Monachus, & Petrus Abbas Monasterij sanctæ Sabinæ, quod est in ipsa vrbe Ruma.

Hi omnes congregati sunt contra *εἰκονομάχους*, id est, contra *impugnatores imaginum*, figuratum Christi, Crucis, & B. Mariæ Virginis, & aliorum Sanctorum quas asserebant nullo modo esse colendas; ignorantes tales infelices Hæretici, quod honor, qui talibus impenditur; non propter se, sed propter illum, quem imago repræsentat, exhibeatur. Et quod propter huiusmodi picturas antiqua & strenua facta Sanctorum insinguntur memoriæ simplicium, qui per scripturas eas capere non sufficiunt, & in successiuo ordine transmittantur in posteros, vt eorum gloriosi triumphi oblinuione non deleantur, sed cum omni pietate venerentur: eorum imitentur facta per exemplum bonorum. Ideo barbaram & erroneam opinionem multorum sacræ
E Scripturæ testimoniis confutantes ab Ecclesia eliminauerunt, perpetuo anathemate damnantes eos, qui de cætero super hoc aliquid temere attentarent. Hic est tenor septimi Concilij, qui supradictis multum repugnare videtur.

Sed ista contrarietas citius soluitur, si rei gestæ tempus, & ordo videantur. Re vera dicti Monachi nuncij fuerunt sedis Apostolicæ non vt Synodum celebrarent; sed vt dictum Imperatorem ex parte Papæ cum literis suis diligentius monerent, vt relicto errore sacratum imaginum, quo tunc tota Græcia infecta erat; ad antiquum, & pristinum honorem Ecclesiarum picturæ restituerentur, sicut & fecit. Accepta igitur occasione dictus Imperator ex litteris Papæ, congregauit septimum Concilium in ipsa regia vrbe primitus, sed facta dissensione, cum non possent concordare, discesserunt ab inuicem, qui conuenerunt.

Verum detenti fuerunt in eadem vrbe per annum in-
F tegrum, & sic postmodum iussu dicti Imperatoris conuenerunt. Cui Concilio præfuerunt dicti nuncij Papæ, & Tharasius Patriarcha, quem sanctum nominant, & alij prælati supra nominati. Pace in Ecclesiis per istum modum restituta, retulit, vt mos erat, Tharasius Patriarcha Constantinopolitanus totam processum Summo Pontifici, vt sic tale Concilium sua auctoritate confirmaretur. Nam colliguntur septem Concilia in libro, qui Nomocanon appellatur. Quid tamen Papa responderit, non inueni.

De Synodis particularibus.

DIcendum quoque, præter istas septem vniuersales Synodos, fuit & vna alia, vniuersalis quidem: sed quia non agit de articulis fidei, non ponitur in numero generalium Synodorũ ab antiquis Græcis, sed inter alias quæ *Locales* nominantur. Moderni vero Græci schismatici cum sint, ab omni numero illam excluserunt, & nomen (Græci hæc non est particulare sed vniuersale.)
G eius audire subtreuerunt, eo quod eorum Patriarcha Photius Hæresiarcha, fuit ipsa dignitate Patriarchali, quam sibi iniuste vsurpauerat, nuper depositus. Et B. Ignatius, qui studio dicti Photij à dicta sede iniuste expulsus fuerat, honorifice restitutus. Testatur hoc Chronicon nomine Paphlagonis, in quo pene inaudita enarrantur de Photio execranda maleficia in damnationem ipsius. Fluxerunt autem à septima vniuersali Synodo vsque ad istam octauam, anni octuginta duo ab eadem autem sexta CCCLVII.

Particulares, siue locales Synodi in partibus Orientis fuerunt istæ.

Prima fuit celebrata in Antiochia Pisidiæ, tempore Aureliani Imperatoris, contra Paulum Samosatensem, qui primus ausus est blasphemare Christum Dominum nostrum filium Dei, dicens purum eum fuisse hominem; sed per gratiam fuisse insignitum, & sublimatum. Quod audientes Prælati Ecclesiarum, confluxerunt vndiq; complures ad dictam ciuitatem, obuiantes errori nouo,
H & primitus exorto. Præfuit etiam isti Synodo tunc temporis Hymenæus Hierosolymorum Episcopus, & B. Gregorius Neocæsareæ Cappadociæ, qui agnominatur Thaumaturgus, id est, mirificus: & alij, qui Paulum communi sententia deponentes ab Ecclesia eiecerunt. Vtrum vero ediderit canones, non habetur.

Post istam immediate fuit secunda in ciuitate, quæ dicitur * Anguria, in prouincia Galatiæ, cui præfuit * Iutellius Antiochiæ Syriæ Præsul, & Agricolaus Cæsareæ Cappadociæ. Conuenerunt prædicti Patres, & multi cum eis in dicto loco propter quosdam, qui tempore persequutionis in Ecclesia, propter nimia tormenta negauerant Christum: sene volentes, vtrum tales recipiendi essent ad fidem de cætero, & quomodo essent reconciliandi. Vnde, inquisitione facta, definierunt multa super hoc, & fecerunt canones viginti quinque. († Ancyra. † Vitalis)

Fuit & tertia Synodus, consequenter post istam, & in Neocæsarea Ponti: Quæ similiter canones edidit quatuordecim.

A Hanc sequuta est prima generalium in ciuitate Nicæa, contra Arium, vt superius expressum est, cuius canones sunt viginti.

Alia Synodus celebrata fuit postmodum in Antiochia Syriæ, tempore † Constantini Principis, filij Constantini Magni, quæ viginti canones Ecclesiasticos promulgauit. Post istam fuit & alia Synodus in ciuitate, quæ dicitur Gāgra, in regione Paphlagonū. Quæ viginti quinqoe canones pro honestate Clericorū edidit, & ordinauit.

† Constantij

Alia fuit in ciuitate, quæ Sardis dicitur; propter Constantium Imperatorem filiū Magni Constantini, qui declinauit in hæresin Arianorum. Huic † Frater suus, qui regnabat in Occidente, ad monitionem Papæ misit litteras comminatorias, scilicet, quod pugnaret contra eum, nisi à dicto errore desisteret. Tandem de vtriusque voluntate extitit, vt Synodus congregaretur in partibus Orientis: & quidqoid Patres super hoc definirent eorum starent consilio, & sententiæ. Et cum factum esset, definiuit prædicta Synodus Sardica, Symbolum Nicænum summe esse tenendum: addens viginti vnum canones ad doctrinam fidei pertinentes.

Synodus ista est vniuersalis, tametsi Nicænæ Synodi appēdix quædam censeri soleat.

B *† Constant.*

Similiter in Laodicea metropoli, quædam alia fuit Synodus, quæ 59 canones promulgauit.

Post hanc verò congregata est secunda, & vniuersalis Synodus, quæ Constantinopolitana dicitur, contra Macedonium præfatæ vrbis Episcopum, sicut supra fecimus mentionem; qui contra Spiritum sanctum impie blasphemauit. Sed Canones non edidit nisi quinque.

Hanc sequuta est tertia generalis, in ciuitate Epheso celebrata, contra impium Nestorum, sicut habetur supra. Cuius canones fuerunt sex.

Post istam vero fuit tertia in vrbe Constantinopolitana contra Eutychen, sed particularis: nullos tamen canones edidit, nec habentur.

Deinde sequuta est illa, quæ in Chalcedone vrbe à sexcantis triginta Patribus sanctis celebrata fuit. Cuius canones sunt viginti quinque.

C Fuit & alia Synodus Constantinopolitana, particularis tamen contra Seuerum. Anastasius siquidem Imperator, declinans in hæresin Eutychetis, multos & magnos Prælatos eiecit de locis suis, suscitans per vniuersum Imperium suum persequutionē vniuersæ Ecclesiæ Christi. Vnde cum præstitisset fauorem Seuero Hæretico, vt fieret Patriarcha Ecclesiæ Antiochenæ sine irrita electione Flauiani, † quem Canones aduocabant Martyrem; scandalis, & persequutionibus, & homicidiis impleuit Ecclesiā Christi prædictus Seuerus: ita vt Anastasius ipse protector suus, & fautor, per literas ipsi comminaretur, quod nisi desistaret à tali insania, eum ab honore Patriarchatus deponeret. Quo Anastasio defuncto, suscepit Iustinus homo Catholicus sceptrū imperij. Quod timens, & videns Seuerus, voluntarie cessit honori, latenter fugā iniens, & pergens, Alexandriam ad suos cōplices. Cumq; ibidem in prædictū errorem plurimos induxisset, Iustinianus Imperator, qui prædicto Iustino successerat, rogatu Episcoporū orthodoxorū illius patriæ, congregari Synodū petiit in vrbe Constantinopolitana. Eodem tēpore Papa Agapetus, propter persecutionē, quæ totam Italiam occupauerat, cū multis Clericis, & Episcopis venit Constantinopolim. Huius aūt auctoritate dicta Synodus condēnauit impium Seuerū & omnes eius similes. Nam Anthemium præfatæ vrbis Episcopum complicem Seueri, qui contra Iura Canonum dictæ ciuitatis occupauerat sedem, B. Papa Agapetus ab honore deposuit, & condemnauit.

† Locus mendosus.

D

Post illam fuit illa quinta Synodus generalis, quæ fuit sub Iustiniano Principe, contra Origenem & Theodorū Mopsuestiæ, & reliquos Hæreticos, prout superius fecimus mentionem; quæ habuit canones viginti duos.

Post istam fuit sexta, & septima quæ vltimo, describuntur, inter quinque; & superius nominata fuit. † Celebratum est illud famosissimum Concilium. Plurimos canones edidit, scilicet centum triginta tres.

† Locus mutilus. forte Carthaginense, cuius apud Balsamonem extant canones 136.

Sed & Photius Patriarcha, qui erat hæresiarcha, duo successiue Concilia celebrauit in vrbe Constantinopoli. Primum in templo Sanctorum Apostolorum: reliquum, cui præbuit, vt dicunt, Papa Ioannes fauorem, in Ecclesia sanctæ Sophiæ. E

Ista igitur sunt Concilia, quæ recipit Græcorū Ecclesia, & retinet, de quorum canonibus aduersus Romanam Ecclesiam gloriatur, addens istis canones Apostolorum, quos à B. Clemente se accepisse testatur, quorum numerū in suis libris assignās, ponit eos esse octoginta quinq;.

Furtiua insuper synodus, quæ in Trullo Palatij fuit facta, fecit Canones ad libitum Imperatorium, vt dictum est supra, centum & duos.

Sed & Synodus Photij, cui præstitit fauorem Ioannes Papa, vt ipsi volunt, fecit canones septem & decem. Quorum vltimos videtur multum fauere pro Latinis.

Sunt igitur in vniuerso omnes canones nominati, cōputatis canonibus Apostolorum, cum his, & qui in furtiua Synodo de Trullo editi fuerunt, CCCXXI. Habent insuper quasdam Epistolas sanctorum suorum, Basilij, Cyrilli, Athanasij, & aliorum, in quibus continentur canones plures, quos inter alios authenticos recipiunt, & pari veneratione imitantur. F

Horum igitur auctoritate Græci suffulti, quam plurimos latratos contra Romanam Ecclesiam latrando emittunt: pro eo, quod multa in eis, quæ contra Latinos, & pro Græcis prima facie agere videntur. Quorum tenorem diligenti inuestigatione considerantes, de Græco in Latinum pro legentium excitatione tractabimus, huic operi superimmiscentes.

Oppositiones Græcorum.

Sit ergo vnus Canon Apostolorum. *Episcopus aut Presbyter, aut Diaconus vxorem suam occasione honestatis, vel castitatis non ejiciat. Si autem eiecerit, excommunicetur. Perseuerans autem, deponatur.* Sed vos, inquiunt, accedentes ad sacros ordines, votum emittere castitatis adigitis. Ergo compellitis eos vxores dimittere, si volunt assequi talem gradum. Ergo, &c.

G Item vigesimus septimus canon dicit: *Episcopum, Presbyterum, aut Diaconum verberantem fideles, qui peccant, aut infideles inique agentes, & per hoc timeri volunt, deponi præcipimus.* Nequaquam autem hoc docuit vos Dominus. *Sed cum malediceretur, non remaledicebat.* Sed vos Latini manifestè disciplinatis eos, quos absoluitis, & quandoque vsque ad effusionem sanguinis. Ergo iuxta sanctiones Patrum estis deponendi.

Item sexagesimus tertius dicit: *Quod si Episcopus, aut Sacerdos, aut Diaconus, seu omnino de Catalogo Clericorum carnes comederit in sanguine anima ipsius, aut captum à bestia, vel morticinium, deponatur. Hoc enim lex prohibet. Si vero laicus fuerit, excommunicetur.* Sed constat, dicunt, quod Latini indifferenter vescantur talibus. Ergo, &c.

Item sexagesimus quartus præcipit. *Neque quis ieiunet Sabbati die nisi sit vigilia Pascha. Si quis Clericus inuentus fuerit, diem Dominicum ieiunans aut Sabbatum, præter vnum solum deponatur. Si laicus est, excommunicetur.* Sed Latini fere omni die Sabbathi ieiunant. Ergo, &c. H

Item octogesimus clamat sic: *Episcopus vel Presbyter aut Diaconus militiæ vacans, & volens vtrumque tenere, scilicet Romanum principatum, & Sacerdotalem Diœcesin, deponatur.* Nam quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ Dei Deo. Sed Prælati Latinorum, & etiam ipse Papa, assumit sibi talium dignitates, & vocantur quidam *Duces*, quidam, *comites* etiam *Marchiones* Ergo, &c.

Item Canon tertius Concilij in Neocæsarea celebrati iniungit pœnitentiam bigamis. Et multo maiorem his, qui in trigamia, & vltra ceciderunt. Et iudicat B. Basilius tale matrimonium fornicationem. Dicit enim Concilium: *De his, qui in pluribus nuptiis ceciderunt. Et quidem tempus pœnitentiæ manifestum est, quod definitum est sed conuersatio eorum & fides abbreuiat tempus.*

Item septimus Canon ait: *Presbyter in nuptiis bigami non comedat: quia cum veniam petat bigamus, qu[illegible] erit ille Presbyter, cui propter comestionem quarat [illegible] consiteri?*

A Item in canonibus B Ba silij de eodem habetur sic: *De trigamis, & pluribus nuptiis copulatis, eundem definimus Canonem, quem & de bigamis proportionaliter: annum quidem super bigamis; alij dixerunt duos. Quidam trigamos, & vltra, tribus, & quatuor puniunt, quidam insuper excommunicant eos.*

Item de eodem dicto canone: *Nuptias plures celebratis patres conticuerunt, tanquam incensiuum esset; quod & omnino alienum à genere humano: nobis autem euidens est, quod plus sit quàm peccatum fornicationis.* Sed Latini celebrant tales nuptias sine contradictione. Ergo faciunt contra instituta canonum, & Sanctorum Patrum. Sed qui talia agunt, excommunicandi sunt. Ergo, &c.

Item canon Timothei Episcopi Alexandriæ dicit: *Quod mulieres menstruatæ non debent accedere ad Ecclesiam, etiā pro baptismo recipiendo, sed debent abstinere ab ingressu Ecclesiæ, & differre baptismum, quousque purificentur.*

B Item Laodicensis Concilij canon quadragesimus quartus prohibet, ne mulieres partem illam aliquomodo Ecclesiæ, quam nos chorum dicimus, intrent. Item canon eiusdem Concilij septimus prohibet, ne quis Presbyterorum, aut Episcopus offerat sacrificium in aliqua domo nisi vbi est Ecclesia cuncta, qualiter in Ecclesia Latinorum seruentur, & à viris & fœminis, omnis, qui oculos habet, videre potest.

Item tertius canon secundi Concilij ita dicit: *Constantinopolitanum Episcopum habere prærogatiuam honoris post Romanum Episcopum*, supple, decreuimus; eo quod ipsa noua Roma. Cui consentit vigesimus octauus canon, Chalcedonensis Concilij, qui sic definit: *Vbique Sanctorum Patrum definitiones sequentes, & Canonem, qui nuper lectus est, centum quinquaginta amantissimorum Episcoporum, (sub pia memoria Theodosio Magno, qui fuit Imperator in regali Constantinopoli vrbe, (noua Roma) cognoscentes*, eundem & nos definimus, & statuimus de prærogatiuis sanctissimæ eiusdem Ecclesiæ Constantinopoleos, nouæ Romæ. Etenim throno antiquioris Romæ,

C eo quod regnaret illa ciuitas, Patres congrue, & decenter tradiderunt tunc primitiuum honoris: & eodem respectu moti, centum quinquaginta Dei amantissimi Episcopi, æqualem prærogatiuam honoris attribuerunt etiam sanctissimo nouæ Romæ. Et vt in Ecclesiasticis rebus, sicut ipsa magnificetur secunda post ipsam existens.

Hoc idem definit sexta Synodus. Sed tamen non eandem potestatem habet Patriarcha Constātinopolitanus, quam habet Papa: constat quod par est, & similis in potestate. Sed par in parem non habet imperium. Vnde ergo ei tanta præsumptio, vt dicat se principem super omnem terram? & vt etiam, quod dicta sedes nouæ Romæ subdita sit sibi? Hoc nihil est, nisi inuadere sedes alienas. Sed qui hoc agunt, anathema sunt. Ergo, &c.

Item canon quinquagesimus secundus septimi Concilij, quod factum fuit in Trullo, prohibet celebrationem Missæ in quadragesima; diebus Sabbatis, & dominicis exceptis dicens: *In omnibus diebus ieiunij sanctæ quadragesimæ, præter sabbatum, & Dominicam, Annun-*

D *ciationisque diem, fiat de præsanctificatis sacra Missa*: sed Latini omni die in quadragesima celebrant, & vbique, etiam bis in die. Ergo faciunt contra instituta Ergo sunt excommunicati, & anathematizati.

Responsio Latinorum ad auctoritates Canonum.

His, vt dictum est, auctoritatibus Ecclesiæ Græcorum se muniens, & erigens contra Latinos, non cessat iisdem insultare, rabiem prædicationis, & anathematis imponendo. Et licet nostræ facultatis, & ingenij non sit, ad singula, prout competit, respondere: quædam tamen lectorem, iuris ignarum, cautiorem facere possunt, sicut possumus compendiosius pro parte Latinorum, Deo auctore, obuiabimus supradictis.

Respondentibus igitur primis, generali modo loquendi, dicimus: Quod omnis scriptura, quam Græcus pro se contra Latinum, præter textum Bibliæ, adducit suspecta est, & esse debet cuilibet viro sapienti, eo quod ab ortu nascentis Ecclesiæ, tantum * exercuit peruersum dogma

* se exeruit.

Hæreticorum in gente prædicta, quod eorum studium, & intentio fuit, semper dicta sanctorum vera remouendo, aut falsa inserendo, corrumpere, destruere, & dilacerare. Probant hoc Concilia, & maxime vnū, vbi ex parte Monotheletarum, libris corruptis in medium prolatis, imponebant B. Papæ Vigilio quod quosdam anathematizauerat, qui non confitebantur duas naturas, & vnam voluntatem, & operationē fuisse in Christo. Imo ita fuit; & est familiare Græcis, & proprium, scripturas sacras corrumpere; quod ad compescendam huiusmodi insaniam, Sancti Patres sub anathematis attestatione hoc in suis definitionibus fieri prohibuerunt: Vtentes verbis Apocalypsis cum tali additione: *Quicunque apposuerit his, vel diminuerit: si clericus est, deponatur: si laicus, excommunicetur, &c.* vt supra fecimus mentionē. Et vt omnis via eisdem Hæreticis præcluderetur, ordinauerunt insuper, vt communiter dicitur, vt libri, præcipue sanctorum Conciliorum, in chartis † bombacinis scriberentur, eo scilicet, quod rasuram non sustineat † huius pergameni.

F Contra Canones vero Apostolorum, & aliorum, qui nobis obiecti sunt, multiplex erit respōsio, & diuersimode possunt aduersarij confutari. Constat enim, sicut ipsi dicunt Canones, qui Apostolis inscribuntur, de Latino in Græcum à B. Papa Clemente fuisse translatos Cum igitur omnis aqua fluens in fonte, & origine naturalior, & verior, quam in riuulis qui procedunt ab eo, inueniatur; supponendum, & credendū est, quod in Ecclesia Latina, à quibus tanquam à fonte riuuli processerunt, dicti Canones veriores, & puriores sunt [illegible] in Ecclesia Græcorum; præsertim cum per ora plurium hæreticorum, & schismaticorū, à trecētis octoginta annis, & citra transierunt: qui multas alias soliti sunt corrumpere scripturas. Sed cum in Ecclesia Romana plures ex eis, & maxime, qui modo Latinis obiecti sunt, minime reperiantur, sequitur, quod aut superadditi sunt ab eis: cum sit verissimum, quod de Latino in Græcum fuerunt assumpti.

† bombycinis.
† l. sicut pergamena.

Sed si verum est, quod sint ficti ab Hæreticis, & Schis-

G maticis, & aliis Canonibus veris inserti, merito & absq; quæstione aliqua sunt repudiandi. Si vero ab aliquo, nescimus quo, talem scripturam suscepit, & tenuit Ecclesia Græcorum: dicimus, quod in Græca auctoritate ignoratur ipsius veritas, & inter apocrypha, & dubia sunt computanda: Apocrypha autem, Ecclesia nescit; vbi maxime eorū silentio veritati penitus conuincitur obuiste. Quid ergo est? Nos sane primam partem huius argumentationis eligentes, dicimus cum expositore Canonum, re & nomine maxime inter Græcos, † quod Photius, vel Photinus Patriarcha, auctor schismatis, qui multa de corde suo finxit contra Latinos, dubios canones, & plures alios Apostolorum canonibus, & aliorum Sanctorum Patrū interseruit, & in multis locis libens veritatē condēnauit.

† nomine, vel simile quid, deficit in ms.

Secundo ad idem dicimus, quod Beati Apostoli, & sancti Patres etiam complura definierunt, & ordinauerunt in Ecclesia, pro variis causis, & euentibus; locorum nimirum, & temporum, & etiam, personarum; quibus proculdubio causis de medio sublatis, eorum si-

H militer effectus debuit, & debet rationabiliter, & sine causa remoueri. Hinc est, quod interdum rigida, interdum remissa imperant. Quandoque etiam in his, quæ sunt suis prædicationibus contraria, inueniuntur dispensasse. Probant hoc actus eorundem Apostolorum, vbi de consensu vnanimi pauca quædam, sed tamen grauia gentibus imponentes, scilicet *abstinere ab Idolis immolatis, & sanguine suffocato, & fornicatione*: Quædam postmodum Paulus Doctor gentium; qui eodem spiritu plenus erat, vt infra dicetur, salubriter reuocauit. Idem etiam Apostolus, pro tempore, pro causa etiam vtili, circumcidit Timotheum, & postmodum dixit Galat. *Si circumcidimini, Christus vobis nihil prodest.* Hinc est quod Cephas, quædam legalia coram Iudæis tenuit, licet appareret reprehensibilis propter infirmos. Et Paulus similiter totondit sibi caput in Cenchris, coruscante iam Euangelio, & purificandus secundum legem adscendit Hierosolymam, vt tractaret cum quibusdam, qui votum fecerant in templum Domini. Hinc est etiam, quod Saluator

A noster, & legum Dominus pro varietate temporum diuersa visus est imperare Apostolis: cũ scilicet eos modo cum vnica tunica, & sine sandaliis, & absque baculo: modo cum duabus, & calceatos mittit ad prædicandum.

In definitionibus quoque Patrum, sicut diximus, multa inueniuntur, quæ hoc idem probant. Similiter, hoc est, quædam pro tempore, & ad tempus statuta fuisse. Dicunt enim in quibusdam suis definitionibus, prout Græcorum probant exemplaria, tali modo: Si quis carnes, & caules in die Dominico non comederit, si clericus est deponatur, si laicus est, excommunicetur. Et iterum: si quis diem Dominicum ieiunare inuentus fuerit, vel Sabbatum, præter vnum anathema sit. Hæc & his similia multa statuerunt. Quod, vt sæpe diximus, factum est, vt ex talibus statutis, errores, qui erant in Ecclesia, euellerent; non, vt legem perpetuam ex hoc hominibus persuaderent. Cui enim dubium est, quod multi fidelium abstinent à carnibus omni tempore? & B & tamen non peccant. Et quod plures alij tam in festis, quam in aliis pro salute corporis, quidam pro salute animæ: tamen in tali opere nullo modo peccant. Quia intentio finem imponit operi, non opus intentioni: secundum quod iidem Patres sancti in plerisque suis tractatibus aperte exposuerunt. Sed ne nostrorum aduersariorum manus, sic generaliter respondendo, effugisse videamur: redeamus ad singula, & videamus, vtrũ nos obiecta, an Græcos, qui ea objiciunt, miserabiliter damnent.

Dicit vnus Canon, quem Apostolorum nominant, sicut supra ostensum est, isto modo; *Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus suam vxorem, &c.*

Dicimus, quod in Ecclesia Dei occidentali nusquam tale vidimus, nec permittimus fieri quale nobis Græci obiiciunt; videlicet, vt aliquis matrimonio legitime copulatus sub prætextu alicuius religionis, vel honestatis suam dimittat vxorem, ipsa reclamante, aut renitente. Sed potius nos tales per censurã Ecclesiasticam compellimus, si quam religionem ingressi sunt, dimittere, & suæ sponsæ legitime copulari. Verum si soluti C sunt, & ad sacrum ordinem sponte & voluntarie confugere volunt, cum mos antiquus in occidentali Ecclesia ob religionem Fidei, & sacramenti reuerentiam obtinuerit, vt ministri immaculati altaris, & non vmbræ, & carnalibus sacrificiis, sed veritati & spiritui seruirent: exiguntur tenera votum castitatis emittere: quemadmodum hi, qui seipsos propter regnum cœlorum castrauerunt ingressu religionis, votum obedientiæ, castitatis & paupertatis profitẽtur; & quædam alia secundum regulæ instituta. Non ergo cogimus Clericos ad continentiæ sortem descẽdere: sed eis religiose & pie prædicimus, quod si talem ordinem, & gradum adscendere desiderant, oportet eos iura sui ordinis inuiolabiliter obseruare. Congruum est quippe, & consonum rationi, vt si Sacerdos legalis ingressurus tabernaculum, vel templum ad immolandam victimam, vel incensum Domino, tempore vicis suæ, carnem suam fræno continentiæ moderabatur, quod sacerdos Euangelicus, qui hostiam immacu- D latam, agnum scilicet verum, non obumbraticum quotidie offerre debet, quotidie, & continue castitatis, & puritatis veste induatur: si omnipotenti Deo sacrificium acceptabile offerre concupiscit. Non igitur nos illa inhibitio, sed Græcorum Ecclesiam tangit, quæ in istam maledictionem ab initio corruit, & vsque hodie miserabiliter in ea perseuerat. Ipsa namque est, quæ laicos, & plebeios viros, laceratos tamen, assumens in Episcopos, vel contra, cogit eos, contradicentibus eorum vxoribus, castitatis votum emittere, vel monasterium aliquod introire; ipsas sponsas, continentiam profiteri. Istud probatione non indiget, quia pene tot testes sunt quot gentis illius consuetudines non ignorant. Nonne hic caput Goliathi proprio ense incidimus? nonne *Gladius eorum*, super Latinos vibratus, *intrat in corda eorum, & arcus* indebite tensus, in suis manibus fractus esse monstratur?

Sed Canon Apostolorũ est, qui dicit: *Si quis Episcopus, &c.* Quare non obseruatur ab eis? Cur nobis innocentibus suam damnationem, & turpitudinem tam obstinato animo objiciunt? Cũ ergo respondere non possint, trãseamus ad vigesimũ septimũ Canonẽ, qui dicit; Episcopum siue Presbyterũ, vel Diaconum verberantes fideles, &c. E

Respondeo: In quolibet peccato manifesto tria ad minus reperiuntur: scilicet, libido interior; opus exterius, & euidentia libidinis. Interiori, offenditur Deus.* Difformatur quippe anima ad imaginem Dei facta, & Deus, qui sibi prohibuit, despicitur à creatura. Opere exteriori corrumpit homo seipsum, & alium. Euidentia vero, vel enormitate: quæ est clamor cum voce, totam Ecclesiam offendit. Oportet ergo, si vult recte pœnitere, vt contra istos tres morbos tria quædam obiecta remedia penitus adhibeat, scilicet dolorem contritionis, contra libidinem mentis: laborem satisfactionis, per executionem operis: priuatim tamen pro priuatis, publice pro manifestis.

* De formatur

Item peccatorum quædam sunt ex ignorantia, quædã ex infirmitate; quædam ex studio, & malitia perpetrata. Quando ergo aliquis de numero fidelium non priuatim, sed publice, non ignoranter sed studiose, & superbe peccans, separatus est ab Ecclesia, tam merito delicti, quàm sententia Prælati, iustũ est, vt si vult reconciliari Ecclesiæ, F à cuius integritate abscissus est peccando, quod condignã & congruam delicti satisfactionem offerat ad arbitrium sacerdotis. Discernentes autem Sacerdotes Ecclesiæ, quorum est discernere inter fidelium lepram, & non lepram, iudicauerunt, vt is, qui per contumaciam ab vnitate fidelium separatus est, & matrem suam, id est Ecclesiam, imo Deum in ipsa contristat contemnendo: prostratus coram eo petat veniam, & in signum subiectionis & humiliatis corpus percutiendum, & verberandum offerat, imitatus eum, qui dicit: *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus.* Et iterum: *Disciplina pacis nostræ super eum, &c.* Et vt ex hoc ostendat pœnitens, Ecclesiam Dei, matrem, & magistram esse vitæ & moribus paruulorum, *in quorum* nimirum *cordibus* secũdum Sapientiæ vocem, *stultitia colligata est, & virga disciplinæ fugabit eam.* Esto quod verum sit, quod Canon ille sit Apostolorum Sanctorum: Latinos tamen non tangit, quia non dicitur ibid. G *Quod quicunque Episcopus voluerat, &c. quacunq; ex causa:* sed dicitur; *Episcopus, &c. Verberantes fideles, & propter hoc timeri volens &c.* Non enim hoc agit Ecclesia Romana in suis filiis, tanquam tyrannicam exercens potestaté, vel odio commota, sed propter illas causas, quas prædiximus, & alias, quas propter breuitaté iudicamus reticẽdas.

Sed Ecclesia Græcorum, quæ trabem gestat in oculo, quam non videt, sed potius festucam modicam in oculo fratris sui hoc quod nobis objicit, studiosius implet, nõ dico in suis laicis, ad quos nimirum manus extendere non præsumit, sed in suis Papatibus, & Clericis, quos tanquam viles & rusticos pugnis faciunt verberari, sublato tamen prius ϖμαρίῳ, id est, veste Clericali, ad horam, prout propriis oculis aspeximus in ciuitate Nicæa.

Nunc ergo, si ita est; imo quia ita est, stultam fecit Dominus Græcorum sapientiam. Hunc igitur Canonẽ tanquam inutilẽ relinquẽtes ad sexagesimũ tertium, qui de sanguine, & suffocato loquitur sermonẽ conuertamus.

H Et licet generalis responsio supposita sufficiat, tamen aliquid latius respondeamus. Fatemur sane verum decretum fuisse ab Apostol. in Actib. eorum, vt hi, qui conuersi erant de gentibus, abstinerent. Quod quidem expediebat tempori illi, & statui infirmorum, eo quod synagoga cõuersorũ Iudæorum, cum honore, & obsequio, sicut dicit B. August. ducenda erat ad sepulturã. Processu vero temporis roborata prædicatione Euangelij, & multitudine gentium ad fidem currente, per Paulum Doctoré gentiũ, & Apostolum specialem earum, imo per ipsum Dominũ, qui per Apostolũ loquebatur, huiusmodi sententia euocata est. Dicit enim ad Corinth. *Omne quod in macello venit, comedite, nihil interrogantes, propter conscientiã.* Idẽ: *Omnia munda mundis.* Et alibi: *Scio, & confido in Domino* Iesu; *quis es, qui iudicas alienũ seruum?* Scilicet, qui salua pura cõscientia comedit, quicquid à maioribus comedendum accepit. Idẽ *Nemo vos iudicet in cibo & potu.* Ac si dicat: Nemo vos velut Iudæos discernat, ab his, inter quos habitatis in differentia ciborum, & in reliquis, quæ idem

A Apostolus adiecit. Ad idem facit quod Dominus in Euangelio dicit: *Non quod intrat in os coinquinat hominem, &c.* Quod quidem primo pastori declarare volens Dominus in visione illa cœlesti, & admirabili, qua idem Pastor Ecclesiæ Petrus linteum quatuor initiis de cœlo in terram submitti videbat. Post admirationem, quam habuit, dixit ei: Quod Deus permundauit, tu, ne commune dixeris.

His auctoritatibus, & multis rationibus Ecclesia Dei Romana suffulta, loco & tempore talibus vtitur absque offendiculo, & conscientia peccati. Sed Ecclesia Græcorum, cui omnia in scandalum, & offendiculum conscientiæ versa sunt, non absque macula criminis talibus abutitur. Quis Latinorum cum tanto studio, & attētione vtitur potemo sanguine, sicut populus Græcorū? Et vt oculis propriis vidimus, pro summis reputat deliciis: quotiens illo sanguine confecto, quod vt credimus * cipinčti vocant in suis epulis, velut canes impudentissimi, ingurgitati possunt? Item nunquid non viuntur suffocatis, & captis à bestiis? quando venatitiis carnibus vel leporum. qui canum dentibus præfocantur, & aliorum animalium; nec non & auium, quæ laqueo captæ sunt, vel reti, & manibus aucupum, eorum capita retorquentur, & tam diligenter, & curiose vescuntur? Vnde ergo eis tanta insania, vt hoc, quod ipsi tam summo studio peragunt in se approbent, in aliis reprobent, derideant, & deprauent? Obmutescant saltem tunc eorum dolosa labia, & impudentes frontes decidant tam confusæ.

barbara lexi, B fartum. Blutwurst oder Rotwurst

Post hæc sequitur Canon sexagesimus quartus, qui sic incipit: *Si quis Clericus inuentus fuerit, ieiunans diem Dominicum, vel diem Sabbati præter vnum, &c.*

Respondeo. Canon iste non est Apostolorum: sed quorundam, qui propter causam superius assignatam, talem sententiam promulgauerunt. Si enim esset Canon Apostolicus, fuisset vtique tempore Syluestri Papæ. Constat autem, quod in diebus suis mota fuit Quæstio à Græcis, quod videlicet non ieiunaretur Sabbatum, præter vnum,
C allegantibus quibusdam de Lege Moysi, sicut habetur in vita ipsius Papæ, sed cum nullum assensum præbere voluisset, Syluester Papa ait: [Si omnis Dominicus resurrectionis est colendus in gaudium Christianorum, & omnis Sabbati dies sepulturæ est deputandus ad execrationem Iudæorum. Omnes enim discipuli Domini fletum habuerunt Sabbato, sepultum suspirantes, & Iudæis epulantibus lætitia inerat: Discipulis autem ieiunantibus tristitia imperabat. Tristemur ergo cum tristantibus de sepultura Domini: si volumus cum iisdem de Domini resurrectione gaudere. Neq; enim fas est, vt distinctiones ciborū, & ceremonias Iudæorū more Iudaico obseruemus.]

Innoc. Epist. 1. ad Decentium.

Hæc & his similia dicente Beato Syluestro, placuit quibusdam Orientalibus consentibus illa traditio Apostolicæ Sedis. Sed magis elegerunt Sabbatum celebrare cum Iudæis. Cuius sententiæ concordans B. Innocentius Papa ait: [Sabbato ieiunandum esse, ratio euidentissima demonstrat. Nam si diem Dominicum ob reuerentiā
D Domini non ieiunamus, Sabbatum prætermittere nō debemus; quod inter tristitiam, & lætitiam temporis illius videtur inclusum. Nam vtique Apostolos constat biduo isto, & in mœrore fuisse, & propter metū Iudæorū se occultasse. Quod vtique non est dubium; & in tantum ieiunasse biduo memorato, vt traditio Ecclesiæ habeat, isto biduo Sacramenta penitus nō celebrare. Quæ forma per singulas hebdomadas est tenenda.* Hic loquitur secundum modum, qui tunc erat, propter quod cōmemoratio illius diei semper est celebrāda. Quod si putant semel, atque vno Sabbato ieiunandum: ergo & dies Dominica, & sexta feria, semel in Pascha erit vtique celebranda. Si autem Dominici diei, aut sextæ feriæ per singulas hebdomadas reparanda est imago, dementis est, bidui agere consuetudinem, Sabbato prætermisso, cum non disparem habeat causam, à sexta feria, in qua Dominus passus est, quando & apud inferos fuit, vt in die tertia resurgens redderet lætitiam, post biduanam præcedentē tristitiam. Non ergo nos negamus, sextam feriam ieiunandam; sed dicimus, & Sabbato hoc agendum, quia ambo

** Quæ vtique forma per singulas tenenda est hebdomadas, propter id quod commemoratio illius, &c.*

E dies tristitiam Apostolis, ac iis, qui Christum sequuti sunt,] induxerunt, qui die Dominica exhilarati, non solum ipsum festiuum esse voluerunt, sed etiam per omnes hebdomadas frequentandum esse dixerunt.

Vt ergo ad primum verbum nostrum reuertamur; Canon iste, quem Græci Apostolorū esse mentiuntur, si fuisset tunc temporis, sufficisset illis in adiutorium suæ petitionis, seu opinionis hoc decretum Apostolicum, quod nimirum immutabile secundum eos permanet; maxime, si istud Dei Apostoli immutabiliter omnibus seruandum mandauerunt. Quæ fuit ergo causa, quæ eorum clausit labia, vt non haberent recursum in diebus illis ad certitudinem Apostolicæ sanction[illegible] nulla prorsus fuit. Quia nec editus erat, nec canon di[illegible] erat, quia nec erat.

Sed octogesimus, inquiunt, qui sic incipit: *Episcopus, vel Presbyter, seu Diaconus militiæ vacans, &c.* sursum clamat contra Latinos.

F Respondeo; si vim Canonis inspiciat Lector supposito, &c. etiam quod sit Apostolorum, Latinis non obuiat. Quia nec militiæ vacant Episcopi nostri, eo modo, quo Canon accipit. Nec vtrumque principatum vnquam tenuit, vel tenet, vt simul Rex, & Sacerdos sit, vel vocetur nisi spiritualiter, sicut dicit Scriptura: *Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotium.* Si vero ipsam exhortationem, quam facit Ecclesia principi seculari, vel auctoritatem, quam dat, vel adiutorium, quod præstat contra persequutiones ipsius Ecclesiæ, & viros nefandos, militiam reputant, quis in hoc non offenditur; nonne Ecclesia Græcorum dat coronam Imperatoribus gestandam in signum pulchritudinis, & gladium in manu tenendum, ad vindictam sanguinis exercendam? Nonne cum ipsis vadunt in exercitum & pugnaturis exhibent Sacramenta sua, & orant pro eis generaliter, & specialiter in secreto Missæ; sicut scriptum est: *Memento Domine piissimorum & fidelissimorum Imperatorum, &c.* Et post pauca: *Robora eorum brachia, exalta eorum dexteram, confirma eorum regnum; subiice eis omnes barbaras nationes, & eos qui bella volunt, &c.* Nec recusamus vtrum-
G que gladium esse, materialem scilicet, & spiritualem. Sed vnum concedit militi ad nutum Sacerdotis educendum; alterum vero retinuit sibi. *Ecce,* inquiunt Apostoli in Euangelio, *gladii duo hic.* Et rursus loquens de materiali Dominus ait: *Conuerte gladium tuum in vaginam.* Dicendo *tuum,* materialem gladium significat, quo percusserat seruum principis Sacerdotum. De spirituali vero nemini venit in dubium, cum idem Petro per cuiusdam specialitatis apicem, ligandi atque soluendi concessit potestatem. Vterque igitur gladius Ecclesiæ traditur. Sed ab ipsa Ecclesia vnus exercendus; alius, sicut supra diximus, pro Ecclesia manu secularis principis eximendus. In quo ergo peccat Ecclesia, si suo iure vtitur à Domino sibi concesso? Vterque igitur gladius, vt dictū est ad Ecclesiam pertinet, & de vtroq; disposuit, sicut sibi videtur, ad tuitionem fidelium, & Reipub. conseruationem.

H Quam dignitatem seu potestatem Constantinus Primus Christianorum Imperator prouidens in spiritu mox postquam ad fidem conuersus est, contulit eo modo eidem Ecclesiæ libere: quo supra in quarta distinctione huius operis plenius est expressum. Quamuis enim quidam Prælatorum pro terris, & regionibus, quas ad vsus Ecclesiæ retinent, vocentur Duces, Comites, seu Marchiones, & interdum procedunt in expeditionem, tamen manus suas semper mundas custodiunt à sanguine peccatorum. Non enim pugnant ipsi personaliter, sed pugnaturis fidelibus contra iniquos assistentes, eos sic, puta verbis, & opere reddere satagunt animæquiores. Et ita, quæ Cæsaris sunt, Cæsari persoluunt, & quæ sunt Dei, Deo exhibent.

De bigamis autem, & vltra, nobis breuis incumbit responsio: Aut enim qui talia statuerunt, de clericis, & non de laicis intelligi voluerunt: aut, si de omnibus accipiendum est, de illis solis loquuntur, qui viuente prima contrahunt cum secunda, & tertia: aut certe, vt quidam eorum sane interpretati sunt, non est hoc accipiendum de copula matrimoniali, sed de benedictione

A nubentium, & solemnitate nuptiarum, quæ aliter erga viduas, aliter erga virgines obseruatur. Cui etiam sententiæ concordare videtur littera Canonis, qui dicit: *de nuptiis pluries celebratis patres continuerint*, &c. Si autem, vt Græci autumant, simpliciter, & nude intelligenda sunt verba canonis: verbi gratia, vt dicatur, non licere homini prima vxore mortua, contrahere cum secunda: Dicimus, quod cum sit contra doctrinam Apostoli, & salutem infirmorum, nulla ratione debet exaudiri. Ait enim Apostolus ad Corinthios: *Mulier est alligata legi, quamdiu vir suus viuit. Si autem mortuus fuerit, cui vult nubat, tantum in Domino.* Dominus quoque in Euangelio de muliere quæ caussa fus[illegible]dæ prolis septem viros fratres successiue habue[illegible]noo redarguit talem copulam toties repetitam: fe[illegible]mitom erroneam opinionem eorum, qui futuras carnales nuptias in regno iustorum sperabant. Item Samaritanæ, quæ plures viros habuerat iuxta puteum loquens, de illo solo illam redarguit; quem

B suum non esse virum diuinitus intellexit. Ait enim: *Quinque viros habuisti, & hunc, quem habes, non est tuus vir.* Copulari ergo pluribus viribus successiue non est prohibitum, sed concessum; etiam status talium non est condemnandus, sed tolerandus, cum nec ab aliquo homine possit prohiberi, id quod per spiritus gratiam pro salute infirmorum cernimus esse indultum.

Item quæritur à Græcis, potestne fieri dispensatio alicuius Concilij? Si dicunt, quod non: quis ergo Græcorum saluabitur, posito, quod sint in fide Catholica, seu orthodoxa v. [illegible] obedientes. Nonne contra istum Canonem, & illos supra positos, quotidie veniunt? si dicunt quod sic; sed, si Prælatus aliquis, multo magis summus Pontifex, qui potestatem plenitudinis obtinet à Christo mediante Petro Apostolo. De qua require supra quarta distinctione.

Interea consulimus Græcis aurum sapientiæ ab Ecclesia Romana emere, quam despiciunt, vt locupletes fiant, & caliginosis oculis collyrium apponant: vt in

C speculo sacri eloquij clare inspicientes, recognoscant Romanam Ecclesiam, quæ omnium Ecclesiarum caput est, insuper, & Magistra: eo quod nil in dictis Euangelijs, & Epistolarum, & etiam Doctorum, contrarium inuenit, quod interpretatiue, vel dispensatiue secundum statuta Sanctorum Patrum, in vnitate Spiritus non concordat.

Distinguentes itaque inter ea, quæ dispensationem recipiunt, & illa, quæ aliter se habent: dicemus; quod sunt præcepta primæ necessitatis; quæ assimilant animam Deo; sicut præcepta Decalogi; & illa, non recipiunt dispensationem. Item sunt præcepta secundæ necessitas, vt vnus vni iugatur; & hæc quandoque fuerunt dispensata, vt patet in patre Abrahá, & Iacob, David, & alijs sanctis, qui pluribus coniuncti fuerunt. Sunt & præcepta tertiæ necessitatis, vt est votum voluntarium, & hoc quadruplex, continentiæ, religionis, abstinentiæ, peregrinationis. Duo prima † non recipiunt dispensationem; alia duo recipiunt cum æquipollenti. Sunt insuper & quartæ necessitatis, vt institutiones Prælatorum; & hæc recipiunt dispensationem, quotiens & quando eios pro causa, vtili, & necessaria, videtur expedire.

** Cur non, an Berita-* D *te summi Pontifi cis.*

Hisce sic habentibus, & rite intellectis, patet solutio ad plurima, quæ nondum etiam fuerunt quæsita. De his autem, quæ sequuntur; vt de mulieribus menstruatis, & quæ ingrediuntur chorum; propter sui ignobilitatem auditum præstare nolumus: nisi tantum de Patriarcha Constantinopolitano, qui suæ superbiæ consulens, plures fingi fecit canones talis ambitionis: vt super omnes Prælatos videatur Prælatus. Vocat autē se *οἰκουμενικὸν* Patriarcham, id est, *orbicularem Patriarcham*: & licet in quarta distinctione huius operis, satis de eo disputatum sit, tamen adhuc in detestationem & sugillationem huius superbi nominis, paucis pauca repetemus.

Canon iste de ambitione dictæ sedis editus fuit in secunda Synodo, clam Summo Pontifice; vt Magister Hugo Etherianus refert, vir vtique sapiens, & peritus in vtraque lingua. Responsio supra est in secunda Synodo in fine. Et quia fieri non potuit, nec debuit,

E ipso facto suscitauit scandalum, & discordiam inter Græcos, & Latinos, non modicam, vsque ad tempora Papæ Vigilij. Nullum tamen is fauorem præbuit dicto Canoni, quod nos scimus, etiam dato quod posset in præiudicium prædecessorum suorum præbere assensum. Interea post Ephesinam celebratur quarta Synodus in ciuitate Chalcedone; in qua quidem Anatolius Præsul regiæ vrbis, satis egit pro principatu sui sacerdotij. Et factus est inde Canon. Verum quia Legati Leonis primi viriliter obstiterunt, petijt totum Concilium pro se, & Imperator seorsum: nec non, & dictus Anatolius à dicto Leone humiliter dicti Canonis confirmationem. Sed cum omnes preces incassum caderent, remansit dictus Canon infirmus, & inutilis de iure, etsi non de facto, prout supra in quarta distinctione, & in quarta Synodo continetur. Nam, sicut supra dictus Anatolius superbus alienas sedes paulatim, & occulte rapiens suo illas ausus est addere Pon-

F tificio. In Synodo quoque, quam sextam nominant, quæ dicitur furtiua fuisse: similiter dictum Canonem renouauerunt. Itaque vsque hodie Ecclesia Græcorum non concessa possidet, tenet, & vtitur, sicut patet. Quis enim in Pontificatu Romanæ sedis potuit se expoliare potestate propria, & dare alteri? vt sint in vno corpore duo capita, scil. in Ecclesia Dei. Res vtique monstruosa.

Item; si habuerunt de iure ex vi Constitutionis in secunda Synodo facta; quæ necessitas fuit repetere in quarta? &, si in quarta obtinuerunt suum propositum Græci, quare iterum in sexta Synodo, quæ post multa tempora fuit, hoc idem repetierunt? Non fuit alia, nisi quia vegebat eos praua eorum conscientia, qui videre poterant, & per Concilia intelligere, quod nullus Canon vigorem & firmitatem obtinet aliquam, nisi fauorem pariter, & assensum Summi Pontificis obtineat. De quo supra in quarta distinctione. Vnde istum canonem, tanquam inutilem, & furtiue intrusum respuentes; dicimus, sicut alias, omnes illos, qui asserunt Romanum Pontificem

G non esse caput vniuersalis Ecclesiæ, per viam incedere damnationis, vel perditionis, & esse de numero Core, Dathan, & Abiron Schismaticorum: qui in signum damnationis æternæ absorpti sunt à terra.

De celebratione autem Missæ in Quadragesima, & de quibusdam alijs, non respondemus. tum quia friuola sunt, tum quia in furtiua Synodo de Trullo similiter fabricata sunt. Si vero obijciunt nobis, illud decretum sextæ Synodi, quod Papa Adrianus approbauit, *quia in eo statutum est*, &c. Et illud Innocentij i *Renouantes*, &c. Respondemus, quod illa propriam interpretationem, & Catholicam recipiunt, & non secundum prauum intellectum Græcorum. Alia vero discussioni iurisperitorum, & arbitrio relinquamus.

Tempore, quo Victoriosissimus Imperator Constantinus cognomento Monomachus, Imperij perspicaciter moderabatur dignitatibus: Erat quidam Michaël Constantinopolitanæ Sedis Patriarcha actibus & intel-

H lectu stultissimus; qui prout verba eius attestantur, hæresiarcha potius, quam Patriarcha esse, omnibus innotuit. Hic lætā suasione sui cordis exactus, sanctæ Romanæ sedis Eucharistiam nefanditer infamabat; tractans secum, quod melius esset Græcorum sacrificium, quam Latinorum; eo quod ipsi fermentatum, & Romana Ecclesia, vt ab Apostolis acceperat, azymum sacrificat. interea dum præfatus Patriarcha, vt libelli sui apices asscoraret, sacrificium Latinorum arguere conaretur: hoc sanctissimus Leo Papa IX. audiens, more solito ad nefandam altercationem extirpandam, Dominum Stephanum Cancellarium religiosissimum virum, qui tertius post eum Papa Romanæ sedis extitit, & honestate sedis Pontificem, & cum illis Petrum Melphitanum Magistrum, & doctos cum suis apicibus transmisit. Qui Constantinopolitanam vrbem ingressi, & imperiali honorificentia sublimati, eiusdem vrbis Patriarcham † quater cum eo colloquium de nominato sacrificio habuerunt * . . . . . per nuncium asciuerunt. Quod ipse

† adeuntes. ** in ms. lacuna.*

audiens

A audiens, se ab eorum colloquio deulauit. Mox ipsi sanctæ Sophiæ Basilicam ingredientes, super altare paginulam posuerunt. Exeuntes autem ab Ecclesia sublatis pedum sandaliis pauimentorum marmora percutientes, in mari puluerem proiecerunt. Et hoc secundum Euangelij vocem egerunt dicentes: *Quamcunque ciuitatem introieritis, & renuerint dogma vestrum, nihil exinde efferatis. Sed inde abeuntes puluerem pedum vestrorum excutite.* Præterea ipsis è ciuitate discedentibus stupendum valde miraculum actum est: Liminare marmoreum eiusdem Ecclesiæ miræ magnitudinis dissoluitur: statimque talis est clades subsecuta, vt diebus paucis sexaginta Græcorum millia morerentur, nec vllus alienæ gentis: interim & per triduum inæstimabiles coruscationes, & tonitrua, & imbrium, & grandinum multitudines extiterunt.

Hæc vero gesta sunt anno ab Incarnatione Domini millesimo, quinquagesimo quinto, indictione octaua. B Quod ego Panthaleon cum essem ibi Constantinopoli, vbi hoc actum est, hoc idcirco memorabile feci: quo legentibus pateat Latinæ Serenitatis institutio, & nemo audeat talia præsumere.

COLLECTANEA
Contra Iudæos.

Incerti Authoris.

TENVITER esse in lege, & propheris scriptum de Christo, & sancta Trinitate: ne scilicet Iudæi, cum pueriliter sentirent, neque maiora percipere possent, parum honeste sentirent, &, quod pati non potest, pati posse putarent, vt in Oreb monte, cum cœpisset Deus eos alloqui, vocem eius recusarunt ob imbecillitatem, C dicentes: *Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* Idque significauit, cum Moysi dixit: *prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies, vt petisti à Domino Deo tuo in Horeb, quando concio congregata est, atque dixisti; vltra non audiam vocem Domini Dei mei & ignem hunc maximum amplius non videbo, ne moriar.* Perinde, atque diceret; quia ferre non possunt Hebræi nunc, suscitabo aliquando Prophetam, qui enunciet ea, quæ huiusmodi sunt; qui de Patre, Filio, & Spiritu sancto, & incarnatione, &, vt vno verbo dicam, quæ in Euangelio tradita sunt.

Ex Gregor. Nissen. Etenim si Ariani, aliqui in Euangelio eruditi, & Sabelliani, aliqui hæretici, cum male sonserunt de Trinitate, quantum periculi, erat ne idem eos primo euenisset Iudæis, si aperte accepissent de tribus personis: quare, ita obscure scriptum est, & breuiter, vt ea cognitio nõ deprehenderetur, nisi à diligentioribus & ingeniosioribus.

Quod autem ait; *tanquam te*; non quidem de IESV Naue est accipiendum; qui neque legislator fuit, neque in tanta apud Deum gratia, atque Moyses; neque illi ita apparuit Deus, vt Moysi; vel ex eo constat, quod cum Moyses dixit in Deuteronomio; *& de fratribus tuis suscitabit tibi Dominus Prophetam*; diu ante fuerat IESVS Naue electus à Deo per manus Moysis, vt est in Leuitico; item in extrema D parte Deuteronomij scriptum est: post mortem Moysis, non surrexisse adhuc Prophetam in Israël vt Moysen, quem cognouit Dominus facie, ad faciem. Itaque quod ante in Oreb dixerat Deus Moysi, *Prophetom suscitabit tibi*; id ne quando acciperent Iudæi de IESV Naue, prudenter, ac certa ratione Moyses post electionem IESV in Deuteronomio, hoc declarauit populo, dicens; *Prophetam suscitabit tibi is*:

Faciamus hominem, &c. Non habet hîc locum illa consuetudo sermonis Hebraici de numero multitudinis pro singulari. Est enim sermo Patris ad persona eiusden naturæ & efficacitatis, & potestatis participes, siue consortes.

Item: *dixit Deus; Ecce Adam factus est sicut vnus ex nobis.* Item, illud; *Venite, descendamus, & confundamus ibi linguam eorum*, vt minimum de duabus personis dicitur: Αὐτὴ, &c. Et, qui dicit, item vna alia est persona.

Quemadmodum loquitur, & disserit Deus; Scilicet, E quod religiosus est ad respondendum. Oratio Dei diuina voluntas est, ipsiusque diuinæ orationis primus aggressus. Facit autem scriptura, seu introducit eum narrantem, & loquentem, vt excitet ad inquirendum personam, qui cum loquitur, quam ideo non expressit: quoniam, quod labore, & studio comparatur, & perdiscitur, charius esse solet. Itaque viam quandam præmunitur ad notionem vnigeniti. Alioqui natura diuina non eget voce.

Item illud: *Apparuit Abrahæ, Deus apud quercum Mambre.* Et paulo post: *Et steterunt tres viri, & videns assurrexit, & adorauit in terram, & dixit: Domine, si inueni gratiam coram te.* Sane quidem visos esse tres, & cum vno fuisse collocutum Abraham, docet vnam esse naturam in personis tribus: neque enim licet dicere; duos fuisse angelos, & vnum Deum; nam, quemadmodum, si ita est, angeli vna cum Deo sederunt.

Pluit in Sodomam & Gomorrham Dominus à Domino. Duarum personarum vnam, eandemque vim, & voluntatem declarat hic locus. Duæ autem personæ tertiam desi- F gnant propter τὸ ἀχώειτον, & φεραλλανον.

Audi Israel, Dominus Deus noster, Deus vnus est. Et Dauid; *In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem in Deo speraui, non timebo, quid faciat mihi homo.* Idem alias; *Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Et inuoca me, &c.* Et rursus: *Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus salutis mea.* Et rursus: *In lumine tuo videbimus lumen*, id est in Filio cognuscemus spiritum. Vt Patrem quoq; cognouimus clarius per Filium. Hæc multaque alia huiuscemodi Trinitatem declarant. Item in hymno angelico trisagio (*sancte Deus, sancte fortis, sancte immortalis Deus*) idem ostenditur.

Et Dauid per personam Patris: *Ex vtero ante luciferum genui te*; id est, antequam tempus existeret. Et idem Dauid per personam Filij; *Dominus dixit ad me, filius meus es tu; ego hodie genui te.* Scilicet, placuit, vt gignereris; nempe, ex virgine. Aut, *genui*, id est, creaui, vt Salomon per personam, filij; *Dominus creauit me*: & paulo post; *Dominus condidit me.* Et paulo post, de generatione æterna: *ante om-* G *nes colles generat me.* Item illud: *Emittes spiritum tuum, & creabuntur; & renouabis faciem terra.*

Hic est Deus noster, & non æstimabetur alius coram eo. Et paulo post subiungit; *In terra visus est, & cum hominibus conuersatus est.*

Cum vero signa aduentus in carne describeret, addidit (Isaias propheta) *Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt.* Quæ, cum omnia euenerint, fuerintque ad exitum perducta, sequitur, verissimum extitisse aduentum eius.

Idem, *neque legatus, neque angelus seruauit eos, &c.* scilicet per sequestros, & angrlos multi sæpe seruati sunt, vt per Moysen: & Assyrij ab angelo occisi sunt. Ex quibus perspicitur, sermonem esse absque dubio, de aduentu Domini.

Ipse Dominus dabit vobis signum: Ecce virgo concipiet, &c. sane admirabile sunt, Virginem esse, eandemque prægnantem esse, & parere.

Et tu Bethleem terra Iuda, &c. ex te mihi egredietur, &c. H *Egressus eius ab initio, a diebus æternitatis.* Vide quam exacte scriptum est de incarnatione, siquidem neque locos prætermissus est.

Et potestas eius, potestas sempiterna, & regnum eius in generatione, & generatione: quod nulli conuenit, nisi Deo homini, id est, Christo, de quo Dauid; *Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis.* Vnde postea idem Christus dixit: *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.* Cui Pater, postquam vt homo regnum accepit, dixit; *sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos, &c.* Hi itaque sunt, vterque Dominus Dauidis Pater & Filius. Deinde postquam dixit Dauid; *Iudicium tuum regi da, &c.* subiungit, *ante solem permanet nomen eius* semper enim fuit Deus, & filius Dei.

Messiæ, quem Prophetæ prænunciarunt, diuinitatis signa apposuere; At is, quem expectant Iudæi, homo tantum est. Quod si hominem Deum se dicant ex

[A] [*De Passione.*]

spectare ; ergo plures personas in natura diuina ponunt. Non enim de Patre accipi potest illud ; *Paruulus natus est nobis.*

Dauid ; *Foderant manus meas, & pedes meos : dinumerauerunt omnia ossa mea.* Nulli, præterquam Christo, hæc nominis congruunt, secundum historiam Euangelij.

[*De uincere, Esdras citatur à Sy nostro contra Iudæos humiliasse me suspensum in ligno.*]

Esaias : *Dorsum meum dedi ad flagella, & genas meas ad alapas* : Et iterum Dauid : *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.* Quæ captiuos passos fuisse κατ' ἱστορίας, nusquam scriptum est. De morte prædixit Esaias : *sicut ouis ad occisionem ducetur, &c.* Quod fuerit salutaris nobis, idem ; *Et liuore eius sanati sumus.* Et, quod propter eum interiit gens Hebræa, docuit, cum subiunxit : *Et dabo pessimos pro sepultura eius.*

[*De resurrectione.*]

Non derelinques animam meam in inferno : nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Deinde subiunxit : *ostendisti mihi vias vitæ.* Et Oseas planius adhuc : *Sanos nos faciet post dies duos ; in die tertio resurgemus, & viuemus coram eo.* Quod sub persona sanctorum, qui surrexerunt tunc, vt tradit Euangelium, dixit.

[B]

Esaiæ c. 1. *Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen.* Hoc præterquam quod Paulus interpretatus est Rom. 9. de gentibus spiritualiter genitis à semine Iudæorum, id est, Apostolis ; ex ipsius Prophetæ verbis necesse est sic intelligere. Loquitur enim de summa calamitate Iudæorum, de qua inquit, *Omne caput languidum. A planta pedis, vsque ad verticem non est in eo sanitas.* Hæc autem calamitas non fuit illa ingens Babilonica, postquam sub Zorobabel, & Esdra, & Neemia in magna gloria restitutum est templum, & Iudæorum res in florentissimum statum redierunt. Quare superest, vt necessario de excidio Romanorum, quod in hodiernum diem durat, accipiatur ; quo tempore semen relictum, ex quo propagata sit filiorum Abrahæ ex fide multitudo, Apostolos è genere Iudæorum agnoscimus.

[*De vocatione gentium.*]

[C]

Lætare desertum sitiens ; exultet solitudo, & floreat quasi lilium Et efflorebunt, & exultabunt deserta Iordanis : gloria Libani data est ei : & honor Carmeli. Quæ ἀκριβῶς neque facta sunt, neque fient vnquam. Quis enim velit habitare in solitudine : nisi anagogice voces Christianorum monachorum solitudinem, recte quidem. Fuit enim in Ecclesia gentium ante velut sterile solum, belluis frequens, & igne perturbationum ardens ; quæ cognitionem Dei, & salutē (?) ... & prædicationem assecuta lætatur, exultat, & floret virtutibus. *Cui data est gloria Libani*, id est, veteris populi, quem appellat Carmelum. Gloria itaque, & honor huius est, religio Dei, & honor ac familiaritas eius altitudo gloriæ legis, & auxiliorum diuinorum frequentia, & crebra munerum largitio.

Item alias, *Lætare sterilis quæ non paris erumpe, & clama, quæ non parturis : quia multi filij desertæ, quam eius quæ habet virum.* Iterum Esaias : *Dedi te in testamentum generis, in lucem gentium.* Et Dauid : *Et dabo tibi gentes hæreditatem tuam.*

[*De nouo Testamento,*] [D]

Idem Dauid *Constitue Domine legislatorem super ipsos.* Et Esaias per personam huius legislatoris ; *Lex* inquit, *à me exibit, & iudicium meum in lumen gentium, & in brachium meum gentes sperabunt.* Hæc autem lex Euangelium est. Esaiæ 2. *De Sion exibit lex & * verbum Domini de Hierusalem.* Dominus enim noster IESVS CHRISTVS, nunc in monte Sion sedens, & docens, nunc in Hierusalem versans, Euangelium sanxit. Non enim de veteri lege loquitur Esaias, quæ in monte Sinai lata est multo ante Esaiam. Hieremias ; *Ecce dies venient dicit Dominus : & feriam domui Israël, & domui Iuda fœdus nouum ? non secundum pactum, quod pepigi cum patribus vestris in die, quo apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti, &c.* Et quidem, qui non veriti sunt præsentem, & signa facientem, quibus se ostendebat Deum, quin crucifigerent ; neque pepercissent quidem, tametsi nudas, & apertas prophetias accepissent.

* *Quod verbum Domini de Prophetia non possit intelligi,*
,, *probat S. Basilius, quia illa in captiuitate quoque exstitit,*
,, *& in Niniue, & in alijs locis Israel, quare, non hoc est*
,, *Hierusalem proprium, quod ex ea Prophetia profecta fue-*
,, *rit, sicuti est Euangelium.*]

[E] [*De Christianorum nomine.*]

Esai. 65. *Vos interficiet Dominus : seruientibus autem mihi vocabitur nomen nouum, cui benedicetur super terram.* Et rursus ? *Et annuntiabunt gloriam meam in gentibus ; Et vocabitur tibi nomen nouum quod os Domini nominabit.*

Theodoretus, *Nullum*, inquit, *Iudæi nomen proferre possunt nouum post tempora Esaiæ, quo credentes siue ex Iudæis, siue ex gentilibus appellantur honoris gratia à Christo Christiani, quod laudatur in terra, sic enim hortari, & laudare solemus*, vt Theodoretus ait, dicentes ; *agito, vt decet Christianum.*

Quod si impostor erat Christus, quemadmodum euenerunt, quæcunque prædixit, de deuastatione templi Hierosolymitani, de vrbis expugnatione, & euersione, & de interitu Iudæorum, & quæ de discipulis, & eorum miraculis nomine suo faciendis ; ac reliqua.

[F] [*Ex Christi de lege & Prophetis.*]

Vt templum illud, in quod introduxerunt Azotij arcam, scelestum alioquin erat, propter impiam illorum religionem ; sic Synagoga Iudæorum, quamuis in eam Mosen, & Prophetas intulerint ; sicut neque templum Serapidis sanctum erat, in quo tamen libri, quos Ptolomæus Philadelphus, vertendos curauit, asseruabantur.

[*De sacrificijs.*]

Ad dies festos agendos, & tempus, & locus perscripta erant, vt & Pascha primo mense, & Hierosolymis agebatur. Et quamuis tempus immutari ob necessitatem poterat, non tamen locus vlla ratione. Non potes, inquit, Pascha agere in vna quapiam ciuitate ex iis, quas tibi Deus dederit, præterquam in loco, quem elegerit Deus, &c. At Deus non contradicit sibi ; qui cum hunc locum statuisset ad sacrificandum ; eundem tamen postea diruit, & inaccessum Iudæis fecit, scilicet, volebat à principio victimas ; verum, vt à maiori malo idololatriæ auerteret eos, eas permisit : quibus locum præscripsit, vt hac arte illas minueret, Vrbemque euertit, tum ob alia, tum, vt cum locis non liceret sacrificare, non amplius hostias emarent.

[G]

Non constituisse Deum victimas, quod eis delectaretur, sed vt se illis accōmodaret imbecillis, testatur Esaias : *Plenus sum holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum & agnorum, & hircorum nolui, quis quæsiuit hæc de manibus vestris ?* Et Hieremias : *Vt quid mihi thus de Saba affertis, & calamum suaueolentem de terra longinqua ?* Et alias : *Calendas vestras & solemnitates vestras odiuit anima mea.* Atqui, si hæc quæsisset, à maioribus illis primum illa postulasset ; Et Dauid : *non accipiam de domo tua vitulos, &c.* Deinde spirituale sacrificium statuens ait ; *misericordiam volo, & non sacrificium.* Vnde illud : *Melior est obedientia quam victima.* Et ; *Sacrificium laudis honorificabit me. Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude. Et placebit Deo super vitulum nouellum, &c.* Et illud : *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, &c.*

[H]

Quod Iudæi legem violant, dum extra vrbem Hierusalem dies festos celebrant. Vnde illud Dauidis ; *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena ?* Et Zach. *Cum ieiunaretis, & plangeretis in quinto, & septimo per hos 70. annos, nunquid ieiunium ieiunastis mihi ;* tempore inquam toto seruitutis babylonicæ. Et illud ; *Non est in tempore hoc Princeps, & Dux, & Propheta, neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum, &c.* At vbi neque cantus, neque sacrificium, neque ieiunium erat, profecto neque festum Omne enim festum sacrificio quopiam celebrabatur. Quomodo ergo Iudæi nunc audent dies festos agere, & ieiunare ; Quod autem Prophetæ neque Pascha, neque aliud festum agebant extra vrbem, ex ieionio Danielis colligi potest. Cum enim cœpisset ieiunare à die tertio primi mensis, progressus est tres hebdomadas, id est vsque ad 24. primi mensis, At in hoc mense festum Paschæ erat, & azymorum, illud, 14 hoc vero à 15. vsque ad 21. quibus diebus non licebat ieiunare.

Quod tempus, ac numerum annorum trium seruitu-

A tium, quas Iudæi seruierunt in Ægypto, Babylone, & sub Antiocho Epiphane, prædixerunt Prophetæ & ab eis liberationem, vt Ægyptiæ seruitutis annos 400. sic enim est in Genesi: *Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua: & affligent quadringentis annis. Verumtamen gentem, cui seruituri sunt, ego iudicabo: & post hæc egredientur cum magna substantia.*

De seruitute Babylonica Hieremias: *Cum cœperint impleri in Babylone septuaginta studia, visitabo vos: & reducam captiuitatem vestram.* Vnde Daniel non est precatus pro eis ante 70. annos, ne audiret, quod Hieremias: *noli orare pro populo.* Cum autem precaretur, se ipsum agebat reum, inquiens: *Peccauimus, iniquitatem fecimus.* Seruitutem vero sub Antiocho prænunciauit aperte Daniel. Propter ipsum, inquiens: turbatum est sacrificium, & sanctum desolabitur, & datum est id sacrificium peccatum. Cum enim posuisset idolum in templo, eidem fecit sacrum impium; & proiecta est humi iustitia, iustitia, inquam, legis. Rursus: *Insurgent brachia, & profanabunt sanctam, & transferent diurna sacrificia, & dabunt abominationem in desolationem:* Id est, idolum: *Et ruent in gladio, & in flamma, & captiuitate, & in rapina dierum, &c. vt conflentur, eligantur, & dealbentur vsque ad tempus præfinitum.*

Paraphrasis est, episinor, verborũ extremorũ

B

c. 9. desiiet hostia, & sacrificiũ, &c.

Deinde liberationem prædicens ait; *Et veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse cœperunt; vsque ad tempus illud. Et in tempore illo saluabitur populus tuus, omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro. A tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta:* id est, anni tres, cum dimidio paulo plus. Deinde rursus: *Beatus qui exspectat, & peruenit vsque ad dies mille trecentos, triginta quinque.* Addidit autem quadraginta quinque, quia totidem diebus dimicatum, & parta victoria est. Igitur cum prædictus sit numerus annorum, in his tribus scriptoribus, & liberatio in extrema, & omnium maxima captiuitate, quando vastanda esset Hierosolyma à Romanis prænuntiatum est, quod vero tollenda esset ea captiuitas vllo tempore, tacitum est.

C

De hebdomadis Danielis.

Scripsit Daniel, venisse ad se angelum, & dixisse, 70. hebdomadas definitas esse populo, id est, pro 70. annis, quibus fuerunt in seruitute Babylonica, decretum esse, vt 70. hebdomadis annorum, permaneret obseruantia legis; deinde deleretur propter scelus commissum in Christum. Igitur 70. hebdomades 490. annos conficiunt, qui cœperunt ab ædificatione templi per Neemiam, vsque ad Christi baptismum: scilicet ab ædificatione Hierusalem vsque ad Christum in eremo ad Iordanem, hebdomades septem, & sexaginta duæ, id est, sexaginta nouem, siquidem septuaginta hebdomades à templi ædificatione cœperunt. Ab vrbis vero instauratione numerantur sexaginta nouem: Vnde ait, *ædificabitur platea, & murus, &c. Vt consummetur peccatum,* id est, vt crescat, & augeatur; *& signentur peccata,* id est, impleantur peccata, nullumque grauius relinquatur, quam scilicet fuit mors Christi. Vnde ipse aiebat: *Implete mensuram patrum vestrorum.* Illi enim Prophetas occiderunt; vos autem Dominum Prophetarum occidere festinatis. *Et impleatur visio, & prophetia* id est, cum cessauerit prophetia. Vnde Dominus aiebat: *Lex & propheta vsque ad Ioannem. Exterminabitur vnctio,* id est, neque amplius Sacerdos, aut rex erit. *& iudicium non est in eo,* id est, iudex, *& ciuitatem, sanctuarium dissipabit,* nempe exercitum Romanorum, *cum duce veniente,* id est, adiutore eo, Christo.

Ibid. paulo supra: sed secund. 70.

D

Dan. 9. secund. 70. Vulg. edit. habet: occidetur Christus

De hac captiuitate nouissima, ait idem Daniel: *Auferetur meum sacrificium, & libamen, & in templo abominatio desolationum.* Sic enim appellat statuam Titi. Vnde Christus: *Cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto, qui legit, intelligat.* Et deinde ait (Propheta:) *Vsque ad Consummationem temporis consummatio dabitur super desolationem* consummationem temporis vocat finem mundi supra mille ait annos seruient, & de reliquo, proxima consummatio seculi. Item Iosephus: *Hoc,* inquit, *scripsit Daniel de Romanis, quod ipsi essent euersuri Hierosolymam & deuastaturi templum.* Neque tamẽ ausus est addere, scriptum esse vspiam (aliquid) de liberatione

E

Imo quoties dispersi Iudæi tentarunt instaurare templum, & vrbem, prohibiti sunt à Deo. Sub Hadriano enim pœnas dederunt, simul etiam à fundamentis euersa est vrbs: nomen quoque mutatum in Æliam. Sub Constantino idem ausi, similes pœnas dederunt, & aures sectæ sunt, vt qui non obedissent Christi sententiæ. Item sub Iuliano cum idem molirentur, eodem ipso Iuliano adiutore; ignis de cœlo iactus partim eos combussit, partim dispersit. Et in aliis captiuitatibus adsuerant Prophetæ; in hac, nullus.

Addit, quod vsque ad tempora Hadriani frequens Ecclesia durauit, quæ cum Episcopis, qui Iudæi fuerunt, quorum ipsi tenent nomina, Christum filium Dei credebant, & testificabantur. Eusebius in demonstrat. Euangelica.

Si, vt Iudæi mentiuntur, impostorem, & fallacem occiderunt, oportuit profecto beneficium ferre à Deo. Etenim, si toties eos seruitute liberauit, non propter eos, sed propter nomen suum, id est, ne deserere eos videretur, quasi eripere non posset; profecto, si inimicum Dei, vt falso, & impie iactant, interemissent, multo magis liberare eos debebat. At nunc videmus, post Christi mortem grauissimas omnium mortalium, omnisque memoriæ pœnas dedisse, ac dare etiam: sunt enim dispersi, vbique gentium, & apud omnes gentes turpissimam seruitutem seruiunt. Neque dicere possunt, se ob scelera alia puniri. Olim enim vitulum adorarunt initiati sunt Beelphegor, filios & filias suas immolarunt dæmoniis, & Prophetas occiderunt, ac legem Dei violarunt, tamen nihil passi sunt: imo liberati sunt illis seruitutibus, & in pristinum ordinem, & dignitatem restituti: nunc autem, cum legem seruant, & melius viuunt, atque honestius, acerbius puniuntur. Ergo, aut necesse est dicere, iniustum esse Deum, qui eos, qui adiutores ipsius fuerint, puniant, aut grauissimum omnium fuisse peccatum commissum in morte Christi.

F

G

Quod Esaias ait, à voce, qua clamarunt Seraphim, sublatum esse *superliminare,* significabat, non passuros Iudæos trisagium hymnum Trinitatis. Quare sublato superliminari, id est, gratia Dei, quatiendum esse vestibulum seu πρόθυρον, qui sunt Sacerdotes, & doctores. Hoc illud est: *Ecce ego pono Hierusalem, vt superliminaria, quæ mouentur.*

In Sara duo erant, quæ conceptum impedierunt: sterilitas & senectus. In Virgine, vnum tantum non esse coniunctionem viri. Itaque genuerunt steriles, vt crederetur, ac persuaderetur, Virginem peperisse; ita vt illarum mysterium viam muniret huic mysterio.

Esaiæ respondeant Iudæi, quisnam alias ex prophetica matre natus, Emanuel appellatus acceperit potentiam Damasci, & spolia Samariæ, & regi Assyriorum tradiderit? Quod si hæc in futuro exspectant, respondeant, quemadmodum potentia Damasci accipienda sit, cuius via exstant vestigia, aut quomodo spolianda Samaria, quæ sublata est. Aut quæ illa tunc potentia Assyriorum, quorum imperium Medi & Persæ euerterant, in eiusque locum successerant. Coguntur ergo hæc accipere de nostro Emanuele, qui in manus Romanorum, quos Assyrios vocat Propheta ex interpretatione Hebraica (declarat enim Assur gubernantem) tradidit Samariam & Damascum.

H

Petunt Iudæi, vt vlla signa aduentus Christi proferamus, apud Michæam: *Non sumet gens aduersus gentem gladium.* Apud Hieremiam *Non docebit vltra vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum. Omnes enim cognoscent me à minimo eorum, vsque ad maximum.* Et apud Esaiam: *Et simul pascetur lupus cum agno, & pardus simul accubabit cum hædo; & vitulus, & taurus & leo simul pascentur; & puer paruus ducet eos. & bos, & vrsus pascentur simul, & erunt simul catuli eorum, & leo, quasi bos, comedet paleas; & puer infans super foramina aspidum, & in cubile fœtuum aspidũ manum mittet, & non nocebunt, &c.* Hæc est Iudæo-

Ex Leon Cyprio. De signis quæ quærunt Iudæi.

rum

A

Duobus ante alia oraculis coarguuntur Iudæi: Vno Iacobi & altero Danielis. Ex quibus hoc clarius intueri licet, exactum esse tempus ad aduentus Christi, B eum aduenit: & cætera, quæ prædicta fuerant, quæ duo oracula copiosissime explanat Euseb. lib. 6. Dem Euang.

rum quæstio nobilissima. Sunt autem omnia hæc ad exitum perducta. Nascituro enim Christo, statim exiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur orbis, &c. Deinde subiugatis omnibus gentibus à Romanis, omnes pace fruebantur, pacataque fuerunt omnia. Relictis enim bellis, ad colendos agros se conuerterunt. Neque prohibet, quod nonnullæ gentes non sunt pacatæ. Est enim consuetudo Scripturæ ex parte vniuerse pronunciare: quale est illud trium puerorum: *non est in hoc tempore Princeps & propheta.* Erat enim Daniel, Ezechiel, & cum iis Hieremias in Hierusalem, aliaque huiusmodi. Secundum vero anagogen, non tollet gladium gens dæmoniorum, in gentem hominum, gladium, inquam, idololatriæ. Vbi enim Euangelium prædicatum est, omnes vnum corpus facti sunt. Illud enim, *non veni pacem mittere, sed gladium,* scilicet prædicationem Euangelii, eiusque fidem, qui diuidit fidelem ab infideli.

Ad Hieremiæ illud, *non docebit, &c.* Cum plurima, eaque maxima miracula faceret Christus, qui ea videbant, oculos habebant magistros cognitionis de Deo. Considerantes enim Dei vires, statim agnouerunt Deum esse, vt perspici potest non solum in literis sanctis, sed in Iudæorum Chronicis, & Græcorum historiis.

Ad Esaiam, qui ex diuersis naturis animantium diuersitatem morum hominum significauit, & ex illorum habitatione, horum hominū ouile vnum, & Ecclesias constituens. Lupum enim vocauit promptum ad rapinam; agnum iniuriæ opportunum; hædum simplicem; vitulum mansuetum, taurum audacem, leonem superbum, quos adducet & pascet homo: prudentia senex, simplicitate & candore, ac modestia puer, magnus virtute, paruus humilitate: huiusmodi sunt, qui præsunt Ecclesiis.

Aliter: leonem vocat principem præsidentem, bouem sub iugo seruitutis missum; paleam cibum bouis: his significat compransuros subiectum, & eum, qui præest illi, propter coniunctionem fidei. Puer infans est vnusquisque qui præest, cuius manus, id est doctrina,

C

propter efficacitatem inicitur infidelibus: foramen vocat domicilia dæmonum, quorum partus sunt passiones.

Aliter: qui secundum Christum viuunt, iniecta manu dæmonibus, scilicet crucis signo imposito, non sinunt dæmones ibi habitantes amplius torquere.

Quod vero vocet Scriptura bestias ipsas gentes, intelligi potest ex Osea: *Et disponam eis testamentum in illa die cum bestiis agri, & cum volatilibus cæli, & reptilibus terræ.* Bestias vocat agri seniores homines, volatilia, celsiores; aut deditos astris; reptilia, terrenis addictos. Et Hier. 27. *Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei, insuper & bestias agri dedi ei, vt seruiant illi.*

Scribit S. Anastasius: paulò ante sua tempore Alexandriæ disputasse quendam sermone quidem imperitum, sed in Christo sapientem, cum iis, qui sequebantur hæreticos, Seuerum, Gaianum, & Barsanuphium, quæ disputatio plurimum valeat aduersus Iudæos, vt ipse puto.

D

Rogauit enim hic illos, si quis rex haberet τμῆμα, καὶ οἶκον τμιον, vbi mysteria ipsius necessaria tractarentur, cui nam crederet, fideli, an infideli; respondent illi, fideli: Ille vero continuo: Ergo non est alia fides recta, præterquam in Ecclesia Catholica. Idcirco enim credidit nobis Deus omnia loca sancta; in quibus ipse, cum in terris esset, mysteria sua peregit, nempe Nazareth, Thabor, Bethlehem, Sion, Golgotha, Anastaseos locum, imo Sina montem, cæteraque loca Noui & Veteris Testamenti tenemus, qui sumus ea noua atque Catholica Ecclesia. Neque vero dicere possunt aduersarij, per vim, & Tyrannice à nobis ea loca teneri; cum sint Barbari domini eius regionis. Quod si dicant, ante paucos annos occupasse illa loca Arianos; at illi profecto διὰ χειρὸς βαρβάρων, & tyrannice occuparunt loca sancta, neque tamen retinere valuerunt, statim enim nobis fideliter restituit Deus. Iam sunt 700. anni. Quibus auditis, continuo hæretici abierunt pudore affecti. Hæc Anastas. similiter cum Iudæis agendum

E

Ex aliis Patribus

Si est homo fictus ad imaginem eius, quemadmodum non deceat carnem assumpsisse ex suo plasmate, & ad imaginem eius facto? Et, si fingere hominem fuit honestum, quemadmodum refingere, ac instaurare non fuit honestum?

Si sol, alioqui particeps interitus, circumquaque radiis iactis, etiam in sordes, nihil inde contrahit sordium: tribuit autem incredibilem splendorem iis rebus, quas illustrat: Profecto multo magis hoc conueniet soli iustitiæ, auctori corporum, & corporis experti. Non solum enim non est contaminatus assumpta carne pura, quam ipse finxit, sed ipsam etiam splendidiorem, puriorenque reddidit, & sanctiorem.

Ex Damasceno, de Sabbato.

Postquam lex data est, sancita est religio Sabbati, vt qui non totam vitam Deo consecrassent, saltem tanquam ingrati serui paulum temporis, septimum inquam diem, Deo, & diuinæ legis meditationi vacarent. Tum, vt quietem agerent eo die seruus, & iumenta: vt scilicet ex ea remissione, misericordiæ, vt ita dicam, humanitatem discerent. At, quia iustis non est lex posita, Moy-

F

ses bis 40. diebus ieiunauit; seque Sabbatis afflixit, cum lex iuberet, ne se macerarent die septimo. Quod si hoc respondeant, ante legem euenisse; Elias 40. dierum iter fecit; semel, sumpto cibo, ita vt via, & inedia se Sabbatis affligeret, Sabbatique religionem solueret: neque tamen irato Deo. Item Daniel tres hebdomadas ieiunauit: & Israëlitarum populus, infantes, octauo die etiamsi in Sabbatum incidat, circumcidunt; & Sacerdotes atque Leuitæ in operibus tabernaculi sunt Sabbato. Præterea vniuersos Israel arcam circumiit Hierichuntinis muris septem diebus. Hæc igitur lex de Sabbato pueris lata est sub elementis huius mundi seruientibus, corpori deditis, nihil præter literam intelligentibus: *At vbi venit plenitudo temporis, &c.* non iam pueri, sed viri; non serui sed filij; non sub lege, sed sub gratia; non partem temporis, sed totam vitam Deo dedicare debemus relaxantes seruos, iram, & cupiditatem, & iumentum, id est, corpus peccato soluentes, & quieti tradentes.

G

Ex Chrys. de Circumcisione.

Vt fieri solet in rebus humanis, cum minus fidimus alicui, petere aliquid, pignoris gratia solemus: Sic Deus, cum cognosceret mutabilitatem, & inconstantiam Iudæorum, petiit pignoris loco huiusmodi signum ab ipsis, ne se cum gentibus miscerent, ac coniungerent. *Et erit,* inquit, *testamentum meum in carne vestra, in testamentum æternum.* Quia vero etiam, vt populus Dei dignosceretur, essetque distinctus, hoc signum datum est; oportuit gentibus partim deletis, partim post Iudæos ad lumen veritatis accurrentibus, non amplius signum mutabilitatis, & ἀγνωμοσύνης propriæ circumferre, sed tolli potius, reuocarique eos ad primam obeditatem. Abraham enim antequam præceptum de circumcisione acciperet, (nonaginta enim annos natus accepit) Deo erat gratissimus. Postquam vero instabat tempus accipiendi promissum, gignendi Isaac, & generis augendi, & recedendi de vita, circumciditur; vt reliquis posteris, lex, ac regula esset factum Abrahæ: &, vt intelligerent, nihil conferre ad vir-

H

tutem ipsum opus circumcisionis. Idcirco enim octauo die circumcidi iubebantur Iudæi, vt leuius ferrent vulnos, simul etiam, vt intelligerent, non conferre animo, nondum confirmato ad suscipiendum munus virtutis sponte, sed signum tantum esse. Quod ipsum docuit Paulus Hebræus ex Hebræis doctus ad pedes Gamalielis: *Et signum accepit circumcisionis, signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio. Credidit enim Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.* Et quemadmodum cum quis seruum comparat, sæpe nomen, & habitum eius mutat, vt omnibus modis profiteatur ille, cuius sit, sic Deus, quasi Abraham vellet à cæteris distinguere, apposita litera vna, significauit futurum esse patrem multarum gentium & circumcisione declarauit, populum, qui ex eo profecturus erat, præcipuum & à cæteris distinctum fore. Quod tamen non intelligunt cæci Iudæi; etiam circumcisionem adhuc retinere volunt; cum dicat Paulus: *Si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.* Et

idem

A *Ex Damasceno, de eadē.* idem: *Qui in lege iustificamini, à gratia excidistis.*

Circumsio, quæ Abrahæ post benedictiones, & promissionem imperata est, & intermissa in eremo, deinde reuocata, & præcepta iterum Iosue, typus erat baptismatis. Vt enim illa inutilem partem corporis tollit; sic baptismus peccatum tollit, quod est, superflua quædam voluptas, aut cupiditas: ac signum crucis tribuit, quod non separatur à gentibus. Est enim communis baptismus cum omnibus gentibus, item, crucis signum. sed distinguit fidelem ab infidelibus. Ergo veritate prolata, inutilis est vmbra, & typus; quare, superuacua est circumcisio, & contraria baptismo: qui enim circumciditur, *debitor est vniuersa legis facienda.* Vt Christus quidem legem seruauit: at vbi baptizatus est, ex eo tempore spiritalis cultus, & regnum cœlorum prædicatum est, &c.

De Sion spiritali, & terrestri. B

Es. 33. *Neque mouebuntur paxilli tabernaculi eius in sempiternum tempus.* Tabernaculum terrestris Hierusalem non erat tentum funibus, vt in eremo: non ergo loquitur de illo; quare, necesse est de spiritali intelligere, id est, de Ecclesia credentium. Rursus necesse est, quod sequitur, de terrestri Sion intelligere: *Disrupti sunt funiculi tui*; secundum spiritum, & tradiri in direptionem, non solum historice, sed secundum etiam spiritum; quia, manent in peccatis: siquidem qui diripient, & requiescent, illic remittitur peccatum, vt idem Propheta ait; ergo direptis non dimittitur. Et cap. 34. quæ dicuntur de deuastatione terrestris Hierusalem in sempiternum, & paulo post de possessione sortia, & habitatione in ea in æternum, necesse est spiritaliter intelligere, ne sint pognantia. Item cap. 35. *Et redempti à Domino, conuertentur: Et venient in Sion cum laude & lætitia sempiterna, &c.* non potest intelligi de terrestri Sion, de qua dixerat cap. 34. *Annus retributionis iudicij Sion, & conuertentur torrentes eius in picem, &c. & non exstinguentur in sempiternum.*

Quod gentiles ad fidem vocati sunt filij Israël. C

Ex quo fit, vt Israël sit quoque duplex; secundum carnem, & secundum spiritum. Esai. 41. *Tu autem lætaberis in sanctis Israël:* Declarat deinde, quos filios Israël dicat: *Et exultabunt pauperes & inopes; quærent enim aquam.* Iudæi quidem diuites erant cognitionia Dei per legem; quare, gentiles intelligit, quos filios Israël vocauit. Item Es. 49. *Et dices in corde tuo: quis genuit mihi istos, &c.* (de Sion loquitur.) Loquitur de multitudine filiorum Sion. Et paulo post: *Leuabo ad gentes manum meam, &c Et afferent filios tuos*; nempe ex gentibus; in quas leuauit manum. Pertinent ergo gentes ad Sion, non carnalem; ergo spiritalem. Item paulo supra in eodem capite: * *coram me es semper*, (loquitur de Sion) & ædificaberis à quibus destructa es; at Daniel prophetauit nunquam amplius ædificandam esse; hic autem, esse ædificandam, & semper fore coram Domino: necesse ergo est, vt illic de terrestri Sion loquatur Daniel, Isaias autem de spirituali. Esaias etiam: *Ecce nunc consolabor Sion. Et consolatus sum omnia deserta eius.* de Sion carnali intelligi non potest, siquidem in sempiternum deuastanda erat iuxta prophetiam Danielis; ergo relinquitur, necessario intelligendum de spirituali Sion. Item. Esai. 52 *Erumpant lætitiam simul deserta Hierusalem:* de Hierusalem carnali intelligi non potest, quia domus, cum à paucis habitantur, tunc sunt desertæ, & mœstæ esse videntur: quare Ecclesiam ea gentibus vocat, sicut ex alio loco clarius intelligi potest, cum ait: *Lætare sterilis, quæ non paris; erumpe & clama, quæ non parturis; quia plures sunt filij desertæ, quam habentis virum.* hæc erat synagoga, quæ legem habebat, per quam coniuncta erat Cum Deo, deserta vero, & vidua gentilitas. Hanc vocat desertam Hierusalem; ergo Hierusalem spiritalis.

† non itaparet locus, nec secundū 70.

D

De cæcitate, Iudæis à Dei gratia, & conuersione post gentes.

Es. 11. *In die illa erit Israël tertius Ægyptio, & Assyriæ* Et c. 29. *Libanus in Charmel, & Charmel in saltum reputabitur?* Et, quod futurum erat, vt non intelligerent Prophetas; est in eodem capite: *Et erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati.* Et c. 33. *Et non reputabitis eos homines*, de Iudæis dicit hoc gentibus credentibus. Conuenit cum illo Ecclesiasticus, *Duas gentes odit anima mea; tertia autem non est gens.* Quod alienati sunt Iudæi à Testamento. Ibidem: *Et irritum factum est pactum, &c.* siue vt est in 70. *sublatum est testamentum ad vos.*

Esa. 19. & 29. 33. Secūd. 70.

Prædictum est per Hieremiam prophetam: *Ecce ego iuraui in nomine meo magno, ait Dominus; quia, nequaquam vltra vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Iudæ.* Quod si nomen suum ablaturum se dixit à Iudæia; manifestum est, & legem esse auferendam. Ex Anastasio.

Tertullianus in Apologetico contra gentes, quod etiam aduersus Iudæos valet, cap. 45. *Ostendimus, inquit, totum statum vestrum, ex quibus modis probare possimus, ita esse sicut ostendimus, ex fide scilicet, & antiquitate diuinarum scripturarum: item ex confessione spiritalium potestatum, quas scilicet Christiani ejiciunt exorcismis.*

COLLECTANEA
De quibusdam hæresibus, earumque auctoribus.

POST Synodum Chalcedonensem, ab Echonio quodam, cognomento Mantacone, aliisque impiis, & nefariis Sacerdotibus, tum ab Eutyche, & Dioscoro, ac reliquis monophysitis in errores inducti primum sunt, quos ipsi postea auxerunt suis sententiis.

Nam habuisse Christum corpus verum, sumptum ex Maria, eiusdem naturæ, atque sunt nostra corpora, quod quidem pati posset. Itaque mutatam esse carnem in naturam diuinam. Vnde monophysitæ, & Theopaschitæ sunt, & Aphtharrodocitæ dicti.

Vt mysterio incarnationis detrahant, non 25. die Martij Annunciationem, vt sanctissimi Patres tradiderunt, Athanasius, & Chrysostomus, ac reliqui ante eos, & postea consecuti: sed quinto die Ianuarij, nuntium, natalem & baptismum leuiter, ac perexiguo tempore, celebrare se simulant.

Armenii, ne coarguerentur, negantes Christum ex muliere natum eiusdem naturæ cum nostra, illum locum Euangelij (Luc 22.) deleuerunt, vbi de sudore sanguinis Christi est mentio.

Trisagio addunt, qui crucifixus es pro nobis; quod primum Petrus Gnapheus, deinde reliqui Theopaschitæ fecerunt.

Quando reprehenduntur ab orthodoxis, execrantur, & anathema faciunt Origenem, Eutychem, & Dioscorum; eorum tamen sententias peruersas retinent, & sequuntur.

In Sacrificio Missæ non miscent vinum aqua: in quo falso se putant Chrysostomum sequi. Qui quidem cum videret Marci Pontici discipulos aquam tantum adhibere, vnde hydroparastatæ dicti sunt: in commentationibus Matthæi dixit, non adhibendam esse aquam, scilicet aquam tantum; imo, neque vinum tantum, sed vtrumque Et Christum huiusmodi potionem ministrasse Apostolis, Iacobus frater Domini, & Marcus Euangelist: in suis liturgiis testantur, sic enim ait vterq;: *Accepto calice, & miscens vinum aqua: & cum gratias egisset, atque benedixisset, dedit illis dicens Bibite, &c.* scilicet qualē præcognoscebat profundendum sanguinem, id est, vna cum aqua talem dedit bibendum sub *specie vini*, Idem cautum est Carthaginensi Synodo; nihil, inquam, præterquam quo Christus tradidit adhibendum esse, nempe panem, & vinum cum aqua.

Immolant victimas, illinunt sanguinem victimarum postibus Item, in Pascha, non corpus, & sanguinem, se agnum assum sumunt; quo se putant sanctificari, & remissionem consequi.

Crucem, ex materia factam quæcunque illa sit, non prius colunt, quam baptizent ceu hominem, clauum figant, & sanguine hostiæ tingant.

Gregorius magnæ Armeniæ primus, ante etiam quam factus esset ἀρχιερεύς, cruces ligneas posuit multis in locis, quas colere iussit, & ad eas, ceu ad loca sancta, & rel

A giosa coofugere: quas tamen neque baptismo, nec clauo, neque sanguine sacrauit.

Tres cruces faciunt, quas iungunt, & nectunt inter se, vocantque Trinitatem; quasi diuina natura passa sit, aut quasi vlla possit esse imago Triadis.

Quod falsum sit eorum baptisma: vtpote quorum fides falsa, puto, quia perinde est, atque si baptizarent hac formula: in nomine Patris, & Filij, & Spiritus S., vnius naturæ passæ, &c. aut in, nomine Trinitatis passæ.

De ieiunio Artzibutzæ, rogati quod hoc ieiunium sit, quod ita vocant respondere solent, esse Sergij cuiusdam, qui martyr fuerit in eorum regione; cuius tamen memoriam nullus sanctus vir, neque Gregorius magnæ Armeniæ Pontifex celebrarit. Quare, alij respondent, ieiunium Niniuitarum esse; quod, quia gentilium fuit, non licet suscipere. Alij ieiunium Adam aiunt esse, quando eiectus est e Paradiso; de quo tamen nihil à Mose proditum est. Alij aiunt ieiunium esse, quod susceperunt

B Armenij, cum essent à Gregorio baptizandi. Verum is Gregorius, vt in libris Armeniorum continetur, cum ante baptismum à dæmonis agitarentur, præscripsit illis 60. dies ieiunij; deinde baptizaturus illos, imperauit 30. alios. Neque tamen vllum horum est illud ieiunium. Quare, dum redarguuntur, aiunt esse ieiunium magni Constantini, quod ille suscepit statim post baptizandus. Verum de hoc ieiunio neque vlla synodus, vllive Patres meminere, cum nihil horum, quæ respondere solent, verum sit; suspicio magna est, ne sit aliqua detestabilis superstitio. Hoc autem se ait audisse Euthymius de hoc ieiunio, Sergium quendam magistrum horum errorum, quos Armenij tenent, habuisse canem, quo vtebatur ad præmonstrandam viam, tanquam indice quodam, quod in eo esset dæmon; qui cum aliquando præmissus, non rediret, esseque à lupo deuoratus, idque comperisset ex ossibus relictis, imperasse aiunt ieiunium Armeniis pro cane, cuius interitum doluit vehementius

C Sabellius vnam quidem naturam confitetur, esse autem tres hypostases negat, statuit naturam *μονοπρόσωπον* eundem patrem, eundem filium, eundem Spiritum sanctum, nuda solum nomina, rem vero vnam.

Ecclesia vnam naturam diuinitatis confitetur, & tres hypostases profitetur, Patrem, Filium & Spiritum sanctum; non nomina nuda, sed veras res per se & proprie existentes, quæ Græcis dicuntur *αὐθυπόστατα καὶ ἰδιοσύστατα*, naturam vnam in tribus hypostasibus, & tres hypostases in vna diuinitate.

Arius tres hypostases confitetur diuersæ substantiæ, & vnam diuinitatem negat: quia enim profitetur eandem esse naturam & hypostasim, idcirco tres naturas, & tres hypostases introducit: ingenitum enim aliud ait esse à genito, & à procedente *τῇ οὐσίᾳ*: quod si ingenitum est aliud à genito, & non potest ingenitum esse genitum, neque genitum ingenitum. est igitur aliud substantia ingenitum, & aliud substantia genitum; quod si aliud, non igitur homousion. quare pater est naturæ ingenitæ, & filius naturæ genitæ, atque ita pater ingenitus secundum

D substantiam antecedit filium, & posterior est filius propter generationem, erat igitur tempus quando non erat filius.

Ecclesia vnam naturam diuinitatis confitetur, & tres hypostases consubstantiales veneratur eiusdem naturæ & substantiæ, &c.

Eunomius aperte blasphemat, ait enim filium esse creaturam à Patre factam, & Spiritum sanctum à filio, & Angelos à Spiritu sancto.

Macedonius Filium ait esse creaturam; Deum tamen; Spiritum sanctum omnino alienum esse ab appellatione Dei dicit esse seruum filij, & ab eo tanquam seruum missum.

Nestorius, non confitetur filium Dei vere incarnatum esse: impossibile enim esse hunc misceri cum sanguinibus & immunditiis, sed dicit conceptum esse ex Virgine, hominem supra Prophetas, & quia erat purissimus *ἰδιοποιηθῆναι*, id est, factum Dei proprium, &

E habitasse in eo Deum, & vocari eum filium; vnde Virginem vocat non Deiparam, sed Christiparam.

Eutyches & Philoponus & Tritheitæ, vnam naturam diuinitatis confitebantur, hypostases vero substantias particulares, & atoma, id est, indiuidua, vocabant, decepti Categoriis Aristotelis. Vnde aiebant ipsam naturam filij incarnatam esse, & non esse incarnationem filij communicatam cum natura patris, neque cum natura Spiritus sancti, nisi *κατ' εὐδοκίαν καὶ συνεργίαν*, id est, secundum beneplacitum & cooperationem. Si enim aiebant, dicamus absolute diuinam naturam incarnatam esse, facimus Patrem & Spiritum sanctum incarnatos. idcirco dicendum esse, naturam diuinam filij incarnatam esse.

Ecclesia non dicit, neque confitetur tres naturas diuinitatis, neque substantias particulares, neque * indiuidua: neque enim partitionem, neque diuisionem subit diuinitas. Incarnata vero est non natura Filij (non enim alia est à natura Patris, & Spiritus sancti) sed ipse

F Filius, vna ex tribus hypostasibus, in quo omnia, quæ sunt diuinæ naturæ, ita vt nihil desit, sicut Apostolus testatur cum ait: *in quo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter.*

† atoma quod potius ad loquendi modum spectat.

Eutyches, Dioscorus, Seuerus hi aduersantur Nestorio, & dicunt vsque adeo factam esse summam vnionem in Christo, vt neque cogitatione separari possint vnita. Vnde vnos, inquiunt, exuit natura Christus, vniusque naturæ est, & vnius hypostasis, tradentes idem esse naturam & hypostasim, dicuntque Christum esse ex duabus naturis, & rursus esse vnius naturæ.

Ecclesia confitetur factam esse vnionem secundum hypostasim, & non negat diuisionem sola cogitatione fieri, ad contemplandum naturas, ex quibus vnita & composita est persona Christi: ex duabus enim naturis eum confitetur, & in duabus naturis, & duas naturas Deum & hominem. Sic Ecclesia sentiens quæ sunt diuinæ naturæ, tribuit diuinæ naturæ, increatum, immortale, æternum, sine tempore, & miracula ipsa. Similiter quæ sunt

G humanitatis tribuit naturæ humanæ, mutabile, mortale, esse in tempore, cœpisse, esurire, sitire, fatigari. Et duas naturas confitendo, dicit eundem Christum esse increatum, & creatum, in tempore, & sine tempore, sine initio, & sub initio, impassibilem, & passibilem, & neque confusionem naturarum facit, neque mixtionem, sed diuisionem fugit, & vnionem confitetur.

Sergius & Pyrrhus secuti Eutychem, qui vnam naturam Christi dicebat, vnam voluntatem & vnam operationem dicunt, confundentes proprietates naturarum, quarum sunt voluntates, & operationes; non distinguentes quam voluntatem dicunt, diuinam non humanam. Decepti autem cum audiunt voluntatem carnis, quasi ad imminutionem naturæ, quam in Christo ponunt, pertineat, duas voluntates & duas operationes negant.

Ecclesia conuenienter duabus naturis duas voluntates, & duas operationes inducit: natura enim † rationalis vim habet volendi & operandi, quia duas voluntates vi-

H demus naturalem, & *γνωμικήν*, id est, electionis: naturalem voluntatem habuit Christus, vt voluntatem viuendi, vnde aiebat, Pater si possibile est, &c. * electionis vero voluntatem, id est, voluntatem personæ, qualis in nobis est, non habuit: & operabatur secundum humanam naturam, quæ erant humana. Duas igitur naturas sequuntur duæ voluntates, & duæ operationes.

† De hoc vide Photij opusculum de gnomicis in Christo voluntatibus, & notas ad illud.

Apollinarius corpus Christi è cœlo aiebat descendisse, & Christum carnem assumpsisse, & animam sine mente, & ratione; fuisse autem pro mente & ratione diuinitatem. In eo autem differebat ab Ario, quod Arius aiebat eum assumpsisse * animam cum carne, Apollinarius vero pro anima satis fuisse diuinitatem.

† rationalem.

Copronymiani & Iconomachi dicunt non oportere adorare imaginem Christi, neque matris eius, neque Sanctorum, vocantque imagines eorum idola, neque reliquias Sanctorum colunt; aiunt enim per ludibrium, esse ossa mortuorum, nihilque prodesse.

A Ecclesia confitetur incarnationem Christi veram fuisse, & non κατ' φαντασίαν, id est, non fictam, sicut Manichæus fingebat, adorat incarnationis picturam, omne enim corpus potest pingi & effigiat χειρὸς, & adorat effigiem. Et sicut Christus non erat homo solum, neque Deus nudus, sed Deus incarnatus, sic & imaginem eius, neque tanquam hominis solum figuramus & adoramus, neque tanquam Dei tantum: natura enim Dei ἀπερίγραπτος, id est, non potest depingi, imò neque Deum hanc imaginem vocamus, sed vtrumque Dei & hominis, & Christi, inquam, formam pingentes, hanc secundum habitudinem adoramus, referentes honorem ad prototypum; honor enim imaginis, vt ait magnus Basilius, ad prototypum transit.

Similiter signa matris Dei & sanctorum adoramus habitudine ad prototypa: non enim quatenus simpliciter homines fuerunt, eos pingimus, & adoramus, sed quatenus sancti & gloriæ Dei participes; & reliquias eorum veneramur, & per eas animarum & corporum sanitatem ferimus. Imagines verò, eorum picturas vocamus, non idola. Idolum enim est formatio rei ἀνυπάρκτου, id est, rei,

B quæ non est, sed est fictio; imago verò est similitudo veræ rei.

INCERTI IN REM ANIMI vtilis narratio.

NOTA P. FRANC. COMBEFIS O.P.

Ex MS. codicibus Regiis.

HVNC *in rem Animarum verè vtilissimum flosculum, hîc tibi, Lector, reponendum putaui. Grauissima certè narratio, rei publicè gesta, ac qua maximè impudicitiis deditos Venerisque mancipia, meritò exterrere debeat. Huius*

C *geminum quid in Martini vita, Ioannis Eleemonis, aliisque probatis occurrit. Dispensatio hæc nullis afficit Theologia aut fidei regulis. Firmat potius veritatem, quod in inferno nulla redemptio sit: nisi quandoque suspensâ Dei sententiâ, quispiam Dei gratia priuilegio in corpus, in quo pœniteat, remittendus sit, aut in eo conseruandus, post detecta, ad communem aliorum vtilitatem, æterna gehenna ipsorum supplicia; nulla animorum, qui grauioris ac mortalis peccati rei excesserint, vtili ad salutem in separationis statu pœnitentia. In resurrectione quoque nihil aliud expectandum, quàm vt confirmetur lata iam priuato iudicio in reprobos sententia; nec alia ratio educendi ex pœnalibus locis, quam vt receptis corporibus ad ea amandentur, æterno cum diabolo & angelis eius deuoti incendio. Res gesta Nicetâ Patritio ad Heraclij spectat initia. Nec enim alius hic Nicetas, quàm Gregora Patritij filius, quo maximè adiutore, extinctâ Phocæ tyrannide, Heraclius imperium iniit, vt est auctor Theophanes, quique in vita Ioannis Eleemonis legitur, colligendis pecuniis ex Ecclesiis ad bellum Persarum præpositus, quando Ægypto ac Pentapoli præfuit. Thalassius quo-*

D *que magni tunc nominis in Africa Presbyter Monachus, quocum tanta deinceps Maximi necessitudo, ac cuius iussu ac hortatu præcipua sua Maximus ediderit, illique inscripserit: siue aliàs Græcus homo erat, siue in Africa Græcè pariter doctus; & vt liquet ex Qu. Maximo oblatis, homo ζητηματικὸς, quod de suo Amphilochio professus Basilius.*

NIcetæ Patritij temporibus, eiuscemodi aliquid Carthagine in Africa contigit. Fuit quidam in Prætorio miles ac Apparitor, qui multis sceleribus vitam duceret. Hic, graui lue vrbem infestante plurimorumque mortibus compunctus, tenui è regione vrbis suburbano, vnà quoque assumpta propria vxore, à negotiis submotus seorsum consedit. Diabolus itaque hominum perpetuò salutis ac pœnitentiæ liuore contabescens, illic quoque versantem in adulterij scelus hominem impulit, & vt agricolæ in suburbano morantis vxorem con-

Adulterii hominis à morte visio.

E stupraret, illi auctor fuit. Nec multò post bubone ictus die obiit. Erat verò Monasteriũ vno ferè à suburbano milliario: eò profecta militis vxor, Monachos adesse rogauit. Venientibus elatum funus, & in Ecclesia sepultum. Hora tunc erat circiter tertia. Dumque nonam psallunt, velut ex imo vocem audiunt, dicentem, Miseremini. Ad cuius secuti clamoris sonum, ad tumulum veniunt, eoque aperto, militem clamantem offendunt. Moxque illo educto atque institis soluto, interrogabant, scire volentes quænam vidisset, quæve illi euenissent. Cumque crebris gemitibus linguam in verba formare iisque narrare non posset, rogabat vt ad seruum Dei Thalassium (cuius splendoribus Africa omnis præclare ornata est) adducerent. Adductoque, ac relatis quæ portentosa acciderant, mansit vir magnus sapiẽsque Thalassius monitis doctrinaque instituẽs, solansque hominẽ, tresque ipsos dies ad ea quæ visa essent narranda, etiam atque etiã hortans. Vix itaque quartò demum die per multos illos gemitus dearticulare linguam

F potuit, narransque cum lacrymarum fontibus dixit.

Ego miser animam efflaturus, videbam adstare quosdã Æthiopes, quorũ vel ipse duntaxat conspectus omni grauior supplicio est. Horum aspectu conturbari anima, inque seipsam metu contrahi. Interim dum illi assisterent, ecce video duos iuuenes eleganti specie veniẽtes. Hos vt solùm anima conspexit, in eorum manus prosiliit. Statim velut è terra euolando, dum sursum attepimus atque alta tenemus, aëraque transmittendo inter ascẽsum, custodiẽtium viam ac tenentium ascensuque prohibentium, publicanorum collegia inuenimus. Hæc quasque hominum actiones ratiocinio seueriore exquirunt: singula proprium peccatum; aliud mendacium, aliud inuidiam, aliud superbiam; sicque deinceps omnino singula vitia, quæ nulla hominis mens aut lingua satis enarrare possit. Singula collegia principes suos publicanos, ac rationum vectigaliumque exactores per aëra habent.

Cùm igitur ab eorum aliquo tenerer, videbã duces meos quasi in sportulis ac crumena quadam ferre cuncta opera

G mea, ac quicquid boni egissem, indeque proferre, vicissimque pro malis appendere, si qua aërea illa rationũ vectigaliumque collegia, in aduersùm promebant. Iã itaque meis omnibus bonis operibus ea quasi commutatione expensis, ad fornicationis telonia, ad ipsas propè cœli fores sursùm constituta, peruenimus. Ibi cùm tenuissent, quicquid vnquam scortatus essem, effusoque in libidines corpore ac luxuria ab ætatis anno duodecimo peccassem, obiectabant. Ad quos mei duces, Quicquid in vrbe ea libidine corpore peccauit, Deus illi cõdonauit, vt qui se ab illis sequestrarit, atque ab vrbe discesserit. Tunc ad eos qui in reum actores erant, Etiam postquam ab vrbe recesserat in suburbano cum vxore agricolæ in adulterium incidit. Quo audito Angeli, quid contra appenderent boni operis nihil habuere; meque dimisso, abiere: tumque deinceps corripiunt Æthiopes, verberibusque in terram deducunt: quâ dehiscente ac scissâ, venimus per loca angusta & tenebrosa & caliginosa, tremẽdaque, velut per angustos subterraneos binos meatus, ad inferna vsque inferorum ergastula sedesque damnatorum, quo loco clausæ tenentur

H peccatorum Animæ, qui à sæculo dormierunt; vti loquitur Iob, *In terra tenebrosa & caliginosa, in terra æternarum tenebrarum, in qua non est splendor, nec vita hominum*: sed æternus dolor, sed immortalis mœror, sed incessabilis fletus, sed nunquam irrequietus stridor, sed insoporabiles gemitus: sed Væ in perpetuum dicunt. Heu continuè clamant: Necessitatem quæ illic est, enarrare non licet. Nemo quanti cruciatus linguâ eloqui potest, nullum hominis os eorum metum tremoremque explicare sufficit; nulla labia afflictionem gemitumque eorum valent promere. Gemitus ab imis trahunt, nec qui audiat vllus est: eiulant ac quiritantur, sed nemo est qui liberet: inuocant & plangunt, sed qui opem ferat nullus est: inter quos coniectus ego, inque gemitibus & tenebrosis & vmbra mortis positus, à tertia ad nonam vsque mansi deplorans locique angustiis compressus. Nonaque circiter hora, video binos sanctos Angelos illuc venisse, cœpique obsecrare ac obtestari,

A vt ab ea me necessitate edocerent, quò Deum pœnitentia placarem. Tum illi respondentes, Frustrà, aiunt, obsecras; nemo enim eorum qui huc veniunt, egredietur autve soluitur, vsque ad diem resurrectionis.

Dum itaque obsecrationibus perseuero, multumque rogo, ac me verè pœnitentiam acturum polliceor, ait alter ad alterum, Spondes eum verè pœnitentiæ munera Deo oblaturum? Cui ille, Spondeo; tumque sponsorem quasi dexteram illi dare vidi: tollentesque in terram eduxerunt, ductamque ad sepulchrum, prope corpus stauentes, Ingredere, aiunt, vnde diuortio nuper recessisti. Videbamque naturam propriam crystalli puritate margariti in morem splendentem; emortuam verò corporis speciem, velut cœnum, lutumque fœtens ac tenebrosum; molesteque tuli, ac graue in illud ingredi habebam. Aiuntque Angeli, Fieri non potest vt pœniteas, nisi per corpus, in quo peccasti. Rursus igitur obsecrabam, ne in illud subirem. Tumque illi, Crede, aut corpus in-

B gredere, aut eò deferimus vnde caulimus. Iam ingredere vt & alios iuves, quibus vidisti, ac malis afflictus es. Tunc itaque ingressam me in corpus per os aduerti; confestimque clamare cœpi.

Rogabat itaque illum magnus Thalassius vt cibum gustaret, nec vt faceret induci potuit; sed solùm de loco in locum in faciem in Ecclesia se iactans, Deoque gemitibus ac lacrymis confitens, aiebat, Væ peccatoribus, ac, quod illos manet, supplicio; eos maximè qui proprium corpus commaculauerunt. Cùm itaque dies quadraginta egisset, purus migrauit ad Dominum, cùm mortem suam ante diem tertium præsciuisset. Patres igitur fide digni qui iuerant atque viderant, ipsi nobis vtilitatis causâ cuncta retulerunt.

MISSA QVA ÆTHIOPES

C communiter vtuntur, quæ etiam Canon vniuersalis appellatur.

In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus sancti, † Amen.

Chorus incipit: Alleluia.

EGo autem, in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam.

Adorabo ad templum sanctum tuum, in timore tuo.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo, quoniam exaudisti verba oris mei.

In conspectu Angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum.

D Sacerdotes tui induantur iustitiam, & sancti tui exultatione exultent.

Asperges me Domine hyssopo, & mundabor; & lauabis me, & super niuem dealbabor.

Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.

Et ab alienis parce seruo tuo.

Panem cœli dedit eis.

Panem Angelorum manducauit homo.

Lauabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum Domine.

Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis.

Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me.

Impinguasti oleo caput meum, & calix meus inebrians quam præclarus est?

Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.

Benedictus, qui venit in nomine Domini; benediximus vobis de domo Domini.

E Salue mater nostra Ecclesia sancta, munita pariete, ornata topazio. Mater nostra Ecclesia, salue.

Tu es vas illud puri auri, in quo erat Manna absconditum; & tu es Tabernaculum panis, descendens de cœlo præbens omnibus vitam in sæculum.

IN NOMINE PATRIS, † ET FILII, † & Spiritus sancti, † Amen.

Ante omnia, Sacerdos dicit orationes sequentes, pro Ecclesia, & altari & indumentis eorum.

Domine Deus noster, Tu es solus Sanctus, qui omnibus tuâ occultâ virtute sanctificationem dedisti. Sic te Domine supplices exoramus, vt hanc Ecclesiam, & super hoc altare, & super omnia ad sacra mysteria præparata, Spiritum sanctum mittere digneris; & iterum

F benedic, † sanctifica, & ab omni macula & pollutione, munda ea; & nihil incredulitatis & immundi in eis remaneat. Fac huic Ecclesiæ & altari, res mundas & electas, sicut argentum igne examinatum, probatum, & purgatum septuplum. Perfice vt super ea sit mysterium Patris, Filij, & Spiritus sancti nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Finita oratione vestitur altare, & praeparantur omnia ad Sacrificium, & sequitur.

Domine, Domine Deus, scrutator cordis omnium, qui manifestas abscondita; & omnia, & singula cognoscis: tu es Sanctus, quiescens super sanctos. Tu solus sine peccato: potens delere peccata. Tu scis Domine, quod huic mysterio Sancto quod ex te procedit, immundus sum: non est mihi facies appropinquandi, neque os, laudem tuam sanctam aperiendi, & gratias agendi. Sed solum propter multitudinem miserationum tuarum parce mihi Domine, quia peccator sum: præsta, & concede

G mihi Domine (si in hanc horam misericordiam inueniam) & mitte de sursum Domine fortitudinem tuam, vt tua sancta Mysteria dignus efficiar consummare, propter voluntatem & lætitiam cordis tui. Fiat incensum & oblatio ista, bonus odor in conspectu tuo, & tu, Domine noster & Saluator noster Iesu Christe, sis nobiscum; & benedic nos. Tu es ille qui deles peccata nostra, & illuminator animæ nostræ, vita, potentia nostra, & introitus noster; tibi agimus gratias vsque ad sedem tuam, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Sancta Mysteria.

Oratio super Patenam.

Domine Deus noster Iesu Christe, qui super lignum sanctæ Crucis manus tuas extendisti, sic super istam patenam extende, qua tuum sactum corpus ministratur: benedic † nunc; sanctifica & munda eam, vt corpus tuum sanctum in ea perficiatur, in hac Ecclesia sancta &

H Apostolica: quoniam tibi gloria, & Patri tuo cœlesti, cum Spiritu S. vitali; nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Ecclesia sancta & Apostolica.

Oratio super Calicem.

Domine Deus noster Iesu Christe ἀληθῶς, qui vere Deus, & homo factus es, & nunquam à tua diuinitate separatus fuisti, & sanguinem tuum preciosum propter fragilem creaturam tuam voluntarie effudisti: fac nunc, vt manus tuæ sint super hunc Calicem. † Benedic † sanctifica, † & purifica eum, vt in eo sanguis tuus sanctus consecretur, in hac Ecclesia tua Apostolica: tibi gloria, cum optimo Patre tuo, & Spiritu S. nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Etiam Græcis dictionibus vtuntur Æthiopes in Sacrificio Missæ.

Benedictio puritas † & dulcedo omnibus sanguinem tuum preciosum sumentibus; Alitheos, vere: Amen.

*Oratio super * Coclear per quod Lancea Crucis significatur.*

Domine Deus noster; qui Esaiæ Prophetæ & famulo

** Coclearis vsus est apud Æthiopes.*

tuo

A tuo vt cerneret Seraphim, carbonem ignitum, de sacrificio, forcipe suscipientem, & labia eius mundantem, concedere dignatus es: sic Pater omnipotens Dominus noster, & Deus noster, continens omnia; concede vt manus tuæ sint super hanc lanceam, vt Corpus & Sanguinem preciosum Filij tui vnici Domini nostri & Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, digne ministrare possit. Benedic nunc † sanctifica, † & purifica † eam; da ei virtutem & gloriam, sicut forcipi illi: tibi gloria cum filio tuo vnico, cum Spiritu sancto; nunc, & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

pes & Græce in Sacrificio Missa, vt eo haustum è Calice Christi Sanguinem sine vllo effusionis periculo, in eum immittant.

Virtus † benedictio, † sanctificatio sanctæ Trinitatis, in hanc Ecclesiam sanct. N. de * Seeua: tibi gloria cum Filio tuo & Spiritu S. nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

** Regno de Seua, illud B est quod appellatur Saba.*

Oratio super Arculam in qua ponitur Hostia pro Sacrificio.

Domine Deus noster qui in monte Synai, Moysi seruo & Prophetæ tuo præcepisti vt electa congregaret quorum vsus erat in ministerio Altaris, Arcæ, & Sanctuarij in Tabernaculo tuo: nunc Domine Deus noster omnipotens, præsta vt manus suæ sint super hanc Arculam; & imple eam virtute, fortitudine & puritate & gratia Spiritus S. ad gloriam tuam, vt in ea perficiatur Corpus vnici Domini nostri Dei nostri & Saluatoris Iesu Christi, in hac sancta Ecclesia Apostolica: tibi gloria & Filio tuo vnico, & Spiritui S. nunc, & semper, & in sæcula sæculorum: Amen.

† Sanctificationem acceptabilem, remissionem peccatorum concedat nobis Deus Pater, cui laus, & honor, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Quando Sacerdos offert Hostiam super altare, dicit Orationem sequentem.

C Domine Deus noster, qui suscepisti sacrificium Abel in deserto, & Noe in arca, & Abrahæ in summitate montis, & Heliæ in monte Carmeli, & Dauid in area Orna Iabisei, & oblationem pauperculæ viduæ in templo sancto; sic oblationem meam & omnium famulorum famularumque tuarum offerensium in nomine sancto tuo, suscipe; vt pro meis & eorum peccatis sit redemptio: & sicut nos offerimus, ita mercedem nobis retribue in præsenti sæculo, & in futuro, & in sæcula sæculorum, Amen.

Oratio, quando ponitur vinum & aqua in Calice, à Diacono.

Benedictio vini in Missa.

Vere Christe, Deus noster, & Domine noster qui ad nuptias in Cana Galileæ vocatus fuisti, & eas benedixisti, & de aqua vinum fecisti; similiter fac, & † benedic, † sanctifica, & † purifica hoc vinum in conspectu tuo; D & fiat exultatio & vita, animæ & corpori nostro, & in omni tempore nobiscum permaneant Pater, Filius, & Spiritus sanctus: quia non habemus alios Deos præter te Domine. Imple igitur nos vino exultationis, salutis, & lætitiæ, vitæ, intellectus, & consilij Spiritus sancti, in sæcula sæculorum, Amen. † Benedictus Dominus Deus Pater omnipotens. † Benedictus filius vnigenitus Iesus Christus, qui natus est de Maria virgine: † Benedictus Spiritus paracletus, Deus noster; quibus Patri, & Filio, & Spiritui sancto, vera fortitudo in sæcula sæculorum, Amen.

Postea replicet super Calicem, Orationem.

Domine Deus noster qui suscepisti, &c. *vt supra, in offerendo Hostiam. Dicit Sacerdos cantando, & extendendo palmas sursum; ita tamen quod caput non excedant:* Vnus Pater Sanctus, vnus Filius Sanctus, & vnus Spiritus sanctus.

Populus respondet: Amen.

Sacerdos, cantando dicit: Laudate Dominum omnes gentes, Laudate eum omnes populi, quoniam confirmata est super nos misericordia eius, & veritas Domini manet in æternum. Gloria Patri, &c.

Dicit Diaconus: Surgite ad orationem.

Populus: Domine miserere nostri.

Sacerdos: Pax vobis.

Populus: Et cum Spiritu tuo.

Sacerdos, in gratiarum actionem, dicit Orationem sequentem.

Gratias agamus Benefactori nostro Domino misericordi, Patri Domini Dei & Redemptoris nostri Iesu Christi, quia protexit nos, auxiliatus est nobis, custodiuit, & commendatos nos sibi reddidit, attraxit, amplexus est, confirmauit, & perennite nos fecit ad banc horam: rogemusque ipsum, vt etiam custodiat nos in hac die sancta, in omni tempore vitæ nostræ, & in omni pace, omnipotens Deus noster.

Diaconus dicit: Orate.

Sacerdos autem sequitur: Domine, ô Domine Pater bone, & omnipotens: Pater Domini Dei & Redemptoris nostri Iesu Christi: laudamus te, super omne opus, pro omni opere, & in omni opere: quia protexisti nos, auxiliatus es nobis, custodisti nos, & commendatos tibi nos reddidisti: attraxisti & amplexus es, confirmasti & perennite fecisti vsque ad hanc horam: petimus quoque & quæsumus à bonitate tua: ô amator generis humani.

Diaconus dicit: Petite & rogate vt pareat nobis Dominus & misereatur nostri, & suscipiat orationem quæ pro nobis fit a sanctis suis: & faciat nos dignos, vt quæ præstat accipiamus: & sumamus de participatione & Sacramento suo benedicto, vt dimittantur nobis peccata nostra.

Sacerdos subsequitur: Vt perducamus hunc diem Sanctum in omni tempore vitæ nostræ, in omni pace, cum timore tuo. Omnem inuidiam, & omnem tentationem & omne opus satanæ: consilium hominum malorum insolationes inimici absconditas & manifestas, elonga & expelle à me & ab vniuerso populo tuo, & ab hoc loco sancto tuo. Omnia bona, quæquid vtique præstat, iuuat, impetra eis per nos, quia tu es qui dedisti nobis potestatem vt calcaremus serpentem & scorpionem & omnem vim inimici: ne inducas nos Domine in tentationem, sed redime & libera nos ab omni malo: per gratiam & misericordiam & amorem erga humanum genus, Filij tui vnici Domini Dei & Redemptoris nostri Iesu Christi, cum quo, tibi vna cum sancto Spiritu, gloria, & potestas, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Pro offerentibus munera. Sacerdos.

Iterum rogemus omnipotentem Deum Patrem Domini, Dei & Redemptoris nostri Iesu Christi: pro iis qui obtulerunt munera sanctæ, vnicæ, quæ est super omnes Ecclesiæ, sacrificium scilicet primarum decimarum gratiarum actionis signum & monumentum: seu autem qui multum obtulerit, seu parum, seu secreto, seu palam, seu volens & non habens, omnium amplectatur voluntatem qui cœlestem Spiritum donat, & in quo omnium bonorum operum est potestas, Dominus Deus noster.

** Caute ista lege, nam si vox; spiritus, sit in recto, dices filium esse Spiritum Sancti, id est Patris, tuncque vox spiritus capietur essentialiter, vt est communis tribus personis, non personaliter. Si vero sit in obliquo, certissimum est Christum secundum diuinitatem nullo pacto esse filium Spiritus sancti, nisi nomen Spiritus S. essentialiter sumatur, nempe pro Patre, quæ tamen est insolens & aliena locutio. Neque vero secundum humanitatem dici posse Christum filium Spiritus Sancti docent Theologi. Vide S. Thomam 3. part. q. 32. art. 3.*

A

Diaconus dicit ; Orate pro iis qui obtulerunt munera.

Sacerdos ; Domine Deus omnipotens, rogamus te & quæsumus pro iis qui obtulerunt dona sanctæ, vnicæ, quæ super omnes est, Ecclesiæ; seu multum obtulerint seu parum, siue secreto siue palam, siue volentes & non habentes; omnium voluntatem acceptans, da vnicuique eorum, pro præmio, benedictionem, per vnicum filium tuum, cum quo tibi & sancto Spiritui est gloria & potestas; nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Oratio oblationis sacra. O Princeps noster Iesu Christe, cuius substantia creata non est, sed es purum Verbum; tu es filius Patris & Spiritus sancti. Tu es panis vitæ descendens de cœlo; qui antequam venires, eras in figura agni immaculati pro redemptione mundi: nunc bonitatem tuam super hunc panem & calicem, in hoc Altare portatile ostendas. † Benedic † sanctifica † munda, & transfer panem hunc in carnem tuam immaculatam; & vinum hoc, in sanguinem tuum preciosum: Fiat sacrificium ardens & acceptabile, medela & salus animæ & corpori nostro; quia tu es Rex noster & Christus Deus noster, omni laude, reuerentiâ, & gloriâ tibi gratias agimus; cum Patre tuo cœlesti, Spiritu S. vitali, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Altare portatile Panis & vini translatio in corpus & sanguinem Christi.

B

Diaconus : Flectite genua.

Populus : Ante te Domine flectimus, & te laudamus.

Coadiutor Sacerdotis dicit, quod sequitur.

Coadiutor in Missa omnino à Diacono.

Domine, Domine, Fili vnice Iesu Christe, Verbum Dei patris; qui nobis per tuam salutiferam & vitalem passionem, peccatorum nostrorum vincula omnia dirupisti; qui in discipulorum sanctorum, immaculatorum ministrorum tuorum faciem insufflasti, dicendo: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Præsta Domine, sicut eis hoc officium Sacerdotale Ecclesia sancta tua, cum potestate ligandi & absoluendi in omni tempore peccata & vincula iniquitatum nostrarum, tribuisti: Ita bonitatem & clementiam tuam imploramus, ô amator hominum; vt absoluant nos seruos tuos, & parentes, fratres, sorores, & amicos nostros, & me peccatorem, & omnes capita sua inclinantes ante conspectum tuum in hoc sacrificio Sancto tuo: dirige nos Domine in viam misericordiæ tuæ; disrumpe & frange omnia vincula peccatorum nostrorum.

C

O Domine, si scienter, aut ignoranter, aut malitia cordis, leuitate spiritus, aut inclinatione & macula carnis, factis, verbis, & temporibus peccauimus tibi: parce Domine, quia scis fragilitatem nostram. O optime Domine vniuersi, & amator hominum; concede nobis remissionem peccatorum nostrorum. † Benedic, & † sanctifica † mundifica & odorifica, & fac nos liberos & absolutos. Absolue Pontifices, Principes, & Reges nostros; Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sacerdotes, Diaconos, & ministros nostros, & populum tuum, parentes, & fratres nostros. Memento Domine, Dormientium Principum, Pontificum, Regum, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Sacerdotum, Diaconorum, & Ministrorum tuorum, parentum nostrorum, & omnium in recta fide quiescentium; & imple nos timore nominis tui, & dirige nos facere voluntatem tuam. Sit tibi gloria, & honor, quia tu solus eis dignus es, in sæcula sæculorum, Amen.

Oratio pro peccato.

D

Pro dormientibus.

Serui tui hodie ministrantes, Sacerdos, Diaconus, & omnes ministri; populus, & ego pauper seruus tuus & peccator, absoluamur per os Trinitatis sanctæ, Patris, Filij & Spiritus S, & B. Mariæ cœli secundi, matris Dei; per os Michaelis, Gabrielis, & omnium Archangelorum, & nonaginta nouem ordinum Angelorum, & mille millium ministrantium, & quorum nomina numerare nescimus; & quatuor animalium, & viginti quatuor Seniorum, & primorum sanctorum Patrum; & quindecim Prophetarum, & duodecim eorum filiorum; & per os duodecim Apostolorum, & S. Iacobi Episcopi Hierosolymitani, & S. Pauli, Timothei, Syllæ, Barnabæ, Titi, Philemonis, Clementis, & omnium Septuaginta duorum discipulorum, & quingentorum suorum sociorum: & per os sancti Marci diuinitatem clamantis, & aliorum Euangelistarum, & per os trecentorum & decem & octo Episcoporum qui pro recta fide in synodo Nicena congregati fuerunt, & centum quinquaginta in Constantinopolitana, & ducentorum in Synodo Ephesina; & per os Pontificis nostri Sauiros, Ioannis Chrysostomi oris aurei, Cyrilli, Basilij, Theophili, Athanasij Gregorij, & Pontificum nostrorum Matthæi, Gabrielis, Ioannis, Salamæ, Bartholomæi, Isaac, Marci; & per os Ecclesiæ vnicæ quæ congregata fuit per Apostolos sanctos; & per me peccatorem absoluamini, & impleamini gratia ad gloriam & honorem, Patris, Filij, & Spiritus sancti, Amen.

E

Nota.

Hic, Sacerdos declarat Epactam, Aureum numerum, mobilia & immobilia Festa, indulgentias, & omnes ritus & ceremonias à principio vsque ad finem, & in viuorum & defunctorum memoriam effundit incensum, & prosequitur hanc orationem ponendo ter incensum in thuribulo dicens : † Benedictus pater omnipotens : † Benedictus Filius vnicus Iesus Christus : † Benedictus Spiritus paracletus, quibus nunc, & semper honor, & gloria, Amen.

Indictio Epacta, & Aurei numeri, & Indulgentiarum. Incensu in memoriam defunctorum.

Deinde circumcirca altare incensando, dicit :

Alleluia Patri; Alleluia Filio; Alleluia Spiritui sancto. nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

† O Deus in æternum; tu es ante & post, qui earum principio & fine, magnus in prouidentiâ, potens in opere, & prudens in consilio, quæ omnia in omnibus demonstratur: oramus, & supplices te rogamus Domine; vt in hac die nobiscum maneas, & faciem tuam super nos ostendas nobiscum habita, dele peccata & iniquitates nostras quæ voluntarie & inuoluntarie, scienter & ignoranter fecimus; munda cor nostrum, & sanctifica animam nostram. Permitte nos tibi appropinquare; Oblatio, & gratiarum sacrificium, incensum spirituale, intret & ascendat in conspectu sanctitatis tuæ.

Cum incensat altare, dicit Orationem.

Memento Domine, vnicæ Ecclesiæ tuæ Sanctæ Apostolicæ, & congregationis tuæ, quam possedisti ab initio, Memento Domine Principis nostri. N. & Antistitum patrum nostrorum, Patriarcharum, Archiepiscoporum Episcoporum, Sacerdotum, Diaconorum, & omnium Apostolicæ fidei cultorum. Memento Domine, Regis nostri. N. & omnium Regum Christianorum, parentum, famulorum famularumque tuarum, fratrum & sororum omnium fidelium dormientium, & in signo rectæ fidei quiescentium. Memento Domine, congregationum nostrarum & benedic eis.

Diaconus dicit : Surgite in orationem.

H

Sacerdos. Pax vobis.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Sacerdos, magna voce sequitur, ter : Adoramus Patrem, filium, & Spiritum S. trinum & vnum.

Populi replicant idem, ter.

Sacerdos sequitur ; Pax tibi sancta Ecclesia, habitatio pacis. Salue virgo Maria Dei genitrix, tu es thuribulum aureum, quæ carbonem ignitum portasti. Benedictus qui eum de Sanctuario recipit, quia vere Verbum Dei ipse est, qui peccata remittit & culpam delet, & ex te homo factus est, & Patri se ipsum verum incensum & preciosum sacrificium obtulit. Adoramus te Christe cum Patre tuo optimo & misericorde, & Spiritu tuo vitali; quia tu venisti, & liberasti nos.

Populus replicat idem.

Postea Coadiutor Sacerdotis, sequitur Orationem.

Domine Intelligentiæ, & annunciator sapientiæ quæ

Coadiutor sacerdotis.

ptius

A *Sacerdotis in Missa, alius à Diacono.* prius oobis abſcondita erat, eam manifeftat: Domine largitor verbi exultationis & lætitiæ, prædicantibus magnificeorum virtutis tuæ. Tu es; qui Paulum multitudine bonitatis toæ vocafti, qui prios erat perfecutor Ecclefiæ, & conftituifti eum vas electionis regni tui, & Euaogelij Apoftolum & prædicatorem elegifti, & concionatorem Regni tui.

O Chrifte Deus noftee, tu es optimus amator hominom: concede nobis (quæfumus) fapientiam, intelligentiam, fcientiam, & intellectoni; quæ femper nobifcum permaneant: vt fapiamos, intelligamus, fciamos, & perfpiciamus Scripturam fanctitatis tuæ, quæ in confpectu tuo legitor. Sicot dono dedifti Paulo, & dignum tanta gratia eum fecifti: ita nos (quæfumus) quoque dignos fac, caput vitæ, vt eum imitemur, & in viam eius ambolemus, & eius veftigia fequamur, & oomen tuom fanctum laudemus, & in cruce toa in omni tempore glorietur; ficut & ipfe fempee gloriatus fuit. Tibi virtus, regnum, triumphus, magnificeotia, honoe, & gloria, in fæcula fæculorum, Amen.

B *Credere in S. Mariã Virginem.* *Diaconus antequam legatur Epiftola, dicit:* Omoes qoi non amant Dominum noftrum, & in natiuitatem fuam minime credunt, & in S. Mariam Virginem, Anathema fi ns vfqoe ad Aduentum eios.

Deinde legitur Epiftola Pauli, quæ occurrit: & vfquelibet fecundum diem occurrentem. Lecta Epiftola, dicit Diaconus.

Gloria Patris, amor Filij, & donum Spiritus S. quæ defcenderunt fuper Apoftolos benedictos, & mundos, in Sion loco fancto; duplicetur fuper oos Chriftianos in fæcula fæculorom, Amen.

Populus.

C *S. Paule, ora pro nobis.* O bone minifter, S. Paule fanator infirmorum, qui coronam recepifti; ora & intercede pro nobis, vt liberetur anima noftra propter multitudinem miferationum Iefu Chrifti, & fancti nominis fui.

Dicit Diaconus: Surgite ad orationem.

Populus: Domine miferere noftri.

Sacerdos: Pax vobis.

Populus: Et cum Spiritu tuo.

Sacerdos fequitur Orationem fignatam fub figno † vt fupra incipientem, O Deus in æternum tu es, &c. *Minifter fiue Subdiaconus, ante Epiftolam dicit; De Epiftola Petri, fiue alterius Apoftoli:* Difcipulus & Apoftolus Domini & Saluatoris noftri Iefu Chrifti: cuius oratio & benedictio fit fuper nos fempee, Amen.

Poftea magna voce dicit Epiftolam.

Finita & lecta Epiftola; Diaconus fequitur.

D Fratres mei nolite diligere mundum, neque ea quæ funt in mundo, quoniam omne quod eft in mundo, concupifcentia eft carnis, concupifcentia oculorom, & fuperbia vitæ, quæ non ex Patre fed ex mundo eft; & mundus tranfit, & concupifcentia eius: qui autem facit voluntatem eius manet in æternom.

Deus Trinus & vnus in fubftantia. *Dicunt populi;* Sanctus Trinus & vnus in fubftantia tua; cuftodi congregationem noftram, propter fanctos Electos tuos & Difcipolos tuos: confolare nos per mifericordiam tuam, & propter oomen fanctum tuom.

Dicit Diaconus: Surgite in orationem.

Populus: Domine miferere nobis.

Sacerdos: Pax vobis.

Populus: Et cum Spiritu tuo.

Sacerdos: Domine Dominus noftee, & Deus nofter; tu es qui Apoftolis tuis fanctis myfterium gloriæ Chrifti tui manifeftafti, & magna & innumerabilia dona eis tribuifti; diuitias & fecreta mifericordiæ tuæ, eos ad prædicandom mififti. Propitius efto (Domine) & concedere dignare, facere nos participes & confortes hæreditatis eorum, & ambolare & fequi veftigia eorum. Præfta (quæfumus) vt in omni tempore eis fimiles [...]mus, & in eorum amore fortificemur, & eorum labor[...] participemus. Cuftodi Domine Ecclefiam Chriftiana[...] fanctam; in bona adoratione quæ ædificata & fund[...]ta fuit per Apoftolos fanctos.

Sacerdos fequitur ergo populum:

† Benedic Gregi, & Agnis tuis: multiplica Dom[...] hanc vineam vitem, quam per manus tuas fanctas, [...] Dominum noftrum Iefum Chriftum, plantafti, cu[...], tibi, & Spiritui S. gloria & potentia; & nunc, & fe[...]per, & in fæcula fæculorum Amen.

Hic Sacerdos ponit incenfum in thuribulo, dicens.

Domine Deus noftee, qui facrificiom Abrahæ pat[...] noftri fufcepifti, & pro vice & faluatione Ifaac filij e[...] agnum defcendere fecifti: fic Domine, odorem ifti[...] incenfi fufcipe; & ficut Sacrificium illius agni recepi[...] ita Domine mitte diuitias gratiæ & mifericordiæ t[...] Fac nos puros & mundos ab omnibus malis odorib[...] peccatorom, & tuæ virtutis & maieftatis dignus [...] laude munditiæ tuæ. O amatoe hominum, fac [...] iuftos fine macula, cum lætitia omnibus diebus [...]tæ noftræ.

Sequitur. Memento Domine vnicæ Ecclefiæ tuæ fa[...]ctæ, quæ de fine vfque ad finem, in toto orbe terraru[...] in Apoftolis tuis congregata fuit. Lætare Domina, q[...] falutem fanctam deprecamur! ô Virgo Mater Dei [...] Chrifti, in omni tempore effer furfum & in altum o[...]tionem noftram, apud electos filij tui, vt remittan[...] peccata noftra. Lætare Domina, quia peperifti no[...] lumen verum, Iefum Chriftum Dominum noftro[...] Ora pro nobis, apud eum vt mifereator animæ noft[...] ora pro nobis in confpectu throni filij tui Iefu Chri[...] lætare immaculata, vere Regina! Lætare gloria noft[...] com Parentum, quia peperifti nobis Emanuëlem! ô [...]te mediatrix ante Dominum noftrum Iefom Chriftu[...] te fupplices exoramus, vt memor fis noftri! ora pro n[...]bis vt deleantur iniquitates noftræ.

Coadiutor Sacerdos, antequam legantur Acta Apoftol[...]rum; Hoc eft opus & dicta noftrorum Patrom, Apoft[...]lorum fanctorum, & immaculatorum. Gratia Spirit[...] fancti, & mifericordia duplicetur fuper nos, & omn[...] Chriftianos, Amen.

Poftea legitur ex Actis Apoftolorum, fecundum die[...] occurrentem. Finita lectione, fequitur.

Verba Domini magna, multiplicata in Ecclefia fa[...]cta, populos credentes in Dominum Iefum Chriftu[...] multiplicauerunt, cui gloria in fæcula fæculorum.

Populus Refpondet: Amen.

Poftea fequitur: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Domin[...] Pater omnipotens. Sanctus, Sanctus, Sanctus vnice[...] Iefus Chriftus Filius, Verbum Patris! Sanctus, Sanctu[...] Sanctus, Spiritus S. fciens omnia!

Dicit Diaconus: Surgite in orationem,

Populus. Domine miferere oobis.

Sacerdos. Pax vobis.

Populus: Et cum fpirito tuo.

Sacerdos: Domine Deus nofter Iefu Chrifte, q[...] dixifti difcipulis tuis Sanctis & electis; multi Proph[...]tæ & iufti defiderauerunt videre quæ vos videtis, & a[...]dire quæ auditis, & non viderunt neque audierun[...] fed beati oculi veftri & aures veftræ, videntes & a[...]dientes: fic nos fac dignos audire & facere ver[...] Euangelij tui fancti, per orationes & preces Sanct[...] cum toorum.

Diaconus dicit: Orate.

Sequitur Sacerdos Memento iterum Domine verboru[...] tuorum, pro illis qui fe orationibus noftris comme[...]dauerunt; quando oramus ad te, Domine Deus noft[...] memento dormientium, & in recta fide quiefcentiu[...]

A & concede infirmis sanitatem, quia tu es vita, spes liberator, & resurrectio omnium; tibi gratias referimus in æternum, & in sæcula sæculorum: Amen.

Diaconus accipiens Crucem, dicit.

Orate vt digni efficiamini audire Euangelium.

Postea cantat: Benedicam Domino in omni tempore, semper laus eius in ore meo; in Domino laudabitur anima mea, &c.

Sacerdos, idem dicit. Populus, ter idem dicit: & in vltimo versu semper dicitur, Alleluia.

Diaconus circuit Ecclesiam clamando: Surgite; audite Euangelium sanctum & bonam annunciationem Domini nostri & Saluatoris nostri Iesu Christi.

Postea; Coadiutor accipit thuribulum & porrigit Sacerdoti, qui ter incensat, accipiendo Euangelium erga populum, & dicit:

B Magnus Deus benedic † nos, & populum Christianum; & fac introitum nostrum in Ecclesia tua sancta, vna cum Angelis sanctis qui seruiunt Deo, & laudant cum omni tempore, in sæcula sæculorum: Amen.

Sacerdos annunciat Euangelium, sic cantando.

Sanctum Euangelium, quod annunciauit Matthæus: vel Marcus, vel Lucas, vel Ioannes.

Ministri accendunt lumina, & præparant alia necessaria, & dicunt.

Gloria Christo, & Domino nostro, & Deo nostro semper: Exultate in Domino, qui auxiliatur nobis, & psallite Deo Iacob, accipite psalterium in cythara, &c.

C *Sacerdos alta voce legit Euangelium diei. Diaconus, finito Euangelio, dicit.*

Catechumenorū dimissio in Missa.

Exite foras, qui non vultis accipere Sacramentum, siue Eucharistiam: Ite Catechumeni.

Ministri dicunt: Et illi, Cherubin & Seraphin reddant gloriam, Sanctus, Sanctus, Sanctus, & Sanctus omnipotens; pleni sunt cœli & terra, gloriæ & sanctitatis tuæ. Adoramus te Christe, cum Patre tuo optimo, & misericorde, & Spiritu S. vitali: tu venisti & liberasti nos.

Diaconus dicit: Surgite in orationem.

Populus. Domine miserere nostri.

Sacerdos. Pax vobis.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Diaconus dicit: Surgite ad orationem.

Sacerdos dicit: Pax omnibus vobis: Et iterum rogemus omnipotentem Deum Patrem Domini & Dei ac Saluatoris nostri Iesu Christi: rogamus & petimus à bonitate tua, ô amator hominum; recordare Domine, pacis Ecclesiæ sanctæ in vnum per Apostolos congregatæ.

D *Preces pro Ecclesia.*

Diaconus dicit: Orate pro hac Ecclesia sancta, in vnum per Apostolos congregata, recta in Domino.

Populus dicit: Domine Deus noster, da nobis pacem: Domine Deus noster da nobis pacem: Christe rex noster, miserere nobis.

Sacerdos dicit.

Preces pro Rege in Missa.

Eam quæ fuit à principio, & erit vsque in finem sæculi; omnes populos, & omnes greges benedic. Pacem de cœlo mitte super omnes animas nostras; Pacem vitæ nostræ da nobis per ipsam Ecclesiam. Da Domine pacem Regi nostro Claudio, & Principibus eius, ac iudicibus eius & subditis eius, & circa nos congregatis, tam extra quam intra Ecclesiam. Orna eos omni genere pacis. Rex pacis: pacem da nobis, quoniam omnia dedisti nobis, Conserua nos, Domine; quoniam præter te neminem cognoscimus: nomen sanctum tuum nominamus & inuocamus, vt viuat anima nostra in Spiritu S. nec inualescat mors peccati, super nos seruos tuos & super omnem populum tuum. E

Pro Pontificibus.

Patriarcha Archiepiscopus venerandus Princeps.

Et iterum rogemus omnipotentem Deum Patrem Domini & Dei ac Saluatoris nostri Iesu Christi. Rogamus & petimus à bonitate tua; ô amator hominum: Recordare Domine Patris nostri venerandi Principis Archiepiscoporum nostrorum. N. ac sancti & beati Antistitis nostri. N.

Diaconus dicit.

Orate pro Principe nostro, Principe nostrorum Archiepiscoporum Domino Gabriele, & capite Episcoporum magnæ prouinciæ Alexandrinæ; pro capite patriæ nostræ, venerando Archiepiscopo nostro Marco; ac omnibus Episcopis, Sacerdotibus, & Diaconis rectæ fidei.

Sacerdos dicit. F

Custodiendo custodi eos nobis, multis annis & longo tempore in iustitia & pace; vt perficiant consecrationem quam tu commisisti dignitati Sacerdotali, secundum sanctam ac beatam voluntatem tuam; vt iudicent in iustitia & rectitudine, & pascant populos tuos in æquitate, Custodiendo custodi etiam omnes Episcopos, Sacerdotes, & Diaconos rectæ fidei, & omnes conformes sanctæ & vnicæ Ecclesiæ quæ est congregatio Apostolica: orationes vero quas pro nobis & pro vniuersis populis tuis faciunt, accepta in sacrificium tuum altissimum in odore bono suauitatis: & omnes hostes & aduersarios eorum dissipa, & confringe sub pedibus eorum velociter. Ipsos vero custodi nobis in iustitia & pace, in Ecclesia sancta tua.

Pro Congregatis, Sacerdos dicit.

Et iterum rogemus omnipotentem Deum Patrem Domini & Dei ac Saluatoris nostri Iesu Christi, Quærimus & rogamus à bonitate tua; ô amator hominum. Recordare Domine congregationis nostræ, & benedic ei. G

Diaconus dicit:

Orate pro hac Ecclesia sancta, & nostra congregatione quæ in ea est.

Populus dicit:

Benedic congregationi nostræ, & custodi eam in pace.

Diaconus dicit:

In sapientia Domini, dicite & canite orationem fidei.

Populus dicit:

Oratio fidei. H

Credo in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium. Et in vnum Dominum Iesum Christum, Filium Dei vnigenitum; & ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas. Et ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos: cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum & viuificantem, qui ex Patre Filioque procedit: qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur. Qui locutus est per Prophetas. Et vnam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum Baptisma in remissionem peccatorum: & expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi Amen.

A

Sacerdos dicit.

Fac eos vt sint tibi sine diuisione, & sine pigritia faciant voluntatem tuam sanctam & beatam. Fac eos domum orationis, domum puritatis, domum abundantiæ & gratiæ, gratificare Domine nobis seruis tuis, & post nos venturis in sæculum. Exurge Domine Deus noster, & dissipentur inimici tui, & fugiant ante faciem tuam omnes qui oderunt sanctum & benedictum nomen tuum: populi autem tui sint benedicti millies millibus, & iterum millies millibus benedictionum; faciantque omnem voluntatem tuam, per gratiam, benignitatem, ac amorem hominis Filij tui vnigeniti Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi; cui, & tibi, ac Spiritui S. sit gloria & potentia, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Oratio pro pace perfecta. Sacerdos dicit.

B Magnus & æternus Dominus plasmauit hominem immaculatum, incorruptibilem. Mors autem ingressa est à principio in mundum ob inuidiam diaboli. Tu domine eripuisti vim eius per aduentum vnigeniti Filij tui Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi; & impleuisti totam terram pace tua; propterea cælestes legiones laudant te dicentes; gloria Domino in cælis, & pax in terra hominibus bonæ voluntatis.

Diaconus dicit.

Amplexus & osculum in Missa. Orate pro pace perfecta & amabili ac salutifera & Apostolica: salutate vos inuicem. Qui communicare non vultis, discedite: qui autem vultis communicare, amplectimini inuicem in plenitudine cordis. Qui communicat, custodiat se à malo.

Sacerdos dicit.

Memoria iniuriarum. C O Domine; ex beneplacito tuo imple corda nostra pace tua, & munda nos ab omni mala cogitatione, & immunditia & ab omni memoria iniuriarum, & ab omni inuidia, & recordatione malorum, quæ mortem inferunt. O Domine fac nos omnes dignos vt salutemus ad inuicem salutatione sancta & immaculata, & recipiamus sine iudicio & sine morte donum tuum cæleste; hoc est, gratiam tuam cum Spiritu S.

Populus dicit.

Christe Deus noster, fac nos dignos salutandi te salutatione cælesti, ac laudandi te vna cum Cherubim & Seraphim, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Sanctus omnipotens; pleni sunt cæli & terra, sanctitate gloriæ tuæ.

Sacerdos dicit.

Dominus vobiscum; Sanctus inter Sanctos, Sanctus inter Sanctos, Sanctus inter Sanctos. Gratias agimus tibi Domine, per dilectum vnigenitum Filium tuum Dominum Deum & seruatorem nostrum Iesum Christum, D quem in posteriori tempore misisti nobis Filium tuum, Seruatorem & redemptorem, Nuncium consilij tui, qui Verbum tuum est, & per quem omnia fecisti secundum voluntatem tuam.

Diaconus dicit.

Memoria Sanctorum in Missa. Per beatum & sanctum Patriarcham nostrum. N. & per venerandum Antistitem nostrum. N. qui suis orationibus & precibus laudant te; per Stephanum Protomartyrem, Zachariam sacerdotem; Ioannem Baptistam, per omnes Sanctos martyres qui in fide Iesu Christi quieuerunt, per Matthæum, Marcum, Lucam & Ioannem, Euangelistas, per Mariam Dei genitricem, per Simonem Petrum, Andream, Iacobum, Ioannem, Philippum, Bartholomæum, Thomam, Matthæum, Thadæum, Nathanaël, Iacobum Alfei, & Matthiam Apostolos, per Iacobum Apostolum fratrem Domini nostri *Iacobus frater Domini, Episcopus Hierosolymorum.* Episcopum Ierusalem sanctæ, per Paulum, Timothæum, Silam, Barnabam, Titum, Philemona, Clementem, & per Septuaginta duos discipulos, & quingentos socios eorum; ac per trecentos decem & octo rectæ fidei Patres, visita nos & fac nos participes orationum eorum omnium; & super omnia recordare Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ in pace, precioso sanguine per Christum ædificatæ; recordare etiam omnium Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Sacerdotum, & Diaconorum, qui dirigunt viam verbi quod est in veritate.

E *Existimant Æthiopes in hac liturgia Iacobum Alphæi Apostolum alium fuisse Iacobo fratre Domini.*

Dicit Populus: Miserere Domine, animarum seruorum tuorum & ancillarum tuarum, qui manducarunt carnem tuam & biberunt tuum sanguinem, & in fide tua quieuerunt.

Oratio benedictionis. Sacerdos dicit.

Pro defunctis. Preces pro peregrinantibus. O sancta Trinitas, Pater, Fili & Spiritus S. benedic super populum tuum Christianum electum benedictione cælesti; & mitte super nos gratiam Spiritus S. Aperi nobis fores Ecclesiæ tuæ sanctæ, propter misericordiam tuam & fidem nostram: perfice in nobis fidem Trinitatis vsque ad extremum Spiritum, ô Princeps noster Iesu Christe, visita infirmum populum tuum, & sana eum. H Dirige patres nostros & fratres nostros peregrinantes, reduc eos ad lares suos, cum salute & pace; benedic ventos cæli, & pluuias, ac fructus terræ præsentis anni pro gratia tua: præbe semper gaudium & delicias super faciem terræ & corrobora super nos pacem tuam. Induc corda Regum proborum ad benefaciendum nobis: da gratiose honorem principibus Ecclesiæ sanctæ, singulis eorum iuxta eorum nomen; in conspectu Regum potentium, fac eos gratos: ô Domine, præbe requiem *Pro regibus. Pro opificibus Ecclesiæ.* animabus patrum & fratrum nostrorum qui in recta fide dormiunt & quiescunt: & benedic his qui laborant circa thura, circa sacrificia, circa vinum circa oleum, & butyrum, & circa cortinas, & circa etiam libros, & cathedras, circa res omnes sanctæ Ecclesiæ, vt Iesus Christus Deus noster remuneretur eos in cælesti Ierusalem. Miserere omnium qui nobiscum congregati sunt ad quærendam misericordiam Dei nostri Iesu Christi, F *Pro benefactoribus.* & omnibus illis qui nobis eleemosynam tribuerunt, in sede iudicij tui mitis sis & placidus. Libera Domine, ob *Pro captiuis.* multitudinem misericordiæ tuæ, omnes animas inopes & afflictas, carceratos quoque ac captiuos & exules ac in seruitutem adactos, & in amaris laboribus detentos. Recordare Domine noster Iesu Christe in regno cælorum, omnium illorum qui à nobis petierunt vt recordaremur eorum. O Domine libera populum tuum & *Pro commendatis.* benedic hæreditati tuæ, ac nutri eum & exalta vsque in sæculum. Custodi eos in recta fide & in gloria, omni tempore; & fac vt feruent ineffabili & inexcogitabili charitate, per preces ac intercessionem quam pro nobis facit Domina nostra sancta & immaculata virgo Maria; *Intercessio Virginis Deiparæ.* & per preces maiorum Angelorum splendentium, Michaëlis, & Gabrielis, ac Raphaëlis, & Vrielis: & quatuor animalium sine carne, & viginti quatuor Seniorum cæli; & Patrum nostrorum sanctorum Patriarcharum, Abraham, Isaac, & Iacob, & omnium proborum Patrum priorum ac quindecim Patrum nostrorum Prophetarum G ac sancti Ioannis Baptistæ, & quatuordecim millium *14000 puerorum & Bethleem. & Stephani Archidiaconum.* puerorum Bethleem, & Patrum nostrorum duodecim principum Apostolorum, & Septuaginta duorum discipulorum, & quingentorum sociorum eorum; ac trium puerorum, Ananiæ, Azariæ, & Misaël; ac sancti Marci Euangelistæ & Martyris, & S. Stephani Archidiaconi, Protomartyris, & S. Georgij stellæ honoris, Theodori, Banadlij, Claudij, Minas electi, Cosmæ & Damiani, & patrum nostrorum principum Episcoporum trecentorum decem & octo qui fuerunt Nicææ, & centum quinquaginta qui fuerunt Constantinopoli, & ducentorum qui fuerunt Ephesi; & Tecla Aimanot, quorum orationes & benedictiones & auxilium ac gratia sit nobiscum in sæcula sæculorum: Amen. Istorum & illorum omnium animabus requiem tribue, & miserere eorum, ob id enim misisti ex cælo Filium tuum in vterum Virginis.

A *Diaconus dicit*: Qui sedetis; surgite.

Sacerdos dicit. In quo portatus, caro factus est, & notus per Spiritum S. in eius natiuitate.

Diaconus dicit, Aspicite ad ortum.

Sacerdos dicit: Coram te assistant millia millium sanctorum Angelorum, & principum eorum.

Diaconus dicit: Aspiciamus.

Sacerdos dicit: Honorata quoque animalia, sex alas habentia, Seraphin & Cherubin qui cum duabus alis tegunt faciem suam, & cum duabus pedes suos tegunt; cum duabus vero volant à fine mundi ad finem; sicut semper te sanctificant & laudant, sic à nobis sanctificationem nostram recipias, qui dicimus assidue; Sanctus.

Diaconus dicit: Dicite.

Populus dicit: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabbaoth, perfecte pleni sunt cœli & terra, sanctitate gloriæ tuæ.

Sacerdos dicit. Vere pleni sunt cœli & terra, sanctitate gloriæ tuæ per Dominum & servatorem nostrum Iesum

B Christum, cum Spiritu sancto in sæcula sæculorum; Amen Sanctus Filius tuus venit ex Virgine vt voluntatem tuam adimpleret, & populum sanctum tibi ordinaret.

Populus dicit: Secundum misericordiam tuam Domine, nec secundum peccata nostra.

Sacerdos dicit: Extendit manus suas ad infirmitatem; Infirmatus est vt infirmos sanaret in se sperantes. Qui etiam datus est per voluntatem suam infirmitati, vt mortem destrueret, & vincula diaboli dissolueret, & calcaret infernum; probos dirigeret, ordinem plantaret, & resurrectionem suam manifestaret. In ea nocte in qua traditus est, accepit panem in sanctas ac beatas & sine macula manus suas, Inspexit in cœlum ad te Patrem suum, gratias egit, benedixit, & sanctificauit, & dedit discipulis suis dicens, accipite & comedite ex eo omnes: Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur in remissionem peccatorum. Amen.

C *Populus dicit*: Amen, amen, amen, credimus & confidimus, & laudamus te, ô Domine Deus noster. Hoc vere corpus tuum est.

Sacerdos dicit: Similiter calicem, gratias agens benedixit & sanctificavit, & dixit eis: Accipite & bibite ex eo omnes, hic est calix sanguinis mei qui pro vobis effundetur & pro redemptione multorum. Amen.

Populus dicit: Amen, amen, amen, Credimus & confidimus, & laudamus te, ô Domine Deus noster, hic vere sanguis tuus est.

Sacerdos dicit: Quoties hoc feceritis, in mei memoriam facietis.

Populus dicit: Annunciamus mortem tuam, Domine, & sanctam resurrectionem tuam; credimus ascensionem tuam, & secundum adventum tuum; rogamus te Domine Deus noster: hæc vera esse credimus.

Sacerdos dicit: Nunc autem recordamur mortis tuæ & resurrectionis tuæ; offerimusque tibi hunc panem &

D hunc calicem, tibique gratias agimus quod per hoc sacrificium dignos nos fecisti standi in conspectu tuo, & sacerdotale officium coram te exequendi, oramus te Domine & à te instanter petimus, vt mittas Spiritum S. super hunc panem & hunc calicem, videlicet corpus & sanguinem Domini & Servatoris nostri Iesu Christi, in sæcula sæculorum, Amen. Tribue simul omnibus ex eo sumentibus, vt fiat eis ad sanctificationem & plenitudinem Spiritus S & ad corroborationem fidei, vt sanctificent & laudent te, per Dominum & Servatorem nostrum Iesum Christum cum Sancto Spiritu, in sæcula sæculorum, Amen.

Diaconus dicit: Quæsumus te Domine Deus noster, toto corde, vt des nobis bonam Spiritus Sancti vnionem.

Sacerdos sequitur. Da nobis vt coniugamur in Spiritu sancto tuo, & sana nos per hoc sacrificium, vt in te salui simus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Benedictum sit nomen Domini, & benedictus qui venit in nomine Domini, & benedictum nomen gloriæ eius: fiat, fiat, fiat. E

Populus dicit: Benedictum sit nomen Domini, & benedictus qui venit in nomine Domini, & benedictum nomen gloriæ eius: fiat, fiat, fiat.

Sacerdos dicit: Mitte gratiam Spiritus S. super nos Domine.

Diaconus dicit: Surgite ad orationem.

Sacerdos dicit ad Orationem Fragmenti.

Oratio Fragmenti.

Confiteor tibi Domine Deus meus omnipotens, qui sedes super thronum Cherubin, & habitas super excelsa, & laudaris ab humilibus; qui in splendore existens, mundum cognovisti & absconditum mysterium in cruce nobis ostendisti: quis Deus misericors & Sanctus sicut tu? Potestas tua non est elongata à nobis, quam tuis dedisti discipulis qui mundo & sincero corde tibi serviunt & offerunt tibi sacrificium suaveolentis odoris, per Dominum & Servatorem nostrum Iesum Christum cui, & tibi, & Spiritui S. sit gratia, honor, & gloria, in sæcula sæculorum. F

Diaconus dicit: Qui statis humiliate capita vestra.

Sacerdos dicit: Domine qui habitas super Cherubin, & respicis super populum tuum & hæreditatem tuam, benedic servos tuos & ancillas tuas, & filios eorum, portionem tribue eis qui de miraculosa mensa tua sumere veniunt pro mentis purgatione, & peccatorum remissione, vnioneque Spiritus S. ac salute animæ & corporis, & hæreditate regni cœlorum, cum honore & voluntate, per vnicum filium tuum; cui, & tibi cum eo, & cum Spiritu S. laus & gloria, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum Amen.

Dicit subdiaconus cum populo: Exercitus Angelorum Salvatoris mundi stant coram eo, & legunt corpus & sanguinem Domini & Salvatoris nostri Iesu Christi: accedamus ante faciem eius, & in fide eum vereamur.

Diaconus dicit: Adorate Deum cum timore.

Sacerdos dicit: Domine Deus omnipotens, salus animæ & corporis nostri; qui per os Filij tui vnigeniti Domini Dei & Servatoris nostri Iesu Christi, dixisti Patri G

S. Petrus Pater noster.

nostro Petro, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferni non prævalebunt adversus eam concutiendam, & tibi dabo claves regni cœlorum, quemcunque ligaveris super terram, erit ligatus in cœlis, & quemcunque solveris super terram, erit solutus in cœlis, sint soluti servi tui & ancillæ tuæ, ab ore sanctæ Trinitatis, Patris, & filij, & Spiritus sancti, & etiam ab ore meo, servo tuo peccatore & culpis pleno: Domine Deus noster tu tollis peccata mundi, suscipe pœnitentiam servorum tuorum, & ancillarum tuarum. Oriri fac super eos lumen vitæ; evelle ab eis peccata eorum, quoniam tu es misericors & miserator, Domine Deus noster: alienos ab ira, abundans misericordiæ & vere iustus. Quando in te peccamus Domine aut cogitatione, aut verbo, aut opere, parce, evelle, & compatere quoniam tu es misericors & hominum amator. Domine Deus noster solve nos omnes, & omnes populos tuos: solve Domine summum Pontificem nostrum, N. & sanctum ac beatum Antistitem nostrum. N. & omnes alios H Pontifices, Episcopos, Sacerdotes, & Diaconos, iuxta eorum nomina custodiendo custodi eos propter nos, ad multos annos & ad longos dies, in iustitia & pace. Solve Domine Regem nostrum Claudium, ab omni vinculo delictorum. Memento Domine omnium dormientium & quiescentium in fide Christi, colloca animas eorum in sinu Abrahæ, Isaac, & Iacob, & libera nos ab omnibus culpis & maledictionibus, & ab omnibus abnegationibus veritatis, & ab omnibus periuriis, ac communione infidelium & gentilium ac hæreticorum. Da nobis cor & intelligentiam aufugiendi ab omnibus operibus diaboli; da nobis vt faciamus voluntatem tuam in omni tempore, & describe nomina nostra in regnis cœlorum, & coniunge cum omnib. Sanctis & Martyrib. per Iesum Christum Dominum nostrum, cui, ac tibi, & Spiritui S. sit gloria, & potentia, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Pro dormientibus.

Diaconus

A *Diaconus dicit* : Inspiciamus.
Sacerdos : Sanctus date Sanctis.

Populus dicit :

Vnus Pater Sanctus; vnus Filius sanctus, vnus est Spiritus sanctus.
Sacerdos dicit : Dominus vobiscum sit.

Populus dicit :

Et cum spiritu tuo.

Sacerdos elevans Sacramentum, dicit alta voce.

Elevatio Sacramenti. Domine Iesu Christe miserere nostri ; Domine IESV Christe miserere nostri , Domine Iesu Christe miserere nostri.

Populi reiterant eadem verba.

B *Sacerdos dicit* : Oremus, qui estis pœnitentes, humiliate capita vestra ; surgite ad adorandum. Pax omnibus vobis.
Populus dicit : Et cum spiritu tuo.
Sacerdos dicit : Hoc est corpus sanctum , honoratum & vitale Domini & Servatoris nostri Iesu Christi quod datum est in remissionem peccatorom & ad vitam æternam consequendam , vere sumentibus ipsum , Amen. Hic est sanguis Domini & Servatoris nostri Iesu Christi , sanctus, honoratus , ac vivificans , qui datus est in remissionem peccatorum, & ac vitam æternam consequendam, vere sumentibus ipsum. Amen. Vere hoc est corpus ; & hic est sanguis Emanuël Dei nostri, Amen, Credo , Credo , Credo ex nunc & vsque in sæculum ; Amen. Hoc est corpus, & hic est sanguis Domini & Servatoris nostri Iesu Christi , quod & quem assumpsit ex Domina nostra sancta, & immaculata virgine Maria , &
C vnivit eum divinitate sine mixtione aut copula naturali , sine separatione aut permutatione divinitatis , quam rem testatus est optimo testimonio , tempore Pontij Pilati , quo se sponte præbuit pro nobis in ligno sancto crucis , Amen. Credo, Credo , Credo quod divinitas non sit separata ab humanitate, ne hora quidem , neque per ictum oculi : dedit autem se pro nobis ad salutem & in remissionem peccatorum, & ad vitam æternam consequendam , sumentibus eum in veritate , Amen. Credo, Credo, Credo ex nunc & vsque in sæculum, Amen. Hæc eius sunt qui dignus est honore, gloria , & reverentia.

Hic, Sacerdos sumit corpus & Sanguinem, & postea communicat ex eadem hostia, ministru Sacrificij ; dicens : Hoc est corpus , &c.

Diaconus dicit : Orate pro nobis, & pro omnibus populis Christianis , & illorum memoriam facite qui nobis dixerunt vt sui recordaremur, laudate & psallite cum pace & amore Iesu Christi.

D *Hoc loco dum ministratur Sacramentum populo, psallunt docti, aliqua carmina in honorem Sacramenti, & Sanctorum quorum festa celebrantur , composita ; quæ populus reiterat canendo.*

Sacerdos dicit : Quos vocasti Domine, & quos sanctificasti , portionem da eis in vocatione tua , & fortifica eos in amore tuo , & custodi in sanctificatione tua per Christum vnicum Filium tuum , cui & tibi cum eo , & cum sancto spiritu, gloria & honor , nunc & semper , & in sæcula sæculorum , Amen. Domine qui æternum lumen vitæ & fortitudinem servis tuis tribuisti, & eos custodivisti pluribus diebus ac noctib præteritis in pace , benedic eis etiam in hac die post Dominum nostrum Iesum Christum, cui, & tibi cum eo, & sancto Spiritu, gloria & honor, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum , Amen.

Diaconus dicit : Gratias agamus Domino, Sanctum eius sumpsimus, sit quod sumpsimus, medela ad vivificandam animam. Laudemus Dominum Deum nostrum , sumpsimus sanctum corpus , & venerandum sanguinem : hoc est corpus Christi. Et gratias ei agamus, quod digni fuerimus participare de hoc venerando & sancto sterio.

Sacerdos dicit : Exaltabo te rex meus & Deus meus benedicam nomini tuo in sæculum , & in sæculum culi,

Populus dicit alta voce.

Pater noster qui es in cœlis , non inducas nos Domine in tentationem.

Sacerdos dicit.

Per singulos dies benedicam tibi , & laudabo nor tuum in sæculum & in sæculum sæculi.

Populus iterum dicit : Pater noster qui es in cœlis, inducas nos in tentationem.

Sacerdos dicit.

Laudem Domini loquetur os meum, & benedicet o nis caro nomini sancto eius , in sæculum & in sæcul sæculi,

Populus iterum dicit : Pater noster , &c *vt supra.*

Sacerdos dicit : Domine animarum rector, Sanctor director, & iustorum honor, da nobis intelligentiæ oc los qui te semper videant, & aures quæ te solum sem audiant ; postquam satiasti animam nostram gratia t Cor mundum erea in nobis Domine , vt magnitudine & probitatem tuam ac amorem tuum erga homines i telligamus : fiat voluntas tua super animam nostram , mentem puram ac rectam tribue nobis qui de corpo tuo & sanguine tuo sumpsimus , servi tui humiles , qu niam regnum tuum Domine. Gloria ac benedictio Patri, & Filio, & Spiritui sancto , nunc & semper , & sæcula sæculorum. Amen.

Sacerdos dicit : Domine Deus noster, lumen inexti guibile, respice super servos tuos & super ancillas tuas & semina in cordibus nostris timorem nominis tui , numera eos quibus corpus tuum & sanguis tuus dat est, vt fructificent in benedictione. Fac habites in ill populis tuis , qui caput suum ante te inclinant , tam i maribus quam in fœminis & pueris; & nos etiam ill adiunge, protege , fove , ac guberna nos per vices pri cipum Angelorum tuorum. Ab omnibus operibus mal separa nos , omnibus operibus bonis coniunge nos , p Christum vnicum filium tuum ; cui , & tibi cum eo cum S Spiritu, gloria & honor, nunc, & semper, & in sa cula sæculorum : Amen.

Totus populus dicit comedendo.

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Trinus, ineffabilis, da no bis , vt sumamus vitam per hoc corpus tuum , sine iud cio ; da nobis vt fructificemus in beneplacito tuo, & fr ctus noster manifestetur in gloria tua , vivifica nos in vt faciamus voluntatem tuam. Cum fide invocamus Pater & regnum tuum petimus : sanctificetur nom tuum super nos , quoniam tu es fortis ac laudabilis gloriosus : tibi sit gloria, in sæcula sæculorum.

Diaconus dicit : Inclinate capita vestra ante Dominu immortalem ; vt benedicat vos per manum servi sui S cerdotis.

Populus dicit.

Amen : Benedicat nos servos suos Dominus ; in p ce sit remissio super nos qui sanctum corpus & pr ciosum sanguinem sumpsimus. Concede nobis vt s ritu omnes vires inimici conculcemus. Benedictio n nus tuæ sanctæ , plena est misericordia ; In ipsa spe mus omnes. Ab omnibus operibus malis seiunge n in omnibus operibus bonis colloca nos , benedictus qui dedit nobis sanctum corpus & preciosum s guinem suum. Gratiam accepimus , & vitam inve mus per virtutem crucis Iesu Christi Gratias agi tibi , cum Spiritus Sancti gratiam recepimus. G ria sit Domino qui dedit nobis corpus suum sanct & pretiosum sanguinem suum : gloria sit Divæ

A tiæ, quæ est gloria nostra, & quæ parturiit nobis Sacrificium.

Finis Canonis Patrum nostrorum Apostolorum, quorum oratio & Benedictio sit nobiscum, Amen.

BENEDICTIO PVERPERÆ secundum vsum Æthiopum.

In Nomine Patris, & Filij; & Spiritus Sancti: Amen.

Orationes, quas dicit Sacerdos, cum imponit manus super matrem & infantem, postquam ingressi sunt Ecclesiam.

B *Sacerdos primum hortatur populum ad agendas Deo gratias, dicens.*

GRatias agamus benefactori nostro Domino misericordi, Patri Domini Dei & Redemptoris nostri Iesu Christi, quia protexit nos, auxiliatus est nobis, custodivit, & commendatos sibi nos credidit, attraxit, amplexus est, confirmavit, & pervenire nos fecit ad hanc horam. Rogemusque ipsum, vt etiam custodiat nos in hac die sancta & in omni tempore vitæ nostræ, in omni pace, omnipotens Domine Deus noster.

Diaconus dicit: Orate.

Sacerdos autem dicit.

Domine, ô Domine pater bone & omnipotens, pater Domini Dei & Redemptoris nostri Iesu Christi, laudamus te super omne opus, pro omni opere, & in omni opere, quia protexisti nos & auxiliatus es nobis; custodisti
C nos, & commendatos tibi nos credidisti, attraxisti, & amplexus es, confirmasti, & pervenire fecisti vsque ad hanc horam. Petimus quoque & quæsimus à bonitate tua; ô amator humani generis.

Hic Diaconus dicit.

Oratio Sanctorũ pro nobis. Petite & rogate vt parcat nobis Dominus, & misereatur nostri, & suscipiat orationem quæ pro nobis fit à Sanctis suis, & faciat nos dignos vt quæ præstat accipiamus, & sumamus de participatione & Sacramento suo benedicto, vt dimittantur nobis peccata nostra.

Sacerdos subsequitur.

Da nobis, vt perducamos hunc diem sanctum & omne tempus vitæ nostræ in omni pace, cum timore tuo. Omnem invidiam, & omnem tentationem, & omne opus Satanæ, consilium hominum malorum, insultationes inimici absconditas & manifestas elonga & expelle
D à me & ab vniverso populo tuo, & ab hoc loco sancto tuo. Omnia bona (quicquid vtique præstat & iuuat) impetra eis per nos; quia tu es qui dedisti nobis potestatem vt calcaremus serpentem & scorpionem, & omnem vim inimicam Ne inducas nos Domine in tentationem, sed redime & libera nos ab omni malo, per gratiam & misericordiam & amorem erga humanum genus, Filij tui vnici, Domini Dei, & Redemptoris nostri Iesu Christi, cum quo, tibi, vna cum sancto Spiritu est gloria & potestas, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum: Amen.

Postea Sacerdos, dat thus, & dicit hanc Orationem.

Domine Deus noster omnipotens, Pater Domini, Dei, & Redemptoris nostri Iesu Christi, creator sæculorum, qui nativitatem nostram fecisti; tu Domine instituisti Moysen servum tuum in lege tua, & docuisti eum constitutionem mundam, quæ convenit omni fœminæ quæ pepererit; vt scilicet modicum temporis separaretur, & præcepisti ei, ne appropinquaret ad sancta tua, sed vt se

E contineret quoad liberaretur, ita quoque rogamus bonitatem tuam, & quæsumus pro ancilla tua. N. quæ servavit constitutionem tuam, & optat ingredi in Sanctum Tabernaculum tuum, vt adoret ante altare tuum sanctum; & desiderat sumere Sacramentum tuum sanctum & vivificans: rogamus (inquam) bonitatem tuam, & quæsomus, ô amator humani generis; benedic ancillæ tuæ. N. in hac hora, & libera eam ab omni immunditia maligna quæ propellit à regia tua sancta, & fac vt suscipiat ex Sacramento tuo sancto. Infanti etiam huic parvulo (Domine) qui natus est ex ea, benedic, sanctifica, & confirma eum, da ei virtutem, & protege eum, & attingere fac ad metam ætatis suæ. Fiat timens, & coalescat in voluntatem tuam sanctam. Custodi & confirma eum in fide recta, in spe, pace, & charitate tua; per vnicum filium tuum Iesum Christum Dominum nostrum, cum quo, tibi convenit vnà cum sancto Spiritu, gloria & gratiarum actio, in sæcula sæculorum, Amen.

F *Sacerdos vngit eorum frontem, fœminæ scilicet & infantis, vnctione sancta, & dicit sequentem Orationem impositionis manuum.*

Vnctio puerperæ & infantis. Domine, ô Domine Pater bone, Deus noster, imposuimus manus nostras super capita famulorum tuorum, in coronam honoris & gloriæ: Amen. Coronam fidei, & decoris: Amen. Coronam iustitiæ, quæ non expugnatur ab inimico: Amen. Fac servos tuos plenos gratiæ Spiritus sancti; per misericordiam & propitiationem amatoris humani generis, filij tui Iesu Christi, nam tibi, & ipsi, cum S. spiritu, est gloria & potestas, in sæcula sæculorum, Amen.

G *Postea mater sumit Sacramentum sanctum Eucharistiæ.*

Benedictionis puerperæ finit.

ORDO BAPTISMI SECVNDVM vsum Æthiopum.

In nomine Patris. & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.

Orationes quæ dicuntur in sancto Baptismo. Sacerdos primum dicit Psalmum quinquagesimum, scilicet;

MIserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, *vsque in finem; thus dat, & interrogat nomina eorum qui baptizandi sunt, & orat super eos.*

H *Diaconus dicit*: Orate.

Sacerdos autem dicit; Domine noster Iesu Christe, qui inclinasti & descendisti in terram: cuius verbum scindit petras, & acutum est plusquam gladius, cuius præsentia commotæ sunt aquæ, & retro fugerunt: sana hos famulos tuos qui ingressi sunt ad doctrinam tuam. Ostende eis viam quæ eis convenit, vt per eam incedant per gratiam sancti Spiritus immaculati, & dona eis remissionem peccatorum eorum Da eis gratiam, vt inveniant medelam peccatorum suorum quæ coinquinant, & fiant digni sancto Baptismo tuo quod est regeneratio incorruptibilis, & inveniant Spiritum sanctum, vt videant magnitudinem eius & claritatem, & virtutum intelligentiæ tuæ, & glorificent te, Domine noster; tibi enim convenit gloria, Patrique tuo bono, & Spiritui S. vivificanti, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Diaconus dicit: Orate.

Sacerdos autem dicit.

Domine Pater bone, Deus noster omnipotens, pater

A Domini, Dei, & Redemptoris nostri Iesu Christi, oramus & rogamus bonitatem tuam, ô amator humani generis: pro famulis tuis qui docentur: erudi eos, & omnes reliquias Idololatriæ elonga & expelle à cordibus eorum. Legem tuam, timorem, & mandata tua, iustitiam, & constitutiones tuas sanctas impone cordibus eorum; & fac eos aptos ad conservandam virtutem verbi tui quod docentur, vt in tempore statuto inveniant ablutionem regenerationis in remissionem peccatorum suorum; & fiant habitatio sancti Spiritus per gratiam vnici filij tui, vt tibi, & ipsi, & Sancto Spiritui sit gloria & gratiarum actio, in sæcula sæculorum: Amen.

Accipit postmodum Sacerdos, vas olei, in manibus suis, & orat super ipsum in hunc modum, dicens.

Benedictio olei Catechumenorum.

B Domine, ô Domine pater bone, Deus noster omnipotens, Pater Domini, Dei, & Redemptoris nostri Iesu Christi vnici filij tui, Verbi incarnati, propter nos tempore Pontij Pilati, (hoc enim vere credimus) oramus & rogamus bonitatem tuam, ô amator humani generis; mitte virtutem tuam sanctam super hoc oleum, & fiat oleum in mundationem & propugnaculum contra omnia quæ adversantur: Amen. Omnem infidelitatem, & omne veneficium, & omnem adorationem idolorum & omne opus mali rerrovertatur per virtutem vnici filij tui Iesu Christi Domini & Redemptoris nostri, cui tecum, vna cum sancto Spiritu convenit gloria & honor in sæcula sæculorum. Amen.

Diaconus dicit: Orate.

Sacerdos autem dicit:

Benedictio olei.

C Domine, ô Domine pater bone, Deus noster omnipotens: Pater, Domini, Dei, & Redemptoris nostri Iesu Christi, oramus & rogamus bonitatem tuam, ô amator humani generis; qui solus es Deus iustitiæ cum vnico filio tuo Iesu Christo Domino nostro, & cum Spiritu sancto, vt aspectu aspicias super hoc oleum, & facias vt repellat omnes dæmonas, omnia veneficia & incantationes, & omnem idololatriam. Muta ipsum, & fac vnctionem mundam, quæ faciat animam credere in Iesum Christum, cui tecum, & cum Spiritu S. est gloria, in sæcula sæculorum, Amen.

Vnctio baptizandorum. in nomine ecclesia.

Postea vngit Sacerdos frontem eorum qui baptizandi sunt, scapulas eorum, vlnas, & granum pectoris, interiorem & exteriorem partem manuum, & summitates digitorum, dum dicit: Vngo te. N. in nomine vnicæ Ecclesiæ, quæ est Concilium seu congregatio Apostolorum Domino.

Qui baptizatur dicit: Amen.

Sacerdos verò dicit.

D Oleum hoc deleat omne opus inimici qui adversatur.

Qui baptizatur dicit: Amen.

Sacerdos autem dicit: Orationem gratiarum actionis, *qua est vt supra, cuius initium est.*

Gratias agamus benefactori, &c. *Deinde flectit brachia eorum qui baptizandi sunt; oratque super eos, & dicit.* Benedictus sit Dominus Deus noster omnipotens: Amen. Benedictum sit nomen gloriæ eius: Amen.

Benedictus sit vnicus filius eius Iesus Christus. Amen. Per quem vocatæ sunt omnes gentes à tenebris ad lumen verum & admirandum, & ab errore qui est idololatria, ad scientiam rectam. Amen.

Diaconus dicit: Orate.

Sacerdos autem dicit:

Famulorum tuorum nomina, quot vocasti ad nomen tuum sanctum & benedictum, scribe in libro vitæ, & connumera eos inter greges tuos, & inter populum tuũ qui timet nomen tuum, ô Domine. Dona eis, vt perveniant ad meram ætatis suæ, in fide & remissionem pr eatorum. Fac eos habitationem sancti Spiritus, ; vnicum filium tuum Iesum Christum; vt tibi, & ip & sancto Spiritui sit gloria & honor, in sæcula sæc lorum: Amen.

Oratio pro iis qui dederunt nomina sua ad baptismu

Et dicit Sacerdos.

Rogamus etiam & quæsimus, ô Domine Pater bo & omnipotens; Pater Domini, Dei, & Redempro nostri Iesu Christi, famulorum tuorum qui dederu nomina sua, miserere, qui ingressi sunt per fidem tuan in gratiam tuam, vt sint digni qui inveniant donum quod venerunt, regenerationem scilicet in remissione peccatorum, qui accesserunt ad te, vt mundentur à pe catis in æternum, & ab eorum turpitudine liberentu quia iudicium omnium, in manu tua est; Domine De noster omnipotens.

Diaconus dicit: Orate pro his qui dederunt nomi sua; vt faciat Deus eos dignos baptismate suo sancto, remissione peccatorum.

Tunc Sacerdos flectit genua eorum qui baptizandi sun & dicit hanc orationem super eos: Domine, ô Domi Pater bone, Deus noster omnipotens, Pater Domin Dei, & Redemptoris nostri Iesu Christi, rogamus bon tatem tuam, & quæsumus, ô amator humani generis; f mulorum tuorum qui dederunt nomina sua, miserere, fac eos dignos ea gratia ad quam accesserunt, vt inv niant Spiritum S. & repleantur Spiritu tuo, & fiant in f militudinem filij tui Iesu Christi Domini nostri, & vnu efficiantur cum eo: Dona eis cor mundum, & mente rectam, ob hoc supplicamus tibi genibus nostris, & ro gamus te. Da manum tuam Domine, & subleva nos terra, & attolle mentem & intellectum nostrum. Da no bis mentem intellectiuam, & doctrinam. Fac nos, servo tuos, & custodi nos gratia Spiritus S. Dirige spe bon tatis tuæ æternæ hos famulos tuos, per filium tuum vni genitum Iesum Christum, cum quo tibi & sancto Spiri tui est gloria & honor, in sæcula sæculorum, Amen.

Postea flectit Sacerdos pedes eorum qui baptizandi sunt, & dicit:

Rogamus te, Domine, multiplicibus precibus & ge mitibus rogamus bonitatem tuam Domine omnipoten Pater Domini, Dei, & Redemptoris nostri Iesu Christ pro famulis tuis qui dederunt nomina sua. Te (Domine rogamus vt aperias aurea cordis eorum & illumines eu lumine intelligentiæ, & des eis desiderium cognoscend virtutem verbi tui quod docentur, quia potestas quæ i te est, potestas est ad misericordiam, Domine Deus no ster omnipotens.

Diaconus dicit: Orate.

Sacerdos vero dicit.

Domine Iesu Christe, Deus & Redemptor noster, qu omnia fecisti: rogamus bonitatem tuam, & quæsumus amator humani generis, vt latenter & invisibiliter pe Spiritum sanctum aboleas omnes dæmonas malos qu adversantur nobis: coërceas & castiges eos, quia ipse vo casti populum tuum & hos famulos tuos qui venerun à tenebris ad lucem; à morte ad vitam; & ab errore a intelligentiam iustitiæ. Post cognitionem vero tui Deu noster iustissime, scrutare etiam interiora cordis eoru ô Domine (quemadmodum dicis, scrutabuntur Ierusa lem lucerna sapientiæ) nec permitte spiritum malignu latere in eis. Dona eis munditiam & salutem, da eis vitar æternam, genera eos per ablutionem regenerationis i remissionem peccatorum, & fac eos habitationem S Spi ritus, per filium tuum vnigenitum Iesum Christum, Do minum Deum, & redemptorem nostrum, quia tibi, cur eo & Spiritu S. convenit gloria & potestas, in sæcula sæ culorum, Amen.

A

Deinde Sacerdos flectit pedes eorum qui baptizandi sunt, & dicit hanc orationem.

O amator humani generis, misericors, genitor luminis & vitæ, scaturigo omnis munditiæ, tu omnia quæ facta sunt, ab origine fecisti, & dedisti signum singulis operibus tuis: quia autem idem ipse mutare potes omnia, muta horum animas, & dona eis secundam generationem, cœlestem, vt non sint caro, sed vere filij Spiritus sancti, per vnicum filium tuum, quia cum eo & Spiritu sancto, tibi est gloria & potestas in sæcula sæculorum, Amen.

Iterum flectit Sacerdos pedes eorum, qui baptizandi sunt, & dicit hanc Orationem.

B Domine, ô Domine Pater bonus, Deus noster omnipotens, Pater Domini Dei, & Redemptoris nostri Iesu Christi, qui dat vitam animabus nostris, dirige (quæsumus) eos qui eam quærunt. O amator humani generis, aspice de cœlo & Sanctuario tuo, & de excelsa sede regni tui, super hos famulos tuos qui dederunt nomina sua Ecclesiæ tuæ, vt venerentur nomen tuum sanctum & ei inserviant. Rege cor eorum, vt fiant tibi vasa electa: aptos eos fac Domine ad omne opus bonum, & arce ab eis imminutionem & defectionem fidei pristinam, vt amplectantur verbum tuum sanctum, & accipiant virtutem fidei tuæ & mandata tua faciant. Spolia eos vetustate, per spem vitæ quæ æterna est. Dele in eis omnem vim inimici. Scrutare eorum corda, vt dicis per Ieremiam Prophetam; scrutabuntur Ierusalem, lucerna sapientiæ: nec permitte, vt Spiritus immundus & malus lateat in eis, nec sint membra carnis, & mens mala; sed dona eis munditiam per hanc aquam sanctam. Da eis verbum vitæ æternæ, & genera eos per ablutionem regenerationis in remissionem peccatorum. Fac eos habitationem S. Spiritus, per gratiam vnici filij tui Iesu Christi; nunc & C semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Manuũ impositio. *Postea imponit Sacerdos manum suam super capita eorum qui baptizandi sunt, & dicit hanc orationem.*

In nomine Filij vnici Iesu Christi; cape, munda, & præpara has animas, vt fiant liberæ ab omnibus dæmonis & ab omni errore & culpa. Fugiant ab eis omnes tenebræ, & quicquid imminuit fidem, & omnis cogitatio mala, In nomine vnici filij tui Iesu Christi, munda & libera eas ab omnibus fraudibus Satanæ, in sempiternum: Amen.

Sponsiones in Baptismo. *Postea detrahunt vestes eorum qui baptizandi sunt, & omnia ornamenta, & erigunt manus eorum dexteras, & aspicere faciunt versus Occidentem, * & abnegat Satanam, qui habet ætatem; ipsemet, si autem infans sit, qui respondent loquuntur pro eo, & dicunt hoc modo.*

D * Quod enim isthinc oriantur tenebræ, aspectus loci „ illius, in Mysterio significat Principem tenebrarum cui „ abrenunciatur.

Abrenuncio tibi Satana, & omnibus operibus tuis immundis, omnibus ministris, & incantationibus tuis malis, & omni virtuti tuæ, omnibus principibus tuis, omnibus fraudibus, & omnibus adulationibus & illecebris tuis malis & tenebrosis, & omni iurisdictioni & infidelitati tuæ.

* Vt recognitent se conversos ad eum qui se lucem esse testatur. Postea vertunt eorum facies versus orientem,* & erigunt manus eorum dexteras alte, & dicunt:

Credo In te Christe Deus meus, Credo Legi tuæ salutiferæ, & omnibus Angelis tui vivificantibus, & omnibus operibus tuis quæ dant vitam.

Postea Sacerdos dicit Symbolum Fidei, qui baptizandi sunt, vna cum eo dicunt:

Credimus in vnum Deum Dominum, Patrem omnipotentem, & vnicum Filium eius Iesum Christum Dominum nostrum, & in Spiritum sanctum vivificantem, & Resurrectionem carnis, & in vnicam, Sanctam, quæ super omnes est, Ecclesiam Apostolicam; & Credimus vnum Baptismum in remissionem peccatorum, in sæcula sæculorum, Amen. E

Sacerdos deinde interrogat eos: An non creditis? *Ipsi autem ter dicunt:* Credimus, Credimus, Credimus: *qui quidem ætatem habent, at pro infantibus qui nesciunt loqui, respondent qui vndet sunt. Deinde Sacerdos dicit hanc orationem:*

Domine, ô Domine pater bone, Deus noster omnipotens; Pater Domini Dei, & redemptoris nostri Iesu Christi, Domine cœli & terræ, factor omnium sæculorum qui donasti intelligentiam iis qui in terra sunt, per vnicum Filium tuum Iesum Christum Dominum & Redemptorem nostrum, qui præparasti eos ad Regnum Cœlorum per hanc vocationem: eosdem confirma virtute tua, & confirma eorum mentem, quia servi tui sunt. Habitet virtus tua in eis, ne revertantur ad pristinum quod abnegarunt, quin eorum fidem confirma, vt nihil possit separare eos à te. Confirma eos in voluntate fidei quæ est Apostolorum, fides recta & sancta. Fac eos dignos magnitudine gratiæ tuæ, pelle ab eis vetustatem, & innova vitam eorum, & infunde super eos virtutem Spiritus sancti, vt fiant digni & participes cum filio tuo vnico, & non sint filij carnis sed filij iustitiæ, & sint servi tui sapientes, & credentes, per Iesum Christum; cum quo, tibi, & sancto Spiritui est gloria in sæcula sæculorum, Amen. F

Postea Diaconus dicit: Humiliate capita vestra.

Vultio baptiz. dorum. *Deinde Sacerdos flectit pedes eorum qui baptizandi sunt, & orat super eos, dicens:*

Domine Redemptor noster, amator humani generis, factor cœli & terræ; quia tu solus es qui perficis hoc mysterium, quia te adorat omne genu quod in cœlo est & in terra, & omnis lingua te laudat (iuxta illud Pauli, Redemptor & Dominus noster Iesus Christus omnia operatus est in gloriam Dei Patris) hos servos tuos amplectere, qui festinarunt & venerunt vt adorarent te genu flexi,

Diaconus dicit: Orate. G

Sacerdos autem dicit.

Propterea precamur & rogamus te, ô amator humani generis; omnem invidiam, & omnem tentationem elonga ab eis: omnem infirmitatem, & omnem afflictionem ab eisdem transfer; scrutare interna eorum, & illumina eorum corda & mentes lumine intelligentiæ Omne opus Satanæ, & omnem immutationem & defectionem fidei, & omnem adorationem idolorum, ab eis arce. Confirma & dirige eorum corda, per assumptionem Spiritus tui sancti, & per voluntatem filij tui; quæ est sine defectu, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Postea Sacerdos accipit oleum, & vngit eorum qui baptizandi sunt, scapulas, granum pectoris, seu os stomachi, & manuum interiores & exteriores partes, genua, & omnes iuncturas corporis eorum, in signum Crucis, & dicit: H

Vngo te. N. oleo lætitiæ, quod perrumpit omnem vim inimici, quod plantatum est in medio ligni olivæ dulcis quæ est Ecclesia sancta Apostolorum Domini.

Diaconus & qui vnguntur dicunt: Amen.

Sacerdos autem, postquam vnxit eos oleo; dicit hanc Orationem.

Domine, ô Domine, Pater bone, Deus noster omnipotens; invocamus nomen tuum sanctum & benedictum, vt discutias & expellas omnem vim adversantem rogamus per omnes Sanctos tuos, scrutare famulorum tuorum corda, qui venerunt vt consummen & perficiant gratiam tuam sanctam, & si quas habent reliquias malas dæmonis, quæ lateant, extrahe & extermina ab animabus & corporibus eorum, quia servi tui sunt & credunt in nomine tuo sancto. Innova eorum vitam, & fac eos dignos qui absque macula & cum sinceritate suscipiant lu-

men

A men & ſignum CHRISTI tui, & gratiam Spiritus tui ſancti; quibus compar eſt tecum honor & lumen Amen. Indumentum ſalutis; Amen. Scutum fidei quod expugnari non poteſt ab inimico : Amen. Fiant oves gregis tui, & fidei gloriæ tuæ cœleſtis, & hæredes regni tui quod in æternum non veteraſcit, neque corrumpitur: Amen, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, cum quo tibi & ſancto Spiritui eſt honor & gloria, in ſæcula ſæculorum : Amen.

Diaconus dicit : Orate.

Sacerdos autem orat in hunc modum.

Ens Domine Pater bone, Deus noſter omnipotens : qui finxiſti hominem ad imaginem & ſimilitudinem tui, & dediſti ei poteſtatem vitæ, poteſtatem quæ manet in æternum : & cum cecidiſſet in peccatum, non deſeruiſti ſed correxiſti eum ſalute; incarnatione ſcilicet filij tui vnigeniti Ieſu Chriſti Domini noſtri, qui plenus eſt ſa- B lute. Hæc figmenta tua, libera ab operibus inimici, & ſuſcipe ea intra regnum tuum, & aperi oculos cordium eorum : Amen. Clarificentur lumine regni tui, & ſit eum eis divinitas tua per ſpacium vitæ eorum. Liberet eos ab omni malitia inimici, & à tentatione mala dæmonii meridiani : Amen, à ſagitta volante in die : Amen. Et ab opere ambulante in tenebris, & à viſione noctis : Amen. Arce ab eis omnes Spiritus immundos, Amen. Et Spiritum malignum, qui perturbat cor : Amen. Et Spiritum erroris, & omnem malignitatem: Amen. Spiritum amoris auri : Amen, & omnem ſervitutem idolorum, & ſpirituum mendacij : Amen. Et omnem turpitudinem quæ exercetur ex doctrina Satanæ: Amen. Fac eos oves gregis Chriſti tui : Amen. Et membra electa Eccleſiæ tuæ, quæ eſt ſuper omnes : Amen. Filios luminis, & vaſa ſancta : Amen. Et hæredes regni tui : Amen. Et pugnent in cuſtodiam mandatorum Chriſti, & ea cuſtodiant ſigno immobili; Amen. Et indumentum immaculatum, & inveniant C conſtantiam & perſeverationem quæ eſt electorum, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, cui, tecum, vna cum Sancto Spiritu convenit gloria & poteſtas : in ſæcula ſæculorum, Amen.

Poſtea dicit Sacerdos ad fontem baptiſmi, ſecreto.

Domine ſancte, & lux, confirma famulos tuos, & fac eos dignos magna hac gratia : Eccleſia ſcilicet, & Baptiſmo ſancto. Aufer ab eis vetuſtatem, & genera eos ſecunda generatione in vitam ſempiternam. Infunde ſuper eos virtutem Spiritus ſancti, & ſapientiam Chriſti tui, ut ſint filij carnis, ſed filij gloriæ tuæ, & hæredes regni tui, quod nunquam inveteraſcit; in voluntate vnigeniti, cui tecum, vna cum Spiritu S. convenit gloria, divinitas & honor, in ſæcula ſæculorum, Amen.

Deinde Sacerdos dicit Orationem, Gratiarum actionis, & thus dat :

Diaconus autem legit ex Epiſt. Pauli ad Tit.
D *Cap.* II.

Apparuit enim gratia Dei Salvatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem & ſæcularia deſideria, ſobrie & iuſte, & pie vivamus in hoc ſæculo, expectantes beatam ſpem & adventum gloriæ magni Dei & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui dedit ſe metipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum : hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio, nemo te contemnat. Admone illos Principibus & Poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe, neminem blaſphemare, non litigioſos eſſe, ſed modeſtos omnem oſtendentes manſuetudinem ad omnes homines. Eramus enim aliquando & nos inſipientes, increduli, errantes, ſervientes deſideriis & voluptatibus variis, in malitia & invidia agentes, odibiles, odientes invicem : cum autem benignitas & humanitas apparuit Salvatoris noſtri Dei, non E ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſalvos nos fecit per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus ſancti quem effudit in nos abunde per Ieſum Chriſtum Salvatorem noſtrum vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus, ſecundum ſpem vitæ æternæ.

Subdiaconus deinde legit ex Epiſtola Ioannis prima, Cap. V.

Quis eſt qui vincit mundum, niſi qui credit quoniam Ieſus eſt filius Dei? hic eſt qui venit per aquam & ſanguinem Ieſus Chriſtus, non in aqua ſolum, ſed in aqua & ſanguine. Et ſpiritus eſt qui teſtificatur quoniam Chriſtus eſt veritas, quoniam ſunt tres qui teſtimonium dant in cœlo; Pater, Verbum, Spiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt: & tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, Spiritus, aqua, & ſanguis, & hi tres vnum ſunt. Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt; quo- F niam hoc eſt teſtimonium Dei quod maius eſt, quoniam teſtificatus eſt de filio ſuo. Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. Qui non credit filio, mendacem facit eum, quia non credit in teſtimonium quod teſtificatus eſt Deus de filio ſuo. Et hoc eſt teſtimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus, & hæc vita in filio eius eſt. Qui habet filium Dei, habet vitam : qui non habet filium Dei, vitam non habet. Hæc ſcribo vobis, vt ſciatis quoniam vitam habetis æternam, qui creditis in nomine filij Dei.

Sacerdos autem, qui adiuvat Sacerdotem baptizantem; legit ex actis Apoſtolorum, Cap. VIII.

Angelus autem Domini loquutus eſt ad Philippum, dicens, ſurge, & vade contra meridiem ad viam, quæ deſcendit ab Ieruſalem in Gazam, hæc eſt deſerta. Et ſurgens, abiit & ecce vir Æthiops eunuchus, potens, Candacis G reginæ Æthiopum, qui erat ſuper omnes gazas eius, venerat adorare in Ieruſalem, & revertebatur ſedens ſuper currum ſuum, legenſque Iſaiam Prophetam : dixit autem Spiritus Philippo, accede, & adiunge te ad currum iſtum. Accurrens autem Philippus, audivit eum legentem Iſaiam Prophetam, & dixit, putaſne, intelligis quæ legis qui ait, & quomodo poſſum, ſi non aliquis oſtenderit mihi? rogavitque Philippum, vt aſcenderet & ſederet ſecum. Locus autem ſcripturæ, quam legebat, erat hic : Tanquam ovis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuum. In humilitate iudicium eius ſublatum eſt : generationem eius quis enarrabit? quoniam tolletur de terra vita eius. Reſpondens autem eunuchus Philippo, dixit, obſecro te, de quo Propheta dicit hoc? de ſe, an de alio aliquo? Aperiens autem Philippus os ſuum, & incipiens à ſcriptura iſta, evangelizavit illi Ieſum. Et dum irent per viam, venerunt ad quandam aquam, & ait eunuchus, ecce aqua. H quid prohibet me baptizari? dixit autem Philippus, ſi credis ex toto corde, licet, & reſpondens, ait credo filium Dei eſſe Ieſum Chriſtum. Et iuſſit ſtare currum, & deſcenderunt vterque in aquam Philippus & eunuchus, & baptizavit eum. Cum autem aſcendiſſent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum & amplius non vidit eum eunuchus, ibat autem per viam ſuam gaudens.

Tum Sacerdos qui baptizat, dicit:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus fortis & immortalis, miſerere noſtri Domine. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum. Accedite ad eum & illuminabit vos, & facies veſtræ non confundentur. Iſte pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum.

Deinde legit ex Evangelio Ioannis, Cap. III.

Erat autem homo ex Pharisæis Nicodemus nomine, Princeps Iudæorum: hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei, Rabbi, scimus, quia à Deo venisti magister, nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Respondit Iesus, & dixit ei. Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodemus, quomodo potest homo nasci cum sit senex, nunquid potest in ventrē matris suæ iterato introire, & renasci? respondit Iesus, Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex Spiritu Spiritus est. Non mireris quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat. Sic est omnis, qui natus est ex Spiritu. Respondit Nicodemus, & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus, & dixit ei, tu es magister in Israël & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus, testamur: & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cœlestia credetis? & nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis, qui est in cœlo. Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipso non pereat: sed habeat vitam æternam. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit Deus filium suum in mundum vt iudicet mundum, sed vt salvetur mundus per ipsum, qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credidit, in nomine vnigeniti filij Dei: hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem erant enim eorum mala opera, omnis enim qui male agit odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius, qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.

Postea dicit orationem pro infirmis, qua sequitur: populum prius exhortans ad orandum, hoc modo.

Rogemus omnipotentem Deum, Patrem Domini, Dei & Servatoris nostri Iesu Christi pro infirmis fratribus nostris, vt omnem languorem, & omnem afflictionem ab eis expellat, & expulso Spiritu infirmitatis. sanitatem eis ipse det, in quo est omnis medelæ potestas, Dominus Deus noster.

Diaconus dicit: Orate pro infirmis.

Sacerdos autem dicit.

Domine Deus noster omnipotens, rogamus te & quæsumus, infirmis fratribus sanitatem dona: Spiritum infirmitatis dele, omnem ægritudinem, & omnem passionem ab eis transfer. Cito inveniat nos misericordia tua ô Domine.

Diaconus dicit ad populum.

Medela animæ, medicator corporis, tu es visitator omnis carnis & eorum, qui à spiritibus immundis torquentur: libera omnem animam afflictam & oppressam da ei relaxationem, da quietem. Omnem infirmitatem, & omnem passionem à nobis extermina, & à domo hac quæ invocat sanctum & benedictum nomen tuum, & singularum animarum nostrarum infirmitate sanata, perfectam salutem largire, per vnigenitum filium tuum, cum quo tibi & sancto Spiritui est gloria & potestas nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Tum Sacerdos hortatur populum, vt oret pro peregrinantibus, & postea orat.

Rogamus etiam omnipotentem Deum Patrem Domini & Redemptoris nostri Iesu Christi pro fratribus nostris, qui peregre profecti sunt: & pro eis quos futurum est, vt peregrinentur, siva per mare, sive per flumina, sive per lacus, seu quacunque via peregrinationem faciant, vt omnes dirigat ad portum salutarem, qui omnia continet Dominus Deus noster.

Diaconus dicit: Orate pro iis, qui peregrinantur.

Sacerdos autem dicit:

Domine Deus noster qui omnia capis, rogamus te, & quæsumus, eorum qui profecti sunt peregre fratrum nostrorum, & eorum qui profecturi sunt. dirige gressum & cum eis sis, vt assequantur quod optant. Cito inveniat nos misericordia tua ô Domine.

Diaconus dicit: Dicamus omnes nos.

Duc eos ad portum salutarem: offer. & redde eos eorum consanguineis cum lætitia & gaudio, vt lætentur, & lætari faciant: per vnicum filium tuum, cum quo tibi & Spiritui S. est gloria & potestas nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Sacerdos postea hortatur omnes, vt orent pro pluvia; hoc modo.

Rogemus etiam omnipotentem Deum, Patrem Domini, & Redemptoris nostri Iesu Christi pro pluvia, vt eam mittat illuc, vbi opus est, qui omnia capit Dominus Deus noster.

Diaconus dicit: Orate.

Sacerdos autem dicit.

Domine Deus noster omnipotens, rogamus te, & quæsumus, mitte pluviam tuam ad loca vbi desideratur lætari fac faciem terræ imbue sulcos eius, duc semen ad messem, quod ex bonitate tua cito inveniat nos misericordia tua ô Domine.

Diaconus dicit: Dicamus omnes nos.

Pro paupere populo tuo ô Domine, & pro omnibus, qui sperant in te, fac nobiscum iuxta misericordiam tuam ciba cor nostrum divinitate doctrinæ, & intelligentia quæ à te est; per vnigenitum filium tuum, cum quo tibi & sancto Spiritui gloria est & potestas nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Pro fructibus terræ; Sacerdos.

Iterum rogemus omnipotentem Deum, patrem Domini & Redemptoris nostri Iesu Christi pro fructibus terræ, vt eos augeat, & vberes faciat, & divitias gratiæ largiatur Dominus Deus noster.

Diaconus dicit: Orate pro fructibus terræ.

Sacerdos.

Domine Deus noster omnipotens, rogamus te & quæsumus, fructus terræ auge, & vberes fac, lætari fac faciem terræ: imbue sulcos eius, deduc semen ad messem; quod ex bonitate tua est, cito inveniat nos misericordia tua ô Domine.

Diaconus dicit: Dicamus omnes nos.

Ob pauperem populum tuum ô Domine, & propter omnes, qui invocant sanctum nomen tuum, per vnicum filium tuum, cum quo tibi & sancto Spiritui est gloria, & potestas nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Pro aquis fluvialibus: Sacerdos.

Rogemus etiam omnipotentem Deum Patrem Domini & Redemptoris nostri Iesu Christi pro aquis flu-

A vialibus, vt crescant ad mensuram suam, & diuitias gratiæ largiatur Dominus Deus noster.

Diaconus dicit: Orate pro aquis fluentibus

Sacerdos autem dicit:

Domine Deus noster omnipotens, rogamus te, & quæsumus, fluenta aquarum auge vsque ad mensuram eorum: lætam faciem terræ, imbue sulcos eius, multiplica segetes, & benedic circulo anni benignitate quæ à te est. Cito inueniat nos misericordia tua ô Domine.

Diaconus dicit Dicamus omnes nos.

Ob pauperem populum tuum ô Domine, & propter omnes, qui inuocant sanctum nomen tuum, per vnicum filium tuum, cum quo tibi, & Spiritui sancto est gloria & potestas nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Pro Pace, Sacerdos.

B Rogemus etiam omnipotentem Deum Patrem Domini & Redemptoris nostri Iesu Christi, pro pace sanctæ & vnicæ Ecclesiæ Apostolicæ, quæ est super omnes Ecclesias.

Diaconus.

Orate pro hac Ecclesia sancta vnica, quæ est congregatio per Apostolos recta in Domino.

Sacerdos.

Rogamus & petimus a bonitate tua ô amator humani generis, recordare Domine pacis Ecclesiæ sanctæ, vnicæ congregationis Apostolicæ, quæ fuit ab origine, & erit vsque in finem sæculi. Benedic Domine per eam omni populo & omni alimento. Pacem quæ de cœlis est, mitte super vniuscuiusque nostri animam, & pacem vitæ nostræ da nobis. Eandem Domine largire Regi nostro.N. Principibus, ac Iudicibus & subditis eius, & congregationi vicinorum nostrorum, tam eorum, qui extra

C Ecclesiam sunt, quam eorum, qui in ea continentur; & orna eos omni genere pacis. Rex pacis, pacem da nobis, quia omnia nobis dedisti, & fac nos peculiares tibi, quia autem præter te alius est nemo quem cognoscamus, nomen tuum sanctum appellamus & inuocamus, vt viuat anima nostra per Spiritum sanctum, nec inualescat mors peccati super nos famulos tuos, & super omnem populum tuum.

Pro Pontificibus.

Sacerdos.

Et iterum rogemus omnipotentem Deum patrem Domini, Dei, & Redemptoris nostri Iesu Christi.

Diaconus dicit.

D Orate pro Principe nostro Principe Archiepiscoporum & Episcoporum Domino nostro. N. & pro capite Episcoporum magnæ prouinciæ. N. & capite ciuitatis nostræ venerando antistite patre. N. & pro omnibus Episcopis sacerdotibus; & diaconis rectis in fide.

Sacerdos.

Rogamus & quærimus à bonitate tua ô amator humani generis, recordare Domini Patris nostri venerandi Principis Archiepiscoporum & Episcoporum patris, N. & Domini Archiepiscopi nostri, patris.N. custodiendo custodi pro nobis multis annis & longo tempore in iustitia & pace, omnes & Episcopos & sacerdotes, & diaconos rectæ fidei, & omnem imaginem sanctæ vnicæ Ecclesiæ Christi, quæ est congregatio Apostolica, vt fungantur sanctificatione, quam credidisti eis in dignitate sacerdotij, iuxta voluntatem tuam sanctam ac beatam, & vt absoluant in iustitia & æquitate, & pascant populum tuum in veritate. Orationem quam faciunt pro nobis, & pro omni populo tuo, ipse suscipe in sacrificium tui

E excelsum cum odore bono suauitatis. Omnes hostes & inimicos eorum arce & confringe sub eorum pedibus quam primum, ipsos autem custodi nobis in iustitia & pace in Ecclesia tua sancta, Amen.

Pro Rege, Oratio. Sacerdos.

Rogemus etiam omnipotentem Deum, patrem Domini & Redemptoris nostri Iesu Christi pro amatore Dei rege nostro. N. vt regnum eius absque afflictione in pace & in iustitia custodiat qui omnia capit Dominus Deus noster.

Diaconus dicit: Orate pro Rege.

Sacerdos.

Deus noster, qui omnia contines, rogamus te, & quæsumus, Regi huius prouinciæ amatori tuo Regi nostro vtilitatem suam da: arce vndequaque inimica

F ei gentem: loquere iustitiam in corde eius pro sancta Ecclesia tua. Cito inueniat nos misericordia tua ô Domine.

Diaconus dicit: Dicamus omnes nos.

Da ei, absque errore conseruare intelligentiam fidei in honorem diuinitatis tuæ, per vnicum filium tuum, cum quo tibi & Spiritui S. est gloria & potestas nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Pro Congregatione sui cuiusque loci. Sacerdos. *Orat. pro Ecclesia congregatione.*

Iterum rogemus omnipotentem Deum Patrem Domini, Dei, & Redemptoris nostri Iesu Christi.

Diaconus dicit: Orate pro Ecclesia sancta, & congregatione nostra, quæ in ea est.

Sacerdos.

Quærimus, & petimus à bonitate tua ô amator humani generis, memento Domine congregationis nostræ,

G & benedic ei. Fac eos, vt sint tibi sine diuisione, & sine odio, & faciant voluntatem tuam sanctam ac beatam. Fac eos domum orationis, domum sinceritatis, & domum abundantiæ & gratiæ, gratificate Domine hoc nobis seruis tuis, & post nos venturis, in sæculum. Exurge Domine Deus noster, & dissipentur inimici tui, & fugiant à facie tua omnes qui oderunt sanctum & benedictum nomen tuum. Populi autem tui sint benedicti cum infinita benedictione Angelorum, qui faciunt omnem voluntatem tuam, per gratiam benignitatem & amorem erga homines filij tui vnigeniti Domini, Dei, & redemptoris nostri Iesu Christi, cum quo tibi & Spiritui sancto est potestas & gloria nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Pro paruis aut nouis Christianis, seu Catechumenis.

Sacerdos.

H Rogemus etiam omnipotentem Deum Patrem Domini, & Redemptoris nostri Iesu Christi, pro famulis nouitiis Christianis, vt impartiatur eis tempore idoneo ablutionem regenerationis, remissionem peccatorum, quia omnia capit Dominus Deus noster.

Diaconus dicit: Orate pro nouis Christianis.

Sacerdos.

Domine Deus noster omnipotens, rogamus te, & quæsumus, famulorum tuorum, qui nondum adulti sunt Christiani, miserere: omnes reliquias idololatriæ ab eis arce, legem tuam, mandata, & iustitiam, ac constitutiones tuas impone cordibus eorum, & in tempore idoneo ablutione regenerationis impartire, remissionem scilicet peccatorum eorum. & tabernaculum sancti Spiritus eos fac, per vnicum filium tuum, cum quo tibi & sancto Spiritui est gloria & potestas nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. *Pro Catechumenis oratio.*

A

Pro offerentibus munera.

Sacerdos

Iterum rogemus omnipotentem Deum Patrem Domini Dei Redemptoris nostri Iesu Christi pro iis qui obtulerunt munera sanctæ, vnicæ quæ est super ōnes Ecclesiæ: sacrificium scilicet primitiarum, decimarum, gratiarum actionis signum & monimentum Seu autem quis multum obtulerit, seu parum, seu secreto, seu palam, seu volens & non habens, omnium amplectatur voluntatem qui cœlestem spiritum donat, & in quo omnium bonorum operum est potestas Dominus Deus noster.

Diaconus dicit: Orate pro iis, qui obtulerunt munera.

Sacerdos.

B

Domine Deus omnipotens, rogamus te, & quæsumus pro iis, qui obtulerunt dona sanctæ vnicæ, quæ super omnes est, Ecclesiæ, seu multum obtulerint, seu parum, siue secreto, siue palam, siue volentes, & non habentes, omnium voluntatem accepians, da vnicuique eorum, pro præmio, benedictionem, per vnicum filium tuum, cum quo tibi & Sancto Spiritui est gloria & potestas nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Pro iis qui dormierunt, siue pro mortuis.

Sacerdos.

Pro defunctis oratio.

Rogemus quoque omnipotentem Deum, Patrem Domini, Dei, & Redemptoris nostri Iesu Christi pro iis, qui dormierunt.

Domine viventium, vita mortuorum, spes desperatorum, auxiliator laborantium, mundator peccatorum, qui mortem otiosam fecisti, & laqueos Satanæ abscindendo salutem generi humano contulisti: rogamus te, & quæsumus ô immortalis apud quem est thesaurus vitæ, pro iis qui dormierunt, & quieverunt in fide, patres primi principes Archiepiscoporum, Archiepiscopi, Episcopi, Sacerdotes, Diaconi, Antagonistæ, virgines, monachi, doctores coniugati, orbati coniuge, infantes, pupilli & pro anima famuli tui. N. & pro animabus omnium quos ipse vocasti de populo iuste & recte, quiescere fac eorum animas in loco amœno apud aquam quietis, in sinu Abrahæ simul cum Isaac & Iacob, tu, in quo potestas quietis Domine Deus noster.

C

Diaconus dicit; Orate.

Sacerdos.

Domine Deus noster omnipotens rogamus te, & quæsumus, animas famulorum tuorum, qui dormierunt, & in fide quieverunt, suscipe vna cum anima famuli tui. N. & omnium animas, qui hic mortui, aut moribundi sunt nutri in loco amœno apud aquam quietis in sinu Abrahæ, vna cum Isaac & Iacob dona eis transitum animarum suarum sine peccato. Spiritum consolatorem & sedatorem consanguineis eorum mitte. Solare eos, & lætos esse fac in Christo, per vnicum filium tuum, cum quo tibi & S. Spiritui est gloria & potestas nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

D

Manuū impositio

Sacerdos postea imponit manus super eos qui baptizandi sunt, & dicit.

Famulos tuos, qui inserviunt, & adhærent nomini tuo sancto, & inclinant capita sua ante te protege ô Domine, & cum eis sis. Adiuua eos in omne opus bonum. Excita corda eorum ab omni opere malo, quod in terra fit. Fac eos vivos, vt scilicet cogitent omnia, quæ sunt ad vitam, & recordentur omnium operum tuorum ô Domine, per vnicum filium tuum, vt tibi, & ipsi Sancto Spiritui sit gloria in sæcula sæculorum, Amen.

E

Fontis benedictio.

Postea dicit sequentem Orationem supra fontem.

Deus Prophetarum, Domine Apostolorum, qui nunciasti adventum CHRISTI tui per os Prophetarum sanctorum antequam mitteres Ioannem Prophetam, qui præcederet ante te, rogamus te, & quæsumus ô amator humani generis pro famulis tuis, qui venerunt ad te, vt virtus tua adsit huic fonti. Confirma famulos & famulas tuas. Fac eos dignos vt possint invenire Baptismum tuum, secundam scilicet generationem in remissionem peccatorum, & spem tuam, quæ non fallit. Per vnicum filium tuum, vt tibi & ipsi, & sancto Spiritui sit gloria, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Sacerdos postea secreto dicit pro se, antequam baptizet.

F

Misericors, miserator & clemens, qui scrutaris cor & iecur, & cognoscis abscondita hominis, (nihil enim est quod à te abscondatur, sed palam tibi sunt omnia:) tu cognoscis abscondita mea, ne me deseras, neque avertas faciem tuam à me, sed aufer à me hac hora omnem meam culpam, & absolve horum hominum peccata, qui convertisti eos ad pœnitentiam, ablue maculas animæ meæ & corporis, & munda iecur meum perfecte virtute tua invisibili, & dextera tua vivificante confirma me, vt annunciem aliis qui quærunt liberationem à me, id est, fidem, vt eis eam tradam, quos quidem præparavit magnitudo tua inenarrabilis, ô amator humani generis, præterea, ne sim ego vt servus peccator qui condemnatur. Absit Domine, non ita fiat, tu enim solus es bonus, & amator es humani generis, non recedam confusus, absolve me à peccato meo, & mitte super me auxilium tuum de cœlo; da mihi virtutem, vt digne fungar hac magna administratione, mysterio tuo, constitutione cœlesti. Et habitet Christus super eos qui baptizantur, per regenerationem & baptismum qui à me administratur, quia pauper sum ego qui à te peto misericordiam: ædifica eos in fundamento Apostolorum & Prophetarum, nec amplius destrue, sed fac eos plantas veras in Ecclesia tua quæ super omnes est sancta, quæ est Apostolorum, vt ad id se conferant, quod præstat, & glorificetur nomen tuum sanctum in eis, quod in cœlo & in terra, ante omne sæculum, plenum est gloria Patris, & Filij, & Spiritus sancti, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

G

Postea dicit orationem pro pace.
Et orationem pro Pontificibus.
Et orationem pro Congregatione.
Et Symbolum Apostolorum.

Olei non benedicti vsus in baptismo

Deinde accipit oleum non benedictum, atque id ter in baptismum infundit: vnaquaque vice in modum Crucis confundens, & dicens:

H

Benedictus Dominus Deus noster nunc & vsque in sæculum.

Benedictus Dominus Pater † Amen.

Benedictus filius vnigenitus Iesus Christus Dominus noster † Amen.

Benedictus Spiritus S. Paracletus † Amen.

Deinde orat super baptismum hoc modo.

Angeli præsides.

Deus cœli, Deus luminis, Deus Angelorum qui præsunt iudicibus: Deus Angelorum qui præsunt viribus Regum populorum, & Principum, Deus gloriæ, qui habitas super Cherubin & Seraphin, Pater Domini, Dei, & Redemptoris nostri Iesu Christi, qui solvisti animas eorum qui vincti erant peccato, & eos qui affixi erant tenebris per peccatum, illuminasti plagis passionis vnici filij tui Iesu Christi Domini nostri, qui abegit à nobis passionem, & liberavit nos ab omni onere peccatorum nostrorum: Qui elongasti à nobis omne semen inimicum, quem omnia timent, & reformidant: Creator

aquarum,

A aquarum,& faciat omnium,clamamus ad virtutem tuam sanctam,ad nomen tuum quod superat omne nomen, ad vnicum scilicet filium tuum Iesum Christum qui crucifixus est propter nos tempore Pontij Pilati; rogamus te Domine pro his famulis & famulabus tuis; converte, & immuta eos, Amen. Benedic eis,& confirma eos; Amen, vt per banc aquam & hoc oleum aboleatur omnis vis inimici, Amen. Omnes Spiritus malignos aufer, arce, & disiice, Amen. Omnem adorationem idolorum, & omnem turpitudinem ab eisdem tolle. Amen.

Et sufflat in aquam ter in modum Crucis, dicens.

Flatus in aquā baptismi

Sanctifica hanc aquam & hoc oleum, Amen. Et sint in ablutionem regenerationis, amen. Et in vitam æternam, amen. Et in indumentum immaculatum, amen. Et in generationem gratiæ, amen. Et in innovationem Spiritus Sancti, amen. In nomine vnici filij tui Iesu Christi quem baptizari fecisti in Iordane, & sanctificavit, & mundavit eum, & testatus est dicens, qui non fuerit natus ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum cœlorum: deinde præcepit discipulis suis dicens, Ite ergo,& docete omnes gentes,& baptizate eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Suscipe Domine famulos & famulas tuas, quia in te est potestas, & liberatio. O sancte,tona super hanc aquam,vt ex ea & Spiritu S. regenerentur hi famuli tui virtute divinitatis tuæ, qui venerunt ad te, fac eos aptos ad remissionem peccatorum eorum, & ad indumentum immaculatum, in honorem vnici filij tui, cum quo tibi & sancto Spiritui est gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Tunc dicit Diaconus: Orate.

Sacerdos autem dicit sanctificationem Iordanis, id est, Baptismi.

C Amor Dei, gratia Iesu Christi, & donum Spiritus S. sit vobiscum.

Populus autem respondet: Cum spiritu tuo.

Sacerdos autem dicit.

Sursum corda.

Sursum sint corda vestra.

Populus respondet.

Habemus ad Dominum Deum nostrum.

Sacerdos autem dicit.

Gratias agamus Domino Patri bono.

Populus respondet.

Rectum est, & convenit.

Sacerdos autem dicit.

D Vere dignum & iustum est.

Benedictus sit Deus excelsus, qui in æternum est fortis super omnia, in quo ea est potestas, vt regat & custodiat mundum. Qui omnia vivificat, in eo enim Spiritus est vitæ, qui alit omnem animam, qui confirmat omnem spiritum, qui vitium totius mundi est capax: qui vocavit omnia ex eo quod non est, & fecit omnia. Ipse Domine, qui excelsorum es excelsissimus, qui vides & cognoscis finem temporum,& sopitos à somno excitas: qui dedisti vocem omnibus quæ moventur, commove hanc aquam, & imple eam Spiritu tuo sancto, & fiat ablutio in secundam generationem, amen. Et in vitam æternam, amen, Vt regenerentur hi famuli & famulæ tuæ. Quemadmodum constituisti Domine intelligentiam & rationem in anima, & per eam regere fecisti hominem,& iudicem fecisti omnium ornamentorum mundi, quapropter tibi convenit gloria & magnitudo. Benedictus es Deus super omnes virtutes, benedictus es Deus super omnes principes: benedictus es Deus super omnem cogitationem & loquelam: benedictus es Deus super omnem intelligentiam & scientiam, benedictus es Deus supra omnes thronos & regna. Tu misisti: aquam & ignem, frigus & glaciem, tempestatem & turbines super terram,& scaturire fecisti aquam de rupe dura, tu es quem vidit mare,& fugit,& Iordanis post te reversus est, & montes exultaverunt sicut hirci, & colles sicut agni ovium: tu es de quo, & de benignitate cuius, testimonium dedit Ioannes qui missus est ante te clamans voce præconis in desertum, & dicens. Mundate viam Domini, æquate semitam eius, vox Domini super aquas, Deus gloriæ intonuit. Tona Domine super hanc aquam & oleum, vtrumque præpara,& da eis virtutem, vt fiant baptismus tuus, qui est nova generatio, & vita æterna, & regenerentur hi famuli tui.

Diaconus dicit: Qui sedent surgant.

Sacerdos autem dicit:

F Domine, ô Domine pater bone, Deus noster omnipotens, Pater Domini, Dei, & Redemptoris nostri Iesu Christi, factor omnium creaturarum quas ostendunt cœlum, terra, & mare, & omnium quæ in eis latent factor omnium creaturarum visibilium & invisibilium, qui congregasti aquas in alveos suos, qui creasti, formasti, & obsignasti & quæ super cœlos sunt, tu coercuisti mare, & flumina virtute tua, cōfregisti capita draconis in aqua, tu terribilis es, (quis enim tibi obstare potest?) aspice Domine super hanc, quam fecisti aquam,& da ei gratiam, salutem, & benedictionem Iordanis, vt ab ea fugiant omnia quæ malignantur adversus creaturas tuas, quoniam invocavi nomen tuum sanctum & admirandum quod plenum est gloria & terrore adversus ea, quæ nobis adversantur.

Diaconus dicit: In Orientem aspicite.

Benedictio

Sacerdos autem subsequitur hoc modo.

G Et dissipentur coram signo Crucis omnes vires eorum, qui nobis adversantur: & ab ea fugiant omnes dæmones qui sunt in aqua & terra, qui non videntur. Nec lateat in hac aqua, superbia tenebrosa, nec descendat cum eis qui baptizantur, malignus spiritus qui obtenebret eorum mentem, & perturbet eos. Imo, rogamus te omnes Domine, vt facias hanc aquam esse aquam quietis: Amen. Aquam puram in mundationem, amen. Aquam salutis, amen. Et vt sit in ablutionem turpitudinis animæ & corporis, amen. Aquam in absolutionem & remissionem peccatorum, amen. Lumen animæ & corporis, amen. Ablutio in regenerationem, Amen. In vestem immaculabilem. Amen. In innovationem Spiritus S. & in fontem vitæ, Amen.

Qui adsunt, dicunt: Amen.

Sacerdos.

H Quia autem ipse dicis, lavamini, purgate, & expellite malitiam à cordibus vestris: Qui dedisti nobis generationem de cœlo, per aquam & Spiritum Sanctum appare Domine super hanc aquam, & fac eos mundos qui in ea baptizantur, vt expellant veterem hominem & turpitudinem fallacis voluptatis, & induantur novo homine,& renoventur iterum per similitudinem creatoris sui; amen. Fiant participes mortis Christi tui, per baptismum eiusdem vnici filij tui Iesu Christi, amen. Atque cum eo participes sint resurrectionis eius, & custodiant donum Spiritus sancti, Amen. Abundet super eos doctrina gratiæ tuæ, amen. Et inveniat pignus vocationis de cœlo, quod tuum est, ô Domine: Amen. Connumerentur in congregatione primogeniti, in congregatione scilicet eorum quorum nomina, scripta sunt in cœlis, amen. Per Iesum Christum Dominum nostrum, cum quo tibi est gloria cum S. Spiritu, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Deinde dicit: Sanctus, Sanctus, Sanctus es Deus exercituum: perfecte plenum est cœlum & terra sanctitate gloriæ tuæ.

Et dicit populus: Sanctus, sanctus, sanctus es Deus exer

A citum : perfecte plenum est cœlum & terra sanctitate gloriæ tuæ.

Sacerdos autem dicit : Ad te suspicimus,& intendimus oculos cordis nostri in cœlũ , rogamus te Domine Deus noster , custodi nos omnes : Deus noster , Deus patrum nostrorum qui creasti cœlum & terram , & omnia ornamenta eorum : creator aquarum, quæ supra cœlos sunt, qui fundasti terram super aquas,qui congregasti aquas in alveos suos,qui cinxisti,& coërcuisti mare , & eius profunditatem obsignasti magno nomine signi , quod plenum est gloria , & quod omnia timent & expauescunt , aspectu Domine fortitudinis & virtutis tuæ. Tu fundasti mare virtute tua,tu confregisti capita draconis in aquas, tu scidisti scaturigines & fontes , & dedisti viam aquis : Viderunt te aquæ Domine , & pauerunt profunditates præ multitudine aquarum. Tu es, quem mare rubrum vidit , & timore tui constitit. Tu traiecisti Israël , & per Moysen baptizasti eum ; tu præcepisti rupi duræ, & effudit aquam populo tuo,tu mutasti aquam amaram , & B fecisti eam dulcem. Tu Domine tempore Iesu filij Naue, abstulisti,& reverti fecisti flumina, quæ fluebant terribiliter. Tu (quis enim sustineat aspectum tuum ?) sacrificium quoque Eliæ in aqua suscepisti per flammam & ignem de cœlo; Tu es Domine,qui ostendisti per Elisæum aquam generationis vitæ,& Naaman Syrum mundari fecisti per aquam Iordanis. Tu omnia potes , & nihil est, quod tibi sit impossibile.

Diaconus dicit :Orate.

Sacerdos autem dicit.

Domine , ô Domine Pater bone, Deus noster rex ordinum cœlestium & terrestrium , aspice, qui sedes super Cherubin , intende oculos qui habitas in cœlo. Aspice, & visita creaturam tuam : da huic aquæ donum Iordanis magnum, potens,& cœleste, & descendat Spiritus S. su- C per eam , Amen. Dona ei benedictionem Iordanis , da ei virtutem,vt sit aqua vitæ, Amen. Aqua sanctitatis, Amen. Aqua mundationis peccatorum, Amen. Aqua lotionis ad regenerationem, Amen Dona ei, vt siquis est latens extra eam malignus spiritus,non revertatur amplius ad eos, qui baptizantur , Amen. Nec spiritus diei, Amen. Nec spiritus meridiei , Amen. Nec spiritus vesperi , Amen. Nec spiritus noctis , Amen. Nec spiritus aëria , Amen. Nec spiritus superbiæ, quæ sub terra est , Amen. At arce omnes spiritus malignos virtute , & benignitate tua , & franganrur coram signo Crucis Filij tui, Amen. In nomine sancto tuo. quod precamur, quod plenum est gloria, & terribile adversus ea quæ nobis adversantur,vt omnis qui baptizatur in ea,expellat à se hominem veterem, qui coinquinatus est voluptate erroris; & induatur novo homine qui innovatur in similitudinem creatoris sui. Illumina eos lumine iustitiæ, qui est Spiritus sanctus, Amen. Et inveniant vitam æternam , Amen. Firma eorum spẽ, D Amen. Et stent ante thronum Christi tui , Amen. Inveniant remissionem peccatorum suorum , Amen. Et accipiant coronam cœlestem, Amen. Sint, aqua hæc, & hoc oleum benedicta,& plena gloria,& sint sancta, in nomine Patris,& Filij, & Spiritus S. in gratiarum actionem populi tui , & omnium qui obtulerunt tibi filios suos famulos tuos: in gloriam & honorem Filij tui sancti. Suscipe eos in sacrificium tuum sanctum & cœleste, tanquam odorem suauem magnitudini tuæ cœlesti, precibus Angelorum & Archangelorum tuorum Sanctorum. Domine libera populum tuum,& benedic hæreditati tuæ, custodi,& exalta eum vsque in sæculum , Amen. Conserva eum in rectitudine fidei , omni tempore vitæ suæ , & sit in charitate, quæ superat omnem pacem , precibus omnium sanctorum , & intercessione plenæ gratia Virginis genitricis Dei Mariæ, quæ in omnibus est sancta,& sancti Ioannis martyris & Baptistæ, præcursoris, & ducis vitæ, & omnium Sanctorum quos à primordio elegisti , per gratiam vnici filij tui, cum quo tibi vna cum sancto Spiritu est gloria in sæcula sæculorum , Amen.

E *Deinde Sacerdos dicit Orationem Evangelij , scilicet.*

Pater noster , qui es in cœlis , sanctificetur nomen tuum : adveniat regnum tuum : fiat voluntas tua sicut in cœlo , ita & in terra. Da nobis hodie cibum nostrum quotidianum : dimitte nobis offensiones nostras,& errores nostros,& vt nos quoq; dimittimus offensiones, quæ in nos sunt : & ne inducas nos Domine in tentationem, sed redime , & libera nos ab omni malo. Quoniam hoc est regnum tuum, honor & gloria nunc , & semper , & in sæcula sæculorum , Amen.

Postea dicit orationem impositionis manuum super eos qui baptizandi sunt.

Accipit postmodum Crucem, & ter ea aquam sulcat in modum crucis , ter clamans. *Signum Crucis in aqua.*

F Sanctus, Sanctus, Sanctus, Pater , & Filius , & Spiritus Sanctus, nunc & semper , & in sæcula sæculorum , Amen.

Descendit postea in fontem , & infundit balsamum in figuram signi Crucis , dicens :

Benedictus est Deus Pater ; Amen. †
Benedictus est Filius vnicus Iesus Christus : Amen. †
Benedictus est Spiritus S. paracletus : Amen. †

Tum dicit magna voce ; Alleluia , dum miscens aquam cum balsamo , manu sua dextera dicit Psalm. 131. Quoniam elegit Dominus Sion in habitationem. *Æthiopes faciunt signũ crucis ambabus manib. inuersis & non vna tãtum.*

Et Psalm 28. Vox Domini super aquas , Deus gloriæ intonuit. *Et Psalm:* 33. Accedite ad eum , & illuminabimini vos. *Et Psalm.* 65. Transmisit nos inter ignem & aquam. *Et Psalm.* 50. Asperges me Domine Hyssopo, & mundabor : *vsque ad versiculum :* Ne proiicias me à facie tua. G *Deinde dicit* : Gloria Patri, & Filio, & Spiritui S. nunc & semper,& in sæcula sæculorum, Amen.

Postmodum dicit : Honor hic omnibus Sanctis, benedictus sit Deus qui illuminat in omne sæculum : Amen.

Tum Diaconus ducit eos qui baptizandi sunt versus Occidentem , & ingredi facit versus Orientem.

Sacerdos autem eos suscepit , & tergit, dicens :

EGO BAPTIZO TE, IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI PARACLETI, AMEN.

Hoc perfecto , dicit sequentem Orationem ; pro absolutione seu immutatione aquæ in primam eius naturam.

H Domine, ô Domine pater bone , Deus noster omnipotens,qui creasti omnia ex eo quod non est, & ex nihilo sapientiâ tuâ quæ vera est, tu es qui congregasti aquas à primordio in vnum cumulum , & definiuisti omnia ab origine mundi magnitudine virtutis tuæ , & intelligentia tua imperceptibili : tu es Domine , qui fecisti hanc aquam in emundationem per gratiam Christi tui super eam,& fecisti eam his qui baptizati sunt famulis tuis in ablutionem regenerationis, innovationem à vetere errore, vt ab eo resipiscant, & illuminentur lumine tuo , rogamus te,& quæsumus ô bone, & amator humani generis , vt immutes eam in primum ordinem & in primam naturam supra terram, nobis autem sit auxilium,& liberatio vt semper glorificemus Patrem, & Filium,& spiritum S & tribuamus tibi honorem nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

A

ORDO MYSTERIORVM. SIVE administrationis Sacramenti Confirmationis.

Orationes quas dicit Sacerdos, cum imponit manus super eos qui confirmandi sunt.

Sacerdos primum agit Deo gratias.

GRatias agimus tibi Domine qood feceris famulos tuos digios secunda generatione, & indumento immaculabili, Amen.

Mitte etiam super eos diuitias misericordiæ tuæ, & Spiritum sanctum tuum, quem misisti super Apostolos tuos sanctos. Dic eis, Accipite Spiritum sanctum paraclerum: & eodem modo da eum famulis & famulabus tuis.

B

Diaconus dicit: Humilitate capita vestra coram Domino.

Postea dicit: Orate.

Sacerdos autem dicit sequentem orationem super eos qui baptizati sunt: prius quam eos vngat balsamo.

Domine pater bone, Deus noster, pater Domini, & Redemptoris nostri Iesu Christi, qui solus es in perpetuum, qui generasti hos famulos & famulas tuas ablutione secundæ generationis ad salutem, & largitus es eis remissionem peccatorum, Amen. Et indumentum immaculabile, Amen. Nunc quoque ô Domine mitte super eos Spiritum S. paraclerum, Amen. Et fac eos participes vitæ æternæ, vt in spe vnici Filij tui Iesu Christi, Domini, Dei, & Redemptoris nostri regenerentur ex aqua & Spiritu S. & ingrediantur regnum cœlorum in nomine eiusdem vnici filij tui: per gratiam scilicet Iesu Christi, Domini & Redemptoris nostri, cum quo tibi & Spiritui S. est gloria & potestas nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

C

Postea Sacerdos accipit balsamum, & orat super ipsum, dicens.

Benedictio balsami.

Deus, io quo potestas est: qui solus factor es omnium mirabilium: (oibil enim tibi est impossibile:) confirma Domine virtute tua omnem gratiam Spiritus sancti super hoc balsamum. Fiat sanctum, Amen. Fiat signum vitæ, amen. & coofitmatio, famulis tuis, amen. Per vnicum filium tuum, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, amen.

Vestis confirmandorum.

Postea vngit frontem, dorsum, & oculos eorum in figuram Crucis, & dicit:

In vnctionem gratiæ Spiritus sancti, Amen.

Vngit nares & labia, & dicit:

D

Pignus regoi cœlorum, Amen.

Vngit aures, & dicit:

Vnctio sancta Dei nostri Christi, & signum quod non aperitur, Amen.

Vngit dorsum, & granum pectoris, seu stomachi, & dicit:

Perfectio gratiæ Spiritus sancti, fidei, & iustitiæ, Amen.

Vngit tibias & vlnas, genua, & omnes iuncturas eorum, sola pedum, & spinam, & dicit:

Vngo te vnctiooe sancta; vngo te in nomioe Patris, & Filij, & Spiritus sancti paracleti, Amen.

Manuū impositio super

Postea imponit manum suam super os, & dicit:

Benedicti sitis benedictione Angelorum cœlestium. Beoedicat vobis Dominus noster Iesus Christus. † Accipite Spiritum sanctum per virtutem Dei Patris, per virtutem Filij Iesu Christi, & per virtutem Spiritus sancti. Sitis vasa electa & munda Domini nostri Iesu Christi, cui est gloria cum Patre & Spiritu sancto in sæcula sæculorum.

confi. manu

Tum induunt, qui baptizati sunt, vestem albam, & coronam super capita sua ex myrto, & palma, & rubeam vestem vndulatam & frigiatam, seu acu pictam.

Sacerdos autem orat in hunc modum.

Domine Deus omnipotens, pater Domini, Dei, & Redemptoris nostri Iesu Christi, qui coronasti Sanctos & Apostolos tuos mundos, Prophetasque & Martyres, qui placuerunt tibi, corooa incorruptibili: Tu Domioe, benedic his coronis, quas præparauimus, vt imponeremus capitibus famulorum & famularum tuarum, qui participes facti sunt baptismi tui sancti. Sint eis coronæ honoris, gloriæ, & sinceritatis: Amen. Coronæ benedictioois & salutis, amen. Coronæ magnitudinis & fortitudinis, Amen. Coronæ sapientiæ & simplicitatis, Amen. Coronæ decoris, Amen. Auxiliare eis Domine, vt perficient mandata tua & leges; & inueniant benedictionem regni cœlorum per voluntatem tuam. Pater, Fili, & Spiritus sancte; cui est gloria, in sæcula sæculorum, Amen.

Benedictio coronarū baptizatis.

F

Postea accipit coronas in manus suas; & orat in hunc modum.

Domine, ô Domioe pater bone & Sancte, qui coronasti sanctos tuos corona quæ non corrumpitur, & conciliasti cœlestes cum terrestribus: tu Domine qui præparari fecisti has coronas; benedic eis, qui dignos nos fecisti qui eas imponeremus capitibus famulorum tuorum: vt sint eis coronæ honoris & gloriæ: amen. Coronæ benedictionis & salutis: amen. Coronæ magnitudinis & fortitudinis: amen. Coronæ sapientiæ & simplicitatis: amen. Coronæ decoris & iustitiæ: amen. Coronæ misericordiæ: amen. Da famulis & famulabus tuis, qui eas induerunt; Angelum pacis, & signum charitatis: & libera eos ab omni cogitatione vana, & à desiderio turpitudinis vanæ, & libera eos ab omni onere & grauedine mala, & ab omni inquinamento inimici: amen. Et sit super eos tranquillitas: amen. Audi vocem precum eorum; & impone timorem tuum in mentibus eorum: Amen. Ale eos omni tempore vitæ eorum: Amen. Nec priuentur aspectu & progenie filiorum: Amen. Filij eorum, & ij quos idem generarint; regenerentur: Amen. Fac eos vtiles Ecclesiæ tuæ sanctæ Apostolicæ, & fortes in fide semper: Amen. Doce eos viam iustitiæ: Amen. Per voluntatem filij tui boni, & benedicti, & spiritus sancti viuificantis, in sæculs sæculorum: Amen.

G

Tum imponit manus suas super capita eorum: & dicit,

Domine, ô Domine pater bone, Deus noster; imposuimus manibus nostris super capita, famulorum tuorum, coronam hoooris & gloriæ: Amen. Coronam fidei, & decoris: amen. Coronam iustitiæ, quæ non expugnatur ab inimico: amen. Fac eos plenos gratiæ Spiritus sancti; per misericordiam & benignitatem amatoris humani generis Fili tui Iesu Christi, cum quo tibi & Spiritui sancto est gloria & potestas, in sæcula sæculorum: Amen.

H

*Postea sumunt Sacramentum sanctum & viuificans, spondente Sacerdote pro eis; Corpus scilicet sanctum, & sanguinem * venerandum Domini, Dei, & Redemptoris nostri Iesu Christi.*

** videlicet adulti sint...*

Diaconus deinde dat eis lac & mel, & dicit;

Lac & mel immaculatum, in regenerationem; Amen.

Sacerdos autem dicit.

Lac & mel immaculatum in regenerationem per Iesum Christum: amen.

A *Sanguine, & ori eorū immissi.*

Et iterum imponit manus suas super eos, & benedicit eis dicens.

Benedictus sit Dominus Deus noster omnipotens pater. Domini, Dei, & Redemptoris nostri Iesu Christi. Qui fecisti famulos tuos dignos regeneratione & remissione peccatorum & indumento incorruptibili:amen. Et pignore quod non reperitur; amen. Et, quod bonum est;regno cœlorum; amen. Et dono Spiritus sanct amen. Rogamus te Domine, & quæsumus, ô amator humani generis, vt facias famulos & famulas tuas semper dignos qui sumant corpus & sanguinem venerandum & sanctum Christi tui; & ipsum eis semper concedas, vt pugnent in perfectionem mandatorum & legum tuarum, & inueniant promissionem sanctitatis tuæ ad regnum cœlorum per misericordiam & gratiam amatoris humani generis vnici filij tui Iesu Christi; cum quo tibi, & Spiritu sancto est gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Christi corpus venerādum.

B

Iterum imponit manus suas super eos, & dicit.

Crescant famuli tui Domine ad sapientiam tuam, & memores sint timoris tui. Peruenire fac eos ad ætatem suam:amen. Et da eis cognitionem iustitiæ:amen. Et custodi eos in fide tua, absque macula, precibus Dominæ omnium nostrum, genitricis Dei sanctæ & puræ Mariæ, & sancti Ioannis præcursoris; & beati,sancti,& puri Michaelis Archangeli & omnium ordinum cœlestium, & S. Georgij Martyris;& beati,& sancti patris Salamæ manifestatoris luminis:patris Zzehema,& patris Imaata,patris Argaui,& Atmah regis;sancti patris Pantaleonis, & Caleb regis; sancti patris Aftzæ,& Degan æ sacerdotis; sancti patris Ioannis, & Antonij, Matra & Macarij, & Tecla haimanor, in sæcula sæculorum, Amen.

Dei genitrix Maria Domina nostrum omnium. Preces Sāctorū. S salamas.

Oratio super infantes.

C

Domine Deus noster, pater Domini, & Redemptoris nostri Iesu Christi; factor cœli & terræ, qui venire fecisti hominem in lucem; qui custodisti fœtus in vtero, qui dedisti eis vitam & eduxisti in lucem: auge per misericordiam tuam, hos qui oblati sunt tibi: auge in timore tuo, amen. Custodi carnem seu corpus eorum, ab afflictione & mutilatione, & à peccato libera, amen. Et serua ab omni errore, à fraudibus Satanæ, & ab omni arte inimici, amen. Qui præparasti ex ore infantium & lactentium, gloriam; ipse Domine benedic his infantibus qui oblati sunt tibi; auge, custodi, & sanctifica eos per gratiam vnici filij tui Iesu Christi Redemptoris nostri; cum quo tibi, & Spiritui S. est gloria & potestas, in sæcula sæculorum, amen.

Oratio pro Benedictione.

O Trinitas sancta, thesaurus benedictionum; benedic nobis: confirma, custodi, & libera nos à die condemnationis; nec confundamur coram te, & coram Angelis tuis; amen. Da nobis gaudium per resurrectionem tuam; custodi animam serui tui Claudij regis nostri, & fiat in tempore eius gratia, pax,charitas, & humilitas; per vnicum filium tuum Dominum & Redemptorem nostrum Iesum Christum, cum quo, tibi,& Spiritui sancto est gloria & potestas, in sæcula sæculorum, Amen.

Psal. 15.
D
Claudim Reg Æthiopum.

Hymnus nouelli Christiani.

Et Spiritu principali confirma me,
Vt doceam peccatores viam tuam.
Accedite ad eum & illuminabit vos.
Gustate, & cognoscetis quam bonus sit Dominus.
Sponsus gloriosus, aquam qui eduxit è rupe;
Apparuit vt aurora, vt stella diluculi.
Exultauerunt fœtus dum essent in tenebris,
Viderunt lumen, aquam vitæ inuenerunt.
In loco ameno, ibi me collocauit,
Et apud aquam quietis educauit me.
Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt.
Lauabo nitide manus meas, & circumdabo altare tuum Domine,
Quæsierunt principes, & adorauerunt idola;
Christus per crucem suam expulit ab eis dæmonas.
Infantes tui Domine lætabuntur palam
Acceptione aquæ vitalis, in qua nulla est mors,
Abortu solis vsque ad occasum,
Gratiæ agantur Domino patri bono.
Christe rex sæculorum, laudamus te.
Qui ante sæculum fuisti inter sanctos:
Quis similis tibi?

E

MISSA MOSARABE D. LEANDRO, Hispalensi Episcopo peculiariter in Hispanis visitata.

F

Christiani in Hispania Arabibus permixti, Mozarabes dicebantur, quasi mixti Arabibus, & Officium diuinum eorum, Mozarabe inde appellationem retinuit. Visitata fuit hæc Missa iam olim, & maximè D. Leandro Hispalensi, & post D. Gregorium, partim adhuc D. Isidoro. Imo, hac vsa est Hispania, vsque ad tempora Alfonsi sexti, quo tempore, authoritate Gregorij Papæ septimi mutata est: licet & Toleti adhuc in sex paro his seruatur; & in cathedrali Ecclesia, in sacello F. Franc, Ximenez; ac Salamanticæ statis etiam diebus, in sacello doctoris Talabricensis, quod est in peristylo templi summi, cuius Officij modum & ordinem hic habes.

Eisdem vtebantur vestibus sacris, quibus hodie & communibus precationibus cum nostris, quando singulas vestes induebant. Post faciunt ad altare Exomologesim; & ad altare capite demisso, ad hunc modum dicunt.

Vestium sacrarū vsus.

G

Exomologesis & post sanc oratio.

Per gloriam nominis tui, Christe Fili Dei viui, & per intercessionem virginis Mariæ,B.Iacobi & omnium Sanctorum; auxiliare & miserere indignis seruis tuis, & esto in medio nostri Deus noster, qui viuis & regnas in sæcula sæculorum.

Respondetur, Amen.

Mox conuertit se ad librum in dextro altaris cornu positum, ac dicit Antiphonam in modum Introitus cum duobus versibus, & Gloria & bonor Patri & Filio & Spiritui sancto, in sæcula sæculorum, Amen.

Cōsentit D. Isidor. de diuinis officiis. li. 1. c. 7.

Sicut etiam in Concilio Toletano 4. c. 14. cautum est, vt ad eum modum dicatur. Ad quemlibet Versum repetunt partem Antiphonæ, more Responsoriorum nostrorum; vt vulgato more loquar. Gloria in excelsis, dicitur integrè Romano more.

Atque illud, Gloria & honor.

Sacerdos cantando dicit: Per omnia sæcula sæculorum: *neque ante orationem dicitur*, Oremus: *neque in fine*, per Dominum, *Sed tantum respondetur*, Amen. *Alia Sacerdotis conclusio. Resp.* Amen. *deinde dicit Sacerdos*, Per misericordiam tuam Deus noster qui es benedictus, & viuis & regnas in sæcula sæculorum *Respondetur*, amen. *postea*, Dominus sit semper vobiscum. *Respondetur*, Et cum spiritu tuo. *Lectio Isaiæ Prophetæ. Respondetur*, Deo gratias. *Mox legitur Prophetia; qua lecta; rursum Sacerdos.* Dominus sit semper vobiscum. *Respondetur.* Et cum spiritu tuo. *Inde dicitur Tractus duorum vel trium Versuum. Quo finito, Sacerdos inquit:* Silentium facite. Sequentia Epistolæ Pauli Apostoli, &c. *Resp.* Deo gratias. *Mox canitur siue recitatur Epistola. Postquam à libro in alterum altaris cornu transito continuo dicitur Euangelium, ad hunc modum*: Dominus sit semper vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo. Gloria tibi Domine. *Finito Euangelio, &c. Resp.* amen. *Mox Sacerdos*: Dominus sit semper vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo. *Postea dicitur*, Alleluia; *cum Versu, sicut nunc ante Euangelium cantatur. Sacerdos offert hostiam cum calice, vtens*

H

aliquot

A

aliquot orationibus deuotis, quas hic referre longum esset. Mox thura adolet, non secus atque nunc fit. Quibus peractis, Sacerdos ante medium altaris dicit alta voce; Adiuuate me fratres in orationibus vestris, & orate pro me ad Deum. *Respondet Chorus:* Adiuuet te Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. *Deinde cantatur Sacrificium: nempe Antiphona cum duobus aut tribus versibus. Quod dum fit, Sacerdos lauat manus, dicens:* Lauabo me, inter innocentes, &c. *Ac benedicit oblationem tribus digitis. Postea inclinatus ante altare, submissa voce dicit:* Accedam ad te in humilitate spiritus, &c. *nam Oratio longiuscula est, sed valde deuota, quam claudit elatiore voce dicens:* Per te Deus meus, qui viuis & regnas in sæculum sæculorum, amen.

Incipitur Missa. Salutatio & responsio.

E iā hic Missam incipit Isidor.

B

Sacerdos: Dominus sit semper vobiscum. *Responsio:* Et cum spiritu tuo. *Oratio de tempore, vel sancto fine, Oremus, in cuius fine respondetur,* amen. *Deinde Sacerdos:* Per misericordiam tuam Deus noster, qui es benedictus, & viuis, & omnia regis in sæcula sæculorum. *Respon.* amen. *Si est festum alicuius Sancti, prius legitur aliquid de vita Sancti: deinde fit oratio faciens mentionem etiam de miraculis vel doctrina Sancti. Mox Sacerdos eleuatis manibus, dicit:* Oremus *Respondet Chorus:* Hagios, hagios, hagios, Domine Deus æterne, tibi laus & gloria. *Deinde fiunt orationes pro Ecclesia catholica, pro captiuis, infirmis & tribulatis, cum commemoratione Apostolorum, Martyrum quorum multa nomina recitantur, & pausantium: quo nomine illic intelligi puto sanctos Dei Confessores, qui in Domino & sancta pace quiescunt: nam multa nomina recitantur, & inter ea, Ambrosij, Augustini, Fulgentij, Leandri, Isidori &c. & omnium Pausantium. Deinde dicit Sacerdos aliam Orationem festo ac diei congruam. Qua finita: Respon.* amen, *Sacerdos:* Quia tu es vita viuorum, sanitas infirmorum, ac requies omnium Fidelium defunctorum, in omnia sæcula sæculorum. *Chorus Resp.* amen. *Mox fit oratio ad pacem qua finita, dicit Sacerdos:* Quia tu es vera pax nostra, &c. *Mox sublatis in cœlum manibus, dicit:* Gloria Dei Patris omnipotentis, & dilectio Domini nostri Iesu Christi & communicatio Spiritus sancti, sit semper cum omnibus nobis. *Respondet Chorus,* & cum hominibus bonæ voluntatis. *Rursum Presbyter:* Quomodo astatis, pacem facite *tunc Chorus cantat Resp.* Pacem meam do vobis, &c. *Interea Sacerdos accipit pacem de patina dicens:* Habete pacem dilectionis & pacis vt apti sitis sacrosanctis mysteriis Dei. *Mox dat pacem Diacono vel puero: puer populo.*

c.15. qui non nihil dissonit in orationibus. Illæ orationē pro viuis & defunctis tertiam facit Isid. Lelit.

C

Orationem pro osculo pacis, quartam facit. ib. Isid.

Deinde Sacerdos, iunctis manibus, inclinatus dicit: Introibo ad altare Dei.

Respond. ad Deum, qui, &c.

Postea manibus super calicem positis, inquit. Aures ad Dominum.

Responsio: Habemus ad Dominum.

Sacerdos inclinatus manibus iunctis: Deo ac Domino nostro Iesu Christo filio Dei: qui est in cœlis; dignas laudes, dignasque gratias referamus. *Et dicens hæc postrema verba attollit manus in altum.*

Respon. Chorus: Dignum & iustum est.

Sacerdos: Dignum & iustum est, &c. *Sequitur enim longa & deuota statio. Postea dicitur,* Sanctus: *fere more nunc vsitato. Deinde post duas Orationes breues; fit consecratio iisdem omnino verbis quibus hodie vtitur Ecclesia.* a *Mox eleuatur sacrosancta Eucharistia. Postea dictis duabus Orationibus succinctis, Sacerdos accipit Corpus Domini de Patena; & ponit super calicem apertum, vt hodie quoque fit, ac dicit alta voce.* Dominus sit semper vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo. *Sacerdos:* Fidem quam corde credimus, ore dicamus: *& eleuat secundo corpus Christi, vt videatur à populo. Mox cantatur Symbolum fidei.* b *ita vt est in Concilio Niceno. Quod dum fit; Sacerdos frangit Eucharistiam per medium, & ponit dimidiam partem in patina, & ex altera parte facit * particulas, ex altera fere quatuor. Deinde ponit omnes simul in patina, in modum Crucis. Haboque quaque particula, nomen. Quinque priores partes dicuntur, Corporatio, Natiuitas, Circumcisio, Apparitio, Passio: quatuor reliqua, Mors, Resurrectio, Gloria, Regnum: Postea digitis super Calicem accurate purgatis, & cooperto Calice; facit* Memento pro viuis, *vt ipsorum more loquar. Mox dicitur Oratio Dominica, ad hunc modum:* Verbum Patris, quod caro factum es vt habitares in nobis; præsta nobis, vt qui te venisse credimus, ab omni peccatorum contagione quum præceptionis tuæ oracula, tuis oraculis proclamauerimus, liberemur in terris. Pater noster qui es in cœlis. *Respon.* amen. *Et eodem modo respondetur ad singulas positiones, præterquam ad illam:* Panem nostrum, &c. *ad quam respondetur,* quia tu es Deus *Embolis orationis Dominica. Deinde dicit orationem deuotissimam, quæ incipit:* Liberati à malis, &c. *& tundendo pectus, dicit;* Pone Domine finem peccatis. *Immissio duarum particularum in Calicem. Qua finita, acceptam particulam quæ dicitur, Regnum, præmissa oratione ponit super Calicem: mox addita alia, immittit in illum. Post hæc dicit:* Humiliate vos benedictioni, *& certis quibusdam formulis benedicit populo. Mox fit secundum Memento vt sic loquar) pro defunctis. Quo peracto; recipit Corpus & Sanguinem Domini cum quibusdam deuotis precationibus. Atque interim cantatur a Choro:* Gustate & videre quam suauis est Dominus, &c. *Absoluta communione, cantatur Antiphona* Refecti Christi corpore, &c. *Et libro in sinistrum altaris cornu translato, dicit Sacerdos Orationem, in cuius fine respondetur:* amen.

Hanc quintam D *orationē alicapat Isidorus. Cōsecrationē & oblationem sextam ibidem nū inpot illic Isid. Consecrationem. Altero corporis Domini eleuatio. Partitionem Eucharistia no-*

E *Nomina. Memoria viuorum.*

F

Deinde Sacerdos: Per misericordiam tuam, Deus noster qui es benedictus, & viuis, & omnia regis in sæcula sæculorum.

Resp. Amen. Dominus sit semper vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Vox Diaconi: Solemnia completa sunt.

Postea Presbyter vel Diaconus: Solemnia completa sunt in nomine Domini nostri Iesu Christi, votum nostrorum sit acceptum cum pace.

Resp. Deo gratias. *Quamdiu sacris operatur Sacerdos, nunquam se conuertit ad populum.*

Benedictio populi.

G *Oratio post cōmunionem.*

a Mox eleuatur sacrosancta Eucharistia.) *Frater Ioannes Laziardus Cœlestinus, in Epitome vniuersalis historia, mentionem fecit huius sacrificandi ritus, sed paucis: vbi illud addit, quod vbi leuatur Eucharistia, Diaconus dicit alta voce:* Videte in quem credistis, *sed hoc in Hispan. non seruatur.*

b ita vt est in Concilio Niceno,) *Consentit in hoc Isidor. c. 16. Atqui Conc. Tol. 3. c. 2. Constantinop. symbol. meminit. Eodem loco orat. Domin. constituunt Conc. Tolet. 4 c. 9. & Isider. c. 15. vbi septimam hanc orationem nuncupat.*

OFFICIVM DE MYSTERIIS ANTE consecratis sanctæ Quadragesimæ.

H

Cum benedixit Sacerdos, & Psalmus introitus per versus recitatus est; post altam vocem, Psalmos ad Dominum canimus, Cantica graduum quindecim.

AD Dominum cum tribularer, &c.	Psal. 119.
Leuaui oculos meos in montes, &c.	Psal. 120.
Lætatus sum in his quæ dicta sunt, &c.	Psal. 121.
Ad te Domine leuaui oculos meos. &c.	Psal. 122.
Nisi quia Dominus erat in nobis, &c.	Psal. 123.

Psalmi graduales sic nominantur, quod eorum primus incipiat, ad Dominum cum tribulare

In fine huius Psalmi.

Qui confidunt in Domino, &c.	Psal. 124.
In conuertendo Dominus captiuitatem, &c.	Psal. 125.
Nisi Dominus ædificauerit ciuitatem, &c.	Psal. 126.
Beati omnes qui timent Dominum, &c.	Psal. 127.
Sæpe expugnauerunt me, &c.	Psal. 128.

In

A *In fine.* Gloria.

De profundis clamaui ad te, &c. Psal. 129.
Domine non est exaltatum cor meum, &c. Psal. 130.
Memento Domine Dauid, &c. Psal. 131.
Ecce quam bonum, & quam iocundum, &c. Psal. 132.
Ecce nunc benedicite Dominum, &c. Psal. 133.

Gloria, & nunc Alleluia, *ter. Ad illud autem Domine clamaui, statuimus versus decem, & Psalmus Idiomelon dici, bis, & Martyricum, & tria similaria Triodij, & tria Calendary, aduersus quatuor.*

Genera Prefarū. Gloria & nunc. *Theotokium, & Staurotheotokium. Quod si pro hora non inuenitur Triodium, dicetur præsens Idiomelon, & reliqua. Versus Idiomeli sonus 1. bis* Spirituale (fratres) assumentes ieiunium; Lingua, ne loquamini dolos; neque ponatis offendiculum fratri in scandalum: sed pœnitentia decorantes animæ lampadem lacrymis, clamemus Domino: dimitte nobis lapsus nostros, velut B clementissimus.

Deinde Martyricum. Clementissimi Martyres; vos, non terra abscondit, sed cœlum suscepit. Apertæ vobis sunt paradisi portæ, & intus versantes, ligni vitæ, vsumfructum estis consecuti. Apud Christum intercedite, vt animabus nostris concedatur pax & magna misericordia. *Versus alij. Sonus idem.* Celebratissimi martyres. Ieiunium desideremus animæ, quod affectus molestissimos ope Spiritus tabefacit, & ad diuinas actiones præstandas vim præbet, & mentem in cœlum subuehit, & indulgentiam peccatorum nostrorum conciliat, & à Deo misericordiam largitur. *Simile.* Totum tempus vitæ meæ turpiter, qui consumpsi Domine, cum meretricibus miser, quemadmodum ille luxuria perditus, compunctione clamo. Pater cœlestis, peccaui, propitius esto, salua me. Et ne repellas me, qui à te procul recessi, & diuinorum operum nunc factus sum inops.

C *Versus alij similares: Sonus 4. dedisti similitudinem.*

Tribue mihi compunctionem, & malorum redemptionem & vitæ emendationem, in corporis affectibus nunc demerso, & à te procul egresso ô Deus omnium rex, nullaque ex parte spem habenti. Atque me salua intemperantissimum, propter multam bonitatem Iesu omnipotens, animarum nostrarum Saluator.

Simile. Diuinus Mosee, per ieiunium conspexit purificatus Deum desideratum, hunc igitur æmulara humilis anima mea, stude in die temperantiæ, à malis purgari, vt Dominum tibi concedentem remissionem, & propitiationem, & redemptionem, conspicias, qui bonus est & clemens.

Introitus, propositum, Sonus 4.

Speraui in misericordia Deus in sæculum.

Versus. Quid gloriatis in malitia ô potens?

D *Genesis Lect. 6.* Noe erat sexcentenarius, & diluuium factum est super terram. Ingressus est autem Noe, & filij ipsius & vxor eius, & vxores filiorum eius cum eo in arcam, propter aquam diluvij, & de volatilibus mundis, & de iumentis mundis, & de volatilibus immundis, & de iumentis immundis, & de reptilibus repentibus super terram bina. Ex omnibus ingressa sunt ad Noe in arcam mas, & fœmina quemadmodum præceperat Dominus Deus Noe.

Propositum sonus obliqui. 1.

Prou. 9. Ista partim habemur partim desideramur. In conuertendo Domine captiuitatem populi sui.

Versus. Dixit insipiens in corde suo.

Parœmiarum Lectio. Fili si sapiens fueris, tibi ipsi sapiens eris, & proximo tuo. Si autem malus extiteris, solus sustinebis mala. Filius eruditus, sapiens erit. Insipienti autem ministro vtetur. Qui innititur mendaciis ipse pascet ventos. Idemque persequetur aues pennatas. Dereliquit autem vias suæ vineæ. Et ab axibus suæ agricolationis errauit, proficiscens per viam inaquosam, & aruit terra ordinata in siticulosis, colligit autem manibus fructuum penuriam. E Mulier stulta & audax inops pane efficitur, quæ nescit erubescere: sedit in foribus *Ibidem.* suæ domus super sellam, aperte in plateis vocans transeuntes per viam rectam pergentes in itinere suo. Quis vestrum est insipientissimus, declinet ad me. Et vecordibus impero, dicens: Viuum absconditum suauiter attingite & aquam furtiuam dulcem bibite. Illa autem ignorauit, quod terræ fati ab ipsa perduntur, & in laqueum inferni currunt. Sed exili, ne diu verseris in loco ipsius, neque affigas oculum tuum ad eam. Sic enim pertransibis aquam alienam. At ab aliena aqua abstine & de fonte alieno ne bibas, vt multo tempore viuas, & addantur tibi anni vitæ.

Deinde dirigatur per ordinem sacra Liturgia mysteriorum ante consecratorum.

F

DIVINÆ MYSTERIORVM ANTE consecratorum Liturgia declaratio.

In sancta & magna Quadragesima; cum Sacerdos facturus est rem diuinam ante consecratorum; in offertorio Dominicæ, agit more solito. At postquam incidit primum panem & sacrificauit, & pinxit, scindit etiam alios panes, dicens ad vnumquemque; [In memoriam: & sicut eius, & immolatur; &, vnus militum.] Deinde infundit in sacrum Calicem vinum & aquam, recitans consueta; & tegit ipse cum sacris velaminibus, & thure adolet commemorans Precem Prothesis, & sic incipit diuinam Liturgiam, & de more absoluit. Cum autem signaturus est panes dicit: [Et fac panem hunc:] singulari numero, quemadmodum vnus est Christus; non vt aliqui imperite aiunt; [Panes hos.] Cumque eleuaturus est; omnes simul eleuat, & partitur oblatum primum Panem, & partem ponit in sacrum Calicem, & infundit aquam calidam, vt moris est. Deinde G acceptam sacram Fuscinulam, dextra manu intingit in sacro Sanguine: Sinistra autem accepto vnoquoque Pane, sacram Fuscinulam infert sacro tinctam Sanguine & admouet sacro Pani in crucis formam, ad eam partem in qua cœlata est Crux sub Psychie, reponitque Panem in Panario. Præterea assumit etiam alios, & in singulis agit similiter, cunctosque ipsos in eodem Panario colligit. Mox Sacerdos, preces ritu consueto persequitur; & communicat de more, atque sacrificium perficit; prout constitutum est. Quando vero Missam ante consecratorum operaturus est, ingrediens sacrarium, Sacerdotalem stolam induit; eam signo Crucis facto duntaxat osculatur, nihil præterea commemorans, nisi; [Dominum deprecemur:] super vnoquoque indumento.

Diaconus adeptus opportunitatem egreditur, & Sacerdos alta voce pronunciat. [Benedictum regnum Patris.] Statimque Ecclesiæ præpositus; [Venite adoremus,] ter. Quin & recitatur exordij Psalmus. Sacerdos autem recitat preces de Lucernis. Et post absolutum Psalmum dicitur Synapte à Diacono: & post altam H pronunciationem per versus memorantur Graduum cantica factis etiam pœnitentiis ad [Alleluia.] In singulis porro Antiphonis, exigua Synapte fit à Diacono, & alta pronunciatio à Sacerdote. Dum vero incipit versuum psalmodia, ad sanctam Prothesin Sacerdos abit & Panem iam consecratum in Panario acceptum, in sacre perena cum summa veneratione ponit misso etiam in sacrum Calicem vino & aqua iuxta morem solitum. Tacet nihilque recitat; sed thymiama accipiens, Astericum & Velamina incenso adolet: deinde illa obtegit, nihil plane dicens, nequidem Prothesis precem, etiamsi in aliquibus reperiatur: præter, [Per preces sanctorum Patrum] nam præsanctificatum & consummatum est Sacrificium. Cæterum post Cathisma. *Haud scio num Synapte verò possit Collecta*

Domine clamaui; *ad sonum Idiomeli dici, statuimus decem Versus, & iteramus Idiomelon: deinde Martyricum, tria similia Triodij, & tria Calendarij, siue Menas, vnum iterantes,* Gloria & nunc Dei partus.

Introitus

A

Introitus siue Euangelio, siue Euangelio codice.

Cum autem dicturus est Euangelium; verbi gratia, de inuentione venerandi capitis Præcursoris, SS. quadraginta Martyrum, Annunciationis, & in magna Hebdomada, tunc cum Euangelio ingreditur.

Diaconus: Sapientia recta, lucem hilarem.

Diaconus: Attendamus.

Sacerdos: Pax omnibus.

Diaconus: Sapientia.

Lector: Prokemenon, & Genesis, secundum Prokemenon & postea alte enunciat.

Diaconus: Iubete.

Sacerdos autem accipiens dextra manu Incensum & Mannarium cum cereo, stat ante sacra in Mensam, & signo Crucis facto ait: Sapientia recta lumen Christi apparet omnibus.

Lector. Lectio Prouerbiorum & Parœmia.

B

Quibus absolutis, Sacerdos dicit: Pax tibi.

Diaconus, Sapientia.

Psaltes siue cantor: Dirigatur.

Versus 1. Domine clamaui.

Versus 2. Pone Domine custodiam.

Versus 3. Ne inclinea cor meum. Post quæ facimus tres Pœnitentias.

Intentā supplicationē vocant, qua in fra incipiet Deus Dominus noster.

Deinde Diaconus: Intentam supplicationem: *& reliqua. At ad magnum introitum, nunc virtutes. Ornatu Cherubici non dicitur, sed thure incenso, Sacerdos psalmum recitat quinquagesimum. Ac post Sanctorum donorum præparationem absolutam.* Nunc virtutes; *mittimus pœnitentias tres, sine tegumento existentes. Aufert vero Sacerdos velamina à sacris donis, & ea sudario velat. Verum cum elenoturus est sanctum panem; non detegit quidem sancta sed tecta adhuc diuinis illis donis infert Sacerdos manum suam multum reuerenter, & sanctum panem tangit Cum veneratione & metu dicente Diacono:* Attendamus: *alte, enunciat Sacerdos:* Ante consecrata Sancta Sanctis: *& reliqua iuxta morem atque ritum.*

C

* *Diuinam mysteriorum iam consecratorum Liturgia Diaconus incipit.* Benedic Domine.

a *Deinde Sacerdos alta voce:* Benedictum regnum Patris, & Filij, &c. vt *deinceps sequitur.*

* *Quadragesima nostra Missarum solennia, exceptis Sabbatis & Dominicis, à Chrysostomo, non celebrant. Sed ante consecratis, sicut nos in sancta Parasceves die vtuntur.*

SACRA MYSTERIORVM ANTE Consacratorum Liturgia interprete G. Genebrardo Theologo Parisiensi diuinarum Hebraicarum litterarum Professore Regio.

D

Hoc sanctum solemneque officium, ieiunij Quadragesimæ diebus duntaxat dicitur; vt habetur in 1. *Typico. Sacerdos & Diaconus iam accedunt & ingrediuntur, eiusmodi preces recitant quales in Chrysostomi Liturgia. Deinde sumunt Acerram, & suffiunt ter cum reuerentia ad eum locum vbi sacrosanctus Panis asseruntur, commemorantes precem,* Deus propitius esto mihi. *Tum capit sacrum Panem Sacerdos cum accommodata veneratione & cura, & super patenam sanctam in* 2. *Prothesi ponit, cum hac oratione.* Credo Domine & confiteor. *Deinde cum* 3. *supra asteriscum thure perfusum, collocat, nihil dicens; reuerenter tamen similiter etiam Velum. Sed in sacrum poculum, vinum & aquam fundit quantum satis est, nihil loquens; atque cum velamine tegit pro more* * 4. *cum sudario reuerenter, & ad sacram mensam tres pœnitentias faciens proficiscitur, ac dicit:* Deus propitius esto mihi; *osculaturque sanctum Euangelium, & sacram mensam Diacono ante dicente:* Benedic Domine, a *Sacerdos alta* voce. Benedictum (inquit) regnum Patris & Filij, & Spiritus sancti, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. R. amen.

1. Typicum est liber ecclesiæ in quo psal. quos vicissim vterque Chorus dicit, qui 102. & 145. 2. Prothesis altariolū à laua altaris in quo Sacerdos præpa-

rat sa... cra.

3 Stel...

* 4. *aër vsu Græcorum Christianorum dicitur.* 5. *In Euchologio ante hæc verba habetur. Proœmiique Psalmus à destinato Monacho dicitur: & post hunc Proœmij psalmum, &c. Preces de pace inita, vel diuinorum custodibus.*

Ac post Proœmij Psalmum recitat preces de pace Diaconus; interea orat Sacerdos, aut sacram Prothesin apparat & componit.

In pace Dominum obsecremus. e

Pro superna pace, & salute.

Pro pace vniuersi mundi.

Pro sancta hac domo, &

Pro Archiepiscopo nostro N.

Pro piissimis, & à Deo seruatis.

Pro confligendo & subiiciendo.

Pro sancta hac mansione.

Pro temperie cœli.

F

Pro nauigantibus, & iter facientibus; vt liberentur succede, salua, miserere, & custodi.

Per sanctæ, immaculatæ, super benedictæ. d

Alte Sacerdos.

6. Quis benedictum & gloriosum est, plane honorandum & magnificum nomen suum Patris, & Filij, & Spiritus S. nunc, & semper, & in sæcula sæculorum.

Chorus: Amen.

Oratio primi Antiphoni, quam Sacerdos arcane & tacito commemorat, Choro legente Psalmos, Ad Dominum cum tribularer, *ad vsque,* Gloria Patri: *id est, primam stationem.*

Domine miserator & misericors, longaminis & multæ misericordiæ, exaudi precem meam, & intende voci deprecationis meæ, fac nobiscum signum in bonum, dirige nos in via tua vt ambulemus in veritate tua, lætitia affice corda nostra ad timendum nomen sanctum tuum, quia magnus es tu & faciens mirabilia. Tu es Deus solus, & non est similis tibi in diis Domine, potens in misericordia & bonus in fortitudine, ad adiuuandum & consolandum, & saluandum omnes sperantes in nomen sanctum tuum.

6. Lect... huius l... Euchol... habetur... Quia decet... omnis glorio... honor & adorat... Patri & filio & sancto Spir... & sēpe... & in s... G... culo s... culorū. Amen.

Alta voce Sacerdos post; Gloria Patri.

Quoniam decet te omnis gloria, honor & adoratio Patri & Filio & Spiritui S., nunc & semper & in sæcula sæculorum.

Chorus: Amen.

Tunc Chorus recitat reliqua è Chrismate, nempe secundam stationem.

Precatio Antiphoni secundi, quam Sacerdos commemorat secreto.

Domine, ne in furore tuo arguas nos, neque in ira tua corripias nos, sed fac nobiscum secundum æquitatem tuam, medice & curator animarum nostrarum, dirige nos in voluntatis tuæ portum, illumina cordium nostrorum oculos, in veritatis tuæ agnitionem: & largire nobis, vt reliquum huius diei in pace & sine peccato transigamus, totum præterea tempus vitæ nostræ, intercessionibus sanctæ virginis Deiparæ, & omnium tuorum sanctorum.

Diaconus absoluto dimidio Cathismatis; nempe Gloria Patri *preces de pace recitat.*

... διὰ appellā... cerenum psalmorum nu... merum. Nam t... tiū psalterii ... diuns in 20. καθίσματα quasi sedes ... H pausa... quam mox vi... detur appella... re Stationem

Post eas alte precatur Sacerdos.

Etiam atque etiam in pace Domini; e &c. Succurre, salua, &c. Omnino sanctæ, immaculatæ, superbenedictæ, &c.

Alta voce.

Quia tuum est imperium, & tuum regnum, & potentia & gloria Patris & Filij & sancti Spiritus, nunc & semper, & in sæculorum sæcula. f

Chorus. Amen.

A *Post hanc altam orationem, Chorus, tertiam Catisma-tis partem incipit. Sacerdos autem, tertiij Antiphoni precem secreto commemorat.*

Domine Deus noster, memento nostri, peccatorum & inutilium servorum tuorum, cum invocamus sanctum & adorabile nomen tuum, & ne confundas nos ab expectatione misericordiæ tuæ, sed largire nobis Deus omnes salutares petitiones, & dignare vt diligamus & timeamus te ex toto corde nostro, atque faciamus in omnibus voluntatem tuam.

Absoluta prece, & Cathismate perfecto, Diaconus Preces de pace recitat.

Etiam atque etiam in Pace. *g* Succurre, salva. Omnino sancta, immaculata.

B *Alta voce Sacerdos.*

Quoniam tu es Deus noster, Deus miserendi & salvandi, tibique gloriam referimus Patri & Filio & Sancto Spiritui; nunc & semper & in sæculorum sæcula.

Chorus: Amen.

Tunc chorus psallit, Domine clamaui.

Sacerdos vero cum Diacono, thure perfundit primo Prothesin, deinde sanctum panem, mox sanctam mensam, & totum sacrarium atque templum cum vniverso populo, post Psalmum: Domine clamavi, *psallit proprium canticum Triodij dici, & de Martyribus & de Calendario Mensium siue Menæa. Dumque canunt* ; Gloria Patri. *Egreditur Sacerdos & Diaconus cum incenso & lampadibus, & introitum faciunt iuxta morem, recitatque secreto precem hanc Sacerdos.*

Vespere & mane & meridie laudamus, benedicimus, gratias agimus, & precamur te Domine omnium humanissime: Domine dirige orationem nostram, sicut incensum, ante te, & ne declinare facias corda nostra in verba C malitiæ; sed libera nos ab omnibus animas nostras venantibus, quia ad te Domine, Domine oculi nostri, & in te speravimus, ne confundas nos Deus noster.

Post hanc precem, benedicit manu Sacerdos dicens: Benedictus Introitus Sanctorum tuorum perpetuo, nunc, & semper, & in sæculorum sæcula.

Alta. Quoniam te decet omnis gloria, honor, & adoratio, Patrem & Filium & Spiritum S. nunc & semper, & in sæculorum sæcula.

Chorus: Amen.

Vbi recitavit Chorus Troparium, dicit Diaconus vel Sacerdos alta voce: Sapientia recti, &c. *Et lector dicit propositum & Genesin. Quibus absolutis tenens Sacerdos lampadem cum thuribulo dextra manu, alte dicit*: Sapientia. Lumen Christi apparet omnibus.

Et Lector recitat Paræmiam: qua perfecta Sacerdos psallit.

D Dirigatur oratio mea, sicut incensum ante te, elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum, exaudi me Domine. *Chorus idem etiam repetit. Versus.*

Sacerdos: Domine clamaui ad te.

Chorus: Dirigatur.

Versus. Sacerdos: Pone Domine custodiam ori meo, & ostium comprehensionis circum labia mea.

Chorus: Dirigatur.

Versus. Sacerdos: Ne declinare facias cor meum in verba malitiæ.

Chorus: Dirigatur.

Et rursus Sacerdos; Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.

Chorus: Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum: Exaudi me Domine.

Diaconus: Dicamus omnes tota anima, &c. Domine omnipotens Deus, &c. Præterea oremus pro pijssimis & diuinitus custoditis.

Hanc precem Sacerdos dicit summissa voce.

Domine Deus noster intentam hanc supplicationem

E suscipe à servis tuis, & miserere nostri secundum multitudinem misericordiæ tuæ & miserationes tuas demitte super nos & super vniversum populum tuum, qui à te locupletem misericordiam expectat.

Alta voce: Quoniam misericors & benignus Deus es, & tibi gloriam deferimus Patri & Filio & S. Spiritui nunc & semper & in sæculorum sæcula.

Chorus: Amen.

Etiam hic Diaconus pro Cathecumenis eadem dicit, quæ in Chrysostomi & Basilij liturgia.

Orate Catechumeni Dominum.

Fideles pro Catechumenis, Instruat eos verbo,

Reveler ipsius Evangelium.

Veniat* eos sanctæ ipsius Catholicæ.

Salvs, Miserere, opitulare, & Catechumeni, capita.

Oratio pro Catechumenis summissa voce.

Deus noster, creator & opifex omnium, qui omnes vis salvari, & ad agnitionem veritatis venire, inspice in servos F tuos Catechumenos, & redime eos à veteri errore & insidiis adversarij & voca eos in vitam æternam, illuminans eorum animas & corpora & cooptans ipsos in rationale tuum ovile, super quod nomen tuum sanctum invocatum est.

Alta voce Sacerdos Vt etiam ipsi nobiscum glorificent omnino honorandum & magnificum nomen tuum Patris, Filij, & S. Spit. nunc & semper & in sæculorum sæcula.

Chorus: Amen.

Hic explicat Sacerdos corporale, vt in Chrys. & Basily Liturgia.

Diaconus Vniversi Catechumeni procedite, Catechumeni procedite; quotquot estis, procedite. Nullus Catechumenorum remaneat) Vniversi Fideles, etiam atque etiam Dominum oremus.

Chorus: Kyrie eleison.

G *Hæc sola dicuntur vsque ad tertiam & quartam Hebdomadam. At à quarta quæ est medij ieiunij, postquam recitata sunt superiora verba.* Vt etiam ipsi nobiscum, &c. *commemorantur etiam ista diaconica, siue pacifica.* Vniversi Catechumeni procedite. Catechumeni procedite; qui ad Baptismum vocamini procedite; orate, qui ad Baptismum vocamini.

Chorus: Kyri eleyson.

Diaconus: Fideles, pro Fratribus sese ad sanctam illuminationem parantibus, & eorum salute, Dominum oremus.

Chorus: Kyrie eleyson.

Diaconus: Vt Dominus Deus noster firmet eos & potentes faciat, Dominum oremus.

Chorus: Kyrie eleison.

Diaconus: Illuminet ipsos illuminatione cognitionis & pietatis, Dominum oremus.

Chorus: Kyrie eleison.

H *Diaconus*: Dignetur ipsos in tempore opportuno, lavacro regenerationis, remissione peccatorum, & indumento incorruptionis, Dominum oremus.

Chorus: Kyrie eleison.

Diaconus: regeneret ipsos per aquam & Spiritum, Dominum oremus.

Chorus: Kyrie eleison.

Diaconus: Largiatur ipsis perfectionem fidei, Dominum oremus.

Chorus: Kyrie eleison.

Diaconus: Colligat ipsos in sanctum & electum suum ovile, Dominum oremus.

Chorus: Kyrie eleison.

Diaconus: Salva, Miserere, opitulare, & custodi ipsos Deus gratia tua.

Chorus: Kyrie eleison.

Diaconus: Qui ad illuminationem acceditis, capita vestra Domino inclinate.

Chorus: Tibi Domine, &c.

Precatio

A *Precatio pro iis qui ad sanctum Baptisma praeparantur, quam Sacerdos profert tacite.*

Ostende Domine faciem tuam super eos qui se ad sanctum Baptismum præparant, & concupiscunt peccati inquinationem excutere, illustra eos fide, firma spe perfice, charitate membra Christi tui honoranda effice, qui dedit semetipsum redemptionem pro animabus nostris.

Alte Sacerdos. Quoniam tu es illuminatio nostra, & tibi gloriam remittimus Patri & Filio & Spiritus S. nunc & semper & in sæculorum sæcula. *Chorus:* Amen. *Diaconus:* Illuminandi procedite, illuminandi procedite. Vniuersi Catechumeni procedite. ne quis Catechumenorum (remaneat.) Quotquot adestis fideles etiam atque etiam in pace Dominum oremus. *Chorus:* Kyrie eleison.

Hactenus quæ dicuntur à quarta medij ieiunij. Precatio prima fidelium, submissa voce. Deus magne & laudabilis, B qui viuifica Christi tui morte ad incorruptibilitatem nos è corruptione transtulisti, tu cunctos nostros sensus à mortali forte perturbationibus obnoxia libera, bonum illi ducem internam rationem præponens. Ac oculus abscedat ab omni prauo aspectu, auditus ne verbis ociosis intendat, lingua purgetur à verbis non conuenientibus. Purifica labia nostra, quæ laudant te Domine, manus nostras, fac à prauis temperare actionibus, efficere vero quæ tibi solum sunt placita, cuncta nostra membra & cogitationem tua gratia tutam securamque efficiens.

Diaconus, preces de pace, vt in Chrysostomi & Basilij Liturgia.

Succurre, salua, Miserere.
Diem omnem perfectam, sanctam.
Angelum pacis, fidelem ducem.
Indulgentiam & remissionem.
Pulchra & conferentia animabus.
C Reliquum vitæ tempus.
Christiani extrema vitæ nostræ.
Per sanctæ immaculatæ. 1.

Alta voce Sacerdos.

Quoniam te decet omnis gloria, honor & adoratio Patrem, & Filium & Spiritum S. nunc & semper & in sæculorum sæcula.

1. In Euchol. Sapientia, &c.

Chorus. Amen.

Precatio fidelium secunda submisse.

Domine sancte bonitatem omnem superans, obsecramus te qui miseratione es diues, vt propitius sis nobis peccatoribus, & dignos nos effice perceptione vnigeniti filij tui, & Dei nostri, Regis gloriæ. Ecce enim immaculatum ipsius corpus & viuificus sanguis hac nunc hora ingredientia, in hac mensa mystica proponenda sunt, quæ multitudine cælestis exercitus inuisibiliter stipantur, quorum communionem innocuam nobis tribue, vt per ipsam mentis oculo collustrati, filij D lucis & diei efficiamur.

2. Ante hãc Precem, in Euchol. etiam atque etiam in pace Dominum deprecemur.

Pacifica Diaconus, vt in alijs.

Succurre, salua Sapientia.

Alte Sacerdos.

Beneficio & munere Christi tui, cum quo benedictus es, cum sancto & bono & viuifico tuo Spiritu, nunc & semper & in sæcula sæculorum.

Chorus: Amen.

Chorus psallit. Nunc Virtutes cœlorum nobiscum inuisibiliter adorant: Ecce enim ingreditur rex gloriæ. Alleluia. *Ter.*

* *Sacerdos autem suffumigat Sancta, & osculatur sudarium adorans & dicit.*

Sicut prodigus ille filius veni etiam eo misericors.

** Loco istorum, simpliciter in Euchol. fit in-*

E *Et assumit diuina, vt moris est cum reuerentia & exit præcedentibus lampadibus aitque:*

Recordetur omnium nostrum Dominus Deus in regno suo perpetuo, nunc & semper & in sæculorum sæcula.

Statim ingreditur ad sanctam mensam & deponit sancta adorans & thure adolens omni cum reuerentia. Peracto autem iam dicto hymno per chorum incipit Diaconus.

iterum Sanctorum, quo dicit Diaconus, Impleamus vespertinam orationem nostram vt pau lo post.

Impleamus vespertinam orationem nostram Domino.

Chorus: Kyrie eleison.

Diaconus: Propositis & ante consecratis venerandis donis Dominum deprecemur.

Chorus: Kyrie eleison.

F *Diaconus:* Vt benignus Deus noster, qui suscepit ista in sanctum & supercœleste, & intelligibile altare suum in odorem suauitatis spiritualis, vicissim ad nos demittat diuinam gratiam & donum sancti Spiritus, Dominum deprecemur.

Chorus: Kyrie eleison.

Diaconus: Vt liberemur ab omni angustia, ira, periculo, & necessitate, Dominum deprecemur.

Chorus. Kyrie eleison.

Submisse Sacerdos.

Ineffabilium & inaspectabilium mysteriorum Deus, apud quem sunt thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, qui ministerium huius solennis officij reuelasti nobis & constituisti nos peccatores propter multam misericordiam tuam ad offerendum tibi dona & sacrificia pro peccatis nostris, & populi ignorantijs ô Rex inuisibilis qui facis magna & imperscrutabilia, insignia & mirifica, quorum non est numerus, respice super nos indignos G famulos tuos, qui in hoc sancto altari, quasi Cherubico tuo throno assistimus, super quo vnigenitus filius tuus & Deus noster per proposita terribilia mysteria requiescit, & ab omni impuritate nos populumque tuum fidelem liberans, sanctifica omnium nostrum animas & corpora, sanctificatione stabili, vt conscientia pura, facie secura, corde illuminato, diuinis his participantes sanctificationibus, & ab eis viuificati vniamur ipsi Christo vero Deo nostro, qui dixit; Qui manducat carnem meam & bibit meum sanguinem, in me manet: & ego in eo, vt inhabitante in nobis & nobiscum incedente verbo tuo, Domine, efficiamur templum sancti & adorandi tui Spiritus, liberati ab omnibus diaboli insultibus in opera & verba & cogitationes factis, atque consequamur promissa nobis bona, cum omnibus sanctis tuis ab omni æternitate, tibi placentibus.

Diaconus preces de pace.

H Succurre, salua, miserere.
Vesperam omnem perfectam, sanctam, pacificam.
Angelum pacis, fidelem ducem.
Veniam & indulgentiam peccatorum.
Recta & conferentia animabus.
Reliquum tempus vitæ nostræ.
Christiani extrema vitæ nostræ.
Vnitatem fidei & communicationem.

Alte Sacerdos.

Et dignare Domine, vt nos cum libertate & fiducia citra condemnationem inuocare te audeamus, supercælestem Deum Patrem & dicere.

* *Chorus:* Pater noster.

Alte Sacerdos

Quoniam tuum est regnum & potentia, & gloria Patris & Filij & Spiritus S. nunc & semper & in sæculorum sæcula.

** Dis in Euchol*
** In Euchol. Popula Alias vbi in hoc exemplari Chorus illic nihil pertur, responsorum p demon*

A

Chorus : Amen.
Sacerdos : Pax omnibus.
Chorus : Et cum Spiritu tuo.
Diaconus : Capita vestra Deo inclinata.
Chorus : Tibi Domine.

Inclinato igitur modice capite Diaconus, cernens Sacerdotem adorantem, & adorat etiam ipse. Sacerdos autem inclinatus submisse orat.

Deus qui solus es bonus & misericors, qui in excelsis habitas, & humilia respicis, respice misericordi oculo super vniuersum populum tuum & custodi ipsum & dignare vt cuncti nos, citra condemnationem participes simus viuificorum omnium tuorum mysteriorum. Tibi enim inclinauimus capita, suscipientes à te diuitem misericordiam.

Alte Sacerdos.

B

Gratia & miserationibus & benignitate vnigeniti tui Filij, cum quo benedictus es cum sancto & viuifico tuo Spiritu, nunc & semper & in sæculorum sæcula.
Chorus : Amen.

Submisse orat Sacerdos.

Attende Domine IESV CHRISTE Deus noster à sancto domicilio tuo & da throno gloriæ regni tui & veni ad sanctificandum nos qui superius cum Patre sedes & hic inuisibiliter nobiscum ades, atque dignare valida mano tua communicare nobis immaculatum corpus tuum & venerabilem sanguinem, & per nos vniuerso populo.

Post hanc precem Sacerdos, itemque Diaconus ter adorant, similiter & vniuersus populus, dicentes, ter. Deus propitius esto mihi peccatori.

Sacerdos autem ad tecta diuina dona manum mittens, attingit viuificum panem cum reuerentia, & metu multo. Et dicente Diacono. Attendamus.

Alte Sacerdos ait. Ante consecrata sancta sanctis.

** In Euchologio istorum, deinde detegens ipsum, perficit communionem diuinorum donorum. Perfecta autem communione & sacris reliquiis de sacra Mensa sublatis, Sacerdos, Gratias agimus tibi, &c.*

C

* *Chorus* : Vnus sanctus, vnus Dominus IESVS CHRISTVS ad gloriam Dei patris, Amen.

Non enim modo panem eleuat. Porro vbi ipsum detexit, communionem sacrarum reliquiarum perficit. Faciunt autem dicuntque Sacerdos, & Diaconus & Chorus eadem, quæ in Chrys. Liturgia.

Orat Sacerdos submisse.

Gratias agimus tibi vniuersorum Seruatori Deo pro omnibus quæ præbuisti nobis, beneficiis, & pro communione sancti corporis & sanguinis Christi tui, & rogamus te benignissime Domine, serua nos sub alarum tuarum vmbra & tegumento, daque nobis vsque ad extremum nostrum Spiritum, digne participare sanctificationibus tuis, in illuminationem animæ & corporis, ad regnum cælorum hæreditate possidendum.

Diaconus. Recti participantes diuinis sanctis immaculatis, immortalibus.
Succurre, salua, miserere.
Vespertam omnem perfectam, sanctam.

D

Alte Sacerdos. Quoniam tu es sanctificatio nostra, tibique gloriam deferimus, Patri & Filio & Spiritu sancto, nunc semper & in sæculorum sæcula.
Chorus Amen.

Oratio in posteriore Ambonis parte ante cancellos, alta voce recitata a Sacerdote extra Tabernaculum, post completam Missam.

Ambon locus editus inter Chorum & nauem templi & pulpitum.

Omnipotens Domine qui omnem creaturam in sapientia fabricasti, qui ineffabili tua prouidentia & eximia bonitate adduxisti nos ad venerandos hos dies, ad purificationem animarum & corporum, ad affectuum moderationem, in spem resurrectionis, qui per quadraginta dies tabulas & diuinitus exaratas literas in manu tribuisti Moysi famulo tuo: concede etiam nobis, ô bone, certamen præclarum certare, cursum ieiunij consummare, fidem indiuiduam seruare, peccata inuisibilium draconum conterere, victoresque peccati effici, & citra condemnationem anta tempus adorare etiam sanctam, Resurrectionem: quoniam benedictum

E

est, gloriosum venerandum & magnificum nomen tuum, Patris, & Filij & Spiritus sancti, nunc & semper & in sæculorum sæcula.
Chorus ; Amen.

Etiam hic Chorus psallit, eadem quæ in Chrysostomi & Basily Liturgia.

ORATIO DVM COLLIGVNTVR sancta submissile.

Domine Deus noster qui adduxisti nos ad venerabiles istos dies, & participes nos fecisti horribilium tuorum mysteriorum, coniunge nos rationali tuo ouili, & hæredes effice regni tui; nunc & semper & in sæculorum sæcula.

Horribilia mysteria.

Chorus autem recitat Psalmos : Benedicam Dominum, & Exaltabo te Domine Deus meus.

F

Sacerdos autem exit; & stans in loco solito, tribuit Antidorum siue panem benedictum: deinde missionem facit: eademque legit, quæ in Chrysostomi & Basily Liturgiis.

BENEVOLO LECTORI
G. Genebrardus Interpretes Præcedentis Liturgiæ.

SI quæris, Lector beneuole, cur Ioannes à S. Andrea in conquirendis quibuscumque ad pia sua instituta pertinentibus diligentissimus & liberalissimus vir, Claudius Sanctius olim præceptor meos eruditissimus, nunc Episcopus Ebroicensis; Iacobus Pamelius solertissimus antiquitatis peruestigator, & alij viri litterati qui Liturgias vndique coaceruarunt, has vnas prætermiserint, de mysteriis ante consecratis, de dormientibus, de Sanctis: respondeo, aliis non venisse in manum; alios, existimasse eam quæ est de mysteriis ante consecratis parum ritè institutam, atque vnam esse è næuis quos Ecclesia Græcis Christianis attribuit. In iis Maiorum nostrorum memoria fuisse fertur Humbertus quidam Candidæ syluæ Episcopus; qui eas vt imperfectas, aduersus Nicetam incessit; illam demum Missam perfectam esse contendens quæ benedictione, fractione & distributione constet. Sed & iste, & alij qui eandem sententiam persequuntur, mihi videntur toto cælo errare. Primum, quoniam aut illæ rationes nullæ sunt, aut etiam Missa nostra Romana atque adeo Catholica, quam semel quotannis magno Veneris die agitamus Sacramentis præcedenti die consecratis, labefactanda est. Quid enim etiam ipsa est aliud, quam τ̃ προηγιασμένων; & vt aliter Patres Græci loquuntur: τ̃ θείων [illegible]? Nec refert, quod iste sacrum apud Græcos sæpius in Quadragesima sepetant, apud nos, nisi semel, nempe reliquis diebus præter Sabbatum & Dominicum, quibus solis duobus, solenni rito, Mysteria consecrant: cum de re & iure vertatur quæstio, non de temporis [illegible]. Nec scio vnde didicerit Missam illam esse imperfectam, Episcopus quem modo nominaui; quod ea demũ perfecta sit quæ cõstat Consecratione, fractione & distributione. Nam illud est, quod quæritur, ne nostra illa quã Paschæ Parasceue cõficimus, imperfecta censeatur, & contra institutũ Christi & Apostolorũ obseruationem celebrata, itaque dum eam ab imperfectione & vitio asserimus: consecrationem quidẽ requirimus, sed vniuerse quotunque tandem die illa perfecta sit, modo cætera seruentur quæ Ecclesia (diuini cultus regula & moderatrix) instituit. Deinde suspectum est, quod de fractione & distributione adjicit: nam videtur annuere opinantibus, Sacrum non esse legitimum nisi peracta Consecratione omnes simul communicent. Præterea non videtur considerasse Preces in ea recitatas: quæ adeo piæ sunt, adeo religiosæ, adeo Ecclesiæ nostræ Catholicæ & Romanæ con-

G. Cassander in Liturgia.

Vt sub finem Liturgia huius.

G

H

gruentes

A gruentes, adeo appositæ, vt eas non esse à Spiritus S. dictatas, dubitare nefas mihi videatur. Postremo, nescio quo pacto non probro & contumelia afficit Concilia tam œcumenica quam Prouincialia, quæ tale Missarum genus certis temporibus imperant, certis prohibent. Canon 52. sextæ Synodi in Trullum Constantinopoli palatium è totius orbis Episcopis conuocatæ, sic loquitur. *In omnibus sanctæ Quadragesimæ ieiunij diebus, præterquam Sabbato & Dominico, & festo Annunciationis die, fiat sacrum Præsanctificatorum ministeriũ.* Quadragesimus nonus Laodicenæ, multo antiquioris: prouincialis quidem, sed ab œcumenicis approbatæ & confirmatæ, non diuersum cecinit: *Non oportet (inquit) in Quadragesima panem offerre, nisi Sabbato & solis Dominicis.* Hîc ergo libentius duorum insignum Græcorum Patrum, Cabasilæ & Balsamonis testimonia audio: quibus etiam refutantur & repelluntur tela hæreticorum, qui præsentiam corporis Domini, in solo Eucharistiæ vsu constituunt. Prioris verba sunt, *προηγιασμένα* siue Præsanctificata, habent Christi Corpus & Sanguinem, quia aliis

Cabasil. in Expositione Liturgiæ, ca. 24. Theodorus Balsamõ in can. 52. sextæ Synodi in Trullo.

B ante diebus sanctificata & perfecta: Vnde & in ipsa introductione debent adorari. Posterior, proposito superiori Canoni sextæ œcumenicæ Synodi, commutandi caosa subiicit: *Statutum est, vt ieiuniorum dies, luctus & compunctionis dies sint, ad sua vniuscuiusque expianda peccata: Deo autẽ sacrificium peragere, est panegyrim agitare; Panegyricus autem siue festiuus dies, nihil est aliud quam gaudium. Cum ergo nemo possit, mærore & gaudio simul affici: statuerunt Patres, ne conficeretur Sacrificium totâ Quadragesimâ, excepto Sabbato, Dominico, & Annunciationis festo: In iis enim festum agitare, non flere aut ieiunare, aut genu flectere iussi sumus:* præsanctificatorum autem ministerium: non incruentam Sacrificationem dicimus, sed oblationem prius oblati & perfecti Sacrificij, sacriue mysterij. Quæ ratio eo vsque Balsamoni Patriarchæ Antiocheno placuit, vt quinquagesimiprimi, Laodicenæ, causam ex eodem fonte deduxerit. *Non*

C *oportet* (habet Canon) *in quadragesima, Martyrum Natales peragere, sed Sanctorum Martyrum commemorationes facere in Sabbatis & Dominicis.* Vt & reperitur 33. quæst. 4. Canon. *Non licet in Quadrasima.* Vnde istud? (ait Balsamum) Nempe non prohibetur, per totam Quadragesimam ne fiant per Sacrificia Sanctorum Martyrum memoriæ: quippe quæ lætitiam non afferunt, sed tantum, ne fiant eorum natales: vt qui lætitiam afferant & festum, &c.

Quoniam autem diximus, hanc, Missarum coaceruatoribus non venisse in manum: percontabetis fortasse, vnde ego eam nancisci, potuerim. Certe duo nactus sum exemplaria, quorum vnum fuit à Demetrio Duca, Cretensi: anno 1526. Clemente VII. Pontifice, editum: & Româ à Claudio Spencæo sempiternæ memoriæ clarissimo Theologo allatum, mihique datum munere. Alterum reperi in Euchologio Græcorum, nonnihil quidem ab illo differens: vt in suo loco infra annotabimus. Sed ratio diuersitatis, quæ

D tamen minima, explicatu est facilis. Pendet enim è diuerso Sacrificantium ordine: dum, quibusdam paulum immutatis vel transpositis, Callogeri sancti Montis Athos, rem diuinam suo Monastico instituto congruenter conficiunt: alij Ecclesiæ magnæ Constantinopolitanæ vulgatum vsum sequuntur.

Nonnulla sunt in hac Genebrardi obseruatione acriori iudicio expendenda. Primo immerito carpit Humbertum Silua Candida Episcopum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, quem fuisse virum sanctissimum atque eruditissimum Lanfrancus initio libri de Eucharistia aduersus Berengarium affirmat in omnibus probatissimum; scriptaque eius aduersus Nicetam Pectoratum, Græcosque plurimum laudata, vndecimus annalium Ecclesiasticorum tomus copiose recenset. Deinde Humbertus eam penitus perstringit, & abijcit ritum Græcorum de præsanctificatis, sed inuehitur iustissime in Nicetam, quod morem Latinæ Ecclesiæ reprehenderet, omnibus annis diebus ex-

E *cepto Parasceues, Eucharistiam consecrantis: obtendens Canonem 52. Trullanum, & Laodicenum, qui vetarent in quadragesima excepto solis Dominicis, & Sabbatis, & festo Annunciationis, aliis diebus Eucharistiam confici: sed vti tantum præconsecratis. Canonum Trullanum hisce verbis rejicit Humbertus, de Papa Agathone omnino scimus, quia nec sextæ Synodi per se ipsum præsedit, nec aliquibus eius capitulis subscripsit nisi quæ promulgata fuerunt aduersus Monothelitarum hæresim. Vos videte, vnde hæc quæ proponitis habeatis, quia Romana Ecclesia talia hactenus ignorauit. Hæc ille. Quid ad Concilium Laodicenum ista respondet: Cæteri autem quinis sanctorum Patrum conuentus etsi potuerunt de vtilitate & conuersatione Ecclesiarum suarum tractare, nullas tamen traditiones vniuersali Ecclesiæ præfigere. Ita prudenter Humbertus, indicans sic ritum illum de præsanctificatis potuisse à patribus Græcis in suis Ecclesiis haud prorsus absurde introduci, vt non propterea Romanam Ecclesiam ad illud excipiendum obstringere ius ipsis fuerit, & neque hinc in crimen arcessenda illa sit, si*

F *illum morem non colat.*

Insuper multis ostendere nititur Genebrardus in die Parasceues veram & perfectam Missam in Romana Ecclesia celebrari, quod tamen non adeo receptum est consensu omnium Theologorum vt non desint plures doctrina præstantissimi, qui magnis argumentis negent actionem illam quæ in Parasceue celebratur: proprie esse veram perfectam Missam, cum essentiam veri & perfecti sacrificij Missæ contineri existiment in consecratione, & consumptione, velintque in Parasceue tantum fieri consumptionem præconsecratæ hostiæ, & einsmodi esse Græcorum ritum in præsanctificatis, vide Bellarminum lib. 4. de Eucharistia cap 24. & lib. 1. de Missa, cap. 27 Denique Genebrardus Nicolaum Cabasilam & Theodorum Balsamonem appellat duos insignes Græcos patres, quos nec ità antiquos, ac potius schismaticos, ne dicam hæreticos Romanæ Ecclesiæ infensos fuisse, nulli non compertum.

De Græcorum ritibus.

G CÆterum in suis ritibus, satis testantur Ecclesiam esse Sanctorum communionem. Nam parum à nobis in suis rei Diuinæ ritibus differunt: vt taceam fidei capita, de Transsubstantiatione, de veritate corporis & sanguinis Domini, de Precatione pro mortuis, de inuocatione Sanctorũ, &c. quæ plane habent nobiscũ communis.

Primum singulos habent Papas (sic enim vocant Presbyteros vel Curiones) in parœciis singulis, cum vno Diacono.

Hodie propter tyranidem Turcarum (opinor) vnam duntaxat Missam in singulis Ecclesiis dicunt: vixque aliis quã Dominicis & Festiuis diebus Ieiuni singuli Parochi, Panem Benedictum Festis diebus & quoties celebratur, osculato sacerdote capiunt: At Paschatis festo, post auricularem confessionem, etiam communicant: sed sub vtraque specie: Ad ægrotos tamen panis duntaxat species defertur. Vestes eorum sacerdotales, fere cum nostris conueniunt nisi quod vltra nos, habent *ὑπογονάτιον*, quasi subgenuale, à zona ad lumbos vsque

Græci auricularem confessio

H propendens, forma Rhomboide. Prima ergo vestis: *στιχάριον*, tunica. 2. *ἐπιμανίκια*, Manipulus. 3. *ἐπιτραχήλιον*, stola. 4. *ὑπογονάτιον*, subgenuale. 5. *φελώνιον*, Casula.

Diaconus similiter, nihil amplius quam apud nos habet, præter Horarium, id est, stolam: & quasi alas, quibus exprimatur Angelorum velocitas. In hac stola scriptus est, *Sanctus*, ter.

Ecclesia in quinque partes diuisa. Prima, *ἅγιον*, *βῆμα*, sanctum Tabernaculum, quod gradibus in illam scandatur solis Sacrificantibus peruium: illic sunt duo Altaria. Maius, in medio: *θυσιαστήριον*, sacra Mensa, Sancta sanctorum, Cathadra, Locus Dei, Requies, Propitiatorium, magni Sacrificij officina, Christi monumentum, & eius gloriæ tabernaculum: tot enim vocabulis appellatur: Minus Altare, in quo Sacerdos sacra præparat, Prothesis dicitur: quasi, propositio, quod Panis consecrandus in eo primum ponatur. † Secunda, *ἱερεῖον*, Sacrarium, Chorus locus Clero & cantoribus deputatus: vbi tabularum

A duo habens ostia, & vela in vtroque ostio intertexta. † 3. ἄμβων, pulpitum: vbi recitantur Euangelia & Epistolæ, & verba fiunt ad populum: Vnde, εὐχὴ ὀπισθάμβωνος: Oratio ante cancellos, post completam Missam. † 4. ναός, Templum, Atrium populi, Nauis Ecclesiæ (inde enim Latini certam Templi partem, nauim videntur nominasse.) In ima eius parte, ita mulieres à viris separantur, vt à nullo videri possint; In tabulato superiori, sunt viri; ex quo, per clatros, sacra quæ conficiuntur, prospiciunt. 5. baptisterium, prope νάρθηκα, id est, Templi vestibulum, vbi stant Pœnitentes. †† Sacram suppellectilem habent; τὸ ζέον, lagenula capiens aquam calidam; τὸ εἰλητόν, Corporale, ῥιπίδιον, flabellum; ἀστὴρ, & ἀστερίσκος, asteriscus, stellula; λαβὶς, fuscina, tenaculum, forcipula: ἀὴρ, sudarium quo velantur res sanctæ δίσκος, patena; δίπτυχα, tabellæ inscriptæ mortuorum & Sanctorum habentes nomina; λόγχη, lanceola qua desecatur σφραγὶς τῆς προσφορᾶς, sigillum Oblationis; nempe ima-
B go Christi crucifixi in pane, quæ excisa consecratur; Reliqua enim pars, est ἀντίδωρον: quā frustulatim incisam, Sacerdos post Missam diuidit iis qui Corpori & Sāguini Domini non communicauerint. Vnde Antidoron; quasi sit loco doni siue Eucharistiæ; Alias, εὐλογία dicitur; vt à nobis, panis benedictus. Vale & fruere.

DE IIS QVI DORMIERVNT.

Cætera è communibus Liturgijs repetuntur.

PRopositum: *Sonus* 4. Animæ ipsorum in bonis commorabuntur.

Versus. Ad te Domine clamabo, Deus meus.

Lectio Pauli, ex Epistola ad Thessalonenses.

Fratres nolo vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent. Si enim credimus, quod IESVS mortuus est & resurrexit, sic
C & Deus eos qui dormierunt, per IESVM adducet cum ipso. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quod nos qui viuimus, qui relinquimur: in præsentia Domini non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in iussu, in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo; & mortui in Domino resurgent primum. Deinde nos qui viuimus, qui residui sumus; simul cum ipsis rapiemur in nubibus in occursum Domini, in aëra. Et sic semper cum Domino erimus.

Alleluia.

Versus. Beati quos elegisti & assumpsisti Domine.

De ijs qui dormierunt.

Euangelium secundum Ioannem.

Dixit Dominus ad Iudæos qui ad ipsum venerant: Ego sum panis vitæ. Patres vestri comederunt Manna in deserto, & mortui sunt. Iste est panis qui de cœlo descendit, vt qui ex ipso manducauerit non moriatur. Ego
D sum panis viuens, qui de cœlo descendit. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et vero panis quem ego dabo caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita. Litigabant ergo Iudæi in se inuicem, dicentes; quomodo potest ipse nobis dare carnem ad manducandum? Dixit igitur eis IESVS: Amen dico vobis, si non manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Et resuscitabo eum in die nouissimo.

* * *

DE SANCTIS. E

Propositum.

Sonus grauis. Lætabitur iustus.

Versus. Exaudi Domine iustitiam meam.

Lectio Pauli, ex Epistola ad Hebræos.

Fratres, obedite præpositis vestris & obtemperate. Ipsi enim vigilant pro animabus vestris, quasi rationem reddituri; vt cum gaudio istud faciant, & non gementes. Inutile enim vobis istud. Orate pro nobis. Confidimus enim quod bonam conscientiam habemus, in omnibus bene volentes conuersari. Abundantius autem deprecor vos hoc facere, quo celerius restituar vobis. Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis Pastorem ma- F
gnum ouium, in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrū IESVM CHRISTVM; aptet vos in omni opere bono, vt faciatis voluntates eius, per IESVM CHRISTVM cui gloria, in sæcula sæculorum, Amen.

Sonus quartus.

Versus. Iustus sicut palma florebit.

DE SANCTIS.

Euangelium secundum Matthæum.

Dixit Dominus suis discipulis. Ingredimini per angustam portam: quoniam lata est ianua & ampla via, quæ ducit ad perditionem; & multi sunt qui ingrediuntur per illam. Et angusta est porta & arcta est via quæ ducit ad vitam: & pauci sunt qui inueniunt eam.

DE PONTIFICIBVS. G

SONVS. 2

Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.

Versus. Quid retribuemus Domino, pro omnibus.

Lectio B. Pauli ad Hebræos.

Fratres, talis decebat vt nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus & excelsior cœlis factus; qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum pontifices, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi ignorantiis. Hoc enim fecit semel, se offerendo. Lex enim homines constituit pontifices infirmitatem habentes. Sermo autem iusiurandi, qui post legem est; Filium in æternum perfectum. Caput autem super ea quæ dicuntur. Talem habemus pontificem, qui sedit in dextra throni magnitudinis in H
cœlis, sanctorum minister, & tabernaculi veri quod fixit Dominus & non homo. Alleluia. Sonus 2. Sacerdotes tui Domine induantur iustitiam.

Euangelium secundum Ioannem.

Dixit Dominus suis discipulis: Ego sum ostium, Per me si quis introierit, saluabitur, & introibit & exibit, & pascua inueniet. Fur non venit, nisi vt furetur & mactet & perdat. Ego veni, vt vitam habeant & abundantius habeant. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus: Mercenarius autem cum non sit pastor, cuius non sunt oues propriæ; spectat lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit eas & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non est ei cura de ouibus. Ego sum Pastor bonus, & cognosco meas, & cognoscor à meis. Quemadmodum cognoscit me, Pater, & ego

cognosco

A cognosco Patrem; & animam meam pono pro ouibus, & alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili; illasque me oportet adducere, & vocem meam audient. Et fiet vnum ouile & vnus pastor.

DE FESTIS SANCTISSIMÆ Dominæ nostræ Deiparæ semperque Virginis Mariæ.

PROKEIMENON.

Sonus 3. Magnificat anima mea Dominum.
Versus. Quia respexisti.

Lectio Pauli ex Epistola ad Hebræos.

Fratres, habuit primum tabernaculum iustificationes B culturæ, & sanctum sæculare. Tabernaculum enim constitutum est primum in quo erant candelabrum, & mensa, & propositio panum, quæ dicitur Sancta. Post secundum autem velum tabernaculum quod dicitur Sancta sanctorum, aureum habens thuribulum & Arcam testamenti circumtectam vndique auro; in qua, vrna aurea habens Manna, & virga Aaron quæ floruit, & Tabulæ testamenti. Super ipsam autem; Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium; de quibus non est nunc dicendum per singula. His autem sic constitutis, in primum quidem tabernaculum semper ingrediuntur sacerdotes perficientes cultus. Atin secundum; semel in anno solus Pontifex, non sine sanguine quem offert pro suis & populi ignorantijs. Alleluia.
Sonus 4. Audi filia & vide & inclina aurem tuam.

Euangelium secundum Lucam

In illo tempore: ingressus est IESVS in pagum quemdam. Mulier autem quædam Martha nomine excepit ipsum C in domum suam. Huic vero erat soror quæ vocabatur Maria; quæ & sedens ad pedes eius, audiebat ipsius verbum. Martha autem distrahebatur circa multum ministerium; & instans dicebat: Domine non curæ tibi est, quod soror mea me solam relinquit ministrare? Dic igitur ei, vt me adiuuet. Respondens autem dixit ei IESVS: Martha, Martha sollicita es turbaris erga plurima. Porro vnum tibi est necessarium. Maria bonam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Factum est autem dum hæc diceret; extollens vocem quædam mulier è turba; dixit ei: Beatus venter qui te portauit, & vbera suxisti. Ipse autem dixit: quinetiam beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

DE MARTYRIBVS.

Prokeimenon; Sonus 4.

D Sanctis qui sunt in terra mirificauit.
Versus. Prouidebam Dominum semper in conspectu meo.

Lectio Pauli, ex Epistola ad Ephesios.

Fratres confortamini in Domino & in potentia virtutis eius. Induite armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus Principatus & Potestates, aduersus mundi Rectores tenebrarum sæculi huius, aduersus spiritualia nequitiæ in supercœlestibus. Propterea assumite armaturam Dei, vt possitis resistere in die mala, & omnia conficientes stare. State igitur succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ, & calceati pedes in præparatione Euangelij pacis, in omnibus assumentes scutum fidei, in quo poteritis omnia tela maligni ignita extinguere; & galeam salutis accipite; & gladium spiritus, quod est verbum Dei.

Alleluia. *Sonus* 2. *Versus.* Iustus vt palma florebit. E
Aut. Expectando expectaui Dominum.

Euangelium secundum Ioannem.

Dixit Dominus suis discipulis: Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Si mundus vos odio habuerit; scitote, quia me ante vos odio habuit. Si ex hoc mundo essetis: mundus, quod suum esset: diligeret. Quoniam autem non estis de hoc mundo, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Mementote verbi mei, quod ego dixi vobis. Non est seruus maior Domino suo. Si me persecuti sunt; & vos persequentur. Si verbum meum seruauerunt: etiam vestrum seruabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum: quia non cognouerunt eum qui misit me. Si non venissem, & locutus fuissem eis: peccatum non haberent. Nunc & prætextum non habent de peccato suo. Qui me odit: etiam Patrem meum odit. Si F opera non fecissem in ipsis, quæ nullus alius fecit: peccatum non haberent. Nunc autem & viderunt & odio habuerunt & me & Patrem meum: sed vt impleatur sermo qui dictus est in lege ipsorum: Quia odio habuerunt me gratis.

DOMINICA AD MISSAM: Beatitudines. Sonus 1.

Per esum eduxit è paradiso, inimicus, Adamum: Per crucem autem vicissim, in ipsum Latronem Christus introduxit. Memor esto mei vociferantis, quando veneris in regnum tuum. Crucifixus fuisti innocens: & in monumento volens positus. Sed surrexisti vt Deus, simul excitasti antiquos patres. Recordare mei vociferantis, quando veneris in regnum tuum.

Adoro tuas passiones: glorifico etiam tuam resurre- G ctionem, cum Adam & Latrone: cum voce ad te clamo clara. Memento mei Domine, quando veneris in regnum tuum.

Templum (Saluator) corporis post triduanam exsuscitans sepulturam. Cum Adam, ortos ex Adam simul suscitasti Christe Deus. Memento mei clamantis, quando veneris in regnum tuum.

Vnguentiferæ venerunt lachrymantes, ad monumentum tuum Christe Deus. Valde mane, & in albis inuenerunt Angelum sedentem: quid quæritis? dicentem: Resurrexit Christus, ne ploretis deinceps.

Apostoli tui, Domine, ad montem quem eis constitueras, accedentes (Saluator) te visum adorarunt; quos & misisti ad gentes, baptizare docens eas.

Versus de Trinitate.

Patrem adoremus, & Filium glorificemus, & sanctum Spiritum Fideles omnes celebremus: clamantes & dicentes, sancta Trias salua nos omnes. H

Versus de Deipara.

Matrem tuam adducit tibi in supplicationem populus tuus Christe: intercessionibus ipsius miserationes tuas nobis tribue. Vt te glorificemus, qui è sepulchro nobis effulsisti.

DOMINICA AD MISSAM, Beatitudines: Sonus 2.

Recordare misericors, etiam nostri, quemadmodum Latronis in regno cœlorum.
Infernum captiuum reddidisti cruce: vitam autem largitus mortalibus, & regnum cœlorum.

A Lignum antea exegit Adamum: crux contra, introdusit Latronem in regnum cœlorum.

Sepulchrum suscepit te Christe, qui sepulchra inaniisti & mortalibus vitam dedisti, vt Deus.

Resurrexisti triduanus, à mortuis: & apparuisti vndecim discipulis.

Saluator in monte Oliuarum.

Apostolorū inuocatio.

Apostoli gloriosi Christi: remissionem poscite Fidelibus, & regnum cœlorum.

Versus de Trinitate.

Patrem glorificemus, & filium & Spiritum Sanctum, Fideles; tribus in personis vnum Deum.

Versus de Deipara.

Omnes beamus te pura. Nam sine semine peperisti in carne Deum regem cœlorum.

B

DOMINICA AD MISSAM,
Beatitudines: Sonus 3

Negligentem, Christe, mandatum tuum, primum patrem Adam paradiso exterminasti. At Latronem qui te misericordem confitebatur in Cruce, in ipso collocasti clamantem, memento mei Saluator in regno.

Crucis arma valida contra dæmones.

In monte, Moses, manus explicans præfigurabat Crucem, Amalec euertens. Nos autem Fideles hanc contra dæmones arma valida capientes: fide clamamus, memento etiam nostri in regno tuo.

Resurgens à mortuis, simul exsuscitasti nos à passionibus, resurrectione tua Domine: mortis autem vniuersum principatum perdidisti Christe; propterea fide clamamus, memento etiam nostri in regno tuo.

C Peccantes nos, mortis damnasti execratione, vitæ largitor Deus noster. In corpore autem tuo citra culpam patiens, Domine; mortales viuificasti clamantes, recordare etiam nostri in regno tuo.

Vrnam Spiritus auream. Manna habentem; interpretes tuos Christe, Apostolos effecisti; per ipsos aleos cœlesti pane verè, populum tuum fide clamantem tibi; memento mei Saluator, in regno tuo.

Cum Cruce, sepulturam & sanctam resurrectionem tuam, Saluator, adorantes glorificamus; qui propter nos voluntariè omnia pati voluisti, Deus in carne; & mundum saluasti à maligni seruitute, atque inferni corruptione.

Vnguentum ferentibus mulieribus primis apparuisti, resurgens à mortuis saluator, vociferatus, Auete; ac per eas, inimicis tuam significasti excitationem Christe. Propterea fide clamamus, memento etiam nostri in regno tuo.

Versus de Virgine.

D Aue porta Dei, per quam transiit incarnatus Conditor signatam seruans te. Aue nubes velox, imbrem Christum ferens. Aue scala & porta cœli. Aue mons Dei, reuera non sectus manibus.

DOMINICA AD MISSAM
Beatitudines: Sonus Quartus:

PEr lignum, Adam, à paradiso factus est exul: per lignum Crucis, Latro paradisum incoluit. Nam qui gustauit vetitum lignum, mandatum Conditoris neglexit: at cum Christo crucifixus, Deum confessus est latentem. Memento mei in regno tuo.

Exaltatus in Cruce, & mortis soluens potentiam, & verè delens contra nos chirographum, Domine; Latronis pœnitentiam etiam nobis præbe solus misericors, cui fide clamamus tibi, Christe, multæ miserationis Deus noster: Memento etiam nostri in regno tuo.

Eum qui resurrexit à mortuis, & inferni potentiam spoliauit, & apparuit mulieribus, obsecramus, vt de corruptione liberet animas nostras, perpetuo clamantes, Latronis beneuoli vocem ad ipsum; Memento etiam nostri in regno tuo. E

Ad monumentum tuum, Christe, vnguentiferæ venerunt, vt te vngerent: nec inuenientes, ô bone, vitam afferens immolatum tuum corpus: hæsitabant cum lacbrymis, gementes (Domine) & quærentes te. Vbi autem inuenerunt te, Domine, te desideratum; acclamabant tibi: Memento etiam nostri in regno tuo.

Propter nos, impatibilis, patibilis factus es vt homo; libenter autem in Cruce clauis affixus, nos simul suscitasti: proinde adoramus tuam, cum Cruce Passionem & Resurrectionem; per quæ refecti sumus, per quæ & saluati, clamamus: Memento etiam nostri in regno tuo.

Versus de Trinitate

Vt Patrem & Filium & Spiritum sanctum, vno animo omnes Fideles, glorificemus dignè, obsecremus vnitatem Diuinitatis in tribus subsistentem hypostasibus, non confusam; simplicem, indiuiduam & inaccessam; per quam redimimur à supplicij igne. F

De Deipara.

Matrem tuam, Christe; quæ te in carne, sine semine peperit; quæ & virgo verè, etiam post partum mansit; incorrupta; tibi adducimus intercessionem, Domine, misericordissime. Lapsuum veniam largire cunctis qui ei inclamant, Aue † iis, verè thesaurus vitæ. *† Gaudeas.*

Dominica ad Missam, Beatitudines; Sonus obliqui 1.

Latro in Cruce, te Deum esse credens, Christe; te est confessus syncerè ex corde. Memento mei, clamans, in regno tuo.

Eum qui in ligno Crucis, vita floruit nostro generi, & tabefecit ortam ex ligno execrationem; vt Saluatorem & Conditorem celebremus. G

Morte tua Christe, mortis soluisti potentiam, simulque suscitasti ab æuo mortuos te celebrantes Deum verum & Saluatorem nostrum.

Ad tuum monumentum Christe, accedentes mulieres illustres quærebant vt te vitæ datorem vngerent. Apparuit autem ipsis Angelus clamans; surrexit Dominus.

Crucifixo te, Christe, in medio duorum sontium latronum; vnus blasphemans, meritò damnatus est; Alter te confitens, paradisum inhabitauit.

Vniuersam repleuit terram, Apostolorum tuorum sonus, Christe; & imminuit impietatis noctem, irradians cunctis Fidelibus lumen oortiæ.

Apostolorum choro euangelizant mulieres illustres, vociferantes; Christus resurrexit, vt Dominus & opifex, ipsum adoremus. H

Versus de Trinitate; siue, Triadicon.

Trinitas indiuisa vnitas, omnium opifex & omnipotens, Pater, Filius, & Spiritus sanctus; tu Deus & lumen, teque celebrans adoro.

Versus de Deipara, siue Theotocion.

Qui consecuti sumus gaudium in tuo conceptu, ô plane immaculata; salutamus te, cum Angelo clamantes: Aue Mater Emmanuelis, Dei & Saluatoris nostri.

Dominica ad Missam: Beatitudines: Sonus obliqui 2.

Memor esto mei, Deus Saluator meus; quando veneris in regnum tuum, & salua me velut solus clemens.

Per lignum, Adam deceptum; per lignum Crucis rursum saluasti latronem clamantem; memor esto mei Saluator in regno tuo.

Inferni portas & vectes contriuisti Christe, suscitasti omnes. Saluator, clamantes. Gloria exurrectioni tuæ.

A Memor esto mei, qui infernum spoliasti sepultura tua; & qui resurrectione tua, gaudio cuncta repleuisti, velut misericors.

Vnguentiferæ ad monumentum venientes, Angelum clamentem audiebant: Christus resurrexit, illuminans omnia.

Clauis in Crucis ligno confixum Christum, qui mundum ab errore liberauit; communibus vocibus omnes celebremus.

Triadicon,

Patrem & Filium glorificemus, & Spiritum sanctum, dicentes: sancta Trinitas, animas nostras salua.

Theotocion, siue Deipara.

Quæ ineffabiliter ab extremis concepisti & peperisti tuum conditorum proprium; virgo, te magnificantes seruа.

B

DOMINICA AD MISSAM, Beatitudines : Sonus Grauis.

Formosus & pulcher erat, Iasv, qui me occidit, fructus. Christus est lignum vitæ; quo vescens, non morior: sed clamo cum Latrone; Memor esto mei Domine, in regno tuo.

In cruce exaltatus, misericors; Adami chirographum veteris peccati, deleuisti & saluasti ab errore vniuersum hominum genus: vnde celebramus te, benefice Domine.

Clauis confixisti in cruce, misericors; nostra peccata Saluator, ac morte mortem interfecisti, excitans mortuos è mortuis. Vnde tuam gloriosam adoramus resurrectionem.

C Effudit venenum, Serpens; auribus Euæ, olim; Christus autem in ligno crucis effluere fecit mundo dulcedinem; qui clamat, memor esto mei in regno tuo.

In monumento, vt mortalis positus fuisti, vita omnium Christe; & portas mortis contriuisti, exurgens ex inferis, triduanus, vt potens; ac omnes illuminasti, te celebrantes: Gloria tibi.

Simul excitasti, in tua exurrectione, Adamum, vitæ dator Christe; antiquam incorruptibilitatem largiens, quæ erat in paradiso. Proinde clamo cum latrone: memor esto mei, in regno tuo.

Triadicon.

Lumen, Pater; Lumen, Filius, Verbum; Lumen, Spiritus sanctus: sed vnum lumen, tria, vnus enim Deus in tribus personis, vna natura, & principium insecabile, inconfusum, sæculis antiquia manens.

Theotocion.

Virgo Deipara Arca noui Testamenti,

D Peperisti Filium & Verbum Patris, in carne super terram; vt nouit, ô Dei genitrix, ipse. Proinde Virgo Mater per te ædificati; Aue tibi, Christianorum spes, clamitamus

Dominica ad Missam: Beatitudines, Sonus obliqui 4.

Memor esto nostri, Christe Saluator mundi, quemadmodum memor fuisti latronis super ligno: & dignos fac nos; ô solus misericors, cœlesti regno tuo.

Ligno affixus Saluator noster; libere, ligni execratione Adamum liberasti, reddens veluti misericors primam imaginem & paradisi habitaculum.

Audi Adam, & gaude cum Eua, quoniam qui vos ambos ante nudos fecit, & fallacia vos cœpit captiuos, in cruce Christi conficitur.

Ligno, Adam primo cecidit, ligno latro secundo seruatus est; & antiquæ, paradisi vitæ dignitatem assecutus est.

Abiit festinanter, Angelus, diuinis inquiebat mulieribus, verbi prædicatricibus: nunciate his, quoniam resurrexit Christus, omnium resurrectio.

E Vt in cœlo multitudo Angelorum, sic super terram, hominum genus sanctam colit resurrectionem bonitatis tuæ, Domine.

Triadicon.

Expers principij. Trinitas indiuidua essentia, throni eiusdem vnitas, natura eiusdem honoris consors; principio superior gloria & regnum, salua nos qui te fide canimus & celebramus.

Theotocion: siue Versus de Deipara.

Virgo Deipara spes Christianorum

Aue Dei amplissimum prædium: Aue Arca noui Testamenti, Aue vena, è qua manna cœleste, cunctis datum est mortalibus.

MODVLI QVI PRO MORTVIS Canuntur ex Horologio Græcorum.

F

Benedictus es Domine; doce me iustificationes tuas.

Sanctorum chorus inuenit fontem vitæ & paradisi portam. Inueniam & ego viam illam per pœnitentiam. Ouis ego sum quæ periit: reuoca me saluator & salua me.

Qui agnum Dei prædicasti, & interfecti tanquam agni, & ad vitam senij expertem & perpetuam translati estis; hunc obnixe, ô martyres precamini, vt peccatorum remissionem nobis tribuat

Benedictus, &c. Qui viam angustam perambulastis, afflictam, ô vos omnes qui in vita crucem velut iugum baiulastis, & me secuti estis in fide, adeste, percipite quæ parauit vobis brabia & cœlestes coronas.

Benedictus, &c. Imago sum ineffabilis gloriæ tuæ, etsi stigmata fero lapsuum: Miserere tui operis Domine. & purifica tuâ misericordiâ; expetitamque patriam præbe mihi, paradisi rursum me ciuem efficiens.

G *Benedictus, &c.* Qui olim de nihilo creasti me & tua diuina imagine honorasti; at propter transgressionem mandati tui me rursum expulisti in terram, è qua fueram sumptus: ad tuam similitudinem reduc me, pristinam pulchritudinem restaurans.

Bened. &c. Requiem dona Deus seruis tuis, & colloca eos in paradiso, vbi sanctorum Chori, Domine: & iusti fulgent tanquam luminaria. Dormientibus seruis tuis requiem præsta, omnes ipsorum culpas dissimulans Gloria.

Triadicum. Trinum fulgorem vnicæ deitatis pie celebremus, clamantes; sanctus es ô Pater, principij expers; Fili simul principio carens, & diuine spiritus: illumina nos, qui te fide colimus, & de igne æterno. *

Et nunc Theotochium.

Aue honoranda quæ Deum peperisti ad omnium salutem, per quam hominum genus salutem reperit. Per te enim Dei genitrix pura, benedicta: paradisum inuenimus, Alleluia, Alleluia, Alleluia. H

Gloria tibi Deus; *ter*

CANON SVPPLEX, QVI DE SVPERIS potestatibus, Angelicisque & omnibus sanctis canitur.

Responsoriis hic in Latino hac v. prosis Latinorum.

Ordine Alphabetico, quem seruare non potuit idem Genebrardus interpres.

Oda 1. Sonus Plagij quarti; Aurigam Pharaonis.

α.

Angelorum intercessio

VErbum principij expers, sacris Cherubim, Seraphim Potestatum, Thronorum, dominationum, virtutum, Angelorum; Archangelorum, Principatuum, Dominationum, precibus; diuites tuas miserationes nobis, vt clementissimus, *tribue.*

A

Sanctorum omnium inuocatio.

β.

Adiuua me Domini præcursor, Christum obsecrans. Prophetarum multitudo, Apostolorum cœtus, Martyrum exercitus, vniuersorum Dominum flectite, vt saluer ego plurimis irretitus peccatis.

γ.

Sanctæ mulieres quæ egregie pugnauistis, pietatemque exercuistis: sacrorum Præsulum turba; sancti & iusti; honorandi sacri Martyres, vt bona sempiterna consequamur, fide nos beantes intercedite.

De Virgine.

δ.

Mentem meam, corporis voluptatibus mancipatam, Domina bonaque mater integram in libertatem assere: & verissimum seruum Filij tui, bonis operibus me effice; vt te, obnixius glorificem.

B

Oda. 3. Qui firmasti principio.

ε.

Ab inimici scandalis; Seraphim liberate me. Potestates, Cherubim, Dominationes, principatus. Throni, Archangeli cum vniuersis Angelis; supplices redemptorem obsecrate.

ζ.

Vitam eximiam Christum mihi semper, Præcursor impetra, cum Prophetis & choris Apostolorum, Præsulum sanctorum, & sacrorum Martyrum per sanguinem consummatis.

η.

C

Quam adeptæ estis voluptatem & perennem gloriam mulieres viriliter luctatæ, Hoste præclatis exercitationibus superato, eius vt efficiamur participes precamini.

θ.

Deo gratissima, pura & casta Virgo, cum supernis ordinibus, cum sapientibus omnibus Apostolis, Martyribus, sacris atque Prophetis, supplica vt perfectam peccatorum remissionem consequamur.

Oda. 4. Tu mei Christe.

ι.

Vide Christe, nec me spernas, obsecro; omni peccatorum genere implicatum; sed supplicationibus tuorum Angelorum, Martyrum atque Apostolorum, miserere mei, salua me; tuique regni hæredem, vt misericordiæ plenus, effice.

κ.

D

Ioannes Baptista lucerna solis spiritualis.

Præco Christi Præcursor; cordis mei extinctam lucernam nunc accende, qui iam lucerna spiritualis solis nominatus es: ac cum Prophetis omnibusque sanctis, roga vt in ardenti pœnitentia vitam hanc temporariam transigam.

λ.

Accende mihi lumen pœnitentiæ humanissime IESV; sanctarum mulierum quæ te sanctissime coluerunt, intercessionibus: Item Pontificum, Martyrum & Apostolorum tuorum; atque vt salutem consequamur tribue.

μ.

Virgo sanctissima quæ sola immaculatum assumpto corpore peperisti, illum obsecra, vt in die illa terribili cunctos nos saluet, à supplicio liberet, æternam vitam atque lumen tribuat cum iis qui præclare Deum coluerunt.

E

Oda. 5. Vt quid me.

ν.

Spirituales virtutes te nunc obsecrant misericors Domine, Potestates, Throni, Seraphim, Dominationes Angeli cum Archangelis, & Principatibus. Propitius esto populo tuo, & vt misericors salua.

ξ.

Qui mirabilem vitam, & à communi hominum more alienam egisti: alienum me fac ab omni supplicio: flecte humanissimum Dominum, comitatus Prophetis diuinis Apostolis, Præsulibus, sanctisque Martyrum exercitibus.

ο.

F

Qui tuos sactos Præsules & Martyres illuminasti Domine, qui venerabilium mulierum pietatem excolentium diuinum Catalogum magnis affecisti præmiis: horum omnium precibus, mei miserere, qui infinita mea peccata nosti.

π.

Virgo sanctissima quæ verbum Dei sanctissimum enixa es, ab anima mea omnem expelle torporem & molestiam, meas cogitationes dirige; vt diuina præstem opera, vt fide & desiderio te glorificem.

Oda 6 Propitius esto mihi.

ρ.

Vt liberer supplicio, apud Inferos inflicto, Cherubim, Throni, Dominationes, Angeli, Archangeli, Principatus & Potestates, vniuersæ creaturæ Dominum precamini.

σ.

G

Cum Apostolorum Choris & Martyrum exercitibus Præcursor Christi Præco, vt nanciscamur in hora iudicij misericordiam, à IESV humanissimo Deo nostro impetra.

τ.

Tecla prima princepsque mulierum, quæ pugnarunt fortiter, ipsis comitata intercede, vt prauorum affectuum caligine & variis tentationibus liberemur.

υ.

Deo gratissima Domina, te fideles celebramus. Nam Deum qui omnem celebrationem excedit, peperisti, à quo, precibus obtine immaculata, vt vrbem & populum suum in pace conseruet.

Oda 7. Dei condescensus.

φ.

H

Sancti Angeli, primi luminis secunda lumina participatione matetiæ experte & beatissima decori excellitis. Itaque clamo, mentem meam illustrare perpetuo, obtenebratam vitæ affectibus.

χ.

Beatus Apostolorum chorus, cum diuino præcursore, itemque sacris; & triumphantibus Prophetis; atque sanctis Pontificibus precamini, vt humanissimus benedictus Deus noster, nostra omnium delicta despiciat.

ψ.

Animæ meæ, Christe, labores eiice; eamque miserere sacrorum Martyrum, sacrorum Antistitum, & sanctorum tuorum intercessionibus. Ne pudore afficias me quando tuo throno sistar, benedictus Deus Patrum nostrorum.

Vi

A

Vt Thronus igne rutilus, Regem creaturæ gestas. Eum Virgo, obsecra, cum beatis & sanctis mulieribus, vt me regno suo dignum efficiat, qui tuum patrocinium fideliter cano & celebro.

Oda 8. Septuplum fornacum.

Cherubim, igneam habentes formam; Seraphim, multis insignes oculis, Throni, Potestates, Principatus, Angeli, omnes Archangeli & Dominationes sacræ, cum beato Præcursore, Prophetis, Apostolis, sanctis Præsulibus, vniuersis iustis, orate vt nostri misereatur.

Apostolorū inuocatio.

Præstate nobis auxilium, Petre, Paule, Iacobe, Bartholomæe, Thoma, Philippe, Andrea, Marce, cum Luca, Amice Christi Ioannes, Simon & Iuda beatissima, Marthiaque maxime; qui errorum insultibus premimur & conturbamur.

B

Stephane qui es solaribus fulgoribus fulgidior, Athletarum Christi primus, cum illis supplica, vt omnes nos illustremur, omnemque peccati caliginem effugiamus, Domino clamantes; sacerdotes benedicite, Laici superexaltate eum in cuncta secula.

Vestigia sequar, virgo purissima, sanctorum qui vitam virtutibus excultam traduxerunt, effice. Hostes maledictione prosequens, qui me immaniter excruciant & ad carnis prauos affectus assiduis turbis impellunt, vt lætus clamem; Populi superexaltate in cuncta secula.

Oda 9. Excessit super hoc.

Diuinæ potestates & Cherubim, Seraphim, Dominationes, Angeli, Throni, Principatus omnes etiam Virtutes gloriosissimæ, sacri item Archangeli, preces ad Deum fundite, vt probe viuamus, salutem consequamur, & à malis liberemur.

C

Cum vniuersis Prophetis Prophetarum summe, Præcursor, nobis postula cuncta bona; qui male affectibus afficimur, & assidue praui (Sathanæ) insultibus implicamur, vitæque illecebris; vt vos fide decoremus,

Duodenarius inclytus Apostolorum numerus, vniuersi Martyres, sacerdotes, beati Prophetæ, sancti & iusti, quæque fortiter dimicastis mulieres; pro nobis preces, ad humanissimum Dominum fundite.

Bonitatis amantissima Virgo, bonum tuum Filium & Dominum obsecra, vt perpetuo fatigatam insultibus exitialis Draconis, & infirmatam meam animam curet, saluet, & cunctis ascensionibus lumen afferentibus bene afficiat.

ORDO DIVINI OFFICII

Gothici Musarabum, excerptus & in Latinum sermonem conuersus ex Hispanico libri de vita & gestis Franc. Ximenis S. R. E. Cardin. ab Eugenio Roblesio, Toletano, ex Biblioth. RR. D. Renati Poterij Episcop. Bellouac.

D

Habes hîc multo fusiùs exposita, quæ de hoc ordine scire optaueris. Prodiit autem liber ille Roblesij excusus Toleti ex officina Petri Roderici Typographi Regij, ann. 1604.

CAP. XXIII.

De auctoritate huius sancti Officij, & ratione eius vsus, vt ritè possint debita exercere munia, tum Curiones, tum Beneficijs Ecclesiasticis, & ædiculis sacris addicti, seu Capellani Muzarabes.

HOc in capite sectabor accuratissime Doctorem Franciscum à Pissa, in loco iam antea citato, nec ab illius verbis aut mente recedam vllatenus; quamuis Pater Ioannes à Marieta Ordinis prædicatorum in sua Sanctorum Hispaniæ historia, præcipueque libro 20. secundæ partis cap. 5. iisdem pene verbis idem argumentum persequatur. Illic autem edisserit atque de quarto Concilio Toletano, illo ipso nimirum, de quo verba fecimus, quo cautum est, atque decretum, vt eo Muzarabis officio vniuersa Hispania vteretur. Præfuit autem huic sanctissimo Patrum consessui sanctus Isidorus Archiepiscopus Hispalensis, eius amplificator, & expurgator, regnante in Hispania Sisenando Gottho, & Archiepiscopatum Toletanum obtinente Iusto, qui quidem fuit è numero Præsulum, qui huic sacro Concilio, in templo sanctæ Leocadiæ. extra Toleti muros, anno salutis 634. celebrato, interfuere.

E

Doct. Franc. de P. tab. 1. Frat. Ioan. à Mariet. l. 20 c. Conci. Tolet.

His suppositis, cum nemo possit istius officij vetustatem inficiari, quippe cum iam nongenti anni numerentur, si à D. Isidori, & quarti Concilij Toletani tempore sumatur exordium: cumque nemo sit qui de illius tum pietate tum authoritate ambigat, cum à sanctis institutum, ab iisdem prouectum, miraculisque fuerit confirmatum, nemini etiam dubium est; quin illud summi Pontifices, Ecclesiæque præsules suis approbationibus, & ratihabitionibus stabilierint, atque firmarint.

F

Pap. Grego. VII. approbauit,

Enim vero si tempora Alphonsi sexti repetamus, compertum subito nobis erit, quo pacto; dum res iste: vt attigimus, hoc officium tollere statuisset, postquam mature & accurate rem Gregorius septimus tum Pontifex introspexisset, atque discussisset, confestim approbatione sua dignum officium hoc censuit, illudque sanctissime confirmauit; mandans Richardo sedis Apostolicæ delegato, qui tunc temporis cœnobio sancti Victoris Massiliæ præerat, vt in Hispaniæ templis vsurparetur ac permaneret. Præterea Ioannes VIII. Pontifex Romanus, circa annum Domini 872. ni fallor, idem studiose curauit, in Hispaniam mittens prudentissimum presbyterum Ioannem, vel (si Marietam sequi velimus) Ianellum: qui cum singula exquisite retulisset, mox à Pontifice confirmatus est ordo Missæ huius, totiusque diuini officij, vt in Hispania mos inoleuit, celebrandi.

G

Pap. Ioa. VIII. approbauit.

Neque vero recessit ab aliorum sententia Alexander II. anno 1097. quando quidem missus ab eo fuit ad Hispanos eadem de causa Cardinalis Hugo Candidus, vt refert Ambrosius Morales, qui quidem id hausit & transtulit è libro quodam Conciliorum regij Monasterij D. Laurentij Escurialis.

Pap. Alexan. II. approb.

Postermo nostra ætate Paulus 3. summus Pontifex, (vt videre est apud Aluarem Gomesium, in historia nostri Cardinalis) cum postulasset ab hac Ecclesia, vt sibi Missale, & Breuiarium Muzarabicum mitteretur statim illis acceptis visisque, ea iussit asseruari in Bibliotheca Vaticana: qua in re visus est id omne quod non abiecit, imo apud se haberi voluit, approbasse.

Pap. Paul. III. l. uar. 3. fol. 51.

H

Itaque iuxta ea quæ iam præfati sumus possunt libere, liciteque tum Parochi, tum beneficiis & ædiculis sacris addicti seu Capellani Muzarabes officium eiusmodi celebrare, nihil ad hæc obstantibus Pij quinti constitutionibus motibusque proprijs, Breuiariis, & Missalibus Romanis, iuxta reformationem insertis. Vt autem rei huiusce veritas facilius elucescat, innititur id quod asserimus non modo antiquitati quæ prætergreditur annos ducentos motuum propriorum, quoniam ea ex parte fuit alia quædam declaratio specialis; verum etiam si mentem adhibere velit quispiam, statim cootuebitur illic iuberi vt celebrentur officia iuxta vsum Romanum recens reformatum in Templis aut Monasteriis, in quibus primitus & secundum institutionem dici vel debebant, vel solebant iuxta ritum Ecclesiæ Romanæ. Apposita sunt enim illic hæc verba: *in quibus alias officium diuinum Romanæ Ecclesiæ ritu dici consueuit, aut debet*: quæ quidem verba indicant voluisse Pontificem ad vnum, idemque officium reducere cætera, quæ à Romano olim à S. Gregorio instituto manarunt Neque vero ideo visus est prohibuisse vel suppressisse Got-

Pius decret. Rom. Pontif. datis Augu. 1571.

A thicum officium, cum noluerit Græcia aut Mediolanensibus templis officia subducere à Basilio, vel Ambrosio diuinitus instituta; quia nunquam Ecclesiæ istæ, ad altioribus primordiis, Romanum vel Gregorianum officium susceperunt, aut celebrarunt. Eademque de causa satis, patet quemlibet peculiarem clericum Muzarabem, vel huic officio celebrando destinatum munus suum egregie obiturum, & præcepto quo iubetur horas canonicas dicere absolutissime assequuturum, si eas ordine Muzarabico, vel in choro, vel extra, cum debita integritate, & attentione, dicat, sicuti & clericus Græcus, aut Mediolanensis parebit Ecclesiæ, dummodo quilibet eorum suo officio se addictissimè adstringat.

Hoc supposito, quandoquidem satis sceimus iis quæ difficultatem parere videbantur, circa huius sancti officij disquisitionem, non abs re nunc erit illud aggredi, veluti primarium nostrum institutum.

B

CAP. XXIV.

Deo officio Muzarabico, & de quibusdam generatim notatu dignis.

INter alia notatu digna, & ab officio Latino diserepantia, habet istud Officium Mozarabicum, vel Isidorianum, vel Gothicum, quædam, quorum vsus generalis est in omnibus, tum maioribus, tum minoribus horis; sicuti sunt initia; in quibus semper habetur, *Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster, & Aue Maria*, secreto, & protinus, *In nomine Domini nostri* IESV CHRISTI *lumen cum pace*: respondetur autem, *Deo gratias*, quod quidem conuenit cum eo quod dicitur, *Deus in adiutorium meum intende*, in Latino, vel Gregoriano Officio; excepto tantum Completorio, quod aliter incipit, vt suo loco videbimus. In fine vero precum semper apponitur, *In nomine Domini nostri* IESV CHRISTI *perficiamus cum pace*: Responsum autem est, *Deo gratias*; quod congruit cum his Latini officij verbis *Benedicamus Domino*.

Horarū Principium.

Finis Horarū.

C

Nota.

Illic etiam dicitur, *Per omnia secula seculorum, & Dominus sit semper vobiscum, & Gloria & honor Patri, & Filio, &c.* Vbicunque in Roman. Officio sese profert occasio dicendi, *Gloria Patri & Filio.*

Nec secius responsa titulorum Prophetiis vel epistolis inscriptorum, præferunt *Deo gratias*, paritecque dicitur *Amen*, in fine sicut etiam respondetur *Amen*, sub finem cuiuslibet orationis totius officij, quomodocumque illa definat. Neque tamen auditur, aut legitur *Oremus*, ante vllam orationem.

De oratione Dominica.

Horis autem absolutis adiicitur *Pater noster* alta voce, singulisque postulatis additur *Amen*, nisi cum profertur hæc petitio, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*: Respondetur enim huic *Quia Deus es*: & vltimæ qua dicitur, *Sed libera nos à malo*: moxque eodem tenore consequenter hæc pia verba proferuntur *Liberati à malo, confirmati semper in bono, &c.* Quibus Deo necessitates fidelium peculiariter commendantur; pronunciaturque istud itidem in vespertinis Precibus, Laudibus, & Missa: in cæteris autem precibus suo loco dicitur, *A malo nos libera, & in tuo timore, & opere bono nos confirma.*

D

De benedictione.

His peractis, qui sacram peragit, vel Diaconus, iubet his qui adsunt, vt humilitatem exhibeant, cum his verbis: *Humiliate vos benedictioni, Dominus sit semper vobiscum*; confestim vero sacerdos benedictionem impertit, atque pronunciat, tres petitiones continenter, quarum cuilibet respondetur, *Amen.* Eo modo & cum hac benedictione preces omnes absoluuntur, exceptis Matutinis, quæ vno spiritu cum Laudibus dicuntur, imo commiscentur, & pro vna eademque re censentur.

Diuisio officij.

Distribuuntur officia in Dominica, quæ vocantur ab officio Latino, Dominicæ; & in ferias, & festa: horum autem postremorum quædam nomen suscipiunt solennitatis sex trabeatorum vel pluuialium; eaque sunt quasi duplicia: alia vocantur quatuor pluuialium, suntque velut semiduplicia: alia duorum pluuialium, nouem lectionum, suntque quasi simplicia; & iuxta Breuiarij canonem, cum decantatur officium sancti cuiuspiam, nulla fit in sacro, vel precibus vespertinis commemoratio alterius, cuius festum vel celebratum antea fuerit, vel sit postea celebrandum. Notandum tamen est in precibus vespertinis, quod si contingat debere dici quidpiam de Sancto cuius commemoratio minus si solemnis alia quæ præcedenti die facta est, dicuntur Vespertinæ preces de insigniori, cum oratione, & laude vnica minus solemnis, illud autem veluti commemoratio quædam est.

E

CAP. XXV.

De horis tum maioribus, tum minoribus huius sancti officij.

OFficium Muzarabicum cuiuscunque Dominicæ, feriæ, vel festi, incipit à precibus vespertinis, in quibus nunquam dicitur vllus Psalmus, suntque hæ preces totius huius officij breuissimæ, diciturque in iis communiter laus sonus, Antiphona, hinc alia laus. Postremæ vero duæ dicuntur cum *Gloria, & honor Patri*; sub finem autem cuiuslibet dicitur *Dominus sit semper vobiscum*, excepta vltima, quia è vestigio sequitur Hymnus. Laudes, soni, & Antiphonæ hoc in Officio, conueniunt cum Responsis officij Romani.

De vespertinis precibus.

F

Quid laus, & sonus.

Deinde profertur Hymnus, & eo absoluto supplicatio, quæ nihil aliud est quam parænesis sacerdotis ad populum, qua eum adhortatur, vt à Deo petat quod expedit vt eum colat. Huic autem respondetur, *Praesta omnipotens æterne Deus.* Mox dicitur oratio quæ a tribus *Kyrie eleison*; inchoatur, absoluiturque cum tribus orationibus Dominicis, & benedictione, vt iam generatim perstrinximus.

Quid supplicatio.

Succedit superioribus laus vna, quæ eundem locum obtinet quem in officio Latino possidet *Magnificat*: dum que illa cantatur, thuribulo accepto sacerdos templum odore perfundit, ea vero decantata dicitur oratio, cum qua vespertinis precibus finis imponitur.

Laus loco Magnificat.

G

His absolutis, suffragiorum communium loco, quibus vtitur officium Romanum, dicitur alia laus, aliaque oratio: verum hæc commemoratio non fit in festis sex, aut quatuor trabeatorum, neque in octauis.

Commemoratio.

Quædam festiuitates peculiares, & Dominicæ, plerumque in vespertinis precibus plures prædictis laudes habent, & orationes, vt suis locis videbitur. Notandum vero est orationes tantum & laudes in precib. Vespertinis, Matutinis, & Laudibus repetiri, dicique ante quamlibet orationem in Matutinis, & Laudibus, *Dominus sit semper vobiscum*, in Vesperis autem dicitur oratio, sine præuiis hisce verbis, *Dominus sit semper vobiscum*

Nota.

Completorium autem inchoatur à Psalmo *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, &c.* Moxque dicuntur tria Alleluia, singulis anni temporibus, exceptâ Quadragesimâ; Substituitur enim in eorum locum, *Laus tibi, laus tibi Domine Rex æterna gloriæ.* Confestim sequitur alius Psalmus, iteraturque ter Alleluia, deinde dicitur alius cum Hymno, & Versu, consequenterque dicitur Psalm. *Qui habitat in adiutorio altissimi, &c.* Huic succedit & alius Psalmus, & alter Hymnus, ita vt quinque illic Psalmi dicantur, interseranturque duo Hymni, Hinc dicitur Versus, supplicatio, Capitulum, Pater noster, & benedictio, sicque Completorium absoluitur. Post hæc dicitur Versus, & Oratio pro commemoratione; exceptis solennitatibus sex, aut quatuor trabeatorum, aut octauis, vt iam monuimus, agentes de precibus Vespertinis. Sub finem autem Completorij adtexitur *Salue*, Versus, & Oratio ad virginem Deiparam, quæ incipit *Virgo Israel*, &c. In Sabbatis, præcipuisque diebus festis, & Quadragesima, quædam peculiaria dicuntur in Completorio, vt in Breuiario videre est.

De Completorio.

H

Matutinæ preces huius officij breues sunt admodum,

&

A

De Precibus Matutinis.

& exordium sumunt ab oratione Dominica, & Angelica salutatione, quibus additur Antiphon. *Aue Regina cælorum*, cum eius versu, & oratione Beatæ Virginis, qua absoluta sacerdos ait, *In nomine Domini nostri* IESV CHRISTI *lumen cum pace*, vt iam scripsimus. Deinde adijcitur Antiphona, & Psalmus *Miserere*: hinc tres adponuntur Antiphonæ, cum responso vno; quamlibet autem sua comitatur oratio.

Monendus est autem lector, dici post singulas orationes Matutinarum precum, & vespertinarum, itidemq; laudum, & sancti Missæ sacrificij, dici, inquã, *Per misericordiam tuam Deus noster qui es benedictus, & viuis, & omnia regis in sæcula sæculorum*: quibus respondetur *Amen*: & ista conueniunt cum his quæ posita sunt ad calcem orationum Officij Romani, scilicet, *Per Dominum nostrum* IESVM CHRISTVM *Filium tuum*. Tandem Matutinæ preces communiter absoluuntur cum vltimo responso, siue sit post illud oratio, siue non sit. Veruntamen in dominicis per annum Dominicis item aduentus, & Quadragesimæ incipiunt Matutinæ preces ab Hymno, *Æterne rerum conditor*, loco primæ Antiphonæ, statimque sequitur oratio, postquam dicuntur tria Psalmi, singuli cum suis Antiphonis, hisque tres Antiphonæ succedunt, cum responso & orationibus, vti à nobis ante dictum fuit.

B

De Dominicis post Pascha.

Dominicis autem diebus qui inter Christi Resurrectionem, & Pentecosten habentur, sequuntur Muzarabes commune officium festiuitatum totius anni: eo tamen excepto, quod loco *Miserere*, dicitur Psalmus, *Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me*: idemque in festis Inuentionis, Exaltationis, & triumphi sanctæ Crucis Ascensionisque, & alijs solemnioribus obseruatur.

De laudibus.

His peractis, sequuntur Laudes, cum Antiphona, quã præcedit *Dominus sit semper vobiscum*; eamq; sequitur Canticum quodpiam veteris, aut noui Testamenti. Die vero D. Magdalenæ duo Cantica dicuntur.

Peculiare autem admodum est quod in officio Muzarabico, totius anni decursu, nullibi audiuntur hæc duo Cantica, *Magnificat*, &, *Benedictus Dominus Deus Israel*: Nisi hoc in loco. Dicitur autem Magnificat in solis Beatæ Virginis officiis, & nocte Natiuitatis Domini nostri: *Benedictus* autem solummodo in festo Ioannis Baptistæ.

C

Absoluto cantico receptaque Antiphona, & dicto *Dominus sit semper vobiscum*, dicitur alia Antiph. ante Psalmum *Benedictus es Domine Deus Patrum nostrorum*: qui quidem strictim summatimque complectitur Psalmum, *Benedicite omnia opera Domini Domino*, idemque sonat, si sensum penitius intueamur. Ad hæc dicitur sonus, & alia Antiphona ante Psalmum *Laudate Dominũ de cælis*, quo decantato legitur Prophetia quædam, quam sequitur Hymnus, supplicatio, Capitulum, Pater noster, laus, & benedictio, sicque finis Laudibus imponitur. Succedit his laus quædam, & oratio, loco suffragiorum, vt in vespertinis precibus, & Completorio: idque tantum fieri solet in festis duorum pluuialium, aut nouem lectionum, quæ simplicium appellationem sortiuntur.

D

De Aurora.

Officium istud Muzarabicum superat Romanum vna precum specie, quæ vocatur Aurora. Illæ autem preces dicuntur ante primam, & in alijs anni ferijs: adeoque paucæ sunt, cum singuli dies Sanctis quibusdam addicantur, vt, excepta vigilia Natiuitatis Dominicæ, & regum, dieque cinerum, raro per annum ijs Muzarabes vtantur.

Hæ vero preces habent cum Antiphona, quatuor Psalmos, laudem vnum, Hymnum vnum, versumque vnum; finiuntur autem cum oratione Dominica, absque capitulo, & cum precibus quibusdam.

De Prima.

Initio primæ dicitur Antiphona, & *Dominus sit semper vobiscum*: statimque dicuntur septem Psalmi, iteraturque Antiphona, quam sequitur responsum vnum, cum Prophetia, vnaque Epistola, & laude, quam comitatur Hymnus cum suo versu; moxque dicitur *Te Deum laudamus*, *Gloria*, &, *Credo*.

Id autem obseruatur quod diebus Dominicis Aduentus, & Quadragesimæ, quotiesque non dicitur in sacro

E

Gloria, non recitatur in prima *Te Deum laudamus*, aut *Gloria*, dicitutque cantum Symbolum Apostolorum, cui succedunt supplicatio Pater noster, & benedictio, cum quibus absoluitur *Prima*. Prima autem eo modo se habet totius anni decursu. Notandum tamen est responsa mutari, vt exigit festum quod colitur, aut sanctus cuius memoria celebratur. Sunt & aliæ festiuitates, quæ in minoribus precibus, hymnos habere proprios consueuerunt, sicuti Resurrectio, quæ in Prima responsum habet, & Hymnum proprium; Deinde dies festi, Dominici, & feriæ, sua specialia capitula, peculiaresque suas benedictiones habentes.

De Tertia.

Tertia incipit vt prima, cum Antiphona, habetque quatuor Psalmos, variaque responsa, vt in Prima diximus. His additur Prophetia, vna epistol. laus vna, & vnus hymnus quem sequuntur clamores, quibus petitur à Deo, vt non iuxta scelera pœnas infligat: illicoque dicitur supplicatio, Capitulum, Pater noster, & Benedictio: sicque regulariter Tertiæ finis imponitur. Sexta, & Nona eodem modo quo Tertia recitantur: solumque in eo differunt quod alij Psalmi, & Hymni, aliaque capitula hîc habentur: verum, quoad Psalmorum ordinem, & numerum, semper idem, quod in Tertia diximus, obseruatur.

F

De Epiphania.

Celebratur etiam solenne ieiunium, tribus diebus ante festum Epiphaniæ, iuxta istud officium. Iis vero diebus plurimum differunt Tertia, Sexta, & Nona; quia peculiares Prophetiæ, Antiphonæ, Psalmi, Orationes, precesque dicuntur, & alia specialiter hisce diebus aptata, vt in Breuiario patet. Celebratur item solenne ieiunium, cum officio diuino peculiari, mense Septemb. tribus ante D. Cypriani festum diebus, pariterque mense Nouembri, tribus, ante D. Martini solennia, diebus, vti videre est in Breuiario, post Dominicas Pentecostes.

De DD. Cypriano & Martino.

CAP. XXVI.

De quibusdam notatu dignis, quæ peculiaria sunt officio Muzarabico.

G

De aduentu.

NOtandum generaliter est, celebrari in hoc officio Gotthico Muzarabico sex dies Dominicos Aduentus Domini nostri, cum in officio Latino quatuor tantummodo celebrentur.

De Dominica ante Quadragesimã.

Ante Quadragesimam nulla fit mentio Septuagesimæ, Sexagesimæ, vel Quinquagesimæ, quamuis illic habeatur peculiare officium Dominicæ quæ præcedit Quadragesimam. In eo autem id animaduersione dignum occurrit, quod legitur Euangelium diuitis auari, & mendici Lazari ad damnandum vulgi morem, quod eo tempore quasi altissimus gurges, voracissime sese capiet, adeo vt ventri, non alijs rebus, natus esse videatur. Apposite autem inseritur Breuiario sermo S. Isidori, qui hoc officium ampliauit, pro Bacchanalium, seu Martis die, cui dies Cinerum immediate succedit. Demum hoc in officio vna Aduentus Dominica memoria S. Ioannis Baptistæ celebratur, ea autem est quæ festum Natiuitatis eius antecedit: mirumque profecto, & notatu dignum est, neminem beatorum choro (Christum excipio) ne ipsam quidem Virginem Deiparam, Aduentu gaudere, præter S. Ioannem Baptistam. Et hæc sufficiant quoad officium, & Breuiarium Muzarabicum. Nunc ad alia progrediamur.

De S. Ioanne Baptista.

H

CAP. XXVII.

De Missæ sacrificio Muzarabico, eiusque ceremonijs.

Confessio generalis.

SActum Muzarabicum pietate refertum est, eximioque ordine constitutum, nec vt vulgus opinatur, inuerso, atque præpostere celebratur. Initio dicitur Confessio generalis cum Psalmo *Iudica me Deus*, reliqua vero vsque ad introitum, conueniunt cum officio Toletano antiquo, cuius vsus frequens erat, & receptus, cum typis mandata fuere Missalia, opera illustrissimi Cardinalis, & Archiepiscopi Toletani Francisci Ximenis Cisnerij,

confer-

A

conseruatoris huius sancti officij Gotthici. Confessione vero, & adoratione crucis peractâ, & apertis sacris puluinaribus, (pro quibus singulis propriæ habentur orationes iuxta officium Toletanum) dicit sacerdos. *Adiutorium nostrum in nomine Domini*, &c. &, *Sit nomen Domini benedictum*: dicitque consequenter Missæ introitum, ad imitationem officij Romani. Introitus autem iste bis profertur, semel quidem ante *Gloria & honor Patri*, deinde post hæc verba prolata. Die Dominica aduentus S. Ioannis Baptistæ non dicitur Gloria in Missa; verum eius locum subit Canticum, *Benedictus Dominus Deus Israël*, &c. Sed aliis diebus post dictum *Gloria* recitatur oratio, absque præuio *Oremus*, cui respondetur *Amen*: idemque fit in reliquis orationib. vti dictum est. Hac oratione recitatâ; sacerdos dicens, *Per misericordiam tuam*, &c. ad medium altaris progreditur, illicque constitutus ait, *Dominus sit semper vobiscum*, legitque Prophetiam, responderturque inscriptioni quæ prælegitur, *Deo gratias*, & sub finem *Amen*, pronunciaturque Vaticinium in quocunque sacro, quamuis admodum solemni, nullo penitus excepto. Postea iterato *Dominus sit semper vobiscum*, canitur aut profertur *Psallendum*, quod idem pene est atque responsum, non dispar graduali officij Latini. Eo vero absoluto, sacerdos aut Diaconus petit ab adstantibus vt attentos se se præbeant, his verbis, *silentium facite*. Hoc in loco subdiaconus Epistolam legit, quæ in Missa Muzarabica sic incipit, *Sequentia Epistolæ Pauli Apostoli ad Romanos*; responderturque *Deo gratias*, & ad calcem *Amen*, vti iam à nobis dictum est.

Prophecia.

B

Psallendum.

Epistola.

Perlecta Epistola, petit sacerdos submisse benedictionem ordinariam ad Euangelium recitandum; interimque Missale transfertur ad latus Euangelij, incipitque cum his verbis, *Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem, vel Marcum*, &c. in fine vero respondetur, Amen. Post Euangelium sacerdos ait, *Dominus sit semper vobiscum*, cum laude, & Alleluia quod iteratur: & sicut in officio Latino dicitur Alleluia post graduale ante Euangelium: sic in officio Muzarabico post illud, huc in loco profertur.

Euangelium.

C

Libellus omnium offerentium.

Quo vero tempore legitur Euangelium, apponitur lateri Epistolæ libellus continens partem Missalis inscribiturque *Omnium offerentium*, complectiturque omnes orationes, & reliqua quæ communiter dicuntur in omnibus sacris; idque censeri debet eiusdem rationis ac in officio Latino *Ordinarium Missæ*. Hoc supposito, dictoque Alleluia, offert sacerdos hostiam, dicens orationem, imponitque sacro puluinari patenam cum hostia.

Offert Hostiam Sacerdos.

Nunquam vero integræ Missæ spatio collocatur hostia (nec ante nec post consecrationem) supra puluinar, imo semper supra patenam.

Oblatâ hostiâ, Sacerdos signo crucis calicem munit, & cum alia oratione illam offert, deinde cum alia oratione imponit ei amiculum, statimque inclinato capite, profert hanc orationem, *In spiritu humilitatis*, &c. qua recitatâ dicit, *Adiuuate me fratres in orationibus vestris, & orate pro me ad Deum*: quod quidem respondet his verbis, *Orate fratres* in officio Latino dici solitis. Protinus immediate dicit Sacerdos verba sacrificij, quæ etiam canuntur in choro, idque conferri potest cum oblatione officij Latini.

D

Sacrificium.

Hucusque antiquitus vocabatur Missa Catechumenorum, qui non prohibebantur adesse donec fieret oblatio: abesse vero, dum reliqua fierent, iubebantur.

Missa Catechumenorum.

Exactis iis quæ præcensuimus, manus abluit dicens Psalmum, *Lauabo inter innocentes manus meas*, quo absoluto signum crucis oblato calici superindit: & inclinans se se orationem pronunciat, qua Deum rogat, vt ei Spiritum non deneget, linguamque liberam, & cor purum, ad celebrandum sacrificium largiatur. Quæ deinceps fiunt, magis huic sacrificio propria censentur, quod ab hoc loco cum quibusdam orationibus inchoatur; quarum prima nomen missæ sortitur; eam vero præcedit *Dominus sit semper vobiscum*, quę quidem verba viam quasi parant, & muniunt, tum ad hanc orationem, tum ad subsequentes. Secunda vocatur *Alia oratio*; Tertia *Post nomina*: quarta *Ad pacem*: quinta *Post sanctus*: sexta *Post pridie*: dicti hæque sunt ordine sequenti.

Lotio.

Nota.

E

Post primam orationem quæ Missa vocatur, Sacerdos supplicationem pronuntiat, cuius initium est, *Oremus Ecclesiam sanctam Catholicam*. Ad hæc populus Deo laudes accinit, dicens, *Agios, Agios, Agios*. In ea vero supplicatione sacerdos populum monet vt Deo necessitates Ecclesiæ commendet, nec non infirmos, captiuos, in carcere detentos, peregrinos, respondetque chorus, *Præsta æterne omnipotens Deus*. Consequenter dicitur oratio secunda, quæ *Alia* appellatur, in qua à Deo enixe petitur, vt preces Christianorum fidelium admittat definitque hæc oratio in hæc verba: *Per misericordiam tuam Deus noster, in cuius conspectu Sanctorum Apostolorum, & Martyrum, &c.* statimque adijcitur, *Offerunt Deo Domino oblationem sacerdotes nostri, Papa Romensis, &c.* Hinc immediate profert sacerdos. *Facientes commemorationem beatissimorum, &c.* Illicque fit mentio sacratissimæ virginis, & Apostolorum, & Martyrum, & nomina quorumdam recensentur, sicut in officio Romano in Canone Missæ. Notandum vero est in officio Romano Sanctorum nomina submissa voce proferri, secus vero in Muzarabico, & cum Missa canitur, omnia cantantur.

Oratio dicta Missa.

Alia Oratio.

F

Post præfatam Martyrum mentionem, fit commemoratio Defunctorum, qui æterna pace fruuntur, in his verbis, *item pro spiritibus pausantium*. Et quamuis id non sit *Memento* Defunctorum, quia fit multo post tempore: conuenit tamen aliquatenus cum *Memento* officij Latini, præcipueque circa hæc verba. *Et dormiunt in somno pacis.*

Memoria Defunctorum.

Hac in commemoratione, nominatim fit mentio quorumdam Archiepiscoporum, primorum scilicet qui præfuere Ecclesiæ Toletanæ, postquam è manibus Afrorum erepta est ciuitas Toletana, vt sunt Bernardus, Regmundus, Ioannes, Cenebrunus Gundisalnus, &c.

Nota.

Hinc oratio tertia sequitur, quam *Post nomina* vocamus: qua petitur à Deo vt pacem defunctis fidelibus impertiat definitque in hæc verba: *Quia tu es vita viuorum, sanitas infirmorum, ac requies omnium fidelium defunctorum.* Sequitur oratio quarta, quæ *Ad pacem* appelletur, qua petitur à Deo pax, & charitas, pro fidelibus omnibus Christianis, specialiter vero pro iis qui tunc temporis sacrificiu intersunt. Et quoniam fideles omnes antiquitus cum sacerdote communicabant, vtique recordetur quilibet diuini præcepti, quo iubemur reconciliari fratribus nostris, imo eam ob causam dimittere munus ad altare, vt Euangelium monet, ideo antequam fiat eleuatio, pax datur, in officio Mozarabico.

Oratio post nomina.

G

Hac oratione recitata, cum his ad finem verbis, *Quia tu es vera pax nostra, & charitas indisrupta*, &c. Sacerdos diuinum sanctissimæ Trinitatis auxilium inuocans, his verbis *Gratia Dei patris omnipotentis*, &c. pacem impertit, inquiens. *Qui modo astatis, pacem facite*: & cum datur osculum ait, *Habete osculum dilectionis, & pacis, vt apti sitis Sacrosanctis mysterijs Dei.* Ob præfatas autem rationes pax præbetur in officio Muzarabico ante consecrationem, & eleuationem: in eoque non parum differt officium Muzarabicum à Latino: dumque pax populo osculanda porrigitur, canit chorus, *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis, &c. Nouum mandatum do vobis.* Deinde dicitur Præfatio, quam illationem vocant; eaque præcedit præcipuam Missæ sacrificij partem nimirum eam quæ ad consecrationem pertinet, estque veluti Canon huius Missæ Muzarabicæ. In ea vero præfatione populus monetur, circa mysterium de quo Missa celebratur; vel vt sancti vestigiis cuius fit commemoratio diligenter insistat; illic vero circa principium versua quidam sunt, præfationi Latinæ Missæ aliquatenus respondentes Primo dicitur *Introibo ad altare Dei mei*, confestimque expansis manibus, tametsi iunctis, sicuti eas componit sacerdos in officio Romano cum dicit *Hanc igitur oblationem*, Muzarabicus sacerdos ait, *Aures ad Dominum*, cui respondetur, *Habemus ad Dominum*: moxque dicit *Sursum corda*: responderturq; *Leuemus ad Dominum*: tum loco verborũ *Gratias agamus Domino Deo nostro*,

Pax.

H

De Præfatione quam illationem vocant.

A quæ habentur in officio Latino] dicitur, *Deo ac Domino nostro Iesu Christo filio Dei, qui est in cælis, dignas laudes, dignasque gratias referamus*, respondeturque *Dignum & iustum est.* Tandem concludit hæc illatio cum *Sanctus.* his laudibus Angelicis *Sanctus, Sanctus, Sanctus*; absoluiturque cum his verbis, *Agios, Agios, Kyrie, ò Theos.* *Oratio post Sanctus.* Sequitur deinceps quarta oratio vocata *Post sanctus*; cuius initium solet esse, *Vere sanctus, vere benedictus, Osanna in excelsis*, finis autem *Redemptor æterno.* Huic orationi non respondetur Amen, quia continuatur cum Sacro Canone Missæ; & in festis sex, aut quatuor tra bearum, & in Dominicis, & octauis, dicitur hæc oratio, & sexta, quæ inscribitur *Postpridie*, voce submissa, contra vero in cæteris.

Canon. Illico sacerdos inchoat sacrum Canonem cum his verbis, *Adesto, Adesto Iesu bone, Pontifex in medio nostri, &c.*

Verba consecrationis. B Statimque consecrat; & quamuis verum sit potuisse sacerdotes Muzarabes sese addicere verbis quæ apud Euangelistas habentur, & cum iis consecrare, quia sunt propria officij Gothici verba, quamuis aliqua ex parte ab iis quibus vtitur Ecclesia Rumana differant, tamen ad idem recidunt, eundemque sensum habent. Verum hodierna die adtexitur margini Missalis charta agglutinata, in qua verba officij Romani quibus omne Muzarabes semper vti solent, continentur. Dum consecrat Sacerdos, *Calix opertus.* populo hostiam, deinde calicem exhibet coopertum aniculo iuxta vsum antiquum Toleti dicens: *Quotiescunque manducaueritis*, dum exhibetur hostia; dum vero calix, *Biberitis*; *Hoc facite in meam commemorationem*; hisque respondetur *Amen* alta voce, si festum minus solenne fuerit; sin magis, submissa.

Oratio postpridie. Dum fit eleuatio; dicitur oratio sexta, vocata *Postpridie*, quæ desinit in hæc verba. *Te præstantissime, sancte Domine, qui hæc omnia nobis indignis seruis tuis valde bona creas, &c.* quæ non mediocriter referunt hæc in officio Gregoriano contenta, *Per quem hæc omnia Domine semper bona creas, &c.*

C *Hostia postrema.* Deinde sacerdos diuidit calicem suo amiculo, huicque imponit sanctissimum Sacramentum, nec omittit ab eo Antiphona, quæ *Ad confractionem panis* dicitur, hinc hostiam postremam eleuat, non eleuato tamen calice, iuxta antiquum Toletanæ Ecclesiæ vsum.

De symbolo Apostolorum. In festis duplicibus, annique Dominicis, Sacerdos loco Antiphonæ *Ad confractionem panis*, ait *Dominus sit semper vobiscum*: statimque subdit, *Fidem quam corde credimus, ore autem dicamus*: Tunc Sacramentum præ manibus habens supra calicem, Sacerdos quem chorus hac in parte comitatur, recitat symbolum Apostolorum, *Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, &c.* & quia multi simul symbolum recitant, ideo dicunt *Credimus* non *Credo*, sicut in officio Romano obseruatur. Est autem locus hic admodum proprius ad fidem profitendam, cum adoratione veri corporis Domini nostri. *In nouē* D *partes hostia dispescitur.* Symbolo Apostolorum recitato, vel dum in choro illud absoluitur, frangit hostiam sacerdos, & patenæ imponit, neque tantum in tres partes eam diuidit vt mos est officij latini, verum in nouem eam dispescit, secundum præcipua nouem fidei nostræ mysteria, in Symbolo, quod absoluitur contenta; dumque singulas partes frangit, ad earum quamlibet mysterij plena quædam verba profert, illasque eo quem dicturi sumus ordine in patena disponit.

E



Ponūtur hoc ordine in patena.

F

Notandum est verbum hoc Corporationis, non differre ab incarnatione, apparitionem vero idem esse cum Epiphania. Reliqua verba explicatione non indigent.

Memēto pro viuis. Fracta hostia sacerdos Sacramentum respiciens meminit viuentium, & in eo *Memento* quod profert, omnes fideles Christianos Christo commendat, nominatim vero eos qui sacro tunc intersunt. Commemoratione peracta dicit sacerdos *Oremus*, cum oratione vna quæ *Oremus Capitulum.* propriè Capitulum dici potest, estque quasi præfatio quædam, & via ad Dominicam orationem, non discrepans ab ea quæ in officio Romano incipit, *Oremus, Præceptis salutaribus moniti, &c.* Præfatio vero hæc orationi Dominicæ connectitur, & sub eorum finem respondetur *Amen*, vt superius dictum est, finis autem Dominicæ orationis est, *Liberati à malo confirmati semper in bono, &c.* G *Pater noster.*

Pectoris percussio. Cum vero ait sacerdos, *Pone Domine finem peccatis nostris*, pectus semel percutit. Respondent autem hæc verba iis quæ in officio Gregoriano habentur, *Nobis quoque peccatoribus.* His dictis, sacerdos vltimam partium *Particula Regnum.* patenæ impositarum *Regnum* appellatam, accipit, ordine, & modo prædictis, dicensque hæc verba, *Sancta Sanctis, & coniunctio corporis, & sanguinis, &c.* Calici inijcit, eaque sanguini tunc commiscetur. Res autem notatu dignissima istic obseruatur, quod, scilicet à Paschate ad Pentecosten, & in festo Corporis Christi, sacerdos præ manibus habens, tenensque supra calicem præfatam particulam *Regnum*, ter alta voce effert, quasi canens hæc verba, quæ Christo, quasi mortis Victori celeberrimo, gratulari videntur, *Vicit leo de tribu Iuda, radix David*; *Vicit leo* quibus respondetur singulis vicibus, *Qui sedes super Cherubin radix David, Alleluia.*

H

Statim vero sacerdos, aut Diaconus populum hortatur, vt humilitatem exhibeat in benedictione suscipienda, his verbis: *Humiliate vos benedictioni.* Sacer- *Benedictio.* dos vero eam impertit cum tribus ordinariis petitionibus, quarum cuilibet respondetur *Amen*, vti in maioribus horis dictum est. Benedictio autem quæ tunc datur prouenit ex decreto præfati Concilij Toletani *Conc Tolet 4. c. 17.* cap. 17.

Absoluta benedictione sacerdos ait, *Dominus sit semper vobiscum*: subitoque canitur in choro responsum, quod vocatur *Ad accedentes*; in eo vero monentur fideles, qui sunt communicaturi, vt accuratissime perpendant quem cibum suscepturi sint. Id autem fit his verbis, *Gustate, & videte quã suauis est Dominus, Alleluia, Alleluia*, quæ quidem verba decerpta sunt ex Psalmo. *Benedicam Dominum in omni tempore.* Notandum vero est, *De sacris quæ celebrātur pro defunctis.* quod loco responsi vocati *Ad accedentes*, quod quidem nihil aliud est quam exhortatio ad communionem, in sacris quæ pro defunctis, & Quadragesimæ tempore

A

An, & Quadragesima tempore. Particula Gloria.

celebrantur, dicitur aliud, cuius initium est, *Qui venit ad me non esuriet, &c.* Responso prolato, sacerdos infit, *Panem cælestem de mensa Domini accipiam*; tum penultimam particulam, cui nomen *Gloria*, accipiens, quam eâ de causa sacerdos maiorem cæteris relinquit, eamque tenens supra calicem, mentionem facit defunctorum, quo peracto effert orationem peculiarem, pro susceptione Dominici corporis, & sanguinis, hisque piis sermonibus prolatis, *Aue in æuum sanctissima caro Christi, in perpetuum summa dulcedo*, ter pectus percutit, iuxta ritum veteris officij Toletani, dicens, *Domine non sum dignus.* His dictis particulam quam præ manibus habet, suscipit cæterasque suo ordine, primo sumens eas, quæ postremæ fuerunt in patena, statimque populo communionem largitur. Consumptis ordine particulis, dicendo, *Aue in æuum cælestis potus, qui mihi ante omnia, & super omnia dulcis es*, sanguinem suscipit, aliamque dicens orationem, lauat. Postea canitur, aut recitatur Antiph. *Refecti Christi corpore, & sanguine, te laudamus Domine, Alleluia, Alleluia, Alleluia*; in cuius locum Quadragesimæ tempore, & in Missis quæ pro defunctis celebrantur, substituitur ista, *Repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione*: quæ quidem verba præ se ferunt quandam gratiarum actionem, ob susceptum Dominicum corpus.

Memento defunctorum.

Lotio.

B

Antiph.

Vltima Oratio.

Deinde offertur libellus *Omnium offerentium*, pars nimirum Missæ, de qua supra verba fecimus, transferturque Missale ad latus Epistolæ, post populi communionem. Tunc sacerdos recitat postremam orationem quæ *Post communionem* vocatur in officio Romano, finis vero huius orationis est *Per misericordiam tuam, &c.* Hinc constitutus sacerdos in medio altaris, ait, *Dominus sit semper vobiscum.*

Quid dicatur loco, Ite Missa est.

C

Loco vero horum verborum *Ite missa est*, quæ proferuntur in officio Romano, dicitur in officio Muzarabico quando duplicia festa solenniora contingunt; *solennia completa sunt in nomine Domini nostri Iesu Christi, votum nostrum sit acceptum cum pace.* In festis autem minus solennibus, dicitur, *Missa acta est, in nomine Domini nostri Iesu Christi, perficiamus cum pace*, respondeturque *Deo gratias.*

Absoluta Missa sacerdos genibus flexis iuxta altare recitat, *Salue Regina*, cum oratione sua, iuxta ritum veterem Toletanum: Deinde deosculato altari conuertit se ad populum: notatuque dignum est nunquam tempore sacrificij sacerdotem ad populum sese conuertere, nisi eâ horâ, & vice. Conuersus autem sacerdos ad popolum, largitur ei benedictionem his verbis: *In vnitate sancti Spiritus benedicat vos Pater, & Filius Amen.*

Benedictio.

Tunc omnino cessans, nec amplius verbum vllum efferens, statim pergit ad adytum, vbi ornamenta deponit.

D

CAP. XXVIII.

De Missis Dominicarum Quadragesimæ.

Incipit Missa à Prophetia.

SAcrificia Dominicarum Quadragesimæ, immediatè incipiunt post absolutam confessionem generalem, à Prophetia; illicque pene semper leguntur duo vaticinia, vel plura: eaque sequitur *Psallendum*, deinde immediate sacerdos genu flexo, supra gradus altaris, recitat quasdam preces, calicem præ manibus habens, cum vino, & aqua, & hostia supra patenam collocata. Deinde absolutis precibus recitat sacerdos orationem, cuius initium est, *Exaudi orationem nostram Domine, &c.* Recitatis superioribus dicitur Epistola, & Euangelium, cum laude. Hinc ante sacrificium, & ablutionem, sacerdos genuflexo ad altare, recitat alias preces, quæ incipiunt, *Pœnitentes orate*; quibus dictis peragitur sacrificium, & continuatur Missa eo quo diximus modo. Antiphona. *Ad confractionem panis*, & responsum, seu exhortatio, quæ vocatur *Ad accedentes*, in his Quadragesimæ Missis varietatem patiuntur, sic loco *Benedicamus Domino*, quod dicitur in Missis Quadragesimalibus officij Gregoriani, effertur in Muzarabico, *In nomine Domini nostri Iesu Christi perficiamus cum pace.*

Preces Alia Plures.

B

Loco Benedicamus Domino.

Prima Dominica Quadragesima.

Ab hac regula generali Dominicarum Quadragesimæ excipitur prima Dominica, in qua dicitur, Introibo, & Gloria, cum oratione, sicut in cæteris festiuitatibus totius anni. Nec dicuntur preces *Pœnitentes orate*: In reliquis vero obseruatur ordo præfatus cæterarum Quadragesimæ Dominicarum.

CAP. XXIX.

De Feriis Quadragesimæ.

F

FEriæ Quadragesimæ eundem modum officij seruant, quem Dominicæ, excepto, quod absolutis vaticiniis, loco precum, & *Psallendo*, dicitur *Tractus*, efformatus ad similitudinem eorum quæ in officio Romano post Epistolam dicuntur; desumiturque pene semper ex aliquo Vaticinio Ieremiæ, vel alicuius alterius Prophetæ. Deinde sequitur Epistola, cum reliquis, vt dictum est in Dominicis Quadragesimæ.

CAP. XXXV.

De Vigiliis totius anni.

DIfferunt tantum Vigiliarum Missæ à cæteris totius anni sacris, in eo, quod introitu carent, primaque oratione, & Gloria, initiumque sumunt à Prophetia: in cæteris vero communem totius anni ordinem sequuntur, vt notauimus.

G

CAP. XXXI.

De Missa pro defunctis.

ABsoluta Confessione in Missa quæ pro defunctis celebratur, constitutus sacerdos in medio altaris, ait, *Erigite voc. Dominus sit semper vobiscum*, statimque consequenter dicit officium, vel introitum, incipiens ab his verbis: *Tu es portio mea Alleluia, in terra viuentium, Alleluia.* Tempora Quadragesimæ dicitur aliud officium, vel alius introitus, carens Alleluia.

Introitus.

Nota. Non dicitur Agios.

Notate non dici in Missa pro defunctis, *Agios. Agios*, ad dicendam orationem quam vocant *Aliam*; verum sacerdotem dicentem Oremus, recitare supplicationem, *Ecclesiam Catholicam, &c.*

H

Hoc in officio priusquam dicatur prima oratio vocata Missa, & *Dominus sit semper vobiscum*, quod eam præcedit, dici *Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson.*

Kyrie eleison. Illatio vel Præfatio.

Ante præfationem, vel illationem non dicitur in hoc officio defunctorum inuocatio sanctissimæ Trinitatis, incipiens, *Gratia Dei Patris omnipotentis, &c.* Nec etiam dicitur, *Introibo ad altare Dei mei*; dumque absoluuntur hæc verba, *Quia tu es vera pax nostra*, cum quibus finis quartæ orationi, quam *ad pacem* vocamus, imponitur, consequenter dicitur, *Aures ad Dominum*, & cum hoc versu: Præfatio vel illatio inchoatur. *Ad confractionem panis*, dici solet hoc responsum. *Requiem æternam det ei Dominus, lux perpetua luceat sibi, & repleantur splendoribus anima tua, & ossa tua resurgant de loco suo.* Variatur autem iam hoc responsum, quam aliud, quod vocatur *Ad accedentes*, in quibusdam Missis quæ pro defunctis dicuntur, vt patet in Missali.

Nota.

Requiesc.

Neque vero dicitur *Requiescant in pace* in his Missis,

sed

Requiescant in pace.

A

sed in eius locum, *Anima eius, & animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei sine fine requiescant in pace:* respondeturque *Deo gratias.* Sunt in hoc officio Missæ peculiares pro defunctis, iuxta gradum quem hac in vita possederunt, veluti pro Episcopo, Sacerdote, Diacono, Subdiacono, vel sæculari. Est etiam Missa pro infantibus baptismo regeneratis, qui ex hac vita cum innocentia baptismatis excesserunt; inscribiturque *Missa paruulorum defunctorum.* In eorum autem memoriam offertur sacrificium, quo petitur à Deo, in peculiaribus huius Missæ orationibus, vt quemadmodum pueri isti per eius ingentem misericordiam, innocentium puerorum Bethlehem consortio gaudent, ita nos frui possimus in cœlo consortio, vero rumque puerorum, peccatorum nostrorum hac in vita veniam obtinendo. Sic etiam petitur venia pro fidelibus defunctis adultis.

Missa pœnitentiæ. Missa paruulorum.

B

CAP. XXXII.

De quibusdam speciatim notatu dignis in Missa Muzarabica.

Martyres Hispani.

IN hoc officio habentur Missæ festorum Sanctorumque peculiarium valde prolixæ, cuius generis sunt omnes Dominicæ, nominatimque festa quorundam martyrum, veluti B. Laurentij, S. Vincentij, & Diuarum Eulaliæ, Iustæ, & Ruffinæ, Hispaniæ Martyrum, aliorumque plurimorum. Eius rei ratio est, quia cum sit istud officium merè Hispanum, nec non eius expurgator, & auctor (vt diximus) D. Isidorus, Archiepiscopus Hispalensis, Hispanus fuerit, iure quidem illarum Hymni officij, & quædam orationes Missæ exhibent gesta martyrum, triumphosque ab iis de tyrannis sæuissimis reportatos. Cumque sanctitate micantes fuerint, & pares paucos in perferendis exquisitioribus tormentis habuerint, non immerito D. Isidorus eorum vitas recensuit, maius studium in enarranda D. Vincentij fortitudine adhibens, quod quidem patet ex eo quod sola Missæ præfatio septem Missalis columnas implear.

C

D. Vincentius Martyr Hispanus. Sancti additi.

Notandum vero est, in impressione quam fieri iussit illustrissimus Cardinalis Franciscus Ximenez de Cisnero Archiepiscopus Toletanus, & in translatione Gotthici textus in Latinum, eum addidisse plerosque è sanctis officij Toletani veteris, & sanctis Gotthicis Muzarabicis miscuisse. Apposuit autem Missæ confessionem generalem, cum oratione adorationis crucis, cæterisque orationibus quæ ante introitum dicuntur, & *Salue* in fine Missæ.

Et quia hæc & pleraque alia adiecit, ideo Missale inscriptionem hanc habet: *Missale mixtum secundum regulam B. Isidori, dictum Muzarabes.*

D

CAP. XXXIII.

De Sanctis qui proprie sunt Muzarabici, quorum olim fiebat commemoratio, & de his qui postea adiecti sunt, & à quo.

SAnctis additi fuere quidam sancti Confessores, alijque martyres, qui ab institutione, & compositione Officij Gotthici vixerunt. Et quamuis verum sit fuisse quosdam Sanctos Confessores ante officium Gotthicum, non tamen decantatum est illis temporibus officium eorum nomine, quia hic honos martyribus solis tunc tribuebatur. Quod si sit Confessor quispiam, in cuius honorem dicatur officium, is profecto censeri debet è numero eorum, qui à vetere Concilio Toletano additi fuerunt.

Certum autem & indubitatum adeo istud est, vt si forte datum sit solum nomen Confessoris quibusdam Sanctis Muzarabicis vt Diuo Gerontio, Diuæ Leucadiæ Virgini Toletanæ, Beato Crispino, aliisque id genus, constat ex Hymnis festiuitatum (quos habent proprios) fuisse etiam martyres, ideoque nonquis temporibus peculiare officium illis fuisse tributum. Hinc videre licet pene omnes sanctos, Missam, & officium peculiariter adeptos, Gotthicos veteres esse: quia pauca sunt festa addita, quæ gaudeant officio peculiari.

E

Hinc sequitur plerosque Sanctos, aut maiorem eorum partem, de quibus dicitur commune Sanctorum, additos fuisse, & immixtos à Cardinale Francisco Ximenez, in translatione textus Gotthici in Latinum sermonem. Non ideo tamen nego multos fuisse martyres antiquos, qui proprio officio minimè gaudent, vt sunt Diuus Marcus Euangelista, Diuus Pantaleon martyr, & beata Iuliana virgo, & martyr, pluresque, quorum gratiâ compacta sunt officia quæ Communia vocantur. Disposita etiam ea fuere pro illis, qui mandato summi Pontificis poterant addi, vt singulis diebus adduntur.

Vide tab. 2.

F

CAP. XXVI.

De quibusdam proprietatibus quæ peculiares sunt officio & Missa Muzarabica.

SOlent etiam Muzarabes, cum sanctus quispiam gaudet peculiari Missa, vel aliquâ eius parte, proprium aliquid apponere Breuiario, ad commemorationem, vt suis locis videri potest.

Præterea habent sancti quidam aliquid peculiare in reliquo officio, non autem in Missa, sicuti D. Elizabet Hungariæ Regina, D. Saturninus Martyr, D. Anna, D. Clemens, & quadraginta Martyres, D. Gabriel Archangelus, apparitio sancti Michaelis, & D. Lucas Euangelista. E diuerso quidam habent peculiare aliquid in sacro, non autem alibi, sicuti Natiuitas beatæ Virginis, festum sancti Michaelis, D. Spetati, & sociorum. Id autem adeo raro accidit, vt pene notari non possit. Videantur ista suis locis. Sunt etiam sancti quidam, qui proprios tantum habent hymnos Vespertinarum precum, sicuti D. Ephemia, Diuus Augustinus, Diuus Hieronimus, Diuus Vincentius, Sabina, & Christeta, Diuus Marcellus martyr, D. Catharina, Sanctus Amylianus Abbas.

G

Cupio tandem percensere quædam circa sacra, & officia propria, quibusdam festis, & sanctis particularibus aptata, vlira officia, & Missas *de Communi*, quæ Sanctorum causa habentur, qui propriis officiis carent.

Quot & quales Dominicæ.

Habent officium, sacrumque proprium sex Dominicæ Aduentus Domini nostri, item Dominica Aduentus D. Ioannis Baptistæ, aliaque Dominica ante Epiphaniam, cum octo aliis post Epiphaniam; deinde Dominica quæ diem cinerum præcedit, dies ipse cinerum, cum omnibus Quadragesimæ feriis, cuius Dominicæ, complectendo Dominicam Ramorum, sex sunt. Item dies Cœnæ Dominicæ, dies Parasceues & Sabbatum sanctum; solaque die Parasceues dicitur Passio. Habent pariter officium sacrumque proprium Dominica Resurrectionis, cum feriis, vsque ad sequentem diem Sabbati. Similiter & sex Dominicæ, quas post Pascha vocamus, Dominica vna post Ascensionem, & octo Dominicæ post Pentecostem. Vltima autem Dominica ea est quæ vocatur, *Dominica ante ieiunium Kalendarum Nouembrium.*

H

A

Benedictus. & Quadragesima tempore. Particula Gloria.

celebrantur, dicitur aliud, cuius initium est, *Qui venit ad me non esuriet, &c.* Responso prolato, sacerdos infit, *Panem cœlestem de mensa Domini accipiam*; tum penultimam particulam, cui nomen *Gloria*, accipiens, quam eâ de causa sacerdos maiorem cæteris relinquit, eamque tenens supra calicem, mentionem facit defunctorum; quo peracto effert orationem peculiarem, pro susceptione Dominici corporis, & sanguinis, hisque piis sermonibus prolatis, *Aue in æuum sanctissima caro Christi, in perpetuum summa dulcedo*, ter pectus percutit, iuxta ritum veteris officij Toletani, dicens, *Domine non sum dignus.* His dictis particulam quam præ manibus habet, suscipit cæterasque suo ordine, primo sumens eas, quæ postremæ fuerunt in patena, statimque populo communionem largitur. Consumptis ordine particulis, dicendo, *Aue in æuum cœlestis potus, qui mihi ante omnia, & super omnia dulcis es*, sanguinem suscipit, aliamque dicens orationem, lauat. Postea canitur, aut recitatur Antiph. *Refecti Christi corpore, & sanguine, te laudamus Domine, Alleluia, Alleluia, Alleluia*; in cuius locum Quadragesimæ tempore, & in Missis quæ pro defunctis celebrantur, substituitur ista, *Repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione*: quæ quidem verba præ se ferunt quandam gratiarum actionem, ob susceptum Dominicum corpus.

Memento defunctorum. Lotio.

B

Antiph.

Deinde offertur libellus *Omnium offerentium*, para nimirum Missæ, de qua supra verba fecimus, transferturque Missale ad latus Epistolæ, post populi communionem. Tunc sacerdos recitat postremam orationem quæ *Post communionem* vocatur in officio Romano, finis vero huius orationis est *Per misericordiam tuam, &c.* Hinc constitutus sacerdos in medio altaris, ait, *Dominus sit semper vobiscum.*

Vltima Oratio.

Quid dicatur loco, ite Missa est.

C

Loco vero horum verborum *Ite missa est*, quæ proferuntur in officio Romano, dicitur in officio Muzarabico quando duplicia festa solenniora contingunt; *solennia completa sunt in nomine Domini nostri Iesu Christi, votum nostrum sit acceptum cum pace.* In festis autem minus solennibus, dicitur, *Missa acta est, in nomine Domini nostri Iesu Christi, perficiamus cum pace*, responderturque *Deo gratias.*

Absoluta Missa sacerdos genibus flexis iuxta altare recitat, *Salue Regina*, cum oratione sua, iuxta ritum veterem Toletanum: Deinde deosculato altari conuertit se ad populum: notatuque dignum est nunquam tempore sacrificij sacerdotem ad populum sese conuertere, nisi eâ horâ, & vice. Conuersus autem sacerdos ad populum, largitur ei benedictionem his verbis: *In vnitate sancti Spiritus benedicat vos Pater, & Filius Amen.*

Benedictio.

Tunc omnino cessans, nec amplius verbum vllum efferens, statim pergit ad adytum, vbi ornamenta deponit.

D

CAP. XXVIII.

De Missis Dominicarum Quadragesimæ.

Incipit Missa à Prophetia.

SAcrificia Dominicarum Quadragesimæ, immediatè incipiunt post absolutam confessionem generalem, à Prophetia; illicque pene semper leguntur duo vaticinia, vel plura: eaque sequitur *Psallendum*, deinde immediate sacerdos genu flexo, supra gradus altaris, recitat quasdam preces, calicem præ manibus habens, cum vino, & aqua, & hostia supra patenam collocata. Deinde absolutis precibus recitat sacerdos orationem, cuius initium est, *Exaudi orationem nostram Domine, &c.* Recitatis superioribus dicitur Epistola, & Euangelium, cum laude. Hinc ante sacrificium, & ablutionem, sacerdos genuflexo ad altare, recitat alias preces, quæ incipiunt, *Pœnitentes orate*; quibus dictis peragitur sacrificium, & continuatur Missa eo quo diximus modo. Antiphona. *Ad confractionem panis*, & responsum, seu exhortatio, quæ vocatur *Ad accedentes*, in his Quadragesimæ Missis varietatem patiuntur, sic loco *Benedicamus Domino*, quod dicitur in Missis Quadragesimalibus officij Gregoriani, effertur in Muzarabico, *In nomine Domini nostri Iesu Christi perficiamus cum pace.*

Preces Alia Preces.

E

Loco Benedicamus Domino.

Ab hac regula generali Dominicarum Quadragesimæ excipitur prima Dominica, in qua dicitur, Introibo, & Gloria, cum oratione, sicut in cæteris festiuitatibus totius anni. Nec dicuntur preces *Pœnitentes orate*: In reliquis vero obseruatur ordo præfatus cæterarum Quadragesimæ Dominicarum.

Prima Dominica Quadragesimæ.

CAP. XXIX.

De Feriis Quadragesimæ.

F

FEriæ Quadragesimæ eundem modum officij seruant, quem Dominicæ, excepto, quod absolutis vaticiniis, loco precum, & *Psallendi*, dicitur *Tractus*, efformatus ad similitudinem eorum quæ in officio Romano post Epistolam dicuntur; desumiturque pene semper ex aliquo Vaticinio Ieremiæ, vel alicuius alterius Prophetæ. Deinde sequitur Epistola, cum reliquis, vt dictum est in Dominicis Quadragesimæ.

CAP. XXXV.

De Vigiliis totius anni.

DIfferunt tantum Vigiliarum Missæ à cæteris totius anni sacris, in eo, quod introitu carent, primaque oratione, & Gloria, initiumque sumunt à Prophetia: in cæteris vero communem totius anni, ordinem sequuntur, vt notauimus.

G

CAP. XXXI.

De Missa pro defunctis.

ABsoluta Confessione in Missa quæ pro defunctis celebratur, constitutus sacerdos in medio altaris, ait, *Erigite vos. Dominus sit semper vobiscum*, statimque consequenter dicit officium, vel introitum, incipiens ab his verbis: *Tu es portio mea Alleluia, in terra viuentium, Alleluia.* Tempore Quadragesimæ dicitur aliud officium, vel alius introitus, carens Alleluia.

Introitus.

Nota. Non dicitur Agios.

Notate non dici in Missa pro defunctis, *Agios. Agios*, ad dicendam orationem quam vocant *Alium*; verum sacerdotem dicentem Oremus, recitare supplicationem, *Ecclesiam Catholicam, &c.*

H

Hoc in officio priusquam dicatur prima oratio vocata Missa, & *Dominus sit semper vobiscum*, quod eam præcedit, dici *Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson.*

Kyrie eleison. Illatio vel Præfatio.

Ante præfationem, vel illationem non dicitur in hoc officio defunctorum inuocatio sanctissimæ Trinitatis, incipiens, *Gratia Dei Patris omnipotentis; &c.* Nec etiam dicitur, *Introibo ad altare Dei mei*; dumque absoluuntur hæc verba, *Quia tu es vera pax nostra*, cum quibus finis quartæ orationi, quam *ad pacem* vocamus, imponitur, consequenter dicitur, *Aures ad Dominum*, & cum hoc versu: Præfatio vel illatio inchoatur. *Ad confractionem panis*, dici solet hoc responsum. *Requiem æternam det eis Dominus, lux perpetua luceat tibi, & repleantur splendoribus anima tua, & ossa tua reuiuiscant de loco suo.* Variatur autem tam hoc responsum, quam aliud, quod vocatur *Ad accedentes*, in quibusdam Missis quæ pro defunctis dicuntur, vt patet in Missali.

Nota.

Neque vero dicitur *Requiescat in pace* in his Missis

Requiescat.

sed

A fed in eius locum; *Anima eius, & anima omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei sine fine requiescant in pace*: respondetur que *Deo gratias*. Sunt in hoc officio Missæ peculiares pro defunctis, ioxta gradum quem hac in vita possederunt, veluti pro Episcopo, Sacerdote, Diacono, Subdiacono, vel sæculari. Est etiam Missa pro infantibus baptismo regeneratis, qui ex hac vita cum innocentia baptismatis excesserunt; inscribiturque *Missa paruulorum defunctorum*, in eorum autem memoriam offertur sacrificium, quo petitur à Deo, in peculiaribus huius Missæ orationibus, vt quemadmodum pueri isti per eius ingentem misericordiam, innocentium puerorum Bethlehem consortio gaudent, ita nos frui possimus in cœlo consortio, vtrorumque puerorum, peccatorum nostrorum hac in vita veniam obtinendo. Sic etiam petitur venia pro fidelibus defunctis adultis.

Tant in pace. *Missa pro infantibus. Missa paruulorum.*

B

CAP. XXXII.

De quibusdam speciatim notatu dignis in Missa Muzarabica.

Martyres Hispani.

IN hoc officio habentur Missæ festorum Sanctorumque peculiarium valde prolixæ, cuius generis sunt omnes Dominicæ, nominatimque festa quorundam martyrum, veluti B. Laurentij, S. Vincentij, & Diuarum Eulaliæ, Iustæ, & Ruffinæ, Hispaniæ Martyrum, aliorumque plurimorum. Eius rei ratio est, quia cum sit istud officium merè Hispanum, nec non eius expurgator, & auctor (vt diximus) D. Isidorus, Archiepiscopus Hispalensis, Hispanus fuerit, iure quidem illatio, Hymni officij, & quædam orationes Missæ exhibent gesta martyrum, triumphosque ab iis de tyrannis sæuissimis reportatos. Cumque sanctitate micantes fuerint, & pares paucos in perferendis exquisitioribus tormentis habuerint, non immerito D. Isidorus eorum vitas recensuit, maiua studium in enarrando D. Vincentij fortitudine adhibens, quod quidem patet ex eo quod sola Missæ præfatio septem Missalis columnas impleat.

C

D. Vincentius Martyr Hispanus. *Sancti additi.*

Notandum vero est, in impressione quam fieri iussit illustrissimus Cardinalis Franciscus Ximenez de Cisneros Archiepiscopus Toletanus, & in translatione Gotthici textus in Latinum, eum addidisse plerosque è sanctis officij Toletani veteris, & sanctis Gotthicis Muzarabicis miscuisse. Apposuit autem Missæ confessionem generalem, cum oratione adorationis crucis, cæterisque orationibus quæ ante introitum dicuntur, & *Salue* in fine Missæ.

Et quia hæc & pleraque alia adiecit, ideo Missale inscriptionem hanc habet: *Missale mixtum secundum regulam B. Isidori, dictam Muzarabes.*

D

CAP. XXXIII.

De Sanctis qui proprie sunt Muzarabici, quorum olim fiebat commemoratio, & de his qui postea adiecti sunt, & à quo.

SAnctis additi fuere quidam sancti Confessores, aliique martyres, qui ab institutione, & compositione Officij Gotthici vixerunt. Et quamuis verum sit fuisse quosdam Sanctos Confessores ante officium Gotthicum, non tamen decantatum est illis temporibus officium eorum nomine, quia hic honos martyribus solis tunc tribuebatur. Quod si Confessor quispiam, in cuius honorem dicatur officium, is profectò censeri debet è numero eorum, qui à vetere Concilio Toletano additi fuerunt.

Certum autem & indubitatum adeo istud est, vt si fortè dærum sit solum nomen Confessoris quibusdam Sanctis Muzarabicis vt Dino Gerontio, Diuæ Leucadiæ Virgini Toletanæ, Beato Crispino, aliisque id genus, constat ex Hymnis festiuitatum (quos habent proprios) fuisse etiam martyres, ideoque antiquis temporibus peculiare officium illis fuisse tributum. Hinc videre licet pene omnes sanctos, Missam, & officium peculiariter adeptos, Gotthicos veteres esse, quia pauca sunt festa addita, quæ gaudeant officio peculiari.

E

Hinc sequitur plerosque Sanctos, aut maiorem eorum partem, de quibus dicitur commune Sanctorum, additos fuisse, & immutatos à Cardinale Francisco Ximenez, in translatione textus Gotthici in Latinum sermonem. Non ideo tamen nego multos fuisse martyres antiquos, qui proprio officio minimè gaudent, vt sunt Diuus Marcus Euangelista, Diuus Pantaleon martyr, & beata Iuliana virgo, & martyr, pluresque, quorum gratiâ compacta sunt officia quæ Communia vocantur. Disposita etiam ea fuere pro illis, qui mandato summi Pontificis poterant addi vt singulis diebus adduntur.

Missa tab. 2.

F

CAP. XXXIV.

De quibusdam proprietatibus quæ peculiares sunt officio & Missæ Muzarabicæ.

SOlent etiam Muzarabes, cum sanctus quispiam gaudet peculiari Missa, vel aliquâ eius parte, proprium aliquid apponere Breuiario, ad commemorationem, vt suis locis videri potest.

Præterea habent sancti quidam aliquid peculiare in reliquo officio, non autem in Missa, sicuti D. Elizabet Hungariæ Regina, D. Saturninus Martyr, D. Anna, D. Clemens, & quadraginta Martyres, D. Gabriel Archangelus, apparitio sancti Michaelis, & D. Lucas Euangelista. E diuerso quidam habent peculiare aliquid in sacro, non autem alibi, sicuti Natiuitas beatæ Virginis, festum sancti Michaelis, D. Sperati, & sociorum. Id autem adeo raro accidit, vt pene notari non possit. Videantur ista suis locis. Sunt etiam sancti quidam, qui propriòs tantum habent hymnos Vespertinarum precum, sicuti D. Ephemia, Diuus Augustinus, Diuus Hieronimus, Diuus Vincentius, Sabina, & Christeta, Diuus Marcellus martyr, D. Catharina, Sanctus Amylianus Abbas.

G

Cupio tandem percensere quædam circa facta, & officia propria, quibusdam festis, & sanctis particularibus aptata, vlira officia, & Missas *de Communi*, quæ Sanctorum causa habentur, qui propriis officiis carent.

Habent officium, factumque proprium sex Dominicæ Aduentus Domini nostri, item Dominica Aduentus D. Ioannis Baptistæ, aliaque Dominica ante Epiphaniam, cum octo aliis post Epiphaniam; deinde Dominica quæ diem cinerum præcedit, dicta ipse cinerum, cum omnibus Quadragesimæ feriis, cuius Dominicæ, complectendo Dominicam Ramorum, sex sunt. Item dies Cœnæ Dominicæ, dies Parasceues & Sabbatum sanctum; solaque die Parasceues dicitur Passio. Habent pariter officium factumque proprium Dominicæ Resurrectionis, cum feriis, vsque ad sequentem diem Sabbati. Similiter & sex Dominicæ, quas post Pascha vocamus, Dominica vna post Ascensionem, & octo Dominicæ post Pentecosten. Vltima autem Dominica ea est quæ vocatur, *Dominica ante ieiunium Kalendarum Nouembrium*.

Quot & quales Dominicæ.

H

A

CAP. XXXV.

De quibusdam festis præcipuis, quæ proprium sacrum, & officium habent.

Quæ Missam integrã propriã habẽt ab introitu vel officio.

PRimo Natiuitas Domini nostri, eaque die non dicuntur tres Missæ vt in officio Latino, imo tantum vna: deinde Circumcisio, Epiphania, Festum Corporis Christi, Paschatis dies, Ascensionis, & Pentecostes, vt dictum fuit: Natiuitas beatæ Virginis, eius Conceptio, Annunciatio, vocata D. Maria de O. Purificatio, & Assumptio. Quædam ex his festis desumpta sunt ex antiquo Officio Toletano. Est etiam Commune B. Virginis, pro Sabbatis, cum dicitur de ea, & pro eius festis, quæ officium proprium non habent.

Præcipua B *festa qui propriũ officium habent.*

Item dies Sanctorum, S. Michael Archangelus, D. Ioannes Baptista, eius Natiuitas, & Decollatio, DD. Petrus, & Paulus, Cathedra D. Petri, S. Iacobus maior, D. Ioannes Euangelista, D. Andreas, S. Iacobus minor frater Domini dictus, Diuus Thomas, D. Matthias, omnes denique Apostoli: Inuentio sanctæ Crucis, S. Maria Magdalena, D. Stephanus protomartyr, sancti Innocentes.

D. Laurentius Hispanus, D. Torquatus, cum sociis Episcopis, D. Vincentius Hispanus, sanctæ Iusta, & Ruffina virgines Hispalenses, D. Ginesius. D. Cebrianus Episcopus, D. Christophorus cum socus, D. Iulianus, cum Basilissa, D. Adrianus, & Natalia, S Martiana virgo, DD. Cosmas, & Damianus medici, DD Faustus, Ianuarius, Martialis, Seruandus, Germanos, Romanus, D. Eulalia virgo, D. Leocadia ciuis, & Patrona Toleti, omnes martyres.

*Qui sãcti habeãt propriũ Of*C*ficiũ ab oratione quam Missam vocamus.*

Sancti qui proprio gaudent officio ab oratione quæ Missa dicitur hi sunt: DD. Fabianus, Sebastianus, Lucianus Presbyter, Iustus & Pastor Hispani Complutenses, Speratus cum socus, Asciscius, Emeterius, Celedonius, Fructuosus, Augutius, Eulogius cum sociis, Tyrsus, & Fœlix, Babylas Episcopus, & tres pueri, omnes martyres.

DD. Martinus Episcopus, Bartholomæus, Simon, Iudas, & Matthæus Euangelista, Apostoli.

Diuæ Agnes, Agatha, Dorothea, Christina, Eugenia, Columba, omnes Virgines, & Martyres, simul cum D. Eulalia virgine, & martyre Barcinonensi.

Demum maxime differunt officia Latina à Muzarabicis, quoad Euangelia, quia solet solum Euangelium Officij Muzarabici continere ea quæ dici solent in duabus, vel tribus festiuitatibus officij Latini. Verbi gratia, die Epiphaniæ, dicitur Euangelium diei Innocentium, & Vigiliæ Regum, sicque coagmentatur hoc Euangelium è tribus. Die Sanctorum Innocentium dicitur aliud Euangelium, desumptum è cap. 18. D. Matthæi, quo vtitur officium Latinum diebus festis Angelorum.

Sancti Innocentes.

D

In Officio Muzarabico, in qualibet festiuitate Virginis, legitur etiam Euangelium D. Magdalenæ, non vero Prudentum virginum, sicut in officio Latino. Illud vero Euangelium dicitur in communi plurimarum Virginum, hoc in Officio. Quadragesimæ tempore permutantur omnino Euangelia. Prima quippe Dominica, cum in officio Latino legitur Euangelium Tentationis, in Muzarabico legitur Euangelium Samaritanæ. Die vero Cinerum legitur Euangelium Tentationis.

Secunda vero Quadragesimæ Dominica non legitur Euangelium Transfigurationis, sicut in officio Romano; sed cæci à natiuitate. Sunt pleraque alia notatu digna, & discrepantia: sed mihi sufficit monere lectorem vt loca ipsa consulat.

E

CAP. XXXVI.

De Præsulibus, Principibus, & Regibus, qui istud Officium hancque ædem sacram, præsentiâ suâ illustrarunt.

IMponamus tandem finem huic operi breuissimo, dicentes, quemadmodum in vnica ædicula sacra Muzarabum sanctæ Ecclesiæ Toletanæ, de qua supra verba fecimus, dicitur cum tono istud officium, & sacrum perpetuò singulis diebus. Neque vero audimus vlla in parte ad hodiernam vsque diem ita conseruari, præterquam istic. Id vero effectum est opera illustrissimi Cardinalis Francisci Ximenez, Archiepiscopi Toletani, vti iam à nobis toties fuit decantatum.

F

Canitur in hac ædicula Missa singulis diebus Dominicis. In sex Ecclesiis vero Muzarabicis, quæ illæsæ in euersione Hispaniæ perdurarunt, canitur Missa die aduocationis sanctorum, quibus dicatæ fuerunt.

Canitur etiam Missa quoties Princeps aliquis, aut Potens, accedit ad hanc ædiculam, illius audiendæ gratiâ. Præterea nemo cuiuscunque sit conditionis Toletum appellit, quin ad eam audiendam accedat, quasi ad rem insolitam, quæ plerumque pietatem, & admirationem ingenerat animis auditorum.

Authoritatem autem non modicam adiecerunt huic officio accedentes ad hanc Capellam ad Sacrum audiendum pene omnes Præsules Toletani, præcipuè vero Archiepiscopus Alphonsus à Fonseca, & Azeuedo, Illustr. Cardinales Ioannes Tauera, & Martinus Siliceus, quos imitatus est hac in re Reuerendissimus Bartholomæus à Carrança, & Miranda, ordinis sancti Dominici, nec non illustrissimus Cardinalis Gaspar à Quiroga.

G

Et quamuis illustrissimus Dominus Archidux, & Cardinalis Albertus Austriacus, dum Toleti esset Archiepiscopus, & Reuerendissimus Garcias à Loaysa, suos antecessores non sint imitati, hic quidem ob mortem immaturam, ille vero quod se abdicarit Archiepiscopatu; qua de causa nemo sedentem Præsulem hic vidit; illustrissimus tamen Cardinalis Albertus, parum adhuc prouecta ætate, officio huic interfuit; sæpissimè vero Archiepiscopus Garcias, dum Canonicus esset, sacrificium istud frequentauit: imo omnino persuasum habeo eum insignis huius Capellæ disquisitorem fuisse.

Is tandem, de numero Episcoporum, qui insigne istud officium præsentiâ suâ decorauit, fuit illustrissimus Dominus Bernardus de Sandoual, & Rojas, Archiepiscopus Toletanus, & Cardinalis sanctæ Anastasiæ, qui nunc sedem Toletanam obtinet, cuiusque tuitionem, Capellani, Curiones, & ad beneficia Ecclesiastica huius Officij promoti sibi pollicentur.

H

Præterea præsentiâ suâ hanc sacram ædiculam, officiumque Muzarabicum illustrarunt, vestigia antiquorum Hispaniæ Regum secuti, Carolus Quintus Imperator, eiusque filius Philippus Secundus; & cum his illustrissima Regina Anna, quorum duo quidem parentes fuere Philippi Tertij nunc Hispaniarum Regis; Tertius vero auus eius fuit. Hic vero cum consorte thori illustrissima Regina Margareta officio huic authoritatem addidit, decusque præbuit, audito Missæ sacrificio, iuxta hunc ritum in Regia Capella Palatij Toletani.

ABsoluto hoc breui tractatu visum mihi est non incongruum apponere exemplum Missarum Muzarabum prioris anni, cum precibus Vespertinis festi alicuius, quod proprium habeat officium, vt facilius elucescat & pateat quod in ipsa narratione edisserui. Et quia festum S. Iacobi Hispaniarum Patroni inter solemniora censetur, adnexam hic con-

sequenter

A *sequenter Vesperas, & Missam, eaque via cognescentur laudes, soni benedictiones, supplicationes, capitula, & alia specialia, quorum superius à nobis mentio facta est.*

IN FESTO SANCTI IACOBI Apostoli, fratris sancti Ioannis Apostoli & Euangelistæ, ad Vesperum.

LAVS.

KYRIE eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater noster, Aue Maria, *totum secreto*, In nomine Domini nostri Iesu Christi, lumen cum pace.

Resp. Deo gratias.

B Dominus sit semper vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Lauda. Exortum est in tenebris lumen rectis corde.

Resp. Misericors & miserator est iustus Dominus.

Vers. Directam fecit viam iustorum: & præparauit iter sanctorum.

Presb. Misereleors, &c.

Dominus sit semper vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo. *Sonus.*

Sonus. Iustorum animæ in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum mortis, Alleluia.

Vers. Visi sunt in oculis insipientium mori, & æstimata est malitia exitus illorum: illi autem sunt in pace.

Resp. Alleluia.

Dominus sit semper &c.

Resp. Et cum, &c. *Antiph.*

Antiph. Dabo sanctis meis regnum in Ierusalem: lignum enim vitæ in odorem vnguenti. *Presb.* Et non laborabunt, neque fatigabuntur.

C *Vers.* Qui confidunt in Domino sicut mons Sion: non commouebitur in æternum qui habitat in Ierusalem.

Presb. Et non laborabunt, neque fatigabuntur.

Vers. Gloria & honor Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Presb. in sæcula sæculorum.

Et non laborabunt, neque fatigabuntur. Dominus sit semper vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Lauda. *Lauda.* Sanguinem sanctorum requiram dicit Dominus.

Presb. Et habitabo cum eis in regno meo, Alleluia, Alleluia.

Vers. Fidelis Dominus in verbis suis: & sanctus in omnibus operibus suis.

Presb. Et habitabo.

Vers. Gloria & honor.

Presb. Et habitabo.

Hymnus.

Hymnus D O Dei verbum, patris ore proditum, rerum creator: & verum principium: auctor perennis, lux origo luminis: enixus aluo gloriosæ Virginis: Christe tu noster vere la Emanuel.

Rex & sacerdos, cui sacri lapides en ter quaterni onichinus, achates, nitens berillus, saphirus, carbunculus: vel ametistus, sardius, * topidicus, smaragdus, iaspis, & nitens chrysolitus. *Topazius.*

Riteque gemmis sol, dies duodenis enitens horis, margaritis optimis, glisecensque mundo iam fugatis tenebris, & candelabro tibi super posito, micans lucernis bis senis Apostolis.

Petrusque Romam, frater eius Achaiam, Indiam Thomas, Leui Macedoniam, Iacobus Iebus, & Ægyptum Zelotes, Bartholomæos Licaon, Iudas Ædessam, Matthias Iudæam, & Philippus Gallias.

Magni deinde filij tonitrui, adepti fulgent prece matris inclitæ, vtrique vitæ culminis insignia regens Ioannes dextera solum Asiam, & leua frater potitus Hispaniam.

Clari magistri creatoris innoxij adsistit dexteram pacis vnus sedera tractus: sinistram alter in sententia varieque regno: bis electa pignora Mittidepoli properam ad gloriam, adductus in quam gloriosus præmio: electus istinc habitus martyrio, Christi vocatur Zebedei Iacobus: Apostolatos vitam implens debite, victorque rapit passionum stigmata.

Diuino quippe obsitus suffragio, idem magorum sontes itas, dæmonum coercens virus, punit æmulantium minasque dæmonum in stolis: oraculis enodatur pœnitens coceredulum.

Perplexus olim voti compos commoda ruina petenti ægro adminicula roptando pandit fidei charismata: vexillo pacis ad salutis copiam, ensque functus se communit gloria.

O vere digne sanctior Apostole caput, refulgens Hispaniæ: tutorque nobis, & patronus vernulus, vitando pestem esto salus cælitus, omnino pelle morbum, vicus, facinusque.

Adesto fancus gregi, pius creditor, mitisque pastor gregi, clero, populo: ope superna vt fruamur gaudio, regno potiti vestiamur gloria æterna, per te euadamus tartarum.

Præsta quæsumus vnica potentia, replensque gloriâ cuncta solus, machinam virtute firma: ingens adesto gloria æterna, cuius laus, & clementia, & honor iugis affatim per sæcula, amen.

Supplicatio.

Oremus, Redemptorem mundi Dominum nostrum Iesum Christum cum omni supplicatione rogamus: vt per gratiam ipsius & per intercessionem sanctæ Mariæ virginis, & genitricis suæ, & per intercessionem sancti martyris sui Iacobi Apostoli, nobis remissionem peccatorum, & pacem propitius donare dignetur.

Resp. Præsta æterne omnipotens Deus.

Kyrie eleison.

Resp. Christe eleison, Kyrie eleison.

Capitula.

Subiuga clementissime Deus, nostras tuo iugo ceruices: vt onus tuum, quod amantibus leue est, ita optabili deuotione feramus, sicut Iacobus Apostolus tuus, pro innexa collo suo fune: ad passionem tractus est lætabundus: atque hoc miraculo cor illudentis sibi ita compunxit: vt eum sacramentis instructum fidei, faceret ad gloriam peruenire martyrij: sicque ipse post in confessione filij tui capite deiecto interemptus occubuis, perueniens ad eum in pace: pro quo hanc sustinuit passionem.

Ipse est enim vnigenitus tuus filius, qui dedit animam suam redemptionem pro multis: per quem nostris tu Deus Pater iubeas parcere delictis. Pater noster qui es in cœlis.

Resp. Amen.

Adueniat regnum tuum.

Resp. Amen.

Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra.

Resp. Amen.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Resp. Quia Deus es.

Et dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Resp. Amen.

Et ne nos inducas in tentationem.

Resp. Sed libera nos à malo.

Dicat Presbyter. Liberati à malo, confirmati semper in bono, tibi seruire mereamur Deo ac Domino nostro. Pone Domine finem peccatis nostris: da gaudium tribulatis, præbe redemptionem captiuis, sanitatem infirmis, requiemque defunctis: concede pacem, & securitatem in omnibus diebus nostris, frange audaciam inimi

A

corum nostrorum, exaudi Deus orationes seruorum tuorum omnium fidelium Christianorum in hoc die, & in omni tempore. Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui tecum viuit & regnat, in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia semper secula seculorum.

Resp. Amen.

Dicat Presbyter. Humiliate vos benedictioni. Dominus sit semper vobiscum.

Resp. Et cum &c.

Benedictio. *Benedictio.* Christus Deus Dei Patris filius, quem Iacobus relicto patre in naui, tota securus est intentione cordis: indesinenter vos faciat suis inhærere vestigiis.

Resp. Amen.

Quique per hunc Apostolum cultores dæmonum conuertit ad fidem: concedat nobis vana seculi respuendo, se in veritate diligere.

Resp. Amen. Vt eius remuneremini præsidiis, cuius hodie triumphum excolitis passionis.

B

Respons. Amen. Per misericordiam ipsius Dei nostri, qui est benedictus, & viuit, & omnia regit in secula seculorum. *Resp.* Amen. Dominus sit semper vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Laus vice Cantici Magnificat. *Lauda.* Gaudium sempiternum super caput sanctorum, *presb.* Laus & iocunditas apprehendet eos. Alleluia, Alleluia.

Vers. Beati qui custodiunt iudicium: & faciunt iustitiam in omni tempore.

Presb. Laus & iocunditas.

Vers. Gloria & honor Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Presb. Laus & iocunditas, &c.

Oratio.

Christus, cuius virtus atque potentia tantum in Apostolo tuo Iacobo emicuit: vt in nomine tuo, emissis à se dæmoniorum catervis, potentialiter meruit imperare: tu Ecclesiam tuam ab aduersantium impugnatione defende: vt virtute spiritus exuperando aduersa, illius doctrinam opere compleat, cuius hodie exemplum piæ passionis honorat. *Resp.* Amen.

C

Per misericordiam tuam Deus noster, qui es benedictus, & viuis, & omnia regis in secula seculorum. *Resp.* Amen.

Dominus sit semper vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo. In nomine Domini nostri Iesu Christi perficiamus cum pace.

Resp. Deo gratias.

AD MISSAM IN FESTO Sancti Iacobi.

OFFICIVM.

D

Facta prius Confessione, vti fit in Missis Latinis, iuxta vsum Toletanum antiquum, dicitur introitus eo, qui sequitur modo.

Adiutorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit cœlum & terram. Sit nomen Domini benedictum.

Resp. Ex hoc nunc & vsque in sæculum.

Introitus. Hæc dicit Dominus. Ego tuli te, & fui tecum, Alleluia, & interfeci omnes inimicos tuos, Alleluia. Fecique tibi nomen grande, Alleluia, Alleluia. *Vers.* Beatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. *presb.* Fecique tibi nomen grande, Alleluia, Alleluia, Alleluia. *Vers.* Gloria & honor Patri, & Filio, & Spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Presbyt. Fecique tibi nomen grande, Alleluia, Alleluia. Per omnia semper sæcula sæculorum. *Respon.* Amen.

E

Gloria. Gloria, in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te, gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam, Domine Deus Rex cœlestis: Deus pater omnipotens, Domine fili vnigenite Iesu Christe, altissime Domine Deus agnus Dei filius Patris, qui tollis peccata mundi, miserere nobis: qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram: qui sedes ad dexteram patris: miserere nobis: quoniam tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus altissimus Iesu Christe, cum sancto Spiritu in gloria Dei Patris, Amen.

Dicatur iterum. Per omnia semper sæcula sæculorum.

Oratio. *Oratio.*

Christe, cuius virtus atque potentia tantum in Apostolo tuo Iacobo emicuit: vt in nomine tuo emissis à se dæmoniorum catervis potentialiter meruit imperare: tu Ecclesiam tuam ab aduersantium impugnatione defende, victure spiritus exuperando aduersa, vt illius doctrinam opere compleat: cuius hodie exempla piæ passionis honorat. *Resp.* Amen.

F

Dicat Presbyter in medium altaris.

Per misericordiam tuam Deus noster, qui es benedictus, & viuis, & omnia regis in sæcula sæculorum.

Resp. Amen.

Vers. Dominus sit semper vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Lectio libri sapientiæ Salomonis.

Resp. Deo gratias.

Prophetia. Iustus si morte præoccupatus fuerit, anima eius in refrigerio erit: senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata: cani sunt autem sensus hominis: & ætas senectutis vita immaculata. Placens Deo factus dilectus, & viuens inter peccatores translatus est. Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius; aut ne fictio deciperet animam illius. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona: & inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia. Consummatus in breui expleuit tempora multa, placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum, populi autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in præcordiis suis talia, quoniam misericordia Dei, & gratia in sancto illius: & respectus in electo ipsius. *Resp.* Amen.

G

Iterum dicatur.

Dominus sit semper vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Tunc canetur psallendo. *Psallendo.*

H

Posuisti Domine super caput eius coronam de lapide pretioso.

Vers. Super salutare tuum Domine exultabit vehementer: desiderium animæ eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. *Presb.* Coronam de lapide pretioso. *Dicat Sacerdos vel Diaconus.* Silentium facite. Lectio actuum Apostolorum.

Resp. Deo gratias.

Epistola. In illis autem diebus superuenerunt ab Hierosolymis Prophetæ Antiochiam: & surgens vnus ex eis nomine Agabus, significabat per spiritum, famem futuram magnam in vniuerso orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio. Discipuli autem, prout quisque habebat, proposuerunt singuli in ministerium mittere habitantibus in Iudæa fratribus: quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manus Barnabæ, & Sauli: eodem autem tempore misit Herodes Rex manus, vt affligeret quosdam de Ecclesia. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio. Videns autem quia placeret Iudæis, apposuit apprehendere & Petrum. Erant autem dies Azymorum,

quem

A quem cum apprehendisset, misit eum in carcerem, tradensque quatuor quaternionibus militum ad custodiendum, volens post Pascha producere eum populo.
Resp. Amen.

Accepta benedictione vt in Missali Toletano antiquo, vel vt in officio Latino, dicat Presbyter:

Dominus sit semper vobiscum.
Resp. Et cum spiritu tuo.

Lectio Sancti Evangelij secundum Marcum.

IN illis diebus, assumens iterum Iesus duodecim, cœpit illis dicere, quæ essent ei ventura. Quia ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur in manus principis sacerdotum, & scribis & senioribus, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & illudent ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget. Et accedunt ad eum
B Iacobus, & Ioannes, filij Zebedei, dicentes: Magister, volumus vt quodcunque petierimus facias nobis. At ille dixit eis: Quid vultis vt faciam vobis? Et dixerunt: Da nobis, vt vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram sedeamus in gloria tua. Iesus autem dixit eis: Nescitis quid petatis, potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum, aut baptismo, quo ego baptizor, baptizari? At illi dixerunt: Possumus. Et dixit illis: Calicem quem ego bibo, bibetis, & baptismo quo ego baptizor baptizabimini: sedere autem ad dexteram meam, vel ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est. Et audientes decem, indignati sunt de Iacobo & Ioanne. Iesus autem vocans eos ait illis: Scitis, quia hi qui videntur principari gentibus, dominantur eis, & principes eorum potestatem habent ipsorum. Non ita est in vobis, quicunque voluerit fieri maior, erit minor: & quicunque voluerit in vobis primus esse, erit omnium
C servus. Nam & filius hominis non venit vt ministraretur ei, sed vt ministraret: & daret animam suam redemptionem pro multis.
Resp. Amen.
Dominus sit semper vobiscum.
Resp. Et cum spiritu tuo.
Lauda. Alleluia. *Vers.* Ecce servus meus suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea, Alleluia.
*Hoc in loco ponitur aliud Missale, quod vocatur offerentium, in cornu Epistolæ: & tunc offerat sacerdos hostiam hac oratione: & est notandum quod orationes, quæ signantur hoc signo * leguntur in offerentium, & quæ signantur hoc signo † in Missale.*

** Oratio.*

Ad hostiam. Acceptabilis sit maiestati tuæ omnipotens æterne Deus, hæc oblatio, quam tibi offerimus pro reatibus, & facinoribus nostris, & pro stabilitate sanctæ Catholicæ
D & Apostolicæ fidei cultoribus. Per Christum Dominum nostrum. In nomine Pa†tris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Dimittendo patenam super corporalia, deinde accipiat calicem sanctificando sic.

In nomine Pa†tris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

** Oratio.*

Ad calicem. Offerimus tibi Domine calicem, ad benedicendum sanguinem Christi filij tui, deprecamurque clementiam tuam, vt ante conspectum divinæ maiestatis tuæ cum odore suavitatis ascendat. Per eundem Christum Dominum nostrum.
Ponat calicem super aram, & accipiat fiolam sine sanctificatione, & ponat super calicem dicendo.

** Oratio.*

Hanc oblationem, quæsumus Domine placatus admitte, & omnium offerentium, eorumque pro quibus tibi offertur, peccata indulge. Per Christum Dominum nostrum. E
Hic dicat. In spiritu humilitatis, *vt in officio Latino, Postea dicat Presbyter.*
Adiuvate me fratres in orationibus vestris, & orate pro me ad Deum.
Resp. Adiuvet te Pater, & Filius, & Spiritus sanctus.
† *Sacrificium.* Fulgebit iustus sicut splendor firmamenti, & sicut stellæ cœli dantes claritatem lucis, ita & iustus splendebit. *Vers.* In perpetua æternitate. *Hic accipiat aquam in manibus, & dicat silentio super oblationem cum tribus digitis.* In nomine Patris † & Filij, & Spiritus S. Regnas Deus in sæcula sæculorum.
Resp. Amen.
Inclinet se sacerdos ante altare, & dicat silentio istam Orationem.
* Accedam ad te in humilitate spiritus mei, loquar *Oratio.*
ad te quia multam spem in fortitudine dedisti mihi. Tu
ergo fili David, qui revelato mysterio ad nos in carnem F
venisti, clave crucis tuæ secreta cordis mei adaperi, mittens vnum de Seraphim, qui candenti carbone illo, qui de altari tuo sublatus est, sordentia labia mea emundet, mentem enubilet, docendique materiam subministret, vt lingua, quæ proximorum vtilitati per charitatem servit, nec erroris insonet casum, sed veritatis resultet sine fine præconium, per te Deus meus, qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Incipit Missa.

Dominus sit semper vobiscum.
Resp. Et cum Spiritu tuo.

† Oratio.

Christe cuius virtus atque potentia, tantum in Apostolo tuo Iacobo emicuit, vt in nomine tuo emissis se dæmoniorum cateruis, potentialiter meruit imperare; tu Ecclesiam tuam ab adversariorum impugnatione
defende, vt virtute spiritus exuperando adversa, illius G
doctrinam opere compleat, cuius hodie exemplum piæ passionis honorat.
Resp. Amen.
Per misericordiam tuam Deus noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum.
Resp. Amen.

Dicat Sacerdos elevando manus.
* Oremus:

Resp. Agios, Agios, Agios, Domine Deus Rex æterne tibi laudes & gratias.
* Ecclesiam sanctam Catholicam in orationibus in mente habeamus, vt eam Dominus fide, & spe, & charitate propitius ampliare dignetur. Omnes lapsos, captivos, infirmos, atque peregrinos in mente habeamus, vt eos Dominus propitius respicere, redimere, sanare, & confortare dignetur.
Resp. Præsta æterne omnipotens Deus. H

Postea dicit Presbyter.

† *Oratio.* Vocantem nos ad se Iesum, fratres dilectissimi agnoscentes, qui beatissimum Iacobum Apostolum suum retia componentem in navi ad se vocans, eiusdem nos postmodum spiritualibus doctrinis admonet, atque docet, vt postulantes in fide nihil hæsitemus, omni mentis devotione cum lachrymis eundem Dominum flagitemus: vt postulatio nostra apud eum ea nobis obtineat adimplere, quæ in ipso Apostolo docente cognovimus. *Resp.* Amen.

Alia Oratio. Videtur ex hoc loco tribuenda Epistola Canonica S. Iacobo Maiori.

Per misericordiam tuam Deus noster, in cuius conspectu sanctorum Apostolorum, & martyrum, confessorum, atque virginum nomina recitantur. Amen.
Offerunt Deo Domino oblationem sacerdotes nostri Papa Romensis, & reliqui pro se, & pro omni clero, & plebibus Ecclesiæ sibimet consignatis, vel pro vniversa fraternitate. Item offerunt vniversi presbyteri, diaconi, clerici, ac populi, circum adstantes in honorem sanctorum pro se & suis.

A *Resp.* Offetnnt pto se, & pto vniversa fraternitate.

Dicat Sacerdos.

Facientes commemorationem beatissimorum Apostolotum,& martyrum,gloriosæ S. M. Virginis, Zachariæ, Ioannis, Infantium,Petri,Pauli,Ioannis, Iacobi,Andreæ, Philippi, Thomæ,Bartholomæi,Matthæi,Iacobi, Simonis, & Iudæ, Matthiæ,Marci, & Lucæ.

Resp. Et omnium martyrum.

Item pto spiritibus pausantium Hilarij, Athanasij, Martini, Ambrosij,Augustini Fulgentij, Leandri, Isidori,David, Iuliani,item Iuliani,Petri, item Petri, Ioannis servi Dei,Visitani,Vincentij,Felicis,Cypriani, Vincentij, Geronrij,Zachariæ,Cenapoli,Dominici,Iusti, Saturnini, Salvati,item Salvati,Bernardi,Reymundi, Ioannis, Cenebruni,Gundisalvi,Martini,Roderici,Ioannis,Gutterij, Sancij, item Sancij, Dominici,Iuliani, item Iuliani,Philippi, Stephani,Ioannis, item Ioannis, Felicis.

B *Resp.* Et omnium pausantium.

Dicat Presbyter post nomina.

† *Oratio.* Vivant in nobis, Iesu Domine, Apostoli tui Iacobi prædicamenta doctrinæ, quibus docemur illum beatum esse, qui illatus tentationis voluerit æquanimiter supportare, quò dum præsentia mala patientissime toleramus, in pace & charitate nunc, & in æternum tecum sine fine vivamus.

Resp. Amen.

Quia tu es vita vivorum: sanitas infirmorum, ac requies omnium fidelium defunctorum in æterna sæcula sæculorum.

Resp. Amen.

Ad Pacem.

C † *Oratio.* Suscipe, Iesu bone, in hoc natali Iacobi Apostoli tui offerentium vota: & refrigerium præsta spiritibus defunctorum, vt eo apud te intercedente, & viventibus, & defunctis, tuæ pietatis gratia impendatur, cuius doctrina duodecim tribuum commemorantium edocetur.

Resp. Amen.

* Quia tu es vera pax nostra, & charitas indisrupta vinis tecum & regnas cum Spiritu sancto vnus Deus in sæcula sæculorum.

Resp. Amen.

Dicat Presbyter elevando manus.

* Gratia Dei Patris omnipotentia, pax ac dilectio Domini nostri Iesu Christi, & communicatio Spiritus sancti sit semper cum omnibus nobis.

Resp. Et cum hominibus bonæ voluntatis.

* *Deinde dicit.* Quomodo astatis pacem facite.

D *Resp.* Pacem meam do vobis. Pacem meam commendo vobis: non sicut mundus dat pacem do vobis. *Vers.* Novum mandatum do vobis, vt diligatis vos invicem. *Reiteretur.* Pacem meam do vobis. *Vers.* Gloria & honor Patri, & Filio,& Spiritui sancto *Resp.* Pacem meam,&c.

Interim quod dicit chorus. Pacem meam, *Accipiat sacerdos pacem de patena,dicendo sic:* Habete osculum dilectionis & pacis, vt apti sitis sacrosanctis mysteriis Dei.

* *Postea inclinet se Sacerdos iunctis manibus,& dicat:*

Illatio vel præfatio. Introibo ad altare Dei mei.

Resp. Ad Deum qui lætificat iuventutem meam.

Ponat Presbyter manus super calicem, & dicat:

Aures ad Dominum. *Resp.* Habemus ad Dominum.

Levat manus & dicit:

Sursum corda. *Resp.* Levemus ad Dominum.

Iunctis manibus inclinando se in medium altaris dicat:

Deo ac Domino nostro Iesu Christo filio Dei, qui est in cœlis, dignas laudes, dignasque gratias referamus.

E *Et elevet manus in altum. Resp.* Dignum & iustum est

† *Et postea dicat Presbyter.*

Illatio Dignum & iustum est, nos tibi semper gratias agere, Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, per Iesum Christum filium tuum Dominum nostrum, in cuius nomine electus Iacobus, cum ad passionem traheretur, Paralyticum ad se clamantem curavit, atque hoc miraculo cor illudentis sibi ita compunxit, vt cum sacramentis institutum instinctu fidei, faceret ad gloriam pervenire martyrij. Sic ipse post in confessionem filij tui, capite deiecto interemptus, occubuit: perveniens ad eum in pace, pro quo hanc sustinuit passionem. Ipse est enim vnigenitus filius, qui dedit animam suam redemptionem pro multis, per quem nostris tu Deus Pater iubeas parcere iam delictis, cui merito exercitus militiæ cœlestis non cessant clamare ita dicentes.

Respondeat chorus.

F Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt cœli & terra gloria maiestatis tuæ. Osanna filio David. Benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis. Agios, Agios, Agios, Kyrie, O theos.

Dicat Presbyter.

Post sanctus. Vere sanctus, vere benedictus Dominus noster Iesus Christus filius tuus, quem Iacobus relicto Zebedeo patre ita secutus est, vt eum obnixe diligendo, fieret electus in vita, mundus in conscientia, probabilis in doctrina. Postremo ita scientiam commendans ex opere, vt pro eo truncato interiret capite, quem pro se, vel pro omnibus noverat animam posuisse Christum Dominum, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Deinde in silentio iunctis manibus inclinando se ante altare, dicit Sacerdos.

G

Oratio.

Canon Missæ. Adesto, adesto, Iesu bone, Pontifex in medio nostri, sicut fuisti in medio discipulorum tuorum, & sancti†fica hanc oblationem †, vt sanctificata † sumamus per manus sancti Angeli tui, sancte Domine, & Redemptor æterne. Dominus noster Iesus Christus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, bene†dixit ac fregit, deditque discipulis suis dicens: Accipite & manducate.

Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur.

Hic elevetur corpus. Quotiescunque manducaveritis hoc facite in meam † commemorationem.

Resp. Amen.

Similiter & calicem postquam cœnavit, dicens.

Super Calicem.

Hic est calix novi Testamenti in meo sanguine, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Forma ista consecrationis ponitur ne antiquitas ignoraretur, H sed hodie servatur Ecclesiæ traditio

Hic elevetur calix coopertus cum filiola.

Quotiescunque biberitis, hoc facite in meam † commemorationem.

Resp. Amen.

Quotiescunque manducaveritis panem hunc, & calicem illum biberitis: mortem Domini annunciabitis, donec veniat in claritatem †, de cœlis.

Resp. Amen.

Oratio post pridie.

Subiuga, Deus nostras tuo iugo cervices, vt onus tuum, quod amantibus leve est, ita optabili devotione feramus, sicut Iacobus Apostolus tuus innexo collo suo fune ad passionem tractus est lætabundus. vt sanctificans hæc, quæ tibi offerimus, nos ipsos benedicas perceptione hostiæ huius.

Resp. Amen.

hæc,

A *Hic signat seipsum Sacerdos.*

Te præstante, sancte Domine, quia tu hæc omnia nobia indignia servis tuis valde bona creas, sáncti † ficas, vivificas, † bene†dicis †, ac præstas nobis: vt siut benedicta à te Deo nostro in sæcula sæculorum.

Resp. Amen.

Et tunc presbyter accipiat corpus Domini de patena, & ponat super calicem discoopertum, & dicat alta voce omnibus diebus festivis videlicet, & Dominicis, præter in locis in quibus erit Antiphona propria, ad confractionem panis.

Dominus sit semper vobiscum.

Resp. Et cum Spiritu tuo.

Fidem, quam corde credimus, ore autem dicamus: *& elevet Sacerdos corpus Christi, vt videatur à populo, & dicat chorus Symbolum, bini ac bini: videlicet.*

Credo.

* Credimos in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ: visibilium omnium, & invisibilium conditorem. Et in vnum Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula. Deum ex Deo, lomen ex lomine, Deum verum ex Deo vero, natum non factum: omousion patri, hoc est eiusdem com patre substantiæ, per qoem omnia facta suot, qoæ in cœlo, & quæ in terra: qoi propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Et homo factus est. Passus sub Pontio Pilato. Sepultus tertia die resurrexit. Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus est iudicare vivos & mortuos: cuius regoi non erit finis. Et in Spiritom sanctum Dominum vivificatorem, ex Patre & filio procedentem: cum Patre & filio adorandom, & glorificandum; qui locutus est per Prophetas. Et vnam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confitemur vnom baptisma in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Amen.

B

C

Post hac frangit presbyter Eucharistiam in medium, & ponit mediam partem in patena, & de alia parte facit quinque particulas, & ponit in patena: & postea accipit aliam partem, & facit quatuor particulas, & ponit in patena similiter per ordinem, & statim purget bene digitos, & cooperto calice faciat: Memento, pro vivis.

Hoc modo ponitur in patena.



D

Ad Orationem Dominicam.

Oremus. Apostolo tuo Iacobo, Domine, edocente præmonemur; vt si quis oostrum indiget sapientia, postulet à te, qui das omnib. affluenter & non improperas, sed quia ad te pervenire copimus, per Christom, qui est virtus tua, & sapientia, id agere præoptamus, poscentes clementiam tuam, vt per eum, qui apud te advocatus factus est noster, & pervenire nos ad te facias, & orationem, quam ipso Domino instruente didicimus, ad te introire permittas, proclamantes è terris. Pater noster, qui es in cœlis.

E

Resp. Amen.

Sanctificetur nomen tuum.

Resp. Amen.

Adveniat regnum tuum.

Resp. Amen.

Fiat voluntas tua, sicut in coelo & in terra.

Resp. Amen.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Resp. Quia Deus es. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Resp. Amen.

Et ne nos inducas in tentationem.

Resp. Sed libera nos à malo. *Dicat Sacerdos.*

Hic percutit Sacerdos pectus.

Liberati à malo, confirmati semper io bono, tibi servire mereamur Deo ac Domino nostro: pone Domine finem peccatis oostris; da gaudium tribulatis: præbe redemptionem captivis, sanitatem infirmis, requiemque defunctis: concede pacem & securitatem in omoibus diebus nostris, frange audaciam inimicorum nostrorum, & exaudi Deus orationes servorum tuorum omnium fidelium Christianorum in hac die, & in omni tempore. Per Domioum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum vivit & regnat io vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia semper sæcula sæculorum.

F

Resp. Amen.

Accipiat modo particulam, Regnum, de patena, & mittat in calicem, dicendo summissa voce.

Sancta sanctis, & coniunctio corporis Domini nostri Iesu Christi sit sumentibus & potaotibus oobis ad veniam, & defunctis fidelibus præstetur ad requiem. *Et cooperiat calicem, & dicat.*

Benedictio.

Humiliate vos benedictioni, Dominus sit semper vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Christus Deus Dei Patris filios, quem Iacobus relicto patre in naui totâ secutus est intentione cordis; indesinenter vos faciat suis inhærere vestigiis, Amen.

G

Quique per hunc Apostolum suom, cultores dæmonum coovertit ad fidem, coocedat vobis vana huius sæculi respuendo, se in veritate diligere.

Resp. Amen.

Vt eius remuneremini præsidiis: cuius hodie triumphum excolitis passionis.

Resp. Amen.

Quod ipse præstare dignetur, per misericordiam tuam Deus noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum.

Resp. Amen.

Dominus sit semper vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Ad Accedentes

Gustate & videte quam suavis est Domious, Alleluia, Alleluia, alleluia. *Vers.* Benedicam Dominom in omni tempore semper laus eius io ore meo Alleluia, alleluia, Alleluia.

H

Vers. Redimet Dominus animas servorum suorum, & oon relinquet omnes, qui sperant in eum, Alleluia, alleluia, alleluia. *Vers.* Gloria & honor Patri, & Filio & Spiritui sancto, io sæcula sæculorom, Amen.

Alleluia, Alleluia, Alleluia.

Quo dicto accipit aliam particulam, Gloriam sequentem, & dicit sic. Panem cœlestem de mensa Domini accipiam, & nomen Domini invocabo.

Dicat Memento pro mortuis, tenendo illam particulam super calicem, & facto dicat.

Domine Deus meus, da mihi, corpus & sanguinem filij tui Domini oostri Iesu Christi ita sumere, vt per illud remissionem omnium peccatorum merear accipere, & tuo sancto Spiritu repleri, Deus noster, qui vivis & regnas in sæcola sæculorum, amen.

Et deinde, Aue in ævum sanctissima caro Christi, in perpetuum summa dulcedo. *Hic dicitur,* Domine oon sum dignus, vt in officio *Latino.*

Et sumit illam particulam, Gloriam, & omnes reliquas per ordinem, & sumit calicem dicendo.

Aue in ævum cœlestis potus, qui mihi ante omnia, & super omnia dulcis es.

Corpus

A Corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi custodiat corpus,& animem meam in vitam æternam,Amen.

Et ad ablutionem dicat hanc Orationem.

Domine Deus meus,Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, fac mete semper quærete & diligere: & per hanc sanctam communionem, quam sumpsi,nunquam recedere, quia tu es Deus, & præter te non erit alius in sæcula sæculorum, Amen.

Refecti Christi corpore & sanguine, te laudamus Domine, Alleluia, Alleluia, Alleluia.

Hic tollitur Missale,quod vocatur,Offerentium,& aliud Missale ponitur in cornu Epistola, & dicit sequentem Orationem.

Oratio. Corpus Domini nostri Iesu Christi, quod accepimus,& sanctus sanguis eius,quem potavimus,adhæreat visceribus nostris,æterne omnipotens Deus, vt non veniat nobis ad iudicium, nec ad condemnationem, sed

B proficiat ad salutem, & remedium animarum nostrarum in vitam æternam. *Resp.* Amen. Per misericordiam, &c. Dominus sit semper vobiscum. *Resp.* Et cum Spiritu tuo. Solemnia completa sunt in nomine Domini nostri Iesu Christi, votum nostrum sit acceptum cum pace.

Resp. Deo gratias.

In fine Missa dicitur Antiphona in laudem gloriosæ virginis Mariæ: & datur benedictio. Antiph.

Salve Regina,mater misericordiæ,vita dulcedo,& spes nostra salve,ad te clamamus exules filij Evæ, ad te suspiramus gementes & flentes in hac lachrymarum valle, eia ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte, & Iesum Benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende. O clemens, ô pia, ô dulcis virgo Maria.

Vers. Ora pro nobis sancta Dei genitrix. *Resp.* Vt digni efficiamur, &c.

Vers. A morte subitanea & improvisa.

C *Resp.* Libera nos Domine.

Dominus sit semper vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Concede nos famulos tuos,quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis, &c.

Quo facto dat benedictionem dicendo.

In vnitate sancti Spiritus,benedicat vos Pater & filius.

Ad hanc benedictionem vertit se Sacerdos ad populum, & benedicit illum,& nil aliud agens, vadit ad sacristiam.

Singulis diebus absoluta Missa (exceptis diebus Dominicis,& festis solennibus) dicitur responsum pro Cardinali nostro, secundum ordinem huius officij Muzarabi; visumque mihi est hic illud apponere,quasi pro fine Missæ, & perbrevis compendij huius.

Responsorium.

Resp. Scio Domine, quia nihil in terra sine causa. *Presb.* quia homo nascitur ad laborem, & avis ad volandum.

D *Vers.* Ego vero deprecabor Dominum: & ad eum ponam eloquium meum. *Presb.* Quia homo nascitur ad laborem,& avis ad volandum.

Oremus. Pium & exaudibilem Dominum nostrum Iesum Christum cum omni supplicatione rogemus, vt spiritum & animam famuli sui (Francisci Cardinalis Pontificis) in locum lucis,inter agmina beatorum propitius collocare dignetur. *Resp.* Præsta æterne omnipotens Deus,Kyrie eleison. Christe eleison, Kyrie eleison, Pater noster. *totum secretò.*

Tibi Domine commendamus animam famuli tui, Francisci Cardinalis Pontificis, vt defunctus sæculo tibi vivat, & quæ per fragilitatem mundanæ conversationis peccata commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Dominum nostrum. *Resp.* Amen Dominus sit semper vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

In nomine Domini nostri Iesu Christi anima eius, & omnes animæ fidelium defunctorum, per misericordiam Dei, sine fine requiescant in pace. *Resp.* Amen.

LAVS DEO.

E



MISSA QVA VTVNTVR ANtiqui Christiani Episcopatus Angamallensis in Montanis Mallabarici regni apud Indos Orientales, emendata & ab erroribus blasphemiisque Nestorianorum expurgata ab Illustrissimo & Reverendissimoque Domino Alexio Menesio Archiepiscopo Goano, Indiæ Primate in synodo Diœcesana Angamallæ, An. 1599. è Syriaco in Latinum Sermonem conversa, & exscripta ex Itinerario Lusitanico eiusdem Menesij Conimbricæ edito, & ex Bibliotheca Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Renati Poterij Bellovacensis Episcopi Franciæ Paris deprompto.

SACRVM BEATORVM APOSTOLORVM.

SAcerdos indutus vestibus sacris cum Diacono, vel alio ministro habente thuribulum cum incenso continuo thurificante accedens ad gradus altaris in primo gradu constitutus elevatis manibus facta prius altari reverentia absolute dicit.

S. Gloria in excelsis Deo.

D. Amen.

S. Gloria in excelsis Deo.

D. Amen.

Et in terra pax & spes bona hominibus, Pater noster, qui es in cœlis; sanctificetur nomen tuum, Sanctus, Sanctus, Sanctus: Tu Pater noster qui es in cœlis, pleni sunt cœli & terra maiestatis gloriæ tuæ, & angeli,& homines clamant ad te. Sanctus, Sanctus, Sanctus. Tu Pater noster qui es in cœlis sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra, da nobis hodie panem necessitatis nostræ, & dimitte nobis debita & peccata nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo: quoniam tuum est regnum virtus & gloria in sæcula sæculorum, Amen. *Sacerdos & Diac. simul.* G

S. Robora Domine Deus noster infirmitatem nostram benignitate tua, vt ministremus Sacramentis tuis sanctis quæ nobis data sunt in naturæ nostræ salutem,& innovationem per amores filij tui dilectissimi, ô rerum omnium Domine Pater,Filius, & Spiritus sanctus.

D. Amen.

S Adoretur & glorificetur, honoretur, & exaltetur, laudetur & benedicatur in cœlo,& in terra super gloriosum nomen Trinitatis tuæ præclarissimæ omni tempore, rerum omnium Domine Pater & Filius & Spiritus Sanctus. H

D. Amen.

D. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, & quis requiescet in monte sancto tuo.

D. Qui ambulat absque macula & facit iustitiam, & loquitur veritatem in corde suo & non dolum per linguam suam.

S. Et non facit proximo suo malum, & munus non accipit contra proximum suum.

D. Et qui reprobat oculis suis irritatorem, & timentes Dominum glorificat.

S. Et iurat proximo suo & non mentitur, & pecuniam suam non dat ad vsuram.

D. Et munus contra proximum innocentem non accipit, qui facit hæc iustus est, & non commovetur in æternum.

S. Glorificate eum in virtute eius, glorificate eum in magnitudine maiestatis eius.

D. Glorificate Dominum in sanctitate eius, glorificate eum in firmamento fortitudinis eius.

A S. Gloriſicate eum in vnce tubæ, glorificate eom in citharis & pſalteriis.

D. Glorificate eum in tympania & organis. glorificate eum in vaſis ſuavibus.

S. Glorificate eum in cymbalis beneſonantibus, glorificate eum in voce & vociferatione, omni ſpiritu glorificamus dominum.

D. Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi.

S. Quoniam confirmata eſt ſuper nos gratia eius, vere Dominus eſt in æternum.

D. Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto à ſæculo, & vſque in ſæculum, amen & amen.

S. Mundis cogitationibus conſtitue me Domine coram altari tuo.

D. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, & quia requieſcet in monte ſancto tuo, quam glorioſum, & decorum eſt ſanctuarium tuum: Deus omnium ſanctificator rerum.

B S. Pax vobiſcum. D. Amen.

S Coram throno ſuperglorioſo maieſtatis tuæ, Domine mi, & excelsâ ſupremaque ſede dominationis tuæ. & arâ expiationis, quam fixit voluntas in loco habitationis gloriæ tuæ, nos populus tuus & oves paſcuæ tuæ cum Seraphinorum millibus te laudantium, & decies Angelorum & Archangelorum millibus tibi miniſtrantium genua coram te flectimus adoramus & glorificamus ſemper Patrem & filium & Spiritum ſanctum in ſæcula ſæculorum.

D. Amen.

S. Nomini magno formidabili, ſancto, laudabili, incomprehenſibili Trinitatis tuæ ſuperglorioſæ, miſericordiæ etiam tuæ, quam erga genus noſtrum oſtendiſti, gratias referre debemus inceſſanter, adorationem quoque & laudem tribuere: ô rerum omnium Domine Pater & Filius, & Spiritus ſanctus.

C D. Amen.

S. Te Dominum omnium laudamus & te Ieſum Chriſtum glorificamus, quoniam tu es ſuſcitator corporum noſtrorum, & ſalvator optimus animarum noſtrarum, lavi purè manus meas & circumdedi altare tuum Domine.

Sac. & Diac. ſimul iterum repetunt.

D. Te omnium Dominum laudamus te Ieſum Chriſtum glorificamus quoniam tu es ſuſcitator corporum noſtrorum & ſalvator optimus animarum noſtrarum. gloria Patri & filio & Spiritui ſancto à ſæcula & vſque in ſæculum, Amen & amen.

Iterum repetit Sacerdos

Te Dominum omnium laudamus, te Ieſum Chriſtum glorificamus, quoniam tu es ſuſcitator corporum noſtrorum & ſalvator optimus animarum noſtrarum: lavi pure manus meas & circundedi altare tuum Domine.

D Te omnium Dominum laudamus te Ieſum Chriſtum glorificamus, quoniam tu es ſuſcitator corporum noſtrorum & ſalvator optimus animarum noſtrarum.

D. Pax nobiſcum.

S. Tu es vere Dominus meus, & ſuſcitator corporum noſtrorum & ſalvator bonus animarum noſtrarum & cuſtos aſſiduus vitæ noſtræ, teque omni tempore laudare & glorificare debemus pater & filius & Spiritus ſanctus.

D. Amen.

S. Domine Deus noſter quando ſpirabit in nobis odor ſuaviſſimus bonitatis & charitatis tuæ, & cum corpora noſtra veritatis tuæ ſplendore fuerint illuſtrata, tunc occurremus dilectiſſimo filio tuo, qui è cœlo revelabitur & in Eccleſia tua, quæ iam coronata eſt collaudabimus te inceſſanter quoniam tu es Dominus & creator omnium Pater & Filius & Spiritus ſanctus.

D. Amen: afferte vocem veſtram & collaudate omnes populi Deum vivum.

S. Sancte, Deus, ſancte fortis, ſancte immortalis miſerere nobis. Gloria patri & filio & Spiritui ſancto.

D. Sancte Deus, ſancte fortis, ſancte immortalis miſerere nobis.

E S. A ſæculo & vſque in ſæculum. Amen & amen.

D. Sancte Deus, ſancte fortis, ſancte immortalis miſerere nobis. Stemus nos omnes pulchre & cum lætitia & hilaritate petamus, & dicamus Domine noſter, miſerere nobis. Domine noſter miſerere nobis.

D. Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis te rogamus.

P. Domine noſter miſerere nobis.

D. Salvatorem noſtrum, noſtræque ſalutis diſpenſatorem & rerum omnium ducem te rogamus.

P. Domine noſter miſerere nobis.

D. Pro pace & vnitate, totiuſque mundi & omnium Eccleſiarum conſiſtentiâ te rogamus.

P. Domine noſter miſerere nobis.

D. Pro aeris ſalubritate annique ac proventuum vbertate & totius orbis ornatu te rogamus.

P. Domine noſter miſerere nobis.

F D. Pro Sanctis patribus noſtris, beatiſſimo Papa noſtro N. & Epiſcopo huius metropolis N. & miniſtris ipſorum, vt proſperâ valitudine perfruantur te rogamus.

P. Domine noſter miſerere nobis.

Sac. verſus populum Populus; & ſi non adeſt Diac.

D. Miſericordem Deum qui amore ſuo omnia gubernat te rogamus.

P. Domine noſter miſerere nobis.

D. Pietate divitem & benignitate diffuſum te rogamus.

P. Domine noſter miſerere nobis.

D. Eſſentiâ bonum & omnium donorum largitorem te rogamus.

P. Domine noſter miſerere nobis.

D. In cœlo ſuperglorioſum & in in terra ſuperlaudabilem te rogamus.

P. Domine noſter miſerere nobis.

D. Natura immortalem, lucemque ſplendiſſimam inhabitantem te rogamus: Salva omnes Chriſte Domine Deus noſter gratia tua, & multiplica in nobis pacem & charitatem, & miſerere nobis.

G P. Domine noſter miſerere nobis.

D. Oremus pax nobiſcum. Oremus obſecremuſque Dominum Deum omnium, vt audiat vocem orationum noſtrarum, & auſcultet preces noſtras & miſereatur noſtri.

Oremus: & pro Eccleſia ſancta Catholica quæ in toto terrarum orbe diſperſa eſt, vt pax illa, quæ eſt à Deo in ea permaneat vſque ad ſæculi conſummationem.

Oremus etiam & pro ſanctis patribus noſtris Epiſcopis, vt abſque macula & quærela omnibus diebus vitæ ſuæ in capite Eccleſiarum ſuarum conſiſtant, præcipue vero oportet nos orare pro incolumitate patrum noſtrorum Sanctorum domini noſtri Papæ N & domini noſtri Epiſcopi huius metropolis: oremus vt cuſtodiat eos dominus ac conſervet in capite gregum ſuorum, vt paſcant, & adminiſtrent, ac præparent domino plebem perfectam æmulatricem bonorum operum.

H Oremus & pro Presbyteris, & diaconis qui in miniſterio hoc veritatis conſiſtunt, vt corde optimo & conſcientiâ purâ miniſterium ſuum coram deo expleant.

Oremus etiam pro omni Congregatione ſancta, & ſobria filiorum Eccleſiæ ſanctæ Catholicæ vt ſcilicet curſum optimum ſanctitatis conſumment, & ſpem ac promiſſionem à domino in regione vivorum recipiant.

Commemoremus autem beatiſſimam dominam Mariam Matrem dei vivi & ſalvatoris, ac redemptoris noſtri: Oremus igitur vt Spiritus ſanctus, qui in ea habitavit, gratia ſua nos ſanctificet, & voluntatem ſuam in nobis adimpleat & veritatem ſuam in nobis ſignet omnibus diebus vitæ noſtræ. Memoriam etiam veneremur Prophetarum, Apoſtolorum, ac Martyrum confeſſorumque: Oremus vt ipſorum precibus ac paſſionibus quas ſuſtinuerunt, faciat nobis deus cum eis ſpem optimam ac ſalutem, efficiamur quoque digni eorum commemorationibus benedictis, & vivis ac veris paſſionibus in regno Cœlorum.

Commē

A Commemoremur quoque patres nostros sanctos & veritatis Doctores sanctum Cyrillum, S. Athanasium, S. Basilium, S. Ephrem, S. Augustinum, S. Leonem, S. Gregorium omnesque Doctores, & presbyteros veritatis Doctores: Oremur vt ipsorum orationibus veritas pura & sincera doctrina quam ipsi docuerunt & professi sunt in omni Ecclesia sancta custodiatur vsque ad sæculi consummationem.

Recordemur etiam & patrum & fratrum nostrorum fidelium qui ex hoc sæculo in orthodoxa fide transiecrunt, oremus, inquam, Dominum vt illos absolvat, eorumque peccata & prævaricationes dimittat & efficiat eos dignos vt cum iustis & rectis, qui divinæ voluntati obtemperaverunt lætentur in sæcula. Pro hac etiam provincia & ciuitate, & pro his qui in ea degunt, præsertim vero pro congregatione hac oremus, vt Dominus noster per gratiam suam avertat à nobis gladium, captivitatem, B prædam, terræ motum, famem, ac pestem, & cætera, quæ animæ & corpori aduersantur:

Pro his quoque qui à vera fide aberraverunt, & laqueis Sathanæ irretiti tenentur oremus, vt convertat Dominus Deus corda eorum, & agnoscant vnum esse Deum patrem verum, & filium eius Dominum nostrum Iesum Christum.

Oremur & pro infirmis, præcipue vero pro his qui morbis difficillimis cruciantur, & à pessimis spiritibus tentantur: oremus vt Dominus Deus noster mittat eis Angelum sanctum amorum & salutis, & visitet, sanet, adiuvetque eos magnitudine gratiæ, & misericordiæ suæ.

Pro egenis etiam, orphanis, viduis, & afflictis & his qui persecutionem patiuntur: Oremus, Dominus gratia sua regat eos ac nutriat, pietateque sua consoletur & benignitate sua eos liberet ab inferentibus illis vim.

Orate, postulateque à à Deo omnium Domino, amorer, vt sitis illi regnum, sacerdotium, & populus sanctus: C clamate ad Dominum Deum fortem toto corde vestro & tota anima vestra, quoniam Deus pater benignus ac misericors est, ac clemens, & non vult perire plasma suum, sed vt convertatur & vivat: super omnia vero decet & oportet nos orare, laudare, & adorare, glorificare, & honorare ac exaltare vnum Deum patrem Dominum, omnium adoratione dignissimum qui per Iesum Christum filium suum Dominum nostrum fecit nobis spem bonam & salutem animabus nostris, vt scilicet ipse gratiam suam amoresque in nobis perficiat vsque in finem, Amen.

P. Amen.

Dum hæc Diaconus recitat stans sacerdos in medio altaris accipit patenam, & prebente thura Diacono & tenente thuribulum ambabus manibus cum igne immitit incensum in ignem in formam crucis, & patenam thuris odore imbuit dicens.

S. Domine Deus noster odoriferam fac patenam hanc D in modum patenæ Aaron sacerdotis clarissimi in tabernaculo fœderis, tu qui es creator, & Dominus radicum aromatum suavissimum odorem spirantium, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Deinde velum, quo cooperit Calicem dicens.

Domine Deus noster odoriferum fac velum hoc in modum pallij, quo Elias Propheta veritatis operiebatur, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Deinde, calicem dicens.

Domine Deus noster odoriferum redde calicem hunc, in modum calicis Aaron sacerdotis, in tabernaculo fœderis, tu qui es creator radicum & aromatum suavissimum odorem spirantium, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

E *Miscens vinum in Calicem dicit Sacerdos.*

Misceatur vinum in Calice Domini nostri Iesu Christi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Infundens aquam dicit.

Venit vnus ex militibus, & percussit lanceâ latus Domini nostri Iesu Christi, & continuo exiuit sanguis & aqua, & qui vidit testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius.

Rursus infundens vinum dicit:

Misceatur aqua vino, & vinum aqua, in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti.

Sacerdos ponens calicem coopertum super altare versus F austrum, procedit versus aquilonem ad cornu Evangelij, & sumit hostiam, ac superponit patena, & ambabus manibus elevans procedit ad medium altaris, & præparatum calicem manu dextra accipiens, manus in formam Crucis complicatas super Aram extendens dicit.

S. Expectans expectaui Dominum, panem sanctum, & Calicem preciosum super sanctum altare, omnes offeramus timore pariter, & honore, & cum Angelis clamemus. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus noster.

D. Edent pauperes & saturabuntur, panem sanctum, & Calicem preciosum super sanctum altare, omnes offeramus timore pariter, & honore, & cum angelis clamemus. Sanctus, Sanctus. Sanctus Dominus Deus.

Oremus pax vobiscum,

Sacer. silentio dicit. Offeratur, & gloria immoletur Trinitati tuæ supergloriosæ in sæcula sæculorum, & Iesus Christus Dominus noster Dei filius, qui oblatus est pro salute nostra & præcepit nobis vt sacrificemus in memoriam passionis, mortis, sepulturæ, ac resurrectionis eius, suscipiat sacrifi- G cium hoc de manibus nostris per gratiam & amores suos in sæcula sæculorum.

Sacerdos superponens altari oblata silentio dicit.

S. Constituantur, & ordinentur mysteria hæc supergloriosa, & sancta vitam conferentia, & divina, super altare sanctum Christi vsque ad gloriosum è cœlo ipsius adventum, cui est laus, gloria, & adoratio modò, & omni tempore, & in sæcula sæculorum.

Elevans vocem dicit.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, super altare sanctum fiat commemoratio virginis Mariæ matris ipsius Dei, & domini nostri Iesu Christi.

D. A sæculo & vsque in sæculum Amen & Amen, Apostoli ipsius filij Dei & amici vnigeniti orate vt fiat pax in creatura.

H S. Dicat omnis populus Amen & Amen: commemoratio tua sancte Thoma Apostole pater noster sancte, super altare sanctum cum iustis qui vicerunt, & martyribus qui coronâ donati sunt.

D. Dominus fortis nobiscum, Rex noster nobiscum angelus noster, & adiutor noster Deus Iacob.

S. Pusilli cum maioribus, ecce spe bonâ dormierunt omnes fideles, qui humanitatis debitum persolverunt, & per resurrectionem tuam supergloriosam suscitabis eos ad gloriam tuam.

D. Effundite coram illo corda vestra ieiunio, oratione, & pœnitentiâ placauerunt Patrem, Filium, & Spiritum sanctum.

Operiens oblata Sacerdos dicit.

S. Amictus es lumine sicut vestimento, & extendisti cœlum sicut cortinam nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Dum

A

Dum Sacerdos levat manus dicit Diaconus.

D. Prece & obsecratione angelum pacis & amorum postulamus.

Pop. A te Domine.

D. Nocte & die, & omnibus diebus vitæ nostræ sempiternam pacem Ecclesiæ tuæ & vitam absque peccatis postulamus.

Pop. A te Domine.

D. Peccatorum remissionem, & quæ vitæ nostræ emolumenta præbent, & divinitatem suam placant postulamus.

Pop. A te Domine.

D. Misericordias Domini & eius benignitatem, & semper & omni tempore postulamus.

Pop. A te Domine.

D. Nos & animas nostras Patri, & Filio, & Spiritui sancto commendamus.

B

Pop. Tibi Domine Deus.

S. Rogamus & obsecramus te Dominum Deum fortem, perfice in nobis gratiam tuam, & per manus nostras dona tua ostende, amoresque tuos, & deitatis tuæ benignitatem, & sint in propitiationem debitorum populi tui, & in remissionem peccatorum omnium ovium pascuæ tuæ, quas per gratiam & amores tuos tibi elegisti: ô omnium Domine Pater, & Filius, & Spiritus sanctus.

D. Amen.

D. Inclinate capita vestra in manus impositionem, & accipite benedictionem.

Sacerdos in silentio dicit.

Domine Deus fortis tua est Ecclesia sancta Catholica quæ admirabili Christi filij tui passione empta est, oves pascuæ tuæ, per gratiam autem Spiritus sancti, qui est æqualis tibi deitate superglorioså, ordines veri sacerdotij conferuntur, tu vero Domine mi, per clementiam tuam effecisti dignam exiguitatem naturæ nostræ miseræ, vt possimus homines membra præclarissima fieri corporis magni, quod est Ecclesia Catholica, & ministerio tuo animabus credentium spiritualia auxilia conferamus, tu ergo Domine mi, perfice nobis gratiam tuam, & per manus nostras dona tua effunde, fiant quoque super nos amores tui, ac pietas deitatis tuæ super populum hunc quem elegisti tibi.

C

Sacer. elevat vocem. Da etiam nobis Domine mi, benignitate tua vt omnes nos omnibus diebus vitæ nostræ deitati tuæ æqualiter placeamus operib. nimirum optimis iustitiæ, quæ superglorioſæ voluntati misericordiæ tuæ nos reddunt acceptos, & in hune modum auxilio gratiæ tuæ digni efficiamur ad offerendum tibi semper carmen, honorem, & laudem, & adorationem, Domine omnium Pater, & Filius, & Spiritus sanctus.

D

D. Amen, qui non suscepit baptismum, discedat.

Chorus: Vere.

D. Qui non accepit vitæ signaculum, discedat.

Chorus: Vere.

D. Qui non suscepit illud discedat.

S. Ite audientes, & videte Ostia.

Oremus pax nobiscum.

S. Illumina Domine Deus noster motus cogitationum nostrarum, vt auscultemus, & intelligamus vocem suavissimam præceptorum tuorum vitam conferentium, ac divinorum, da quoque nobis per gratiam tuam & amores tuos, vt ex eis emolumentum discerpamus, charitatem nimirum, spem, & salutem, quæ animæ corporique expediunt, & decantemus tibi semper laudem absque cessatione omni tempore, Domine omnium Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. D. Amen.

Pro defuncto Sacerdos Te sapientissimum gubernatorem, & admirandum domesticorum tuorum curatorem, & gazophilacium magnum, ex quo omne bonum auxiliumque pietate tua procedit: obsecramus convertere Domine mi, & propitius esto nobis, misereréque nostri semper sicut & soles

Domine omnium Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. E

D. Silete.

S. Pauli Apostoli Epistola ad Corinthios fratres mei Benedic Domine mi.

D. Benedicat te Christus.

S. Scimus enim quod & si domus nostra, quæ in terra est corporis huius dissolvatur, est tamen nobis ædificium à Deo, domus non manu facta in cœlo in æternum, propter hoc enim etiam ingemiscimus, desiderioque æstuamus, vt induamur domo nostra quæ è cœlo est: nisi vero cum induti fuerimus non nudi inveniamur: cum enim sumus modò in hac domo propter ipsius onus ingemiscimus, & nolumus eâ spoliari, sed supetindui vt absorbeatur per vitam eius immortalitas. & qui præparat nos ad hoc ipsum, Deus est, qui dedit nobis pignus spiritus sui, quoniam igitur scimus, persuasumque habemus, quod quandiu in hoc corpore habitamus, peregrinamur à Domino, per fidem enim ipsam, non per visionem ambulamus; propter hoc speramus, desiderioque flagramus excedere è corpore & apud Dominum nostrum esse, curamusque quod sive præsentes sive absentes, ipsi simus placentes; omnes nos enim stabimus ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque in corpore suo quod fecit, sive bonum, sive malum. *2. Cor. 5. 11.*

F

Vivus est enim sermo ipsius Dei & omnium operator, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad divisionem animæ, & spiritus, compagum quoque & medullæ, & ossium, & iudicans cogitationes, & intentiones cordis, & non est creatura absondita à conspectu eius, sed omnia nuda & aperta sunt coram oculis eius cui reddemus rationem. *Hebr. 4 12.*

D. Gloria Christo Domino.

Te splendorem gloriæ ipsius, & substantiæ genitoris tui imaginem, qui in corpore humanitatis nostræ apparuisti, & illuminasti mentem nostram lumine Evangelij tui vitam elargientis, te, inquam laudamus, & adoramus, & glorificamus omni tempore Domine omnium Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. *Sacerdos in medio altaris aliquantulum dicit.* G

S. Sapientem me fac Domine doctrinâ tua sanctâ, & da mihi vt absque intermissione, & sine macula ministrem coram te per custodiam mandatorum tuorum vitam conferentium, divinorumque Domine omnium Pater, & Filius, & Spiritus S.

D. Silentium est, Silete.

S. Pax nobiscum.

D. Et tecum, & cum spiritu tuo.

S. Evangelium sanctum Domini nostri Iesu Christi prædicatio Ioannis.

D. Gloria Christo Domino.

S. Benedic Domine mi.

D. Benedicat te Christus.

S. Dixit Iesus, Amen amen dico vobis, non posse filium facere quicquam à semetipso nisi quod viderit patrem facientem, quæ enim pater facit hæc etiam similiter filius facit, pater enim diligit filium suum, & omne quod facit ostendit illi vt vos miremini, sicut enim pater suscitat mortuos, & vivificat eos, sic etiam filius quos vult vivificat, non enim pater iudicat quemque, sed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem qui misit illum: Amen, amen dico vobis quod omnis qui audit verbum meum, & credit in eum qui me misit, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transit à morte ad vitam. Amen, amen dico vobis, venit hora, & nunc est illa, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audient vivent; sicut enim pater vitam habet in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso, & dedit ei potestatem, vt faciat etiam iudicium, quod sit filius hominis. In hoc nolite mirari, quoniam venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei, & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, & qui mala egerunt, in resurrectionem iudicij. H

D. Gloria Christo Domino. *Sacerdos incipit & cū Diac. simul prosequitur.*

Credimus in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ visibilium omnium, & invisibi-

A lium: Et in uoum Dominum Iesum Christum filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verom de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt: Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit e cœlis, & incarnatus est de Spiritu S. ex Maria Virgine, & homo factus est: crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est, & resurrexit tertia die secundum scripturas, & ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris, & iterum venturus est cum gloria iudicare vivos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum S. Dominum & vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit, qui cum Patre & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas, & vnam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam, confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum, & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi, Amen.

B D. Oremus: pax nobiscum: orate in memoriam redocentes patres nostros Catholicos, & omnes presbyteroa & Diaconos, adolescentes & virgines, & omnes fidelea qui è vivis excesseront veráque fide mortui sunt: omnea etiam patres nostroa & fratres, filios, & filias, reges quoque fideles à Christo dilectos, & omnes Prophetas & Apostolos, Martyres, & Confessores huioa loci & omnium regionum: Oremos inquam det nobis vt efficiamut socij eorum, spe bona & hæreditate vitæ regni cœlestis: insuper vt hæc oblatio suscipiatur confidenter & per Dei verbum, ac Spiritum S. consecretur, vt sit nobia in auxilium & salutem & vitam æternam in regno cœlesti per gratiam Dei, & Domini nostri Iesu Christi.

Interim submissa voce orat Sacerdos dicens.

Sit tibi gloria inventor eorum qui perierunt, gloria tibi dispersorum collector, & longinquorum reductor: gloria tibi qui aberrantes ad scientiam veritatis convertis: gloria tibi Domine mi, qui vocasti me miserum pietate tua, & gratis tua accedere me ad te iussisti, & constituisti me tanquam insigne membrum in corpore magno

C Ecclesiæ sanctæ, vt offeram tibi sacrificium hoc vnum sanctum & acceptabile quod est memoria passionis, & mortis, sepulturæ & resurrectionis Domini nostri & Salvatoris Iesu Christi, per quem placuit tibi omnium hominum peccata dimittere.

Orat Sacerdos eos qui à dextris altaris stant & dicit eis.

Benedicite Domini mei, & orate pro me, Patres mei, & fratres mei, & magistri mei vt consecretur oblatio hæc per manus meas.

Illi respondent cum Diacono.

Pop. & *D.* Christus exaudiat orationes tuas, & suscipiat oblationem tuam & splendidum faciat sacerdotium tuum, & complaceat tibi in hoc sacrificio, quod tu offers pro te, pro nobis, & pro vniversa Catholica Ecclesia &

D omnibus orthodoxia atque catholicia Apostolicæ fidei cultoribus per gratiam & amores tuos in sæcula sæculorum, Amen.

Sacerdos adorat inclinatus coram altari,

Etiam Dominus Deus noster, ne respicias multitudinem peccatorom meorum, neque molestè ferat dominatio tua onus peccatorum nostrorum, sed per ineffabilem gratiam tuam consecra sacrificium istud, & da in eo virtutem & potestatem, vt possit peccata nostra plurima abolere, cumque extremo tempore appatueris per humanitatem, quam ex genere nostro assumpsisti, inveniamos coram te gratiam, & amores & digni efficiamut laudare te cum multitudine Angelorum.

Surgit & dicit.

Confitemor & laudamus Domine Deus noster superessusas gratiarum tuarum opes in nos: cum enim peccatores ac debiles essemus, ob multitudinem tamen misericordiæ tuæ dignos nos effecisti dispensatione Sacramentorum Sanctorum, corporis & sanguinis Christi Filij tui: petimus ergo auxilium tuum robor animarum

E nostrarum, vt charitate perfectâ, & vera fide donum tuum quod apud nos est, administremus, offeramusque tibi carmen, honorem, laudem, & adorationem nunc & in sæcula sæculorum.

D. Amen.

S. Pax vobiscum.

D Et tecum & cum spiritu tuo,

S Præbere pacem alterutrum.

D. & *Chor.* Et pro omnibus Patriarchis, Episcopis, Presbyteris, & Diaconis, & pro his qui vita functi ex hac Ecclesiæ congregatione exierunt, & pro beatissimo Papa nostro, proque mundi pace & anni corona vt scilicet benedicatur, & misericordia tua adimpleatur: pro omni etiam Ecclesiæ germine quod dignum reperitur, oblationem hanc quæ in conspectu tuo est, suscipere insuper & pro omnibus servia & pro nobis omnibus suscipiatur oblatio hæc in sæcula sæculorum.

Suscipit pacem & dicit Diac. F

Petamos, confiteamur & obsecremus omnes Choraulice Dominum, state pulchri, & attendite his quæ aguntur tremendis mysteriis quæ consecrantur: Sacerdos accessit vt oret: vt eius intercessione Pax multiplicetur in vobis, oculoa vestros deorsum dimittite, & mentem vestram vigilanter curate, in cœlum levate, petite, & obsecramini hoc tempore, nemoqoe loqui audeat, & qui orat, corde oret, in silentio, & timore permaneote pax nobiscum.

Interim orat Sacerdos & dicit.

Domine Deus fortis imbecillitatem meam robora misericordiâ tuâ & gratiæ tuæ auxilio dignum me fac vt offeram tibi oblationem in emolumentum omnium hominum & in laudem Trinitatis tuæ supergloriosæ Pater, & Filius, & Spiritus sanctus in sæcula.

Discoperit mysteria & benedicit in censum & immittit in thuribulum & dicit sacerdos.

Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei patris, communicatio sancti Spiritua sit cum omnibua nobis, nunc & in sæcula sæculorum.

D. Amen.

S. Sursum sint mentes vestræ.

G *D.* Apud te Deum Abraham Isaac, & Israël regem supergloriosum.

S. Oblatio Deo omnium Domino offertur.

D. Dignum & iustum est, pax nobiscom.

S. Domine Deus fortia da nobis faciem revelationem coram te, vt confidenter perficiamus ministerium istud vivum & sanctum conscientiis mundis, & ab omni labe malitiæ, æmulatione & dolo ac amaritudine aliena, & semina in nobis Domine mi, charitatem & animorum vnitatem ad invicem: Et Ecclesiam tuam sanctam Catholicam, hîc & vbique terrarum ab omni nocumento, culpa ac perturbatione custodi per gratiam & amores tuoa in sæcula: Benedic Domine mi.

Sacerdos interim orat.

Omnium ore glorificetur, & omnibus linguis laudetur, & ab omnibua creatoris adoretur & exaltetur nomen adorandum & supergloriosum Trinitatia præclarissimæ Patris & Filij & Spiritus sancti, qui bonitate sua sæculum creavit, & omnes in eo habitantes & filios hominum pietate sua salvavit, & fecit mortalibua misericor-

H diam magnam, maiestatem tuam Domine mi, adorant ac venerantor millia millium superiorum & decies millia, decies millium angelorum sanctorum & exercitoa spirituum ignia nomen tuum glorificant: & cum Cherubinia sanctis & Seraphinia magnitudini tuæ adorationem offerunt, & clamant & absque intermissione glorificant & dicunt alter ad alterum.

Diac. & *Chor.* Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deos fortis, pleni sunt cœli & terra carminibus eius: Hosanna in excelsis, Hosaona filio David benedictus qui venit & venturus est in nomine Domini, Hosanna in excelsis.

Sac. prosequitur

S. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus fortis, pleni sunt cœli & terra carminibus eius, & essentiâ sobsistentiæ eiua, & splendore pulchritudinis supergloriosæ ipsius ita vt cœlum & terram, ego impleam, dicit Dominus: Sanctus tu Deus pater veritatis, à quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur: Sanctua & filius tuus vnigenitus Dominus noster Iesus Christus per quem omnia facta sunt: Sanctua etiam spiritus veritatis omnium

causa

A causa per quem omnes sanctificantur: Væ mihi, væ mihi obstupesco enim, quoniam vir pollutus labiis ego sum & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & regem Dominum exercituum viderunt oculi mei, quam terribilis est locus iste hodie, in quo facie ad faciem visus est Dominus, & nunc Domine fiat misericordia tua super nos, & purifica saniem nostram & sanctifica labia nostra & commisce voces imbecillitatis nostræ Seraphinorum laudibus, & Archangelorum qui decantant amori tuo gloriam, homines enim corporeos spiritibus sociasti, cum his igitur cœlestibus exercitibus etiam nos servi tui miseri, debiles & inutiles laudamus te Dominum meum, quoniam fecisti nobiscum misericordiam maximam cui rependere gratiam nequimus, indutus es enim humanitate nostra, vt Deitate tua vivificares nos, & exaltasti humilitatem nostram, & erexisti casum nostrum & dimisisti nobis debita nostra, & iustificasti nos, peccata nostra delens, illuminasti scientiam nostram, & inimicos nostros Domine Deus noster reos esse demonstrasti, & ob superessusos amores gratiæ tuæ exiguitati imbecillæ naturæ nostræ victoriam tribuisti, pro omnibus igitur auxiliis & misericordiis nobis exhibitis, offeramus tibi carmen honorem, & laudem ac adorationem, nunc & semper & in sæcula sæculorum.

Signet bis verbis super B *oblata.*

D. Amen. Orate mentibus vestris, Pax nobiscum.

S. Domine Deus exercituum audi vocem clamoris mei nunc in conspectu tuo & ausculta Domine mi, & audi gemitus meos atque suspiria, quibus coram etiam dominatione tua ingemisco, suscipeque preces mei peccatoris: Hac enim hora qua patri tuo sacrificium offertur, rogo gratiam tuam, miserere omnium creaturarum, dimitte debitoribus, reduc errantes, solare afflictos, pete turbatis pacem dato, infirmos sana, spiritu tribulatos audi, & lenimen illis impertire, eleemosynas institiam operantium perfice, & propter nomen sanctum tuum propitius esto & mihi peccatori per gratiam tuam.

C Etiam Domine Deus exercituum suscipiatur oblatio hæc pro omni Ecclesia Catholica, & pro Sacerdotibus & Principibus Catholicis, pro pauperibus quoque oppressis, lugentibus, ac miseris, & pro fidelibus defunctis, & pro omnibus illis qui orationem imbecillitatis meæ expectant, & pro peccatis meis: Etiam Domine Deus meus secundum amores tuos & multitudinem misericordiæ tuæ populum tuum visita, & meam infelicitatem, & quidem non secundum peccata nostra, & iniquitates meas, sed digni efficiamur remissione peccatorum nostrorum per sanctum corpus quod fide suscipiemus, per gratiam quæ est à te. Amen.

Sacerdos profunde inclinatus orat.

Tu Domine mi, propter plurimos amores tuos suscipe commemorationem optimam, & acceptabilem patrum qui iusti & recti fuerunt & tibi placuerunt recordationis corporis, & sanguinis Christi filij tui quod super altare purum ac sanctum offerimus tibi, sicut edocuisti nos & fac nobiscum pacem, & tranquillitatem tuam omnibus diebus sæculi: etiam Domine Deus noster fac nobiscum pacem, vt cognoscant omnes habitatores terræ

D quia tu es Deus, pater solus veritatis, & tu misisti Iesum Christum dilectissimum filium tuum, & ipse Dominus Deus noster venit & docuit nos omnem sanctitatem, ac munditiem Prophetarum, & Apostolorum, Martyrum, & Confessorum Episcoporum, & Doctorum, Presbyterorum, & Diaconorum, & omnium filiorum Ecclesiæ S. Catholicæ, qui signo vitæ, baptismo nimirum sancto signati sunt: Nos igitur, Domine mi, servi tui debiles & inutiles, qui in nomine tuo congregati hoc tempore stamus coram te, & traditione sancta exemplum didicimus à te, cum exultatione & gaudio glorificamus, exaltamus, & venerantes memoriam sacrificamus mysterium hoc magnum ac formidabile, sanctum ac divinum passionis & mortis, sepulturæ & resurrectionis Domini nostri & Salvatoris Iesu Christi: veniat ergo Domine mi, Spiritus tuus sanctus, & requiescat super oblationem hanc servorum tuorum & sanctificet eam vt sit nobis Domine mi, in debitorum solutionem, & peccatorum remissionem, & in maximam spem resurrectionis ex mortuis, & vitam

E novam in regno cœlesti cum omnibus qui placuerunt: insuper & pro omni admirabili dispensatione tua, quæ erga nos facta est laudemus & glorificemus te absque cessatione in Ecclesia tua sanguine Christi filij tui redempta, apertoque ore ac facie revelatâ offerimus tibi carmen, & honorem, laudem & adorationem nomini tuo vivo sancto & vivificanti, nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Elevat vocem.

D. Amen.

Sacerdos procumbit & dicit.

Miserere mei Deus secundum misericordiam tuam, & secundum multitudinem amorum tuorum dele peccata mea: multiplica lavare me ab iniquitate mea, & à peccatis meis munda me, quoniam delicta mea ego scio, & peccata mea coram me sunt in omni tempore, tibi soli peccavi, & mala coram te feci, vt iustificeris in verbo tuo, & vincas in iudiciis tuis: quoniam autem veritatem voluisti, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi, asperge me hysopo, & munda me & super nivem dealbabor, reple me suavitate ac lætitia tua, & delectabuntur ossa mea, humiliata, auerte faciem tuam à peccatis meis,

F & omnia illa delicta mea dele, cor mundum crea in me Deus, & spiritum præparatum innova intra me. Ne proiicias me à conspectu tuo, & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me, sed redde mihi suavitatem tuam, & salutem tuam & spiritus tuus gloriosus stabiliat me, vt doceam iniquos viam tuam & peccatores ad te convertantur: ad te levavi oculos meos habitator cœli, sicut oculi servorum ad dominos suos, & sicut oculi ancillæ ad dominam suam.

Sint oculi nostri ad Dominum Deum nostrum donec tu miserearis nostri, miserere nobis, miserere nobis Domine, extende manum tuam, & salvet me dextera tua Domine, permaneant super me Domine amores tui in sæculum, & opera manuum tuarum ne derelinquas.

Surgens dicit.

Christus pax superiorum & quies magna inferiorum,

G stabili Domine pace & quiete tua quatuor orbis regiones, præcipue vero Ecclesiam tuam sanctam Catholicam & destrue bella, ac prælia à finibus terræ, & disperde gentes, quæ bella volunt, & pacifica benignitate divinitatis tuæ sacerdotium & regnum adinvicem, vt sit nobis secura habitatio cum omni sobrietate ac pietate. Relaxa quoque debita & peccata vitâ functorum per misericordiam & amores tuos in sæcula.

Sacerdos benedicit incensum & mittens in thuribulum, dicit. Et incensat ter oblata, dicens etiã ter.

Offeramus carmen Trinitati tuæ supergloriosæ omni tempore, & in sæcula suavem fac Domine Deus noster odorem animarum nostrarum, suavi odore benignitatis charitatis tuæ, & munda nos per eam ab inquinamentis peccati.

Domine Deus noster præbeat nobis accessum clementia misericordiæ tuæ ad sacramenta hæc supergloriosa, sancta, vivificantia & divina, quoniam nos non sumus digni.

In veritate non sumus digni.

H

Osculatur & ter altare dicit, sumens ambabus manibus hostiam dicit.

Gloria nomini tuo sancto, adorationque divinitati tuæ omni tempore Domine Iesu Christe panis vive, vitam præstans, qui descendisti de cœlo, & vniversum mundum vivificas: qui vero hunc panem comedunt, non morientur, & qui vera fide illum suscipiunt, liberantur & sanctificantur per illum, mundanturque & vivunt in æternum Dominus noster Iesus Christus, in illa nocte qua tradebatur, accipit panem hunc sanctum in sanctas ac puras manus suas, & elevavit oculos suos in cœlum, & gratias egit Deo patri omnium rerum creatori, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & dixit, accipite & comedite ex hoc pane omnes vos,

HOC EST CORPVS MEVM.

Prolatis verbis consecrationis statim hostiam consecratam genu flexo adorat, surgens ostendit populo, reponit super altare, iterum adorat, tunc elevans aliquantulum calicẽ dicit.

Similiter postquam cœnavit accepit hunc calicẽ manibus suis puris, & gratias egit, & benedixit, & dedit discipulis suis dicens: accipite & bibite omnes vos ex hoc Calice, quotiescunque enim comederitis panem hunc, & biberitis hunc Calicem, mei memoriam recoletis.

A *Refert verba consessionis.*

Hic Est Enim Calix Sanguinis Mei, Novi Et Æterni Testamenti, Mysterium Fidei Qui Pro Vobis, Et Pro Multis Effundetur In Remissionem Peccatorum.

Prolatis verbis consecrationis deponit Calicem super corporale, genu flexo adorat, surgit & ostendit populo & ponens Calicem super altare dicit.

Hoc erit nobis pignus vsque ad consummationem sæculi, gloria tibi Domine mi, glorie tibi Domine mi, gloria tibi Domine mi ptoptet ineffabile doonm tuum

Dum Sacerdos elevat Corpus & Sanguinem, Diaconus cum choro alternatim decantat.

D. Ego sum panis vivus qui de Cœlo descendi, ego sum panis qui ex supetis descendi, dicit Salvator noster io mysterio discipulis suis, omnia qui in charitate accedit,& suscipit me, vivet in me in æternum & hæreditate acquiret regnum.

B

Chorus: Ministri eiua, qui faciunt voluntatem eius Cherubim & Setaphim, & Atchangeli cum timore & tremore cotem altari stant, & sacerdotem intuentur quando frangit & dividit corpus Christi in delictorum ptopitiationem.

D. Apetite mihi portas iustitiæ benignos,cuius ostium apertum est pœnitentibus, & peccatores ad se, vt accedant, vocas, aperi nobis, Domine mi, isnuam amotem tuotum, vt ingrediemut dieque noctéque tibi laudem decantemus.

Chorus: Pone Domine custodiam oti meo,g'otia Patri & Filio & Spiritui sancto.

Sacerdos quando sanctum altare ingreditur manus suas pure pretendit in cœlum, & consecrat Corpus & Sanguinem Christi.

D. Misericors propitius esto nobis, & miserere nostri, & ne despicias nos in tempore afflictionis, quoniam nocte ac die in te spetamus, & sperantes in te non confundentut,

C

Chor. Dicat omnis populus Amen & Amen, ignem in ignito carbone Isaias osculatus est, & lebie eius exusta non sunt, sed iniquitea eius tetussa est, ignem in ipso pane suscipiunt mortales & ipsorum corpore custodit, & delicta eorum exutit.

D. A sæculo vsque in sæculum,alicre est ignis, ignis in igne, ignis inuoluit illud: caveant Sacerdotes à terrifico & formidabili igne ne cadant in eum & combutantur in sæcula.

Sacerdos frangens hostiam per medium dicit.

Accedimus Domine mi, fide veritatis nominis tui ad hæc sancta mysteria ac pietate tua frangimus, & misericordiâ tuê signamus corpus & sanguinem salvatoris nostri Ieso Christi in nomine Patris & Filij & Spiritus Sencti.

D

Sacerdos partem hostia quam manu sinistra tenet, imponit patena, aliam vero sanguine intingit vsque ad medium dicens.

Signetur sanguie preciosus corpore sancto Domini nostri Iesu Christi, in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti.

Et particulâ sanguine imbutâ signat alteram partem & superponit patena dicens.

Signetur corpus sanctum sanguine propitiationis Domini nostri Iesu Christi,in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.

Et coniungens ambas particulas ad invicem dicit.

Prædestinatæ sunt, consecrata, perfecta, absoluta, & coniuncta ad invicem mysteria hæc supergloriosa,sancta & vivificentia,& diuina in nomine venerabili,& præclaro Trinitatis supergloriosæ,vt sint nobis Domine mi,in propitiationem delictorum,& in spem magnam resurrectionis ex mortuis, & innovationem vitæ in regno cœlesti.

S. Glorie tibi, Domine mi, quoniam creasti me per gratiam tuam; gloria tibi Domine mi, quoniam vocasti me per misericordiam tuam: gloria tibi, Domine mi, quoniam posuisti me mediatorem donorum tuorum, & pro omni dispensatione quæ erga imbecillitatem meam fecta est: ascendat ad te carmen, & honor, & laus, & adoratio, nunc & in sæcula sæculorum.

E

Gratia Domini nostri Iesu Christi,& charitas Dei Patris, & communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus nobis nunc & semper & in sæcula sæculorum.

Elevans vocem in tono Evangely dicit. Signat seipsum

D. Omnes nos timoré pariter & honore accedamus ad mysterium corporis & sanguinis pretiosi Salvatoris nostri, cordeque mundo, & fide vera in memoriam reducemus passionem & resurrectionem ipsius, eamque perspicaciter intelligamus: propter nos enim vnigenitus Dei mortale corpus ex filiis hominum, & spiritualem,rationalem,immortalemque animam suscepit, & in præceptis suis, quæ vitam conferunt & lege sanctâ, ab errore ad veritatis cognitionem nos redoxit,& post omnem dispensationem quam pro nobis operatus est, natura nostræ primitias in cruce in sacrificium obtulit, & à mortuis resurrexit, in cœlumque ascendit, & tradidit nobis sacramenta sue sancta, quibus recordemur omnie gratiæ, quam erga nos ostendit: nos igitur charitate profusa, & humili voluntate donum vitæ æternæ suscipiamus,& oratione purâ, & vehementi dolore peccatorum nostrorum, participes efficiemur mysteriorum sanctorum Ecclesiæ,& spe pœnitentiæ ab iniquitatibus nostris convertamur, & pro peccatis nostris doleamus: insupee emotee & misericordiam postulemus, rogemusq; Deum omnium Dominum, & conservie nostrie eorum debita dimittamus.

F

Chor. Propitiare peccatis, & delictis servorum tuorum. *D.* Mundemus conscientias nostras à divisione & contentionibus.

Chor. Domine propitiare peccatis & delictis servorum tuorum.

D. Sint animæ nostræ perpolitæ, & ab omni odio & inimicitia alienæ.

G

Chor. Domine propitiare peccatis & delictis servorum tuorum.

Diac. Suscipiamus sanctitatem & S. Spiritu consecremus.

Chor. Domine propitiare peccatis, & delictis servorum tuorum.

Diac. Mentium nostrarum vnanimitate,& pace ad invicem ipsorum mysteriorum societatem suscipiamus.

Chor. Domine propitiate peccatis & delictis servorum tuorum.

Diac. Et sint nobis Domine in resurrectionem corporum nostrorum, & animarum nostrarum salutem & vitam sæculi sæculorum, Amen.

Interim dicit Sacerdos.

Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum & superexeltatum & supergloriosum est nomen tuum in sæcula, quoniam non secundum peccata nostra fecisti nobis neque secundum iniquitatem nostram retribuisti nobis, sed secundum multitudinem amorum tuorum liberasti nos à potestate tenebrarum,& vocasti nos ad regnum filij tui dilectissimi Domini nostri Iesu Christi, per quem denudasti,& in nihilum reduxisti potestatem tenebrarum,& vitam incorruptibilem nobis es elargitus, & nunc etiam Domine qui dignum me fecisti,ita vt constitueres me coram altari tuo mundo,& sancto ad offerendum tibi sacrificium hoc vivum & sanctum, dignos nos etiam effice pietete tua, vt omni munditiâ & sanctitate donum hoc suscipiamus, & non sit nobis in iudicium & vindictam,sed in amores,pietatem, & peccatorum remissionem & ex mortuis resurrectionem,& vitam æternam, ita vt simus omnes plenissimi testes gloriæ tuæ & templa munda honorie tui & sacræ basilicæ in habitaculum tuum, & postquam adhæserimus corpori, & sanguini Christi tui cum omnibus sanctis tuis luce fulgeamus in revelatione eius supergloriosa,& præcelsa: tibi enim eique & Spiritui S. gloria, & honor, & laus, & adoratio, nunc & semper,& in sæcula sæculorum.

H

Dele, Domine mi, pietate tua peccata & delicta ser-

vorum

A votum tuorum, & sanctifies labia nostra canticis Spiritos sancti, vt divinitati tuæ præcelsæ cum omnibus sanctis tuis fructus gloriæ & laudis conferamus, effice etiam nos dignos, Domine Deus noster, vt semper absque macula stemus in conspectu tuo corde mundo & facie revelata, & confidentia illâ, quæ per amores tuos nobis collata est, omnes simul invocemus te, & hoc modo dicamus.

Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra, panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & ne nos inducas in tentationem; sed libera nos à malo. Amen.

S. Etiam Domine Deus virtutum, Deus noster optime, & pater noster viscerum plene obsecramus, postulamus, rogamusque clementiam bonitatis tuæ, ne, Domine mi, inducas nos in tentationem, sed salva & libera nos à ma-

B lo, & ab exercitu ipsius, quoniam tuum est regnum, & virtus, gloria, & potestas, imperium, & fortitudo in cœlo & in terra nunc & in sæcula sæculorum.

D. Amen.

S. Pax vobiscum.

D. Et tecum & cum Spiritu tuo.

S. Sanctum, sanctis decet, Domine mi, in consummatione. D. Vnus Pater sanctus, vnus Filius sanctus, vnus Spiritus sanctus, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui S. in sæculs sæculorum. Amen.

Diaconus tor adorat Sacramentum dicens.

Accedens Diaconus ad altare, Sacerdos apprehendit manum eius dexteram & infert in patenam dicens.

S. Gloria Domini nostri.

D. Sit tecum & nobiscum in regno cœlesti, gloria Deo vivo.

D. Glorificate Deum vivum.

Chorus Gloria ipsi & Ecclesiæ tuæ amatores, & misericordia eius. Ameo.

C

Sac. dicit ter.

Domine Deus meus non sum dignus, nec vero est instum vt ego sumam corpus tuum, & sanguinem propitiationis, nec vt tangam ea, sed verbum tuum, & sanctificet animam meam, & sanet corpus meum, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.

Post sumptionem corporis dicit sacerdos.

Dum hac Sacerdos dicit decantat Diaconus.

D. Suscipiatur hæc oblatio sursum in excelsis cum ea quam Abel, Nuë & Abraham obtulerunt in regnum cœleste.

Donum gratiæ ipsius Salvatoris nostri Iesu Christi perficiatur per amorem in omnibus nobis.

D. In sæcula sæculorum, Amen.

Sumens sanguinem dicit post communionem

Sanguis propitiationis Domini nostri Iesu Christi nutriat animam meam & corpus meum in hoc sæculo & in futuro.

D D. Fratres mei suscipite corpus ipsius filij Dei, dicit Ecclesia, & bibite ipsius calicem.

D. Conforta Domine noster manus, quæ extensæ sunt vt sanctum acciperent, dignas eas effice, vt diebus omnibus divinitati tuæ fructus conferant; & omnia quæ decantarunt tibi laudem intra sanctuarium digna per te efficiantur, vt semper laudent te: insuper & aures quæ vocem carminum tuorum audierunt, ne quæso audiant Domine mi vocem clamoris & iurgij: oculi etiam qui viderunt pietatem tuam magnam, videant quoque tuam benedictam spem: linguæ quæ Sanctus clamarunt composite veritatem loquantur: pedes qui in ipsa Ecclesia ambularunt in lucis regione fac eos ambulare: corpora quæ corpus tuũ vivum degustarunt vitæ novitate reparentur: super congregationẽ quoq; nostram quæ divinitatem tuam adorat, auxilia tua multiplicentur, & nobiscum permaneat charitas tua magna, & per te ad persolvendam gloriam abundemus, & aperi ostium precibus omnium nostrum: nos omnes igitur qui per donum gratiæ Spiritus S. accessimus & digni effecti sumus, & socij in sumptione mysteriorum horum præclarissimorum, sanctorum, divinorum, vitamque conferentium

E laudemus omnes simul, & exultemus Deo largitori ipsorum.

S. Ipsi gloria propter ineffabile eius donum.

Sac. etiã.

Decens, iustum & dignum est Domine vt omnibus temporibus, & diebus & horis laudemus, adoremus & glorificemus terrificum nomen maiestatis tuæ, quoniam per gratiam, & amores tuos, Domine mi, naturam imbecillem filiorum, hominum mortalium dignam effecisti, vt cum spiritibus nomen tuum sanctificent, & mysteriorum tuorum doni tui efficiantur participes, & dulcedine sermonum tuorum vitam conferentium & divinorum delectentur, & voces laudis divinitati tuæ Ecclesiæ offerant semper Pater & Filius & Spiritus S.

Alia gratiarum actio.

Christus Deus noster, & Dominus noster, & Rex noster, & suscitator noster, qui per gratiam suam dignos

F nos fecit, vt sumeremus corpus suum & sanguinem pretiosum qui sanctificat omnes, ipse det nobis placere illi verbis, operibus, & cogitationibus nostris, vt sit nobis hoc Sacramentum, quod sumpsimus & sumemus, pignus remissionis debitorum nostrorum, & peccatorum, spei que magnæ resurrectionis ex mortuis, & innovationis vitæ in regno cœlesti cum omnibus, qui ei placuerunt per gratiam, & amores suos in sæcula. Amen.

Et dicit omnes.

Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra, panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & ne nos inducas in tentationem; sed libera nos à malo. Amen.

Sacerdos versus populum benedicit dicens.

Ille qui benedicit nos omni benedictione in cœlis per

G filium suum, & invitavit nos ad regnum & suavitatem æternam.

Et Apostolicæ Congregationi fecerat promissionem, & etiam in veritate signavit verbum, vt non sit in illo dubitatio.

Dicens vere, vere dico, & in veritate verba mea signo: omnis qui manducat corpus meum vivificans, & bibit sanguinem meum calicis salutaris.

Dimitto omnia illius debita, & omnia illius peccata deleo; & ad regnum voco illum, & ab afflictionibus libero vos, & ab scandalis vos salvo.

Benedicat semina agrorum vestrorum, benedicat fructus arborum vestrarum, & multiplicet & benedicat substantiam vestram, & per charitatem suam longam vitam tribuat vobis.

Deus omnium hominum benedicat hanc congregationem, & det virturem imbecillo: quia ecce à principio incipio.

H Per signum vlnum Christi benedicatur cathedra gloriosa Romana, vt orietur, & splendeat in illa iustitia.

Pater splendore plenus, Pastor, & Dominus gregis Christi, Papa N. plenus sobrietate vnà cum bono doctore Episcopo nostro N. custodiatur à malo.

Benedic Presbyteros sanctos & Clericos, & ministros: liberentur à periculis, & à dæmonijs, & hominibus pessimis.

Antiquis vero dierum & senibus senectute præclaris faciat Dominus illis optimum finem, & ad regnum vocet eos.

Statura quoque pulchros adolescentes possidentes fortitudinem faciat illos crescere in splendore, & castitate eos adimpleat.

Natura etiam fragilis mulierum, virgines etiam & nuptæ custodiantur à casu, & à laqueis & scandalis.

Sedens in cœlo Dominus det nobis pacem quietam, & pacem bonam & dulcem, vt gaudeamus die ac nocte.

Det vobis placata tempora, vt sitis, semper gaudentes & non turbulenti, & inquieti, sed per charitatem diligentes.

A Et quoniam congregati estis hodie ad celebritatem oblationis huius, Crux regis cœlestis custodiat vos.

Suscipiat Dominus oblationem vestram & sacrificia vestra,& orationes vestras,& quiescat spiritus eius super eleemosynas vestras,& intret petitio vestra in conspectu eius, illustris in congregatione Sanctorum sanctissimus Apostolus Thomas sanctitas sanctitatum custodiat vos à plagis,& à dæmoniis & hominibus pessimis.

Oret quoque super hanc turbam pauperem & miseram & afflictam,sunt enim discipuli huius sancti, vt sic à plagis liberi fiant.

Præterea illi,qui modeste laboraverunt & in simplicitate servierunt in hoc mundo, in iustitia custodiantur à malo.

Et qui in nobis sunt extranei, & à domo sua longinqui Rex sæculi seculorum in pace faciat illos reverti.

Hoc festum sit sanctum super vos, ô popule humilis, & Dominus sit stabiliens, & ad bona consiliarius.

B Modo & nunc, & omni tempore, & occasione, noctibus quoque & diebus, & vsque in secula sæculorum.

Benedictio in diebus solemnibus.

Carmen & adorationem nunc offeramus Deo, sancto Filio,qui factus est homo, & operuit divinitatem suam, humilitate nostra.

Et in humanitate nostra sustinuit passionem per manus populi mali, vt liberaret Adamum rationalem, & converteret filios eius ab errore.

Benedic Domine congregationem nostram debilem, corpore simul,& anima,faceque nos socios illius congregationis Angelorum cœlestium absque macula.

Benedic & nunc Sacerdotes,& remove ab illis omnes casus infestos, & eorum voces admitte sanctificationibus iustorum splendentium sicut Sol.

C Benedic terram, quæ bellorum infestatione à Regibus conturbatur,& pacifica eos per signum crucis luminis sancti.

Benedic Ecclesiam tuam, quæ patitur infestationes à pessimo dæmone libera illam, quæ ad ostium tuum pulsat mane,& vespere simul.

Et circumda illam gladio acuto per charitatem tuam sanctificantem, vt psallat tibi gloriam distinctam Pater & Filius & Spiritus sanctus.

Benedic dextera tua Domine Iesu Christe congregationem hanc illustrem, vt splendeat donis Spiritus sancti in modum solis clarissimi.

Benedic Domine mi virtute tua gloriosa Congregationem nostram, & amplifica illam omni pompâ, & da illi lætum tempus, & habitaculum quietum, & abundans.

Benedic Domine mi congregationem nostram nobilem dexterâ tuâ Rex vivens, & effunde super illam bene-
D dictionem tuam Domine in longitudinem temporum & annorum.

Benedic dextera tua Domine noster congregationem nostram omni spiritu, & benedictione, & libera eam ab omnibus malis,& remove ab illa flagellum.

Benedic & custodi Salvator noster invitatos ab omni nocumento, & lætifica eos omnibus bonis nomine tuo vivo liberator noster.

Benedic Domine noster Antistites nostros, & gubernatores nostros,& doctores nostros, & salva Reges nostros fideles,& duces nostros Catholicos,& reduc ad nos iudices nostros servos tuos.

Benedic etiam Domine mi pueros nostros, & eos qui nos docent, & erudiunt, & sapientes fac doctrinâ tua infantes nostros, & illustres fac senes, & adolescentes nostros.

Benedic & parce defunctis,& dimitte debita, & peccata nostra, & protege nos sub pennis tuis, & revela faciem tuam,& libera nos.

Benedic infirmos,& orphanos,& miserere afflictis, & calumniam sustinentibus, & responde turbatis, & miseris, & veni in auxilium eorum, & ne negligas. E

Et da nobis Domine tempora sana,vt vivamus coram te absque labe,& inveniamus gratiam, & amores coram throno tuo dominator sæculorum.

Benedic dexterâ tuâ, & adiuva Congregationem nostram hanc, & custodi etiam illam ab adversario, qui circumdat eam, fortitudine tua magna, quæ non minuitur.

Et fac nos dignos per amores tuos in illo die, quo signum tuum orietur è cœlis super iustos,qui passi sunt æstum, & vigilias, & ieiunium.

Et egrediemur in occursum tuum cum iubilo, & ingrediemur tecum in lætitiam, & tibi sancto, & excelso psallemus gloriam interminabilem.

Vos quoque ô congregatio redempta, popule sancte, & præclare, qui adfuistis hodie, sicut decet coram ipso Iesu Domino Deo Salvatore.

Suscipiat Dominus oblationes nostras, & det duplicem mercedem vestram, & dignos vos efficiat promissionibus suis, quas promisit vobis in Evangelio suo. F

Scilicet semper dico vobis, qui comedit Corpus meum vivificans, & bibit ex Sanguine meo sanctificante, habet vitam æternam.

Et eritis signati, & protecti ab omnibus infestationibus ligno crucis, nunc & post omne nunc, & in omni tempore, & in sæcula sæculorum, Amen.

Alia benedictio in diebus ferialibus.

Causa, quæ benedixit nos omnibus benedictionibus per Filium suum viuum,qui propter salutem nostram se ipsum inclinavit è cœlis cœlorum, & assumpsit corpus nostrum,& dedit nobis corpus suum Iesus Dominus, & sanguinem suum venerabilem sanguine nostro miscuit, mysterium propitiationis.

Revelavit in nobis virtutem suam,& ostendit gloriam suam, & figuravit in nobis imaginem suam, & mundavit, & sanctificavit nos virtute abscondita, & amovit à nobis dubietatem in hac promissione, quod omnis scilicet, qui comedit Corpus meum, & corde puro bibit Sanguinem meum, ipse manet in me, & ego in illo, & suscitabo illum in die novissimo non iudicabitur omnino, sicut peccator, & exaltabo illum super aëra, sicut iustum,& faciam illum hæredem regni cœlestis, quod non dissolvitur. G

Seminate confessionem eius in cordibus vestris sic illustrem, & fidem eius, quæ non abolitur in animabus vestris,& virtus, quæ in Apostolis habitavit, habitet in vobis,& adiuvet vos in manifesto & in abscondito.

Narrationes pessimas afflictionis, & detractionis, ne audiatis, & ab omnibus scandalis det vobis statim redemptionem, & dies bonorum occurrat vobis per virtutem excelsi,& virentem donorum suorum effundat super nos vsque ad perfectionem.

Christus,qui sanguine suo emit oves suas,& passus est calumniam,ipse liberet nos ab adversario, & à captiuitate: pastores quoque virtute sua custodiat, quia non habent finem, vt pascant oves suas in modum filij Ionæ, & Tarcensis. H *Id est Petri & Pauli.*

Presbyteri qui in domo sanctitatis pulchre sacerdotio funguntur,& sunt Sacerdotes præclari,digni efficiantur illo convivio pleno gaudij, vt coram illo pulchre ministrare possint in loco suo excelso pro ministerio, quo ministrarunt in hoc sæculo absque intermissione, & cunctatione.

Senes illustres, qui in Ecclesia senuerunt, & ingressi sunt annos, confortet eos Dominus super virgam pacis, & requiei,& adolescentes, qui in vobis ornatu præclaro incedunt, vt virtute placeant Domino.

Os puerorum vestrorum benedicat vos in gloria, in vocibus dulcibus etiam fœminæ vestræ per verecundiam inculpabilem: Oratio vestra sicut Danielis iusti Prophetæ sit, ingrediatur coram eo, vt det solutionem iniquitatibus vestris.

Resurre

A Resurrectionem faciat defunctis vestris in die nouissimo, & dignos faciat illos regno iocorruptibili Spiritus sanctus, quem induistis per aquam, in quo accepistis gradum excelsum adoptionis filiorum.

Pax, & Requies, & Charitas, & Spes bona & pura sit inter vos, & in domibus vestris vsque ad consummationem; Gloria illi ex omni ore Iesu Domino Deo super donum eius ineffabile linguis creatis nunc, & post omne nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Benedictio in Missa pro Defunctis.

Exaudi Domine mi vocem orationis nostræ, & intret in conspectu tuo deprecatio nostra, & suscipe sacrificia, & oblationes nostras, & propitius esto delictis defunctorum nostrorum, sicut oblatio prima, quam obtulit Abel inceptor, & Noe simplex, & innocens, & Abraham fidelis in Domino. Et Iob qui sustinuit afflictionem, & B Elias Propheta veritatis, & Apostoli in medio cœnaculi, & sicut minuta illius viduæ, sic Domine mi in misericordia tua suscipe oblationem serui tui, & dignum fac illum thalamo regni cum omnibus iustis, qui placuerunt tibi, suscipe Domine noster sacrificium eius, & propitius esto, & dimitte debita illius, & dele omnes iniquitates eius, & omnium sociorum eius.

Et dignum fac Domine misericors hunc seruum tuum pauperem thalamo illo spirituali cum iustis filiis dextræ.

Assigna illi ab hac die quietem simul, & memoriam, & suauitatem illam stabilem in loco glorioso, & beato.

Et tibi tetribuet confessionem, & gloriam, & honorem, & adorationem vni naturæ tribus personis sine intermissione.

Et omnes qui laborauerunt in hoc opere paruis & magnis huius diei, & qui loquuntur in hac congregatione digni fiant remissione in misericordia.

Benedic Domine mi benedictionibus hanc congregationem in æqualitate, & domum, & homines, & omnes C nos in vnitate, nunc & semper, Amen.

ORATIONES MISSALES DEVOtissimæ ex vetustissimo manuscripto Gottico Missali.

ORDO MISSÆ IN COENA DOMINI.

Oratio super Oblata.

SAcrosanctam, fratres dilectissimi, hodierna die inchoandæ Paschæ solennitatem, ac salutiferam Dominicæ immolationis effigiem, in sacrificio spiritali Christo offerente transfusam, non iam in amaritudinem azymi, neque in fermento veteris malitiæ celebrantes: sed in nouam & sinceram conspersionem immaculatas sacris altaribus hostias offerentes: Omnipotentem Deum per vnigenitum Filium suum Dominum nostrum Iesum Christum deprecemur, qui hæc in sacri Corporis & Sanguinis sui oblatione, benedicere & sanctificare dignatus est: ita offerentium famulorum suorum munera oblata benedicat, & per illustrationem Spiritus S. deferentibus nuntiis, odor suauitatis ascendat. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium, &c.

D — *Corpus & Sanguis Christi.*

Collectio sequitur.

Deus sanctificationum & Dominus cœlestium virtutum, exaudi preces nostras, & benedictam hanc plebem Domini nostri Iesu Christi redemptam sanguine, de sede sancta inaccessibilis claritatis, exaudi, Per eundem Domioum, &c.

Post nomina.

Diuersis oblationibus sacris altaribus, vna tamen fidei deuotione collatis, mutuæ inuicem sollicitudinis vota promamus, à Domini pietate poscentes vt corda omnium offerentium, ad hostiam rationabilis & complacitæ sibi sanctificationis emundet, & quiescentium animas in sinu Abrahæ collocare dignetur, & in partem primæ resurrectionis admittat. Per Dominum, &c.

E — *Pro quiescentium.*

Collectio ad pacem.

Deus, qui assumptum hominem euectuns ad cœlos, inter præcipua mandatorum tuorum, patribus nostris Apostolis reliquisti: † tribue nobis famulis tuis sectatoribus eorundem: per exteri hominis osculum interioris hominis pacem. Quod ipse

† Deest quippiã.

Immolatio Missæ.

Dignetur per Iesum Christum Filium tuum Dominum nostrum, qui suorum pedes discipulorum linteo præcinctus abluit, & humilitatis exemplum transiturus, eisdem de mundo reliquit: magister quippe verissimis factis informabat quos monitis salutaribus frequenter instruxerat. Sed quid enim mirum si præcinait se linteo, qui F formam serui accipiens habitu est inuentus vt homo? aut quid mirum, si misit aquam in peluim, vt lauaret pedes discipulorum, qui in terra sanguinem fudit, vt immunditiam dilueret peccatorum? Ille itaque linteo quo erat præcinctus, pedes quos lauerat, tersit, qui carne qua erat indutus Euangelistarum vestigia confirmauit. Lauit ergo pedes discipulorum Dominus: quorum autem pedes extriusecus ablueret, Ipsorum animas indulgentiæ hyssopo intrinsecus expiabat. O admirabile sacramentum, grande mysterium. Turbatur Petrus cernens exemplum tantæ humilitatis, in Rege tantæ maiestatis tremiscit patiens humanitas, quia ad eius vestigia sese inclinare dignatur diuinitas. Sed nisi Deus ad hominem humiliatus inclinaretur, ad Deum homo erectus nunquam leuaretur. Ex tunc enim homo viuorum terras cœpit appetere, ex quo Deus in regione mortalium, humanitatis est dignatus lumen ostendere.

Post Sanctus.

G Vere Sanctus & iustus es Domine, vere magnus & pius es, qui Filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum nobis lumen ad terras ex summa cœli arce misisti captiuorum corporum Redemptorem. Ipse enim qui †.

† Cætera desunt.

Post Secreta.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, respice in nos & miserere nobis, factus nobis ipse hostia, qui Sacerdos ipse præmium qui redemptor à malis omnibus quos redemisti, custodi.

Ante Orationem Dominicam.

Viui panis alimenta & sacri sanguinis dona sumpturi, Dominicã prece mentes & corda firmemus. Agnoscat altissimus Filij sui voces & verba Christi ad aures paternas concordis populi clamor attollat, & dicat. Pater, &c.

Post Orationem Dominicam.

H Libera Domine, libera nos ab omni malo, & fortissimis aduersariis, Diabolo & morte: eâ quæ cunctis fortior est, virtutis dexteræ tuæ protectione defende.

Post Communionem.

Concede nobis omnipotens Deus, vt sicut temporali cœna tuæ passionis reficimur, ita satiari mereamur æternâ.

Incipiunt Orationes.

Da nobis Domine perpetuæ benedictionis munus accipere, pro quibus Vnigenitus tuus sputis illitus palmas accepit & colaphos: qui tecum, &c,

Oratio nunc ad sextam.

Respice Domine super hanc familiam tuam propitius, pro qua Dominus noster Iesus Christus non dubitauit manibus tradi nocentium, & crucis subire tormentum per eundem, &c.

A

Oratio nunc ad Nonam.

Deus qui pro redemptione nostra accepisti sanguinem Iesu Christi, solue operam diaboli, & omnes laqueos disrumpe peccati, vt creaturam regenerationis, nulla polluant contagia vetustatis, per &c.

Oratio sequitur.

Deus à quo & Iudas reatus sui proditor pœnam, & confessionis suæ Latro præmium sumpsit, concede nobis piæ petitionis effectum, vt sicut in passione sua Dominus noster Iesus Christus diuersa vtrisque intulit stipendia meritorum: ita à nobis ablato vetustatis errore, resurrectionis suæ gratiam largiatur, per Dominum nostrum, &c.

Orationes in die Sabbati Pascha,

B Deum omnipotentem Patrem & Filium & Spiritum sanctum vniuersitatis vnum creatorem in hac magna magni matutina Sabbati Dominici scilicet corporis requiei, fratres charissimi, suppliciter deprecemur, vt qui Adam de profundis infernalis limi misericorditer eripuit, nos de luto fæcis huius cui inhæsimus, solâ misericordiâ tantum clamante seruet. Clamamus namque, & oramus ne vrgeat super nos inferni puteus os suum, eruti de luto peccati, ne infigamur, per Dominum, &c.

Collatio sequitur.

Domine Christe Iesu, Deus pie, exaudi nos & præsta, precamur, quæ corde rogamus. Et hoc rogamus, vt tibi placeamus, tibi hæreamus sine fine, vt semper tibi gratias agamus, quia Domine redemisti nos in æternam vitam de æterna morte, qui descendisti in lacum, vt ex inferis vinctos educeres: descende nunc quoque, precamur, visceribus tuæ pietatis, vt ex vinculis peccatorum quibus vnusquisque constringitur, nos absoluas.

C

Præfatio in Vespera Pascha.

Per Domini gratiam (aquam & Spiritum renati) & per multiplicem paternæ dilectionis prouisionem, innumeris laqueis abstracti: huius diuinæ dignationis auctorem Dominum, incensu, vespertinæ precis sacrificio, & in cœlesti patria per Spiritum erecto, & igne illo quem ipse in nobis accendi desiderat solenniter assato: precum affectibus (fratres charissimi) deprecemur, vt totius vitæ crimina, & quotidiani erroris maculas, & humanæ fragilitatis debita, donari septimanæ dierum quadraginta ac sepulti corporis sui Sabbato nobis concedat. Nos quoque in numero veri Israelis, Ægypto egredi faciat, & inimicis percussis, in vnam Ecclesiæ Catholicæ domum pacem Domini celebrantes, Agni immaculati sanguine corporum nostrorum postibus aspersis, in istius noctis venerabilis solennitate, à vastatura mundum morte defendat, orantibus nobis per Dominum, &c.

Oratio sequitur.

D Christe Iesu in vespera mundi vespertino sacrificio per crucem effecto, dignare nos noua corpori tuo facere sepulchra, Amen.

Præfatio ad noctem sanctam Pascha.

Ductorem lucis, principem luminis, inspectorem cordis, credentium redemptorem, fratres dilectissimi, cunctis confessionibus veneremur, vt vergente die vocis rugitus exaudiat, & superuenientem caliginem, luminis sui splendore illustret, ne sit in nobis vlla tentandi vesandique occasio tenebrarum. Sit noster defensor qui est veræ lucis indultor, vt semper simus in lumine eius, qui Christum Dominum nostrũ gloriamur auctorem. Per &c.

Oratio sequitur.

Rege nos Domine per alternas temporum vices, & conserua nos per dispares dierum ac noctium successiones, vt adiuti sanctorum tuorum precibus, qui diem hunc per munus misericordiæ tuæ duximus, noctem quoque istam placitam tibi animarum & corporum puritate ducamus per resurgentem à mortuis Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, &c.

E

BENEDICTIO CEREI, BEATI *Augustini Episcopi, quam adhuc Diaconus cum esset, edidit & cecinit.*

EXultet iam Angelica turba cœlorum, exultent diuina mysteria, & pro tanti Regis victoria tuba intonet salutaria. Gaudeat se tantis illius irradiata fulgoribus, & æterni regni splendore illustrata totius orbis se sentiat amisisse caliginem. Lætetur & mater Ecclesia tanti luminis adornata fulgore, & magnis populorum vocibus hæc aula resultet. Quapropter adstantibus vobis F fratres charissimi ad tam miram sancti huius luminis claritatem, vna mecum quæso Dei omnipotensis misericordiam invocate, vt qui me non meis meritis intra sacerdotum numerum dignatus est adgregare, luminis sui gratia infundente cerei huius laudem implere præcipiat. Per Dominum, &c.

Consecratio Cerei.

Dignum & iustum est, vere quia dignum & iustum est, invisibilium Deum omnipotentem patrem, filiumque eius vnigenitum Dominum nostrum Iesum Christum toto cordis ac mentis affectu & vocis ministerio personare, qui pro nobis æterno patri, Adæ debitum solvit, & veteris piaculi cautionem, pio cruore detersit. Hæc sunt enim festa Paschalia, in quibus verus ille agnus occiditur eiusque sanguis postibus consecratur. Hæc nox est, in qua primum patres nostros filios Israël educens de Ægypto, rubrum mare sicco vestigio transire fecisti. Hæc igitur nox est quæ peccatorum tenebras columnæ illuminatione purgavit. Hæc nox est quæ hodie per vniversum mundum in Christo credentes à vitiis sæculi segregatos & caligine peccatorum, reddit gratiæ, sociat sanctitati. Hæc nox est in qua destructis vinculis mortis, Christus ab inferis victor ascendit. Nihil enim nasci G profuit, nisi redimi profuisset. O mira circa nos tuæ pietatis dignatio! O inæstimabilis dilectio charitatis! vt servum redimeres, filium tradidisti! O certe necessarium Adæ peccatum, quod Christi morte deletum est! O felix culpa quæ talem ac tantum meruit habere redemptorem! O beata nox quæ sola meruit scire tempus & horam in qua Christus ab inferis resurrexit. Hæc nox est de qua scriptum est, & nox vt dies illuminabitur, & nox illuminatio mea in deliciis meis. Huius igitur sanctificatio noctis fugat scelera, culpas lauat, reddit innocentiam lapsis, & mœstis lætitiam. Fugat odia, concordiam parat, & curvat imperia. In huius igitur noctis gratia suscipe sancte pater, incensi huius sacrificium vespertinum, quod tibi in hac cerei oblatione solenni, per ministrorum tuorum manus de operibus apum sacrosancta H reddit Ecclesia. Sed iam columnæ huius præconia novimus, quam in honore Dei, rutilans ignis accendit, qui licet divisus in partes, mutuati luminis detrimenta non novit: Alitur liquantibus ceris, quas in substantiam pretiosæ huius lampadis apis mater eduxit. Apis cæteris, quæ subiecta sunt homini, animantibus antecellit: Cum sit minima corporis parvitate, ingentes animos angusto versat in pectore: viribus imbecilla, sed fortis ingenio. *Laus Apum.* Hæc explorat temporum vicem, cum caniciem pruinosa hiberna posuerint, & glacialem senio verni temporis moderata detersit, statim prodeundi ad laborem cura succedit, dispersæque per agros libratim paululum parvis cruribus suspensis incedunt, per ora legere flosculos & oneratis victualibus suis ad castra remeant. Ibique aliæ inæstimabili arte cellulas tenaci glutino instruunt: aliæ liquantia mella stipant: aliæ vertunt flores in ceras: aliæ ornatus fingunt. Aliis collectis è foliis nectar includunt. O vere beata & mirabilis apis cuius nec sexum masculi

violant,

A violant, fœtus non quassant, nec filij destruunt castitatem. Sicut sancta concepit virgo Maria, virgo peperit, & virgo permansit. O vere beata nox quæ expoliauit Ægyptios, ditauit Hebræos. Nox in qua terrenis cœlestia iunguntur. Oramus te Domine vt cereus iste in honorem nominis tui consecratus, ad noctis huius caliginem destruendam indeficiens perseueret in odorē suauitatis acceptus, supernis luminaribus misceatur. Flammas eius lucifer matutinus inueniat, ille inquam lucifer qui nescit occasum: ille qui regressus ab inferis humano generi serenus illuxit. Precamur ergo te Domine, vt nos famulos & famulas tuas, omnem clerum & deuotissimum populum; vna cum patre nostro beatissimo viro N. quiete temporum concessâ, in his Paschalibus gaudiis conseruare digneris. Per resurgentem à mortuis Dominum nostrum.

Maria semper virgo.

Collatio post benedictionem ceræ.

B Sancte Domine omnipotens Deus, qui ad nostrarum contemplationem tenebrarum hæc in mundi huius obscuro luminaria emicare iussisti, præsta, vt dum ad illum æternitatis diem & vnigeniti tui properamus occursum ad hanc interim quam tenebris præparasti lucernam dum nox ista transcurritur, sine peccatorum offendiculo ambulemus, Per resurgentem, &c.

Collatio post hymnum ceræ.

Deus templum ignis æterni, Deus veræ lucis habitaculum, Deus sedes perpetuæ claritatis, vota tibi Domine solennia diei consummationis, & noctis inchoationis celebrantes ac luminibus altaris tui mensis temporarium lumen offerentes, vt famulis & famulabus tuis verum ac perenne lumen largiaris oramus. Per resurrectionem.

Ecclesia luminaria cœlitum patriæ splendore micantē & æterno versari in lumine dines significant Mant.

Orationes Paschales duodecim cum totidem collectionibus.

Orationis pro gratiarum actione, præfatio.

Expectatum, fratres charissimi, & desideratum nobis Paschæ diem adepti, gratias agamus omnipotenti Deo C patri, quod nos in hanc eandem diem per filium suum Dominum nostrum Iesum Christum, quem pro nobis hostiam dedit, in salutem æternam vocauit. Ob hoc fideli gratiarum actione laudemus, benedicamus, honorificemus benedictum & beatum nomen Dei Patris in filio, filique in patre & spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

Gratiarū actio.

Oratio sequitur.

1. Sancte Domine omnipotens Pater, exaudi, tuere, ac sanctifica plebem tuam præmunitam signo crucis, baptismate purificatam, chrismate delibutam, quos ad celebrandam præsentis solennitatis beatitudinem congregasti, vniuersisque notitiam tui, participationem sancti Spiritus propitius infunde, Per Dominum, &c.

Crucis signum.

Orationis pro exulibus, præfatio.

Vnanimes, & vnius corporis, in Spiritu Dei patris omnipotentis Domini misericordiam deprecemur pro D fratribus & sororibus nostris captiuitatibus elongatis, carceribus detentis, metallis deputatis, vt eis Dominus adiutor, protector & consolator existat, neque deesse sibi reputet eos qui fideli in se innocentia perseuerant.

Pro afflictis & captiuis oratio.

Oratio sequitur.

2. Tribue Domine relegatis patriam, vinctis absolutionem, captiuis libertatem, vt plebs tua & in hoc sæculo, & in futuro misericordiæ tuæ munere liberetur: Per Dominum, &c.

Orationis pro sacerdotibus, præfatio.

In Sanctorum sancta admissi, & altaris cœlestis sacerdotij æterni participes effecti, Dei patris omnipotentis misericordiam deprecemur, vt sacerdotes suos ac ministros donis repleat spiritalium gratiarum.

Oratio pro Sacerdotibus.

Oratio sequitur.

3. Domine Deus virtutum, iustifica & sanctifica pastores & præpositos ouium tuarum; vt aduersarius noster diabolus fide eorum & sanctitate superatus, contingere

E Dominicum gregem ac violare non audeat, Per resurgentem, &c.

Orationis pro virginibus, præfatio.

Incorruptæ æternitatis Deum, & inuiolabilis naturæ Dominum vnanimiter deprecemur, orantes pro fratribus nostris, qui gloriosam virginitatem corpore ac mente vouerunt, vti eos vsque ad consummationem propositi sui misericordiæ Spiritus prosequatur, Per Dominum, &c.

Pro virginibus.

Oratio sequitur.

4. Respice Domine virgines sacras, & spadones voluntarios: id est preciosas Ecclesiæ margaritas, vt corpora eorum ac Spiritum illæsâ castitatis conscientiâ, pari existimatione custodiant. Per Iesum Christum, &c.

Orationis pro eleemosynas facientibus, præfatio.

Sanctum ac benedictum retributionis Deum vnanimes fratres dilectissimi, oratione deprecemur, obsecrantes pro fratribus & sororibus nostris, quorum ministerio atque sumptu inopiam non sentiunt qui in Ecclesia sunt indigentes, vt iisdem Dominus spiritales diuitias communicet, qui fidelium animarum inopiæ sæcularis substantiæ participant facultatem, Per Dominum, &c. F

Pro eleemosynam facientibus.

Oratio sequitur.

5. Piis seruorum tuorum precibus annue misericors Domine, vt quicunque præceptorum cœlestium memores, pauperibus tuis quæ sunt necessaria subministrant, incorruptibili & cœlesti gloriâ miserationis tuæ & misericordiæ coronentur. Per Dominum.

Orationis pro peregrinantibus, præfatio.

Cœlestium & terrestrium & infernorum Dominum Deum patrem omnipotentem, fratres dilectissimi, deprecemur obsecrantes vt fratres nostros ac sorores quicunque peregrinationum necessitatibus subiacent, omnipotens Deus auxilio suo comes adiutor reducat ac protegat. Per Dominum nostrum, &c.

Pro peregrinantibus oratio.

Oratio sequitur.

G

6. Restitue Domine peregrinis desideratum patriæ solum, vt contemplatione misericordiæ tuæ dum ad præsens agunt beneficiis tuis gratias, ciues esse sanctorum, ac tui domestici concupiscant, Præsta, Per Dominum, &c.

Orationis pro infirmis, præfatio.

Vniuersæ salutis Deum, & vniuersæ virtutis Dominum deprecemur pro fratribus & sororibus nostris, qui secundum carnem diuersis ægritudinum generibus insultantur, vt his Dominus cœlestis medicinæ suæ munus indulgeat. Per Dominum, &c.

Pro infirmis.

Oratio sequitur.

7. Domine cui viuificare mortuos facile est, restitue ægrotantibus pristinam sanitatem, ne terreni medicaminis remedia desiderent quicunque medelam cœlestia misericordiæ tuæ deprecantur. Per resurgen.

Orationis pro pœnitentibus, præfatio.

Confitentes bonitatis ac misericordiæ Deum qui peccatorum mauult pœnitentiam quam mortem, communicatis precibus ac fletibus pro fratribus ac sororibus H nostris, Domini misericordiam deprecemur, vti eos peccati sui crimina confitentes, à bonitatis suæ veniâ non repellat. Per Dominum, &c.

Oratio sequitur.

8. Rex gloriæ, qui non vis mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat, da nobis peccatorum labe pollutis pœnitentiam simul, vt flere cum flentibus & dolentibus, & cum gaudentibus gaudere possimus. Per resurgen.

Orationis pro vnitate, præfatio.

Vnum Deum patrem, ex quo omnia sunt, & vnum Dominum nostrum Iesum Christum, per quem omnia, fratres charissimi deprecemur, vt in vnitatem Ecclesiæ suæ concordis congregationis nostræ voluntatem confirmet. Per resurgen. filium tuum.

Collectio sequitur.

9. Omnipotens Domine, qui es Deus bonitatis & totius consolationis, te supplices deprecamur, vt hæreticos &

A infideles à perpetuis gehennæ ignibus manifeſtatione tuæ veritatis eripias, quoniam vis omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Per Dominum, &c.

Orationis pro pace Regum, præfatio.

Dominum dominantium, & regem regnantium, fratres chariſſimi, oratione vnanimes deprecemur, vt nobis populo ſuo pacem regum tribuere dignetur, vt mitigatis eorum mentibus, requies nobis congregationis iſtius perſeueret. Per Dominum, &c.

Collectio ſequitur.

Carnis Spirituum totius ſator, cunctorumque regnorum mundialium indultor, da in regum culmine religionis proſperitatem & pacis, vt nobis regno tuo cœleſti in terris adhuc poſitis liberius liceat deſeruire. Per reſurgen.

Orationis pro ſpiritibus pauſantium, præfatio.

Oratio pro defunctis.

B Deum iudicem vniuerſitatis, Deum cœleſtium & terreſtrium & infernorum, fratres dilectiſſimi, deprecemur pro Spiritibus charorum noſtrorum, qui nos in Dominica pace præceſſerunt, vt eos Dominus in requiem collocet, & in parte primæ reſurrectionis reſuſcitet. Per Dominum noſtrum, &c.

Oratio ſequitur.

Ieſu Chriſte, vita & reſurrectio noſtra, dona conſacerdotibus & charis noſtris, qui in tua pace requieuerunt exoptatæ manſionis refrigerium. Et ſi qui ex his dæmonum fraude decepti errorum ſe multis maculis polluerunt, tu Domine qui ſolus potens es peccata eorum concede, vt quos damnationis ſuæ participes diabolus gloriabatur, effectos eſſe per miſericordiam tuam ſocios tuæ beatitudinis ingemiſcat. Per Dominum, &c.

Orationis pro Catechumenis, præfatio.

Precem ſpei fratrum noſtrorum chariſſimi vnanimes adiuuemus, vt Dominus omnipotens ad fontem eos beatæ regenerationis ſuæ euntes, omnis miſericordiæ ſuæ auxilio Spiritus proſequatur.

C

Collectio ſequitur.

Creator omnium Domine, & fons aquæ viuæ, per lauacrum baptiſmi peccata eorum dele, quibus iam donaſti reſurrectionis fidem, vt mortem huius ſæculi non timeant, reple eos Spiritu ſancto, vt formati in illis Chriſtum ac viuere glorientur. Per Dominum, &c.

Ad Chriſtianum faciendum.

Domine dignare benedicere eius infantiam famuli tui. N. quoniam nec conditione quicquam nec ætate depellitur dicente dilectiſſimo filio tuo Domino noſtro: Nolite prohibere infantes venire ad me. Hi enim Domine, antequam bonum aut malum ſciant crucis tuæ ſigillo ſignentur & qua indigent pietatem ad ſacri nominis tui baptiſmum percipere mereantur. Per Dominum noſtrum, &c.

Crucis ſigillo baptizandos ſignari.

Item Collectio.

D Accipe ſignaculum Chriſti, ſuſcipe verba diuina, illuminare verbo Domini, qui hodie confeſſus es à Chriſto. Per Dominum, &c.

Item Collectio.

Signo te in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, vt ſis Chriſtianus, oculos vt videas claritatem Dei: aures vt audias vocem Domini: nares vt odores ſuauitaté Chriſti, os vt confitearis Patrem & Filium & Spiritum ſanctum. Cor vt credas Trinitatem inſeparabilem, pax tecum per Ieſum Chriſtum Dominum. Qui viuit, &c.

Collectio ad fontes benedicendos.

Stantes, fratres chariſſimi, ſuper ripam victricis fontis nouos homines adhuc eis de terra litori mergentes ſua commercia ſinguli nauigantes pulſent mare nouum, non virgâ, ſed cruce, non tactu, ſed ſenſu, non baculo, ſed ſacramento, locus quidem paruus, ſed gratia plenus, bene gubernat Spiritus ſanctus. Oremus ergo Dominum & Deum noſtrum, vt ſanctificet hunc fontem, vt omnes qui deſcenderint in hunc fontem faciat eis lauacrum beatiſſimæ regenerationis in remiſſionem omnium peccatorum. Per Dominum, &c.

E

Collectio ſequitur.

Deus qui Iordanis fontem pro animarum ſalute ſanctificaſti, deſcendat ſuper aquas has Angelus benedictionis tuæ, vt quibus perfuſi famuli tui accipiant remiſſionem peccatorum, ac renati ex aqua & Spiritu ſancto, deuoti tibi ſeruiant in æternum. Per Dominum, &c.

Benedictio fontium.

Conteſtat.

Dignum & iuſtum eſt, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, * initiator ſanctorum chriſmatum Pater & noui per vnicum Filium tuum Dominum & Deum noſtrum inditor ſacramenti qui portantibus ignis Spiritum tuum ſanctum ante diuites mundi largiris, qui Bethſaidas aquas Angelo medicante procuras, qui Iordanis alueum Chriſto filio tuo dignante ſanctificas. Reſpice Domine ſuper has aquas, quæ præparatæ ſunt ad delenda hominum peccata, Angelum pietatis tuæ his ſacris fontibus adeſſe dignare, vitæ prioris ſordes abluat & paruum habitaculum ſanctificet, tibi procurans, vt regenerandorum viſcera æterna floreſcant, & veri baptiſmatis nouitas reparetur. Benedic Domine Deus noſter hanc creaturam aquæ, & deſcendat ſuper eam virtus tua: deſuper infunde Spiritum tuum ſanctum paracletum, Angelum veritatis. Sanctifica Domine huius lacus vndas, ſicut ſanctificaſti fluenta Iordanis, vt qui in hunc fontem deſcenderint, in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, & peccatorum veniam, & ſancti Spiritus infuſionem conſequi mereantur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui eſt benedictus apud Patrem & Spiritum ſanctum, Per omnia ſæcula ſæculorum.

Chriſmata aliquid deeſt.

F

Deinde facis crucem de chriſmate, & dicit.

Exorcizo te creatura aquæ, exorcizo te omnis exercitus diaboli, omnis poteſtas aduerſaria, omnis vmbra dæmonum, exorcizo te in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazaræi, qui incarnatus eſt in Maria virgine, cui omnia ſubiecit Pater in cœlo & in terra. Time & treme tu & omnis malitia tua, da locum Spiritui ſancto, vt omnes qui deſcenderint in hunc fontem fiat eis lauacrum baptiſmi regenerationis in remiſſionem omnium peccatorum, Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum qui venturus eſt in ſedem maieſtatis patria ſui cum ſanctis Angelis ſuis iudicare te inimice, & ſæculum per ignem, in ſæcula ſæculorum.

G

Deinde inſufflas aquam per tres vices, & mittis chriſma in modum crucis, & dicis.

Infuſio chriſmatis ſalutaris Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt fiat fons aquæ ſalientis cunctis deſcendentibus in ea, in vitam æternam, Amen.

Dum baptizas interrogas, & dicis.

Baptizo te N. in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti in remiſſionem peccatorum, vt habeas vitam æternam, Amen.

Dum chriſmate eum tangis, dicis.

Perungo te chriſmate ſanctitatis, tunicâ immortalitatis, quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus traditam à patre primus accepit, vt eam integram & illibatam perferas ante tribunal Chriſti, & viuas in ſæcula ſæculorum.

H

Dum pedes eius lauas, dicis.

Ego tibi lauo pedes, ſicut Dominus noſter Ieſus Chriſtus fecit diſcipulis ſuis, tu facias hoſpitibus & peregrinis, vt habeas vitam æternam.

Dum veſtimentum ei imponis, dicis.

Accipe veſtem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Collectio.

Oremus, fratres chariſſimi, Dominum & Deum noſtrum pro amphibiis ſuis quomodo baptizati ſunt, vt cum in maieſtate ſua Saluator aduenerit, quos regenerauit ex aqua & Spiritu ſancto, faciat eis ex æternitate veſtra ſalutem. Per Dominum, &c.

Item.

Baptizatis & in Chriſto coronatis, quos Dominus noſter à chriſma petentibus regeneratione donare dignatus eſt, precamur omnipotens Deus, vt baptiſmum

ἀμφίβια Græci appellant, quæ non terreſtria tantum, ſed & aquea deſiderant pabula.

quod

quod acceperunt immaculatum ipsum perferant vsque in finem, Per Dominum, &c.

Missa in vigiliis sanctæ Pascha.

Sacrosanctæ noctis istius gratiâ tenebris secularibus liberari, & ad iustitiæ atque locis cœlestis gratiam promissam electi, omnipotentis Dei Patris infatigabilem bonitatem per Christum filium eius, fratres dilectissimi, deprecemur, vt Ecclesiam suam sanctam Catholicam diffusam per orbem terrarum, quam sibi amantissimi filij sui passione & gloriosissimo sanguine conquisiuit, iugi maiestatis suæ protectione custodiat, atque contra omnes mundi insidias tutam, defensamque concedat, ac præstet tempora tranquilla in perpetuum. Per Dominum nostrum, &c.

Collectio.

Redemisti nos Domine Deus per lauacrum regenerationis & sanguinem crucis, vt illa caro quæ prius in Adam mortalis fuerat effecta, per passionem maiestatis tuæ rursum reuocaretur in cœlum.

Post nomina.

Oremus pro his qui offerunt munera Domino Deo nostro sacrosancta spiritalia pro se & pro charis suis, & pro spiritibus charorum suorum, in commemorationem sanctorum Martyrum, vt Dominus Deus noster preces illorum clementer exaudire dignetur. Per Dominum, &c.

Ad pacem.

Comple Domine vota supplicum, exaudi gemitus peccatorum, osculetur nos ab osculo oris sui pacis magister & conditor, vt in nobis hoc recipientibus holocaustum, pacem quam speramus habeamus. Per Dominum, &c.

Immolatio.

Dignum & iustum est, æquum & iustum est nos tibi hîc & vbique gratias agere, tibi laudes dicere, & hostias immolare, & confiteri misericordias tuas Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus solus. Tu fecisti cœlos in intellectu. Tu formasti terram super aquas. Tu fecisti luminaria magna. Solem in potestatem diei, lunam & stellas in potestatem noctis. Tu fecisti nos & non ipsi nos. Opera manuum tuarum non omittas. Tuus est dies, & tua est nox. In die enim mandasti misericordiam tuam, & in nocte declarasti, quam hodiernis vigiliis in luminis huius festiuitate celebramus. Hæc est enim nox salutarium conscia sacramentorum, Nox in qua veniam peccatoribus præstas, de veteribus hominibus nouos efficis, de senibus effœtis maturos reddis infantes, quos in nouam creaturam renatos de sacro fonte producis. Hac nocte in æternum diem renascentes populi procreantur, regni cœlestis atria reserantur, & beatâ lege commerciis diuinis humana mutantur. Hæc est enim nox illa quæ facta est in deliciis, in quam maxime delectasti nos Domine in factura tua. Nox in qua inferna patuerunt. Nox in qua absolutus est Adam. Nox in qua inuenta est dragma quæ perierat. Nox in qua boni pastoris humeris reportata est ouis perdita. Nox in qua diabolus occubuit, & sol iustitiæ Christus exortus est, & solutis inferni nexibus, claustrisque perfractis, multa sanctorum corpora de sepulchris erumpentia introierunt in sanctam ciuitatem. O vere beata nox quæ sola meruit scire tempus & horam qua Christus resurrexit, de qua iam in Psalmo fuerat prophetatum, quia nox vt dies illuminabitur. Nox in qua exorta est resurrectio in æternum. Te enim omnipotens Deus creaturarum cœlestium multitudo, & innumerabiles Angelorum chori sine cessatione proclamant dicentes Sanctus.

Post sanctus.

Tuo iussu Domine condita sunt vniuersa in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Tibi Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Martyres, Confessores, atque omnes Sancti gratias agunt: quod & nos facientes has hostias spiritales, & sincera libamina vt libens exaudias, deprecamur. Te oramus vti hoc sacrificium tuâ benedictione benedicas, & Spiritus sancti tui rore perfundas, vt sit omnibus legitima Eucharistia, per Christum Dominum nostrum, qui pridie, &c.

Collectio ad panis fractionem.

Respice ad hanc oblationem omnipotens Deus, quam tibi offerimus in honorem nominis tui pro salute Regum & exercitu eorum, & omnium circum adstantium; Et præsta, vt qui ex ea sumpserint, accipiant sanitatem mentis, integritatem corporis, tutelam salutis, intellectum sensus Christi, securitatem spei, corroborationem fidei, æternitatem Spiritus sancti. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

FINIS SVPPLEMENTI MAGNÆ BIBLIOTHECÆ Veterum Patrum & Scriptorum Ecclesiasticorum.

ANNO M. DC. LXXVI.





